Digitized by Google

Digitized by Google

N° 195

1. 5. 415

H

Ex lib[illegible] D. [illegible] a [illegible]

Digitized by Google

OBSERVATIONES FORENSES PRACTICABILES,

I
1.5.415

SIVE

COMMENTARIA

Ad varia Capita Statutorum Almæ Vrbis,
Quibus multa, nedum ipſis Statutis, verum Iuri Communi accommodata, explanantur, & dilucidantur.

AVTHORE

FRANCISCO MARIA CONSTANTINO
I.V.C. NOBILI DE ASCVLO IN PICENO,
Comite, & Equite Palatino, olim in Tribunali Gubernatoris Vrbis Locumtenente, exinde in Curia Capitolij Secundo, mox Primo Collaterali, & Iudice, in Romana Curia Aduocato, vno ex Agentibus Communitatum Status Eccleſiaſtici, ac Sacri Palatij Pontificij Cauſarum Patrono.

TOMVS PRIMV

Per Materias comprehenſas in Elencho Capitum particularium S. [illegible] *Vrbis, & in Indice Argumentorum poſt Epiſtolam ad Lectorem expreſſ* [illegible];

Adiecto triplici Indice; primo particularium Capitum Statutorum Vrbis Commentatorum; Secundo Argumentorum, ac Rerum Notabilium, quæ in illis continentur; & tertio Verborum locupletiſſimo, ac ſimul Auctoritatum Doctorum, quæ vel laudantur, vel reprobantur, vel declarantur.

ADDITO TERTIO TOMO continente varias ſelectas DECISIONES SACRAE RO ROMANAE materias commentatas confirmantes, adhuc alibi non impreſſas.

ROMÆ, MDCCI.
Sumptibus Franciſci Ant. Galleri Bibliopolæ ad ſignum Nauis.
Ex Typographia Ioannis Franciſci de Buagnis. *Superiorum Permiſſu.*
CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS.

Digitized by Google

SANCTISSIMO D. N.

CLEMENTI XI.

FRANCISCVS MARIA CONSTANTINVS

FELICITATEM.

DVM in varijs Vrbis ſubſellijs BEATISSIME PATER (*curam mihi demandante felic:record: Innocentio XI. Sanctitatis Veſtræ Prædeceſſore*) *iuri dicundo præeſſem*, *paruas aliquot notas ad plura Statutorum Vrbis capita ſtudiosè collegeram. Subinde autem ocium* (*haud equidem volens*) *& vacationem animi nactus, ne vacuus omnino, & ocioſus bonas horas tranſmitterem, quarum apud Sapientiores mortales auaritia laude digna ſemper fuit, ſuper eas ipſas notas commentaria duobus tomis comprehenſa accuratè, atque operosè perdius, & pernox per totum decennium confeci. Pluribus illa, ijſque doctis, ac ſapientibus Viris probata ſatis, immo & officiosè laudata intellexi; adeò quidem vt non indigna publicæ lucis theatro ad eorum calculum cenſerentur. Idem fuiſſe viſus eſt & plurium ſenſus amicorum, vtriuſque Iuris doctrina, ac politioribus etiam litteris præcellentium, qui me inſtanter, & quotidiano fere conuicio ad operis editionem compulerunt. Verum*

ipſe exilitatis meæ ſatis conſcius, partum hunc, vtcumque meditatum, atque elaboratum, prodíturum tamen in lucem, infelici velut abortu, non ad vitam, ſed ad interitum planè credidi, niſi magni alicuius patrocinij, tanquam ſinu excipiendus, ſouenduſque prodiret. Idcirco nuper Te Sanctissime Pater, *cum poſt piæ mem: Innocentij XII. deceſſum ad publica cum cęteris Patribus Comitia ritè pergeres, demiſsè rogaui, hunc vt partum publicis Typis euulgandum, tui præferendi in fronte nominis, & præſidio, & honeſtamento donares. Votis, ac precibus meis Te tunc fauorabilem humaniſſimè præbuiſti. Iam igitur hanc fauſtiſſimam ſortem egomet mihi ſummoperè gratulor, quod cum Ampliſſimum tunc Cardinalem Ioannem Franciſcum Albanum libro meo Patronum ſupplex, & quæſiuerim, & obtinuerim, nunc Patronum habeam alium pariter, & eumdem, videlicet* Sanctissimvm Clementem XI. *ad Romani Pontificatus dignitatem euectum, mirifica totius Chriſtiani Orbis lætitia, vnanimi omnium Purpuratorum Patrum ſuffragio, & conſtantiſſima eorumdem voluntate aduerſus tuam diù laudabiliter repugnantem, & laudabilius tandem deuictam modeſtiam. Excipe* Beatissime Pater *ea, qua præſtas ſemper, etiam in ſummo rerum faſtigio, ſumma animi benignitate, & me, & meum hoc obſeruantiæ erga te meæ, ac profundiſſimi obſequij pignus, quod ad Sanctitatis Veſtræ pedes deuotiſſimè prouolutus humillimè defero, atque ſiſto.*

CLE-

C L E M E N S
P A P A XI.
AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM *ſicut dilectus filius* Franciſcus Antonius Galleri *Bibliopola in Alma Vrbe noſtra commorans, Nobis nuper exponi fecit ipſe quemdam librum, cui Titulus: Obſeruationes forenſes practicabiles, ſiue Commentaria ad varia Capita Statutorum Almæ Vrbis elucubrata ab Aduocato* Franciſco Maria Conſtantino *in duos tomos diſtributa, Typis ad publicam vtilitatem in eadem Vrbe mandare intendat; vereatur autem, nè poſtquam in lucem prodierit, alij, qui ex alieno laborè lucrum quærunt, librum prædictum in ipſius* Franciſci Antonij *præiudicium imprimi curent. Nos eius indemnitati, nè ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur, prouidere, illumque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationibus, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus, eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati. Eidem* Franciſco Antonio, *vt decennio proximo, à primæua eiuſdem libri impreſſione computando durante, dummodo tamen à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij noſtri Apoſtolici, priùs approbatus fuerit, nemo, tàm in Vrbe prædicta, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto, librum prædictum, ſine ſpeciali dicti* Franciſci Antonij, *aut ab eo cauſam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere, aut proponere poſſit, ac valeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis, ſub quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiſsionis librorum, & Typorum omnium, pro vna Camera noſtra Apoſtolica, & pro alia eidem* Franciſco Antonio, *ac pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſsibiliter applicandorum, & eo ipſo, abſque vlla declaratione incurrendis pænis, nè dicto decennio durante librum huiuſmodi, aut aliquam eius partem, tàm in Vrbe, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico prædictis, ſinè huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere, quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus eidem* Franciſco Antonio, *ſeu ab eo cauſam habentibus prædictis, in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, quandocumq; ab eodem* Franciſco Antonio *fuerint requiſiti, pænas prædictas, contra quoſcumque inobedientes irremiſsibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis: priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam in ipſo libro impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Iunij. MDCCI. Pontificatus Noſtri Anno Primo*

F. Oliuerius,

Im-

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Dominicus Zaulus Epiſc. Verulanus Viceſg.

OBſequendo muneri mihi demandato à Reuerendiſſimo P.Fr.Paulino Bernardinio Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro vidi, & attentè perluſtraui doctiſſimas Annotationes ad aliquot principaliora Statutorum Vrbis capita, nonniſi ſummis Vigilijs, magniſque laboribus exaratas à perenni Calamo egregij D. Aduocati Franciſci Mariæ Conſtantini, nilque in eis offendi, quod offendat, aut Orthodoxæ Fidei, Sacris Canonibus, probiſuè moribus aduerſetur. Ac propterea digniſſimum cenſeo, vt ad publicam omnium in iudiciali Paleſtra verſantium vtilitatem, Prælo mediante, immortalitati donentur. Romæ 12. Decembris 1700.

Andreas de Lupardis I. V. D. & in Romana Curia Aduocatus.

Imprimatur.

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædic. Sac. Apoſt. Palatij Magiſter.

A V-

AVCTOR LECTORI BENEVOLO.

PER id tempus, quo ex ſumma ad me honeſtandum beneficentia Sanctiſſimi, & ſæculorum memoria digniſſimi Pontificis Innocentij XI. in varijs Almæ Vrbis ſubſellijs iuri dicundo præfui, priùs ad Gubernatoris Tribunal in Ciuilibus cauſis Locumtenens, exinde in Capitolij Curia Secundus, mox & Primus Collateralis ius ſuum vnicuique iuxta legum, & Statutorum Vrbis ſanctiones tribuere ſtudens, beneuolentia, odio, munere, ſpe, præcibus, metuque (quoad potui) procul ſemper amotis: opus vtique habui pro cura, & munere meo Romana Statuta, atque eorum Gloſſatores, nec non, quæ ſuper illis emanarunt, Sacræ Romanæ Rotæ deciſiones, nocturna (quod aiunt) atque diurna manu reuoluere. Quapropter idipſum mihi in cauſa fuit, vt paruas aliquot, & ad plura prælibatorum ſtatutorum capita remiſſiuas marginales notas pro mea priuata, domeſticaque ſupellectili, atque ad conſulendum rimoſæ vndique, & collabentis memoriæ imbecillitati aliqua cum diligentia adnotarem. At poſtquam idem Sanctiſſimus Innocentius è viuis exceſſit, cum viderem me velut ab operoſo labore, & puluere in ocium, & vmbram haud libenti animo decidiſſe, ne me ipſe ſegniter prorſus haberem, ſeu veriùs perderem; ſiquidem homo (vt in diuinis eloquijs dicitur) ad laborem natus, vbi ocio, deſidiaque marcidus fiat, non tam homo, quàm cadauer eſt hominis, eas ipſas, quas priuato vſui, commodoque deſtinaueram notas, in prolixiores adnotationes, ac velut tractatus quoſdam luculentiùs explicaui. Subinde verò amicorum, quorum ſumma apud me loco auctoritas, ac ſapientia eſſe debet, hortamenta, & imperioſa propemodum deſideria efficacibus mihi verbis iterum, atque iterum inculcata, ad publicam operis editionem impulerunt. Impellentibus tamen diù reſtiti, obfirmato videlicet animo, non eſſe, cur publicis typis mandarem id operis, quando compertum apud me habebam, Fenzonium, & Galganettum, qui ſuperiore ſæculo ſupremos in Capitolio Magiſtratus geſſerant, ſuper argumento ſimili commentaria ſua lat infeliciter edidiſſe, vt apertè profitetur in ſuo *Theatro veritatis, & iuſtitiæ tomo 8. de Alienationibus, & contractibus prohibitis diſcurſ. 34. num. 4.* Eminentiſſimus perinde ſapientia, atque purpura *Cardinalis de Luca*: quamquam non ita infeliciter idem opus tentatum à Pico fuiſſe in eadem Curia olim Secundo Collaterali, poſtea ad Amerinam Infulam adſcito, idem Eminentiſſimus Auctor teſtetur. Is tamen Picus commentarium ſcripſit ſuper ſtatuto dumtaxat centeſimo quinquageſimo primo libri primi. Iam ergo cum Galganetti, & Fenzonij commentaria ſin minus miranda, in pluribus ſanè laudanda, nihilominus haud feliciter rem peregiſſe reſtetur Eminentiſſimus ille Cardinalis, & Scriptor ſupra laudatus, ſemperque laudandus, quem meritò recentis ætatis Papinianum acutiſſimum nuncupauerim, eoque etiam præſtantiorem, quòd fas, æquumque in omnibus, & acutiſſimè intelligendo perſpexit, & conſtantiſſima ſemper animi integritate peregit: cum tantus inquam, & vir, & doctor, ad eminentiſſimam dignitatem eminentia meritorum promotus, de Galganetti, & Fenzonij commentarijs ita ſenſerit, profectò rationi conſonum videbatur, me tam longe Galganetto, Fenzonioque minorem ab operis mei editione penitus deterreri. Attamen ſapientiſſimis amicis inculcatè ad id impellentibus ſic diù reſtiti, vt tandè cedendum eſſe crediderim, ſubueritus, ne diuturna reſiſtendi firmitas, indocilis animi obſtinatio tandem fieret, contra ſapientiſſimorum iuxtà, atque amatiſſimorum virorum conſilia, hortationeſque frequentes, cùm præſertim publici alicuius boni ex editione illa futuri ſpem mihi viderentur haud obſcuram, incertamque indicare. Certè vſui perſæpè videmus, vtilitatique hominum eſſe non magnas tantum, ac proceras arbores, ſed humillimas herbas, imis in vallibus, ſine pompa, ſine nomine ſubnaſcentes. Non mei me laboris vnquam pœnitebit, ſi quid alijs ex illo vtilitatis, ac frugis euenturum perſpexero: homo homini naſcitur, quique inter homines ſibi dumtaxat natum ſe putat, verè inhumanum, ac prope non hominem dixeris.

Hæc præfatus hactenus: nunc te beneuole Lector de vniuerſi operis mei inſtituto, methodoque paucis præmonitum volo: ac illud in primis prænoſcas velim, viſum ſcilicet mihi eſſe, non Fenzonium, aut Galganettum, ſed Picum potius imitari, eas, quæ in ſtatutis continentur materias, breuiuſculis tractatibus potius, quàm preſſis nimium, anguſtiſque annotationibus exponendo: quod æqui bonique, vti ſpero, facies, dum cognoueris, me in hoc laudi meæ, gloriæque bonum publicum prætuliſſe; æquum proinde, ac beneuolum te mihi, & in reliqui operis tractibus, totoque ipſo molimine confido futurum: atque ex tua ipſa in me, opuſque meum beneuolentia, maius adhuc mihi hortamentum accreſcet, vt ſi vitam, otiumque propitius Deus indulſerit, aliud inſuper volumen Votorum deciſiuorum, quod facta mihi pro munere meo in pluribus cognoſcendis cauſis opportunitate compilaueram, adornem prælo. Interim verò ſi quis minus beneuolentiæ, aut benignitatis, pluſque auſteritatis, ac cenſuræ adhibendum putauerit, non deerit penitus, vnde ſolari me ipſe non immeritò poſſim: Ea nimirùm cogitatio non intempeſtiua ſuccurret, vel præcelſiſſimos humanæ ſapientiæ Antiſtites, deque litteraria Republica præclariſſimè meritos euadere omnino non potuiſſe, aut acuta criticorum ſpicula, aut inuidorum ſqualentia (ſi loqui ita liceat) ſcabra rubigine tela. Plato ab Ariſtotele, Ariſtoteles ipſe ab Auerroe, Hennius ab Horatio, Hermogenes à Cicerone, Cicero ab Saluſtio, Hieronymus ab Rufino fuerunt olim notati, Virgilius, quòd Homeri verſus aliquot ſuffuratus ſit, reprehenditur, Cicero, quòd in ſalibus, iociſque ſubfrigidus, & in locutione perſæpe eneruis, & elumbis, Saluſtius, quòd affectatæ in verbis vetuſtatis, & prædura obſcuritatis, Seneca, quod vltra indicij modum, normamque ingenio nimis indulgeat, & abundet dulcibus vitijs, Ariſtoteles, quòd contracto nimis, abſtruſoque ſtylo ſit vſus, & cui non Lector, ſed diuinus Apollo conueniat. Atque vt externa iſthæc prætercam, & ad rem le-

galem

galem, ac noſtram vt veniam: Sunt qui in Accurſio Gloſſatore iudicium deſiderent, in Bartolo diſtinctionum multiplicitatem, ac tortuoſas velut ambages criminentur: in Baldo inconſtantiam, in Alberico breuitatem, in Alexandro perplexitatem, & ſine via, & methodo quaſi inextricabiles tricas, Stephanum Gratianum expilatorem poſitionum Rotalium dicant, demum in Farinaccio, & Scaccia in vtraque praxi Ciuili, & Criminali præcellentibus repetitiones ad Lectoris vſque impatientiam, & ſtomachum perſæpe occurrentes, & recurrentes damnent. Has magna illa humanæ ſapientiæ oracula criminationes tam multas, iure, an iniuria illatas? effugere non potuerunt. Indignabimur ergo exigui, & fere nulli, qui ſumus, ſi quis carpere nos, aut opellas noſtras ſit auſus, quibus vel id ipſum honori eſſe poſſit, quòd cum alioquin exilitate noſtra vix eſſe videamur ſpectabiles, ab aliquibus tamen mortalium ad ictum quandoque ſpectemur. Itaque mittamus iſta ſecurius: te iterum beneuole Lector compellatum hìc volo, & rogatum, vt meos hoſce labores benigno animo excipias; permulta ibi quidem incondita, ac ruditer dicta deprehendes; attamen & alia multa occurrent inibi, quæ non inania exiſtimes, vel inutiliter dicta, vel perperam. Et huic quidem verbo abeſſe inuidiam non dubito, quippe non illud, quaſi laudem, aut gloriolam aliquam mihi arroganter ſumpturus enuncio. Iterum dicam, ac teſtabor apertius: quæ in commentarijs meis minus aptè, aut prorſus inſcitè dicta cognoueris, mea ſunt: quæ ad rem eſſe videbuntur, & concinnitatem, ac ſapientiam aliquam redolere, ea ad me minimè pertinere intelligas; accipies illa proinde tanquam per me, ſtudioque meo ex Claſſicorum Doctorum, Senatuum Collegialium, & Sacræ in primis Romanæ Rotæ ſapientiſſimis monumentis excerpta. Nouiſti (credo) quantus ad hunc diem legalium voluminum cumulus, & in farraginem quantam excreuerit; vt iam non dubijs lucem addere, ſed dubia dubijs, ambages ambagibus inuoluere videantur. Incommodo huic pro modulo meo in commentarijs meis obuiam ire conatus ſum, non ſtudia partium, & iurgia contentioſè ſecutus, ſed veritatis inueniendæ percupidus, probatiores, & receptiores opiniones firmando, quà rationibus, & argumentis, quà claſſicorum Doctorum teſtimonijs, quà Romanæ Rotæ auctoritate opportunè accerſitis: perlibenter à ſuperuacaneis Scholarum ſubtilitatibus abſtinendo, nec non ab ambitioſa eruditionum, ac ſubtilitatũ congerie, quã Forcatulus, Budeus, Donnellus, Cuiaccius, Faber, Vaconius à Vacuna, alijque generis huius complures luculenter ſuppeditant ad ingenij, & eloquentiæ pompam fortaſſe magis, quàm ad indaginem veritatis. Sacræ Romanæ Rotæ reſponſis, tanquam oraculis, momenti plurimum tribuendum, fidei plurimum adhibendum, perſuaſum mihi habeo, & præ me vltrò fero. Exiſtimo namque, ex illis per vniuerſum Catholicum orbem ad doctos viros ampliùs edocendos, ad lites, & diſſidia componenda, iuſtitiæ, ac veritatis lumen copioſum, tanquam ex humanæ ſapientiæ, prudentiæque tripode longè, latèque promanare.

Vnum fortè ſuperſit, quod paucis verbis ediſſeram tibi: cur nempè ſuper aliquibus tantum Statutis Vrbis commentaria noſtra verſentur, nec latiùs illa ſpatiari permiſerim. Accipe quod breui reponam: ars longa, vita breuis: ſatis propterea viſum fuit, vberius pauca diſcutere, quam multa, aut omnia, ſiuè ieiunè, obſcurè, & curſim, raptimque libare. Fenzonius, & Galganettus, quorum ſupra meminimus, ea in re centamento ſuo non ſatis felici, deterrere me ſatis potuerunt. Ex aduerſo autem vt ad certa capita, & contractiores limites commentaria mea concluderem, documento fuerunt alij in primis pręſtantiſſimi viri, ac Doctores: Caraſcus quippe Doctor Hiſpanus ſuper aliquot tantũ Hiſpaniarum legibus, curas ſuas, & ſcriptiones continuit. Lambertengus Nouocomenſis commentaria edidit ſua ſuper ſtatuto dumtaxat trecenteſimo vigeſimo octauo in nouis Vrbis Mediolanenſis diſponente de ſolemnitatibus in obligationibus, & alienationibus mulierum obſeruandis. Bucaccius Doctor Picenus ſat habuit, caput vigeſimum quintum lib. 5. Conſtitutionum Marchiæ elucubrare, ſimiliter diſponens de ſolemnitatibus in contractibus minorum, & mulierum ſeruandis. Et Picus (quod ad nos propiùs attinet) ſolùm molitus commentarium eſt ſuper Vrbis Statutum centeſimum quinquageſimum primum lib. 2. præſcribens ſimiliter ſolemnitates adhibendas in minorum, & mulierum contractibus. Hæc habui dicere, & præfari apud te humaniſſime Lector, ſed fortaſſe abunde dixerim, ac pluſquam ſatis, quando valentiſſimum omnium hortamentum tibi eſſe poterit ad excuſationem meam ampliſſima humanitas tua.

ELEN-

ELENCHVS

Particularium Capitum Statutorum Almæ Vrbis, quæ in Primo, & Secundo Tomo continentur.

STATVT. CAP. VII. *LIB. I.*

DE Iuramento Collateralium. pag. 21.
CAP. XII.
De ſuſpicione Collateralium. 35.
CAP. XIII.
De Syndicatu. 59.
CAP. XV.
De Conſeruatoribus. 546.
CAP. XLII.
De ſeruandis Statutis. 62.
CAP. XLIV.
De Sportulis. 67.
CAP. L.
De Reſtitutionibus in integrum. 86.
CAP. LXVII.
De Reconuentione. 105.
CAP. LXVIII.
De Poſitionibus. 115.
CAP. LXXIV.
De Interrogatorijs teſtium. 145.
CAP. LXXIX.
De Affettamento, illiuſque voto. 157.
CAP. LXXXI.
De Inſtantijs, & Fatalibus. 164.
CAP. LXXXIII.
De Executione Apocharum. 188.
CAP. LXXXIV.
De Recognitione Apocharum. 203.
CAP. LXXXV.
De Executione Inſtrumentorum dotaliũ. 216.
CAP. LXXXVIII.
De Cauſis ſummarijs. 223.
CAP. LXXXIX.
De Generali forma procedendi in ſummarijs. 236.
CAP. XCV.
De Cauſis Mercedum. 249.
CAP. XCVI.
De Cauſis infra ſummam ſcutorũ decem. 270.
CAP. XCVIII.
De Suſpicione fugæ. 273.
CAP. C.
De Compromiſſis. 295.
CAP. CI.
De rerum communium diuiſione. 315.
CAP. CV.
De Itinere actuque priuatis, necnon via publica. 335.
CAP. CVII.
De Pariete communi. 350.
CAP. CX.
De Retractu vigore conſortij. 368.
CAP. CXIII.
De alienatione rerum pupillorum, ac minorum. 416.
CAP. CXIV.
De Venditionibus, quæ fiunt à decoctis. 434.
CAP. CXIX.
Quod venditor faciat emptorem liberè poſſidere. 453.
CAP. CXXI.
De Locatione, & Emphyteuſi. 467.
CAP. CXXIII.
De Colonis partiarijs. 473.
CAP. CXXVIII.
De Priuilegijs creditorum. 485.
CAP. CXXIX.
De Repetitione dotis conſtante matrimonio. 526.
CAP. CXXX.
De Dote à fratribus profecta. 538.
DISC. VNIC.
De Locis Montium. 565.

IN SECVNDO TOMO.

SATVT. CXXXI. *LIB. I.*
De Lucro Dotis. pag. 1.
CAP. CXXVII.
De Fructibus dotalibus. 27.
CAP. CXLI.
Quod filiæ, ac neptes debeant eſſe contentæ dote data, vel relicta à Patre, vel Auo. 47.
CAP. CXLII.
De Filijs in conditione poſitis. 59.
CAP. CXLIII.
Filijs illegitimis quantum poſſit relinqui, ſtantibus legitimis. 86.
CAP. CXLIV.
Filij legitimati in quo ſuccedere poſſint, ſtantibus legitimis. 93.
CAP. CXLV.
De Succeſſionibus ab inteſtato. 113.
CAP. CXLVI.
De Succeſſione fratrum. 141.
CAP. CXLVII.
Vt poſſeſſio bonorum defuncti continuata cenſeatur in hæredes ſuos. 147.
CAP. CXLVIII.
De Noui operis nunciatione. 157.
CAP. CL.
De Donationibus inſinuandis. 167.
CAP. CLI.
De Solemnitatibus in contractibus minorum, & mulierum. 182.

CAP.

CAP. CLII.
DeCōtractibus prohibitis cū filijs familias. 258
CAP. CLIV.
De Læſione. 279.
CAP. CLVII.
Vt Fideiuſſor petere poſſit ſe à fideiuſſione eximi. 304.
CAP. CLVIII.
De Præſcriptionibus. 315.
CAP. CLIX.
De Præſcriptione Penſionum, Canonum, & Cenſuum. 340.
CAP. CLXI.
De Ceſſione Bonorum, & induciis quinquennalibus. 345.
CAP. CLXIV.
De Obligatis ad factum. 367.
CAP. CLXVII.
De Iuriſdictione Iudicis, ſeu Capitanei Appellationum, & nullitatum Vrbis. 373.
CAP. CLXVIII.
Intra quantum tempus appelletur. 422.
CAP. CLXIX.
De Tempore redeundi pro Apoſtolis. 426.
CAP. CLXXX.
Ne in vna, eademque cauſa ſecundo liceat prouocare. 431.
CAP. CLXXXVI.
De Suſpicione Capitanei. 438.
CAP. CXCI.
De Cauſis nullitatum. 445.
CAP. CXCIII.
De Electione executionis rei iudicatæ. 458.
CAP. CXCVI.
De Expenſis litis. 466.
CAP. XLI. LIB. III.
De Arte Bobatteriorum. 500.
CAP. XLIX.
De Nundinis, & ordine in eis ſeruando. 538.
CAP. LIII.
De Monopolijs. 546.
CAP. XCII.
De Salarijs Aduocatorum, & Procuratorum. 567.
DISCVRS. VNIC.
De Cauthela Angeli. 590.

IN TOMO TERTIO.

Habebis varias Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ cuilibet Capiti Statutorum Vrbis in primo, & ſecundo Tomo commentatorum accommodatas, adhuc alibi non impreſſas.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Argumentorum, & Materiarum diſcuſſarum in hoc Tomo Primo.

IN PRÆLVDIO.

ARTIC. I. pag. 1.

OSTENDITVR, qui poſſint nec ne condere Statuta, & de illorum confirmatione in forma communi, vel ſpecifica, & ponuntur effectus diuerſi inter vtramque confirmationem. Et quando Statuta dicantur vſu recepta, vel per contrarium vſum abrogata.

ARTIC. II. 9.

Examinatur, quæ, & qualia Statuta ſint ordinatoria, & quæ deciſoria, & quæ perſonæ ab illis ligentur, & in quo foro ſeruentur.

ARTIC. III. 13.

Examinatur Articulus, quod Statuta Laycorum, & illa Vrbis non comprehendant Eccleſias, ac Eccleſiaſticas perſonas, earumque bona; & ſimul oſtenditur, quando Clerici poſſint illis vti in vim priuilegij. pag. 16.

ARTIC. IV. 16.

Plenè diſcutitur quando leges Pragmaticæ, Conſtitutiones, ac Statuta porrigantur ad actus de præterito, vel ſolùm comprehendant actus de futuro.

ARTIC. V. 18.

Statuta quando ſint fauorabilia, vel odioſa, & quomodò interpræntur extendantur, vel reſtringantur.

ANNOT. I.

Ad Stat. Vrb. cap. 8. lib. 1. pag. 21.

Recenſentur qualitates, quibus Iudices pollere debent, & à quibus debeant ſe abſtinere. Oſtenditur, quod Iudex in iudicando omninò veritatem inquirere debet. Nec poteſt adhærere opinioni probabili, relicta probabiliori, ſed ſecundum hanc tenetur omninò iudicare. Firmatur quoque eſculentorum, ac proculentorum receptionem Iudicibus permiſſam, ſed vel non practicandam, vel cum magna circumſpectione. Malis Iudicibus pœnæ paratæ, quæ ſint, recolitur.

ANNOT. II.

Ad Statut. Vrbis cap. 12.

ARTIC. I. pag. 35.

Recenſatio Iudicum ex cauſa ſuſpicionis, an ſit fauorabilis, quo tempore, & à quibus legitimè proponatur, & quando proponi poſſit poſt litem conteſtatam.

ARTIC. II. 40.

Recenſentur omnes Iudices, qui Romæ, & alibi poſſunt allegari ſuſpecti, & ſimul latè enucleatur, quando Epiſcopus in Cauſis propriæ Menſæ Epiſcopalis non ſolùm poſſit allegari ſuſpectus, ſed nullatenùs poſſit eſſe Iudex, & quid de eius Vicario. Et quando poſſint recuſari totum Concilium, totum Capitulum, ac omnes Iudices alicuius loci &c.

ARTIC. III. 47.

Agitur plenè de Cauſis, ob quas Iudices recuſari poſſunt, & ſimul de illis, quæ non ſufficiunt pro recuſatione: quomodo, & quando tales Cauſæ ſint probandæ, & quando non.

ARTIC. IV. 54.

De Cauſis ſuſpicionis Iudicum, tam in Vrbe, quàm extra qui cognoſcant; & quando illis propoſitis Iuriſdictio Iudicis recuſari remaneat ſuſpenſa, vel ſit etiam neceſſaria appellatio ab vlteriori proceſſu. Ex quibus cenſeatur à recuſatione receſſum; & ſimul plura alia ponuntur ſuper recuſatione Iudicum, de quibus latè in Summario.

ANNOTATIO III.

Ad Statut. Vrb. cap. 3. lib. 1. pag. 59.

Agitur de Syndicatu Iudicum, Magiſtratuum, ac aliorum Officialium, ſuper quibus, in quo loco, & intra quod tempus Syndicatui ſtare teneantur.

ANNOTATIO IV.

Ad Statut. Vrbis cap. 42. lib. 1. pag. 63.

Firmatur, quod in Vrbe, ac Diſtrictu ſeruandum eſt, non Ius Canonicum, ſeu Ius Ciuile Romanorum, vbi contraria non vigeant Statuta, & quando etiam in Vrbe, & Diſtrictu ſeruetur Ius Canonicum. Oſtenditur, quod Teſtamenta condita ad prophanos vſus cum ſolemnitatibu *Cap. cum eſſet de Teſtam.* Romæ non valent, ſecus ad Pias Cauſas. Graduum computatio quando fiat iuxta diſpoſitionem Iuris Ciuilis, vel Canonici. Et demùm dilucidatur, quando Iuris appellatione, veniat Ius Ciuile, Canonicum, vel Statutarium.

ANNOTATIO V.

Ad Statut. Vrbis cap. 44. lib. 1.

ARTIC. I. pag. 67.

Sportularum origo, nomen, & eſſentia deſcribitur, & an illæ ſint fauorabiles, vel odio-

a 2

Digitized by Google

odioſæ; qui Iudices illas recipere poſſint refertur, & ſimul tutatur, quod illarum receptio erat licita, & permiſſa Locumtenenti Ciuili Gubernatoris Vrbis ante Reformat. ſan. mem. Innocentij XI.

ARTIC. II. 78.

Recenſentur Caſus, & Cauſæ in quibus Sportularum receptio eſt licita, vel illicita. Et ſimul oſtenditur, quid, & quantum operetur conſuetudo circa illarum receptionem.

ARTIC. III. 84.

Sportularum quantitas quomodò decernatur, & quid in hoc attendi debeat. Et quæ pœnæ ſint inflictæ Iudicibus recipientibus Sportulas vltra Taxam; & an Sportulæ veniant ſub nomine expenſarum reficiendarum.

ARTIC. IV. 84.

Agitur de Sportulis pro acceſſu Iudicis, & Notarij ad locum differentiæ, ac de illis debitis Iudicibus pro interpoſitione Decretorum voluntariæ Iuriſdictionis in contractibus minorum, & mulierum; & ſimul aliqua tanguntur de eſculentis, & poculentis in qua quantitate licitè recipi poſſint.

ANNOTATIO VI.

Ad Statut. Vrb. cap. 50. lib. 1.

ARTIC. I. 87.

Examinatur plenè materia reſtitutionis in integrum incidenter præcipuè ad praxim Fori Capitolini, quæ ſit, quando, & coram quo Iudice peti debeat, quid operetur, intra quod tempus terminari debeat, quas probationes illa non reſpuat, an ſuſpendat executionem iudicati, & in quo differat à reſtitutione in integrum principaliter. Tangitur, an terminato iudicio reſtitutionis incidenter, ſit locus reſtitutioni in integrum principaliter. Tutatur etiam, quod non eſt locus deputationi Conſultoris in iudicio reſtitutionis in integrum incidenter.

ARTIC. II. 91.

Diſceptatur materia reſtitutionis in integrum principaliter, quæ illa ſit, quando, & coram quibus Iudicibus proponatur, & quando illa petita executio iudicati ſuſpendatur nec ne. Oſtenditur quod ad talem reſtitutionem petendam requiritur mandatum ſpeciale, & quando ſecùs in perſonis, quæ habent mandatum à Lege. Recenſentur plures Caſus, in quibus talis reſtitutio denegatur; & quando illa peti poſſit cum Procuratore, qui Cauſam defendidit, & obtinuit ſententiam, licèt eius mandatum ſit reſtrictum ad obtinendam ſententiam dumtaxat. Et demùm oſtenditur, quando Iudex à quo, non obſtante iudicio reſtitutionis in integrum, poſſit taxare expenſas, abſque vitio attentatorum.

ANNOTATIO VII.

Ad Statut. Vrbis cap. 67. lib. 1. 105.

Reconuentionis materia lato calamo examinatur, quo tempore, in quibus Cauſis, & coram quibus Iudicibus proponatur: in quibus Caſibus, & Cauſis non admittatur ad effectum retardandi Cauſam conuentionis, ſed ſolùm ad effectum prorogandæ Iuriſdictionis Iudicis Cauſæ conuentionis. Quando Cauſa reconuentionis, quoad probationes, parilitatem proceſſus, & quoad alia priuilegia ambulet cum Cauſa conuentionis. Et quando Clericus poſſit, nec ne reconueniri coram Iudice Layco.

ANNOTATIO VIII.

Ad Statut. Vrbis cap 68. lib. 1.

ARTIC. I. pag. 115.

Poſitionum origo, & eſſentia proponitur, & in quo differant ab Articulis, & Interrogatorijs; quomodò dentur, & quando reijciantur; quomodò illis ſit reſpondendum, & cum quo mandato Procuræ. Illarum Copia ad effectum deliberatè reſpondendi an dari debeat, enucleatur. Reſponſio poſitionibus quando, & quibus indulgeri debeat, vt fiat cum præſentia Aduocati, vel Procuratoris. Et ſi reſponſio facienda ſit à perſonis egregijs mittitur Notarius ad earum Domus, & quæ ſint in propoſito perſonæ egregiæ oſtenditur, & ſimul cuius expenſis fiat talis reſponſio. Latè diſcutitur, quando qualitas adiecta confeſſioni factæ in reſponſione ad poſitiones debeat reijci, vel acceptari.

ARTIC. II. pag. 132.

Latiſſimè diſceptatur quibus poſitionibus non ſit reſpondendum, & ſimul quando denuò ſit reſpondendum ob inſufficientiam primæ reſponſionis. Poſitionibus concernentibus factum alienum, an & quomodo reſponderi debeat. Poſitio in parte vera, & in alia falſa, an in totum negari poſſit. Tutores, Curatores, Prælati, Syndici, & Adminiſtratores, Locorum Piorum, & Author laudatus, quando teneantur reſpondere poſitionibus.

ARTIC. III. pag. 139.

Confeſſio ficta, reſultans ex poſitionibus habitis pro confeſſatis, ad hoc vt præiudicet, quid præcedere debeat, proponitur; & quando talis confeſſio ficta non præiudicet. Contumax in reſpondendo, quando poſſit purgare moram, & admitti ad reſpondendum, & plura referuntur ſuper effectibus talis fictæ confeſſionis.

ARTIC. IV. pag. 143.

Recenſentur effectus reſultantes à confeſſione emiſſa in reſponſione facta poſitionibus, & ſimul diſcutitur, quando illa poſſit reuoca-

uoca-

Digitized by Google

uocari, & an ſuper poſitione negata poſſit quis ſe fundare. Si in reſponſione ad poſitiones quis detegitur periurus an poſſit puniri pœna periurij; & an repertus mendax in reſponſione facta aliquibus poſitionibus, dicatur mendax in alijs.

ANNOTATIO IX.

Ad Stat. Vrb. cap.74.lib.1. pag.176.

Interrogatoria pro Teſtibus examinandis quomodo fieri debeant oſtenditur, & quando illorum reſecationi ob ſuperfluitatem, vel quia ſint captioſa, & impertinentia, ſit locus: & data in partibus in Cauſa pendente in Curia, à quo Iudice ſint reſecanda. Examen factum ſine Interrogatorijs, quando nec ne validum, & quando nullitas examinis, ex quo factū ſine Interrogatorijs, ſanetur à Principe, & alia multa ſuper materia Interrogatoriorum examinantur. Proponuntur etiam plura circa Interpretes, qui aſſiſtunt examini Teſtium.

ANNOTATIO X.

Ad Stat. Vrb. cap.79. lib.1. pag.157.

Aſſettamentum, ac illius Votum in Curia Capitolij quid ſit, per quos Iudices detur, & in quibus Cauſis illud reijciatur, vel illi locus ſit, & in quibus tale Votum Aſſettamenti conueniat cum Conſilio Sapientis.

ANNOTATIO XI.

Ad Statut. Vrb. cap.81.lib.1.

ARTIC. I. pag.165.

Tempus inſtantiæ præſcriptum à Iure communi, & ex hoc Statuto quantum ſit, & quando eo elapſo inſtantia pereat: quid operetur peremptio inſtantiæ, & per quos illa reſtauretur, plenè diſcutitur.

ARTIC. II. pag.177.

Fatalium, ac inſtantiæ tempora in gradu appellationis quę ſint, & quādo Cauſa appellationis de Iure communi, & ex hoc Statuto remaneat deſerta: Dilucidatur etiam iuxta ſtylum, & praxim Curiæ, ac Rotæ, & ſimul proponuntur Caſus, & Cauſæ, in quibus fatalia non currunt, & ceſſat deſertio Cauſæ.

ANNOTATIO XII.

Ad Statut. Vrb.83.lib.1. pag.188.

Scripturæ priuatæ ex diſpoſitione huius Statuti habent viam executiuam, & tales Scripturæ priuatæ, quæ ſint. Agitur lato calamo de ſchedulis nuncupatis *Pagherò* noſtris temporibus introductis, quod habeant viam executiuam, ac celerem, cum multis priuilegijs relatis in Summario: & latè oſtenditur, quod tales ſchedulæ *Pagherò* regulantur cum terminis depoſiti; & an illæ amittant priuilegia celeris executionis, ac alia, ſi ſint munitæ obligatione Camerali, concluditur negatiuè.

ANNOTATIO XIII.

Ad Statut. Vrb. cap.84.lib.1.

ARTIC. I. pag.203.

Agitur plenè de recognitione Inſtrumentorum, quomodo illa fiat; & quomodo procedatur in recognitione Scripturarum priuatarum, & an hæ benè recognoſcantur per Teſtes habentes notam manū Scribentis, licèt nō fuerint præſentes confectioni Scripturæ; Et quando ſtante ſuſpicione falſitatis Scripturæ priuatę illa ſit recognoſcenda inter plures Scripturas conſimilis Characteris, & inter Cancellos. Et demùm oſtenditur, quando Scriptura etiam recognita non mereatur executionem, ſi plures præſumptiones falſitatis contra illam vrgeant.

ARTIC. II. 213.

Recognitio Scripturæ priuatæ per comparationem quomodo fiat, & quando illi locus ſit, & quæ requirantur in illa facienda: & an ex recognitione per comparationem reſultet ſufficiens, ac plena probatio, vel ſolum ſemiplena, diſceptatur.

ANNOTATIO XIV.

Ad Statut. Vrb. cap.85.lib.1. pag.216.

Examinatur plenè, quando ex hoc Statuto Inſtrumenta doralia, donationes propter nuptias, ac alia quæcumque data nomine dotis habeant viam executiuam etiam contra tertios poſſeſſores, & quid hoc caſu probandum ſit. Oſtenditur quoque, contrarijs omnibus explanatis, non poſſe de Iure communi procedi executiuè contra tertium poſſeſſorem, etiam citatum in quolibet actu pro omni ſuo iure, & intereſſe, & declaratur *Caſtrenſ. in l. filius familias 23. ff. de verb. obligat.*

ANNOTATIO XV.

Ad Statut. Vrb. cap.88.lib.1.

ARTIC. I. pag.224.

Cauſæ Summariæ vigore Statutorum Vrbis, ac Iuris communis, quæ ſint, refertur, & ſimul referuntur priuilegia circa modum in illis procedendi.

ARTIC. II. pag.229.

Clauſulæ: *Summariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicis, ſola facti veritate inſpecta, omni iuris ſolemnitate omiſſa*: quid importent, latè examinatur.

ARTIC. III. pag.234.

Cauſæ ſummariæ ab executiuis in quibus differant, & an in illis, ſicut in his reijciatur

 appel-

Digitized by Google

appellatio, & concluditur in cauſis ſummarijs non executiuis dari appellationem.

ANNOTATIO XVI.

Ad Statut. Vrbis Cap. 189. lib. 1.

ARTIC. I. pag. 237.

Expenſæ contumaciales quando necne, & in qua quantitate à contumace refici debeant, & quando ceſſet contumacia; & quando ad illas teneatur Clericus conuentus coram Iudice layco,& tunc an ab hoc,vel à Iudice Eccleſiaſtico ſint taxandæ, & tutatur verior opinio, quod illarum taxatio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, & contraria opinio refellitur. Oſtenditur demùm quando per minorem ſint nec ne reficiendæ tales expenſæ contumaciales.

ARTIC. II. pag. 241.

Terminus ad ſoluendum debitum, quando, pro quo tempore, & à quibus Iudicibus concedatur, refertur; & ſimul quod ille debet liberè ſuſcipi. Talis terminus erroneè ſuſceptus non præiudicat, & ex quibus oſtendatur error,examinatur. Et demùm, quod per termini ſuſceptionem ſit renunciatum compenſationi,appellationi,& cuicumque exceptioni, oſtenditur, etiam ex praxi Tribunalium Vrbis.

ARTIC. III. pag. 244.

Iuramentum ſuper partito litis deciſiuo, quãdo admittatur, vel recuſari poſſit; & an à relatione talis iuramenti detur appellatio, diſcutitur; & ſimul, num ratione falſi iuramenti emiſſi ſuper partito deciſiuo poſſit quis criminaliter puniri.

ANNOTATIO XVII.

Ad Statut. Vrb. Cap. 95. lib. 1.

ARTIC. I. pag. 249.

In Cauſis mercedum, quando debeat priùs fieri depoſitum, vel præſtari cautio in forma depoſiti, & quando non,plenè oſtenditur. Diſcutitur ſimul, quod ſalarium non conuentum nõ debetur,niſi per illud petentem probetur copulatiuè, quod ipſe ſit ſolitus locare operas ſuas, & alter conducere, & quando talis probatio non requiratur in famulis, qui eorum ſeruitium præſtiterunt in Alma Vrbe. Examinatur denique,quando in Cauſis mercedum reſpuatur, vel admittatur appellatio.

ARTIC. II. pag. 256.

Agitur de facultatibus, ac Iuriſdictione Iudicis Mercennariorum Artis Campeſtris in Vrbe, & Diſtrictu, Abbate Sacco nuncupati, & quod in Cauſis illorum non ſe ingerunt alij Iudices Vrbis, nec ipſa Signatura Iuſtitiæ, & ponitur ſimul, quod idem Iudex eſt vnus ex Deputatis Congregationis Viſitæ Carceratorum.

ARTIC. III. pag. 261.

Plenè tutatur Iuriſdictio totalis Locumtenentis Ciuilis Gubernatoris Vrbis, priuatiuè ad Auditorem priuatum eiuſdem Gubernatoris, qui nullam ex ſe habet iuriſdictionem. Oſtenditur plenè, quod idem Locumtenens Ciuilis eſt Iudex Ordinarius in Vrbe, & Diſtrictu, & poteſt propterea facere ea omnia, quam faciunt omnes alij Iudices ordinarij Vrbis. Defenditur denique honeſtas muneris eiuſdem Locumtenentis, & quod illius Iudicatura eſt nobilis, ac honeſtiſſima,& nõ pedanea,cum contrariorum exploſione.

ARTIC. IV. pag. 266.

Oſtenditur hic Iuriſdictio priuatiua in Regione Burgi, à quibus conceſſa, & quando moderata, & in quibus cauſis illa procedat, vel non habeat locum, & quod illa hodiè fuit vnita Gubernio Vrbis.

ANNOT. XVIII.

Ad Statut. Vrb. cap. 96. lib. 1. pag. 270

Cauſæ infra ſcuta decem iudicatæ à Senatore, vel eius Collateralibus dumtaxàt non ſunt appellabiles, etiam in deuolutiuo, ſecùs ſi terminatæ ſint ab alijs Iudicibus inferioribus; Capitaneus propterea appellationum in illis non poteſt inhibere in vim appellationis, nec via recurſus.

ANNOTATIO XIX.

Ad Statut. Vrb. Cap. 98. lib. 1. pag. 274

Tractatur pleno calamo materia mandati ſuſpicionis fugæ,quando illud relaxari poſſit, contra quos,& cum quibus probationibus, & plenè ponuntur requiſita neceſſaria pro illo obtinendo. Et ſimul ponuntur caſus quando illud non poteſt concedi. Ponuntur quoque priuilegia competentia mandatis ſuſpicionis fugæ, & quod illa exequi poſſunt in domo propria,de nocte,& in diebus feſtiuis; & an per cautionem iuratoriam tollatur mandatum ſuſpicionis fugæ, & reſoluitur negatiuè; taliſque cautio quomodò præſtari debeat, & an per illius præſtationem approbetur captura nulla: & demũ an cautio debeat eſſe de iudicio ſiſti, vel de iudicatum ſoluendo.

ANNOTATIO XX.

Ad Statut. Vrbis cap. 102. lib. 1.

ARTIC. I. pag. 295.

Compromiſſum quid ſit, & an æquiparetur tranſactioni. Statuta de cõpromiſſis an ſint fauorabilia, vel odioſa,& quomodò interpretētur, & an latam, vel ſtrictam recipiant interpretationem: an ſint ordinatoria, vel deriſoria, an ligent Clericos. Compromiſſum à minoribus, vel mulieribus quando necne fieri debeat cum ſolemnitatibus ſtatutarijs. Quo tempore fieri debeat,& quando

do ſemel factum iterum fieri debeat. Graduum computatio in faciendo compromiſſo ordinato à ſtatuto inter coniunctos vſq; ad certum gradum, quomodò fieri debeat.

ARTIC. II. pag.302.
In quibus cauſis, & caſibus non ſit locus compromiſſo ſtatutario latè proponitur, & caſus,& cauſas non cadentes ſub compromiſſo habes in Summario.

ARTIC. III. pag.309.
Expenditur, qui poſſint eſſe arbitri, qualis ſit illorum poteſtas, quomodò procedere debeant, & an arbitri cogi poſſint ad acceptandum compromiſſum, & poſteà ad laudandum; Et quomodò laudum proferre debeant; & quando primis arbitris diſcordantibus ſit locus electioni tertij. Compromiſſum quos comprehendat, & quomodò expiret. Laudi executioni quando locus ſit, vel illius executio ſuſpendatur per appellationem, vel reductionem ad arbitriũ boni viri.

ANNOTATIO XXI.

Ad Statut.Vrb.Cap.101.lib.1.

ARTIC. I. pag.316.
Hoc ſtatutum ſuper diuiſione facienda an ſit ordinatorium, vel deciſorium, & an liget Clericos, diſcutitur. In iudicio diuiſionis quis ſit Actor, vel Reus, & quid in illo, vt diuiſioni locus ſit, probandum ſit, oſtenditur. Societas tacita vniuerſalis omnium bonorum ex quibus probetur, vel remaneat excluſa, & an contrahi, vel continuari poſſit cum minore, diſceptatur. Diuiſio perpetuò prohiberi non poteſt, ſed benè ad tempus, & ex aliqua iuſta cauſa; & ſemper illa peti poteſt, non obſtante quocumque lapſu temporis.

ARTIC. II. pag.320.
Diuiſio quomodò fiat,an per ſortes, vel iudicio peritorum, vel quod maior diuidat, & minor eligat, enucleatur. Diuiſionis bonorum diuiſibilium, vel indiuiſibilium traditur modus,& quæ dicantur bona indiuiſibilia,& quomodò hęc per licitationem, vel alio modo diuidantur, oſtenditur.

ARTIC. III. pag.324.
Diuiſio inter Ruſticos fratres,& artifices quomodò fiat, tàm bonorum, quàm fructuum, & quid capiant minores, vel fœminę pro lucro facto in laboritio. Dos data filiæ à fratre viuente in communione an computetur in eius partem, vel cedar damno Societatis diſcutitur, & quid dicendum ſit de alijs debitis contractis ab vno ex Socijs durante Societate.

ARTIC. IV. pag.329.
Diuiſio quando, & ex quibus facta præſumatur; & quando ſemel facta iterum fieri debeat, quia in prima dolus, error, ac læſio irrepſerit, & quæ læſio expoſcatur ad reſcindendam diuiſionem, latè diſſeritur. An diuiſio peti poſſit à minoribus, & cum quibus ſolemnitatibus, & an aduerſus illam minoribus competat reſtitutio, & quando ab iiſdem cenſeatur ratificata. Diuiſio rei emphyteuticę ſine conſenſu Domini directi quando fieri poſſit: & demùm quando per diuiſionem cenſeatur renunciatum fideicommiſſo.

ANNOT. XXII.

Ad Statut. Vrb. Cap.195. lib.1.

ARTIC. I. pag.336.
Viæ publicæ, quę ſint, & quę Regię, & Conſulares, & quæ differentia ſit inter vias ſimpliciter publicas, & Conſulares. Vię vicinales, ac prędiales, vel priuatæ cur ſic dicatur, & quæ ſint. Et demùm viarum publicarum menſura deſcribitur, & ſub cuius Iuriſdictione illæ exiſtant.

ARTIC. II. pag.340.
Viarum refectio, & expurgatio ad quos ſpectet, & an ad tale onus teneantur Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, & quando hę ad tale onus tenẽtur,per quos Iudices fiat coactio, latè oſtenditur. Diſcutitur ſimul an ſuper vijs tam publicis, quàm priuatis poſſit aliquid ſuperędificari, immitti, vel proijci, per quod viarum vſus impediatur.

ARTIC. III. pag.346.
Vię publicę, vel priuatæ an pręſcribantur, & per quantum tempus, & an poſſit per Principem tolli vſus vię publicę. Cura Viarum ad quos de iure ſpectet, & in Vrbe petinere ad Magiſtros Viarum oſtenditur. Probatur demùm validitas Statuti Ciuitatis Aſculi mandantis, propè vias publicas, vel vicinales non poſſe aperiri foſſata, & oſtenditur illud eſſe in viridi obſeruantia.

ANNOTATIO XXIII.

Ad Statut.Vrbis Cap.107.lib.1.

ARTIC. I. pag.350.
Murus quando, & ex quibus dicatur proprius alicuius,& quantum in hoc deferatur peritis plenè oſtenditur. Concluditur ſimul, quod ſuper pariete proprio,ceſſante emulatione, quæ non præſumitur, poteſt quis ad libitum ſuperædificare, & feneſtras in illo aperire, & quando ſecus ſi per illas habeatur proſpectus intus Monaſteria Monialiũ, vel ſi per fabricam impediatur aer ſalubris locis publicis, vel adſit ſeruitus non aperiendi feneſtras, quæ quando inducta ſit, oſtenditur.

ARTIC. II. pag.356.
Murus quando dicatur communis inter vicinos, & communionis ſigna plenè recenſentur,

tur, & quando murus dicatur communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo,& ponitur differentia inter vtramque communionem. Lato calamo explicatur quando ſuper pariete communi apto ad ſuperædificandum poſſit fabricari, & quando dicatur talis, vel potiùs ſit diuiſorius.

ANNOTATIO XXIV.

Ad Statut. Vrb. Cap. 110.

ARTIC. I. pag.369.

Statuta ſuper retractu, & Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper Iure congrui ſunt odioſa, & ſtrictè intelligenda, & contraria explanantur. Sufficit tamen, quod ſint confirmata in forma communi àPrincipe,nec eſt opus, quod accedat confirmatio in forma ſpecifica. Oſtenditur inſimul, quod Conſtitutio *Sancimus* ſuper retractu Federici Imperatoris non eſt lex Imperialis, & ideò ſeruatur ſolùm,vbi eſt vſu recepta. Oſtēditur demùm, quæ actio competat pro retractu, quomodò illa proponatur, & à quibus, & quid petens retractum probare debeat.

ARTIC. II. pag.374.

Statuta, ac Conſuetudines ſuper retractu an procedant contra Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & an contra familiares Sancti Officij latè diſcutitur; & affirmatiuè concluditur ſolùm quoad conſuetudinem vigētem ſuper retractu in Inſula Meleuitana.

ARTIC. III. pag.377.

Plenè examinatur in quibus caſibus Statuta ſuper retractu procedant, necne, & quibus perſonis ille competat.

ARTIC. IV. pag.385.

Retractus vigore conſortij ex hoc Statuto Vrbis 110. vel alijs ſimilibus quando competat, & quibus perſonis, diſcutitur: & ſimul ponunrur requiſita ad hoc, vt ille procedat. Examinatur quoque, a n talis retractus vigore conſortij ſit præferendus retractui vigore vicinitatis, vel Domino Cenſus habenti retractum fundi cenſiti ex Bulla Beati Pij V.

ARTIC. V. pag.388.

Retractus prælatiuus, vel coactiuus in Vrbe ex Bulla Gregorij XIII. tàm ſuper Domibus, quàm ſuper Vineis, Cannetis, & Pedicis Caſalium quando competat, & de requiſitis ad hoc, vt ille habeat locum, plenè diſcutitur: Et quando competat ex eadem Bulla Inquilino retractus vigore Inquilinatus, & quando non. Declaratur inſimul quis præferatur in retractu, ſi ille petatur à Conſorte,Vicino,Inquilino, Domino directo, vel Domino Cenſus. Et demùm oſtenditur, quod retrahere volens debet facere depoſitum pretij rei retrahendæ.

ARTIC. VI. pag.400.

In retractu quando ncenc præferatur ille, qui præoccupauit, vel præferatur habens maiorem adiacentiam rei retrahendæ, ac ius potentiùs;Et ſi agatur de re diuiſibili,quando plures concurrentes in retractu admittantur æqualiter, vel vnus præferatur alteri. Retractus ſuper vna ex rebus venditis quando detur, vel debeant retrahi omnes. Retractui quando cenſeatur renunciatum; & an ius retractus cedi poſſit. Et demùm an reſtitutio in integrum competat aduerſùs non petitum retractum in tempore.

ARTIC. VII. pag.406.

Agitur de retractu competente Domino Cenſus ſuper fundo cenſito vigore Bullæ Beati Pij V. quando ille competat, & de requiſitis pro illo obtinendo. Non tollitur talis prælatio, ſi Domino Cenſus non fuerit iudicialiter facta denunciatio venditionis fundi, nec ſufficit ſcientia extraiudicialis. Diſcutitur quis præferatur in emptione fundi cenſiti,quando plures creditores cenſuum impoſitorum ſuper eodem fundo cōcurrunt. Bulla Beati Pij V. ſuper Cenſibus, in quibus Regnis, ac Dominijs ſit recepta examinatur, & concluditur illam non ſeruari in Regno Siciliæ, ſed benè in illo Neapolis.

ARTIC. VIII. pag.411.

Examinatur matera coactionis ad vendēdum pro conſtructione,ac ampliatione Eccleſię, Monaſterij, Hoſpitalis, Seminarij, Collegij Scholarum,Platearum, Palatij Epiſcopalis, & ſimilium in vim *l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Relig.& ſumpt.funer.*quando talis coactio intret, & quę requirautur, vt illi locus ſit; & quale pretium dandum ſit, & an in pecunia numerara ſit ſoluendum.

ANNOT. XXV.

Ad Statut. Vrb. Cap. 113. lib. 1.

ARTIC. I. pag.417.

Latè examinatur hic materia ſolemnitatum requiſitarum ab hoc Statut.113., & ab alio Statut. 151. in alienatione ſtabilium ad pupillos, ac minores ſpectantium; & an ſub hoc ſtatuto comprehendantur minores forenſes in Vrbe alienantes; quæ bona veniāt ſub nomine ſtabilium, & ſignanter an Molendina lignea ſuper fluminibus natantia. Diſcutitur ſimul quando Tutoris, vel Curatoris ſola authoritas intali alienatione ſufficiat, vel requiratur eriam præſentia ipſorum pupillorum, & minorum. Et demùm quandoPater poſſitnecne ſuper bonis filij pupilli, vel minoris imponere cenſus.

ARTIC. II. pag.424.

Agitur hic de ſolemnitate Cauſæ exigitæ in alienatione ſtabiliū ad pupillos, vel minores pertiuentium, quod debeat eſſe vrgens, & ne-

& neceſſaria; & quando ſufficiat ſola illius vtilitas. Oſtenditur alienationem corruere ex falſitate cauſæ, etiam in parte, vel ſi illa ſit inepta, vel vaga,& generalis, & non ſpecifica. Diſceptatur plenè,an ex Statuto Bononiæ cauſa requiratur, & tandem concluditur affirmatiuè. Tangitur quoque, quando emens rem ſtabilem minoris teneatur eſſe ſollicitus de verſione pretij in cauſam expreſſam.

ARTIC. III. pag.431.

Alienatio ſtabiliū facta à minore ſine ſolemnitatibus Iuris communis validatur iuramento,ſecùs ex hoc, & alijs ſimilibus ſtatutis. Examinatur plenè, quando per ſilentiū quinquennale poſt expletam maiorem ętatem cenſeatur ratificata, nec ne alienatio. Minori, vel pupillo pro recuperatione rei alienaræ, quæ remedia competant, & an illam recuperent vna cum fructibus, & à quo tempore illi reſtitui debeant.

ANNOTATIO XXVI.

Ad Statut.Vrb. Cap.114.lib.1.

ARTIC. I. pag.435.

Examinarur materia decoctorum, & fallitorum, & quod illi fraudes, ac ſimulationes, ac omne malum moliuntur in præiudicium Creditorum. Oſtenditur plenè quis ſit, & dicatur decoctus, vel decoctioni proximus, & ex quibus probetur, & excludatur decoctio.

ARTIC. II. pag.439.

Contractus, alienationes, ac actus geſti quomodocumque à decocto, vel decoctioni proximo, quando ſint irriti,tanquam ſimulati, & fraudolenti, & ex quibus excludatur ſimulatio, & fraus.

ARTIC. III. pag.445.

Decocto ſcribente literas Cambij etiam decoctione latenti, quando ille, cui literæ ſcriptæ ſunt, & quas acceptauit, teneatur illas ſoluere, & adimplere, & quando in propoſito dicatur adeſſe decoctio latens,larè examinatur. Et è contra quando ſcribens litteras Cambij, decocto eo, cui illæ ſcriptæ ſunt teneatur illas complere. Diſcutitur etiam, quando dans ordinem, ſeù mandatum de ſoluendo ſuo Creditori, ſi ille cui erat directus ordo fiat non ſoluendo, teneatur mandans ſoluere ſummam contentam in ordine dato pro ſoluendo, & non pro ſoluto. Et demùm quando ſchedula *Pagherò* ceſſa, ſeu girata *per altrettanti*, ſi à giratario non exigatur ob decoctionem debitoris ceſſi debeat compleri à cedente, vel girante.

ANNOTATIO XXVII.

Ad Statut.Vrb.cap.119.lib.1.

ARTIC. I. pag.453.

Venditor tam ex diſpoſitione iuris communis, quàm præſentis Statuti tenetur tradere Emptori rem venditam liberè, & quid amplius importet promiſſio expreſſa facta à venditore, quod res vendita eſt libera ab omni onere.

ARTIC. II. pag.460.

Emptori quando res vendita debeat omninò tradi libera, vel ſufficiat cautio euictionis, plenè diſcutitur; & ſimil firmatur, quod talis cautio debet eſſe per fideiuſſores, non autem per ſolam obligationem venditoris, etiamſi hic ſit diues. Diſcutitur etiam plenè,onus Emptoris eſſe denunclare moleſtias ſibi in re empta illatas, ſi vult habere regreſſum contra venditorem; & quando etiam, tali denunciatione omiſſa, ſit locus regreſſui.

ANNOTATIO XXVIII. p.467.

Ad Statut.Vrb. Cap.121.lib.1.

Oſtenditur, quod locatio, & emphyteuſis in pluribus inter ſe ſymbolizant, præcipuè ex hoc Statuto quoad ſolutionem penſionis, & Canonis: in quibus tamen inter ſe differant; & ex quibus cognoſcatur an contractus ſit locationis, vel emphyteuſis,proponitur. *L.ſi quis conductionis, C. locat.* diſpoſitio in quibus contractibus procedat, & quando non habeat locum, plenè examinatur.

ANNOTATIO XXIX.

Ad Statut.Vrb. Cap.123.lib.1.

ARTIC. I. pag.473.

Colonorum materia tàm in Vineis, quàm in alijs prædijs diſcutitur, quod Ius habeant ſuper fructibus pendentibus, & quando ſuper illis poſſit apponi Cuſtos à Creditoribus, tàm Domini, quàm Coloni, examinatur. Vindemia quo tempore fieri debeat, & an poſſit aqua cū vino commiſceri, dum fit muſti recollectio. Colonus an teneatur ſuis expenſis tranſportare portionem dominicalem fructuum ad Domum Domini; & ſi propriam portionem fructuum venalem expoſuerit teneatur in emptione præferre Dominum.

ARTIC. II. pag.479.

Cultura agri, vel Vineæ quomodo facienda, illamque fuiſſe factam,an per Dominum, vel Colonum ſit probandum,differitur. Colonia finita quomodò Colonus debeat relinquere fundum. Contractus Coloniæ eſt impropriè ſocietas, & magis proptiè locatio,

Digitized by Google

tio, & conductio tranſitotius ad hæredes. Diſcutitur, quando ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare locationi, & coloniæ. Refertur quomodo ſit prouidendum, ſi plures ſint ſocij in eodem prædio, & diſcordent ſuper appoſitione Coloni. Tãgitur demùm articulus, an Colono eiecto à colonia, adhùc durante, competat remedium reſtitutorium.

ANNOTATIO XXX.

Ad Statut. Vrb. Cap. 128. *lib.* 1.

ARTIC. I. pag. 485.

Oſtenditur plenè, qui creditores præferantur in concurſu ex capite potioritatis illis attributę ex diſpoſitione Iuris communis, vel Conſtitutionum Apoſtolicarum; & ſignanter hi ſunt Domini directi, ac locatores pro canonibus, & affictibus ſuper re emphyteutica, vel locata; an autem id procedat aduerſus illos, qui pecunias mutuarunt in cauſam culturæ, latè diſceptatur, & reſoluitur negatiuè. Præferuntur etiam in Vrbe Piſtores, Aromatarij, Mercatores Fundacales, & Riparum Vrbis, Dohanerij, Gabellarij Gabellæ Fœni, & Paleę ſuper Fœno, & Palea. Præferuntur etiam miſerabiles perſonæ pro certa ſumma, Fiſcus pro collectis, & an ex priuilegio Primipilatus. Competit quoque prælatio pro expẽnſis funerum, ac etiam vltimæ infirmitatis, ſuper quibus latè habebis in Summario.

ARTIC. II. pag. 505.

Diſcutitur de prælatione competente illis, qui crediderunt pecunias pro emenda, reficienda, vel conſeruanda re, & referuntur requiſita pro habenda tali prælatione ſuper eadem re. Quæ prælatio competit omnibus, qui quouiſmodo meliorarunt, conſeruarunt, vel maioris valoris reddiderunt rem, de cuius pretij conſignatione agitur. Et ideò prælatio competit, vectoribus, laboratoribus, Cuſtodibus animalium, vel rerum; Dominis domorum, in quibus res conſeruatæ fuerunt; illis qui dederunt paſcua animalibus; Nautis, Aduocatis, Procuratoribus ſuper re vecta, vel defenſa; & alijs ſimilibus.

ARTIC. III. pag. 512.

Proponitur prælatio creditorum in vim hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ, & oſtenditur, qui ſint creditores, qui de iure habent tacitam hypothecam.

ARTIC. IV. pag. 522.

Creditores Chirographarij deſtituti hypotheca nullam habent prælationem, & concurrunt inter ſe per tributum, & quomodo hoc fiat. Creditor potior in credito eſt talis in expenſis. Sors cenſus in concurſu quãdo non ſit extincta, & quando creditores debeant in concurſu preſtare cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus, & quid talis cautio operetur. Et demùm diſcutitur quando in concurſu creditorum detur appellatio.

ANNOTATIO XXXI.

Ad Statut. Vrb. cap. 129. *lib.* 1. pag. 527.

Agitur latè de reſtitutione, ſeu aſſecuratione Dotis fauore Mulieris conſtante Matrimonio ob vrgentiam Mariti ad inopiam. Diſcutitur, quando talis vergentia dicatur adeſſe, & ſit probata, & quando vergentia allegata à Muliere retardet executionem Creditoribus Mariti. Aſſecuratio in quibus Corporibus fiat, & an ad æſtimationem: Et an Creditores poſſint offerre Dotem in pecunia Mulieri, & reſoluitur negatiuè. Aſſecuratio Dotis quando non detur, & an competat filijs Mulieris, vel ſaltem iiſdem ſuccurratur alio remedio, ne dos materna diſperdatur à CreditoribusPatris. In aſſecuratione Dotis veniunt fauore Mulieris expenſæ Litis, ac etiam fructus à die petitæ aſſecurationis.

ANNOTATIO XXXII.

Ad Statut. Vrb. 130. *lib.* 1. pag. 538.

Plenè oſtenditur, quando Frater etiam Clericus teneatur dotare Sororem, etiam vterinam; & an dotem ſemel datam, & amiſſam teneatur denuo conſtituere. Dos data à Fratre Sorori an cenſeatur data de proprio, vel vti hærede Patris, examinatur. Dos ex hoc Statuto reuertitur ad Fratres dotantes, ſi oſtendant Sororem dotaſſe de proprio. Pactum reuerſiuum in Dote, vel grauamen fideicommiſſi, quando poſſit à dotante, nec ne apponi, diſcutitur, & reſoluitur negatiuè, ſi dos ſuccedat loco legitimæ, ſecus in huius exceſſu. Reuerſio dotis ad Fratrem an procedat, tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato, differitur.

ANNOTATIO XXXII. la 2.

Ad Statut. Vrb. 75. *lib.* 1. pag. 546.

Refertur, ac tutatur dignitas, & poteſtas Conſeruatorum Cameræ Vrbis, & quomodò, & in quibus repræſentent antiquos Conſules, quorum nomen adhuc retinent? Qui, cuius ætatis, & conditionis eligantur. Quam poteſtatem, ac Iuriſdictionem habeant in Vrbe circa Annonam, ac Graſciam, & in quibus contra Piſtores, Macellarios, & Salſamentarios, etiam in concurſu Annonæ Præfecti, & Graſciæ Præſidis. Tutatur inſigne Priuilegium iiſdem Conſeruatoribus competens manu mittendi Seruos, ac Sclauos Chriſtianos effectos, qui apud illos libertatem acclamauerint, & ſuper hoc refertur plenum, doctum, ac eruditiſſimum Iuris Reſponſum R. P. D. Seueroli Sacri Conſiſtorij, ac Incliti Populi

puli Romani Aduocati. Oſtenditur quoque, poſſe per Conſeruatores, eorum Magiſtratu durante, vacantia Officia Cameræ Vrbis conferri, non tamen illa non vacantia extendi ad vitam diuerſarum perſonarum in præiudicium Conſeruatorum ſucceſſorum. Diſcutitur demùm quando nec ne Conſeruatores, vel alij Magiſtratum gerentes poſſint, Magiſtratu durante, conueniri.

DE LOCIS MONTIVM.

DISCVRSVS VNICVS.

ARTIC. I. SECT. I. pag.566.

DIſcutitur, quid ſint loco Montium, & ſimul de illorum erectione, ac multiplici differentia agitur.

SECTIO II. pag.569.

Locorum Montium Dominium, ac poſſeſſio quomodo acquiratur, & probetur, & quandoſuper illis competat immiſſio etiam in Saluiano, vel potius illa denegetur.

SECTIO III. pag.575.

Loca Montium Cameralia non vacabilia oſtenditur haberi loco Stabilium, & recenſentur ſingulares effectus ab hoc reſultantes: & ſimul enucleatur, quando loca Montium libera, vel cum vinculis tranſeant in Emptores.

SECTIO IV. pag.580.

Valor intrinſecus, ac extrinſecus locorum Montium qui ſit, tam Cameralium, quam Baronalium, tam liberorum, quam ſubiectorum vinculis, & ſimul qui fructus ex illis anno quolibet percipiantur, diſceptatur.

SECTIO V. pag.583.

Proponuntur plura circa Officium Secretariorum, Procuratoris, Ratiocinatorum, & Depoſitariorum Locorum Montium, & in quibus conſiſtat ſingulorum præfatorum miniſterium circa Loca Montium, refertur. Plura quoque adnotantur ſuper Iuriſdictione Congregationis Montium, Theſaurarij Generalis, ac aliorum Iudicum Ordinariorum Vrbis ſuper Locis Montium.

SECTIO VI. pag.587.

Libantur plura ſuper Locorum Montium extractione, ac redemptione, illorumque quoad fructus reductione, & quando, & quomodo illas Princeps licitè faciat: & ſimul ponitur, quale pretium à Principe reſtituatur pro quolibet loco Montis.

ARTICVL. II. pag.590.

Plenè diſcutitur materia Locorum Montium vinculatorum, & de varijs vinculis Maioratus, Primogenituræ, Fideicommiſſi, Euictionis, Cautionis, Fundi Dotalis, vel alijs in illis appoſitis, diſſeritur: & ſimul latè oſtenditur, quando nec ne talia vincula poſſint, nec ne deleri per Iudices à Locis Montium, & quæ Iudices in hoc obſeruare debeant, theoricè practicè proponitur: & aduertitur, quod Iudices in deletione huiuſmodi vinculorum debent cum omni circumſpectione, & multum cautè procedere, & in dubio meliùs erit, quod ſe abſtineant ab illorum deletione.

Digitized by Google

Digitized by Google

1.5.415

PRÆLVDIVM

AD NOVAS ANNOTATIONES, AC COMMENTARIA *AD PLVRA CAPITA* STATVTORVM VRBIS

Complectentia diuerſas materias;

Nedum iuxta dictorum Statutorum, verum etiam Iuris Communis diſpoſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalium cognitio confert ad cognitionem particularium, & illa priùs cognoſcuntur ab intellectu, quam particularia.*

2 *Præludij materia que ſit, ac eius diuiſio.*

CVIVSQVE rei tractandæ potiſſima pars eſt principium, illiuſque notio exactius habetur, ſi præmit-
1 tantur generalia, ac vniuerſalia, cum hæc conducant ad meliorem intellectum particularium, vt aduertit *Caius in l.1. ff. de orig. Iur.* & eſt ſenſus Philoſophi *in primo Phiſic.* cum vniuerſalia priùs nota ſint Intellectui noſtro, ſaltem cognitione confuſa, quam ſingularia, vt Philoſophicè non minùs, quàm erudite probat *Pichard. ſuper Inſtit. lib.1. §. his igitur num.1. Inſtitut. de Iuſt. & Iur.* hinc ad exactiorem cognitionem materiarũ particularium ſtatutorum Vrbis, ſuper quibus, ſeù aliqua illorum parte nonnulla Commentaria, ſeù nouas Annotationes elucubrandi onus aſſumpſi, nonnulla generalia præmittenda eſſe duxi, ad Capitula particularia ſtatutorum ſummopere pertinentia, quæ in quinque articulos in hoc Præludio diuidenda eſſe exiſtima-
2 ui. In primo videbimus, qui poſſint nec ne condere ſtatuta, & quando illa egeant confirmatione ſupremi Principis, & hæc debeat eſſe in forma ſpecifica, vel ſufficiat in forma communi, & quæ inter vtramque confirmationem verſetur differentia, & ſimul quando ſtatuta dicantur vſu recepta, vel per non vſum abrogata.

In ſecundo quænam ſtatuta ſint deciſoria, & quæ ordinatoria, & in quibus diſcrepent, quos ligent, & in quibus Foris, & Cauſis ambo ſeruentur.

In tertio diſcutietur quando ſtatuta laicalia, & præcisè illa Vrbis, licèt confirmata à Papa in forma ſpecifica, non comprehendant Eccleſias, loca Eccleſiaſtica, Clericos, ac Eccleſiaſticos eorumque bona, & quando poſſint Clerici vtì ſtatutis laicalibus per modum priuilegij.

In quarto, quando leges, Conſtitutiones, ac ſtatuta, quæ regulariter comprehendunt caſus futuros, extendantur etiam ad actus, & caſus præteritos.

In quinto demum quomodo ſtatuta, præcipuè odioſa, & contra ius interprætentur, an ſtrictè, vel large, & quando in ſtatutis non dicatur fieri extenſio, ſed aliquid ſub illis veniat per viam comprehenſionis.

ARTICVLVS I.

ARGVMENTVM.

Statuta qui condere poſſint, vel prohibeantur, & quando egeant confirmatione Supremi Principis, & hæc debeat eſſe in forma ſpecifica, vel communi, & oſtenditur inter vtramque confirmationem diuerſitas; Et demum diſcutitur quando, & ex quibus ſtatuta cenſeantur vſu recepta, vel per contrarium vſum abrogata.

SVMMARIVM.

3 *Statuta contra ius in ſtatu temporali Papæ non poſſunt eius ſubditi condere ſine auctoritate Papæ, & n.6.*

4 *Et ex Ægidiana ſi non ſent approbata à Rectore Prouinciæ & n.5.*

7 *Statuta quæ tollunt vires Conſtitutionis Ægidianæ non poſſunt à ſubditis Sedis Apoſtolicæ fieri ſine confirmatione in forma ſpecifica.*

8 *Prout ſi tendant ad derogationem iuris Canonici.*

9 *Statuta Condere eſt de reſeruatis Principi.*

10 *Statuta per ſubditos condi non poſſunt niſi cum ſpeciali priuilegio Principis.*

11 *Statuendi facultas debet eſſe ſpecialis, nec venit ſub conceſſione Caſtri cum Iuriſdictione.*

12 *Nec venit ſub facultate conceſſa legitimandi, vel creandi Notarios.*

13 *Statuta condita contra ius à ſubditis Sedis Apoſto-*

 licæ

licæ non relenant ſiue confirmatione in forma ſpecifica.

14 *Statuta Ciuitatis Aſculi non tenent ſi ſint contra ius ſine tali confirmatione.*

15 *Legati à Latere non poſſunt condere ſtatnta contra ius & u.18. & 22.*

16 *Fallit ſi ad hoc habeant facnlt ates ſpeciales.*

17 *Prout ſi Legati faciant ſtatuta ex iuſta cauſa, & pro bono publico.*

19 *Legatus à Latere non poteſt facere ſtatnta, quæ ſint contra alia ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata.*

20 *Legem tollere, & abrogare ſpectat ad ſolnm Principem ſupremum.*

21 *Deciſ.2. unm.10. coram Royas fuit renocata, & num.22.*

23 *Rector Prouinciæ Marchiæ non habet facultatem couſirmandi ſtatnta contra iuſ.*

24 *Barones non poſſunt condere ſtatuta contra ius, quia ſuperiorem recognoſcnnt & nnm. 25.*

26 *Barones, & popnli ſnbiecti licet haberent merum imperinm, ſi recognoſcnnt ſuperiorem, non poſſunt ſtatuere contra ins.*

27 *Statuta confirmare non poſſunt etiam Legati de Latere ſi ſint contra ius.*

28 *Nec Barones hoc facere poſſunt.*

29 *Communitates ſubditæ poſſunt condere ſtatnta concerncutia adminiſtrationem rernm propriarum, vt ſuper proprys paſcuis, & redditibns.*

30 *Etiam quod ſtatnta ſint pœnalia.*

31 *Statuta prædicta poſſunt fieri à maiori parte Concillariorum, Vniuerſitate legitimè congregata, licet aliqui Ciues contradicant, & num.32.*

33 *Ripa reſpont.93. & Surd.conſ.65.dicentes ſufficere contradictionem aliqnorum reprobantur, & unm.34.*

35 *Statuta pro intereſſe particnlari Vniuerſitatum co magis ab Vniuerſit atibus fieri poſſunt cnm authoritate, & confirmatione Principis, & n:45.*

36 *Præcipnè ſi Communitates conſnenerint talia ſtatnta condere, & nnm.37.*

38 *Fagnan. in cap. cnm in cunctis nnm. 8. de his qnæ fiunt à maior. part. Capituli reprobatur, & declaratur reſpectinè & u. 39. & 43.*

40 *Paſcua, ac pratia herbarnm etiam Eccleſiaſtici ſolnere tenentur.*

41 *Senatibus, ac Doctoribns Collegialibns plns deferendnm, quam ſimplici Doctori licet graniſſimo.*

43 *Doctoribus deciſiuè loquentibns, ac reſpondentibus obiectis magis deferendum eſt, quam alijs ſimpliciter, & per tranſenam loquentibus.*

44 *D. Petrns Corradinns laudatnr vtì Aduocatus celeberrimus.*

46 *Statuta Vrbis fuere confirmata à Gregorio XIII. & num.47.*

48 *Confirmatio ſtatutornm Vrbis, eſt in forma ſpecifica.*

49 *Confirmatio ſtatntorum facta à Papa de voto alicuius Congregationis dicitur in forma ſpecifica.*

50 *Pariter ſi de voto aliqnornm Cardinalinm à Papa electorum, & num.54.*

51 *Pariter ſi in Confirmatione ſit inſertns expreſsè tenor, vel ſubſtantia ſtatntorum confirmatornm.*

52 *Etiamſi tenor ſtatntornm, ſed ſolum illorum ſubſtantia fuerit in confirmatione inſerta.*

53 *Confirmatio dicitur in forma ſpecifica, ſi in illa cnm clauſula ſublata, & decreto irritante fuerit dictum, qnod non poſſit aliter indicari.*

55 *Confirmatio ceſſantibus prædictis dicitur in forma communi, non obſtante clauſula ex certa ſcientia.*

56 *Confirmatio in forma ſpecifica facta à Papa facit vt ſtatnta contra ius ſint valida.*

57 *Et dicnntur condita ab ipſo Papa.*

57 *Statutnm inſertum in confirmatione, licèt fuerit amiſſum probatur ex ipſa confirmatione.*

59 *Confirmatio in forma ſpecifica, quando talis eſſe non deſinat, ex clauſula* quatenus ſint licita, & honeſta, *& unm.60.*

61 *Confirmatio in dubio præſumitur in forma communi.*

62 *Confirmatiò dicitnr in forma communi ſi ſtatuti tenor non fuit examinatus, nec inſerta ſaltem ſubſtantia ſtatnti, & num.63.*

64 *Pariter ſi in illa confirmentur ſtatuta facta, & facienda.*

65 *Prout ſi in confirmatione fiat relatio ad aliud.*

66 *Idem ſi ſtatnta confirmata ſnnt qnatenns licita ſint, & honeſta, ac Sacris Canonibus non contraria.*

67 *Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur.*

68 *Non validat ſtatntum contra ins.*

69 *Non extenditur ad ſtatuta illicita, ininſta, & inhoneſta.*

70 *Nec validat ſtatuta odioſa, & iniqua, etiamſi facta ſint ex certa ſcientia, & num.71.*

72 *Confirmatio in forma communi cum clauſula quatenus ſint licita, & honeſta, confirmat ſtatuta contra ius licita, & honeſta.*

73 *Et ſi habeant ſimul fomentum rationis, & honeſtatis, & uum.75.*

74 *Confirmatio excipiens ſolùm ſtatnta libertati Eccleſiaſticæ aduerſantia coetera alia omnia confirmat.*

76 *Confirmatio in forma communi validat ſtatnta excluſiua fœminarnm.*

77 *Intellige ſi illas excludat vſque ad tertium, vel qnartum gradum, & non vltra.*

78 *Statuta ſi non ſint contra ins Diuinum, & naturale & peccatnm non nntriant, confirmatione in forma commnni roborantur.*

79 *Statutum contra ius poteſt adhuc eſſe rationabile, & num.81.*

80 *Cardin. de Luc. de Succeſſ. ab inteſt. diſcurſ. 25. num.5. & 6. reijcitur.*

82 *Confirmatio ſtatntorum contra Ius facta à Legato de Latere non relenat.*

83 *Fallit ſi in confirmatione ennncianerit habere facnltates à Sede Apoſtolica.*

84 *Confirmatio ſtatutornm facta à Nuncijs Sedis Apoſtolicæ quando ſuffragetur.*

85 *Confirmatio ſtatutornm ex lapſu triginta annorum præſumitur.*

86 *Si tamen concnrrat obſeruantia cum ſcientia Papæ & nnm.87.*

88 *Confirmatio ſtatnti præſumitur ex illius obſeruantia cum lapſu temporis, etiam in forma ſpecifica in his, quæ ſunt contra ius, & num.89.*

90 *Confirmatio in forma communi deducta ex lapſu temporis veriùs eſt quod ſit in forma communi.*

91 *Statutum dicitur contra ins, ſi illi lex, vel Canon reſiſtat.*

92 *Non dicitur contra ins ex opinione ſola Doctorum.*

Fal-

93 *Fallit ſi opinio verior Doctorum ſe fundet declarando Legem, vel Canonem.*
94 *Statuti vſus non præſumitur, ſed eſt probandus.*
95 *Contrarium eſt verius, ſi reperiatur inſertum in volumine ſtatutorum.*
96 *Præcipuè ſi ſtatutum ſit confirmatum.*
97 *Vſus contrarius ſtatuto confirmato quando non releuet.*
98 *Statutum confirmatum cum clauſula ſublata, & decreto irritante non poteſt ab inferioribus tolli per contrarium vſum.*
99 *Scoppa ad Gratian. deciſ.14. num.28. reijcitur.*
100 *Statuti non vſus debet præciſè probari, quod euenerit caſus in ſtatuto comprehenſus, & fuerit ſeruatum contrarium.*
101 *Per ſimplicem non vſum ſtatuti illud non tollitur.*
102 *Probationes ſuper vſu ſtatuti præferuntur probationibus ſuper non vſu.*
103 *Statuti contra ius vſus quando ſit probandus.*
104 *Vſus ſtatuti eſt probandus, ſi Princeps in Confirmatione ſtatutorum appoſuerit clauſulam, quatenus ſint in vſu.*
105 *Et quando ſecus, ſi repoſita ſint in publico Archiuio, & quod talis clauſula referatur ad priuilegia.*
106 *Clauſula quatenus ſint in vſu apponitur ex ſtylo Referendariorum, & non poteſt referri ad ſtatuta inualida.*
107 *Vſus ſtatuti probatur ex fide Cancellarij, & Magiſtratus loci ſtatuti.*
108 *Pariter ex fide Aduocatorum, & Procuratorum, ac teſtium, & ex ſententijs prolatis iuxta ſtatutum.*
109 *Item ex Inſtrumentis celebratis iuxta formam ſtatuti.*
110 *Probatur, ex quo antiquitus ſuper ſtatuto ſcripſit aliquis eximius Doctor.*
111 *Vſus & obſeruantia aliquorum ſtatutorum præſefert, quod alia quoque ſint in vſu.*
112 *Statutum licèt informe recipit robur ab obſeruantia.*
113 *Contra ſtatuta Vrbis confirmata cum clauſula ſublata, & decreto irritante non poteſt dari de non vſu.*
114 *Statuti non vſus, ac inobſeruantia quomodo probetur, referuntur Doctores loquentes de materia.*

STatuta contra iuris diſpoſitionem condi non
poſſunt ab Vniuerſitatibus, Populis, ac Baronibus ſubiectis Papæ, ac Supremo Principi, &
ſi de facto ab illis condita ſint non tenent, vt de
3 inueterata conſuetudine hoc firmat *Bald. in l. omnes Populi num.10. ff. de Iuſt. & iur. cum relatis per Nepit. ad Conſuetud. Catan. in proœm. num.76. cum duob. ſeq. Gratian. cap.9. num.7. & ſeq. & poſt alios elaboratus Bonden. collect. legal. 2. num.100. ad 102.*
4 idque fuit etiam Sancitum à *Conſt. Ægidian. lib.2. cap.36.* vbi improbantur Statuta condita per Populos ſubiectos Sedi Apoſtolicæ ſi non ſint recognita, & approbata per Rectorem Prouinciæ, vt aduertit *Rot. deciſ.710. n.2. in fine par.1. recen. & deciſ.323. n.7. p.14.*

Cumque dicta Ægidiana per Sixtum IV. & Paulum III. fuerit extenſa ad totum ſtatum Eccleſiaſticum, nullibi in hoc ſtatu poſſunt ſubditi
5 Sanctæ Sedis condere ſtatuta ſine tali recognitione, & approbatione *Rot. deciſ. 780. n. 4. p. 1. diuerſ. & dict. deciſ. 323. n.7. p.14. recen.*

Quæ Concluſio, quod à Populis ſubiectis Sedi Apoſtolicæ non poſſit fieri ſtatuta contra di-
6 ſpoſitionem iuris, eſt irrefragabilis, ac per Doctores, ac Rotam inconcuſsè firmata *Gratian. cap.9. num.7. & ſeq. & cap.245. num. 37. & 38. Poſt reſol.130. num.24. & ſeq. Cardin. de Luc. de teſtam. diſcurſ. 30. num. 10. de ſucceſſ. ab inteſt. diſcurſ. 25. num. 2. & 3. & de Iudic. diſcurſ. 35. num. 61. Rot. deciſ. 267. num. 7. & ibi Add. num.14. coram Ludouiſ. deciſ.6. num.1. & 6. ibi Add. litt. A coram Buratt. deciſ. 285. num. 10. & 11. coram Priol. deciſ. 323. n.7. & ſeq. p.14. recen. deciſ.127. n.28. p.17. & deciſ.54. n.4. p.18.*

Eo fortiùs ſi agatur de tollendis viribus Conſtitutionis Ægidianæ, tali quippè caſu eo magis non ſubſiſtunt, ſi non ſint confirmata per Papam
7 in forma ſpecifica, *Gratian. cap.245. num.38. Rot. deciſ.323. n.7. cum duob. ſeq. p.14. recen.*

8 Idque magis procedit ſi ſtatuta tendant ad derogationem Iuris Canonici *Rot. deciſ.126. num.9. p.6. recen.*

Leges quippè, & ſtatuta condere eſt actus iuriſdictionis, ac meri Imperij de reſeruatis Supre-
9 mo Principi, *Bartol. in l. Imperium num.8. Angel. num.7. Dec. num. 41. & Curt. Iun. num. 49. & ſeq. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Surd. conſ.152. num.20. Altograd. conſ.71. num.3. & 45. lib. 2. ac per tot.* vnde recognoſcentes ſuperiorem illa condere non
10 poſſunt ſi non habeant ad hoc ſpeciale priuilegium, *Altograd. dict. conſ.71. num.5. & ſeq.* nec ad hunc effectum ſat eſt conceſſio Caſtri cum Iuriſ-
11 dictione, cum requiratur ſpecialis facultas *Altograd. Ibid. num.9. & ſeq. & num.23.* quinimmò conceſſa facultate legitimandi, creandi Notarios,
22 ac faciendi alios actus voluntarios, qui ſolent expleri per Principem, non venit illa condendi ſtatuta, *Altograd. vbi proximè num.12.*

Quocirca in ſtatutis contra Ius conditis à Subditis Sedis Apoſtolicæ requiritur confirmatio in forma ſpecifica, alias non valent, nec attendun-
13 tur *Rot. deciſ.267. num.7. coram Gregor. plenè deciſ.6. coram Buratt.* & in puncto Statutorum Aſculi Patriæ meæ dilectæ, Apoſtolicæ Sedis ſuaui
14 iugo ſubiectæ *Rot. deciſ.536. num.1. p.1. diuerſ. & deciſ.710. n.2. in fine p.1. recen.*

Vnde nec Legati à Latere poſſunt condere Statuta contra ius, nec illa condita à ſubditis
15 Sedis Apoſtolicæ confirmare *ad text. in cap. 1. de Conſtit. Nou. conſ.104. num. 20. Vermigl. conſ.434. num.4. Gratian. cap.859. num.7. & 8. Tamburrin. de Iur. Abbat. tom.3. diſput. 3. q.2. num.4. Bordon. reſol. moral. tom.4. par.3. reſol.149. num.145. Rot. deciſ.490. num.7. par.1. recen. & in Bononien ſportularum 22. Iunij 1693. §. non obſtat coram Reuerendiſs. D. meo Molines Decano.*

Fallit ſi Cardinalis Legatus habeat à Papa fa-
16 cultatem ſpecialem condendi Statuta etiam contra ius *Rot. deciſ.740. num.12. coram Merlin.*

Fallit etiam ſi Cardinalis Legatus ſtatuat con-
17 tra ius, iuxta ſubſiſtente cauſa, & pro bono publico *Rot. deciſ. 171. num. 1. & 2. par. 5. recent. deciſ.69. num.13. par. 13. deciſ. 223. num 4. coram Bich. & plenè in Rauennaten Donationis 20. Iunij 1678. §. præterea, confirmata 23. Iunij 1679. §.*

vndè coram clar. mem. Cardinali Vicecomite Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Præciſis caſibus prædictis ſtat firma Concluſio, quod Cardinalis Legatus à Latere non poſſit di-
18 ſponere contra ius, vt vltra authoritates, ſupra relatas *num. 15. firmatur plenè in allegata Rauennaten Donationis 5. Aprilis 1677. coram eodem Vicecomite*; nec minùs poſſit diſponere contra Sta-
19 turum Couſitmatum à Sede Apoſtolica *Ruin. conſ. 166. num. 3. lib. 4. Rot. deciſ. 207. num. 4. apud Poſt. de ſubhaſt. in addit. deciſ. 527. num. 4. coram Amat. Dunozett. deciſ. 281. num. 26. & ſeq. coram Bich. & deciſ. 298. num. 18. cum duob. ſeq. p. 10. recen. & facit bene Antunez. de Donat. Reg. lib. 2 cap. 10. num. 25.* vbi quod ſolus Princeps poteſt
20 legem abrogare, ſicut & illam condere, cum eadem ſit potentia oppoſitorum.

21 Et licet *Rot. deciſ. 2. num. 10. coram Royas* firmauerit poſſe per Legatum de Latere ne dum declarari ſed pœnitus tolli, & reuocari ſtatuta, adhuc à tali opinione tanquam aberrante à diſpoſitione
22 iuris receſſit eadem *Rot. deciſ. 381. coram Bich.* ob ſupradictam rationem, quia Legati de Latere, non poſſunt diſponere contra ius, ac Statuta confirmata à Sede Apoſtolica tollere, cum inferiores non poſſint abrogare leges, ac ſtatuta à Papa confirmata ex ſupra firmatis.

23 Nec Rector Prouinciæ habet facultatem confirmandi Statuta contra ius *Rot. deciſ. 740. n. 10. & ſeq. coram Merlin.*

Prout nec Barones, etiamſi ſint Vicarij perpetui poſſunt condere Statuta contra ius cum nec
24 ipſis Præfectis Prætorio hoc ſit permiſſum *Rot. deciſ. 6. coram Buratt.* ex quo ſuperiorem reco-
25 gnoſcunt *Auguſt. Barboſ. in l. fin. num. 10. C. de legibus Antunez. de donat. Reg. lib. 2. capit. 10. num. 12.*

Idque procedit licet Barones, ac Populi ſubiecti haberent merum, & mixtum Imperium, cum hoc non ſufficiat pro condendis Statutis
26 contra ius, ſi ſuperiorem recognoſcant *Natt. plene conſ. 179. Rot. dict. deciſ. 6. num. 6. & 7. coram Buratt. & deciſ. 127. num. 29. p. 17. recen.*

Et ſicut Legati de Latere, ac Barones non poſſunt condere Statuta contra ius, ita nec Statuta talia à ſibi ſubditis condita confirmare, nam qui non habet facultatem legis condendæ, nec
27 poteſt legem inualidam confirmare, vt in puncto Legati de Latere firmant *Tambur. de iure Abbat. tom. 3. q. 2. num. 4. Bordon. reſol. moral. tom. 4. p. 3. reſol. 149. num. 145. & 146. Rot. deciſ. 770. num. 11. & 12. p. 1. diuerſ. deciſ. 740. num. 11. coram Merlin. & deciſ. 381. num. 28. & ſeq. coram*
28 *Bich.* & quoad Barones *Vermigl. conſ. 434. num. 5. vbi* allegat etiam Rotæ authoritatem.

Circa verò Statuta concernentia ſimplicem adminiſtrationem rerumpropriarum ſpectantium ad Communitates, vt ſuper paſcuis, vel alijs redditibus, ac cœteris concernentibus priuatum intereſſe ipſarum Communitatum, illa poſſe ab his fieri ſine licentia, & confirmatione Superioris eſt Concluſio plana, & paſſim per Doctores,
29 admiſſa, illamque firmant *Felin. in cap. cum omnes num. 13. verſ. vbi dicit, quod Vniuerſitas, & num. 14. de Conſtit. Iaſ. conſ. 71. per tot lib. 3. Cephal. conſ. 38. Bardellon. conſ. 38. num. 33. & ſeq. lib. 1. Petra ad Capicc. deciſ. 146. num. 1. verſ. quod valeant Suelu. conſ. 36. num. 5. & ſeq. centur. 1. Cyriac. contr. 506. num. 5; & infra Xammar. de antiquit. & Regimin. Ciuitatis Barchinon. §. 12. n. 7. & 8. vbi* refert reſolutionem Senatus Cathaloniæ.

Et ſuper his poſſunt facere Statuta etiam pœnalia, præcipuè ſtante conſuetudine talia Statuta pœnalia faciendi circa concernentia adminiſtrationem rerum propriarum, & ſi reſpiciant in-
30 tereſſe priuatum ipſarum Communitatum *Cyriac. contr. 506. num. 19. & 20. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 13. num. 353. & ſeq. Xammar. dict. §. 12. num. 13. & 14. Cabed. deciſ. Luſitan. 47. num. 3. verſ. facit doctrina p. 1.* & eſt ratio, quia aliàs Statuta remanerent inania, ſi pro illorum obſeruantia non poſſet adijci pœna.

Eoque magis talia Statuta fieri poſſunt ab vniuerſitate legitimè congregata, ſi illius maior pars ob bonum publicum ſtatuat ſuper proprijs paſcuis, ac alijs redditibus ad effectum cum illis ſoluendi onera Cameralia, & publicas penſitationes, Cenſus, ac alia onera ipſius Communitatis, nec tali caſu attenditur contradictio aliquorum, cum ſufficiat aſſenſus maioris partis legitimè congregatorum in publico Conſilio
31 *Iaſ. conſ. 71. per tot. & ſignanter num. 8. & 12. vbi de ratione lib. 3. Reudel. de Paſc. cap. 5. §. ita nec dubium, & ſeq. fol. 175. Cobell. ad Bull. boni Regimin. cap. 50. num. 209. verſ. ſciendum quoque Balmaſed. de collect. q. 120. num. 15. & 16. Petr. ad Capic. deciſ. 152. num. 2. verſ. hanc tamen, Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ. 144. num. 13. idem de ſeruit. diſcurſ. 39. num. 13. diſcurſ. 41. num. 8. & diſcurſ. 43. num. 3. Maſtrill. deciſ. 49. num. 8. & 9. Gauauer. late deciſ. 37. per tot.* vbi teſtatur ſic vnanimi voto fuiſſe reſolutum *Franch. deciſ. 197. num. 12. & ſeq.* vbi
32 quod in hoc, fauore Communitatum aſſiſtit magna æquitas, & iuſtitia.

33 Non obſtant *Rip. reſponſ. 93. & Surd. conſ. 55.* volentes, quod diſſentientibus aliquibus de Vniuerſitate, non poſſit huius maior pars ſtatuere circa paſcua, ex quo cum agatur de intereſſe ſingulorum, omnium requiratur conſenſus; ſiquidem horum opinio non eſt vera, quoties maior pars Vniuerſitatis legitimè congregata ſtatuat, ac diſponat ſuper paſcuis, & quando ſtatutum emanauit pro neceſſitate, vel vtilitate totius Vniuerſitatis, tunc enim aliquorum contradictio non
34 attenditur, vt ijſdem *Ripæ, & Surdo reſpondet Maſtrill. deciſ. 49. num. 13. verſ. & ceſſabant Rendoll. de Paſc. cap. 5. §. vtile quæſitum fol. 172. Xammar. alleg. §. 12. n. 8. Franch. deciſ. 197. latè Gananer. alleg. deciſ. 37.*

Quæ faciliùs procedunt, ſi Statura huiuſmodi concernentia priuatum intereſſe Communitatis
35 fuerint condita cum authoritate Principis, vel eius confirmatione *Cyriac. contr. 506. num. 15. Franc. Marc. deciſ. 489. num. 18. p. 1. Add. ad Buratt. deciſ. 573. num. 16.*

Et abſque hæſitatione quoties Vniuerſitas ſuper paſcuis conſueuit ſtatuere, & circa illorum venditionem leges, ac capitula facere vt in pun-
36 cto firmant *Io: de Amic. conſ. 8. num. 66. cum duob. ſeq. Bardellon. conſ. 38. num. 33. & 34. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 43. num. 7. verſ. & ſi quæ difficultas & num. 10. verſ. ſtante potiſſimum Add. ad*
37 *Buratt. deciſ. 573. num. 13.* vbi quod tali caſu non atten-

attenditur contradictio aliorum, & allegat *Surd.*
*conſ.*65.
38 Nec obſtat *Fagnan. in cap. cum in cunctis num.*8.
de his, quæ fiunt à maior. part. Capitul. dum reijcit
*Maſtrill. alleg. deciſ.*49; nam reſpondetur primo,
quod *Fagnan.* ioquitur in caſu ordinationis, ſeu
ſtatuti facti per Vniuerſitatem præiudicialis per-
39 ſonis Eccleſiaſticis, contra quas Communitas
laicalis ex defectu poteſtatis non poteſt aliquid
ſtatuere; Secundo reſpondetur quod opinio *Fa-*
gnani eſt falſa, quando agitur de proprijs paſcuis
Communitatis ab illa locari ſolitis, quo caſu
cum agatur de pretio herbatum, & paſcui, om-
40 nes etiam Eccleſiaſtici illud ſoluere tenentur,
Io: de Amic. conſ. 8. *num.* 55. *Cobell. ad Bull. boni*
Regimin. cap. 50. *num.* 64. *Maſtoll. dict. deciſ.* 49.
num. 8. *verſ. & in terminis*, cum quo iudicauit
Conſiſtorium Regni Siciliæ, *Franch. deciſ.* 197.
Ganauer. deciſ. 37. qui Doctores loquuntur deciſi-
uè, ac illis plus deferendum eſt, quam *Fagnano*
(licet alioquin Doctori grauiſſimo, & de legali
præcipuè Canonica Scientia optimè merito) ex
quo eorum authoritas procedit à Senatibus; ac
41 Tribunalibus Collegialibus ex firmatis per *Xam-*
mar. de offic. Indic. par. 1. *quæſt.*3. *num.*5. *Ludonic.*
deciſ. Peruſ. 7. *num.* 19. præcipuè dum opinio-
nem, quæ non placet *Fagnano*, amplectuntur ſo-
lidè ac materia benè diſcuſſa *Iaſ. conſ.* 71. *lib.* 3.
42 *Bardellon. conſ.*38. *lib.*1. *Maſtrill. Franch. & Ga-*
nauer. ſupra allegati, quibus propterea articulum
diſcentientibus magis deferendum eſt quam *Fa-*
gnano, qui in hoc procedit ſicco pede non diſcuſ-
ſa materia, nec data reſponſioue motiuis, ac ra-
43 tionibus per prædictos allegatis, *Xammar. dict.*
*q.*3. *num.* 4. *Mart. Vot. Piſan.* 56. *n. fin. Gizzarell.*
*deciſ.*1. *num.*18. *in fine.*

Ex quibus per me adductis in vna Corana Fida-
rellæ ſic iudicauit R.P.D. Patritius Cameræ Apo-
ſtolicæ Clericus, & tunc Dohauarum, ac Graſciæ
Præſes, nunc Gubernator Ciuitatis Peruſiæ, ac
Prouinciæ Vmbriæ, licèt in contrarium, *Ripa*
Surd. ac Fagnan. adducerentur per D. Petrum
44 Corradinum celeberrimum Aduocatum & nunc
Sanctiſſimi Subdatarium, qui in contrarium
ſcribebat, dum fuit per dictum D. Patritium iu-
dicatum, ſuſtineri ſtatuta, ac Capitula facta ſuper
proprijs Paſcuis à Ciuitate Corę, & approbata
nedum per Conſeruatores Almæ Vrbis, quorum
iuriſdictioni eadem Ciuitas ſubeſt, ſed etiam per
Sacram Congregationem Boni Regiminis, quæ
repræſentat Conciſtorium Papæ Supremi Prin-
45 cipis *Rot. deciſ.* 536. *num.* 10. *coram Amat. Du-*
nozett.

Quia exceptis ſtatutis concernentibus intereſſe
priuatum, ac rectam adminiſtrationem rerum
priuatarum ſpectantium ad Communitates ſub-
ditas, non poſſunt hæ ſtatuta condere ſine licen-
tia Papæ, vel eius confirmatione, propterea
etiam ſtatuta Vrbis, cum & hæc ſub ſuaui iugo
& quidem propius Sanctæ Sedis viuere glorietur,
non potuere à Romano Populo condi niſi cum au-
thoritate Summi Pontificis, qui ad illa condenda
& antiqua Statuta reformanda deputauit plures
eximios viros dignitate, ac doctrina præfulgen-
46 tes, & poſtea eadem Gregorius XIII. in forma
ſpecifica confirmauit, vt patet ex eius *Conſt.* 61.
47 *Bullar. nou. tom* 2, *& habetur* etiam impreſſa *apud*
Fenzon. & Galganett. gloſatores ſtatutorum Vrbis
in veſtibulo gloſarum.

Et quod confirmatio Statutorum Vrbis ſit in
48 forma ſpecifica probat *Fenzon. in proem. Annot.*
num. 43. *& ſeq.* & habetur clarè ex literis Confir-
mationis eorumdem factæ à Gregorio XIII. dum
illorum reuiſio in tribus libris diſtributo-
tum fuit commiſſa duobus Cardinalibus, aliqui-
bus Prælatis & alijs, & facta ab his accurata
reuiſione fuere ab eodem Pontifice confirmata
prout in eiſdem tribus libris continetur, quæ con-
firmatio facta cum cauſæ cognitione de voto ali-
49 cuius Congregationis à Papa deputatæ dicitur
in forma ſpecifica *Rot. deciſ.*93. *n.* 17. *& ſeq. ibi*
*recen. & deciſ.*262. *n.*24. *p.*19.

Prout dicitur facta confirmatio in forma ſpe-
cifica, ſi ea proceſſit de voto aliquorum Cardi-
nalium à Papa ad ſibi referendum electorum, &
qui negocio diſcuſſo, & cum cauſæ cognitione
50 proceſſerunt *Rot. deciſ.*192. *num.*3. *verſ. tum etiam*
*quia p.*1. *recen. Spad. in eadem cauſa ſcribens conſ.*38.
*n.*3. *lib.*2. *Cardin. de Luc. de Indic. diſcurſ.*35. *n.*63.
verſ. adhuc tamen.

Et amplius ſtatutorum Vrbis confirmationem
eſſe in forma ſpecifica clarè deſumitur, ex quo
Gregorius XIII. in confirmatione illorum man-
dat, quod literæ confirmationis ſtatutorum in
tres libros diuiſorum ponantur in principio illo-
rum, & quod iuxta eadem ſtatuta omninò in cau-
ſis decidendis procedatur; vnde cum in confirma-
tione Papa proceſſerit ex certa ſcientia, & illorum
tenor, ac ſubſtantia fuerint ab eo conſiderata ex
51 hoc dicitur in forma ſpecifica *ad text. in cap. ve-*
nerabilis, & ibi gloſ. in verbo tenor de confirm. vtil.
vel inutil. gloſ. in cap. Paſtoralis §. *præterea de offic.*
*deleg. Ancharan. conſ.*293. *n.*3. *Gabr. conſ.*200. *n.*7.
*lib.*1. *& conſ.*183. *n.*13. *& ſeq. lib.*2. *Garc. de benef.*
*p.*3. *cap.*2. *n.*226. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q* 25.
n. 88. *Cardin. de Luc. de Indic. diſcurſ.*35. *num.*63.
verſ. accedente, *Rot. deciſ.*114. *n.*2. *coram Cardin.*
*Vbald. deciſ.*209. *n.*8. *& deciſ.*535. *num.*5. *coram*
Amat. Dunozett. deciſ. 1573. *n.* 18. *& ſeq. coram*
*Coccin. deciſ.*747. *num.*20. *coram Merlin. deciſ.*257.
*n.*60. *deciſ.*192. *n.*3. *p.*1. *recen. deciſ* 339. *n.*2. *p.* 5.
deciſ. 166. *num.*7. *p.*5. *deciſ.*226. *n.*20. *& ſeq. p.* 7.
*deciſ.*123. *n.* 24. *&* 25. *& deciſ.*262. *num.*3. *p.* 19.
ex quibus authoritatibus pro maiori parte habe-
tur, quod confirmatio dicitur in forma ſpecifica
& ex certa ſcientia, ſi Papæ, ac Principi Supre-
mo fuerit narratus tenor, vel ſubſtantia Pragma-
ticarum, vel Statutorum confirmatorum, licet
52 illorum tenor in confirmatione non fuerit inſer-
tus, ſed ſolùm ſubſtantia *Rot. deciſ.* 57. *num.* 4.
deciſ. 209. *num.* 8. *& deciſ.* 523. *n.*3. *coram Amat.*
Dunozett.

Eoque clarius deſumitur, quod Confirmatio
eſt in forma ſpecifica, ex quo Gregorius XIII.
prohibuit in illa, nè poſſit iudicari contra tenorē
ſtatutorum confirmatorum cum clauſula, ſubla-
53 ta, & decreto irritante, *Ger. Spin. conſ.*26. *num.*9.
*Gabr. conſ.*200. *n.*8. *&* 9. *lib.* 1. *Rot. deciſ.*339. *num.*3.
*p.*2. *recen.*

An autem alia ſtatuta aliarum Ciuitatum, ac
locorum Ditionis temporalis Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ confirmata dicantur in forma ſpecifica,
vel communi hoc pendet à tenore confirmationis
ſi enim hæc ſit facta cauſa cognita cum voto ali-
quo-

Digitized by Google

quotum Cardinalium, vel Congregationis à Pa-
pa deputatæ, & fuerit illorum tenor, vel ſubſtan-
tia inſerta in confirmatione, tunc dicitur in for-
ma ſpecifica ex firmaris ſupra,& benè probat *Rot.*
54 *deciſ.262. n.3. & ſeq. p.19. recen.*

Prædictis verò deficientibus, cum ceſſet in
Principe confirmante cauſæ cognitio dicitur in
forma communi, etiamſi in confirmatione adſit
clauſula *ex certa ſcientia Rot. deciſ.740.num.4. cum*
55 *tribus ſeq.coram Merlin.* quicquid malè aſtruat in
contrarium *Garc. de benef. p.3. c.2.n.230. & ſeq.*

Quando verò ſtatuta ſunt confirmata in forma
ſpecifica,tunc licet ex ſe priùs inualida,quia con-
tra ius, recipiunt robur à Principe confirmanre
56 *Rot. deciſ.339. n.2. p.2. recen.* ex quo attenra tali
confirmatione ſtatutum, ac diſpoſitio confirma-
ra dicitur prodijſſe ab ipſo Papa, ac Principe
57 confirmante, *plenè Barbat. conſ. 60. num. 14. &
ſeq. lib. 3. Rot. deciſ. 298. num. 15. cum duob. ſeq.
p.10. recent.* cum alijs *in Ferrarien Decimarum ſu-
per iure vniuerſali decimandi 8. Iunij 1696. §. &
adaugetur coram b.m. Vrſino.*

Et ſi ſtatuta ſint confirmata in forma ſpecifica
cum inſertione tenoris ſtatutorum, rali caſu ſi illa
non reperiantur, adhuc ſtandum eſt tenori inſer-
to in confirmarione, nec eſt neceſſaria verificatio
58 vel productio ſtaturi confirmati *Boer. deciſ. 247.
n.3. Rot.deciſ.36. n.1. & ſeq. p.2. diuerſ.deciſ.339.
num.4.p.2.recen. & deciſ.262. num.28. cum tribus
ſeq. p.19.*

Quando autem ex alijs apparet de confirma-
cione in forma ſpecifica licet in illa addita ſit cla-
uſula, *quatenus ſint licita, & honeſta, & Sacris Ca-
nonibus non contraria*, talis clauſula refertur ad
alia ſtatuta in genere à Papa in confirmatione
59 enunciata, & quorum tenor non fuit expreſſus,
nec examinatus non autem ad illa, quæ ſpecificè
fuere confirmata, *Garc. de benefic. p.3.cap.2.n.238.
Lotter. de re benefic. lib.1. q.25. n. 87. & ſeq. Rot.
deciſ.460. n.3. & 4. coram Seraph. & bene dict. de-
ciſ.339. n.5. p.2. recen.*

Quinimmò licèt in confirmatione non ſit ex-
preſſa certa ſcientia,adhuc ſi ex illa appareat,ſta-
tuta fuiſſe examinata, & quod Papa de illis ha-
buit ſcientiam, & confirmationem fecit ad ple-
niorem illorum firmitatem, & cum decreto irri-
60 tante, adhuc confirmatio dicitur in forma ſpeci-
fica *Brun.conſ.1.n.76. & 77. vbi teſtatur de commu-
ni, Noal. conſ.79.n.6. verſ. & inſuper.*

61 In dubio ramen confirmatio præſumitur in for-
ma communi *Gratian. cap. 253. num. 49. Poſt re-
ſol.130. num.27. Tamburrin. de Iur. Abbat. tom.1.
diſput.18.q.1. num.5. Bonden.collect. legal.2.n.102.
tom.1. Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ.35. num.63.
Rot. deciſ.780. num.1. & ſeq. par. 1. diuerſ. & de-
ciſ. 78. num. 7. poſt Tambur. de Iure Abbat.
tom.3.*

62 Sempeeque dicitur in forma communi, ſi ſta-
tuti tenor non fuit expreſſus,nec examinatus cum
cauſæ cognitione *Rot. deciſ. 222. n.1. coram Man-
tic. & deciſ. 166. num. 5. par.5. recen.* prout ſi non
ſit facta ex certa ſcientia, nec inſertus tenor ſta-
63 tutorum, vel ſaltem illorum ſubſtantia *Seſſ. deciſ.
Aragon.93. n.1. Rot. deciſ.740. num.4. ad 7. coram
Merlin*; prout ſi in confirmatione adſit clauſula
*quatenus ſint licita, & honeſta, & ſacris Canonibus
ac libertati Eccleſiaſticæ non ſint contraria*, cum ex
94 tali dictione *quatenus* deducatur defectus notitiæ
in confirmante *Rot. deciſ.740. num.8. & 9. coram
Merlin*; ſimiliter ſi confirmatio ſit de ſtaturis fa-
65 ctis, & faciendis in futurum *Rot. in Romana pe-
cuniaria, ſeù inneſtimenti 13. Iunij 1637. §. vltra
quod coram Cardinali Panzirolo*; Idemque proce-
dit ſi in confirmatione fiat relatio ad aliud ſtatu-
66 tum, vel inſtrumentum *Rot. deciſ.272. n.1. verſ.
quinimmò coram Mantic. & in dicta Romana coram
Panzirolo §. vltra quod.*

Talis confirmatio in forma communi parum
aut nihil operatur, & nullum ius conſiderabile de
nouo tribuit, ſed ſolùm ius vetus, quod antè erat
67 tale quale confirmat, *gloſ. in cap. fin. de confirm.
vtil. vel inutil. Noal. conſ.79. n.7. Tamburin. de
Iure Abbat. tom.1. diſput.18. q. 1. num.8. & q. 2.
num. 1. Caſſador. deciſ. vnic. de Confirm. vtil. vel
inutil. Creſcent. deciſ. 31. eod. tit. Rot. deciſ. 1573.
num.16. coram Coccin. deciſ.168. num.8. coram Ro-
yas & deciſ.405. n.1. p.2. recen.* vnde non validat
68 ſtatutum alias inualidum ex quo ſit contra ius,
& conditum à non habente poteſtatem *Rot. de-
ciſ.6. num.4. coram Buratt. deciſ.267. n. 1. coram
Gregor. deciſ.2. & deciſ.168. n.9. coram Royas*, qua-
tum prima eſt *repetita deciſ. 84. n.8. cum duob. ſeq.
p.7. recen.*

Extenditur ſolum ad ſtatuta licita, & honeſta,
69 non autem ad inualida, illicita, inhoneſta, &
iniuſta *Surd. conſ. 257. num. 24. & ſeq. Gratian.
cap. 6. num. 4. ad 10. & cap. 245. num. 38. & 41.
Poſt reſol. 130. à n.34. Seſſe deciſ. Aragon.93. n.57.
& 25. Rot. deciſ.103. n.27. p.1. diuerſ. & deciſ.21.
n.3. p.2. recen.*

Nec talis confirmatio in forma communi ope-
ratur in ſtatuto odioſo, & iniquo, nam tunc re-
quiritur confirmatio in forma ſpecifica *Bonden.
70 collect. legal.2. n.103. tom.2. plenè Rot. deciſ.780.
p.1. diuerſ. deciſ.51. n.10. p.1. recen. deciſ.467. n.18.
p.16. deciſ.94. num.11. p.17. & deciſ. 698. num.4.
& ſeq. coram Merlin*; Et quod Confirmatio in
forma communi non operetur in ſtatuto iniuſto
71 illicito; & inhoneſto, licet eſſet facta ex certa
ſcientia *Surd. conſ.257. n.25. Rot.deciſ.21. n.3. p.2.
recen.*

At ſi confirmatio in forma communi facta ſit
cum clauſula *quatenus ſint licita, & honeſta* vali-
dat ſtatuta licet contra ius, ſi tamen ſint licita, &
72 honeſta *Bonden. collect. legal.2. num.110. & 111.
tom. 1. Rot. deciſ. 349. n. 12. cum trib. ſeq. coram
Penia, deciſ. 853. n.10. coram Merlin. deciſ. 510.
p. 4. diuerſ. deciſ. 226. n. 22. & 23. p. 7. recen. &
deciſ.169. n.11. & ſeq. p.11.*

Et ſi confirmatio in forma communi contineat
clauſulam *quatenus libertati Eccleſiaſticæ, & Sacris
Canonibus non aduerſentur* validat ſtatuta contra
ius, ſi alias licita ſint, & honeſta, ac habeant fo-
73 mentum rationis *Bonden. dict. collect. legal. 2.
num.112. Rot. deciſ.349. n. 14. & 15. coram Pen.
deciſ.745. num.22. & deciſ.828. num.2. coram Mer-
lin. deciſ. 226. num. 21. & ſeq. p.7. recen. deciſ. 42.
n. 32. p. 12. & in Ariminen fructuum 26. Ianna-
rij 1654. §. altera verſ. tum etiam coram Leone Ve-
roſpio* quæ eſt deciſio prior in cauſa *dicta deciſ.42.
p. 12. recen.*

Per exceptionem namque ſtatutorum aduer-
ſantium libertati Eccleſiaſticæ factam in confir-
matione, cætera alia omnia ſtatuta cenſentur

con-

74 confirmata *Rot. deciſ.* 51. *num.* 10. *par.* 1. *recent. deciſ.* 438. *n.* 51. *& ſeq. p.* 4. *t.* 2. *recen. & deciſ.* 42. *num.* 32. *p.* 12.

Prout Confirmatio in forma communi validat ſtatuta iuris Communis correctoria, ſi ſint rationabilia, & habeant fomentum rationis, & ho-
75 neſtatis, & non ſint odioſa odio irrationabili *Add. ad Gregor. deciſ.* 267. *n.* 14. *in fine*, *Add. ad Buratt. deciſ.* 6. *n.* 15. *Rot. deciſ.* 388. *in fine coram Put. lib.* 1. *in correct. Rot. decis* 51. *n.* 11. *p.* 1. *recen. decis* 438. *n.* 45. *& ſeq. p.* 4. *tom* 2. *deciſ.* 745. *n.* 22. *deciſ.* 828. *n.* 11. *& ſeq; & deciſ.* 853. *n.* 10. *coram Merlin. deciſ.* 16. *n.* 16. *coram Peutinger. & in allegata Ariminen. fructuum* §. *altera coram Veroſpio confirmata deciſ.* 42. *num.* 28. *ad* 32. *p.* 12. *recent.*

Hinc cum ſtatuta excluſiua fœminarum ſint licita, & honeſta, & habeant congruentem rationem conſeruandæ agnationis, & ſint vel fauorabilia, vel ſaltem non odioſa odio irrationabili, propterea licet contra ius, remanent roborata
76 per confirmationem in forma communi, *vt poſt alios firmat Bonden. collect. legal.* 2. *n.* 106. *ad* 109. *tom.* 1. *Rot. deciſ.* 32. *n.* 8; *& ibi*, *Add. n.* 15. *coram Pamphil. deciſ.* 698. *n.* 6; *&* 7. *coram Merlin; & deciſ.* 438. *n.* 7, *& ſeq. p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Id tamen declaratur, quod procedat ſi ſtatuta excludant fœminas ob agnatos proximiores vſque ad tertium, vel quartum gradum, ſecus ſi ob remotiores vltra talem gradum, hoc namque ſecundo caſu ſtatuta dicuntur odioſa, ac irrationabilia, & expoſcunt confirmationem in forma
77 ſpecifica, nec ſufficit confirmatio in forma communi. *Rot. deciſ.* 267. *n.* 16. *& ſeq. p.* 16. *recen, & deciſ.* 94. *n.* 11. *p.* 17; *ſuper quo dixi infra ad ſtatut.* 145. *artic.* 1.

Statuta autem licet contra ius poſitiuum ſi ſunt licita, & honeſta, & habeant fomentum rationis ideo validantur per ſolam confirmationem in forma communi, ex quo per hoc ſolum quod ſunt contra ius non dicuntur illicita, & inhoneſta, ſed talia dicuntur, ſi Dei, ac proximi offenſionem contineant, peccatum nutriant, & occaſionem de-
78 linquendi præbeant, vel ſint contra ius Diuinum, vel naturale, *vt præclarè firmat Rot. deciſ.* 349. *coram Penia, & deciſ.* 510. *p.* 4. *diuerſ;* poteſt quippè ſtatutum eſſe contra ius, & nihilominus eſſe rationabile *Salon. ad leges. Taur. in relect. l.* 1. *n.* 331; *&* 332; *& admittitur in dict. deciſ.* 510. *p.* 4. *diuerſ.*

80 Nun obſtat aſſertum *Cardin. de luc. de ſucceſs. ab inteſt. diſcurſ.* 25. *n.* 5. *&* 6. quod ſtatuti rationabilitas ſuffragetur ſolum, ſi per illud fiat reditus ad ius antiquum, vel nouum, ſecus ſi per ſtatutum non fiat reditus ad ius commune, adhuc tali opinione non attenta, ne diſcedas à di-
81 ſtinctione facta *per Rot. in alleg. deciſ.* 510. *p.* 4. *diuerſ.* licet enim ſtatutum ſit contra ius poſitiuum, dum alias continet fomentum rationis, validatur per confirmationem in forma communi.

An autem confirmatio ſtatutorum facta à Legato de latere, qui in illa aſſeruit, ſe habere ad hoc faciendum facultates neceſſarias à Sede Apoſtolica, ſuſtineatur ſine talium facultatum exhibitione, dum in confirmatione illæ non fuerunt inſertæ, dic quod ſic ſtante lapſu temporis, ob quem
83 præſumitur pro veritate enunciatiuæ, *Paris conſ.* 11. *n.* 17. *lib.* 1. *Lap, alleg.* 32. *n.* 3. *Rot. deciſ.* 329. *p.* 2. *recen. deciſ.* 117. *n.* 6. 10; *& ſeq. coram Duran. Cracouien. vnionis* 10. *Ianuarij* 1681. §. *quoniam cum duob. ſeq. coram Vrſino.*

Similiter confirmatio facta per Nuncium Apoſtolicum in ampliſſima forma operatur, ac ſi eſſet
84 confirmatum à Sede Apoſtolica *Felin. in cap. cum acceſſiſſent n.* 4. *&* 7. *& ibid. Dec. n.* 13. *de conſtit. Rot. deciſ.* 153. *n.* 1. *coram Seraph. deciſ.* 115. *n.* 17. *p.* 6. *recen; & plene in Cæſarauguſtana Iuriſdictionis* 3. *Decembris* 1640; *&* 21. *Iunij* 1641. *coram Cardinali Panzirolo*, quod ego credo verum ſi Nuncius cum facultatibus legati de latere habeat hoc in facultatibus, ex firmatis *ſupra num.* 15. *& ſeq.*

Si vero non appareat de aliqua confirmatione ſtatutorum facta à Papa Principe Supremo, vel eius Legatis de latere, adhuc illa præſumitur in-
85 terueniſſe ex lapſu triginta annorum à die conditi ſtatuti *Seſſ. deciſ. Aragon.* 93. *n.* 47. *Rot. deciſ.* 6. *n.* 1. *coram Buratt; & deciſ.* 316. *n.* 11. *coram Royas.*

86 Quod procedit ſi inſimul concurrat obſeruantia ſtatuti cum ſcientia Papæ, vel Principis, *Add. ad Gregor. deciſ.* 354. *n.* 18. *verſ. aduertendum eſt Rot dec.* 267. *n.* 4; *&* 5. *par.* 16. *recen confirmata deciſ.* 94. *n.* 3. *cum duobus ſeq. p.* 17; *& rurſus deciſ.* 154. *n.* 4. *p.* 18, *& deciſ.* 243. *n.* 8. *coram Royas*, deficientibus namque obſeruantia, ac ſimul
87 ſcientia Principis ceſſat præſumptio confirmationis deducta ex lapſu temporis triginta annorum *Rot. deciſ.* 6. *n.* 2. *coram Royas.*

Ex vſu quippè, & obſeruantia ſtatuti inſurgit præſumptio quod interuenerit confirmatio Apo-
88 ſtolica, *Rot. deciſ.* 329. *n.* 10. *p.* 10. *recen; Add. ad Pamphil. deciſ.* 32. *nu.* 15. *verſ. huius quidem, Rot. deciſ.* 402. *n.* 3. *coram Merlin vbi plus dicit,*
89 *quod ſcilicet præſumatur confirmatio in forma ſpecifica, deciſ.* 267. *nu.* 9, *& deciſ.* 395. *n.* 5. 6, *&* 14. *coram Bichio.*

At verior, ac ſanior eſt opinio, quod confirmatio deducta ex lapſu temporis triginta annorum cum obſeruantia præſumatur ſolum in forma
90 communi firmant *Gratian. cap.* 9. *nu.* 9. *& cap.* 245. *n.* 39. *Rot. deciſ.* 6. *n.* 4. *coram Buratt, & deciſ.* 179. *n.* 39; *&* 40. *p.* 9. *recen.*

Statutum in propoſito ad effectum quod egeat confirmatione, tunc dicitur contra ius,
91 quando lex, vel Canon illi reſiſtit *Poſt. reſol.* 130. *n.* 29; *&* 30. *Rot. deciſ.* 297. *in fine p.* 1. *recen. &*
92 *deciſ.* 11. *n.* 13. *p.* 8. vbi quod non ſufficiunt Doctorum opiniones ad hoc vt ſtatutum dicatur contra ius.

Vbi tamen verior Doctorum opinio ſe fundat in declarando, vel interpretando legem, vel Canonem, tunc dicitur ius, & non ſimplex opinio, & propterea ſtatutum conditum contra talem opi-
93 nionem Doctorum dicitur contra ius *Rot. deciſ.* 11. *n.* 15. *p.* 8. *recen.*

An autem ſtatutum inſertum in volumine ſtatutorum præſumatur vſu receptum, vel illius vſus probandus ſit ab allegante ſtatutum, *Ludouic. de-*
94 *ciſ. Peruſ.* 98. *n.* 1. *&* 2; *& alij* ab eo relati tenent, eſſe probandum vſum ſtatuti, cum alias non præſumatur vſu receptum.

At contrarium eſt verius quod ſtatutum præ-

At

ſumatur vſu receptum, & prætendens non vſum
95 debet docere de non vſu, vel de vſu contrario
*Maſcard. conclnſ. 1532. n. 3. Nepit. ad conſuetud.
Ciuitat. Catan. in proœmio n. 154. & 155. verſicul.
ſed tu non recedas, vbi reijcit dictum Ludouic. Ciroc.
diſcept. 13. n. 4. Bonden. Collect. legal. 2. n. 113,
& 114. tom. 1. Gratian. deciſ. 14. n. 9; & 10. Thomat. deciſ. 28. n. 16; & ſeq. Sperell. deciſ. 15. num.
16, & infra vbi reſpondet Ludouico, & alijs contrarijs, & teſtatur de communi, & veriori opinione,
Rot. deciſ. 113. n. 3, & deciſ. 153. n. 2. coram Seraph. deciſ. 305. n. 2, & 3. coram Penia deciſ. 22.
num. 2. p. 4. recen. deciſ. 22. n. 29; & 30. p. 9. deciſ. 623. n. 4, & 5. p. 18. tom. 2. deciſ. 17. num. 83
& ſeq. poſt Gilian. ad ſtat. Peruſ. deciſ. 84. nu. 5.
coram Ninot. & in Ariminen. fructuum 26. Ianuarij
1654. §. impugnari coram Leone Veroſpio.*

Idque præcipuè procedit ſi in ſtatuti confirmatione adſit decretum irritans, hoc enim caſu prætendens contrarium vſum debet ſimul probare
actus factos contra formam ſtatuti, & ab hoc ir-
96 ritos declaratos, habuiſſe effectum in iudicio,
*Gratian. cap. 153. n. 26; & ſeq. Thomat deciſ. 28.
n. 23. Rot. deciſ. 113. n. 3. & 4. coram Seraph.*

Quinimmo quando ſtatutum eſt confirmatum
à Superiore, actus ſtatuto contrarij non releuant,
niſi ſimul concurreat longiſſimum tempus, ac
ſcientia Superioris, qui ſtatutum confirmauit
97 *plenè Thomat. deciſ. 28. à n. 19.*

Et ſi vlterius in confirmatione ſtatuti facta à
Superiore adſit decretum irritans, tunc per contrarium vſum non poteſt ab inferioribus tolli
98 etiam ſub prætextu reditus ad ius commune *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 38. n. 3, & ſeq. Rot.
deciſ. 113. n. 3, & 4. coram Seraph.* non attenta
99 contraria opinione *Scopp. ad Gratian. deciſ. 14. n.
28.* cum male ſentiat in hoc, & opinio *Mareſcotti*
cui adheret *Rot. in alleg. deciſ. 113. coram Seraph.*
eſt verior, & magis fundata.

Præterea ad effectum vt non vſus ſtatuti, vel
contrarius vſus debeat attendi, probari debet
præcisè, quod euenerit caſus in ſtatuto comprehenſus, & fuerit ſeruatum contrarium *Riminal.
100 Iun. conſ. 34. n. 15, & ſeq. lib. 1. plenè Marcian.
diſput. 20. n. 5. & ſeq Scopp. ad Gratian. deciſ. 14.
n. 17, & ſeq. bene Sperell. deciſ. 15. n. 19. cum duobus ſeq. Rot. deciſ. 153. n. 2. coram Seraph. deciſ.
305. n. 2. coram Pen. deciſ. 15. n. 2. p. 4. recen.*

At per ſimplicem non vſum ſtatuti, quia fortè
caſus ſtatuti non euenerit, etiam per mille annos
ſtatutum non abrogatur *Scopp. vbi proximè n. 13.
101 Magrett. ad Conſtit. Pragmat. Ducis Sermonetæ
qu. 1. proœm. n. 4. fol. 14. Sperell. deciſ. 15. n. 21.*

Et ſi pro vſu ſtatuti concurrant Inſtrumenta
celebrata ſecundum formam ab illo præſcriptam,
vel aliæ pro illius vſu adſint probationes, tunc ſi
teſtes deponant ſuper non vſu ſtatuti redduntur
ſuſpecti, & non informati, & in concurſu talium
teſtium præferuntur Inſtrumenta præſeferentia
102 vſum ſtatuti vt appoſitè ponderat *Rot. deciſ. 84.
n. 15; & 16. coram Ninot.*

Nihilominus vſus ſtatuti eſt probandus ab allegante, ſi illud ſit contra ius, ſecus ſi ſit ſecundum
103 ius *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 102. num. 4.
verſic. tamen fallit Rota deciſ. 22. num. 28. par.
9. recen.* quod videtur declarandum vt procedat, ſi ſtatutum contra ius non ſit confirmatum
à Principe, ſecus ſtante confirmatione.

Proue vſus ſtatutorum eſt probandus etiam attenta confirmatione quando fuere confirmata
cum clauſula *quatenus ſint in vſu* cum tunc appareat de mente Principis confirmantis, quod vo-
104 luit illa confirmare, quatenus eſſent in vſu *Ciroc.
diſcept. 54. n. 28, & 29. Poſt. reſol. 68. n. 24, &
120. Theodoſ. Rub. ſingular. Rot. tom. 2. p. 4. clau.
112. n. 2. vbi plures Rotæ deciſiones adducit, &
plures cumulat Bonden. collect. legal. 2. n. 104. to. 1.
Gratian. deciſ. March. 14. per tot. Scopp. in obſeru.
ad dictum deciſ. 14. à n. 17. Rot. deciſ. 22. n. 7. p.
9. recen, & deciſ. 1004. n. 9. coram Seraph.*

Quando tamen ſtatuta ſunt redacta in vnum
volumen, quod in publico cuſtoditur Archiuio,
& illa non ſunt contra ius, præſumuntur vſu
recepta non obſtante dicta clauſula *quatenus ſint in
vſu*, quæ non refertur ad ſtatuta, ſed ad priuile-
105 gia ſimul cum ſtatutis confirmata *Poſt. reſol. 68.
n. 124. Bonden. collect. legal. 2. num. 116. tom. 1.
Rot. deciſ. 536. in fine p. 1. diuerſ. deciſ. 305. coram
Pen; & deciſ. 22. n. fin. p. 9. recen.*

Vel potius talis clauſula apponitur de ſtylo Referendariorum & inconſideratè, ex quo ſtatuta
condita contra ius à ſubditis Sedis Apoſtolicæ
ante confirmationem ſunt inualida, ac nullius
roboris, & ſic non poſſunt eſſe in vſu, vnde ne
confirmatio reddatur fruſtratoria non poteſt illa
106 intelligi de ſtatutis inualidis *Rot dict. deciſ. 305.
coram Pen., & bene Poſt. reſol. 68. n. 126. cum
duobus ſeq. Bonden. collect. legal. 2. n. 117. & 120.
tom. 1.*

Quando autem eſt probandus vſus ſtatuti, tunc
hoc fit per atteſtationes Cancellarij, ac Magiſtratus loci ſtatuti, qui atteſtentur ſtatutum ſeruari,
107 ac vſu receptum eſſe *Rot. deciſ. 22. n. 3. p. 4. recen. deciſ. 316; & deciſ. 321. vtrobique n. 3. coram
Royas, & deciſ. 84. n. 6. & 7. coram Ninot.*

Pariter probatur ex fide Cauſidicorum, ac teſtium, qui atteſtentur de ſtatuti obſeruantia *Rot.
108 deciſ. 22. n. 3. p. 4. recen.*; prout ex ſententijs
prolatis iuxta ſtatuti tenorem *Rot. in Ariminen.
fructuum 26. Ianuarij 1654. coram Veroſpio.*

Similiter ex Inſtrumentis celebratis iuxta formam ſtatuti, & ex quo Gubernatores loci in in-
109 greſſu eorum officij iurarunt obſeruare ſtatuta
Rot. deciſ. 84. n. 8; & 9. coram Ninot.

Itidem obſeruantia ſtatuti probatur ex quo antiquitus ſuper illo ſcripſerit aliquis eximius Do-
110 ctor *Rot. deciſ. 169. n. 10. p. 9. recen, & in allegata Ariminen. fructuum §. impugnari coram Veroſpio.*

Et ſtante obſeruantia aliquorum ſtatutorum,
præſumitur etiam aliorum, quæ ſunt in eodem
111 volumine ratione vniuerſalitatis cauſæ *Rot. deciſ. 316. n. 10. coram Royas & deciſ. 84. n. 11. coram Ninot.*

Quinimmo licet ſtatutum eſſet informe, adhuc
attenta illius obſeruantia habet robur, ac ſi eſſet
112 originale *Rot. deciſ. 316. n. 5. coram Royas, &
deciſ. 84. n. 12. coram Ninot.*

At quoad ſtatuta Vrbis confirmata in forma
ſpecifica cum clauſula ſublata, & decreto irritante non poteſt contra illa dari de non vſu exfirma-
113 tis per *Rot. deciſ. 113. n. 3; & 4. coram Seraph.
deciſ. 645. n. 2, & 3. coram Merlin. deciſ. 345. n. 2.
p. 6. recen; & deciſ. 169. n. 19. p. 12;* & ita pluries
iudi-

Digitized by Google

iudicaui, dum iuridicundo præeram in foro Capitolino ſecundus, mox Primus Collateralis, & Iudex.

Cœterùm de vſu, ac obſeruantia vel non vſu
ſtatuti quando ille eſt probandus quomodo pro-
114 betur vide *Franc. Monald. conſ. 14. lib. 2. Burſatt. conſ. 339. lib. 3. Surd. conſ. 58. Sol. ad Conſt. Saband. in proœm. gloſs. 4. Marcian. diſput. 20. Sperell. deciſ. 15. Rota deciſ. 269. coram Gregor., & nouiſsime Magrett. ad Conſtit. Pragmat. Ducis Sermonetæ q. 2. proœmial. fol. 14.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic qualia ſtatuta ſint ordinatoria, & quæ deciſoria, quomodo differant inter ſe, & quas perſonas ligent, & in quo foro ſeruentur tam ordinatoria, quam deciſoria.

SVMMARIVM.

115 *Statutum fori vbi litigatur attenditur in ordinatorijs, & in deciſorijs ſtatutum loci contractus, & n. 149. & 150.*
116 *Statuta Vrbis ordinatoria ſeruantur ſolum in foro Capitolino & n. 117.*
118 *Statuta ordinatoria non extenduntur de foro ad forum.*
119 *Deciſio Seraph. 208. numer. 2. declaratur, & num. 120.*
121 *Statuta antiqua Vrbis fuere penitus abrogata à Gregorio XIII.*
122 *Statuta Vrbis deciſoria ſeruantur in omnibus Curijs Vrbis, & in diſtrictu.*
123 *Stat. Vrb. 58. lib. de ferijs eſt ordinatorium pro foro Capitolino & n. 124.*
125 *Pariter ſtat. Vrb. 73. lib. 1. circa numerum teſtium examinandorum.*
126 *Item ſtatut. 54. lib. 1. dans formam recognitioni ſcripturæ priuatæ.*
127 *Item ſtat. 81. lib. 1. de peremptione Inſtantiæ.*
128 *Item ſtatut. 82. lib 1. dans viam executiuam Inſtrumentis publicis.*
129 *Auditor Cameræ procedit executiuè in omnibus illis cauſis, in quibus procedunt executiuè cætera Tribunalia Vrbis.*
130 *Statut. Vrb. 83. lib. 1. dans executionem apochis priuatis eſt ordinatorium.*
131 *Pariter eſt ordinatorium ſtat. Vrb. 100. lib. 1. de Compromiſsis.*
132 *Compromiſſum de conſuetudine ex ſtatuto Vrbis non poteſt peti in alijs Tribunalibus extra Capitolium.*
133 *Clerici non ligantur dicto ſtatuto 100. de Compromiſsis ſub prætextu conſuetudinis & n. 185. ad 189.*
134 *Statut. Vrbis 188. lib. 1. præfigens terminum ad appellandum eſt ordinatorium & n. 135.*
136 *Statut. 169. & 170. lib. 1. ſuper deſertione appellationis ſunt ordinatoria.*
137 *Similiter ſtatut. 194. lib. 1. præſcribens formam æſtimandi bona adiudicanda Creditori.*
138 *Pariter ſtatut. 196. lib. 1. de expenſis.*
139 *Statuta an ſint ordinatoria, vel deciſoria ex quibus arguatur.*
140 *Forenſes ligantur ſtatutis loci, in quibus litigant quoad ordinatoria iudicij.*
141 *Statutum de præſtanda cautione pro expenſis licet laicale ligat Clericos tanquam ordinatorium.*
142 *Si tale ſtatutum laicale ſit arctatorium non ligat Clericos.*
143 *Clerici litigantes coram Iudice ſæculari ſubijciuntur quoad ordinatoria ſtatutis fori, in quo litigant.*
144 *Secus ſi ſtatuta ordinatoria ſint arctatoria.*
145 *Prout ſi ſtatuta ordinatoria tangerent naturam deciſorij.*
146 *Statutum de Compromiſſis vti ordinatorium ligat Clericos.*
147 *Fallit ſi mandet, quod à laudo non detur appellatio.*
148 *Fallit ſi ſtatutum mandet fieri Compromiſſum de iure, & de facto.*
149 *Statuta loci contractus attenduntur in deciſorijs.*
150 *Statuta Vrbis deciſoria ſeruantur in omni foro Vrbis, et Diſtrictus.*
151 *Statut. Vrb. 68. lib. 1. de poſitionibus eſt deciſorium.*
152 *Pariter ſtat. 85. lib. 1. dans viam executiuam documentis dotalibus et n. 153.*
154 *Statut. Vrb. 154. de læſione eſt deciſorium.*
155 *Statut. 154. de læſione non comprehendit Eccleſiaſticos.*
156 *Statut. Vrb. 157. lib. 1. eſt deciſorium, et ligat forenſes in Vrbe contrahentes.*
157 *Statut. Vrb. 158. lib. 1. de præſcript. eſt deciſorium, et non comprehendit Clericos.*
158 *Statut. Vrb. 180. lib. 1. de duabus conformibus eſt deciſorium, et ſeruatur in omnibus Curijs.*
169 *Statut. prædictum 180. ligat Eccleſias, ac Eccleſiaſticos, ac eorum bona.*
160 *Statuta prohibentia appellationem ſunt deciſoria, et non comprehendunt forenſes.*
161 *Statut. Vrb. 191. lib. 1. prohibens dicere de nullitate poſt annum eſt deciſorium.*
162 *Statuta omnia quæ non reſpiciunt ordinem iudiciorum, ſed merita cauſæ, ſunt deciſoria.*

STatuta dicuntur ordinatoria, ſi reſpiciant telam
iudicialem, & modum, ac ordinem procedendi
in iudicio, ac foro ſtatuti, deciſoria vero dicun-
tur illa, quæ reſpiciunt merita cauſæ ac illius de-
ciſionem; & quoad ordinatoria attenditur ſtatu-
tum fori, in quo litigatur, & in deciſorijs ſtatu-
115 tum loci contractus iuxta diſtinctionem *Caſtr. Conſ. 320. n. 5. lib. 1. Soccin. ſen. Conſ. 71. num. 7. et 9. lib. 4. Marcheſan. de Commiſſ. p. 3. tit. de Commiſs. nullitat. Sanat. §. 5. n. 63. fol. 169. Munſ. Conſult. forenſ. 209. n. 8. ad 19. Leoncill. deciſ. Perrar. 197. n. 4. et facit Gratian. cap. 525. num. 49. et 50.*

Hinc illa ſtatuta Vrbis quæ ſunt ordinatoria
non ſeruantur extra forum Capitolinum, in Rota,
116 vel alibi extra forum ſtatuti *Rot. deciſ. 308. n. 2. et deciſ. 312. n. 1. coram Seraph. deciſ. 138. n. 11. coram Royas, deciſ. 239. n. 19. p. 9. recen. et deciſ.*
117 *211. n. 11. par. 16.* dum ſtatuta ordinatoria non
extenduntur de foro ad forum *Rot. deciſ. 84. num. 14. p. 7. recen;* & præcisè quod ſtatuta Vrbis or-
118 dinatoria non procedant extra Curiam Capi-
tolij *Marcheſan. vbi ſupra n. 60. Scacc. de iudic. l. 2.*

Digitized by Google

cap. 3. n. 454. 653; et 652. Add. ad Gregor. deciſ. 28. n. 8. verſ. hoc procedit Rot. deciſ. 258. n. 13. coram Bich.

119 Non obſtat *deciſ. 208. n. 2. coram Seraph.* contrarium tenens, quia vltra quod ibi articulus remanſit indeciſus, adhuc illa non officit quia emanauit de anno 1573. in terminis antiquorum ſtatutorum Vrbis à Papa confirmatorum, cum hoc, quod ſtatuta ordinatoria vbique ſeruarentur in alijs Curijs Vrbis, at hodie abrogatis omnino antiquis ſtatutis debet procedi cum diſpoſitione ſtatutorum publicatorum, ac confirmatorum de
120 anno 1581. per Gregorium XIII. *eius conſt. 61. Bullar. nou. tom. 2.* in qua antiqua ſtatuta fuere pœnitus abrogata, de qua abrogatione meminit
121 *Rot. deciſ. 60. in princip. et n. 5. p. 4. recen.* in qua confirmatione idem Gregorius expreſsè mandauit, quod ſtatuta ab ipſo confirmata ſeruarentur in Curia Capitolina, etiam quoad proceſſum cauſarum, hoc eſt quoad ordinatoria, & quoad
122 alia vbique in ipſa Vrbe, & Diſtrictu, ex quibus verbis clarè patet, ſtatuta noua ordinatoria eſſe ſeruanda ſolum in Curia Capitolij.

Opportunum eſt hic recenſere aliqua capita ſtatutorum Vrbis ordinatoria, & quæ ſolùm ſer-
123 uantur in Curia Capitolina. Et primò *Stat. Vrb. 58. lib. 1. de ferijs* eſt ordinatorium pro illa Curia, & pro ea determinat dies feſtiuos, & feriatos, in quibus non redditur ius ibi *Nullatenus in Curia Capitolij ius redditur*, & obſeruat *Fenzon. ad idem ſtatut. 58. num. 42. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 5. n. 189. qui teſtatur de communi Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. Rubr. 28. num. 2.* & hæc eſt praxis nota dum in fo-
124 ro Capitolino vigore dicti *ſtatut. 58.* adſunt plures dies feriati, qui non ſeruantur in alijs Curijs Vrbis.

Secundò eſt ordinatorium *Statut. Vrb. 73. lib. 1.* reſtringens numerum teſtium ad ſeptem in qualibet cauſa, cum non tollat probationem præcisè
125 *Fenzon. ibid. num. 3. Rot. deciſ. 208. num. 1. coram Seraph.*

Tertiò *Statut. 74. lib. 1.* dans formam recognitioni ſcripturarum priuatarum eſt ordinatorium pro foro Capitolino, & non ſeruatur in alijs Tribunalibus Vrbis *Rot. deciſ. 553. num. 3. coram Caualer.*

Quartò *Statut. 8. lib. 1.* de peremptione inſtantiæ cauſarum poſt certum tempus ab eo præſcriptum vti ordinatorium ſeruatur tantum in Curia
127 Capitolij *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 257. & ſeq. Conciol. alleg. ciuil. 72. num. 5. Chartar. deciſ. Lamen. 79.*

Quintò *Statut. 82. lib. 1.* dans executionem In-
128 ſtrumentis publicis *Fenzon. ibid. num. 1. & 2. Thomat. deciſ. 36. num. 25.* nam in alijs Tribunalibus Vrbis ceſſante obligatione Camerali, vel alio pacto executiuo Inſtrumenta non habent viam executiuam.

At hoc fallit in Tribunali A. C. qui vigore ſuarum facultatum executiuè procedit in omnibus illis cauſis, in quibus alia Tribunalia Vrbis
129 procedunt via executiua *Rot. deciſ. 795. num. 10. coram Amat. Dunozett. & deciſ. 338. num. 5. coram Royas*; & ſic in Tribunali A. C. Inſtrumenta, quibus Curia Capitolij dat executionem, habent viam executiuam.

Sextò *Statut. 83. lib. 1.* dans viam executiuam apochis priuatis eſt ordinatorium, cum ſolum det modum in procedendo, & nihil aliud faciat quam reddere iudicium de ordinario executiuum
130 *Fenzon. ibid. num. 23. Marcheſan. vbi ſupra n. 63. p. 3. fol. 169. Graſs. de effect. Cleric. effect. 2. n. 135. Conciol. ad ſtatut. Eugub. lib. 2. Rubr. 19. num. 34. Thomat. deciſ. 36. num. 25. Rot. in Sabinen. Dotis coram Sacrato apud Marcheſan. de commiſſ. p. 2. fol. 32. & deciſ. 449. n. 9. coram Duran.*

Septimò *Statut. 100. lib. 1. de compromiſſis* eſt pariter ordinatorium, cum ſit directum Iudicibus Capitolij, & quia ſtatuentes ſanciuerunt, quod arbitri eligendi ſint tales, quod poſſint cogi à
131 Senatore ad arbitrandum *Fenzon. ibid. num. 3. cum duob. ſeq.* vbi id firmat de mente Rotæ, & ſubdit ab hac opinione non eſſe recedendum, *Conciol. alleg. Rubr. 27. num. 15. Thomat. deciſ. 36. n. 24. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 651.* & licet hic
132 poſtea ſubdat quod in alijs Tribunalibus, & coram alijs iudicibus Vrbis poſſit peti compromiſſum potius ex quadam conſuetudine Vrbis redacta in volumen ſtatutorum; attamen talis conſuetudo eſt ſomnium Scacciæ, cum contrarium firment deciſiones Rotæ allegatæ per *Fenzon.* mox allegatum; *& in Statut. 100. de Compromiſſis* non fit aliqua mentio conſuetudinis à *Scaccia* ſuppoſitæ, & hoc vidi paſſim ſeruatum contra illius opinionem, & ſignanter in caſu, in quo in ipſa Curia Capitolij fuerat à Clerico recuſatum facere compromiſſum cum fratre, ex quo tanquam Clericus non ligaretur tali ſtatuto arctatorio, & cum fuiſſet allegatum debere fieri compromiſſum vigore conſuetudinis à *Scaccia* ſuppoſitæ, cui laudabili, & honeſtæ conſuetudini debebat Clericus ſubijci, ſi non ſtatuto, fuit reſponſum non
133 eſſe verùm, quod circa hoc exiſteret aliqua conſuetudo, & quod ſuper illa tanquam apſide eſſet fundatum ſtatutum Vrbis de compromiſſis.

Octauo eſt etiam ordinatorium *Stat. 188. lib. 1.* præfigens terminum octo dierum ad appellan-
134 dum; *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. num. 460. & ſeq. Carol. de Graſs. de effect. Cleric. effect. 2. n. 136. Thomat. deciſ. 36. n. 25. Leoncill. deciſ. Ferrarien. 9.*
135 *n. 3. & ſeq.* dum præcisè loquitur de appellatione à ſententijs prolatis à Iudicibus Capitolinis, & à quibus appellatur ad Capitaneum Appellationum eiuſdem Curiæ Capitolij.

Nonò *Statut. 169. & 170. lib. 1.* loquentia de deſertione appellationis ſunt ſimiliter ordinato-
136 ria pro ſolo foro Capitolino *Scacc. dict. cap. 2. num. 257. Rot. deciſ. 416. num. 6. p. 4. recen. & facit Leoncill. deciſ. Ferrar. 9. num. 2. & ſeq.*

Decimò eſt ordinatorium *Statut. 194. lib. 1.*
137 præſcribens formam circa æſtimationem bonorum, quando illa adiudicantur Creditori *Poſt de ſubbaſt. inſpect. 47. num. 114. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. Rubr. 19. num. 34. Rot. deciſ. 96. num. 14. coram Pyrutt. & deciſ. 349. n. 3. p. 18. recen.*

Vndecimò, idem dicendum eſt de *Statut. 196. lib. 1.* diſponente de expenſis litis, cum ſeruetur
138 ſolum in Curia Capitolina, & non alibi, nec in Rota, vt firmat *deciſ. 371. num. 3. & 4. coram Manzaned.*

Quia inſtituti noſtri non eſt compaginare, cum improbo labore, omnia capita Statutorum Vrbis ordinatoria, hinc ad dignoſcendum an aliquod ſtatutum ſit ordinatorium, vel deciſorium

ſunt

Digitized by Google

ſunt inſpicienda verba ſtatuti, ac ſimul ceflecten-
dum ad mentem ſtatuentium, uam ſi ſtatutocum
vecba ceſpiciant ocdinem procedendi, vel ſint di-
cecta ſpecialiter Iudicibus Capitolij ecunt ocdi-
139 natoria, & ſolùm iu Cucia Capitolina ſeruan-
da ex ſicmatis ſupra *hic num.*115. *& ſeq.*

Quaudo autem ſtatuta ſunt ordinatoria, ſi fo-
renſes non ſubditi ſtatutis Vrbis litigent iu foro
Capitolino, quoad ordiuatoria erunt ſubiecti
ſtatutis Vcbis, ex quo litigans iu loco, & foro
ſtatuti, quoad ordiuatocia ſubijcitur ſtatnto,
140 *Mart. de Iuriſd. p.*3. *cap.*31. *Conciol. alleg. Ciuil.*
72. *num.*6. *Leoncill. deciſ. Ferrar.*9. *num.*5. *& deciſ.*
107. *num.* 4. *& ad materiam videantur Houded.*
*conſ.*29. *n.*10. *et ſeq. lib.*2. *Gratian. cap.*514. *à n.*4.

Vude cum ſtatutum mandans per Actorem
debere pceſtari cautionem de ce ficiendis expenſis
in caſum ſuccumbentiæ ſit ordinatorium com-
pcehendit etiam Clericos in foro ſtatuti litigan-
141 tes, licet alias ſtatuto laicali non ſubiectos *Cy-
riac. contr.* 144. *num.*11. *cum duob. ſeq. Conciol. ad
ſtat. Eugub. lib.*2. *Rubr.*14. *num.*1. *& ſeq.*

142 At talis concluſio limitatur pec *Mart. de In-
riſd. p.*4. *cap.*55. *num.*3. *& ſeq, quem ſequitur Spe-
rell. deciſ.* 10. *num.* 29., quando tale ſtaturum eſt
arctatocium, & omninò denegat audientiam an-
te pcæſtationem cautionis, & dictus *Mart. refu-
tat Dec. conſ* 275. *& Lepid. deciſ. lucenſ. di-
uerſ.*43. teuentes in contracium; at ego ſuppoſito,
quod tale ſtatutum ſit ocdinatocium exiſtimo,
bene ſcentijſſe *Dec. et Lepidum* cum ſtatuta man-
dantia, quod per actorem pcæſtetuc talis cautio
ſemper ſint arctatoria, & quis non poſſit audiri
ea non pceſtita, vnde dum Clecicus agit coram
Iudice Laico contra reum laicum ſe ſubijcit ſta-
tuto ordiuatorio, vnde non ccedo vecum, quod
Iudex denegando audieutiam Clerico ante cau-
tionem illaqueet ſuam conſcientiam, vt dicit
*Sperell. dict. num.*29.; nihilominus ne videac cou-
tra Clericos ſcribece, ſi Iudex pcocedet cum opi-
nione pcædicta illis fauorabili bene faciet, non
quod contraria ſit deſtituta probabilitate, ſed
quia in conflictu opinionum melius eſt fauere
Clericis, ac Immunitati Eccleſiaſticæ.

Et ideo Clerici litigautes coram Iudice ſecula-
ri ſubijciuntur ſtatutis Laicorum ocdinatorijs,
dum pcopcię tali caſu Clecici ab illis non ligan-
tuc, ſed potiùs cauſa cegulatuc ſecundum natu-
ram fori, vbi illa tcactatur, & acctantuc ſolum
ad obſeruantiam iudiciocum, quæ ſubeunt hoc
143 pecmittente iute Canonico *gloſs. communiter ap-
probata in cap. quod Clericis de for. competen. Abb.
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ in prima repetit. n.*19.
*& in ſecunda num.*24. *& ſeq. de Conſtit. Soccin. Sen.
conſ.*71. *num.*7. *lib.*4. *Gratian. cap.* 564. *num.* 10.
Cyriac. contr. 144. *num.* 9. *Graſſ de effect. Cleric. eſ-
fect.* 2. *num.*132. *cum duob. ſeq. Maſcard. de general.
ſtatut. interpret. concluſ.* 1. *num.*234. vbi dicit hanc
eſſe communem cegulam, *Thomat. deciſ.*6. *n.*23. *&
deciſ.*96. *n.*3. *ad* 5. *Sperell. deciſ.*10. *num.*22. *& ſeq.*
vbi de rationibus.

At ſi ſtatuta ordinatoria Laicorum ſint arcta-
144 toria non ligant Clericos plenè *Sperell. deciſ.*10.
*num.*26. *& ſeq.* prout ſi tangerent etiam naturam
145 deciſorij excedendo terminos ordinatorij *Tho-
mat. deciſ.*6. *num.*26. *Sperell. deciſ.* 135. *n.*108. *vſ-
que ad n.*112.

Tom. I.

Hinc licet ſtatuta de Compromiſſis faciendis
ſint ocdinatoria, & vti talia ligent Clecicos,
146 *Caren. reſol.* 58. *num.*2. *verſ. primus Caſus, Capicc.
deciſ.* 66. *num.* 1. *& ſeq. Thomat. deciſ.*6. *num.* 24.
& 25. nihilominus ſi prohibeant à Laudo ſecen-
do poſſe appellari, & velint, quod non poſſit peti
reductio ad arbitrium boni viri, ex quo tcaſcen-
dunt deciſocia, non ligant Clericos *Soccin. ſen.*
147 *conſ.*71. *per tot. lib.*4. *Ciroc. diſcept.*36. *num.*39.
et 60. *Caren. dict. reſol.* 58. *num.*2. *verſ. ſecundus
caſus Thomat. deciſ.* 6. *num.* 27. prout ſi mandent
148 fieri compcomiſſum de iute, & de facto *Ciroc.
diſcept.*36. *n.*61.

Tranſeundo ad ſtatuta deciſocia, & reſpicien-
tia merita cauſæ, dic quod tunc attenduntuc ſta-
tuta litigantium, ac loci coutcactus, non autem
149 fori, vel Iudicis, coram quo cauſa peodet *Ca-
ſtrenſ. conſ.*320. *num.*5. *lib.*1. *Spad. conſ.* 375. *n.* 1.
*lib.*2. *Rot. deciſ.*352. *n.*8. *coram Seraph.*

Et ſtatuta Vrbis deciſocia ſecuantur in omni-
150 bus Cucijs Vcbis inter Ciucs, & Incolas, ac
diſtrictuales *Rot. deciſ.* 598. *num.* 6. *coram Man-
zaned.*

Quamuis autem ſtatuta deciſocia ex ſæpe di-
ctis ſint illa, quæ ceſpiciunt mecita cauſarum,
& non ocdinem iudiciocum, & hæc ſit cegula pco
dignoſcenda qualitate illocum, nihilominus non
abs ce ecit hic recenſere aliqua ſtatuta Vrbis deci-
ſoria, & ſeruanda in alijs Tribunalibus etiam
151 extra illud Capitolij; & primo *Statut* 68. *lib.*1.
de poſitionibus eſſe deciſocium, & ſecuandum
etiam in Rota *Leoncill. deciſ. Ferrarien.*47. *num.*2.
*Rot. deciſ.*832. *n.* 5. *et* 6. *coram Burat.*

Pariter eſt deciſocium *Stat.*85. *lib.*1. dans viam
executiuam pco dote etiam contra tertium (quic-
152 quid ſuper hoc fuecit dubitatum in *deciſ.* 778.
*num.*3. *coram Coccin.*) *Saluſt. Tyber. in prax. A.C.
lib.*2. *cap.*35. *num.*12. vbi quod ſub Clemente VIII.
153 in Signatuta Gratiæ fuit ceſolutum pco via exe-
cutiua etiam contra tertium *Rot. deciſ.*650. *num.*3.
*coram Amat. Dunozett. deciſ.*258. *n.*3. *et deciſ.*288.
*n.*39. *coram Carill. et deciſ.*162. *n.*4. *verſ. quoad ſta-
tutum p.*4. *recen.*

Similitec eſt deciſocium *Stat.*154. *lib.*1. *de Læſio-
ne*, quod ſufficiat in tertia parte, & quod illud
154 ſeruetur in Rota *Rot. deciſ.*579. *num.*19. *coram
Coccin. deciſ.*96. *poſt Fenzon. ad ſtat Vrb. deciſ.* 78.
*n.*4. *coram Priol. Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ.*42.
155 *num.*4. *et* 5. vbi ſubdit, quod non compreheodit
Eccleſiaſticos, & Æquites Sancti Iacobi de
Spata.

Eſt etiam deciſorium *ſtatut.* 157. *lib.* 1. conce-
dens fideiuſſoci, quod poſſit ſtatim petere libe-
cationem à fideiuſſione, & comprehendit etiam
forenſes qui in Vrbe contraxerunt catione con-
tractus in illa celebrati *Rot. deciſ.* 159. *num.*2. *co-
156 ram Millin. deciſ.*320. *num.*3. *coram Caualer. de-
ciſ.* 880. *num.* 2. *coram Buratt. deciſ.* 201. *num.* 2.
et 9. *poſt Cenc. de cenſ. et deciſ.* 613. *num.* 2. *par.* 3.
recen.

Pcout eſt deciſorium *ſtatut.* 158. *lib.*1. *de præ-
ſcript.* & in Rota ac vbique ſecuatur, & ob hoc
non comprehendit Clericos *Leoncill. deciſ. Fer-
157 rarien.*76. *num.*15. *Sperell. deciſ.*135. *à num.*114.
*et præciſè Rot. deciſ.*39. *n.*15. *p.*11. *recen. et deciſ.*175.
*n.*12. *p.*17.

Tale quoque eſt *ſtatut.* 180. *lib.*1. *de duabus ſen-*

Digitized by Google

tentijs conformibus exequendis, & propterea debet
ſeruaci in omuibus Cucijs *Rot. deeiſ.452. p. 1. di-*
158 *uerſ. Sabineu. Dotis coram ſacrato num 2. verſ.*
uec applicatur apud Marcheſan. de commiſſ. par. 2.
fol. 32. quod *ſtatut.* 180. non ſemel pec Rotam al-
legatur *ſub cap.*178. quod hodie *eſt* 180. vt teſta-
tur *Rot. deciſ. 35. num.1. p.13. recen. et aduertitur*
etiam in Addit. ad Vot.2, num.27. poſt deciſ. Rem-
bold.

Quodque hoc *ſtatut.* 180. generaliter ſeruan-
dum ſit in omuibus Tribunalibus Vrbis inter Ci-
ues, & Incolas, ac diſtrictuales, & liget etiam
Eccleſias. Clericos, Eccleſiaſticas perſonas, ac ea-
159 cum bona *Rot. deciſ. 98. et 104 p. 3. recen. de-*
ciſ.951. num. 36. coram Coccin. deeiſ. 149. num. 3.
et 5. coram Vbald. deciſ.901. num.5. coram Merlin.
deciſ.773. num.13. et deciſ.900. num.1. coram Car-
din. Cerr.

At tale ſtatutum vti deciſorium non compre-
160 hendit forenſes *Leoncill. deciſ Ferrar.3.9. et 107.*
in omnibus num. 2. Rot. deciſ. 40. num. 2. coram
Buratt.

Eſt etiam deciſorium *ſtatut.* 191. *lib.*1. prohi-
bens dici de nullicate poſt annum, vnde ſeruatur
161 in omnibus Curijs Vrbis *Spad. conſ. 281. num.6.*
lib.2. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 51. num. 1.
Rot. deciſ.217. n.4. coram Merlin deciſ. 60. n. 8. et
deciſ.85. n.10. coram Vbag.

Ad ſuperfluitatem euitandam alia ſtatuta Vr-
bis deciſoria non recenſeo, ex quo illa ſunt talia,
quæ ex lectuca reſpiciunt mecita cauſæ, & non
162 ordinem iudiciorum ex firmatis ſupra *hic num.*
115. *et ſeq.*

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur, quod ſtatuta laicalia, & præciſè illa Vrbis non comprehendunt Clericos, Eccleſiaſticas perſonas, Eccleſias, loca, ac bona Eccleſiaſtica; & ſimul dilucidatur. quando Clerici poſſint vti ſtatuto laicali tanquam priuilegio; & demum diſcutitur. quando nec ne ſtatuta Laicorum comprehendant contractus, & actus iuratos.

SVMMARIVM.

163 *Statuta Vrbis confirmata à Papa, et condita de illius mandato comprehendunt Eccleſias, Clericos, Eccleſiaſticaſque perſonas.*

164 *Talis opinio Rota antiquæ viſa fuit dubia, et num.*165.

166 *Statuta Vrbis non comprehendunt clericos, Eccleſiaſticos, et Eccleſias, ac bona Eccleſiaſtica, et n.*168. 169. 171. *et* 182.

167 *Confirmatio ſtatutorum Vrbis non ſe extendit ad Clericos, ac bona Eccleſiaſtica, ſi in illis non fuerint expreſſa et n.*182. *et* 201.

170 *Hercules Ronconius Aduocatus celeberrimus laudatur.*

173 *Clericos ſtatutum Vrbis quando voluit comprehendere illos expreſſit et n.*174.

175 *Sub generalitate omnis perſonæ expreſſa in ſtatuto laicali non veniunt Clerici.*

176 *Clerici, ac Eccleſiæ veniunt ſub ſtatutis Vrbis quando hæc voluere, quod ſeruentur in omnibus Curijs.*

177 *Confirmatione ſtatuti in forma ſpecifica attenta, non poteſt dari de defectu poteſtatis ſtatuentium.*

178 *Statuta Vrbis fuere condita à Populo Romano vigore facultatis ſibi datæ à Papa tanquam Principe temporali.*

179 *Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ.*22. *volens ſub ſtatutis Vrbis comprehendi Clericos, reijcitur, & num.*180.

181 *Clerici non comprehenduntur ſub ſtatutis Vrbis ex defectu voluntatis ſtatuentium.*

183 *Statut. Vrb. cap.*42. *lib.* 1. *non comprehendit Eccleſiaſticos.*

184 *Statut.*85. *lib.*1. *nec minus.*

185 *Nec minus ſtatut.*100. *lib.*1. *& n.*186. *&* 189.

187 *Galganett. ad ſtat.* 100. *contrarium tenens reprobatur & n.*188.

188 *Statutum vrbis* 100. *lib.*1. *eſt arctatorium, & non ligat clericos.*

190 *Clericus volens poteſt, ſi velit vti ſtatuto de compromiſſis.*

191 *Statut. vrb.* 124. *lib.* 1. *non comprehendit Eccleſias.*

192 *Stat.*145. *&* 146. *lib.* 1. *non procedit in hæreditate Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ.*

193 *Statuta Laicorum excluſiua fæminarum ex Conſt. Innocentij XI. comprehendunt Eccleſias, ac Eccleſiaſticos in ditione temporali Romanæ Eccleſiæ.*

194 *Statutum* 147. *lib.* 1. *non comprehendit bona emphiteutica Eccleſiarum.*

195 *Stat.* 149. *&* 150. *lib.* 1. *non comprehendunt Eccleſiaſticos.*

196 *Nec minùs ſtatut.*154. *lib.*1. *de læſione in tertia parte.*

197 *Fenzon. ad ſtat.* 154. *reprobatur dum contrarium autumat & n.*198.

199 *Statut.*157. *lib.*1. *non comprehendit clericos, & num.*200.

202 *Clerici generaliter non ſubijciuntur ſtatutis laicorum deciſorijs.*

203 *Fallit ſi clerici ex propria voluntate illis vti velint.*

204 *Fallentia procedit ſi clerici in ſtatuto laicali non ſint expreſſe nominati.*

205 *Clericus volens vti ſtatuto laicali debet hoc facere à principio contractus.*

206 *Nec illo vti poteſt ſi à principio in contractu renunciauit ſtatuto.*

207 *Clericus volens vti ſtatuto laicali debet illud recipere cum omnibus ſuis conditionibus.*

208 *Statutum laicorum ob bonum publicum conditum non comprehendit Eccleſiaſticos, & quando ſecus & n.*209.

210 *Contractus iurati non comprehenduntur ſub ſtatutis laicalibus.*

211 *Secus ſi ſtatutum faciens mentionem de iuramento ſit in forma ſpecifica confirmatum.*

212 *Prout ſi ſtatutum adimat fidem Scripturis, in quibus continetur iuramentum, ſi illius preſtatio aliunde non probetur, & n.*213.

214 *Idem ſi ſtatutum inhabilitauit Notarium.*

215 *Prout ſi ſtatutum præſumit iuramentum metu, ac dolo extortum et n.* 216. *et* 217.

Fen-

163 F*Enzon. ad ſtatut. vrb. in proemio num.* 54.
ad 104. & turſus *ad ſtatut. vrb. lib.* 1. c. 42.
teuet, quod ſtatuta vrbis vti condita de manda-
to Papæ, & ab hoc in forma ſpecifica confirmata
comprehendunt Eccleſias, Clericos, ac perſonas
Eccleſiaſticas, & pro ſua opinione tutanda ad-
ducit *Rot. deciſ.*98. *num.*4. *et deciſ.* 240. *par.* 3. *re-
cent. et alias deciſiones*, apud ipſum videndas.

At talis opinio per eamdem Rotam habita fuit
164 pro dubia *in deciſ.* 251. *poſt Pacific. de Saluian.*
vbi in fine dicitur, quod non ſine contradictione
fuit reſolutum pro comprehenſione perſonarũ, &
165 rerum Eccleſiaſticarum, & *Marcheſan. vir pra-
cticus, et oculatus de commiſs. par.* 2. *de commiſs. nul-
lit, ſanat.* §. 5. *num.* 67. *ad* 84. *fol.* 70. accerrimè,
ac per ſolidiſſima fundamenta tuetur opinionem
pro non comprehenſione, & licet fateatur. quod
Rota tunc tenebat contrarium, nihilominus cum
magna modeſtia petita venia inſurgit contra
opinionem Rotæ, & reuera antiquitus melius ſen-
166 tiendo *in Romana Relocationis* 13. *Martij* 1595.
coram Giptio firmauit in ſtatutis Vrbis non com-
prehendi bona Eccleſiaſtica ſi de illis in aliquo
ſtatuto non ſit facta ſpecialis mentio, non ex de-
fectu poteſtatis, ſed voluntatis Papæ confirmantis,
cum confirmatio nihil noui inducat, & confir-
marum non extendat, ſed tantum illi det robur
167 *Rot. in dicta Romana relocationis* §. *nec refragatur
deciſ* 258. *num.* 14. *et* 15. *coram Cardin. Celſ. et in
allegata Romana relocationis* fuit proceſſum articu-
lo ſedulò, ac formiter diſcuſſo, dum priùs in ea-
dem cauſa ſub *die* 20. *Iunij* 1594. fuerat ſolum
firmatum, non eſſe locum relocationi vigore
*ſtatut.*124. *lib.* 1. ex quo prima locatio rerum Ec-
clesiæ fuerat nulla, at in eadẽ cauſa de anno 1595.
fuit expreſsè firmatum, quod *dict. ſtatut.* 124. non
comprehendebat bona Eccleſiaſtica.

At quicquid ſit de opinione Fenzonij, qui in
hoc eſt excuſandus. dum more ſuo materia non
diſcuſſa proceſſit cum Rotæ deciſionibus, hodie
verior, ac certior eſt opinio pro non compre-
henſione clericorum, ac perſonarum Eccleſiaſti-
carum ſub ſtatutis vrbis, quæ fuit iam firmata
168 *à Marcheſano, et à Rot. in dicta Romana relocatio-
nis coram Giptio*, & cum hac veriori opinione ſæ-
pius proceſſit poſtea Rota *deciſ.* 1951. *num.* 28. *et
ſeq. et deciſ.* 2239. *coram Coccin. deciſ.* 901. *coram
Merlin. deciſ.* 641. *num.* 15. *coram Amat. Dunozett.
deciſ.* 288. *num.* 35. *et ſeq. coram Bich deciſ.* 34.
num. 19. *poſt Cenſal. ad Peregr. de fideicomiſ. de-
ciſ.* 256. *et deciſ.* 293. *par.* 11. *recent. deciſ.* 149. *n.*6.
par. 13. *deciſ.* 159. *num.* 9. *par.* 16. *et deciſ.* 282.
num 9. *par.* 17.

Quæ opinio nunc redditur indubitata, dum
Rota ſedulò materia examinata per decem cauſæ
propoſitiones & ſex deciſiones firmauit opinio-
169 nem pro non comprehenſione, vt patet ex *de-
ciſ.* 490. 542. 779. *et* 900. *coram Cardin. Cerr. con-
firmatis coram Calataiu. deciſ.* 252. *par.* 16. *recent
et coram Bourlemont deciſ.* 387. *p.* 17. in qua cauſa
ſcripſerunt Primarij Vrbis Aduocati, & inter cæ-
teros memoria dignus, ac omni æuo recolendus
170 Hercules Ronconius in Vrbe, ac Orbe celeber-
rimus Aduocatus, *et ſupra allegata deciſ.* 773. *co-
ram Cerr.* prodijt poſt quartam cauſæ propoſitio-
171 nem, vt patet ex principio eiuſdem deciſionis,
vnde Rota hodie, pertranſit cum hac opinione
per tot vices diſcuſſa, & reſoluta cum ſolidiſſimis
rationibus, & fundamentis *in eiſdem deciſionibus
Cerri, Calataiu, et Bourlemont adductis*.

Et quidem principalis ratio in præfatis deci-
ſionibus conſiderata & *per Marcheſan.* vbi ſupra
præoccupata ea eſt, quia ſtatuta Vrbis ſunt laica-
lia, vti condita à Populo Romano, & ſic non
comprehendunt Eccleſias, Clericos, ac Eccleſia-
ſticos, eorumque bona, non ex defectu poteſtatis,
quia hanc tribuit confirmatio ſtatutorum in for-
ma ſpecifica facta à Papa, ſed ex defectu volun-
tatis ſtatuentium, qui in generali ſermone, &
diſpoſitione non cenſentur voluiſſe comprehen-
dere Eccleſiaſticos eorum iuriſdictioni non ſubie-
ctos, & ex defectu voluntatis eiuſdem Papæ con-
firmantis, qui non præſumitur voluiſſe ad illos
extendere ſuam confirmationem, cum hæc ſo-
lum det robur confirmato, non autem ſuas vires
172 extendat vltra contenta in illo *iuxta theoricam
Baldi. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num.* 14. *et* 15.
de conſtit & in puncto ſtatutorum Vrbis in elapſo
ſæculo conſiderauit *Rot. in Romana Relocationis*
13. *Martij* 1595. §. *nec refragatur coram Giptio, et
pleniſſimè in allegatis deciſ. coram Cerro Calataiu. et
Bourlemont, et deciſ.* 258. *num.* 14. *et* 15. *coram
Cardin. Celſ. Epiſcopus Rocca diſput. iur. ſelect.
tom.* 2. *cap.* 160. *num.* 11. vbi refert alias Rotæ de-
ciſiones, *et facit plenè Poſt reſol.* 128.

Vrget præterea pro non comprehenſione,
quod quando ſtatuentes voluere comprehendere
Clericos illos nominatim expreſſere, vt fecerunt
in ſtatut. 152. *lib.* 1. *de filijs familias*, vbi nominati,
ac expreſſi fuere Clerici, vnde dum illos non ex-
preſſerunt in alijs ſtatutis cenſetur illos noluiſſe
173 comprehendere ex firmatis per *Spad. conſ.* 157.
num. 13. *lib.* 1. *et facit in puncto Rot. deciſ.* 905.
num. 13. *et* 14. *coram Cerr. duplicata deciſ.* 182.
num. 12. *cum duob. ſeq. par.* 15. *recent.*

Idque comprobatur ex verbis, cum quibus
ſtatutum proceſſit *in dict. ſtat.* 152. dum incipit
174 ſub his verbis. *Auctoritate Sanctiſſimi Domini
Noſtri Papæ in hac parte nobis ſpecialiter attributa*,
ex quibus deſumitur quod ſtatuentes tanquam
laici non habebant voluntatem, nec poteſtatem
ſtatuendi contra Clericos, ſed in dicto ſtatuto
voluerunt illos comprehendere habita ſpeciali
authoritate à Papa, quæ verba in alijs ſtatutis
non adhibuerunt, quia illos comprehendere no-
luerunt.

Non obſtat quod ſtatuta Vrbis generaliter lo-
quantur de omni perſona, & ſic comprehendant
etiam Eccleſiaſticos, quia generalitas intelligi-
tur de omni perſona ſubiecta ſtatuentibus laicis,
non autem de Clericis, & alijs Eccleſiaſticis eo-
175 rum poteſtati non ſubiectis *Surd. conſ.* 2. *n.* 23.
verſ. ſed quando verba lib. 1. *Fagnan. in cap. Eccle-
ſia Sanctæ Mariæ n.*4. *verſ. quamobrem de Conſtitut.
Palm. Nep. alleg.* 55. *n.* 20; & in puncto ſtatuto-
rum Vrbis *Rot. deciſ.* 773. *n.* 11. *coram Cardinal.
Cerr. et deciſ.* 252. *n.* 10; *et ſeq. p.* 16. *recen.*

Nec obſtant deciſiones contrariæ ſuper hoc ar-
ticulo antiquitus emanatæ, vel quia fundamenta
opinionis in illis relata fuere eodem tempore
contradicta, vt patet ex *allegata Romana Relocatio-
nis Domus* 13. *Martij* 1595. *coram Giptio, et ex de-
ciſ.* 251. *poſt Pacif. de Saluian. in fine*; vel quia
contra illas tunc temporis appoſitè ſcripſit per
opti-

optima fundamenta Marcheſan. ſupra adductus n.
176 165; vel quia debet attendi opinio contraria re-
centius diſcuſſo pluries formiter articulo firmata
in allegatis deciſionibus coram Cerro, Calataiu. &
Bourlemont, vel quia maior pars deciſionum alle-
gatarum in contrarium à Fenzon. ſupra hic allegato
n. 163. loquitur in terminis ſtatut. Vrb. capitulo
178. ſeu 180. lib 1. in quo generaliter decernitur,
quod ſeruetur in omnibus Curijs, etiam Eccle-
ſiaſticis, ex qua generalitate verborum, & quod
ſit ſeruandum etiam in Curia Eccleſiaſtica habe-
tur comprehenſio Clericorum, & ſic ſtante confir-
matione ſtatutorum in forma ſpecifica poſtea fa-
177 cta non poteſt opponi de defectu nec poteſta-
tis, nec voluntaris Rot. deciſ. 901. num. 5. coram
Merlin; et aduertitur in dictis deciſ. Cerri, confir-
matis coram Calataiu et Bourlemont.

Nec refert quod ſtatuta Vrbis ſint condita de
mandato Papæ, quia ab hoc authoritas ſtatuendi
cenſetur data tanquam à Rege, & Principe tem-
porali Vrbis Romæ, non autem vti Principe Ec-
cleſiaſtico in ſpiritualibus & capite viſibili Eccle-
178 ſiæ, alias fruſtatoria fuiſſet ſtatutorum confir-
matio bene Epiſcop Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2.
cap. 160. n 14. et 16. Rot. deciſ. 219. num. 5. p. 8.
recent. deciſ. 387. num. 17. par. 17. deciſion. 901.
num. 4. et 5. coram Merlin. et deciſ. 773. num. 5. et
ſeq coram Cardin. Cerr; quæ reſponſio mirabiliter
fulcitur ex motiuo ſupra allegato ſuper ſpeciali
facultate quam ſtatuentes profeſſi ſunt habere,
pro comprehendendis Clericis filijs familias ſub
ſtat. 152. lib. 1. iuxta ſupra firmata num. 172.

179 Haud obſtat Card. de Luc. de Dot diſc. 22, qui
conquæritur de dictis reſolutionibus captis coram
Cerro pro non comprehenſione Clericorum,
quia querimoniæ procedunt, ex quo tanquã Ad-
uocatus in illa cauſa ſuccubuit, ac eius motiuis,
ac aliorum Inſignium Aduocatorum, qui in cau-
ſa ſcripſerunt reſpondent plenè deciſiones, coram
Cerro, Calataiu. & Bourlemont ſupra relatæ, &
dum de Luc. ſubdit quod ſuper deciſionibus Cerri
180 pendet reuiſio, reſpondetur quod poſt eius di-
ſcurſ. 22. cauſa illa per ſeptem vices fuit ſedulò
diſcuſſa, nempe quater ante reſolutionem captam
coram Cerr. deciſ. 773, & rurſus deciſ. 900. coram eo-
dem, & poſtea deciſ. 252. par. 16. recen; & deciſ.
387. par. 17, quæ ſunt confirmatoriæ deciſionum
Cerri; itant hodie (quicquid antiquitus dubita-
uerit, & dixerit Rota,) opinio pro non compre-
henſione Clericorum ſit firma, ſtabilis, & verior,
ſi de illis in ſtatutis non fiat expreſſa mentio, &
hoc non ex defectu poteſtatis, attenta confirma-
tione in forma ſpecifica, ſed voluntatis, vt rela-
181 tis dictis deciſ. coram Cerr; Calataiu, & Bourle-
mont præciſè firmat Rot. deciſ. 282. num. 9. p. 17.
recen; & benè prius deciſ. 252. n. 8, & ſeq. par. 16.
vbi teſtatur hanc eſſe opinionem Rotæ modernæ.

Et dum poſt editas dictas deciſiones moder-
niores in quadam cauſa prætenderetur, quod Ro-
ta receſſiſſet à deciſis, ego conſtanter reſpondidi
vltimam Rotæ opinionem eſſe ſolidiſſimam, ac
182 veritati innixam, quam bene agnouerat longe
ante Marcheſan. ſupra relatus n. 165, & quod va-
num erat prætendere receſſum à tot deciſionibus
tanta maturitate, & præuijs tot diſcuſſionibus
factis ab omnibus Rotæ Auditoribus videntibus
poſt ſecundam deciſionem Cerri.

Non comprehenſio Eccleſiarum, Clericorum, &
Eccleſiaſticorum, ac bonorum eorumdem ſubſta-
tutis Vrbis generaliter ſupra firmata remanent
ad euidentiam comprobata, ex quo ſacra Rota
pluries in diuerſis ſtatutis particularibus reſpon-
didit pro non comprehenſione. Et primo quod
ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 42. diſponens, quod inter
ciues, & Incolas, ac diſtrictuales primo loco ſer-
183 uentur ſtatuta Vrbis, & illis deficientibus Ius ci-
uile, non liget Eccleſiaſticos Rot. deciſ. 1952. n.
26, & ſeq coram Coccin.

Secundo ſtatut. 85. libro 1. dans viam executi-
uam pro dote contra tertium poſſeſſorem non li-
gat Clericos, nec bona de directo dominio Ec-
184 cleſiæ Rot. deciſion. 149. num. 5. par. 13. recent;
& deciſ. 288. n. 35; & ſeq. coram Bich.

Tertio nec ſtatut. 100. lib. 1. de Compromiſſis li-
gat Clericos, vt probant plenè Mart. de Iuriſdict.
185 par. 4. caſ. 40. num. 14, & per tot Caren. reſolut.
58., & 66., Gobb. conſ. deciſ. §. 4. num. 64; & 65.
Vrceol. Conſult. forenſ. 44. num. 29. Sperell. deciſ.
103. n. 27; & deciſ. 105. n. 33. Rot. deciſ. 163. n.
6. p. 12. recen.

Nec turbat quod ſit ordinatorium, dum à lau-
do in vim illius prolato admittitur appellatio ex
186 eodem ſtat. Vrb lib. 1. cap. 178. & ex traditis per
Caren. dict. reſol. 58. & 66. Thomat. deciſ 26. n.
34., & ſeq. & præciſè Galganett. ad dict. ſtat. Vrb.
187 100. verſic. immo ligat dicit, quod ligat pro-
pterea Clericos, & allegat pro ſua opinione tan-
quam punctuale Conſ. 71. Socin. ſen. lib. 4., quia
opinio firmata pro comprehenſione Clericorum
eſt veriſſima, dum ex dicto ſtatuto quis arctatur
ad faciendum Compromiſſum, & ad recedendũ à
188 lite, quod eſt contra ius, & ſic non ligat Cleri-
cos vt plenè probat Soccin. Sen. dict. conſ. 71. lib. 4.
qui perperam à Galganetto allegatur pro contra-
ria opinione, bene Sperell deciſ. 10. num. 26; &
ſeq, nec enim fauor Compromiſſi eſt tanti ponde-
ris, quod præferri debeat fauori Clericorum, qui
in eo conſiſtit ne ligentur, & arctentur per ſtatu-
189 ta laicalia, ex firmatis per Cirocc. diſcept. 46. n.
53. verſic. nihilominus, vbi quod contraria ſen-
tentia communiter reprobatur, & num. ſeq. de-
clarat contraria, Gobb. conſult. deciſion. 54. num.
63, & infra, Sperell. deciſ. 12. num 18, & deciſion.
123. num. 5., et ſeq: licet poſſit Clericus, ſi tamen
190 velit vti ſtatuto tanquam priuilegio, petendo
compromiſſum contra laicum Sperell. deciſion. 11.
numer. 27. Rota deciſion. 279. anu. 19. coram
Cerr.

Quarto ſtatut. 124. lib. 1. diſponens emphiteuſi
finita eſſe relocanda bona ſucceſſoribus non com-
prehendit Eccleſias, quæ in vim dicti ſtatuti non
191 poſſunt cogi ad renouandum Rot. in Romana
relocationis 13. Martij 1595. coram Giptio, deciſ.
4. §. minus facit poſt Fenzon. ad ſtatut Vrb; deciſ.
1951. num. 32. coram Coccin., et deciſ. 391. num. 5.
coram Bich.

Quinto nec procedunt in hæreditate Clerici,
& vbi in medio adeſſet Eccleſia, vel perſona Eccle-
ſiaſtica ſtatut. 145; et 146. lib. 1. excluſiua fœmi-
narum plene Conciol. allegat. ciuil. 70. num. 28. et
192 ſeq Rot. deciſ. 149. per tot. coram Cardin. Ottbob;
deciſ. 256, 261, et 293. par. 11. recen, et deciſ. 412.
par. 16., at hæc concluſio hodie remanet ſuperflua
in ſtatu temporali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quia
Sanct.

Digitized by Google

193 Sanct. mem. Innocentius XI. eius particulari
conſtitutione impteſſa *poſt decis. 338. coram Pam-
phil.* & etiam apud Cardinal. *de Luc. in Prælud.
tract, de ſtatutar. ſucceſs.* voluit quod ſemper ma-
ſculi excluderent fœminas, licet ageretur de he-
reditate Clericorum, ac perſonarum Eccleſiaſti-
carum, & licet in medio adeſſent perſonæ Eccle-
ſiaſticæ, tam Seculares, quam Regulares, & Mo-
niales.

Sexto *ſtatut. Vrb.* 147. *lib.* 1. de continuanda
poſſeſſione in heredes ſuos non comprehendit bo-
194 na emphiteutica Eccleſiæ *Conciol. alleg. ciuil.
17. num. 24., et ſeq. Rot. decis. 288. num. 44. coram
Bich. vbi declaratur deciſio contraria coram Carill;
decis. 29. num. 7; et 8. part. 12. recent., et decis. 54.
num. 15. par. 16.*

Septimo *ſtatut.* 149, *et* 150. *lib.* 1. præſcribens
ſolemnitates in donationibus non comprehendit
195 Eccleſiaſticos *Conciol. alleg. ciuil. 30. num. 42.,
et 43. Rot. deciſion. 1951. num. 55, et ſeq. coram
Coccin.*

Octauo *ſtatut.* 154. *lib.* 1. circa læſionem in
tertia parte non comprehendit Eccleſias, loca
Eccleſiaſtica, ac Eccleſiaſticas perſonas *Cardinal.
196 de Luc. de Empt., et vendit. diſcurſ. 25. num. 8.
Conciol. ad ſtatut. Eugub. lib. 2. Rubr. 58. num. 4.
Rot. deciſion. 1951. num. 33. coram Coccin. decis.
609. num. 5. coram Bich. et decis. 391. num. 5. co-
ram Cardinal. Celſ.* quicquid in contrarium dicat
197 *Fenzon. ad dict. ſtatut.* 154. ſub motiuo quod
ſtatuta Vrbis ſint Papalia, dum *Fenzon.* habet
contra ſe opinionem Rotæ, cui licet inuitus tan-
198 dem ſe ſubijcit *num. 12. verſic. meam tamen ſen-
tentiam.*

Nono *ſtatut.* 157. *lib.* 1. diſponens quod fide-
iuſſor poſſit petere ſe eximi à fideiuſſione etiamſi
diu non ſteterit in obligatione non comprehen-
199 dit Clericos *Rot. decis. 1951. num. 34. coram Co-
ccin; deciſion. 901. num. 1. coram Merlin; Add. ad
Buratt. deciſion. 880. num. 6;* Sed poteſt Clericus
fideiuſſor Ciuis Romanus vti tali ſtatuto tanquam
priuilegio ad effectum agendi pro liberatione à
200 fideiuſſione ex firmatis *per Sperell. deciſion. 11,
per tot.*, ſuper quo dicam infra.

Omittimus recenſere alia ſtatuta Vrbis non
comprehenſiua Clericorum, Eccleſiarum, ac lo-
corum Eccleſiaſticorum, quia ſtat firma Conclu-
ſio ſupradicta, quod non comprehenduntur, niſi
201 quando in aliquibus ſtatutis ſit de illis facta
ſpecialis mentio; quo vero ad cætera alia quæ-
cumque ſtatuta laicalia deciſoria, quod illa non
comprehendant Clericos, ac alias Eccleſiaſticas
perſonas, & loca Eccleſiaſtica coram Iudice laico
litigantes tenent omnes, & ſignanter *Abb. in ca-
202 pit. Eccleſia Sanctæ Mariæ n. 24., et ſeq. de conſti-
tut, Thomat. decis. 71. num. 17. Sperell. decis. 135.
num. 108. ad 112;* qui contraria tollit.

Si tamen Clericus ex ſua voluntate velit vti
ſtatuto laicali etiam deciſorio illo ligatur *Sperell.
203 deciſion. 100. num. 23, et decis. 135. num. 113,
et 123,* ex quo Clericus poteſt vti ſtatuto laicali
tanquam priuilegio in ſibi fauorabilibus, ſi de
204 ipſis Clericis expreſſam mentionem non faciat
*Dec. conſ. 314. num. 1. verſ. ſed tamen, Ciroce. di-
ſcept. 56. num. 50. Sperell. deciſion. 11. per tot. Rot.
deciſion. 146. num. 6. coram Millin. deciſion. 176.
num. 19. et ſeq; deciſion. 490. num. 8, et decis. 773.
num. 14. coram Cardin. Cerr; decis. 343. num. 37.
par. 12. recen, et decis. 369. num. 13. par. 16.*

Hæc tamen concluſio procedit, ſi Clericus à
principio contractus declarauit velle vti ſtatuto,
205 cum non poſſit id declarare ex interuallo, &
quando conuenitur *Rot. in alleg. decis. 490. n. 9. et
10, et decis. 773. num. 14. coram Cerr., et decis. 369.
num. 14. par. 16. recen.*

Prout Clericus non poteſt vti ſtatuto laicali
tanquam priuilegio, quando à principio contra-
ctus renunciauit ſtatuto, cum enim vſus ſtatuti
laicalis ſit repoſitus in meram voluntatem Cleri-
206 ci, talis voluntas ceſſat ex renunciatione facta
ſtatuto *Ciroce. diſcept. 46. num. 50., et facit Rot. de-
cis. 387. num. 34. par. 17. recen.*

Quando autem Clericus ex propria voluntate
vtitur ſtatuto laicali in aliquo negocio tenetur
illud cum omnibus ſuis conditionibus, & quali-
tatibus recipere, & non poteſt illud ſcindendo in
207 aliqua parte vti, & in alia reijcere, *Surd.
decis. 20. n. 8, et ſeq; Leoncill. decis. Ferrar. 76. n.
11. Sperell. decis. 11. num. 17, et 18;* non ligatur ta-
men Clericus ſtatuto laicali licet fauorabili, ſi illo
208 vti nolit *Ciroce. diſcept. 46. num. 53. Gobb. con-
ſult. deciſion. 64. num. 63, et ſeq. Sperell. decis. 123.
num. 5, et ſeq.*

An autem Clerici, ac Eccleſiaſtici teneantur
ſaltem vi directiua ſeruare Pragmaticas, ac ſta-
tuta laicalia facta ob commune, & publicum
bonum Concernens non minus Eccleſiaſticos,
209 quam laicos, cum materia ſit broccardica &
non bene ſuper hoc conueniant ſcribentes, hinc
ſuper hoc remiſſiue me refero *ad Mexiam de tax.
Panis, concluſ. 5. Ripoll. var. reſolut. cap. 1. num.
141, et ſeq, et num. 188, et infra Anguian. de le-
gib. lib. 2. contr. 14. 15, et 16. Carleual. de Iudic.
diſput. 2. qu. 6. num. 391, et ſeq. fol. 173, Caſtill.
contr. Iur. lib. 6. cap. 8. et 9, latiſſimè Graſs. de ef-
fect. Clericat; effect. 2. Fontanell. decis. 301. ad de-
cis. 309, et recentius Magrett. ad Conſt. Pragmatic.
Ducis Sermoneta queſt. 7. Proœm: fol. 18, et ſeq,* qui
plures caſus diſtinguit.

Ex eodem defectu poteſtatis ſub ſtatutis laica-
libus non comprehenduntur contractus iurati,
cum laici non poſſint diſponere de iuramento, nec
210 implicitè, nec explicitè *Alex. conſ. 27. num. 7.
vbi teſtatur de veriori, et magis communi opinione
lib. 1. Cardin. de Luc. de Dote diſcurſ. 143. num. 57.
verſic. ſic diſpoſitio Rot. decis. 721. num. 12. coram
Pan. iuxt. impreſs. Lugdun., decis. 44. num. 4. co-
ram Buratt. decis. 1238. num. 14. coram Coccin., de-
cis. 81. num. 8. coram Amat. Dunozett., decis. 127.
num. 24, et 25. par. 17. recen; et plenè in Rauenna-
ten. Donationis 23. Iunij 1679. §. hodie coram clar.
mem. Cardinali Federico Viccomite.*

Fallit huiuſmodi concluſio, ſi ſtatuta, prout
ſunt illa Vrbis ſint in forma ſpecifica confirmata,
hoc namque caſu confirmatio porrigitur etiam
211 ad caſum iuratum in ſtatuto laicali expreſſum
*Cardin. de Luc. dict. diſcurſ. 143. n. 49. Rot. decis.
127. num. 26. par. 17. recen, et magiſtraliter decis.
207. num. 20, et 21, et num. 26., cum duob. ſequen.
apud Poſt de ſubhaſt. in addit.*

Fallit etiam ſi ſtatutum laicale directè non ſta-
tuat ſuper iuramento, ſed tantum adimat fidem
Inſtrumento vel Scripturæ ſine certa ſolemnitate
celebratis, tunc enim ſtatutum verè non diſponit
de

Digitized by Google

de iuramento, ſed ſolum ex huiuſmodi Inſtru-
212 mento, vel Scriptura non ſolemni non probatur,
iuramentum fuiſſe interpoſitum, ſi aliunde hoc
non probetur adhibitum, *Mareſcott. var. reſolat. lib. 3. cap. 10. num. 20. Cardin. de Luc. dict. diſcurſ. 143. num. 59. Gratian. decif. 211. numer. 6. Thomat. deciſion. 23. num. 94. Rot. Bononien. apud Vrceol. conſult. 54. num. 21. et 24. Rot. deciſ. 687. num. 29. coram Merlin. deciſ. 23. num. 11, et ſeq. et deciſ. 91. num. 3. et infra coram Bich.*

At hæc fallentia non procedit, ſi aliunde pro-
baretur fuiſſe interpoſitum iuramentum, quam
ab Inſtrumento, ac Scriptura, quibus per ſtatu-
213 tum fuit fides adempta, *Caball. conſ. deciſ. 180. num. 41. lib. 1, de Luc. dict. diſcurſ. 143. num. 59, de Angel. de Confeſſ. lib. 2. qu. 13. num. 51, et ſequen. tom. 1. Rot. Bononien. apud Vrceol. dict. conſult. 54. num. 25. Rota deciſ. 225. num. 15. verſic. aliunde probetur par. 6. recen.*

Pariter ſtatutum laicorum comprehendit contractus iuratos, ſi hi ſtipulati ſint à Notario per ſtatutum inhabilitato, cum hoc caſu Iuramentum non probetur ex Inſtrumento à tali Notario ſti-
pulato, dum hoc caſu ſtatutum, directè nihil di-
214 ſponit ſuper iuramento, & in puncto probat
dicta deciſ. Rota Bononien. apud Vrceol. conſult. 54. num. 24. verſ. et in his terminis, et facit Rot. deciſ. 225. num. 11., et ſeq. par. 8. recen; quod intellige non procedere, ſi aliunde probetur veritas contentorum in Inſtrumento, ac iuramentum, vt mox dictum fuit.

Demum ſi ſtatutum laicorum directè non diſponat de iuramento, ſed ſolum præſumat contractum metu, ac dolo extortum, licet iuramento munitum, quoties ſine certis ſolemnitatibus ſit celebratus, hoc caſu ſtatutum licet de iuramento fa-
ciat mentionem, adhuc illud non operatur ob re-
215 ſiſtentiam ſtatuti præſumentis metum, dolum,
ac fraudem, *Gabr. conſ. 13. num. 6, et 7. lib. 2; benè Cardin. de Luc. de Dot. dict. diſcurſ. 143. n. 60, et 62. Rot. deciſ. 293. num. 8, et 9. par. 4. tom. 2. recen; et ſedalò id firmavit Rot. in Ravennaten. Donationis 20. Iunij 1678. 13. Iunij 1679, et 13. Iunij 1680. coram clar. mem. Card. Friderico Vicecomite.*

Hoc namque caſu non eſt diſpoſitio ſtatuti, quæ præciſè tollat vires iuramenti, ſed illa iuris Canonici non permittentis, quod iuramentum
aliquid operetur, ſtante metu, dolo, & fraude,
216 ne illud ſit vinculum iniquitatis *vt advertit de Luc. dict. diſcurſ. 143. num. 58, et præciſè poſt Rot. in allegat. deciſ. 293. num. 9. par. 4. tom. 2. recen. firmatur plene in dictis Ravennaten. Donationis coram Cardin. Vicecomite*; ex quo iuramentum non validat contractum ob publicam vtilitatem ad fraudes euitandas, per legem, vel ſtatutum annul-
latum, ſi ſine certis ſolemnitatibus celebratum
217 *Sperell. deciſ. 46. num. 7, et deciſ. 47. num. 8. et 10, et benè in dictis Ravennaten. coram Vicecomite.*

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Statuta Pragmaticæ, ac leges quando porrigantur ad actus de præterito, & conſumatos antequam promulgarentur, & quando ſolum comprehendant actus de futuro.

SVMMARIVM.

218 *Leges non ſe extendunt ad actus de præterito, ſed futuros et num. 219.*

220 *Leges non porrigantur ad caſus preteritos qui expectant perfectionem de futuro.*

221 *Leges non comprehendunt caſus præteritos pendentes in iudicio.*

222 *Lex vel ſtatutum irritans preterita eſt contra ius, et ſtrictè intelligi debet,*

223 *Lex, et ſtatutum irritans præterita debent intelligi de preteritis imperfectis pendentibus, et non de perfectis, et deciſis.*

224 *Res dicitur deciſa per tranſactionem, ſatisfactionem, ac ſententiam.*

225 *Lex, ſive ſtatutum extenditur ad preterita indeciſa, ſi in illis hoc dicatur.*

226 *Extenditur ad præterita, ſi conſtet de voluntate conditoris legis.*

227 *Non extenditur ad futura, ſi lex ſit promulgata tantum pro futuris negocijs.*

228 *Non extenditur ad preterita, quando ante legem alicui eſt ius quaſitum, et num. 229.*

230 *Licet ineſſet eadem ratio in diſpoſitione iam facta ac facienda non extenditur ad preterita.*

231 *Lex vel ſtatutum poteſt extendi ad preterita, ſi alicui ius non fuit perfectè quæſitum.*

232 *Lex, et ſtatutum quando declarant antiquum ius extenduntur ad preterita.*

233 *Extenditur lex declaratoria ad preterita, licèt contineat aliquod verbum per quod videtur induci novum ius.*

234 *Lex, vel ſtatutum procedens per viam declarationis legis antiquæ non porrigitur ad preterita, ſi expreſsè diſponat ſolum de futuris.*

235 *Lex ac ſtatutum extenditur ad preterita, quando illa non fuere ſortita effectum ante novam legem, vel ſtatutum.*

236 *Etiamſi inferatur præiudicium iuri alteri quæſito.*

237 *Lex nova non porrigitur ad actum perfectum per aditionem, vel petitionem, et num. 238.*

239 *Statutum non comprehendit actus preteritos iam perfectos, qui ſolum expectant executionem poſt ſe.*

240 *Extenditur ad preterita ſi annullat, et ſimul removet legem, vel ſtatutum antiquum cum aliquo additamento.*

241 *Secus ſi in nova lege ſit adiecta pœna ipſo iure.*

242 *Leges, ac ſtatuta quando extendantur ad preterita vide apud Doctores remiſſivè relatos.*

LEges, conſtitutiones, Pragmaticæ, ac ſtatuta re-
gulariter non extenduntur ad actus preteritos,
cum Lex futuris, non preteritis negocijs det for-
218 mam *l. leges, et conſtitutiones, C. de legib. et conſtitut. cap. fin. vbi Doctores communiter de conſtitut., Alex. conſ. 199. num. 2. lib. 6, Menoch. conſ. 240. num. 1; et ſeq; Honded. conſ. 16. numer. 14., et 15. Fermoſin. de legib. Eccleſiaſt. tom. 1. in Rubr. cap. 2. de conſtit. num. 1, et ſeq; Angaian. de legib. lib. 5. contr. 1. num. 20, et ſeq. et per tot; Magrett. ad Conſt. Pragm. Ducis Sermonetæ qu. 6. prœmial. num. 1. fol.*
219 *17. Magon. deciſion. Lucen. 88. num. 1, et 2.* vbi quod hæc eſt regula iuris, & debet relinqui contradicentibus onus probandi contrarium.

Quæ concluſio procedit etiam in caſibus preteritis,

Digitized by Google

teritis, quæ expectant perfectionem in futurum
220 reſpectu executionis Bartol. in l. omnes Populi
num.44. verſicul. aut actus eſt perfectus ff. de inſt. et
iur., plenè Honded. conſ. 16. n. 16., et 18. lib. 1.
221 Procedit pariter in negocijs preteritis im-
perfectis, & pendentibus in iudicio Bartol. vbi
proxime num.40., Magon. decif. Lucen. 88. num. 3.

Prout habet locum licet lex, vel Statutum no-
uum faceret mentionem de preteriris, quia non
intelligitur de preteritis perfectis iam deciſis, ex
quo lex, vel ſtatutum nouum irritans præterita
eſt exorbitans, & contra communes iuris regulas,
ſecundum quas leges futuris, & non præteritis
222 negocijs prouident Alex. conſ. 199. num. 2. verſ.
& quod tale ſtatutum lib. 6. Becc. conſ. 3. nu. 80. lib. 1.;
vnde ſtrictè debet intelligi de præteritis penden-
223 tibus, & non perfectis, non autem perfectis,
ac deciſis Becc. dict. conſ. 3. num. 75. & ſeq.

Et tunc negocium dicitur deciſum, & non
pendens, quando fuit terminatum per ſenten-
tiam, tranſactionem, aut totalem ſatisfactio-
224 nem, ac ſolutionem. Bartol. in dict. l. omnes Po-
puli num. 41. verſ. diſtingue ff. de inſt., & iur. Alex.
conſ. 199. num. 4. lib. 6. Becc. dict. conſ. 3. num. 78. &
79. Fermoſin. de legib. Eccleſiaſt. tom. 1. in Rubr. de
conſtitut. cap. 2. num. 3., Magrett. alleg. quæſt. 6.
num. 2., & 3.

Lex tamen, ac ſtatutum nouum extenditur ad
præterita indeciſa, ſi in lege, vel ſtatuto nouo hoc
225 expreſsè dicatur Gloſſ. in cap. final. verbo futura,
verſ. vel niſi dicatur de Conſtitut. Fermoſin. vbi pro-
ximè n. 5. Magon. decif. Lucen. 88. n. 10. verſ. quod
autem, & num. 11. Rot. decif. 319. num. 3. verſ. quia
verum par. 2. diuerſ., vbi quod extenditur ad pre-
terita, ſi conſtet de voluntate Conditoris legis,
226 quod illa voluit compræhendere, Anguian. de
legib., & conſtit. lib. 5. contr. 1. num. 13., & 14.

Et è contra, quando ex verbis Legis, Conſti-
tutionis, vel Statuti apparet de mente prouiden-
di ſolum futuris negocijs, quia in illis dictum
fuerit, quod habeant locum ſolum in futuris, non
227 præteritis, non extenduntur ad præterita ex
voluntate Legislatorum, ac ſtatuentium Bartol. in
dict. l. omnes Populi num. 42., & 53. Honded. conſ. 16.
num. 25., & 26. lib. 1. Gabr. conſ. 42. num. 51., &
52. lib. 2. qui dicit, quod omnes ſequuntur dict.
Bartol. Rot. decif. 142., & 158. part. 1. diuerſ., de-
cif. 237., & 255. coram Royas.

Maxime hoc procedit, quando ante legem,
vel ſtatutum nouum ius alteri eſt plene quæſitum
ſucceſſione, vel alio modo, tunc enim non exten-
228 ditur ad præterita in præiudicium tertij, cui
iam eſt ius quæſitum, preclarè Caſtrenſ. conſ. 340.
num. 3., & 4. lib. 1., Socin. Iun. conſ. 141. num. 9.
ad 14. lib. 3. Gabriel. dict. conſ. 42. num. 49., & 50.
lib. 2., Honded. conſ. 16. num. 27., & 28. lib. 1. Becc.
conſ. 3. num. 79. lib. 1. Rot. decif. 235. num. 7. par. 19.
recen.; cum non præſumatur, quod legis, vel
ſtatuti conditores, vel ipſemet Princeps volue-
229 rint cum noua lege tollere ius tertio perfectè
queſitum, vt probant Doctores mox allegati, &
ſignanter Caſtren., & Becc.

Procedit concluſio licet ineſſet eadem ratio in
230 diſpoſitione iam perfecta, ac in facienda in fu-
turum Bald. in l. teſtium 14. num. 4., & ibid. Saly-
cet. num. 2. C. de teſtib., Felin. in cap. fin. num. 2. de
conſtitut., & Bald. ſequitur Maſcard. de general.
ſtatut. interpretat. capit. 13. numer. 3.

Quando tamen tertio Ius non fuit perfectè
quæſitum, ſed ſolum ſuper eo facta fuerit ſimplex
petitio, cum hoc caſu potuerit denegari petitum
231 ex aliqua iuſta cauſa, propterea lex, vel ſtatu-
tum extenditur ad preterita Magon. decif. Lucen. 88.
in addit. lit. A. verſ. ſecunda verò limitatio, & facit
Rot. decif. 235. num. 9. par. 19. recen.

Statutum tamen, lex, ſeù conſtitutio decla-
ratoria, vel modificatiua antiqui iuris extendi
232 ſolet ad præterita Soccin. ſen. conſ. 288. num. 21.
& 22. lib. 2., Honded. conſ. 16. num. 24. lib. 1. Fer-
moſin. in alleg. cap. 2. num. 10., Magon. dict. decif.
Lucen. 88. n. 14., & ſeq. & ſignanter num. 22. & 23.
233 id ampliat, etiamſi noua lex adhiberet aliquod
verbum, per quod videatur induci nouum ius.

Declara hoc procedere, ſi lex, vel ſtatutum
234 declarans, ac modificans loquatur ſimpliciter,
ſecus ſi in verbis reſpiciat tantum futura Magon.
dict. decif. 88. num. 22. verſ. id tamen Maſcard. de
general. ſtatut. interpret. concluſ. 13. num. 43. Fermo-
ſin. in alleg. Rubr. de conſtitut. cap. 2. num. 10.

Extenditur pariter lex, conſtitutio, vel ſta-
tutum ad præterita, quando hæc non fuere ſor-
tita effectum ante nouam legem, vel ſtatutum,
235 ſed ſortiuntur effectum, & executionem de fu-
turo, & ex poſt Bartol. in alleg. l. omnes Populi n. 45.
ff. de inſt., & iur. Felin. in cap. fin. n. 11. de conſtitut.
Fermoſin. dict. cap. 2. num. 4. verſic. etiamſi effectus,
Gemin. conſ. 112. num. 5. verſ. tertia concluſio Franc.
de Petr. conſ. 28. num. 2., & ſeq., Cardin. de Luc. de
Regal. diſc. 49. num. 10., & de benefic. diſcurſ. 76.
num. 6. 13. & 14. Magon. dict. decif. 88. num. 13., &
14. Rot. decif. 99. num. 9. par. 17. recen.

Idque tali caſu procedit, licet noua lex, ſeu
236 ſtatutum nouum inferret præiudicium iuri al-
teri quæſito Geminian. ibidem, Rota decif. 1680.
num. 34., & 35. coram Coccin.

Attamen ex quo lex, vel ſtatutum nouum non
237 comprehendat actum perfectum per aditionem,
vel petitionem, cum hæc ſit actus, qui venit con-
nexè, & acceſſoriè ad actum perfectũ aditionis de
præterito Felin. in cap. fin. num. 11. verſ. ſecunda de-
claratio de conſtit. Honded. conſ. 16. num. 16., &
ſeq. & num. 19. lib. 1. Maſcard. alleg. cap. 13. nu. 54.
Larea decif. Granat. 11. nu. 49. & infra, Rot. decif.
348. num. 9. & ſeq. part. 4. tom. 2. recen., & decif.
255. num. 4. & 9. coram Royas; propterea quando
fuit facta aditio, & petitio ante legem, vel ſta-
tutum nouum, ſimplex exactio poſt legem no-
uam, tanquam dependens ab actibus aditionis, &
238 petitionis de preterito iam conſumatis, non ca-
dit ſub noua lege, vel ſtatuto, Gratian. c. 465. n. 10.
& ſeq., Larea. dict. decif. 11. num. 50., & facit bene
Honded. conſ. 16. num. 19., & 20. lib. 1., & Rot. in
Balneoregien. Bonorum 8. Iunij 1588. circa princip.
verſ. quod ius non tollitur coram Blanchetto, vbi
239 quod ſtatutum non comprehendit actus præte-
ritos iam perfectos, qui ſolum expectant exe-
cutionem poſt ſe.

Extenditur tamen noua lex, ſiue ſtatutum
ad præterita, ſi annullet, & reſpectiuè renouet
240 legem, vel ſtatutum antiquum, licet cum ali-
quo additamento Magon. decif. Lucen. 88. in addit.
litter. A. verſ. quibus ſuffragantur; ſecus ſi in no-
241 ua lege, vel ſtatuto fuerit adiecta pœna ipſo
iure Fermoſin. dict. cap. 2. n. 11., & 13. de conſtitut.

Cęterum qui plura ſcire deſiderat ſuper hac
materia,quãdo nec ne nouà lex,conſtitutio,Prag-
matica, vel nouum ſtatutum extendantur ad
242 præterita, vel ſolum operentur in futuris nego-
cijs *vide Canoniſtas , & ſignanter Felia.in cap. fia.
de conſtit. , ac Ciuiliſtas in l.leges , & conſtitutiones,
C. de legib. , & conſtitut. plene Bartol. in l. om-
nes populi ff. de iuſt., & iur., Federic. de Sen.
conſ. 293., Caſtrenſ. conſ. 340.lib.1. , Socinn. Iun.
conſ.21. lib.1.Honded.conſ.16.lib.1. , Menoch.conſ.
240.lib.3. , Franc.de Petr conſ.28. , Gabr.conſ.42.
lib.2.,Franc.Becc.conſ.3. , Maſcard.de general.ſta-
tut. interpret. concluſ.2.num.131. , & ſeq. , & con-
claſ.13.per tot. , Auguian.de legib., & conſtit.lib.5.
contr.1., & 3., Fermoſin. de legib. Eccleſiaſtic.
tom.1. Rubr.de conſtit.cap. 2. fol.150. , Manſ. con-
ſult.110.Magrett. ad conſt. Ducis Sermonetæ qu.6.
proœm. fol.17.Rot.deciſ.152., & 158.par.2.diuerſ.
deciſ. 137., & deciſ.255.coram Royas .*

ARTICVLVS V.

ARGVMENTVM.

Statuta quando nec ne dicantur fauorabilia, vel odioſa, quomodò interpretentur, an largè, vel ſtrictè, & quando nec ne patiantur extenſionem , & an prohibita extenſione in ſtatutis , adhuc ſub illis veniat aliquidper viam comprehenſionis, ex identitate, vel maioritate rationis.

SVMMARIVM.

243 *Statuta quomodo interpretentur remiſſiuè .*
244 *Statuta correctoria iuris communis tanquam odioſa ſtrictè ſunt interpretanda .*
245 *Statuta contra ius tantum diſponunt,quantum loquuntur .*
246 *Non extenduntur de perſona ad perſonam .*
247 *Nec de caſu ad caſum , ſed operantur in caſibus litteraliter expreſſis .*
248 *Caſus in ſtatuto omiſſus dicitur eo ipſo,quod non reperitur expreſſus .*
249 *In ſtatuto non diſpoſitum remanet ſub diſpoſitione Iuris communis .*
250 *Statutum ſat eſt, quod vnum tantum operetur, etiam minimum ad effectum , vt minus corrigat ius commune , & num.251.*
252 *Extenſio in ſtatutis contra ius non admittitur ex identitate , vel maioritate rationis .*
253 *Præcipuè in ſtatuto conualidato per confirmationem Apoſtolicam .*
254 *Statuta excluſiua fœminarum non extenduntur ex identitate vel maioritate rationis ; & quando ſecus num.259.*
255 *In ſtatuto correctorio Iuris communis ob maioritatem rationis fit extenſio, cum potius dicatur comprehenſio .*
256 *Rationis maioritas, vel identitas debet eſſe clara , vt ſit locus extenſioni per viam comprehenſionis .*
257 *Statutum extenditur, ſi per illud fiat reditus ad ius commune antiquum .*
258 *Extenditur, ſi agatur de limitando ſtatuto iuris communis correctorio .*
260 *Statutum etiam fauorabile non extenditur , ſi ex illius extenſione oriatur præiudicium tertio habenti ius ex iuris diſpoſitione .*
261 *Statuta ſunt ſtrictæ interpretanda , quando illa ex ſtatuto ſunt intelligenda ad litteram .*
262 *Statuta Vrbis reſpuunt ſolum captioſam interpretationem .*
263 *A ſtatuti verbis claris non eſt recedendum .*
264 *Statutum loci habet maiorem vim , ac authoritatem,quam Ius commune .*
265 *Verba ſtatuti generalia non ſunt reſtringenda .*
266 *Statuti verba quando ſunt generalia, nihil dicitur omiſſum .*
267 *Statutum vnum dubium ab alio declaratur .*
268 *Statutum potius recipit interpretationem ab alio ſtatuto , quam à iure communi .*
269 *Statutum poſterius dubium declaratur ab antecedenti claro .*
270 *Et ſtatutum ſubſequens clarum declarat ſtatutum dubium antecedens .*
271 *Fallit ſi agatur de capitulis longe diſtantibus , & de diuerſa materia loquentibus .*
272 *Statuta recipiunt etiam interpretationem à iure communi .*
273 *Etiamſi per ſtatutum prohibeatur interpretatio .*
274 *Statutum non recipit interpretationem à iure communi,ſi hoc ab illo corrigatur .*
275 *Statuta interpretantur etiam ab obſeruantia .*
276 *Referuntur Doctores ſuper materia . quomodo ſtatuta interpretentur largè, vel ſtrictè .*

STatuta quando ſint fauorabilia , vel odioſa , &
an longè , vel ſtrictè intelligantur, & an patian-
tur extenſionem nec ne , videas, quæ ad propoſi-
243 tũ dixi infra *ad ſtat.Vrb.lib.1.c.145.art.1.* agen-
do de ſtatuto excluſiuo fœminarum , & hic ali-
qua alia generaliter aduertenda ſunt pro ſtatu-
torum interpretatione in genere .

Et quidem pro regula aduerte , quod omnia
ſtatuta iuris communis correctoria ſunt odioſa,
ſtricti iuris , ac ſtrictè veniunt interpretanda,
244 prout & quantum verba ſonant , & non vltra,
itaut minus quam ſit poſſibile corrigant ius
commune *Ancbaran. conſ. 380. numer. 1. Hon-
ded. conſ.1.num. 31. , & 32. lib. 1. Becc. conſ. 52.
num.19.& 24. Gratian.cap.978. num. 6. & 8.Poſt.
reſol.130.num.42.cum duob.ſeq. , Cancer. var. reſol.
par.1.num.52. , Manſ.Conſult.81. n.5.& 6. & con-
ſult.103.num.6.Thomat.deciſ.68. num. 92. , & 95.
Rot.deciſ. 390. num.12. coram Merlin. , deciſ. 503.
num.11.verſ. quod cum ſit correctorium par.1.recen.
deciſ.461.num.4.part.2. , deciſ.291.num.3. , & ſeq.
part.8. deciſ.360. num. 22.par.17.*, ex quo talia
ſtatuta correctoria iuris communis ſunt ſterilia,
245 vt Mulæ,& ſolum diſponunt, quantum loquun-
tur *Magon.deciſ. Florent.55. num.13. cum duob.ſeq.*

Hinc nõ egrediuntur perſonas in illis nomina-
246 tas , nec extenduntur de perſona ad perſonam
*Oſaſch. conſ.20. num.11. , & ſeq. , Giurb.ad conſue-
tud. Meſſan.cap.6.gloſſ.6.num.6. , Cancer. var.reſol.
part.3.cap.11.num.10.verſ. ad probandum,Thomat.
deciſ.46.num.23. , 26. , & 36.Rot.deciſ.853.num.8.
cum tribus ſeq. coram Merlin. , deciſ. 710.num.2. in
fine par.1.recen.deciſ. 91.num.9. part.9. , deciſ.183.
num.6.par.18. & deciſ. 165. num.7.& ſeq.par.19.*

Nec extenduntur de caſu ad caſum in ſtatutis
247 non expreſſum,cum ſolum operentur in caſibus
litte-

Digitized by Google

licteraliter expreſſis. *Becc. conſ. 53. num. 4. Palm. Nep. alleg. 89. num. 16. Thomat. deciſ. 56. num. 24., Rot. deciſ. 141. num. 5. coram Celſ. deciſ. 171. num. 4. par. 15. recen. deciſ. 171. num. 5. par. 16. deciſ. 169. num. 13., & 14., & deciſ. 377. num. 5. par. 17., & & deciſ. 165. num. 19. par. 19. recen.*; & caſus in ſtatuto, eo ipſo dicitur omiſſus, quod non re-
248 peritur expreſſus *Rot. Bononien. diuerſ. deciſ. 57. num. 15. Rot. deciſ. 174. num. 21. par. 3. recen. & deciſ. 165. num. 8., & 9. par. 19.*; quod enim ſtatutum non expreſſit nec nos dicere debemus, *Bald. conſ. 101. num. 2. lib. 4. Magon. deciſ. Lucen. 1. num. 18.*; & expreſsè non diſpoſitum remanet ſub
249 diſpoſitione iuris communis *Rot. deciſ. 390. num. 23., & deciſ. 471. num. 2. coram Merlin.*

Quinimmo quando ſtatutum eſt contra ius ſi vnum, vel plura poteſt operari, ſat eſt quod vnum
250 operetur, ad hoc vt minus, quam poſſibile ſit corrigat ius commune *Redenaſc. conſ. 1. num. 20., & conſ. 21. num. 26., Gratian. cap. 38 2. num. 21. & 22., et cap. 549. num. 13., et 14.* vbi etiamſi loquatur per verba vniuerſalia, *Poſt. reſol. 130. nu. 45., Manſ. conſult. 103. num. 17. Palm. Nep. alleg. 21. num. 12. et alleg. 68. num. 53. Oſaſcb. deciſ. 59. n. 12. Magon. deciſ. Florent. 105. num. 6., et deciſ. Lucen. 22. in addit. licter. E verſic. et ideo ſtatutum, Rot. deciſ. 21. num. 18., et deciſ. 215. num. 9. poſt Merlin. de legitim., deciſ. 563. num. 1. par. 1. recen. deciſ. 114. num. 7. deciſ. 179. num. 3. part. 9. et deciſ. 241. num. 6. et 7. par. 18.*; ſat namque eſt quod vltra ius com-
251 mune aliquid addat, & operetur, licet minimum *Magon. dict. deciſ. Lucen. 22. licter. E in fine, Rot. deciſ. 167. num. 6. coram Buratt.*

Et amplius extenſio in ſtatuto correctorio iuris communis, rigido, & odioſo non admitti-
252 tur ex identitate, & etiam ex maioritate rationis *Pariſ. conſ. 69. num. 175. lib. 3.* qui teſtatur de communi *Iaſ. conſ. 126. ſere per tot. lib. 1., Laderch. conſ. 87. num. 6., et 7., Altograd. conſ. 48. num. 14., et ſeq. lib. 2., plenè Riminal. Iun. conſ. 496. Manſ. conſult. 81. num. 8. Palm. Nep. alleg. 1. num. 26., et alleg. 28. num. 30. Rot. deciſ. 497. et deciſ. 524. vtrobique num. 2. p. 1. recen., deciſ. 183. num. 25. par. 8., et deciſ. 342. num. 6. et 7. p. 13.*

Concluſio fortius procedit in ſtatuto odioſo, quod validatur ex confirmatione Apoſtolica, tunc enim in illo non licet arguere ab identitate, vel
253 maioritate rationis *Rot. dict. deciſ. 497. n. 2. verſ. præſertim quia, & deciſ. 524. n. 2. verſ. tanto minus par. 1. recen.*

Præciſè vero quod in materia ſucceſſionis, & ſtatuti excluſiui fœminarum non fiat extenſio ex identitate, vel maioritate rationis, cum ex tali
254 ſtatuto corrigatur ius commune, *plenè Epiſcopus Rocca diſput. iur. ſelect. cap. 37. num. 15. & ſeq. Rot. deciſ. 291. num. 4. & infra part. 8. recen. deciſ. 322. num. 11. p. 15. vbi teſtatur de veriori opinione, deciſ. 301. nu. 1. & 2. par. 16., deciſ. 360. num. 23. deciſ. 397. num. 7. p. 17., deciſ. 241. num. 6. & 7. part. 18., & deciſ. 19. num. 11. par. 19.*

At quod ex identitate, vel maioritate rationis fiat extenſio de caſu ad caſum etiam in ſtatuto correctorio iuris communis, cum tunc potius dicatur comprehenſio, dum vnica tantum ratio in ſtatuto poteſt aſſignari adaptabilis caſui, de quo agitur, licet ratio non ſit expreſſa, cum
255 habeatur pro expreſſa, dum vnica, & eadem tantum aſſignari poteſt *Redenaſc. conſ. 41. num. 6. & 7. Nepit. ad Conſuetud. Catan. in proœm. nu. 98. et 99., præclarè Caucer. var. reſol. par. 1. cap. 1. num. 56., et ſeq., et cap. 18. num. 14. et infra, Gratian. cap. 474. num. 24. & ſeq., latè Manſ. conſult. 8. num. 21., et infra Cyriac. contr. 137. num. 6., et 7. Maſcard. de general. ſtatut. interpret. concluſ. 4. n. 5. 6. & 7., Rot. deciſ. 22. num. 27. et deciſ. 253. num. 5. et 6. coram Buratt., deciſ. 259. num. 19. coram Royas deciſ. 727. num. 9. et 10. par. 18. tom. 2. recen., et late dixi ad ſtat. 145. artic. 1.*

Vt autem extenſio, ſeù potius comprehenſio ex rationis identitate habeat locũ, debet rationis identitas eſſe omnino clara, nam ſi ſit dubia, ex-
256 tenſio non procedit *Altograd. conſ. 69. num. 126. lib. 2. Palm. Nep. alleg. 28. num. 33. Rot. deciſ. 165. num. 12. par. 19. recent.*

Quando tamen ſtatutum eſt fauorabile, & per illud fit reditus ad ius commune antiquum, tunc extenditur, intelligendo de redi-
257 tu ad ius commune nunc vigens, non ad illud duodecim tabularum *Redenaſc. conſ. 27. num. 27. et 28. Gratian. cap. 449. nu. 4., Palm. Nep. alleg. 28. num. 32.*

Prout debet fieri lata interpretatio, ſi agatur ad limitationem ſtatuti iuris communis correctorij, ex quo talis limitatio reſtrictiua ſtatuti
258 correctorij eſt iuri communi conformis. *Rot. deciſ. 141. num. 2., et 3., et num. fin. coram Duran., duplicata deciſ. 102. poſt Gilian. ad ſtatut. Peruſ.*

Si vero agatur de ſtatuto habente mixtum fauorem, & odium, vt in ſtatuto excluſiuo fœminarum, quod ex parte maſculorum eſt fauorabile, ex parte vero fœminarum excluſarum eſt odioſum, tunc quatenus eſt fauorabile extendendum eſt fauore maſculorum, reſtrin-
259 gendum vero quatenus odioſum, vt benè probat, & exemplificat *Redenaſc. conſ. 1. num. 25. et ſeq.* vbi alios congerit, at ſuper hoc vide omninò quę infra adnotaui *ad ſtat. 145. artic. 1.* vbi latè firmaui, quod ſtatuta excluſiua fœminarum ſunt fauorabilia, & extenduntur ex identitate, vel maioritate rationis.

Extenſio tamen etiam in ſtatuto fauorabili non admittitur, quando ex illa inſurgit præiudicium ijs, qui alias ex diſpoſitione iuris com-
260 munis concurrerent, & per extenſionem excluderentur *Laderch. conſ. 37. num. 11., et alij apud Manſ. conſult. 81. num. 9.*; quam concluſionem non puto veram ſi agatur ad excluſionem fœminarum, & extenſio fiat ex identitate, vel maioritate rationis ex ſupra firmatis.

Concluſiones ſupra firmatæ quod ſtatuta ſint regulariter ſtrictè intelligenda eo magis procedunt, quando per idem ſtatutum fuit ſancitum quod
261 ſtatuta intelligantur ad licteram prout iacent *Maſcard. de general. ſtatut. interpret. concluſ. 4. num. 102. Rot. deciſ. 318. num. 19. par. 16. recen.*; at quoad ſtatuta Vrbis confirmatio illorum facta à Gregorio XIII. excludit ſolùm ſinixtram, dolo-
262 ſam, & captioſam interpretationem, vnde in illis intrat extenſio, vel comprænhenſio per interpretationem, quæ non ſit ſinixtra, doloſa, ac captioſa, *et facit poſt alios Palm. Nep. alleg. 8. num. 13. Gobb. conſult. deciſ. 57. nu. 7. et conſult. 110. num. 30.*

Aduertas tamen, quod quando ſtatutum eſt cla-

clarum illud ſeruandum eſt, nec ab illius verbis
263 eſt recedendum *Rot. deciſ.* 318. *num.*13. *et ſeq. par.*16. *recent.* dum illud habetur pro textu, & le-
ge particulari omnino ſeruanda in loco ſtatuti,
264 cum maiorem habeat authoritatem, quam ius
commune *Rot. deciſ.* 311. *num.*13. *et* 22. *part.* 11. *recen., deciſ.* 371.*num.*2. *par.*15., *et deciſ.* 19.*n.*11. *et* 12. *par.*16.

Et ſi ſtatutum generaliter loquitur, generaliter debet intelligi, nec patitur alignam reſtrictionem, dum enim verba ſtatuti ſunt generalia,
265 non eſt inueſtiganda illius ratio ad tollendam
generalitatem *Manſ.plenè conſult.*32. *num.* 28. *ad* 34.*Rot.deciſ.* 76.*num.* 7. *p.*15.*recen.*; itaut ex ta-
266 li generalitate ſtatuti aliquid in illo non dicatur omiſſum *Manſ. ibidem num.*71., *et ſeq.*

Si vero ſtatuta ſint dubia, tunc vna pars ſtatuti aliam declarat, & vnum ſtatutum coadiuna-
267 tur ab alio *Bonden. collect. legal.* 28.*num.* 106. *Palm.Nep. alleg.* 65. *num* 39. *Magon.deciſ Florent.* 205. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 16. *num.* 5. *cum duob.ſeq. par.*8. *recen. deciſ.* 20. *num.*2. *part.*14.; *deciſ.* 346. *num.*7.*p.*15. *et deciſ.*644. *num.*8. *par.*18. *tom.*2.; & ſtatutum debet potius recipere interpretationem
268 ab alio ſtatuto, quam à iure communi *Maſcard. de general.ſtatut.interpret.concluſ.* 2.*num.*116.*et ſeq. Rot.deciſ.*16.*num.*6.*p.*8. *recent.*

Vnde ſtatutum dubium ſubſequens declaratur
269 ab antecedenti claro *Rot.deciſ.*346.*num.*8., *et* 9. *par.*15.*recen*; & ſtatutum præcedens dubium de-
270 claratur à ſubſequenti claro *Gabr.conſ.*11.*n.*33. *et ſeq. lib.*1.*Manſ. conſult.*44. *num.*45. *et* 46.

Fallit concluſio ſi agatur de diuerſis capitulis ſtatuti longe inter ſe diſtantibus, & de diuer-
271 ſa materia loquentibus *Magon. deciſ. Florent.* 105. *num.*13.

Prout ſtatuta recipiunt etiam interpretatio-
272 nem à iure communi *Cyriac. contr.*25. *num.*13. *Magon. deciſ. Lucen.*20.*num.*24., *et deciſ.*97.*nu.*19. *Giurb.deciſ.*64.*num.*14.; & hoc procedit, licet per ſtatutum prohibeatur interprætatio *Giurb. dict. deciſ.*64. *nu.*14.*verſ.etſi eodem, Maſcard.de general. ſtatut.interpr. concluſ.* 2.*num* 79., *et* 80.*Palm.Nep. alleg.* 8.*num.*15.

At ſi agatur de ſtatuto correctorio iuris communis, tunc ab hoc non recipit interpræ-
274 tationem *Menoch. conſ.* 88. *num.* 30. *qui teſtatur de communi opinione Gaill.obſer.*57. *num.*14. *lib.* 2. *Oſaſch. deciſ.* 4. *num.* 10. *Magon. deciſ. Lucen.*6.*n.*31., *et deciſ.Florent.*105.*num.*13.*et ſeq.*; & quando ſecus in expreſsè correctis, *Palm.Nepot alleg.*23.*num.*40.*Altograd.conſ.*18. *num.*42. *lib.*2.

Prout etiam ab obſeruantia ſtatuta recipiunt interpretationem, ſic enim debent intelligi, prout
275 alias fuit obſeruatum, & ſuper illis indicatum *Honded. conſ.* 1. *num.*35. *lib.*1. *late Maſcard. de general.ſtat.interpr.concluſ.*23. *n.*155.*et infra.Manſ. conſult.*81. *num.*72. *et ſeq. conſult.* 170. *à num.*67. *et per tot.*, *et conſult.* 584. *num.*19. *cum duob. ſeq. Palm.Nep.alleg.*68. *nu. vlt.* etiamſi non ſit obtenta in contradictorio iudicio *latè Monach.deciſ. Florent.* 47. *Rot deciſ.* 160. *num.*19. *et ſeq. par.*12. *recen.*, *et deciſ.*75.*num.*6. *p.*18. *tom.*1.

Cœterum qui plura ſcire cupit, quomodo ſtatuta ſint interpretanda, & quando latam, vel ſtrictam habeant intelligentiam, ac extenſionem,
276 vel reſtrictionem adeat *Maſcard.de general. ſtatutor.interpret.per tot.*, *Nepit.ad conſuetud.Catan. in proœm. num.*94. *ad* 111. *plenè Fuſar.conſ.*1. *lib.*1., & plura per nos tradita infrà ad *ſtatut.* 110. *et latius ad ſtatut.*145. *artic.*1.

DE IVDI-

Digitized by Google

DE IVDICIBVS.

DE IVRAMENTO COLLATERALIVM, & Iudicis appellationum, nec non & Iudicis Maleficiorum. CAP. VIII.

QVILIBET ex Collateralibus Capitolinæ Curiæ, & Iudex appellationum, & Iudex maleficiorum antequam ad officium admittatur iuret in manibus Conſeruatorum Officium ſibi commiſſum bona fide, legalitèr, ſummaquè diligentia, remotis amore, timore, odio, prece, prętio, & omni munere exercere, nihilquè vltrà ſuum ſalarium, & præſentibus Statutis permiſſa, etiam à ſpontè dantibus recipere, Hoſpitalia, Religioſaquè, & Pia loca tueri, & in Cauſis eorum, nec non Viduarum, pauperum, & miſerabilium perſonarum, dotiumquè mulierum, omni mora poſtpoſita procedere. Cauſas omnes, quæ coram ipſis ventilabuntur intra terminum à Statutis præfixum pro poſſe definire, ſingulisquè diebus iuridicis, & horis debitis ad Tribunal ſedere, Statuta obſeruare, & Iuſtitiam vnicuiquè petenti adminiſtrare: & inſuper ijdem Collaterales, & Iudex maleficiorum Votum in Aſſettamentis ex animi ſinceritate, & abſq; pretio, aut mercede aliqua, quoties fuerint requiſiti, dare. Ipſeque maleficiorum Iudex de delictis veram, & integram informationem cum omnibus, & ſingulis qualitatibus, omni dolo, & fraude ceſſantibus recipere, nullaſque qualitates, vel delicta augentes, vel Reum excuſantes omittere, nec quidquam vltra veritatem apponere.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur ad ornatum huius Statuti quibus qualitatibus Iudices pollere debeant, & à quibus ſe abſtinere; & ſimul quod in iudicando non poſſunt ſpreta probabiliori opinione adhærere opinioni ſolum probabili, & ſuper hoc afferuntur rationes, & reſpondetur contrarijs; & examinatur articulus, an Iudices poſſint recipere munera conſiſtentia in æſculentis, & poculentis, quæ triduo conſumi poſſint; & oſtenditur, melius eſſe, quod Iudices ſe abſtineant ab illorum receptione, & afferuntur rationes, quibus in praxi adhæſit Author, dum Iudex erat; oſtenditur demum quid bonis, vel malis iudicibus in Sacra Scriptura, Canonibus, Legibus, ac Doctoribus ſit promiſſum pro retributione benè, vel malè adminiſtratæ Iudicaturæ, & alia plura habebis ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iudices quæ facere debeant ex hoc Statuto.*
2 *Iudex bonus de Iure qui ſit, & de eius requiſitis. Vide DD. relatos remiſſiuè.*
3 *Iudices Romanæ Curiæ laudantur.*
4 *Iudices de Iure, et ex ſtatuto debent iurare antequam admittantur ad Iudicaturam, quod benè gerent officium.*
5 *Iuramentum prædictum hodie præſtatur in manibus Cardinalis Camerarij.*
6 *Author fuit ſecundus, et poſteà Primus Collateralis Capitolij.*
7 *Iudices eligi debent Viri in foris verſati, & non tyrones, ac inexperti.*
8 *Praxis in Iudice eſt præſtantior, quàm ſimplex theorica.*
9 *Iudices non habentes praxim, ac experientiam non ſunt apti.*
10 *Iudices non debent eligi iuuenes ſine experientia.*
11 *Iudices debent cum ſcientia habere admixtam probitatem vitæ.*
12 *Iudicaturæ debent conferri ob virtutes, non ob preces, vel ob pecuniam, & num. 15.*
13 *Iudices ſi pecuniam erogauerint pro conſequenda Iudicatura, extorſiones facient pro illa recuperanda, & n. 14.*
16 *Princeps tenetur in conſcientia aſſumere ad Iudicaturam viros probos, & doctos, & n. 17.*
18 *Princeps aſſumendo imperitos ad munus Iudicis, à reatu lethali non eſt immunis, & tenetur ad reſtitutionem damnorum.*
19 *Iudicaturam procurare poteſt qui habet requiſita neceſſaria.*
20 *Iudex debet habere experientiam ſtyli illius loci, vbi iudicare debet, & num. 22.*
23 *Minores 25. annorum, & ſine experientia non debent aſſumi ad Iudicaturas, & n. 24.*
25 *Iudices gradatim, & non per ſaltum debent ad Iudicaturas aſſumi.*
26 *Iudices Curiæ Capitolij fieri non debent qui prius aliquod iudicandi munus non exercuerint.*
27 *Iudices ſe debent abſtinere à peccatis, & debent eſſe bonæ conſcientiæ, ac Deum timere, et n. 28. et 29.*
30 *Iuſtitia in Iudice ſcelerato non poteſt habere commercium, et n. 31.*
32 *Iudex debet carere ſuperbia, et ambitione.*

33 Debet vitia libidinis effugere, cum per illam peruertatur rectum Iudicium.
34 Debet ſe abſtinere à ludis, conuerſationibus, ac publicis ſpectaculis.
35 Iudex debet eſſe Ingenij celeris, non tamen maximi, et quare num. 36.
37 Iudex in iudicando non debet eſſe preceps, & nimis feſtinus, & num. 38. & 40.
39 Iudex quando eſt inſtructus ex proceſſu de meritis cauſæ debet celeriter cauſam expedire, aliàs peccat, & num. 41.
42 Non debet eſſe obſtinatus in proprijs opinionibus, ſed debet iuxta leges, ac probatas opiniones iudicare, & num. 44. & 45.
46 Iudices non debent eſſe iracundi, ſed cum comitate ſe gerere debent, num. 47.
48 Sanguinei meliores ſunt, quàm phlegmatici in iudicando.
49 Iudices debent eſſe patientes, & faciles in audientijs, & num. 50. 51. 52. & 53.
54 Iudex debet veritatem indagare, cum ſine illa non ſiet rectum iudicium.
55 Veritas conſiſtit in obſeruantia legum.
56 Iudex debet eſſe ſtabilis vt columna, & non ſe flectere, ſed ſemper iuſtitiæ adhærere.
57 Iudex non poteſt aſſequi veritatem niſi rimatis benè omnibus, ex quibus habetur factum cauſæ decidendæ.
58 Iudex non debet eſſe mutus, ſed difficultates exprimere debet, & num. 60.
59 Iudices in Curia Romana propalant difficultates.
61 Iudex difficultates propalare debet per modum dubiorum, & ſine verboſitate, & num. 62. & 63.
64 Iudex malè facit ſi in informatione motiuat pro vna parte, & poſtea pronunciat contra illam, non communicata difficultate.
65 Iudex dubius ſuper aliquo puncto non poteſt ritè iudicare.
66 Dubitatio eſt animi paſſio cum præciſa ignorantia, cui parti ſit adhærendum.
67 Iudex in articulo, in quo adſunt opiniones hinc indè an poſſit relicta probabiliori opinione iudicare ſecundum probabilem.
68 Affirmant Doctores hic relati, & num. 80. et 81.
69 Contraria opinio placet, et tutatur ab Authore, et num. ſeqq. ac num. 79. 82. 84. et 90. reſpondetur contrarijs.
70 Opinio communis apud Legiſtas idem eſt, ac opinio probabilis apud Morales.
71 Opiniones duæ vti probabiles, ac communes dari non poſſunt, ſed vna illarum debet eſſe falſa, ac alteri debet Iudex adhærere.
72 Opinioni atteſtatæ pro communi, ſi eſt falſa, Iudex non debet adhærere, et num. 73.
74 Veritatem intellectus omninò perſcrutari debet, ad hoc vt rectum iudicium procedere poſſit.
75 Probabilitas ab intrinſeco, et ab extrinſeco quæ ſit, et num. 76. et 77.
78 Probabilitas ab intrinſeco præfertur probabilitati ab extrinſeco.
85 Opinioni ſimpliciter probabili quando quis adhærere poſſit, et cum quibus circumſtantijs, et num. 86.
87 Opinio ſimplex quæ ſit, et quæ opinio probabilis, et num. 88.
89 Opinio verior, probabilior, ſeù magis communis eſt illa, cui intellectus, examinatis eius fundamentis ſine formidine adhæret.
91 Iudex poteſt iudicare contra probabilem, et communem opinionem, ſi contrà illam vrgeant euidentiſſimæ rationes, et deuiet à veritate.
92 Opinio communis deducta ex plurimorum Doctorum placito habet præſumptionem veritatis pro ſe.
94 Concluſio non procedit, ſi illa examinata falſa detegatur, dum Iudex tenetur adhærere illi opinioni, in qua inſit veritas, et num. 95.
96 Iudex iudicat ſecundum factum, et illud ſupplere non poteſt.
97 Iudex debet quoad ius indagare veritatem opinionum, et quæ ſit magis communis; et probabilis ab intrinſeco.
98 Iudex debet ex officio ſupplere de iure, vbi Aduocati partium deficiunt.
99 Author ſuper articulo opinionis magis probabilis, et magis communis pro veritatis cultu ſcripſit.
100 In opinionum probabilium concurſu pronunciandum fauore Eccleſiæ.
101 Opinio quando ſit magis probabilis, et quando vni vel alteri opinioni ſit adhærendum, vide remiſſiuè.
102 Iudex debet iudicare ſecundùm leges, et non ſecundùm proprium arbitrium.
103 Debet iudicare ſecundùm acta, et probata, non autem ſecundùm ea, quæ noſcit ex ſcientia priuata extrà acta.
104 Etſi ſcientia priuata pro certo præſeferat, ſcientiam ex proceſſu eſſe falſam, et n. 105.
106 Iudex in cauſis decidendis debet procedere, remotis timore, odio, precibus, pretio, ac omni munere.
107 Timor eſt animi paſſio, quæ per ſæpè à recto deflectere facit.
108 Iudex non debet flecti à timore Magnatum, et potentium, et num. 111.
109 Senes faciliter flectuntur ob ætatem à timore, vnde non deberent nimis Senes fieri Iudices.
110 Iudex in adminiſtranda iuſtitia non debet facere diſtinctionem perſonarum.
112 Iudex non debet moueri ex amicitia.
113 Nec ex odio, vel alia paſſione.
114 Nec ex precibus, vel lacrimis mulierum, et pauperum.
115 Debet ſe abſtinere ab omni munere etiam minimo, et num. 116. et 117. vbi de ratione.
118 Munerum receptio iudicibus eſt interdicta in ſacra Scriptura.
119 Per munerum receptionem omne officium etiam ſanctum peruertitur.
120 Iudices recipiendo munera caci, et muti euadunt.
121 Iudex, qui cauſam citiùs expedit ob pecuniam, relicta expeditione cauſarum vetuſtiorum peccat.
122 Iudex poteſt recipere eſculenta, et poculenta modici valoris, etiam de conſuetudine.
123 Iudex illa recuſans videtur eſſe inurbanus, et num. 125. 126. 127. et 128.
124 Iudex munera recipiens etiam minima venalem exponit iuſtitiam, et dicitur hoſtis legum, et num. 138.
129 Leges concedentes poſſe iudices recipere eſculenta, et poculenta, ſunt correctæ, ſecundùm gloſam, et grauiſſimos Doctores.
130 Contraria opinio per conſuetudinem approbata.

131 Iudi-

131 *Indices per receptionem talium adulium deglutiunt iuſtitiam.*

132 *Index iuſtus ſe abſtinere debet à receptione cuiuſcunque muneris licet minimi, & num. 134. & 135.*

133 *Anthor ſe abſtinuit à receptione etiam æſculentorum, & poculentorum, & n.6.134. & 136.*

138 *Indices non recipientes munera etiam minima ſunt laude digni.*

139 *Indices in recipiendo æſculenta, & poculenta debent eſſe moderati, itaut intra tres dies conſumi poſſint, & num.140.*

141 *Index terminata cauſa poteſt recipere munera, niſi fraude fuerit probata receptio munerum promiſſorum aute ſententiam, & num. 142.*

143 *Statutum Vrbis non prohibet receptionem talium æſculentorum, & poculentorum num.144.*

145 *Iudicibus iuſtitiæ adminiſtratio demandata eſt à Iure Diuino, Naturali, Gentium, Canonico, & Ciuili.*

146 *Iudicum auctoritas procedit à Deo, cuius vices gerunt.*

147 *Iudices in iudicando debent recordari Deum habere Teſtem, & num.148. & 149.*

150 *Iudex dum iudicanda facit iniuſtitiam, falſa in ſententia dicit*, ſolum Deum præ oculis habentes.

151 *Iudex vt iuſtitiam ritè adminiſtret debet recordari finis ſui Magiſtratus.*

152 *Index vt bonus ſit qua ſeruare debeat, & mente, ac opere complere.*

153 *Iudices boni ſunt à Principe remunerandi.*

154 *Iudices boni ſi remoueantur, & non remunerentur adhuc glorioſi erunt apud viros probos.*

155 *Iudices rectè vtentes legibus dicuntur facere meliorem vitam, quàm Religioſi.*

156 *Iudices mali qui ſint refertur, & tales ſunt remouendi, & amplius ad iudicaturam non admittendi: & num.157.*

158 *Index iudicans contra conſcientiam, & non ſeruato iuris ordine tenetur parti ad intereſſe.*

159 *Iudex Eccleſiaſticus iudicans contra conſcientiam, & iuris ordine non ſeruata eſt etiam ſuſpenſus per annum, concurrentibus requiſitis de quibus num.160.*

161 *Index iudicans iniuſtè per errorem circa intellectum iuris dubij non peccat, nec tenetur ad reſtitutionem.*

162 *Arbitrium Iudicis non datur niſi in his, quæ in Iure non ſunt expreſſa, & tunc arbitrium debet eſſe rationabile, & num.163.*

164 *Probationes Actoris, ac Rei, ſi ſint æquales, iudicandum eſt pro Reo, & quid in iudicijs finium regundorum, & communi diuidundo num.165.*

167 *Iudicibus ſi fiat irreuerentia poſſunt ipſimet propriam maieſtatem tueri per punitionem iniuriantium.*

167 *Iudices Vrbium Nobilium, vt ſunt Romæ Collaterales, ſunt nobiles, & titulum Comitum habent.*

168 *Iudices, vt ſe conſeruent in iudicaturis non debent adhærere iuſſionibus perſonarum potentium contra iuſtitiam.*

PEr hoc ſtatutum paucis verbis edocentur Iudices Capitolij, quid facere debeant, quòd ſcilicet antequam admittantur ad iudicaturam iu-
rent officium ſibi commiſſum bona fide, legali-
1 tate, ſummaquè diligentia, remotis amore, timo-
re, odio, prece, pretio, & omni munere exercere,
nihilquè vltrà ſalarium, & à ſtatutis permiſſa,
etiam à ſpontè dantibus recipere.

Sub compendio talium præceptorum multa
ſtatuentes perſtrinxerunt neceſſaria ad hoc, vt
quis ſit bonus Iudex, quæ eruditè, ac plenè exa-
2 minata ſunt per eruditum *Matienz. in dialog. Re-
lator. et Aduocat. & per Xamarr. de offic. Iudic. p.1.
quæſt. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44. Caraſc.
ad leg. recopill. in exord. Cobel. de ſindicat. cap. 22.
et 23. Cala de Viſitat. Magiſtrat. diſſert. 4. Cabrer.
Auendan. de metu lib. 2. cap. 15. Borell. de Magiſtrat.
cap. 21. Chriſtin. ad leg. municip. Melchin. tit. 1.
artic. 2. Mut. ſuper Rit. Regn. Sicil. tom. 2. cap. 7.
qui pleniſſimè, Mart. de Tribunal. Vrb. cap. 6. Matteu.
de Regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 2. Riſicat.
de ſtat. homin. tom. 2. lib. 3. de ſtat. Iudic. capit. 1.
fol. 241. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 1. Theſaur.
in Præfat. ad deciſ. Pedemont. & ibi Theſaur. fil.
in addit.*

Et licèt ſuper hoc omnia per prædictos Do-
ctores pleno, ac erudito calamo ſint præoccupata,
ac Iudicibus omnibus præcipuè Romanæ Curiæ
3 ſint apprimè nota, ex quo ad iudicaturam à Papa
non aſſumuntur, niſi doctrina, ac probitate præ-
pollentes, & ſic optimè iudicandi munus callent,
ac candidè illud exercent, nihilominus pro Iu-
dicibus extra Curiam, & pro illis Vrbis, adhoc
vt conſeruentur in illa puritate, in qua fuere aſ-
ſumpti, non erit incongruum ad ornatum præſen-
tis ſtatuti aliqua hic libare ex verbis ipſius ſupra
relatis deprompta.

Et primò aduerte, quod Iuramentum præſtan-
dum per Iudices Capitolinos non eſt res noua,
4 cum etiam de iure communi talis præſtatio Iura-
menti præſcripta ſit in *l. Sancimus 6. C. ad l. Iul.
repetun. et in §. Sine igitur Auth. vt Iudic. ſine quo-
que ſuffrag. et aduertit Galganett. ad ſtat. vrb. cap. 7.
num. 10. lib. 1.*

Tale tamen iuramentum, de quo loquitur ſta-
tutum hic, non præſtatur amplius in manibus
5 Conſeruatorum iuxta diſpoſitionem ſtatuti, ſed
in manibus Cardinalis Camerarij, eo quia Iudi-
ces Capitolij non eliguntur amplius à Populo
Romano iuxta diſpoſitionem *Statut. Vrb. lib. 1.
cap. 4. 5. et 6.*, ſed eliguntur à Papa, vnde ſicut
alij Iudices, ac Magiſtratus maiores à Papa crea-
ti tale iuramentum præſtant in manibus Cardi-
6 nalis Camerarij, ſic & Collaterales Capitolij,
prout ipſe per duas vices illud præſtiti, primò
dum aſſumptus fui ad munus ſecundi Collateralis,
& poſtea quando fui translatus ad illud Primi.

Vt autem præſcriptus modus iudicandi à Iure, & à ſtatuto hic ritè à Iudicibus adimpleatur vigilandum eſt, vt tales eligantur Iudices, à quibus poſſit ſperari iuſtitiæ complementum, vnde debent eligi ſcientifici, & bene callentes Iuris prudentiam, ex cauſarum Patronis, & viris in foro verſatis, non ex tyrunculis, & inexpertis, quia ſicut bonus miles non eſt, qui nunquam in acie ſtetit, nunquam Caſtra vidit, nunquam tubarum ſonitum, niſi in ſpectaculis audiuit; ſic neque Iuriſconſultus, neque cauſarum Patronus dici poteſt, qui cauſas non egit, nunquam forum aſpexit, nullam, vel minimam vllius publici muneris

Digitized by Google

7 neris partem attigit , vndc debent habere theori-
cam , & praxim , ſcientiam , & experientiam , *vt
cruditè prabat Solorzan. de Iur. Indiar. lib. 4.cap.4.
num. 8. Mattheu de Regim. Regn.Valent. tom.1. c.2.
§.2. num. 112. et ſeq. Caluin. latè de æquit. lib. 2.
cap.101.num.3. et infra Riſicat.de ſtat.homin.tom. 2.
lib. 3. de Iudic. ſtatu. cap.1. litt. D. fol. 449. col. 1.
Matienz. in dialog. Relator. et Aduoc. par.3. cap.9.
Monter. in præfat. ad decis. Aragon. num.21. et ſeq.*
8 vbi magis in Iudice collaudat praxim , quàm
ſimplicem theoricam , & Iudices ſine praxi ſunt
9 velut vmbræ , & remanent confuſi , ac inuoluti à
qualibet minima difficultate ; ſuper hoc proban-
do , qui cauſarum defenſioni aſſiſtunt , poterunt
eſſe Teſtes per experientiam , dum quandoque à
Iudicibus ſine praxi , ac experientia proponun-
tur difficultates, & requiruntur authoritates Do-
ctorum , vel deciſionum ſuper minurijs in praxi
inſallibilibus , & ſupponendis, ſicut pro humano
victu præſupponitur neceſſitas panis quotidiani ,
vnde Princeps debet bene aduertere , quod Iudi-
ces eligendi nedum calleant leges communes ,
ſed etiam proprias Vrbis , ac illarum praxim ,
& experientiam , & ſic non debent eligi Iuuenes
10 experientia, & prudentia carentes *Pégner in prax.
crimin. cap.7. num.15. & 16.*

Debent vlterius ad munus iudicandi aſſumi
viri , qui à prima adoleſcentia ſemper probati ,
11 immaculati , & optimi nominis extiterint , &
qui cum peritia legum illarumque praxi, habeant
coniunctam probitatem vitæ. *Maſtrill.de Magiſtr.
lib.2. cap.1. num.88. & ſeq. Scacc. de ſent. & re iu-
dic.gloſ.1. quæſt.2. num.40. 53. & ſeq.*; nec in Iudi-
12 dicum electione debent attendi preces , & inter-
ceſſiones aliorum , & multo minùs pecunia , vel
muneribus debet iudicandi munus expiſcari, ma-
lè enim res ſe habet , ſi quod virtute effici debet ,
obtineatur pecunia *Caraſe.ad leg.recopill.in exord.
§. vnico num.19. & 20.*

Si namque emantur Magiſtratus non meritis ,
ſed auro , ac muneribus, vel alijs illicitis medijs,
qui illos conſequuntur , vel potius furantur , ac
extorquent , vix poſſunt eſſe incorrupti , dum
cum corruptela fuere ingreſſi , & rarò euenit ,
13 quod quis pro expenſis erogatis in conſequendo
officio cum decumeno foenore non extorqueat ,
*Pacian. de probat. par.2. cap.44. num. 81. & ſeqq.
Peguer. in prax. crim. cap. 11. num. 1. Solorzan. de
Iure Indiar. alleg.cap.4.num.12.ad 14. , qui Pacian.*
14 inuehit contra illorum temporum auaritiam ,
vbi dignitates non dabantur amplius , ſed vende-
bantur *Capice. Galeott. reſponſ. fiſcal. 15. num.51.
& Azeued. ad leg. Recopill. tom. 1. lib. 3. titul. 9.
leg. 2. num. 2. & ſeq.* conqueritur , quod plerum-
15 que legum ignari , & inſipientes ad iudicaturas
aſſumuntur per pecuniam , dona , amorem , vel
preces , & non per tramites iuſtitiæ , & merito-
rum , & quod deberent dari viris doctis , probis,
ac praxi pollentibus , qui illas non petant , & ta-
les deberent etiam cogi ad illas acceptandas , &
hoc bene inter cæteros Pontifices ſeruarunt ſi-
gnanter S.M. Innocentius XI., & SS. D. N. Inno-
centius XII. nunc feliciter Diui Petri Nauiculam
regens , qui nedum ad iudicaturas , ſed ad maio-
res dignitates viros in Curia forenſi bene verſa-
tos,ac doctrina, & ſimul probitate refertos motu
proprio euocauit , & euexit .

Et Iudicum electio à Principe debet de neceſ-
ſitate fieri de perſonis idoneis , tàm in ſcientia ,
ac theorica , quàm praxi , & quod probitate , ac
16 integritate præfulgeant, aliàs tenetur ipſe in foro
conſcientiæ Reipublicæ , & populo ob malam
electionem , & ſimul iniuriam facit viris peritis ,
& alijs dignioribus , dum quaſi pacto quodam
videntur fraudari litterati , qui illo intuitu litte-
ris , & virtutibus incumbunt , *vt ex Diuo Thoma
& alijs probat Scacc. de ſentent. & re iudic. gloſ. 1.
quæſt. 1. num. 41. & 42. Peguer. in prax crimin.
cap. 7. num. 3. & 4.* vbi ſubdit quod ſi Princeps
non eligit Iudices integritate pollentes,qui æquè
ac optimè iudicent, non habet amorem , nec de-
17 ſiderium Iuſtitiæ , & quod Alexander Seuerus
Imperator ita Iudices improbos odio habebat,vt
ſæpiſſimè affirmaret , ſe digitum vnum habere ,
quo vno oculo priuaret illum Iudicem, quem fu-
rem eſſe videret , & optimè iuſtitiam non admi-
niſtraret .

Et ſi ad iudicandum electi non ſint Iuris periti ,
& potentes ex ſe diſcernere iuſtum ab iniuſto ,
vnde litigantibus damna inſurgant,Principes non
ſunt à culpa lethali , & ab onere reſtitutionis im-
18 munes , *latè Riſicat. de ſtat. homin. alleg. cap. 1.
litt. A. fol. 250. col. 1. Azeued. ad leg. Recopill.
tom.1. lib.3. tit.9. leg.2. num.1. & ſeq.*

At licet magiſtratus , ac iudicaturæ non de-
beant precibus, prætio , donis , ac modis illicitis
aucupari , nihilominùs non ſunt reprehenſione
19 digni , qui litteris , ac virtutibus proprijs nixi ,
& confiſi ſe cognoſcendos præbent , ac Reipubli-
cæ muneribus obeundis ſe offerunt , *Solorzan. de
Iur. Indiar. alleg.cap.4. num.15.*; talis tamen obla-
tio reſultans ex proprijs meritis rarò habebit ef-
fectum , ſi deficiat homini probo , ac docto alter
vir talis , qui ſimul ſit potens apud Principem, &
velit illum mittere in Piſcinam .

Dictum fuit, Iudicem debere habere ſcientiam
legum,& inſimul practicam , & experientiam , ac
bonum iudicium in electione rerum,ac concluſio-
20 num,nàm benè eligere non poterit qui benè non
diſcernit, *plenè Cohel.de Sindicat. tract. 1. c.24.n.2.
& ſeq.*;& practica, ac experientia rerum magiſtra
debet etiam eſſe ſtatutorum,& conſtitutionum,ac
ſtyli illius loci , in quo iudicare debet *Mier. ad
21 Conſt.Cathal.p.2 collat.10.n.22. & ſeq.*; hinc for-
tè non eſſet bonus Iudex ordinarius in Vrbe , qui
externus ab aliqua Cathedra lecturę, vel ab aliqua
52 inferiori iudicatura extrà Vrbem , ad iudican-
dum in Vrbe per ſaltum promoueretur , & multò
minùs deberent creari Iudices illi , qui in auli-
cis tantùm officijs , & non in foris ſe exer-
cuerunt .

Minuſque ad iudicandi munus debent aſſumi
minores 25. annorum *ad tex. In l.ad Rempublicam
ff. de muner.& honor.* ; ex quo minor cenſetur ne-
23 ſcire ſe , ac propriam domum regere , vnde non
debet admitti ad alios regendum,& iudicandum;
& quia ex firmatis in Iudice requiritur experien-
tia, ac praxis, quæ in minore ob ætatem adeſſe
nequit , ex quo prudentia , experientia, & praxis
per longam ætatem, ac plurium negociorum tra-
24 ctationem acquiritur , & quia Iuuenes ob ætatis
floridæ calorem efferueſcentem potius cupidita-
tibus , ac luxui ſunt deditiſ, quàm moralibus vir-
tutibus , quibus Iudices debent præfulgere , vt

erudi-

eruditè probat Cobel. de Sindicat.tract.1.quæſt.25.
num.37. ad 51.
Vnde nec debent Iudices ad iudicaturas per
ſaltum promoueri, ſed gradarim l. vt gradatim 11.
25 ff. de muner. & honor. Matthew de Regim. Regn.
Valent. tom.1.cap.2.§.2.num.69.& 119. Theſaur.
in præfat. ad deciſ. Pedemont. num.26. & concordat
26 noſtrum ſtatut. vrb. lib.1. cap.4. vbi voluit, quod
Iudices pro Curia Capitolij eligendi prius aliquod munus iudicandi exercuerint.
Ex quo Iudices debent eligi viri probi, ac
27 Deum timentes, hinc ab omni culpa lethali ijdem
debent ſe abſtinere ad text. in l. Magiſtratus, ibi
moribus primò excellere debet C. de profeſſor., &
Medic. lib.10.; iuſtitiæ quippè tramites ignorat,
qui Deum non timet Peguer. in prax. Crimin.
cap.7. num. 14. Theſaur. in præfat. ad deciſ. Pedemont. num. 27. Borell. de magiſtr. cap.4. vbi plenè,
Matheu. de Regim. Regn.Valent. tom.1. cap. 2. §. 1.
num.83., & ſeq. qui num.88. & infra dicit, quod
ponere magiſtratum in homine malo eſt ponere
enſem nudum in manu furioſi.
Et ideò Iudex debet habere bonam conſcientiam, hoc eſt in corde puritatem, in ore veritatem, & in actionibus rectitudinem, & pro his eri-
28 bus merebitur Trinitatis beatam viſionem, vt
ex Diuo Bernardo probat Mier. ad Conſt. Cathal. p.2.
collat. 10. cap. 19. num. 14. & qui eſt bonæ conſcientiæ, & amator Chriſti, ac eius virtutes imitatur, operatur iuſtitiam, & per bonam conſcientiam ad omnia bene facienda animoſus redditur
vt plenè probat Cobel. de Sindic. tract. 1. quæſt. 25.
num.25., & ſeq. vbi quod eſt melior bona conſcientia, quàm ſcientia, & in Iudice debent re-
29 periri duo ſales, vnum ſcientiæ, & alterum conſcientiæ. Chriſtin. ad leg. municip. Melchin. tit.1.
art.2. verſ. in Iudice debent.
Nec poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine ha-
30 bere commercium ſunt verba text. in cap. forus
10 in fine de verb. ſignificat. plenè Scacc. de ſentent.,
& re iudic. gloſ.4. quæſt. 1. num 3. & ſeq. Pacian.
de prob. lib.2. cap. 44. num.8. & infrà Riſicat. de
ſtatut. homin. alleg. cap.1. litt. K fol.248.
Vnde debent Iudices per Confeſſionem Sacramentalem peccatorum conſequi remiſſionem, &
31 eſſe vitæ illibatæ, vt poſſint rectè iudicare Caraſc.
ad leg. Recopill. in exord. §.1.num.24., & 25. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap.1. num. 1. ad 46., de
Paz in prax. Eccleſ., & ſecul. p.1.tom.1. verſ. vndecimum tempus num.10., & ſeq.
Debet præterea Iudex carere ſuperbia, & am-
32 bitione, cum initium omnis peccati ſit ſuperbia,
nam vt habetur Prouerb. cap. 11. vbi ſuperbia ibi
contumelia, vbi humilitas ibi ſapientia Pacian. de
probat. lib.2. cap.44. num.55., & infrà Maſtrill.
de magiſtr. lib. 2. cap. 2. num.61., & ſeq. Cobel. de
Sindic. alleg. cap.24. num.16. ex ſuperbia namque,
& ambitione naſcitur præſumptio; & temeritas,
per quas ſuffocatur rectum Iudicium, & ſic iniuſtitia.
Prout debet fœminarum commercium, ac vitium libidinis effugere, cum per hanc iudicium
33 rectum peruertatur, & ſolum excogitetur, quod
amatur Riſicat. alleg. cap.2. litt. K. fol.257. Cobel.
alleg. capit. 24. num.30. in fine, vbi quod mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.
Nec non debet ſe abſtinere à iocis, conuerſationibus, ludis etiam non prohibitis, ac à publi-
34 cis ſpectaculis Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 2.
num.27., & ſeq. Riſicat. de ſtat. homin. alleg. cap.1,
litt. A. fol.267. col.1.
Qualitates autem plures deſiderantur in bono
Iudice, & quidem illa, quod ſit ingenij celeris, &
35 alacris, non tamen maximi, cum maxima ingenia ignea potiùs timenda, ac admiranda ſint,
quàm laudanda, nimia quippe ſubtilitas repugnat ſapientiæ, & per ſæpè talia magna ingenia
monſtruoſos producunt effectus contra iuſtitiam
Mattheu de Regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 2.
§.2. num. 98., & 99. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2.
cap.2. num. 86., & infra, vbi propterea infert,
36 quod ſententiæ latæ à Iudicibus ſubtilis Ingenij
ferè omnes reuocantur; hinc in iudicando magis
excellunt viri mediocris ingenij, & magni iudicij, quam viri excelſi, ac ſubtilis Ingenij, at mediocris Iudicij, cum illi ſint his in ſeligendo
aptiores, ac ſolidiores, acres quippe ingenio, &
ſubtilitatibus dediti, vt plurimùm à veritate,
quæ eſt mater, vel indiſſolubilis ſocia Iuſtitiæ, deflectunt.
Licet autem Iudex debeat eſſe ingenij celeris in
cognoſcendo, attamen in deliberando, ac iudicando, niſi neceſſitas caſus repentini aliud ſua-
37 deat, non debet eſſe præceps, & feſtinus gloſ. in
c.1. de re iudic. de Paz. in prax. Eccl. & ſecular p.1.
tom.1. verſic. vndecimum tempus num.1., & 2. fol.75.
Matth. vbi proximè num 100., & infrà plenè Matienz. in Dialog. Relator. par. 3. cap. 39. vbi quod
celeritas, & præcipitantia in iudicando fugienda
eſt, & cap.41., & 42. Berart. de Viſit. Official. c.10.
num. 46. Caraſc. ad leg. Recopill. in exord. §. vnico
num.6. vbi quod in Iudicijs, & alijs actibus, nec
moroſa cunctatio, nec præceps fœſtinatio habenda eſt, cum præcipitatio ſit nouerca iuſtitiæ
38 cap. paſtoralis §. verùm de re iudic. Chriſtin. ad leg.
municip. Melchin. tit.1. artic.2. num.1. verſ Iudex
enim Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. cap. 2. num. 83.,
& 84.
Hinc debet ſingula acta, & proceſſus attentè
ſcrutari, & poſt quam fuit benè inſtructus de
39 meritis cauſæ, debet celeriter deuenire ad illius
terminationem, & ad ſententiam cap. Iurgantium
de ſentent., & re iudic. de Paz loco cit. num.2.
Caueat propterea Iudex, ne cauſas indigeſtas
expediat, ſed det partibus, & cauſas pro illis
40 agentibus tempus congruum ad deducendum
omnia Iura neceſſaria, nam ob præcipitantiam
per ſæpè proferuntur ſententiæ, quæ ob acerbitatem poſteà reuocantur à Iudice appellationis.
At nimia cunctatio in iuſtitia facienda eſt & ipſa
41 damnabilis, cum ex tarditate expenſæ, & multa
mala procedant, vnde ſi Iudex tardè iudicet,
vel tarditas procedat ex dolo, vel deſidia, vel
ignorantia, ſemper peccat, licet magis ſi ex dolo.
Scacc. de ſent. & re iudic. gloſ.1. quæſt.1. num. 31.
verſic. exemplifica quinto, & eruditè Riſicat. de
ſtat. Homin. alleg. c.1. litt. D. E. fol. 266. qui refert
mala prouenientia ex nimia longitudine in ſententiando.
Prout Iudex debet habere docilitatem, & non
debet eſſe obſtinatus, & pertinacis naturæ, ac
mentis tenacis in ſubſtinenda propria ſententia,
42 ſed ad ventum, ac pondus rationum debet ſe
mutare in meliorem ſententiam Matth. dict. cap.2.

§. 2. *num* 104., *& ſeq.* vbi alios refert, & ſi prudentis eſt mutare conſilium in melius, in Iudice timoratæ conſcientiæ, ac Deum timente mutare ſententiam in melius eſt præciſæ neceſſitatis, nàm aliàs propriam conſcientiam grauat; ideò dam-
43 nandi ſunt illi Iudices, qui ſunt in proprijs opinionibus etiam erroneis ità pertinaces, vt credant honorem perdere, ſi ab eorum opinione, licet praua recedant, ex qua obſtinatione, & prima, vt dici ſolet, impreſſione naſcuntur cum iniuſtitijs clamores, ac ſtrepitus litigantium, & conquæſtiones Aduocatorum, ac Procuratorum, qui cum talibus Iudicibus primæ impreſſionis oleum, & operam perdunt, dum ab eorum capite non poſſunt euelli prauæ opiniones abſque digeſtione, ac cauſæ plena cognitione impreſſæ: Iudex quippè non debet eſſe voluntatis propriæ tenax obſeruator, ſed veritatis, ac Iuſtitiam iu-
44 ſta leges debet adminiſtrare *Xamar. de offic. Iudic. par. 1. quæſt. 1. num. 37., & ſeq. Cobel. de ſindic. tract. 1, cap. 24. num. 8.*, ſuper quo ſit gloria Deo, dum Iudex eram dicere ſolebam, quod pluries,
45 ac pluries mutaſſem ſententiam in melius ante cauſæ definitiuam determinationem, quoties rationum pondus, ac facti circumſtantiæ id expoſtulaſſent, & ſicut de hoc ſum in conſcientia tranquillus, ſic etiam exiſtimo, quod omnes hoc in facto ſuerint experti.

Nec debent Iudices eſſe iracundi, debetque in illis comitas, humanitas, ac ratio, & non iram
46 dominari, ex quo ira impedit diſtinctionem veri à falſo, & iudicij exactum examen conſiderari nequit ab illo, qui caliginem furoris non cognoſcit *Maſtrill. dict. cap. 2. num. 96., & ſeq. latè Caluin. de Equit. tom. 1. lib 2. cap. 155. n. 23., & ſeq. vbi authoritates Sacræ Paginæ, ac moralium recenſet, Matienz. in Dialog. Relator. par. 3. quæſt. 37. Cobel. de ſindic. tractat. 1. capit. 24. num. 17., & infra.*

Et quia coram Iudice faciliter ad iram pro-
47 rumpente litigantes nonniſi cum difficultate, & timore poſſunt deducere eorum rationes, vnde debet præfulgere comitate, & vrbanitate, & non prorumpere in verba iniurioſa, ſed potiùs omnes humaniter tractare *Matienz. dict. par. 3. quæſt. 38. & 57. Borell. conſ. 24. num. 7., & ſeq. Riſicat. dict. cap. 1. litt. F., & ſeq. fol. 261.*

Vnde licet colerici, & ſanguinei ingenij
48 acumine, memoria, iudicioquè præualeant, & ſoleant eſſe affabiles, fideles, benefici, magnifici, fortes, ſani, ac temperati: malenconici verò, & phlegmatici ſint rudes, triſtes, infecti, ſuſpicioſi, inſcij, & intempeſtiui. *Matth. allegat. §. 2. num. 141.*, nihilominus debent colerici, ſanguinei, & iracundi eorum naturalem propenſionem ad iram virtute compeſcere, ac eſſe patientes in audiendo libenter litigantes, ac eorum Aduocatos, & Procuratores, & vrbaniter illos excipere omni tempore, & informationibus, ac audientijs
49 debent eſſe aſſidui, & cum patientia omnes audire cum in his maior pars Iuſtitiæ conſiſtat. *Garon. de Senat. lib. 1. tit. 4. in prælud. n. 19., & 20.* vbi inuehit contra illos, qui dum audiunt litigantes vel oſcitantur, vel loquuntur cum alio, vel aliàs oſten-
50 dunt, ſe non adeſſe animo, & quod ſurdi, ac dormientes informantur *Fragoſ. de Regim. Reipubl. par. 1. lib. 4. diſput. 9. num. 23. verſic. item requiritur Maſtrill. dict. capit. 2. numer. 65., & 66. Theſaur. in proœm. ad deciſ. 24. num. 24. in addit. Riſicat. dict. cap. 1. litt. K., & ſeq. fol. 250.* vbi quod debent
51 eſſe faciles in audiendis partibus, & non præſumere de propria ſcientia, & inuehit contra Iudices noſtri temporis in quibuſdam Italiæ partibus
52 quod adeo ſpernunt aditum litigantibus, & quod non puniuntur *Cobel. alleg. cap. 24. num. 23. Baerart. de Viſit. official. cap. 10. num. 69. verſic. in eorumque Audientijs*; & ſciant Iudices, quod be-
53 nedictiones recipiunt à litigantibus, & ab eorum Aduocatis, & Procuratoribus, quando his faciliter datur aditus apud ipſos, & hoc experto crede Ruberto, & vltra laudem marceſcibilem in hoc Mundo benedictiones recipient æternas in alio ſæculo.

Debet Iudex veritatem indagare modis omni-
54 bus, cum ex illa procedat iuſtum iudicium, nec hoc ſine illa ſtare poſſit; vnde Dauid cecinit *Iuſtitia, & veritas obuiauerunt ſibi, & veritas de terra orta eſt, & Iuſtitia de Cœlo proſpexit*, vt admonet *Maſtrill. dict. cap. 2. num. 53., & ſeq. Riſicat. de ſtatu homin. allegat. capit. 1. litt. F. fol. 258. colum. 1. in fine, & col. 2. Theſaur. in præfation. ad deciſion. num. 28. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 44.*
55 *num. 59., & ſeq.*, vbi quod veritas conſiſtit in obſeruantia legum, & ſi Iudex à legibus deuiet, deuiat à Iuſtitia, cum ex huius præſcripto debeat perpetua conſtantia vnicuique Ius ſuum reddere, Iudex namque dicitur quaſi Ius dicens & ſi à iuſtitia deuiet Iudicis nomen amittit, cum debeat
56 eſſe immobilis vt columna, vt non ſe flectat contra legem, & vt neruus, qui non frangitur, nec plicatur nec extenditur, nec lenteſcit *Capicc. Galeot. reſponſ. fiſcal. 15. num. 71; Brun. de legation. lib. 3. capit. 5. fol. 105. in princip*; vbi quod Iudex non debet eſſe magis Iuriſconſultus, quàm iuſtitiæ amator, & ſic non debet pro ſuo arbitrio, & voluntate, ſed ſecundum leges iudicare, cum dicatur Iudex, vel à dicendo Iure, vel quia de Iure diſceptet.

Vt autem inuenire poſſit veritatem, debet prius ſcrutari Inſtrumenta, ſcripturas, depoſitiones
57 teſtium, & alia iura, ex quibus conſtat factum cauſæ, nam aliàs non poteſt aſſequi, quæ opinio ſit ſequenda, tanquàm magis probabilis, ſecundum quam debet iudicare, *Salced. de leg. Politic. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 56.*

Debet quoque motiuare difficultates, quas habet, ad hoc vt poſſit ſuper illis reſponderi, nam
58 Iudex tacens difficultates, quas habet in cauſa, non caret vitio, & dicitur mutus. *Riſicat. alleg. cap. 1. litt. A., & infra fol. 261. col. 1.* qui teſtatur de conſuetudine omnium ferè Tribunalium Italiæ difficultates à Iudicibus motiuari, & partibus pandi, *Fontanell. deciſ. 9. num. 15.*, & in Curia Romana paſſim Iudices dum in cauſis recipiunt
59 Informationes proponunt difficultates, nam impium eſſet, quod iura litigantium perire deberent ob difficultates ipſis ignotas, & in ſola mente Iudicis exiſtentes, nam ſiue illæ in facto, ſiue in Iure conſiſtant, poſſunt, quando Iudex illas aperit, à partibus tolli, Iudices quippe, & ipſi homines ſunt, & ſic deceptionibus obnoxij, vnde munus eorum eſt difficultates, ſi quas habent pro-
60 ponere, ac diſcutere, ad hoc vt veritas agitata, & diſcuſſa præfulgeat *Cobel. dict. capit. 24. n. 39.*

Bar-

Digitized by Google

Bardax. ad for. Aragon. for. 3. 5. ſimilem legem, verſicul. Iudices ſiquidem fol. 446. vbi refert di-
61 ctum Baldi, quod Iudex, qui non loquitur, & obmuteſcit, iuſtitiam denegat.

At difficultates debet Iudex dare multum circumſpectè, & per modum dubitandi, non autem reſolutiuè *Fontanell. deciſion. 9. num.* 21; & non
62 debet cum loquacitate, & verboſitate illas communicare. *Cobel. dict. cap.* 24. *num.* 39; licet enim Iudex non debeat eſſe mutus, nihilominus debet abſtinere à nimia verboſitate, *vt per Cobel. ibid.*

Hinc damnandi illi Iudices, qui magnum apparatum concluſionum in informando faciunt, vt appareant docti, & quandoque ſunt ſcientifici
63 in Iure, ſed non in facto, quia illæ non applicantur facto, de quo agitur, & in hoc vidi plures errare, nam melius eſt, quod Iudex ſit benè inſtructus facti cauſæ, dum ex mille cauſis nongentæ expediuntur ſine reuolutione librorum, & ſine apparatu concluſionum legalium.

Et magis damnandi ſunt Iudices, qui inter informandum oſtendunt inclinare pro vna parte, & pro illa excitant motiua, & poſtea ex abrupto
64 pronunciant contra illam partem, in cuius fauorem motiuauerant, & in hoc vidi defeciſſe Iudices conſpicuos, & ſtrepitum magnum ob hoc factum fuiſſe à cauſarum Patronis, & cum omni ratione, quia victoriam clientibus promiſerant ex nutu Iudicis, poſtea ex improuiſo mutati, & in ipſa variatione muti effecti, dum cauſa mutationis ſuæ opinionis prius expreſſę tacita, contrarium per ſententiam definitiuam decreuit.

Quando verò Iudex eſt de facto cauſæ inſtructus, ſi illo bene perpenſo, adhuc ſuper aliquo puncto eſt dubius, non poteſt rectè iudicare, cum
65 non poſſit dici opinari probabiliter ſuper puncto, in quo eſt dubius, nec inclinare ad aliquam partem, *bene Salced. de leg. Politic. lib.* 1. *cap.* 9.
66 *num.* 16., *&* 17; cum dubitatio ſit animi paſſio cum præciſa ignorantia extremorum, & ſit qualitas contrariarum rationum, & motus indifferens in vtramque partem ex qualitate rationum contrariarum proueniens, *vt ex Ariſtotile, Diuo Iſidoro, & alijs firmat Seſs. deciſion. Aragon.* 415. *numero* 27., *&* 28. *tom.* 4.

An autem Iudex in articulo, in quo adſunt hinc inde Doctores dicentes, eorum opinionem eſſe probabilem, poſſit iudicare ſecundum opinionem ſibi benè viſam, vel debeat indagare, quę ſit opinio magis probabilis, & ſecundum hanc
67 iudicare; hic articulus aliàs fuit à me examinatus, vt ſatisfacerem viro valdè pio, ac ſimiliter docto, & ego cenſui, debere Iudicem inſudare pro habenda veritate, & opinione magis probabili, & ſecundum illam debere iudicare, relicta opinione probabili, vt ex meo voto tunc elucubrato ſequentis tenoris.

Fuit à me iudicare debente in quodam articulo ſatis obſcuro, & intricato, & pro quo aderant hinc inde opiniones, & in illarum conflictu Doctores promiſcuè tenebant propriam opinionem eſſe probabilem, petitum, quod iudicarem iuxta vnam ex opinionibus probabilibus, prout vellem, & quod poſſem hoc caſu gratificari in iudi-
68 cando fauore amici, nec deberem rationes vtriuſque opinionis ſcrutari, ac probabiliori adhærere, *ex Garc. de benef. par.* 11. *cap.* 5. *numer.* 365. *Guzman. verit. Iur. verit.* 18. *num.* 15. *Caſtropal. oper. moral. tom.* 1., *diſputat.* 2. *punct.* 10. *per tot., Bordon. oper. moral. tom.* 6. *cap.* 9. *Fragoſ. de Regimin. Reipub. par.* 1. *lib.* 4. *diſput.* 10. §. 3. *num.* 173., *& ſeq., & num.* 198.

At ego contrarium cenſui, & firmiter dixi, Iu-
69 dicem in talium opinionum conflictu non poſſe ad libitum alteri ex opinionibus ſimpliciter probabilibus adhærere, relicta probabiliori, ſed debere inquirere veritatem vtriuſque, & ſequi opinionem, quæ eſt veritati innixa, & ſic probabiliorem.

Poteſt ſiquidem vna, & eadem opinio eſſe communis, ac probabilis, cum idem ſit opinio com-
70 munis apud legiſtas, ac opinio probabilis apud morales *Fagnan. in cap. ne innitaris num.* 345., *&* 347. *de Conſtitut. in* 1., *&* 2. *par.* 1. *decretal. Felcolog. de Iur. Controuerſ. cap.* 3. *num.* 24, *& cap.* 10. *num.* 99. *verſic. ſimiliter igitur*; at vna illarum debet eſſe falſa, cum in materia legali, & morali
71 non poſſint admitti duę opiniones oppoſitæ vti probabiles, ac communes iuxta dictum Philoſophi: *qui dicit, ſimul ita, & non ita, nihil agit*: *Anton. Cellad. de recta doctrin. moral. par.* 1. *lib.* 1. *qu.* 13. *Felcolog. dict. cap.* 10. *num.* 99.

Hinc dum ſuper aliqua controuerſia diſcrepantes ſunt Doctorum opiniones, & vtriuſque opinionis ſectatores propriam decantant pro communi, vel probabili, non poteſt Iudex in dictis opinionibus, non examinatis vtriuſque
72 fundamentis, & rationibus ſe fundare, cum altera illarum debeat eſſe falſa, vel vera, vnde debet perſcrutare fundamenta, ac rationes, ex quibus inſurgit veritas, vel falſitas alterius ex illis, & ſi mille authores ſtarent pro vna opinione, & nihilominus ab illa abeſſet veritas, eſſet reijcienda, ac altera amplectenda, cui fauet veritas, licet pauci authores, vel nullus illam probarent, cum veritas ſuperet omnes authores, qui pro contraria opinione atteſtata pro communi, ſed falſa
73 ſcripſerunt, vt ſolidè probat doctiſſimus *Felcolog. cap.* 3. *num.* 24., *& plenè allegat. cap.* 10. *num.* 93. *ad* 98; vnde Iudex in iudicio probabilitatem opinionum, ac illarum veritatem omnino exquirere debet *Felcolog. dict. cap.* 3., *& num.* 24., *& præclarè Eſcobar. de Corro de Purit, & nobil. par.* 2. *quæſt.* 9. §. 4. *num.* 28., *& ſeq.*

Quod confirmatur ex quo noſtri intellectus ſcopus eſt verum, illique veritatis agnitio ineſt naturaliter, & huic tantùm aſſentiri valet, nec
74 poteſt remanere anceps in vtraque opinione probabili, ac communi, ſi enim quis vni adhæret non præcognita illius, vel alterius veritate per fundamenta, & rationes, non cognoſcit, & non iudicat per proprium intellectum, cum eadem ratio vni poſſit videri vera, & alteri falſa, & ob hoc diuerſiſſimè ſuper eodem puncto ſuboriuntur opiniones, ſuper quarum ſelectione Intellectus veritatis exquirendæ cupidus debet modis omnibus inſudare, vt bene probat *Felcolog. alleg. cap.* 10. *num.* 99.

Idque confirmatur amplius, ex quo probabilitas diuiditur in probabilitatem ab intrinſeco, &
75 in probabilitatem ab extrinſeco; illa nititur grauiſſimis rationibus, & fundamentis magni ponderis, & rarò, aut fœrè nunquam fallentibus, probabilitas verò ab extrinſeco nititur ſoli authori-

thoritati, ac teſtimonio plurium Doctorum illam
tenentium *Fagnan. in dict. cap. ne innitaris n. 162.
de Conſtitut. Feleolog. allegat. capit. 3. §. 1. num. 3.
Dian. reſolut. moral. tom. 2. tract. 1. reſolut. 99. n.*
76 *6.*: probabilitas ab intrinſeco vti innixa funda-
mentis, & rationibus eſt infallibilior, ſecundum
infallibitatem moralem, & opinatiuam, quàm
ſit probabilitas ab extrinſeco, quæ nititur ſoli au-
thoritati Doctorum, dum hæc per ſe ſola nec ve-
ritatem, nec falſitatem moralem opinionis oſten-
dit, vt acutiſſimè oſtendit *Feleolog. dict. capit. 3.
§. 1. num. 7. ad 12.*

Quocirca vt opinio vera probabilis ab intrin-
77 ſeco habeatur, non eſt ſufficiens ſola authoritas
Doctorum teſtantium de communi, ſed debent
diſcuti fundamenta, & rationes opinionum, &
ſi ex tali exacta diſcuſſione fundamentorum, qui-
bus Doctores nituntur, illa reperiantur valida, &
concludentia, tunc probabilitas ab extrinſeco
pari paſſu procedit cum probabilitate ab intrin-
ſeco, cum tunc Doctores viri grauiſſimi ſuas pro-
78 tulerint opiniones rationibus innixi, quam pro-
babilitatem ab intrinſeco vti conuincentem, &
fœre moraliter infallibilem in iudicando Iudex
ſequi debet, non autem probabilitatem ab extrin-
ſeco fundatam in ſola authoritate Doctorum,
quoties hæc ſit deſtituta rationibus, & funda-
mentis, *Feleolog. alleg. cap. 3. num. 13., & ſeq.* vbi
79 concludit debere Iudicem ſententiam proferre iu-
xta opinionem probabiliorem, cuius baſis eſt ve-
ritas, *& latè idem cap. 10., & facit Bordon. oper.
moral tom. 6. de opin. probab. cap. 5. num. 52. in
fine, & num. 55.*

Non obſtat quod Iudex poſſit ſequi opinionem
probabilem, quæ eſt idem, quod opinio commu-
80 nis, relicta probabiliori ex Doctoribus ſupra re-
latis, quibus addi poteſt. *Meroll. Theolog. moral.
tom. 1 diſput. 3. cap. 4. Corollar. 4. à num.* 150, ex
quo ita faciendo non operatur imprudenter, dum
habet pro ſe authoritatem, vel rationes alicuius
momenti, ex quo eſſet intollerabile, & multis
81 ſcrupulis obnoxium, ſi Iudex teneretur inueſti-
gare opinionem probabiliorem, cum hoc ſit de
conſilio, non de præcepto. *Michael Salon. de
Iuſt. & Iur. tom. 1. quæſt. 63., qui benè hoc probat
Caſtropal. oper. moral. tom. 1. diſput. 2. punct. 2., &
punct. 10. num. 7., & 8. Dian. reſol. moral. tom. 2.
tract. 13. reſol. 13. Fragoſ. de Regim. Reipub. p. 1.
lib. 4. diſput. 10. §. 3. n. 153., & ſeq., Guzman.
Verit. Iur., veritat. 18. num. 24., Bordon. reſolut.
moral. tom. 5. cap. 87. num. 25., & cap. 89. n. 49.,
& latiùs tom. 6. de opin. probabil. cap. 6., Pater Bict.
in prax. Regular. qu. 143. num. 5., & 6., Fagnan.
in allegat. cap. ne innitaris num. 31., & 32. de con-
ſtitut. Sperel. deciſ. 119. num. 53. ad 55., & aliqui
apud Feleolog. alleg. cap. 10. n. 101.*

Nam reſpondetur primò, quod illorum opinio
non eſt vera, vt materia magiſtraliter examinata
82 firmat *Fagnan. in dict. cap. ne innitaris*, qui ſoli-
dis fundamentis, & rationibus nedum reijcit Do-
ctores contrarium tenentes verum omnibus co-
tum motiuis docto calamo ſatisfacit *à num. 256.,
& ſeq.* vbi pro ſua opinione adducit quadraginta
fundamenta.

Secundo reſpondetur quod Doctores contrarij
loquuntur, & ſunt intelligendi in materia mora-
83 li, & fori interni ad probabilitates redacta fauo-
re Animæ, quas idem Fagnan. dicit potius re-
dundare in laqueum Animarum; at in iudicio, &
foro externo ſemper eſt iudicandum ſecundum
84 veritatem, & opinionem probabiliorem, & tu-
tiorem *ad Text. in l. nemo 13. C. de ſenten., & in-
terloc. omn. Iudic., Matienz. in Dialog. Relator. Iu-
dic., & Aduocat. par. 3. cap. 41. Sanchez ſuper De-
calog. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 32. verſic. eſtque
latum diſcrimen Feleolog. dict. capit. 10. num. 100.
verſic. vlterius quia Iudex, dict. Fagnan. vbi pro-
ximè num. 256., & ſeq.* quodque probabilis opi-
nio debeat poſtponi probabiliori, reiecto ſu-
pradicto, *Guzman. probat idem Feleolog. numero*
100.

Et quatenus admitteretur opinio minùs vera,
quod quis poſſit ſequi opinionem ſimpliciter pro-
babilem, & non teneatur adhærere probabiliori,
adhuc talis opinio per eoſdem Doctores contra-
85 riæ ſententiæ fauentes opinioni ſimpliciter pro-
babili reiecta probabiliori, dicitur probabilis;
his concurrentibus, nempè ſi prius ſint perpenſa
argumenta, quæ poſſunt eidem obijci, ſi illam
ſequatur maior pars Doctorum, ſi ſit communis,
& amplexa per Doctores, qui illam diſputent ra-
tione naturali, vel legis, ſecus ſi perfunctoriè de
illa atteſtentur, & ſic opinio probabilis, ac com-
munis non debet eſſe conflata per Doctores ex
ſola adhæſione fortuita plurium aliorum Docto-
rum, qui diuerſis temporibus ſcripſerunt, & non
indagata veritate cum diligentia in hanc, vel il-
lam ſententiam gregatim ruunt, vt aues, vel
oues, quæ ad volatum, vel tranſitum vnius cæ-
teræ volant, ac ſequuntur, ſed per Doctores gra-
ues, qui ſedulò, & per rationes, ac fundamenta
86 hinc inde vrgentia materiam controuerſam exa-
minarunt *Dec. conſ. 449. num. 12. Rouit. conſ. 21.
num. 1., & 2. lib. 1. Marquard. de fam. public. li-
br. 2. cap. 18. num. 19., & 20., & melius num.
32. ad 35. Sanchez. allegat. capit. 9. num. 37. Ca-
ſtill. contr. Iur. tom. 4. capit. 38. num. 98. ad 101.
Garon. var. reſol. cap. 2. num. 97. Fragoſ. allegat.
§. 3. num. 184. Bict. dict. qu. 143. num. 3., verſic.
& hinc ſequitur Rot. deciſ. 270. num. 15., & 16.
par. 15. recen.*: quocirca Iudex non perpenſis fun-
damentis, ac rationibus Doctorum atteſtantium
de communi, ſeù probabili, nunquam poterit
aſſequi veritatem iuſtitiæ, & iudicio annexam,
nec pro veritate iudicare, niſi prius ipſi conſtet,
quibus rationibus, & fundamentis nitatur vtra-
que opinio, ad hoc vt illa intellectui oblata poſ-
ſit hic ſuo lumine diſcernere, ac decernere, quæ
ſit probabilior, ſecundum quam debeat ſenten-
tiam proferre.

Et prædictis addi poteſt quod ſimplex opinio
87 nititur vehementi, ſeù veriſimili ſuſpicioni, quæ
eſt adhæſio vni parti cum formidine alterius *Al-
beric. in l. ſine poſſidetis poſt nu. 7. C. de probat Fa-
gnan. in allegat. capit. ne innitaris num. 92. ad 94.
de conſtitut., de Matt. de Canonizat. Sanctor. cap. 15.
num. 11.*; opinio verò probabilis eſt illa, quæ ha-
88 bet rationes alicuius momenti, itaut pro contra-
ria parte nihil ſit conuincens *Fragoſ. allegat. §. 3.
num. 1.*

Hoc poſito non poteſt dici probabilis, & com-
munis ſuper aliquo articulo opinio illa, quæ ha-
bet aliam opinionem tentam pro communi, &
probabili ab alijs Doctoribus conuincentem pro-
babilita-

Digitized by Google

babilitatem alterius, vnde vt veritatem, ac pro-
babilitatem vnius ex illis aſſequamur, debent
89 vtriuſque fundamenta exactè examinari, vt habe-
ri poſſit exacta veritas illius opinionis, in qua
non adſit formido, nec fluctuatio intellectus Fa-
gnan. in dict. cap. ne innitaris num. 63. & infra, ne
aliàs ſit in libero arbitrio Iudicis facultas opi-
nandi, quod dici nequit, ex quo Iudex debet iu-
dicare ſecundùm veritatem, quam præ viribus ex-
quirere debet, dum eſt ſeruus legum, & Iuſtitiæ,
& propterea debet ſemper ſecundùm probabilio-
90 rem, ac magis communem, & veriorem opinio-
nem ferre ſententiam, Anton. Celladei de rect. do-
ctrin. moral. par. 1. lib. 2. qu. 19. §. 2. fol. 323. Fe-
leolog. dict. cap. 10. num. 101. §. hoc ſuppoſito verſ.
nam Iudicibus, vbi reijcit contrarios.
Et ob hoc poteſt Iudex, non attenta communi
91 opinione, & ſic probabili ab ea recedere, & con-
tra illam iudicare, ſi à veritate deuiet, & falſa
detegatur, & contra illam euidentiſſimæ vrgeant
rationes, per text. in l. prima §. ſed neque C. de ve-
ter. Iur. enuclean., Gizzarell. deciſ. 1. num. 19. Scacc.
de ſenten., & re iudic. gloſs. 14. qu. 14. num. 16.,
& 17. Bordon. oper. moral. tom. 6. cap. 5. num. 52.
verſic., & tamen, Feleolag. dict. cap. 3. num. 13., &
allegat. cap. 10., & num. 101. §. huic quoque, &
num. 102. §. demum ſit, & faciunt plenè tradita per
Marquard. de fam. public. lib. 2. cap. 18. num. 25.
Gabr. Berart. de Viſitat. Magiſtr. cap. 25. num. 58.
Fragoſ. vbi proximè num. 185.
Vnde dictus Feleolag. alleg. num. 101. §. demum
ſit egregiè firmat, quod communis opinio vti ta-
92 lis tunc ſolùm admittitur, ſi ſit ſimul vera, & ad
hoc refert etiam authoritatem ſacræ Paginæ Exo-
di cap. 23. verſicul. ſecundo ibi. nec in iudicio plu-
rimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero devies, au-
thoritas quippè humana ſcribentium tantùm va-
let, quantùm valet ratio, & ſi hac ſit deſtituta,
non eſt attendenda per tex. clarum in cap. ego ſolus
5. diſtinct. 9. & notat doctiſſimus Carlenall. de Iu-
dic. tom. 1. libro 1. titul. 1. diſputat. 12. quæſt. 2.
num. 61.
Non obſtat propterea, quod temerarium ſit à
probabili, & communi opinione recedere, ex quo
93 in rebus dubijs habeatur veritas præſumpta à
plurimorum iudicio deprompta, vt ex pluribus
Iuribus, & Doctoribus hoc firmat Marquard. de
fam. public. lib. 2. cap. 18. num. 7. ad 10. Houied.
de benefic. incompatib. par. 1. cap. 1. à num. 18.,
ex quo in tot Doctoribus non ſit credenda dece-
ptio; ſiquidem reſpondetur, quod hæc eſt mera
præſumptio, ob quam non prohibetur, quinim-
mo tenetur Iudex inueſtigare, quibus Iuribus,
rationibus, & fundamentis talis communis opi-
94 nio fulciatur, & an contineat veritatem, ſine
qua rectum iudicium cum iuſtitia ſtare non po-
teſt, & quidem tenetur hoc facere per proprium
intellectum, cum opinari debeat ex ſe, & bene
diſcutere ſuper viribus communis opinionis,
aliàs hanc ſequendo vti talem, non exami-
nata illius veritate, hoc non eſſet iudicare, ſed
credere, nec ſcientificè ſcire, ſed ſolum hiſto-
ricè Feleolog. allegat. cap. 3. num. 22., & cap. 10.
num. 102. §. ſecundo dicunt.
Et licet rationes poſſint conſiderari pro vtra-
que parte, & opinione, attamen cum veritas ſit
vna, nec vtrique parti, & opinioni poſſit illa in
eſſe, hinc nunquam æqualis ponderis erunt vtriuſ-
que opinionis rationes, & fundamenta, ſed ſem-
per præualebunt quoad vnam partem, ad quam
præponderantiam diſcernendam intellectus ſcien-
95 tificè volens ex ſe opinari, debet omninò aduer-
tere Fagnan. in dict. capit. ne innitaris num. 123. &
& infrà de conſtitut. Feleolag. allegat. num. 102. §.
ſed dicit.
Nec vrget quod Iudex debeat ſolùm diligens
examen circa factum, & Ius in actis allegatum, &
probatum iudicare, & non ſecundùm probabilio-
rem ſententiam, quam allegatis allegandis ſe-
quutus fuiſſet, ſi fuiſſent allegata, & probata,
dum non debet aliquid ſupplere, ac inuenire ad fa-
cti, Iuriſue probationé pertiuens, cum hoc ſit mu-
96 nus Aduocati, non Iudicis, qui tantùm ſecundùm
allegata, & probata debet iudicare, nec debet
indagare ſuper veritate, & probabilitate maiori
non allegatorum iuxtà ſententiam Vaſquez, de
qua apud Sanchez ſuper præcept. Decalog. lib. 1. cap.
9. num. 28. tom. 1., & Caſtropal. oper. moral. tom.
1. diſput. 3. punct. 10. num. 9.; nam quoad factum
vera eſt traditio Vaſquez, & ſequacium, cum Iu-
dex non poſſit, nec debeat ſupplere in facto, &
circa ea, quæ in facto conſiſtunt, cum de illo de-
beat eidem conſtare ex proceſſu, & actis cauſæ,
ſecundum quæ habet onus iudicandi; & ſuper fa-
cto propoſito, & de quo conſtat ex actis cauſæ vt
iuſtam ſententiam ſuper tali facto cauſę proferat,
debet ſuo intellectu Doctorum opiniones ſuper
puncto Iuris circa factum cadente bene rima-
ri, ac videre quænam illarum ſit magis com-
munis, ac probabilior, nec debet cæca fide opi-
97 nionem relatam, tamquam communem, ſeù pro-
babilem ſequi, ſed tenetur in fonte authoritates,
ac opiniones Doctorum videre, & ſeuera trutina
ſcrutari, an habeant probabilitatem ab intrinſe-
co, hoc eſt an ſint fulcitæ bonis rationibus, &
fundamentis, cum ad hunc effectum non ſufficiat
numerus Doctorum illam tenentium Excobar. à
Corro de Purit., & nobilit. part. 2. quæſt. 9. §. 4. nu.
28., & ſeq., & bene Franceſ. de Competen. Iuriſdict.
quæſt. 14. num. 7., & infra.
Quinimo Iudex ſi cognoſcit ſuper facto propo-
98 ſito, Aduocatos partium in iure deficere, tene-
tur ipſe ex debito ſui muneris ſupplere, vt
probatur ex leg. vnica C. vt quæ de ſunt Aduoc.
Iud. ſuppl.
Hic eſt meus ſenſus in tali articulo, & ſi ſutor
vltra crepidam alienam meſſem ad Theologos,
99 ſaltem morales ſpectantem ingreſſus ſum, ero ve-
nia dignus, quia veritatis amator etiam per ar-
duos calles illam querere ſum auſus, ſi conatus
fuit arduus, veritas, ac iuſtitia fecerunt me auda-
cem, ſi ad illas querendas vires intellectus defece-
runt, exuberauit, ac exuberabit ſemper prompta
voluntas veritatem querendi, ac iuſtitiam omni
tempore faciendi. Hactenus votum.
Cœterum aduertas, quod ſi ſimus in dubio
opinionum, & afferantur duæ æquè probabiles,
ſi vna non ſit probabilior alia ex comparatione
100 rationum, & fundamentorum, præualebit opi-
nio fauore Eccleſiæ, pro qua in dubio eſt pronun-
ciandum Thom. del Bene de Immun. Eccleſ. tom. 2.
cap. 16. dub. 37. num. 27. Franceſ. de Competen. Iu-
riſdict. quæſt. 14. num. 11., & ſeq., & num. 16. &
infra, & quando ſecus declarat num. 22. & ſeq.
Ex qui-

Google

Ex quibus autem opinio ſit magis communis,
ac magis probabilis, & verior, & quando proba-
101 bilitas ſit ex parte facti, vel Iuris, & quomodo
in vtroque ſit procedendum, & quando æquitas,
vel rigor ſit amplectendus, & quid ſit ſtatuendum
in Criminalibus, & quid in Ciuilibus, & quando
in dubio fauore Rei, ac Eccleſiæ ſit iudicandum,
videndi ſunt *Sanchez alleg. cap. 10. lib. 1. ſuper Decalog. Fagnan. in dict. cap. non innitaris Fregoſ. de Regim. Reipub. part. 2. lib. 4. diſput. 10. §. 3. tom. 1. Franceſ. de Competen. Iuriſd. q. 14. per tot. Meroll. Theolog. Moral. tom. 1. diſput. 3. cap. 4. Corollar. 4. à num. 150. Caſtropal. oper moral. tom. 1. diſput. 2. punct. 10. per tot.*

Subſequitur ex prædictis, quod Iudex debet
102 ſecundum Ius ſcriptum, non autem ſecundum
Ius non ſcriptum, & proprium arbitrium iudicare, licet à Principe, vel ab alijs ad id poteſtatem habentibus ſit delegatus cũ facultate procedendi ſola facti veritate inſpecta *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. num. 47. Riſicat. de ſtat. hom. alleg. cap. 1. litt. A., & ſeq. fol. 260 col. 1.*

Prout debet iudicare iuxta allegata, & probata in proceſſu, & iuxta ſcientiam publicam, quam habet ex actis, ex quibus reſultat veritas, non au-
103 tem ex ijs, quæ nouit ex priuata ſcientia, & non
tanquam Iudex extra acta *l. illicitas §. Veritas ff. de offic. Præſid. Valenz. Velaſqu. conſ. 90. num. 20., & ſeq. Caraſc. ad leg. Recopill. in exord. §. Vnico n. 17. Riſicat. alleg. cap. 1. litt. I. fol. 259. Matienz. in Dialog. Relator. part. 3. cap. 40. Mieres ad Conſt. Cathal. p. 2. collat. 6. cap. 24. nu. 33. & ſeq. fol. mihi 104. Cauagnol. ad decret. Montis Ferr. decret. 1. §. 15. num. 27. & infra.*

At ſi ipſi Iudici pro certo conſtet ex priuata ſcientia, ſcripta in proceſſu non eſſe vera, & quod res aliter ſe habet, quodquè reus delicti ex probationibus proceſſalibus, eſt verè innocens, debet ſe abſtinere à iudicando, & hoc referre Prin-
104 cipi, & ſi hic audita relatione nolit illi adhærere,
poterit idem Iudex, non obſtante ſcientia priuata in contrarium Reum condemnare iuxta acta, & probata *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 7. verſ. tertium etiam, Riſicat vbi proximè.*

At Cauagnol. vbi ſupra num. 31., & ſeq tenet, quod quando Iudici notoriè conſtat ex priuata
105 ſcientia, quod Reus ex actis talis apparens non
eſt nocens, ſed innocens, quod non debeat illum condemnare, *& Couarr. dict. num. 7. verſ. tertium etiam in fine tenet*, Principem æquiſſimè facere, ſi Reum ex probationibus nocentem, verè tamen Innocentem ex priuata ſcientia, abſoluat.

Præterea ſtatutum hic, prout Ius commune decernit, quod Iudices in cauſis decidendis proce-
106 dant, remotis timore, odio, precibus, pretio,
ac omni munere, nàm aliàs peruertitur Iudicium Chriſti, qui eſt ipſa Iuſtitia *ad præclaros tex. in cap. quatuor 11. quæſt. 3., & cap. 1. de ſenten., & re iudic. in 6. Caraſc. alleg. §. Vnico num. 12.; & 13. Auendan. de met. lib. 2. cap. 15. num. 25. Pegner. in prax. crimin. cap. 2. num. 20., & ſeq.*

Hinc Iudex non debet flecti à timore, cum ti-
107 mor ſit animi paſſio, quæ perſæpè à recto deſle-
ctere facit, *Cobel. de Sindic. tract. 1. cap. 24. nu. 25.,*
108 vnde non debet flecti à timore Magnatum, &
Potentium, & in hoc attendat verba Spiritus Sancti *Eccleſ. cap. 7.* ibi--*Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua*, ſed cum robore, & conſtantia, remoris precibus, efflagitationibus, & quocunque timore, quod rectum eſt facere debet, *plenè Matienz. in Dialog. Relator. part. 3. cap. 36.*, *eruditè Cabrer. Auendan. de met. lib. 2. cap. 15. num. 25., & infra Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. à num. 90. Cobel de*
109 *Sindicat. tract. 1. cap. 24. num. 8., & 9.* (vbi
propterea infert quod nimis ſenes non debent fieri Iudices, cum tunc deficiant vires, & animi fortitudo in iudicando) *Azeued. alleg. leg. 2. num. 5. Scacc. de Senten., & re iudic. gloſſa 1. q. 1. nu. 54., & 58. in fine.*

Vnde Iudices in Iudicio non debent facere diſtinctionem perſonarum, ſed æqua lance, tàm pauperes, quàm diuites, tàm infimos, quàm po-
110 tentes iudicare, cum ſtatera Iuſtitiæ omnibus
debeat eſſe æqualis, vt pluries hoc habetur ex Sacra Pagin., nempe *Leuitic. cap. 19.* ibi--*Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis, non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum Potentis, iuſtè iudica proximo tuo*-- & *Deutoron. cap. 1.* ibi--*Præcipiet eis dicens--Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate, nulla erit diſtinctio perſonarum, ſiue Ciuis ille ſit, ſiue peregrinus, ita paruum audietis, ſicut magnum, nec accipietis cuinſquam perſonam*--, & *Ioann. 7.* ibi--*Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate*, & alias authoritates Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum referunt *Cabrer. Auendan. alleg. cap. 15. num. 22. & ſeq. Berart. de Viſit. Magiſtrat. cap. 10. num. 28. Perez. ſuper ordin. Regn. Caſtell. tom. 1. lib. 2. tit. 4. leg. 3. litt. B. fol.*
111 *227. col. 1.* quo circa Iudices ambulantes cum
timore Dei non timebunt potentes huius ſæculi, & dum apud ipſos Iudices Magnatum, ac Potentium commendationes, ſeù potius iuſſiones proponuntur, ſat erit reſpondere, quod & ipſi Magnates à Deo ſuper candelabro poſiti debent iuſtitiæ virtute præfulgere, & Iudicibus normam illam exercendi dare, nam non eſt credendum, quod viri adeo excelſi velint iniuſtitias fieri, & quando hoc deſiderarent, recordetur Iudex, quod ad imitationem Dei ſupremi omnium Iudicis, debet eſſe iuſtus, fortis, & patiens, *Theſaur. in præfat. ante eius deciſ. num. 24. verſ. Iudex enim.*

Nec Iudex debet moueri ex amicitia *Pacian. de*
112 *probat. lib. 2. cap. 44. à num. 85., & infrà Ma-*
tienz. in Dialog. Relator. p. 3. cap. 13., & 14.

Item nec debet moueri ex odio, vel alia paſſione, nam non poteſt Iudex eſſe iuſtus, ſi mortem, dolorem, exilium, ægeſtatem, vel aliquod aliud malum timet, & ob prædicta ad iudicandum ab æquo, & iuſto recedat, nam qui flectitur ab aliqua paſſione, non poteſt dici iuſtus, nec iuſtitiam conſtanter exercere *Matienz. dict. part. 3. cap. 59. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44. num. 68., & ſeq.*

Minuſque debet in iudicio moueri precibus, &
114 lacrymis mulierũ, vel pauperum, ac aliorum liti-
gantiũ, ſed ſemper iuſtitiæ incumbet, cum hæc lacrymis non reddatur, ſed Iuribus, *Cobel. de Sindicat. part. 1. cap. 22. num. 30. Caraſc. dict. §. Vnico num. 18. Riſicat. de ſtat. homin. alleg. cap. 1. litt. A., & B. fol. 257. col. 1.*

Debet etiam cauere ab omni pretio, & munere,
115 quia acceptio munerum eſt præuaricatio *cap.*
quis rectè 2. quæſt. 3., & iuſtitia auro violatur *cap.*

pauper

Digitized by Google

pauper 2. quæſt. 3., & nullum eſt in eo corde iuſti-
tiæ veſtigium, in quo ſibi Auaritia fecit habita-
culum, & auaritia eſt mater omnium malorum,
præcipuè quando Iudicum inhæret cordibus.
116 Debent propterea Iudices ſe abſtinere à recep-
tione munerum etiam minimorum *per tex claros
in l. ſolent §. vltimo ff. de offic. Proconſul., & legat.
l. Plebiſcita ff. de offic. Præſid. Auendan. de met. cap.
15. num. 28. plenè Bouadill. in ſua polic. cap. 11.,
& 12. Peguer. in prax. Crimin. cap. 2. num. 19. Aze-
ued. ad leg. Recopill. tom. 1. lib. 3. tit. 6. leg. 1. nu.
17., & ſeq., & tit. 9. leg. 5. per tot., Solorzan. de
Iur. Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 17., & ſeq. Matienz.
dict. p. 3. cap. 23. Riſicat. de ſtat. hom. alleg. cap. 1.
litt. A. fol. 252. col. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap.
44. à num. 66. Vizzan. de mandat. Princip. leg. 3.
cap. 1. num. 53., & infra fol. 87., Mattheu. de Re-
gim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 2. §. 2. num. 102.,
& ſeq. de Paz. in prax. Eccleſ., & ſecular. part. 1.
tom. 1. verſic. vndecimum tempus num. 8., & 9.*

Ex receptione quippe pecuniæ, ac munerum
117 in Iudice naſcuntur mille mala, & contemptus
legum, & Iudicum, vt probat *aureus tex in auth.
vt Iudic. ſine quoq. ſuffrag. fiant in princip., & § Ad-
miniſtrationes, & in auth. de mandat. Princip. §. opor-
tet igitur. Chriſtin. ad leg. municip. Melchin. tit. 1.
artic. 2. num. 1. verſic. auaritia autem.*

Hinc in ſacra Pagina Iudicibus interdicta eſt
118 munerum receptio *Exod. cap. 23.* ibi-- *Ne acci-
pias munera, quia excecant oculos prudentum, &
ſubuertunt verba iuſtorum., & 1. Reg. cap. 18.* ibi--
Acceperunt munera, & peruerterunt iudicium--; &
munerum acceptio ex dictis eſt veritatis præua-
ricatio *cap. qui rectè 66. 2. q. 3., & cap. non ſanè
14. q. 5. Berart. de Viſitat. Magiſtrat. cap. 10. nu.
53., & ſeq.*, qui addit quod cum legibus pacem
119 habere non poteſt qui munera recipit, & nul-
lum officium tam Sanctum quod auaritia non
contaminatur, vel violetur *Cabrer. Auendan. alleg.
cap. 15. num. 27., & ſeq.*, & ex muneribus inſur-
git id, quod refertur *in cap. pauper 11. q. 2.*, nem-
120 pe quod pauper dum non habet, quod offerat,
non ſolum audiri contemnitur, ſed etiam contra
veritatem opprimitur. *Chriſtin. dict. artic. 1. num.
1. verſ. auaritia*, & Iudices munera recipientes
cæci, & muti euadunt, cum non videant id, quod
videre debent, nec reſpondeant motiuis *Caraſc.
alleg. 5. vnico num. 21., & plenè, ac eruditè Riſicat.
de ſtat. homin. alleg. cap. 1. litt. B., & ſeq. fol. 252.*,
qui vlterius ſubdit, quod Iudex cauſam vnius
121 citius expediens opera pecuniarum ab illo da-
tarum, & relinquat alias vetuſtiores deciſione di-
gnas, non eſt immunis à peccati reatu.

An autem poſſint Iudices recipere munera con-
ſiſtentia in eſculentis, & poculentis dubitatur, &
122 videtur affirmatiuè concludendum, ex quo ſunt
modici valoris, nec animos Iudicum allicere,
vel peruertere poſſunt. *Menoch. de arbitr. Caſ. 157.
num. 13., & ſeq. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 104.
num. 14., & ſeq. qui num. 33.* damnat tanquàm
inhumanos Iudices qui penitus eſculenta, & po-
culenta recuſant, & quod nihil æqui, ac humani
de illis ſperandum ſit, qui omnem vrbanitatem
faſtidiunt, *& num. 52. & ſeq.* dat modum, & for-
mam illa recipiendi, & à quibus, & in qua quan-
titate recipi poſſint.

At ego ſuper hoc puncto dum aliàs ab Amico
erudito corripiebar, quod eram nimis inurbanus
123 in recuſando etiam munera conſiſtentia in mo-
dicis eſculentis, & quod contra me vrgebant verba
textus in leg. ſolet §. Fin. ff. de offic. Proconſul. edi-
di ſequentem diſcurſum, quod Amico non diſ-
plicuit.

Auaritia eſt mater omnium malorum, & radix
ſcelerum, hinc à cordibus iudicantium debet eſ-
ſe aliena, nam ſi illi ab omni munere recipiendo
ſe non abſtineant, peruertunt faciliter iuſtitiam,
nam qui munera libenter recipiunt ſe faciunt ho-
ſtes legum, & venalem exponunt iuſtitiam, hinc
124 prouidè ſancitum fuit, ne Iudices munera reci-
piant ab ijs, qui coram eis litigant, *vt eruditè
probat Matienz. in Dialog. Relator. part. 3. cap. 23.
Petr. ſuper Rit. Regn. Neapol. Rit. 14. num. 1. tom.
2. Borell. de Reg. Catholic. præſtan. lib. 1. cap. 1. n.
31. & ſeq. Fragoſ. de Regim. Reipub. part. 1. lib. 4.
diſput. 9. §. 3., Sanchez. conſ. moral. lib. 3. cap. vni-
co dub. 15. Melchior. Pheb. deciſ. Luſitan. 110. per
tot. part. 2.*, qui omnes ex authoritate Sacræ Scrip-
turæ, Canonum, Legum, Sanctorum, ac Docto-
rum etiam Gentilium, & lumine Catholicæ Fidei
carentium id probant, ex quo debent eſſe con-
tenti ſtipendijs, ac ſalarijs ipſis de publico à Prin-
cipe conſtitutis.

125 Non obſtat quod talis prohibitio non exten-
datur ad parua munera, ac ad eſculenta, & po-
culenta, quæ intra dies proximos conſumi poſ-
ſunt *ex l. Plebiſcito 18. C. de off. Præſid.* vbi quod
poteſt accipi eſculentum, quod intra dies pro-
ximos prodigatur, *& l. ſolet 6. §. fin. de off. Procon-
ſul.* ibi -- *nam valdè inhumanum eſt à nemine acci-
pere, paſſim viliſſimum, & per omnia auariſſimum*;
perquè iura talium eſculentorum, & poculento-
rum receptionem eſſe licitam, ac permiſſam pro-
bant. *Alex. conſ. 206. num. 9. lib. 2, Caroc. de locat.,
& conduct. part. 1. quæſt. 7. de Sportul. Iudic. nu. 33.
Sanchez conſ. moral. lib. 3. cap. vnico dub. 1. num. 15.
Caluin. latè de æquit. lib. 2. cap. 104. num. 19. & infra,
& num. 33. Pheb. deciſ. Luſitan. 100. num. 27., &
28. part. 2., Farinacc. quæſt. 111. artic. 10. n. 254.
vbi teſtatur de conſuetudine Curiæ Romanæ. Fenzon.*
126 *ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 44. num. 10. §. quo verò ad
Sportulos*, vbi in ſpecie hoc firmat in Collatera-
libus, ac Iudicibus Tribunalis Capitolij, & ſub-
dit, quod in Literis Apoſtolicis, quæ in forma
Breuis expediuntur, quando per Papam depu-
tantur Collaterales, ac Iudices in eodem
Tribunali, expreſsè illis conceditur facultas,
quod poſſint recipere huiuſmodi eſculenta, &
poculenta, quæ triduò poſſunt conſumi, & ſic
127 oculatiter legitur in literis Apoſtolicis in for-
ma Breuis ad mei fauorem expeditis pro muneri-
bus ſecundi Collateralis, & poſtea Primi à ſan.
mem. Innocentio XI. à bonis ſemper deſiderando
Principe; & illa verba intra dies proximos allega-
128 ta *in l. Plebiſcita C. de offic. Præſid.* per conſuetu-
dinem fuere declarata, vt eſculenta, & pocu-
lenta poſſint conſumi intra triduum. *vt notat Fa-
rinacc. quæſt. 111. artic. 10. num. 260. in fine* [illegible]

Quia præter quamquod dictas *l. Solet, & l. Ple-*
129 *biſcito* correctas eſſe, videtur probare *tex. litte-
ralis in §. ſcriptum eſt il* 2. *Auth. vt Iudic. ſinè quo-
que ſuffrag. fiat, & gloſa ibidem in verbo Auaritiam.
& in §. 1. Auth. iuſiurand. quod præſtat. ab alijs, vbi
pariter hoc notat gloſ. in verbo annonis, & rurſus*
gloſ.

Digitized by Google

*gloſ.in alleg.l. Plebiſcito verbo poculentum C:de offic.
Præſid.*, vbi quod hodie Iudices nec eſculenta ,
nec poculenta poſſunt recipere niſi in defectum
ſui ſalarij , & demum *eadem gloſ. in §.fin. verſic.
Reputandarum inſtit. de pub. Iudic.* & hanc ſenten-
tiam pro correctione præfatorum Iurium permit-
tentium receptionem eſculentorum, & poculen-
torum *tenent Luc.de Penn. in l. in Sacris num.19.
verſic. an ergo poterit, C. de proxim. Sacr. Scrin.
lib.12. Alex.conſ. 206. num. 19. & 20. lib. 2. San-
chez conſ.moral.lib.3.cap.vnico dub.1.num.16., Ma-
tienz. in Dialog. Relator. par.3.cap.32. num.1.ver-
ſic.& ſi Iure communi,benè Boer.deciſ.253. n.25.*,&
illa prohibita eſſe per leges Hiſpaniæ *Solorzan.de
Iur. Indiar.lib.4. cap. 4. num.* 18. & omnium pri-
mus in Regno Legionēſi Hiſpaniarum illa prohi-
buit Iudicibus de anno 1229. Rex Alphonſus, ne
peruerteret rectum iudicium, vt *poſt Tudenſem in
Hiſt.Hiſpan.refert Pater Rinald. in Epitom. Annal.
Card. Baron. ad annum 1229.fol. 315. num.57.*

Adhuc quando contraria opinio ſuper illa-
rum legum non correctione ſit probabilior, nam
aliàs multorum Iudicum Animæ eſſent illaquea-
130 tæ, & ſic licita ſit receptio de conſuetudine, in
literis Apoſtolicis prædictis approbata, & quæ
in hac materia receptionis munerum excuſat Iu-
dicem recipientem *ex plenè firmatis in puncto per
Phæb deciſ. Luſitan.110.num 1., & ſeqq.part.2.*, &
hanc opinionem relata *conſtit.18. §. 12. Alexan-
dri VII.* probat *Zaul. ad ſtat. Fauent. tom. 1.lib.1.
Rubr. 2. num.48.& ſeq.*; nihilominus cum Iudi-
ces etiam probatæ Vitæ, & timoratæ conſcien-
tiæ poſſint ex dictis exiguis eſculentis , & po-
culentis excæcari , dum perſæpè cum iſtis paruis
131 edulijs deglutitur iuſtitia, cum ferè impoſſi-
bile ſit, quod Iudex non faueat danti, *vt præ-
cisè notat.Carocc. de locat., & conduct. alleg. q. 7.
num.34. fol.mihi 21.Boer.deciſ.153.num.26.*,ex quo
Anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire
non metuit , hinc Iudex verè iuſtus non ſolùm à
132 munere, ſed ab omni exiguo munere abſtine-
re debet , vt plenè oſtendit nobilis ſimul, & eru-
ditus *Vizzan. de mandat. Princip. leg. 3. cap. 5.
num.62. fol.89.*

Quocirca dum Iudex eram nunquam flecti
potui ad recipienda huiuſmodi parua eſculenta,
133 & poculenta , & dum me redarguebant cum
verbis *l.ſolet §. fin.ff. de off. Proconſul.* ſupra relatis
& etiam quod cum tali auſteritate quodammo-
dò improbarem , quod per literas Apoſtolicas
concedebatur , ego reſpondebam faciliter , quod
receptionem vti inhibitam , vel illicitam non im-
probabam, alijs relinquendo liberum arbitrium
in illis moderatè recipiendis, ſed quia pertime-
134 ſcebam, ne Iuſtitiæ adminiſtratio per talem
receptionem poſſet periclitari, non quod per illa
Iuſtitiæ venenum mortiferum exhibeatur, nec
quod Iudex ob illorum receptionem à recto ſen-
ſu iudicandi diuertatur, ſed quia ex tali rece-
ptione paruorum ædulium poteſt inſenſibiliter
ſerpere aliqua deprauatio in intellectu Iudicis il-
lum deflectens ad erroneam cognitionem Iurium
inter litigantes, ita vt Iura danteis dulcia eſculen-
ta, & poculenta per ſæpè dubia, & debiliora,
repræſententur magis clara, & fortiora, & hoc
ob deprauationem, & inclinationem exortam ab
inſenſibili vi eſculentorum prædictorum.

Et reuera litigantes talia eſculenta exhibent
Iudicibus, vt illos habeant propitios, & trahant
in eorum partem, nam aliàs, vt dicere ſolebam,
munuſcula huiuſmodi aſportantibus, tu nec mi-
hi coniunctus es, nec amicus, nec vnquam ali-
135 quid mihi dediſti, cur nunc talia munera mihi
exhibes, niſi vt Iudici, & vt tibi beneuolus, &
pronus ſim in tua Cauſa? hæc eſt demonſtratio
naturalis, quæ non eget probatione; vnde *Fa-
rinacc.quæſt.111. artic.10.num.253.* benè aduertit,
quod talia eſculenta, & poculenta non dantur
Iudicibus pro charitate, ſed pro corruptione,
& qui dat vnam Gallinam Iudici dat cum inten-
tione, vt habeat ab eo Bouem.

Vltra prædictum periculum, quod reſultare
poteſt Iudicibus ex receptione talium eſculento-
rum, & poculentorum, pro illorum recuſatione
136 conſiderabam, ſcandalum, in quod ijdem in-
currunt, ſi faciliter recipiant huiuſmodi mune-
ra, nam litigantes illa exhibentes, vicini, famuli,
& alij, qui vident, & ſciunt, quod aliquis Iudex
facilè recipit, ſcandalizantur, & prauum effor-
mant iudicium contrà Iudicem recipientem, &
vt dicunt benè manducantem.

Et vlterius Iudices faciles in recipiendis tali-
bus muneribus non poſſunt liberè loqui, nec exe-
qui quod ſentiunt contra dātes *Cobel. de ſindicat.
cap.14.num.10*; & è contra illi, qui habent mun-
das manus, habent pariter linguam liberam in
proferendo, & exequendo id, quod pro verita-
te, & iuſtitia ſentiunt.

Sequitur ex prædictis, quod licet non illicitè
talia eſculenta, & poculenta recipiantur, ex
quo à conſuetudine, & literis Apoſtolicis ſunt
permiſſa, adhuc qui ſine aliquo timore ſubuer-
ſionis Iudicij exoptant iuſtitiam intrepidè, & in-
corruptè adminiſtrare, meliùs facient, ſe abſti-
137 nendo ab illorum receptione, dum munera à
norma recti diſtorquent acumen Iudicis *Boer. de-
ciſ.153.num.26.*, & vix apud homines probos à
ſuſpicione reatus ſaluari poterunt Iudices, qui
faciliter huiuſmodi munuſcula recipiunt, & è
138 contrà illi, qui indiſtinctè munera etiam mini-
ma reſpuunt, contenti ſolis ſtipendijs, ipſis à pu-
blico, & Principe conſtitutis, ſummis laudibus
extolluntur; hic eſt meus ſenſus, & ſic ſeruaui,
& vidi per aliquos timoratæ conſcientiæ Iudices
ſeruatum, ſeruent alij opinionem ipſis benè vi-
ſam, ſed caueant, ne incidant in laqueum Aua-
ritiæ, quia vbi hæc regnat, omnis virtus deficit,
& iuſtitia ſuffocatur.

Hoc ſolùm aduertant Iudices, qui volunt re-
139 cipere talia eſculenta, & poculenta, prout ſatis
fimbrias dilatat pro illorum receptione *Caluin.de
æquit. lib.2.cap.104.à num.10.*, & infrà, vt parcè
hoc faciant, & in tali quantitate moderata, vt
intra tres dies per ipſos eorumque familiam con-
ſumi poſſint, non autem ad effectum illa venden-
di, & prætium recipiendi *dict. Caluin.à num.27.
ad 33.*, & amplius quod dictorum eſculentorum,
& poculentorum per Iudices recipiendorum va-
140 lor non excedat in quolibet anno ſcuta cen-
tum, *Menoch.de arbitr.Iudic caſ.517.num.11.Cal-
uin.dict.cap.104.num.27.*: vnde dum quidam Iu-
dex facilis ad recipiendum, & fortè auidus etiā
ad petendum, mihi dicebat cum facetia, quod
poterant recipi talia eſculenta, & poculenta in
tali

Digitized by Google

tali quantitate, quæ triduò conſumi poſſent per
Religioſos Conuentus de Aracœli Vrbis, in quo
adſunt de familia bis centum religioſi circiter,
ego reſpondidi, quod nullus Litigator in tali
ſumma ipſi illa exhibuiſſet, ne poneretur in pra-
xi gloſa adeò faceta, & proprio genio gloſato-
ris adherens.

Terminata verò cauſa poſſe Iudicem recipere
munera, cum non adſit amplius timor ſubuer-
141 ſionis recti iudicij tenent poſt alios *Carocc. de
locat., & conduct. par. 1. quæſt. 7. de Sportul. num. 36.
fol. mihi 21. Menoch. de arbitr. caſ. 117. num. 7. Paſ-
ſerin. in cap. ſtatutum §. inſuper quæſt. 5., artic. 5.
num. 386. cum tribus ſeqq. de off. ordin. in 6. Phæb.
decif. Luſitan. 110. num. 19. ad 21. part. 2.*

Sed contrarium firmat *Caluin. dict. c. 104. n. 39.,
142 & ſeq.*, quia aliàs poſſet fieri fraus legi, & pro-
trahi datio munerum ante ſententiam promiſſo-
rum poſt ſententiam prolatam.

An autem ex hoc ſtatuto ſit prohibita talium
eſculentorum receptio videtur affirmatiuè reſ-
143 pondendum ob illam dictionem *omni munere*,
cum talis dictio vniuerſalis *omnis*, omne munus
excludat *Barboſ. dict. 241. Rot. decif. 221. num. 10.
par. 12. recent.*; attentis præcipuè ſubſequentibus
verbis ſtatuti, quod Iudices nihil aliud poſſint
petere vltra ſalarium, & alia à ſtatutis permiſſa.
Quæ dictio, *nihil*, eſt vniuerſalis negatiua omnia
excludens, & nullam reſtrictionem recipiens,
plenè *Barboſ. dict. 214.*, iuncta præcipuè illa di-
ctione *vltrà* ſalarium *Barboſ. dict. 428. num. 2.*

Sed contrarium, non obſtante tali dictione
144 *nihil* quod poſſint Iudices recipere talia eſcu-
lenta, & poculenta *poſt Menoch. de arbitr. caſ. 517.
num. 10., & ſeq. præcisè tenet Caluin. dict. cap. 104.
num. 24.*, & conſonant literæ Apoſtolicæ in for-
ma Breuis, cum quibus Iudicaturæ Capitolij à
Papa conceduntur, per quas dicta eſculenta,
& poculenta permittuntur.

An autem Iudices poſſint recipere ſportulas,
& in qua quantitate, & in quibus cauſis, vide
quæ dixi *in Annot. ad ſtat. Vrb. cap 44. lib. 1.*

Si Iudices ſeruabunt prædicta contenta in ſta-
tuto hìc, & deprompta ex ſanctionibus Sa-
cræ Scripturæ, Canonum, Legum, ac ex dictis
Doctorum nedum Catholicorum, ſed etiam Gen-
145 tilium, vtiquè erunt boni Iudices, & facient
iuſtitiam ipſis à Deo ſemper demandatam, vt
Iſaiæ cap. 56. ibi -- *Cuſtodite Iudicium, & facite
Iuſtitiam* -- & *Deuteron. 16.* ibi -- *Iudices, & Magi-
ſtratus conſtitues, vt iudicent Populum iuſto iudicio* --
& *Sapient. 1. Diligite Iuſtitiam. qui iudicatis terram
Pſalm. 10. Iuſtus enim Deus, & iuſtitiam dilexit,*
& *Prouerb. cap. 31.* -- *Et ne fortè bibant, & obliui-
ſcantur iudiciorum, & mutent cauſas filiorum pau-
peris*, & *plenè Cobel. de ſindicat tract. 1. capit. 24.
num. 10., & ſeq. Scacc. de ſentent. & re iudic. gloſ. 4.
quæſt. 1. nu. 5. Zecch. de Principe lib. 1. cap. 6. nu. 19.*,
vbi quod Iudicibus Iuſtitia à Iure Diuino, Natu-
rali, Gentium, & Ciuili eſt demandata, & *be-
nè Salced. de leg. Politic. lib. 1. cap. 7. num. 45., &
ſeq. Cabrer. Auendan. de metu lib. 2. cap. 15. n. 24.*

Authoritas quippe Iudicum in iudicando pro-
146 cedit à Deo, cuius vices gerunt, vnde debent
Deum imitari faciendo iuſtitiam, ex quo Deus eſt
ipſa iuſtitia, vt eruditè docet *Ferrer. ad conſtit. Ca-
thalon tom. 1. Gloſſ. 2. n. 58. Berart. de viſit. Magiſtr.*

Tom. I.

cap. 10. num. 29. in fine, & num. 30.; & in iudican-
do debent Iudices recordari, quod Deum habent
147 teſtem *ex Ciceron. 3. offic. tradit. benè Riſicat de
ſtat. homin. alleg. cap. 1. litt. C. fol. 248.*, vnde ſi in-
iuſtitiam exerceant, non ſolùm debent erubeſce-
re, quinimmo expaueſcere habere Deum in te-
ſtem, & in ſententia dicenda, ideo nomen Dei,
ac Chriſti inuocant, vt explicent, ipſos iudica-
148 re nomine Dei, vel quia ab eo adiutorium in-
uocant in adminiſtranda iuſtitia. *Scacc. de ſen-
ten., & re iudic. gloſ. 1. quæſt. 1. num. 1., & ſeq.*:
vnde Iudices debent modis omnibus aduertere,
149 ne Deum inuocent ad faciendam iniuſtitiam,
aliàs nedum partes litigantes, ſed ipſum Deum
offendunt *Cobel. dict. cap. 24. num. 24.*; Si enim
Iudex in iudicando potentem, vel diuitem reſpi-
cit, & deſpicit iniuſtè pauperem, & humilem,
vel odio, amicitia, munere, vel ex alio humano
reſpectu mouetur ad iudicandum falsò, & cum
150 iniuria dicit in ſententiando, quod ſolum
Deum habet præ oculis, dum verè habet pro-
prias paſſiones dominatrices, & Deum, qui eſt
ipſa iuſtitia, non ſolùm non videt, ſed temerè
deſpicit, illumquè, ac Chriſtum eius filium in-
uocat ad iniuſtitias faciendas.

Et vt Iudex ritè Iuſtitiam adminiſtret debet
eſſe memor finis ſui Magiſtratus, & quod de
illo Deo, & hominibus rationem reddere debet.
& infamiæ notam apud homines in hoc ſæculo,
151 ac gehennam in alio, vel honorem apud gen-
tes, & gloriam æternam apud Deum habebit
pro retributione. *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44.
num. 97., & 98.* & omnis Iudex habere debet
impreſſa in mente aurea verba Ciceronis in ora-
152 tione pro Cluentio quæ ſunt -- *Sapientis Iu-
dicis eſt meminiſſe, ſe hominem, cogitare ſibi tan-
tùm permiſſum, quantùm commiſſum ſit, & non ſo-
lum ſibi poteſtatem datam, ſed fidem habitam, &
ſemper non quod ipſe velit, ſed quod lex, & Religio
cogat, cogitare habere in conſilio legem, æquitatem,
fidem; libidinem autem, odium, inuidiam, metum,
cupiditateſquè omnes amouere, maximequè æſtima-
re conſcientiam mentis ſuæ, quam à Deo immortali
accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt, quæ ſi opti-
morum conſiliorum, atque factorum teſtis in omni
vita nobis erit ſine vllo metu, & cum ſumma hone-
ſtate viuemus*: optimus Catholicus, eximius Theo-
logus, Doctor Sanctitate excellens verba aptio-
ra proferre non potuiſſet, quæ Ciceronis verba,
& monita pro bono Iudice referunt, & laudibus
extollunt. *Matienz. in Dialog. Relator. par. 3. c. 11.
num. 14. Solorzan. de Iure Indiar. lib. 4. cap. 4. nu. 27
Riſicat. de ſtat. Homin. tom. 2. lib. 3. de Stat. Iudic. al-
leg. cap. 1. litt. D. E. fol. 248. col. 1.*

Et amplius Iudices boni debent à Principe de
153 benè acto magiſtratu expectare remuneratio-
nem, cum boni debeant premijs condignis co-
honeſtari *Pacian. de probat. alleg cap. 44. num. 99.
Peguer. in prax. Crimin. cap. 11. num. 5.*, *qui ex De-
moſtene, & Cicerone* refert quod Reſpublica ſtare
non poteſt, ſi in ea rectè factis premia non ex-
tent, & ſupplicia pro peccatis; & probis dolen-
dum eſt, ſi vident improbos ſaginari, & ipſi fa-
me pereant.

Attamen quamuis Iudices probi non ſolùm
154 non remunerentur, ſed remoueantur, & dere-
linquantur, (vt non ſemel euenit) adhuc ſi ſint

E muni-

muniti recta factorum conſcientia, glorioſi erunt,
& ſi remoueantur conſolabuntur in eorum recta
conſcientia, & ſat erit laudari à probis ob vir-
tutis, ac benè actæ vitæ laudem, & erit prę-
mium vituperari à malis, vt eruditè firmat *Pa-
cian alleg. cap. 44. num. 108. ad 112.*

Quinimmò Iudices rectè vtentes legibus, prout
debent, vltra retributiones mundanas, ac æter-
155 nas ab ipſis expectandas, dicuntur facere me-
liorem vitam, quàm faciant Patres Prædicatores,
ac alij Religioſi. *Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. de Iuſt., &
Iur., Chriſtin. ad leg Municip. Melchinen. tom. I. ar-
tic. 2. num. 2. verſic., & Iudices, Perez. ad Conſt.
Regn. Caſtell. tom. 2. lib. 8. tit. 13. verſic. recti Iudices
fol. 254. col. 2.*

Traditum fuit, qui ſint Iudices boni, & de
eorum munere, nunc breuiter tangendum quod
156 *Iudices mali, & iniuſti dicuntur, qui ſunt perſo-
narum acceptores, non attendunt merita cauſarum,
ſed merita perſonarum, non Iura, ſed munera, non
iuſtitiam, ſed pecuniam, non quod ratio dictet, ſed
quod voluntas affectat, non quod lex ſanciat, ſed quod
mens cupit, non inclinat animum ad iuſtitiam, ſed
iuſtitiam ad animum, non quod licet libet, ſed quod
libet licet, pauperum cauſas cum mora negligunt, ad
diuitum cauſas cum inſtantia inſiſtunt, illis rigorem,
oſtendunt, iſtis manſuetudinem diſpenſant, illos, cum
difficultate reſpiciunt, iſtos fauorabiliter tractant,
illos negligenter audiunt, iſtos attentè auſcultant, ſit
lucrum in Arca, damnum in conſcientia, pecuniam
captant, Animam captiuant, ſunt verba Albertei
in ſuo Dictionar. verbo Iudex, & ſequitur Cobel. de
Sindic. tract. 1. cap. 25. num. 81.*, qui ſubdit, quod
dicta verba deberent auro apponi in foris, vt à
Iudicibus bonis, & malis inſpicerentur.

Qui Iudices mali ſunt puniendi, & non tole-
randi, ſed remouendi, & amplius ad iudicatu-
157 ras non debent aſſumi, vt plenè notat *Azened.
ad leg Recopill. tom. 1 lib. 3. tit. 17. leg. 7. per tot.*

Quinimmò ſi Iudex iudicet contra conſcien-
tiam, & non ſeruato Iuris ordine ſine debitis
158 probationibus, vel abſque Rei defenſione per
gratiam, vel per ſordes, obligatur ſimul ad inte-
reſſe, & damni parti læſæ reſtitutionem; & ſi Iu-
dex Eccleſiaſticus hoc fecerit, ipſo iure erit ſu-
159 ſpenſus per annum, & ſi eo tempore celebraue-
rit, antequam fecerit reſtitutionem, & abſolu-
tionem obtinuerit, efficitur Irregularis *tex. cla-
rus in Cap. cum æterni tribunal de ſenten, & re iu-
dic. in 6. de Paz in prax. Eccleſ. & Secular. p. 1. tom. 1,
verſic. primum tempus num. 61., & ſeq. Caraſc. ad
leg. Recopill in exordio § vnico num. 15.*

Ad hoc tamen, vt Iudex talem pœnam incur-
160 rat ſex requiruntur, primò quod iudicet con-
tra propriam conſcientiam, ſecundò quod iudi-
cet contra iuſtitiam, tertiò, quod iudicatum ſit
in damnum partis, quartò quod hoc eueniat iu-
dicialiter, ſecus ſi extraiudicium, quintò quod
ſcienter fuerit ſic ab eo iudicatum; ſextò quod
iudicauerit per gratiam, vel per ſordes, *vt notat
gloſſa in dict. cap. cum æterni Tribunal verbo per ſor-
des Caraſc. num. 16.*

Prout Iudex iniuſtè iudicans per errorem ſim-
plicem circa intellectum Iuris humani dubij non
161 peccat, nec tenetur ad pœnas, de quibus *in
dict. c. cum æterni Caraſc. ibid. n. 21., & 22.*

Cum paſſim apud Doctores noſtros fiat ſermo
de arbitrio Iudicis in iudicando, ideo illud dari
162 ſupponitur *per Menoch., qui integrum tractatum
edidit de arbitr. Iudic.*, nihilominus cum ex ſupra
firmatis teneatur Iudex inquirere modis omni-
bus veritatem, vt iuſtitiam faciat, & talis ve-
ritas reſultet ex proceſſu, & actis Cauſæ, vel pro
vna, vel pro alia parte, hinc vix dari poteſt ca-
ſus adeo anceps, & regulis Iuris, vel rationi non
adſtrictus, vt ſuper eo cadat arbitrium; nihilo-
minus quando etiam ſit locus arbitrio, de quo
paſſim apud Doctores, illud debet admitti cum
163 grano ſalis, vt ſcilicet Iudex non poſſit arbi-
trari niſi in his, quæ in Iure non ſunt expreſſa,
nec determinata, & tunc arbitrium debet eſſe
Iuri, & rationi conſonum. *Roman. conſ. 376. n. 7.
Caraſc. alleg. §. vnico n. 7.*

Si tamen agatur de caſu, in quo probationes
164 Actoris, & Rei conuenti ſint æquales in fauo-
rem Rei erit pronunciandum *cap. inter dilectos,
præcipuè in fine de fid. Inſtrumen., & cap. ex litteris
3. de probat. de Paz. in prax. Eccleſ. & Secular. p. 1.
tom. 2. verſ. vndecim tempus num. 4 fol. 76.*, ſi verò
agatur de Iudicijs duplicibus familię erciſcundę,
165 communi diuidundo, finium regundorum, &
ſimilibus, in quibus vterque collitigans eſt Actor,
165 & Reus, ſi probationes ſint dubiæ quomodo Iu-
dex ſe gerere debeat *videatur dict. de Paz. num. 6.
& tex. in alleg. cap. ex literis*, vbi in anfractu pro-
bationum fuit per Papam deciſum fauore poſ-
ſeſſoris.

Demum hìc aduerte, quod Iudices tamquam
repræſentantes Deum, ac Principem ſunt omni
honore, & reuerentia digni, & ſi contra illorum
maieſtatem, & authoritatem fiat irreuerentia,
166 poſſunt ipſimet procedere ad puniſionem per
mulctas, carcerationem, & alias pœnas *plenè So-
lorzan. de Iur. Indiar. lib. 4. cap. 4. num. 21., & ſeq.*,
& ita paſſim vidi Romæ ſeruari, ſicque dum Iu-
dex eram ſeruaui, ex quo irreuerentia facta Iu-
dici non dicitur facta priuatæ perſonæ ipſius Iu-
dicis, ſed miniſterio, & ſic poteſt cauſam publi-
cam myniſterij, & iudicialis authoritatis propria
virga ferrea tueri.

Suntquè Iudices Vrbium Nobiles, & titulum
167 Comitum merentur, vt Collaterales Iudices
Curiæ Capitolij ex antiqua conſuetudine ſe inti-
tulant Comites Palatinos, & hoc fortè introdu-
ctum fuit, quia Iudices Vrbium (multò magis
Vrbis Romæ, quæ eſt Caput Vrbium, & Orbis)
eſſe Comites *ex Gregorio Turonenſe lib. 8. cap. 18.
tenet Cabrer. Auendan. de met. lib. 2. cap. 15. n. 16.*

Quibus qualitatibus Iudices pollere debeant,
& à quibus debeant ſe abſtinere ſatis dictum ſu-
pra, & de alijs ſeruandis per Iudices Curiæ Ca-
pitolij ſatis fuit prouiſum per ſtatutum hìc; hoc
eſt repetendum, vt caueant Iudices, ne ad effe-
ctum ſe conſeruandi in munere iudicandi, vel ad
168 maiores Magiſtratus adipiſcendos, adhæreant
iuſſionibus Magnatum, & Potentum contrà iu-
ſtitiam, quia in magnis Vrbibus, vbi Principes
Supremi reſident poteſt hoc peccatum contra iu-
ſtitiam paſſim committi, dum Iudices erga præ-
ualentes cum Principe, nimis ſe obſequioſos oſtē-
dunt, fortè quandoquè in præiudicium Iuſtitiæ,
& proximi.

De Su-

Digitized by Google

De Suſpicione Collateralium.

CAP. XII.

SI antè litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, aliquis ex Collateralibus cum iuramento ſuſpectus recuſetur, Senator illi adiunctum, vel eo remotó alium ex reliquis ſuis Iudicibus, vel etiam extrà Capitolium dare, & deputare debeat. Quod ſi poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam ſuſpectus allegetur: tunc cauſa ſuſpicionis exprimatur in actis, & Senator arbitrio ſuo omni, & quacumque appellatione remota ſuſpicionem reijcere, vel primo remoto, alium non ſuſpectum (vt præmittitur) dare, & deputare poſſit, & debeat, qui in locum ordinarij in omnibus, & per omnia ſuccedat, & ab eo ad Capitaneum Appellationum appelletur.

PRÆLVDIVM.

PRoponitur in hoc ſtatuto, quando Collaterales Capitolij allegantur ſuſpecti, quomodò ſuſpicio, ac recuſatio illorum proponatur tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam, & quia materia recuſationis Iudicum eſt tam in Capitolio, quàm in alijs Tribunalibus Vrbis, & vbique locorum frequens, ideo ſuper illa ad ornatum præſentis ſtatuti, etiam iuxtà Iuris communis diſpoſitionem plura adnotanda eſſe cenſuimus, & ne materia ob prolixitatem remaneat confuſa, ideò pro illius maiori claritate in quinque articulos diuidetur.

Et quidem in primo diſcutietur an Iudicis recuſatio ſit fauorabilis nec ne; quomodo recuſatio proponatur, & quo tempore, tàm de Iure Ciuili, quàm Canonico, & in quibus dicta Iura circà recuſationem differant. Recuſatio à quibus proponi poſſit; & cum quo mandato proponatur à Procuratore.

In ſecundo oſtendetur, qui Iudices poſſint allegari ſuſpecti, & in quibus cauſis.

In tertio referentur cauſæ, ob quas Iudices poſſunt allegari ſuſpecti, & ſimul aliæ, quæ non ſunt legitimæ, & aptæ pro recuſatione; & demum quando ſuper huiuſmodi cauſis cognoſcant Arbitri.

In quarto oſtendetur, ad quos ſpectet cognitio ſuper cauſis ſuſpicionis, & an pendente recuſatione poſſit Iudex recuſatus procedere in cauſa, & quandò cenſeatur à recuſatione receſſum.

In quinto demùm aliqua tangentur ſuper recuſatione Notariorum, Peritorum, ac Calculatorum, dum congruunt in pluribus cum materia recuſationis Iudicum.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

DIlucidatur hìc an recuſatio Iudicis ſit fauorabilis nec ne, quo tempore, & à quibus, & cum quo mandato proponatur, & in quibus circà talis recuſationis propoſitionem differant Ius Ciuile, & Canonicum, & quomodò in illa proponenda procedatur ex ſtatuto hìc. Oſtenditur etiam, quando poſſit proponi recuſatio Iudicum poſt litem conteſtatam, ſi cauſæ ſuſpicionum ſuperuenerunt, ac innotuerunt poſt conſenſum præſtitum coram Iudice.

SVMMARIVM.

1 *Cauſas, ac lites congruit examinari coram Iudicibus non ſuſpectis.*

2 *Recuſatio Iudicis vti ſuſpecti eſt fauorabilis, & num.88.*

3 *Finis recuſationis Iudicum eſt, vt ſine ſuſpicione in litibus procedatur.*

4 *Recuſatio Iudicum præſefert defenſionem.*

5 *Recuſatio Iudicum eſt permiſſa ob cauſam etiam leuem.*

6 *Pro recuſationis admiſſione in dubio eſt iudicandum.*

7 *Recuſatio Iudicis admittitur etiam ſi quis ſe obligauerit ſtare Iuri.*

8 *Periculum reſultans à ſuſpicione Iudicis eſt tollendum ab alea iudiciali ex ſe alias periculoſa.*

9 *Recuſatio poteſt proponi etiam contrà Iudices religioſos, ac timoratæ conſcientiæ, & quare num.10.*

11 *Recuſatio Iudicis poteſt tolli per Principem de plenitudine poteſtatis.*

12 *Contrarium tenent alij, ex quo recuſatio eſt defenſio naturalis, & num.94., & 95.*

13 *Princeps poteſt tollere ſolùm recuſationem friuolam, & leuem, non autem grauem, & num.96.*

14 *Cauſa commiſſa per Principem recuſatione remota, quandò ex cauſis legitimis Iudex delegatus poſſit recuſari.*

15 *Recuſatio Iudicum de Iure Ciuili, & ex ſtatuto Vrbis proponitur cum ſolo Iuramento abſque alia cauſæ expreſſione, & num.27.80., & 81.*

16 *Iudex ordinarius de Iure Ciuili non recuſatur in totum, ſed illi datur adiunctus.*

17 *Iudex ex ſtatut.Vrbis arbitrio Senatoris remouetur.*

18 *Iudex adiunctus in foro Capitolino non practicatur, ſed Iudex recuſatus remouetur in totum.*

19 *Idem ſeruatur in alijs Tribunalibus Vrbis.*

20 *Adiunctus Iudici recuſato cum hoc procedit, & acta debent fieri coram vtroque Iudice adiuncto ſcilicet, & recuſato.*

21 *Cauſæ ſuſpicionis ſunt probandæ etiam de Iure Ciuili, quando agitur de recuſatione Iudicis in totum.*

22 *In Capitolio, & alijs Tribunalibus Vrbis etiamſi agatur de remotione Iudicis in totum recuſatio fit ſolo iuramento.*

23 *Cauſæ ſuſpicionis Romæ contra Iudicem recuſatum non allegantur.*

24 *Iudices ordinarij de Iure canonico non recuſantnr ſolo iuramento, ſed debent allegari, & probari cauſæ ſuſpicionum, & num.26.*

25 *Iudex ſuſpectus allegatus de Iure Canonito remouetur in totum, nec illi datnr adiunctus.*

27 *Index de Iure Ciuili allegatus ſuſpectus non remouetur, ſed illi datur adiunctus.*

28 *In recuſatione Iudicum in Terris Eccleſiæ ſeruatur Ius Canonicum, in Terris Imperij Ius Ciuile.*

29 *Ius Ciuile ſeruatur in Vrbe, & vbi adſunt ſtatuta, quod ſeruetur ius ciuile, & num.30.*

31 *Ius Canonicum etiam in Terris Principum ſecularium eſt ſeruandum, ſi adſint Pragmaticæ, quod illud ſeruetur.*

32 *Recuſatio Iudicis ex ſtatuto Vrbis debet proponi antè litem conteſtatam.*

33 *Idem eſt de Iure cõmuni, cum ſit exceptio dllatoria.*

34 *Recuſatio Iudicis debet proponi antè alias exceptiones, alias non competit ob conſenſum in iuriſdictionem, & num.35.*

36 *Recuſatio Iudicis ſi fuerit propoſita cum alijs exceptionibus, tuuc non cenſetur præſtitus conſenſus in Iudicem.*

37 *Recuſatio Iudicis propoſita poſt litem conteſtatam non prodeſt, ſi non probetur ſuperueniſſe nouam cauſam ſuſpicionis, & num.38.. & 41.*

39 *Recuſatio Indicis calumnioſa non attenditur.*

40 *Recuſatio Iudicum in Vrbe, ex Reformat. Innocentij XI. non admittitur poſtquam illis datæ fuerunt informationes in ſcriptis, & num.60.*

42 *Recuſatio Iudicis poſt litem conteſtatam admittitur, ſi ſuperueneerit noua cauſa recuſationis, & n.48.*

43 *Procedit etiam in Iudice electo de conſenſu partium.*

44 *Cauſam nouam ſuſpicionis ſuperueniſſe debet concludenter probari.*

45 *Recuſatio Iudicis non debet admitti poſt ſubſcriptam ab eo ſententiam, licet non publicatam.*

46 *Fallit ſi cauſa recuſationis ſit grauis, & notoria, ac ſuperuenerit ad notitiam recuſantis paulò antè.*

47 *Idem ſi cauſa recuſationis pænitus eradicaret Iuriſdictionem Iudicis recuſati.*

49 *Procedit licet cauſa recuſationis dubiè fuerit cognita antè litem conteſtatam.*

50 *Cauſas ſuſpicionis non innotuiſſe antè litem conteſtatam probatur Iuramento recuſantis.*

51 *Contrarium tenentes referuntur.*

52 *Prior opinio probatur.*

53 *Cauſæ ſuſpicionis poſtquam innotuerunt debent ſtatim proponi, alias recuſatio ex interuallo non admittitur.*

54 *Recuſationes in Curia Romana poſt conſenſum in Iudicem, regulariter, non practicantur.*

55 *Praxis huiuſmodi aberrat à Iure, & debent admitti ex cauſa recuſationis ad notitiam poſtea deuenta.*

56 *Recuſatio in Curia Capitolina ex Statuto Vrbis admittitur poſt litem conteſtatam arbitrio Senatoris.*

57 *Iudex poſt recuſationem de ſe factam debet abſtinere à cognitione litis, licet cauſæ ſuper ſuſpicione non eſſent plenè probatæ.*

58 *Recuſationes Iudicum hodie ſæpè proponuntur ad calumniam, & ad elongandas lites.*

59 *Recuſatio bina, & non tertij Iudicis admittitur hodie in Curia, quoties in tertio non adſit cauſa legitima recuſationis probanda.*

61 *Recuſatio non poteſt proponi contra Iudicem, coram quo fuit præſtitus conſenſus etiam tacitus.*

62 *Recuſatio Iudicis etiam poſtquam coram eo fuit præſtitus conſenſus admittitur ex cauſa ſuſpicionis ſuperuenta.*

63 *Recuſatio Iudicis debet fieri à principali met, vel à Procuratore cum ſpeciali mandato, & de ratione num.64.*

65 *Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandum ea, quæ ab animo principalis dependent.*

66 *Iudex recuſatus ſine ſpeciali mandato poteſt procedere ad vlteriora in cauſa non attenta recuſatione.*

67 *Mandatum ad recuſandum Iudicem eſt ſufficiens ſi contineat clauſulam ad Iudices, & Notarios ſuſpectos allegandum.*

68 *Ratificatio recuſationis facta à principali æquipollet mandato ſpeciali.*

Lites eſſe coram Iudicibus ſine ſuſpicione agitandas diſpoſitum fuit *in l. cum apertiſſimi* 14.
1 *C. de Iudic.*, ex quo periculoſum eſt coram Iudice
ſuſpecto litigare *dict. l. cum apertiſſimi cap. inter de except. Oſaſch. deciſ.*15. *num.*5. *Giurb. deciſ.*54. *n.*2.
*Fontanell. deciſ.*1. *num.*1. hinc ſtatutum noſtrum hic mandans deputari Iudicem non ſuſpectum in
locum alicuius ex Collateralibus ſuſpecti allegati eſt fauorabile, nedùm quia conforme diſpoſitioni
2 Iuris, ſed etiam defenſioni, & rationi naturali, quam præſefert recuſatio Iudicis ſuſpecti *Laurent.
de Indic. ſuſpect. cap.*8. *num.*26. *Gabr. Berart. de Viſit. Magiſtrat. cap.* 6. *num.* 6. *Chriſtin. deciſ. Belgic.*148. *num.*14. *par.*2. & *deciſ.*181. *num.*8. *par.*5.;
cum finis primarius recuſationis Iudicum ſit, vt
3 in litibus æqua lance, & ſine ſuſpicione procedatur *Ramon. conſ.*3. *num.*54., & 55. *Ambroſin. deciſ. for. Epiſc. Peruſ.*50. *num.* 54. 55. & 57. *par.*2.

Quinimmò recuſatio Iudicis dicitur ianua de-
4 fenſionis. *Valaſc. alleg.*96. *num.*4. *Petr. ſuper Rit. Magn. Curiæ tom.*2. *cap.*265. *num.*6.

Et ob hoc eſt permiſſa etiam ob modicam, &
5 leuem cauſam *Vermigl. conſ.*432. *num.*15. *Io: Ant. Ab Eccleſ. Obſer. forenſ.*72. *num.*1. *par.*2. *Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Rubr.*39. *num.*2. *verſ. demum*, *de Pont. deciſ.*30. *num. fin. Caſtill. deciſ.* 131. *num.* 4. *part.* 2. *Rot. deciſ.* 2. *num.* 13. *part.* 2. *diuerſ.* &
6 *deciſ.*562. *num.* 7., & 8. *coram Merlin.*, & in dubio iudicandum eſt pro admiſſione recuſationis *Sadarin. reſponſ.*26. *num. fin. de Ponte dict. deciſ.*30. *num.*16.

Et pro admittenda recuſatione non obſtat, quodquis ſit obligatus ſtare Iuri, quia intelligitur, quod debeat ſtare Iuri arbitrio boni viri, &
7 bonus vir non arbitrabitur, quòd quis debeat ſtare Iuri, ac iudicio Iudicis ſuſpecti, cum indè ſequi poſſint triſtiſſimi euentus, & proindè conuenit lites ſine ſuſpicione agitari *cap. quod ſuſpecti* 3. *quæſt.* 5. *cap. poſtremo de appellat. Imol. conſ.* 91. *num.*15., & *ſeq. Berart. dict. cap.*6. *num.*2. *ad* 4. *Creſp. de Valdaur. obſer.* 9. *quæſt.*6. *num.* 52. *Petr. ſuper Rit.* 16. *Magn. Cur. Rit.* 265. *num.*3., & 4. *tom.*2. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 181. *num.*7. *part.*5.

Vnde *dict. Creſp. num.* 53. infert ad vnum ſingulare notatu dignum, quod adeò incerta eſt alea
8 Iudicij, vt non ſit addendum aliud periculum reſultans à ſuſpicione Iudicis, & refert ad hoc dictum Themiſtoclis dicentis: *Si quis mihi duas vias*

mon-

monſtraret aliam ducentem ad Tribunal., alteram ad
Inferos, multò libentiùs eam ingrederer, quæ ducit
ad Inferos.

Hinc attenta ſuſpicione poſſunt recuſari etiam
9 Iudices omni integritate præditi, & valdè reli-
gioſi, ac timoratæ conſcientiæ Ramon. conſ. 3.
num. 32., & 74. Franc. Sadacin. reſponſ. 26. num. 2.
quia ſepties in die cadit iuſtus, & dùm in hac mor-
10 tali vita lapſibus obnoxia viatores ambulamus,
vix aliquid boni à nobis expectari poteſt, vt in
his terminis notant Caſtill. deciſ. 13. num. 6. par. 2.
& Fontanell. deciſ. 5. num. 8., & 9.

Ex quo recuſatio Iudicis præſefert naturalem
11 defenſionem, hinc licèt poſſit Princeps ſupre-
mus de plenitudine poteſtatis committere cau-
ſam recuſatione remota, Gaill. obſer. 33. num. 1.
lib. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 102.
Phoeb. deciſ. Luſit. 77. num. 8., & 9.; licet alij ne-
gent talem recuſationem poſſe tolli à Principe,
12 cum præſeferat defenſionem naturalem ex firma-
tis poſt alios per Fermoſ. in capit. ſi quis contra
quæſt. 37. de foro competen. Cauagnol. ad decret. Mon-
tisferr. decret. 20. §. 1. quæſt. 10. Xammar. de offic.
Iudic., & Aduocat. par. 1. quæſt. 12. num. 131.
Petr. dict. Rit. 265. n. 7. tom. 2.; nihilominùs talis
reiectio intelligitur de recuſatione friuola, ac
13 leui, non autem de graui, ac legitima, quia
hæc à Principe tolli non poteſt Gaill. dict. obſer.
33. num. 5. Ramon. conſ. 3. num. 92., & 93. Caua-
gnol. dict. quæſt. 10. num. 5. Ab Eccleſ. obſer. forenſ.
73. num. 8. verſic. loquitur etiam, Creſp. dict. obſer.
9. quæſt. 6. num. 49., & 50. Ripoll. var. reſol. c. 2.
num. 221., & infrà Fermoſin. de for. competen. in
dict. cap. ſi quis contra quæſt. 27. num 4., & 7. Petr.
dict. Rit. 265. num. 7. verſic. procedere credimus
Xammar. vbi proximè num. 132. verſic., & qui
contrarium.

Et clauſula prædicta recuſatione remota opera-
tur, vt cum illa delegatus non poſſit cum ſolo
14 iuramento recuſari, ſed tantùm ex cauſis à iure
permiſſis, etſi cauſa fuerit commiſſa pluribus de-
legatis, cauſa ſuſpicionis erit probanda coram
alijs delegatis non recuſatis Ab Eccleſ. dict. ob-
ſer. 73. num. 3. Berart. alleg. cap. 6. num. 20.

Ex ſtatuto hic procedente cum diſpoſitione iu-
ris ciuilis Iudicis Ordinarij recuſatio proponi-
15 tur cum ſolo iuramento calumniæ, abſque aliqua
expreſſione cauſæ ſuſpicionis, vt probant Gaill.
obſer. 33. num. 14. Laurent. de Iudic. ſuſpect. cap. 5.
num. 17. plenè Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. n. 56.
& infrà, & num. 69., & ſeq. Fermoſ. in dict. cap.
ſi quis contra quæſt. 2. num. 10. de foro competen. Pi-
gant. ad ſtatut. Ferrar. Rubr. 39. num. 6. verſic. vn-
de patet Berart. alleg. cap. 6. n. 16., & 17. Petr. dict.
Rit. 265. num. 8. tom. 2. Xammar. de offic. Iudic., &
Aduocat. par. 1. q. 12. n. 122, Giurb. deciſ. 48. n. 3.

At de iure ciuili Iudex Ordinarius non poteſt
16 in totum recuſari, ſed illi datur adiunctus Auth.
ſi verò contigerit, & l. apertiſſimi 14. Cod. de iudic.
Staiban reſol. 100. in addit. num. 4. centur. 2. Xam-
mar. de offic. Iudic., & Aduocat. par. 1. quæſt. 12.
num. 117. Seſs. deciſ. Arag. 41. num. 9.

Prout ex ſtatuto hic remittitur arbitrio Senato-
17 tis, an velit in caſum recuſationis alicuius ex col-
lateralibus illi dare adiunctum.

At in praxi nunquam vidi receptum tale arbi-
trium dandi adiunctum, dum recuſatio ſolet
18 ſuum ſortiri effectum cum totali remotione Col-
lateralis recuſati, ac deputatione alterius Iudi-
cis; quæ praxis eſt valdè bona ad lites obtruncan-
das, nam ſi remaneret Iudex etiam ille, qui fuit
recuſatus, non ſic de facili in procedendo, & iu-
dicando conueniret cum adiuncto, ex quo Iudex
recuſatus, ob recuſationem ſolet indignari, &
quia homines ad diſſentiendum ſunt faciles.

Prout idem ſeruatur in alijs Tribunalibus Vr-
19 bis, vbi ſi Iudex Ordinarius allegatur ſuſpectus
in totum remouetur, & alter in eius locum depu-
tatur, nec illi datur adiunctus.

Si tamen, vbi habet locum diſpoſitio, ac praxis
Iuris ciuilis, daretur adiunctus, tunc Iudex or-
dinarius recuſatus non poteſt procedere ſine ad-
iuncto ſub pœna nullitatis, & hoc caſu citationes
20 & acta debent fieri coram vtroque Iudice Gra-
tian. cap. 100. num. 41., & ſeq. Ab Eccleſ. obſer. 73.
num. 13. ad 15. par. 1.

Si verò agatur de remouendo Iudicem in to-
tum, & non de dando illi adiunctum, tunc etiam
de Iure Ciuili requiritur probatio cauſæ ſuſpicio-
21 nis Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 89., &
infrà.

At ex ſtatuto noſtro hic etiam ſi Iudex re-
22 moueatur in totum, recuſatio fit ſolo iuramento
& idem ex notoria praxi ſeruatur in omnibus Iu-
dicibus ordinarijs Vrbis, qui nulla probata, nec
allegata cauſa ſuſpicionis remouentur in totum
Ridolph. in prax. par. 1. cap. 7. num. 121. vbi quod
hoc paſſim fit abſque difficultate.

Cur autem Romæ Iudices Ordinarij tanta fa-
cilitate ſine allegatione cauſæ recuſentur, & alij
23 in eorum locum deputentur, dic quod fortè id
introductum fuit, quia Romæ adeſt copia Iudi-
cum doctrina, ac probitate pollentium, & ſic
Papa paſſus fuit, quod omnes poſſent ad libitum
recuſare, ac eligere Iudices, vel quia ijdem Iu-
dices Ordinarij in Alma Vrbe ſunt viri conſpi-
cui, hinc non eſt conueniens, quod contra ipſos
iudicialiter proponantur cauſæ ſuſpicionum, quæ
poſſent non ſemel lædere nedum recuſatos, ſed
etiam tertios, & fortè quandoque ipſoſmet re-
cuſantes.

De Iure tamē Canonico, & vbi illud ſeruatur, Iu-
dices Ordinarij non allegantur ſuſpecti ſolo iura-
24 mento, ſed requiritur cauſa ſuſpicionis, quæ
debet in recuſatione exprimi, & poſteà probari
cap. cum ſpeciali ibi ſuſpicionis cauſa, & cap. 2. re-
quiris §. 3. de appellat. Gaill. obſer. 33. num. 14.
lib. 1. Gratian. cap. 100. num. 11. Pacian. allegat.
cap. 45. num. 51. Berart. dict. cap. 6. num. 15. Petr.
dict. Rit. 265. num. 9. & 10. tom. 1. Xammar. alleg.
quæſt. 12. num. 122. Caualcan. deciſ. 28. num. 97.
par. 2. Seſs. deciſ. 41. num. 1. ad 3. Giurb. deciſ. 48.
num. 3. ad 5.

Et vlteriùs de iure Canonico Iudex ſuſpectus
25 recuſatus, remouetur in totum, nec illi datur
adiunctus cap. legitima 2. cap. ſi quis contra Cleri-
cum 4. de foro compet. c. cum ſpeciali, & c. ſecundo
requiris §. 3. poſtulas de appellat. Ab Eccleſ. dict.
obſer. 73. num. 3. in fine Ridolph. dict. cap. 70. n. 122.
& 123. Xammar. de offic. Iudic., & Aduoc. p. 1.
quæſt. 12. num. 118. Caluacan. deciſ. 28. num. 96. p. 2.
Seſſ. deciſ. 51. num. 4. Vin. deciſ. 363. num. 1. lib. 2.
Chriſtin. deciſ. Belgic. 148. num. 17. par. 2., & de-
ciſ. 181. num. 4. par. 5.; hinc ratione maioris præ-
iudi-

26 iudicij, quod irrogatur Indici Ordinario ob il-
lius remotionem in totum, requiritur expreſſio le-
gitimæ cauſæ recuſationis, ac illius probatio;
27 quod non euenit de iure Ciuili, vbi modicum
illi infertur præiudicium, cum non remoueatur in
totum, ſed ſolùm illi detur adiunctus, & ob hoc
non requiritur expreſſio, vel probatio cauſæ, ſed
ſat eſt quod recuſatio fiat cum ſolo iuramento.

In recuſatione autem Iudicum an ſit attenden-
dum ius Ciuile, vel Canonicum, dic quod in
28 Terris Imperij eſt ſeruandum ius Ciuile, in Terris
verò Eccleſiæ ius Canonicum *Gaill. dict. obſer.* 33.
num. 16. *lib.* 1. *Berart. dict. cap.* 6. *num.* 18. & qui-
dem tam in foro ſeculari, quàm in foro Eccleſia-
ſtico, *Paeian. alleg. cap.* 45, *num.* 62.

At Romæ *ex ſtatut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 42. mandan-
te ſeruari ius Ciuile, & ex ſtatuto hic in foro Ca-
29 pitolino in hac materia recuſationis ſeruatur ius
Ciuile, prout in ſtatu Eccleſiaſtico idem dicas in
30 omnibus illis locis, vbi adſunt ſtatuta valida
diſponentia, quod ſeruetur ius Ciuile.

Et in locis extrà ſtatum Eccleſiaſticum Princi-
pum ſecularium pariter ſeruabitur ius Canoni-
31 cum, vbi adſunt pragmaticæ, ſtatuta, vel con-
ſuetudines, quod illud debeat ſeruari vt præ-
cisè in hac materia firmant *Gaill. obſer.* 33.
num. 16. *lib.* 1. *Berart. dict. cap.* 6. *num.* 18., *&* 19.
Chriſtin. deciſ. Belgic. 148. *n.* 20. *verſic. & ſi quan-
do Ordinarius par.* 2.

Exceptio recuſationis Iudicis debet ex ſtatuto
32 noſtro proponi antè litem conteſtatam, alias ſi
poſt illam proponatur debet in ea exprimi cauſa
recuſationis, ſuper qua Senator arbitrio ſuo ap-
pellatione remota cognoſcet, illam admittendo,
vel reijciendo.

Idem procedit ex diſpoſitione iuris, ex quo
33 exceptio recuſationis eſt dilatoria, & ſic propo-
ni debet in principio cauſæ, & antè litem conte-
ſtatam *l. apertiſſimi in princip. Cod. de Iudic. Spad.
conſ.* 176. *num.* 10. *lib.* 2. *Couarr. pract. qq. lib. vnico
quæſt.* 26. *num.* 2. *Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Rubr.* 39.
num. 8. *Ab Eccleſ. obſer. forenſ.* 54. *num.* 1., *&* 2.
Ripoll. var. reſol. cap. 2. *num.* 84., *& ſeq. Sanfelic.
in prax. Iudic. ſect.* 40. *num.* 1. *Petr. ſuper Rit.* 265.
num. 54. *tom.* 2. *Fontanell. deciſ.* 17. *num.* 1., *& ſeq.
Chriſtin. deciſ. Belgic.* 148. *num.* 18. *par.* 2. *Oſaſch.
deciſion.* 15. *num.* 4. *Rot. deciſion.* 2. *num.* 2. *part.* 2.
diuerſ.

Et quidem debet proponi ante omnes alias ex-
ceptiones, nam ſi priùs proponantur aliæ, dicitur
conſenſum in iuriſdictionem, & recuſatio non
34 poteſt amplius proponi *Sanfelic. dict. ſect.* 40.
num. 2. *Ab Eccleſ. obſer.* 74. *num.* 2., *Pax Iordan.
lucubr. diuerſ. tom.* 3. *lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 116.; & recuſa-
tio Iudicis non admittitur poſt conſenſum in iu-
riſdictionem *l. apertiſſimi Cod. de Iudic. Natt. conſ.*
152. *num.* 8. *Altograd. conſ.* 85. *num.* 17. *lib.* 1. *Rot.
deciſ.* 178. *num.* 2. *coram Caualer. & deciſ.* 178. *n.* 2.
coram Duran.

Diciturque quis in Iudicem conſenſiſſe, vel co-
ram eo litem conteſtando, vel proponendo aliàs
35 exceptiones dilatorias cognoſcendas, & deci-
dendas coram eodem Iudice, vnde poſtea non eſt
amplius locus recuſationi *Couarr. alleg. quæſt.* 26.
num. 2. *verſ. etenim qui alias Ab Eccleſ. obſer.* 74.
num. 2. *verſic. dupliciter par.* 2. *Berart. alleg. c.* 6.
num. 58.

Si verò cum alijs exceptionibus fuerit in
eadem ſchedula proteſtationis propoſita etiam
illa recuſationis cum hæc ſit prima in inten-
tione proteſtantis, & aliæ cenſeantur appoſi-
tæ quatenus fuerit iudicatum, recuſationem
36 non intrare, hinc per aliarum exceptionum pro-
poſitionem tali caſu non cenſetur receſſum à re-
cuſatione, quæ alias deſeruiret de vento, ſi non
haberetur pro primo loco propoſita, *Sanfelic. dict.
ſect.* 40. *num.* 30. *Ab Eccleſ. obſer.* 74. *num.* 3. *benè
Campanil. diuerſ. Iur. Canon. Rubr.* 11. *cap.* 13.
num. 187. *Ripoll dict. cap.* 2. *num.* 89. *ad* 93. qui
tamen conſulit tutius eſſe priùs proponere exce-
ptionem recuſationis, ſed hoc eſt conſilium non
neceſſitas.

Quando verò recuſatio fuit propoſita poſt li-
tem conteſtatam non ſuffragatur, ſi non probetur
37 nouam cauſam ſuperueniſſe *ad text. in l. apertiſſi-
mi Cod. de Iudic. Berart. dict. cap.* 6. *num.* 57. *Rot.
deciſ.* 233. *num.* 5. *par.* 5. *recen.*

Hinc cum in certa cauſa Romana, ſeù Portuen.
prætij panis pronunciaſſem fauore Piſtoris rela-
xando mandatum pro ſcutis ferè duobus milli-
bus prætio panis dati Seio pro ſeruitio artis
campeſtris, & meum iudicatum fuiſſet confir-
matum per Capitaneum Appellationum de voto
R. P. D. Leti Conſultoris deputati, dum in gra-
du reſtitutionis in integrum coram locumtenen-
te Criminali Curiæ Capitolij deputato in locum
Secundi Collateralis, fuiſſet petitum Votum Aſ-
ſettamenti, in quo fuit dictum non conſtare de
cauſis reſtitutionis in integrum; cum in noua
cauſæ propoſitione in Aſſettamento Seius cæpiſ-
ſet, prætendere me eſſe ſuſpectum, nec poſſe vo-
38 tum reddere, idem Senator, & poſtea Auditor
Papæ reiecerunt recuſationem, & ego dedi vo-
tum ea ratione, quia ipſe nedùm in prima inſtan-
tia iudicaueram conſentiente Seio, verùm in ter-
tia inſtantia in Aſſettamento prima vice fueram
informatus pro illius parte, ac ab eodem fuerant
mihi datæ informationes facti, & iuris, & pro
iuſtitia in cauſa votum dederam, vnde excogita-
ta allegatio ſuſpecti in ſecunda cauſæ propoſitio-
39 ne apparebat penitùs calumnioſa, & propoſita
ad protrahendam propoſitionem cauſæ iuxta tra-
dita *per Pigant. dict. Rubr.* 39. *num.* 9. accedente
præcipuè vltima *Reformat. San. me. Innocentij XI.
in Rubr. de varijs Prouiſionibus §. ad tollenda*, in
qua præcisè cauetur, non poſſe ampliùs proponi
40 recuſationem contra Iudicem, cui datæ fuere in-
formationes in ſcriptis pro parte recuſantis, præ-
cipuè dùm ſuper dictis informationibus viſis, ac
diſcuſſis ſimul capta fuerat reſolutio.

Vndè in dicta cauſa denuò repropoſita in Aſ-
ſettamento prima reſolutio fuit vnanimi voto
confirmata & ſucceſſiuè expeditum mandatum in
vim rei iudicatæ, & cum Seius habuerit recurſum
41 ad Signaturam Gratiæ vnica vice habitam à
San. mem. Alexandro Octauo, & vltrà præten-
ſam iniuſtitiam rei iudicatæ, inculcaret, quod
fuerat cauſa reſoluta etiam cum voto Iudicis ſu-
ſpecti, & quod propterea debebat committi
in Rota, fuit ab eadem Signatura Gratiæ re-
ſcriptum *Nihil* cum totali reiectione commiſſio-
nis, quia Papa optimus Iuris conſultus benè di-
xit, quod pro credito prætij panis debebant exu-
berare tres ſententiæ.

Con-

Concluſio tamen ſupra firmata, quod Iudex
non poſſit recuſari poſt litem conteſtatam, &
poſtquam fuit conſenſum in illius iuriſdictio-
42 nem, & perſonam, non procedit ſuperueniente
noua cauſa recuſationis *cap. inſinnante de offic., & poteſt. Iud. deleg. Fermoſin. in cap. ſi quis contr. 4. quæſt. 28. num. 3. de foro competen. Pax Iordan. alleg. tit. 4. num. 120. Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 11. Pigant. Rubr. 39. num. 42. verſic. vbicumque Petr. Rit. 265. num. 55., & 62. tom. 2. Riccius deciſ. Archiepiſc. 143. num. 3. par. 2. Mut. deciſ. 15. num. 6., & 11. & infrà Caſtill. deciſ. 131. num. 1. par. 2. Chriſtin. deciſ. Belgic. 181. num. 34. par. 5. Fontanell. deciſ. 17. num. 18., & 19. Rot. deciſ. 391. num. 2., & 3. coram Verall. part. 2. deciſ. 178. num. 2. coram Caualer. & deciſ. 178. num. 2. coram Duran.*

Nam & Iudex electus de conſenſu partium po-
43 teſt allegari ſuſpectus, etiam poſt concluſum in
cauſa, ſi ſuperuenerit noua cauſa ſuſpicionis *Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 11. verſic. quinimmò Capicc. Galeott. contr. 39. num. 47. & ſeq. lib. 1. Nouar. ſuper Pragmatic. Regn. Neapol. de ſuſpic. official. collect. 3. num. 3.*

At debet hoc caſu euidenter conſtare, ſuſpicio-
44 nis cauſam ſuperueniſſe *dict. Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 12.*

Multoque minùs debet admitti recuſatio in
calculo ferendæ ſententiæ, & quando hæc eſt ſub-
ſcripta à Iudice, & tradita Notario, vt illam pu-
45 blicet, cum res ſit iudicati cæpta, licet ſententia
non ſit publicata *Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 21. num. 36. verſic. circà iſtam Ripoll. var. reſol. cap. 2. num. 125., & ſeq dict. Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 10. Mart. vot. Piſan. 251. num. 6. Rot. deciſ. 563. n. 5. par. 1. diuerſ.*

Fallit ſi cauſa recuſationis ſit efficax, & grauis,
vel notoria, itaut probatione non egeat, & ad
46 notitiam partis recuſantis paulò antè deuenerit,
tunc enim Iudex poteſt recuſari etiam poſt con-
cluſum in cauſa, & in termino ferendæ ſententiæ
Couarr. alleg. quæſt. 26. num. 2. 5. & ſic poſt concluſum, & num. 3. Ripoll. dict cap. 2. num. 131., & 132. Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 4. Cancer. alleg. cap. 21. num. 36. verſic., & circa iſtam inſpectionem, vbi
ſubdit, quod tutius eſt recuſationem admit-
tere, ne ſuſpicari poſſit, ex illa cauſa detecta in
odium partis pronunciari.

Prout ſi cauſa recuſationis pænitùs eradicaret
47 Iudicis iuriſdictionem poterit opponi quando-
cumque antè ſententiam, *Sanſelic. in prax. ſect. 40. num. 70.*

Poterit ſimiliter recuſatio proponi poſt litem
conteſtatam, quando cauſa recuſationis aderat
48 quidem antè litis conteſtationem, ſed deuenit
poſteà ad notitiam recuſantis *Gail. obſer. 33. n. 11. lib. 1. Pacian. de probat. alleg. cap. 45. num. 88.* vbi
teſtatur de communi opinione, & quod ab ea in
conſulendo, & iudicando, non eſt recedendum,
Berart. dict. cap. 6. n. 59. Ab Eccleſ. obſer. 74. n. 5. Ripoll. dict. cap. 2. num. 121. ad 123. latè Fontanell. deciſ. 14. Chriſtin. deciſ. Belgic. 148. num. 18. par. 2. & deciſ. 181. num. 34. part. 5., Rot. deciſion. 391. num. 2., & 3. par. 2. coram Verall.

Quod habet locum etiamſi cauſa recuſationis
dubiè fuerit cognita antè litem conteſtatam,
49 cum paria ſint dubitare, vel ignorare, dummo-
do abſit negligentia *Ab Eccleſ. dict. obſer. 74. n. 6. Fontanell. deciſ. 18. videndus*,

Et creditur iuramento recuſantis, non habuiſ-
50 ſe notitiam cauſæ ſuſpicionis ante litem conte-
ſtatam, *Couarr. dict. cap. 26. num. 2. verſ. quod ſi lucra Ab Eccleſ. num. 7. Sanſelic. dict. ſect. 40. n. 9. & 10. Ripoll. alleg. cap. 2. num. 123. Capicc. Galeott. contr. 39. num. 51. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 151. num. 67. & 64. p. 2. Fontanell. deciſ. 17. & 18. Ricc. deciſ. Archiepiſc. 143. num. 4. par. 2.*

Et licet *Ruin. conſ. 6. per tot. lib. 4.* firmet igno-
51 rantiam prædictam non probari iuramento, ſi
non conſtet, quod ante litem conteſtatam recu-
ſare volens perquiſiuerit conditionem Iudicis,
& non diſſentit *Ab Eccleſ. num. 7.*, nihilominus
non recedeas à prima opinione, quam *Ab Eccleſ.*
fatetur ſeruari in Regione Pedemontana, cum
52 ſit magis æqua, ac rationabilior, nam non eſt
credendum, quodquis voluerit conſentire in Iu-
dicem ſuſpectum, ſi de cauſa ſuſpicionis habuiſ-
ſet notitiam, cum enim materia recuſationis ex
ſupra deductis ſit fauorabilis, quoties non oſten-
datur in recuſante veriſimilis notitia cauſæ ſuſpi-
cionis antè litem conteſtatam, & cauſa ſuſpicio-
nis non appareat friuola, & calumnioſa, ſemper
in dubio reſpondendum eſt pro admiſſione recu-
ſationis, ad hoc vt lites pacato animo ſine omni
ſuſpicione decidantur.

Retenta opinione contra Ruin. adhuc aduer-
te, quod ſtatim habita notitia cauſæ ſuſpicionis,
debet illa cum recuſatione proponi, aliàs ſi poſt
53 ſcienter fierent alij actus coram Iudice reperto
ſuſpecto, non poſſet ampliùs recuſatio opponi
Berart. dict. cap. 6. num. 60. ad 62. Ab Eccleſ. obſer. 74. num. 9.

Mox firmata circà proponendas cauſas recuſa-
tionis contra Iudicem poſt litem conteſtatam
non practicantur regulariter in Curia Romana,
54 cum poſt conſenſum in Iudicum iuriſdictio-
nem, non ſoleant allegari ſuſpecti, dum tali
caſu cauſa recuſationis à iure approbata debet
iuſtificari, & quandoque, quinimmò per ſæpè dif-
ficulter iuſtificari poteſt, ideò non eſt proficuum
litigantibus proponere recuſationem pro certo
effectum non ſortituram, cum Iudex allegatus ſu-
ſpectus ſoleat indignari, & ſic recuſans loco ac-
55 quirendi perderet, ſi tamen cauſa recuſationis
ſuperuenta ad notitiam poſt litem conteſtatam,
ac conſenſum in iuriſdictionem eſſet efficax, &
iuſtificari poſſet, crederem, quod etiam in Curia
Romana deberet talis recuſatio admitti, dum à
lege indulgetur, nec in Curia reperitur pro-
hibita,

Et pro foro Capitolino de hoc non eſt dubi-
55 tandum, dùm etiam poſt litem conteſtatam cau-
ſa recuſationis in actis propoſita, Iudex remo-
uetur arbitrio Senatoris, vt ex ſtatuto noſtro hic,
licet etiam in illo foro talis recuſatio hoc caſu ra-
riſſime practicetur.

Quando autem contra Iudicem eſt propoſita
cauſa recuſationis, licet ſuper illius probatione
non adeſſent ſufficientes probationes, benè faciet
Iudex recuſatus, ſi ſe abſtineat à cognitione cauſæ,
in qua eſt recuſatus, & non affectare deciſionem
57 litium, in quibus partibus eſt ſuſpectus, *Staiban. reſol. forenſ. 118. in obſeruat. num. 23.* centur 2., &
ego dum eram Collateralis Capitolij pluries dixi

Sena-

Digitized by Google

Senatori, quod ſi eram allegatus ſuſpectus in ali-
qua cauſa, quod ſemper interponeret arbitrium
pro remotione, cum iuſtum non eſſet, quod par-
tes litigarent cum timore ſuſpicionis.
Benè verum eſt, quod his temporibus proter-
uia debitorum, & nequitia defenſorum eorum-
58 dem (ſit dictum pace bonorum, quorum in Al-
ma Vrbe maior eſt numerus) adeò inualuit, vt
perſæpè recuſationes proponantur ad procraſti-
nandum, non quod reuera erga Iudicis perſonam
adſit aliqua ſuſpicio, vndè illi Superiores Tribu-
nalium, ad quos ſpectat cognoſcere de cauſis re-
cuſationis, ſuperuenientis debent eſſe valdè cauti in
cognoſcendo, an cauſæ recuſationis proponantur
ad calumniam, vel pro iuſtitia,
Hinc prouidè in Reformat. Tribunalium Vr-
bis ædita ſub Sanct. mem. Innocentio XI. poſteà
59 in conſtitutionem redacta in *Rubr. de varijs Pro-
uiſion. in §. ad tollenda ſubterfugia* fuit ſancitum
ad extirpandas calumnias litigantium, ac Pro-
curatorum in proponendis recuſationibus, quod
illæ vltra duas non admitterentur ſine cauſa, quo-
ties in tertio Iudice recuſato non adeſſet cauſa
legitima recuſationis deducenda, & probanda,
ea ratione quia ſuſpicionis allegatio reijci debet,
& non curatur quando pars alios iam ſuſpectos
allegauit, *Rot. deciſ. 1008. num. 18. coram Aſnar.
Dunozett., & deciſ. 245. num. 4., & ſeq. coram
Otthob.*; & in eadem Reformatione vlteriùs rema-
60 net ſancitum, quod dictæ recuſationes reijci de-
beant, quoties in cauſa fuiſſet informatum inſeri-
ptis coram Iudice ſuper meritis, etiamſi nullus
actus iudicialis inducens conſenſum interceſſerit,
quod conſonat diſpoſitioni iuris, ſecundum quam
poſt conſenſum etiam tacitum coram Iudice, ille
61 non poteſt ampliùs recuſari *Giurb. deciſion. 99.
num. 3., & 4.*
At dicta Reformatio volens, quod non poſſit
fieri recuſatio Iudicis, quando coram illo fuit
62 informatum in ſcriptis non procedit, ſi fiat re-
cuſatio ex cauſa ſuperueniente ad notitiam poſt-
quam fuit informatum, nam ſi quis ſciuiſſet cau-
ſam ſuſpicionis non comparuiſſet coram Iudice
ſuſpecto, vt fuit ſupra firmatum *num. 48., &
infrà*.
Vt autem recuſatio Iudicis in caſibus à Iure,
Pragmaticis, Statutis, Conſtitutionibus, vel ſty-
lis locorum, & Tribunalium permiſſis ſortiatur
effectum, & ſit legitima, debet fieri à principali
met, vel Procuratore habente ad id ſpeciale man-
63 datum, alias non releuat *l. non ſolum § fin. ff. de
Procur. Spad. conſ. 176. num. 7. lib. 2. Gratian.
cap. 100. num. 44. Pax Iordan alleg. tit. 4. num. 57.
Berart. dict. cap. 6. num. 14. Pigant. Rubr. 39. n. 18.
verſ. quod conſonat Ripoll. cap. 2. num. 265. Golin.
de Procurat. cap. 5. num. 98., & ſeq. Ridolph. in
prax. part. 1. cap. 7. num. 118. Cappucc. pariter in
prax. tom. 2. part. 1. cap. 3. artic. 22. num. 460. in
fin. Petr. ſuper Rit. 265. num 23. tom. 2. Staiban.
reſol. 110. num. 9. & ſeq. in addit. centur. 2. Cardin.
de Luc. de Iudic. diſcurſ. 3. & 4. Fontanell. deciſ. 4.
num. 8. ad 10. Rot. deciſ. 368. num. 1. coram Gregor.
deciſ. 388. num. 1., & ibi Add. num. 7. coram Buratt.
deciſ. 178. num. 2. coram Duran. deciſ. 118. num. 4.
& deciſ. 213. num. 14. coram Celſ., & deciſ. 106.
num. 5., & 6. part. 14. recen. 3.* & eſt ratio quia ſi
64 non probat recuſans ſuſpicionis cauſam punitur
propter iniuriam illatam Iudici, & Procurator
ſine ſpeciali mandato non poteſt facere cadere
Dominum in pœnam *Golin. dict. num. 98., & quia*
cauſa ſuſpicionis reſidet in animo recuſationem
65 proponere volentis, & quæ in animo reſident
non poſſunt per Procuratorem ſine ſpeciali man-
dato declarari, & expleri *Gratian. cap. 100. n. 44.
Staiban. vbi proximè num. 10. Fontanell. deciſ. 4.
num. 13., & 14.*
Ideoque poteſt Iudex non attenta recuſatione
66 facta à procuratore ſine ſpeciali mandato proce-
dere ad ſententiam *Rot. deciſ. 233. num. 2. part. 5.
recen., & deciſ. 166. num 6. par. 14.*
Sufficit tamen mandatum continens clauſulam
ad Iudices, & Notarios ſuſpectos allegandum
67 *Add. ad Gregor. deciſ. 368. num. 8. Ferentill. ad Bu-
ratt. deciſ. 388. pariter num. 8. Ridolph. in prax. p. 1.
cap. 7. num. 119.*
Et licet deficiat mandatum ſpeciale in Procu-
ratore recuſante, adhuc ſufficit ratificatio recu-
68 ſationis etiam tacita facta à Domino quamuis
ex poſt *Pigant. dict. Rubr. 39. n. 18. verſic. quam-
uis loco Ridolph. dict. c. 7. n. 118. verſ. ſufficit tamen
Fontanell. deciſ. 4. num. 16. Add. ad Gregor. deciſ.
368. num. 8. Rot. deciſ. 440. num. 2. part. 2. recent.
Add. ad Buratt. deciſ. 388. num. 8.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Latè oſtenditur hic, qui Iudices poſſint nec ne allegari ſuſpecti, & concluditur, excepto Supremo Principe, poſſe recuſari omnes Iudices Superiorem recognoſcentes, etiam Cardinales, Proreges, Gubernatorem, ac Senatorem Vrbis, Cardinalem Vicarium, & Auditorem Cameræ; & quando poſſint recuſari Auditores Rotæ, Clerici Cameræ Iudices appellationum, & quid dicendum de Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, Prælatis, ac Superioribus Regularibus; An Epiſcopus in cauſis ſuæ Eccleſiæ, ac Menſæ, & in quo differant in propoſito cauſæ Menſæ, & Eccleſiæ. Et quando ſuſpecto Epiſcopo talis ſit etiam eius Vicarius Generalis. Et an ſuſpecto capite Tribunalis, ſint ſuſpecti etiam Iudices ab eo dependentes. Quando demum poſſit recuſari integrum Conſilium, tota Camera, integrum Capitulum, vel omnes Iudices alicuius loci.

SVMMARIVM.

69 *Supremus Princeps, & qui non recognoſcit Superiorem non poteſt allegari ſuſpectus, & num. 87.*
70 *Nec Concilium Generale.*
71 *Recuſari poſſunt omnes Iudices recognoſcentes Superiorem, & num. 72., & 84.*
73 *Iudices delegati poſſunt allegari ſuſpecti, & faciliùs quam Ordinarij, & num. 74.*

57 De-

75 *Delegatus etiam à Principe ad cauſas particulares poteſt allegari ſuſpectùs ſolo iuramento.*

76 *Iudices, tam Ciuiles, quàm Criminales poſſunt allegari ſuſpecti.*

77 *Cardinalis Vicarius, Gubernator, ac Senator Vrbis, & A. C. poſſunt allegari ſuſpecti.*

78 *Senatorem Vrbis poſſe allegari ſuſpectum Author plenè firmat, & num. 81.*

79 *Ius Ciuile Romæ ſeruatur.*

82 *Senatoris Vrbis dignitas, & iuriſdictio hodie eſt valdè diminuta.*

83 *Senator Romanus ex ſtatuta Vrbis, eſt ſubiectus ſyndicatui, ſecùs de conſuetudine.*

85 *Proreges poſſunt allegari ſuſpecti, & num. 101.*

86 *Cardinales poſſunt allegari ſuſpecti, & num. 102. & vide num. 103.*

89 *Coram ſuſpecto Iudice litigare eſt periculoſum.*

90 *Iudices quando allegantur ſuſpecti ſolent indignari.*

91 *In cauſis Notariorum Capitolij Senator, vel Collaterales procedunt, appellatione remota.*

92 *Recuſatio Iudicis non cenſetur reiecta per Principem ex clauſula appellatione remota, & n. 93.*

97 *In cauſis Notariorum Capitolij non poſſunt procedere alij Iudices præter Senatorem, vel eius Collaterales, & num. 98.*

99 *Iudices omnes alicuius Collegij, Ciuitatis, vel Vniuerſitatis non poſſunt allegari ſuſpecti.*

100 *Marchio Nigrellus Senator Vrbis laudatur.*

103 *Cardinales non poſſunt allegari ſuſpecti ſecundum aliquos.*

104 *Opinio contraria retinetur vti verior, & quod remoueantur in totum, & num. 105.*

106 *Iudices appellationum, & Commiſſarij poſſunt allegari ſuſpecti, & num. 107., & 108.*

109 *Clerici Cameræ poſſunt allegari ſuſpecti, & quomodò.*

110 *Intellige cum cauſa, & ea approbata à Camera Clerico recuſato abſente, ſecus ſine cauſa.*

111 *Clerici Cameræ in cauſis Coniunctorum vſque ad quartum gradum excluſiuè non poſſunt dare votum, & num. 113.*

122 *Idem ſi habeant intereſſe in cauſa, nam debent dùm cauſa diſcutitur recedere à Camera.*

155 *Auditores Rotæ non poſſunt procedere in cauſis eorum familiarium, vel conſanguineorum, & Affinium, vſque ad ſecundum gradum.*

116 *Fallit ſi conſentiant partes, quarum fauore hoc fuit inductum.*

117 *Rotæ Auditores in cauſis conſanguineorum, vel affinium non procedunt, vſque ad ſecundm gradum, & Clerici, vſque ad tertium incluſiuè afferuntur rationes differentiæ, & num. 119. ad 121.*

122 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt allegari ſuſpecti.*

123 *Super cauſis ſuſpicionis Inquiſitorum recurritur ad ſacram Congregationem S. Officij.*

124 *Inquiſitores non poſſunt ex hoc recuſari, quia agatur de cauſis Miniſtrorum S. Officij.*

125 *Concilium Prouinciale poteſt recuſari.*

126 *Executor Rotæ in partibus datus ad faciendum examen poteſt recuſari.*

127 *Executor merus datus ad exequendam ſententiam non poteſt recuſari.*

128 *Poteſt tamen recuſari executor mixtus.*

129 *Executor merus poteſt recuſari ſi excedat formam ſibi datam in exequendo.*

130 *Epiſcopus in cauſis ſuæ Eccleſiæ, & Menſæ poteſt eſſe Iudex.*

131 *Poteſt tamen recuſari.*

132 *Epiſcopus in cauſis ſuæ Menſæ veriùs eſt, quod non poſſit eſſe Iudex, licet non recuſetur, & num. 138.*

134 *Vicarius non poteſt cognoſcere cauſas Menſæ ſui Epiſcopi.*

135 *Contrarium probatur tanquàm veriùs ſi non allegetur ſuſpectus, & num. 136. 137., & 139.*

140 *Epiſcopus, & eius Vicarius in cauſis Eccleſiæ legitimè procedunt donec recuſentur.*

141 *Vicarius Epiſcopi in cauſis Eccleſiæ ſui Epiſcopi poteſt recuſari.*

142 *Epiſcopo ſuſpecto poteſt eius Vicarius recuſari, & num. 143.*

144 *Vicario ſuſpecto non eſt ſuſpectus Epiſcopus, exceptis cauſis Eccleſiæ, & Menſæ.*

145 *Epiſcopus poteſt cognoſcere de cauſis ſuſpicionum ſui Vicarij, quando non agitur de intereſſe propriæ Eccleſiæ, & Menſæ.*

146 *Epiſcopus poteſt recuſari vtì ſuſpectus, ſuſpecto Vicario, quando huius votum ſequi tenetur.*

147 *Epiſcopo ſuſpecto non eſt talis Vicarius Apoſtolicus, dùm non dependet ab Epiſcopo.*

148 *Epiſcopus poteſt allegari ſuſpectus quando procedit ad priuandum Clericum beneficio ob non reſidentiam.*

149 *Epiſcopus in Viſitatione non poteſt allegari ſuſpectus.*

150 *Intellige ſi procedat extraiudicialiter ad correctionem morum, ſecùs ſi iudicialiter ad pœnam, vel priuationem, & num. 151.*

152 *Abbates, Prouinciales, ac Superiores Regulares non poſſunt allegari ſuſpecti ſi procedant extraiudicialiter ad correctionem morum.*

153 *Secus ſi iudicialiter, & cum proceſſu.*

154 *Suſpecto Barone poſſunt eius officiales recuſari tanquam ſuſpecti.*

155 *Suſpecto Prorege, vel Præſide eſt ſuſpectum totum Concilium.*

156 *Suſpecto Gubernatore poſſunt recuſari tanquam ſuſpecti eius Auditores, ac miniſtri.*

157 *Procedit licet Auditores ſint deputati à Papa, ſi dependeant à Gubernatore.*

158 *Collaterales Capitolij non poſſunt recuſari vti ſuſpecti, ex quo ſit ſuſpectus Senator.*

159 *Suſpecti ſi ſint Cardinalis Vicarius, Gubernator Vrbis, vel A. C., non ob hoc ſunt tales eorum Locumtenentes.*

160 *Ludouic. deciſ. Peruſ. 108. declaratur.*

161 *Collaterales Capitolij, ac Locumtenentes A. C., Vicarij, ac Gubernatoris Vrbis habent Iuriſdictionem immediatam à Papa.*

162 *Suſpectum non poteſt allegari totum Concilium, totum Capitulum, integra Camera, vel vniuerſa Ciuitas.*

163 *Si tamen caput Concilij, vel Senatus ſit ſuſpectum tunc totum Concilium, ac Senatus poteſt recuſari.*

69 EXceptis ſupremis Principibus Superiorem non recognoſcentibus, qui non poſſunt allegari ſuſpecti *Pacian. de Prob. lib. 2. cap. 45. n. 94. Pax Iord. lucubr. diuerſ. lib. 13. tit. 4. num. 45., & 46.*

& 46.vol.3. Caraſc. ad leg. Recopill.cap.9. num.19.,
& 20. Borgnin. deciſ. 28. num. 111. part. 2. plenè
Fermoſin. in cap. ſi quis contr. q. 1. num. 6. 11., &
70 24., & infra de foro competen. : prout non poteſt
allegari ſuſpectum Concilium Generale conuoca-
tum authoritate Papæ, cum repreſentet ipſum
Papam, eiuſque Eccleſiam Catholicam Roma-
nam, & tota Eccleſia à Spiritu Sancto edocta er-
rare non poteſt, Pacian. dict. cap. 45. num. 99. Fer-
71 moſin. in dict. cap. ſi quis contra q.7. num. 1. & ſeq.,
cæteri alij omnes Iudices Superiorem recognoſcen-
tes poſſunt allegari ſuſpecti Ioſeph. Ramon. conſ. 2.
per tot. Creſp. de Valdaur. obſer. 9. num. 48.

Vndè poſſunt allegari ſuſpecti omnes Iudices
72 tàm ordinarij, quàm delegati, ve generaliter de
ordinarijs dictum fuit ſupra artic. 1., & poſt con-
geſtos Petr. Rit. 265. num. 83. tom. 2.

Et, quod Delegati poſſint allegari ſuſpecti
73 probatur per text. in capit. cum ſpeciali 61. de
appellat. capit. 2. eadem tit. in 6., & leg. cum aper-
tiſſimi, vbi gloſ. in verbo recuſare C. de Iudic.; qui-
nimò delegati facilius allegantur ſuſpecti, quàm
74 Ordinarij, & cum minori cauſa, cum Iuriſdictio
delegata, tanquàm accidentalis ſit debilior Iuriſ-
dictione ordinaria, quæ eſt naturalis, & ſic for-
tior Nouar. ſuper Pragm. Regn. Neapol. Rubr. de
ſuſpic. official. Collect. 1. num. 7. Ambroſin. deciſ. fori
Epiſ. Peruſ. 50. num. 1. part. 2.; ideoque delega-
tus ad cauſas particulares etiam à Principe po-
75 teſt de Iure ciuili tanquam ſuſpectus recuſari ſo-
lo Iuramento abſque aliqua expreſſione, & proba-
tione cauſæ Ab Eccleſ. obſer. 73. num. 1. & 2. verſ.
de Iure autem Ciuili.

Intratque recuſatio tam Iudicis Ciuilis, quam
76 etiam Criminalis, vbi agitur de grauiori cauſa
dict. cap. cum ſpeciali de appell. Berart. de viſit. of-
fic. cap. 6. num. 6., & 7. Oſaſch. deciſ. 15. in prin-
cip., & num. 8. & 9. Chriſtin. deciſ. Belgic. 148. nu.
14. part. 2.

Poſſunt recuſari Gubernator Vrbis, Vicarius,
77 A. C., ac eorum Locumtenentes, Senator Capi-
tolij, ac eiuſdem Collaterales, qui omnes ſunt
in Vrbe Iudices ordinarij, & de hoc dubitari ne-
quit, ex ſupradicta regula, quod omnes Iudices
Ordinarij recognoſcentes ſuperiorem poſſunt al-
legari ſuſpecti, quæ regula fulcitur à quotidiana
praxi.

Et licet alias bo. me. Marchio Nigrellus Vrbis
Senator ſuper hoc habuerit difficultatem, credens
ſe Senatoria dignitate præfulgentem non poſſe
recuſari tamquam ſuſpectum, nihilominus, ego
78 ab eo requiſitus cænſui, & ipſum ſubiacere recu-
ſationi, ex quo Senator Vrbis eſt merus Iudex Or-
dinarius, & recognoſcit Papam, ac ſubiacet ſta-
tutis Vrbis, licet faciat figuram primi Iudicis in
Curia Capitolina, vnde ſicut Vicarius, A. C., &
Gubernator Vrbis in eorum Tribunalibus exer-
centes myniſterium primorum Iudicum, licet ſint
in illis capita ſubiacent ex praxi recuſationi, ità,
& Senator ex dicta regula, quod omnes Iudices Su-
periorem recognoſcentes poſſunt allegari ſuſpe-
cti, & ſuper hoc puncto, quod Senator poſſit alle.
ſuſpectus, ſic cænſui ex rationibus deductis in vo-
to, quod hic inſeritur, & cum illo idem Senator
proceſſit, & in ſui locum deputauit de conſenſu
partium me tunc Secundum Collateralem, &
voti tenor eſt, qui ſequitur.

Poſſe Excellentiſſimum Senatorem Vrbis alle-
gari ſuſpectum etiam in cauſis concernentibus
intereſſe Notariorum Capitolij exiſtimo, & ſic
requiſitus ab eodem D. Senatore mei voti ratio-
nes, in ſcriptis retuli.

Et motus fui ex quo inter Ciues, & Incolas, ac
79 Diſtrictuales Romę ſeruatur Ius Ciuile ex ſtat. Vrbis
lib. 1. cap. 7. & 42., & ex diſpoſitione Iuris Ciui-
80 lis quilibet Iudex abſque aliqua expreſſione cau-
ſæ cum ſolo Iuramento poteſt allegari ſuſpectus
l. apertiſſimi C. de Iudic. Ridolph. in pax. part. 1. cap.
7. num. 126. Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 12. nu.
13. Giurb. deciſ. 48. num. 3., & conſonat littera
eiuſdem ſtat. Vrb. 12. lib. 1., vbi dum diſponitur
ſuper ſuſpicione Collateralium Senatoris ad vn-
guem proceditur cum diſpoſitione Iuris commu-
81 nis; quodque de Iure Ciuili abſque alia expreſſio-
ne cauſæ Iuramentum in allegatione ſuſpicionis
habeatur pro cauſa legitima, probat Fenzon.
ad idem ſtatut. 12. nu. 14. ad 17. Giurb. deciſ. 48.
num. 3., & 5.

Nec Senator Vrbis eximitur à tali allegatione
ſuſpecti ob eius præfulgentiſſimam dignitatem,
quia omiſſo quod illa excelſa dignitas Senatoria,
cui antiquitus præfuere Reges, ac etiam Pontifi-
82 ces, hodie remanet notabiliter diminuta ſaltem
quoad Iuriſdictionem, dum Senatoris poteſtas
eſt reſtricta ad ea, quæ ipſi ex ſtatutis Vrbis de-
mandata ſunt, & ipſe quoque licet primus Iudex,
83 & Caput Tribunalis in Capitolio eſt ſubiectus Syn-
dicatui, & alijs, de quibus in ſtatut. Vrbis lib. 1.
cap. 7., & 13. (licet quoad ſyndicatum adſit ob-
ſeruantia contraria, dùm nec Senator, nec eius
Collaterales, ac Iudices hodie ſyndicantur) & ſic
in Senatore noſtri temporis non poſſunt conſide-
rari illæ præeminentiæ, quibus perfruebantur an-
84 tiqui Senatores; reſpondetur vlteriùs, quod om-
nes Iudices recognoſcentes Superiorem poſſunt al-
legari ſuſpecti Pariſ. conſ. 31. num. 97. lib. 1. Io-
ſeph. Ramon. conſ. 3. latiſſimè, Marcheſan. de Com.
pt. 2. de Iud. ſuſpic. c. 8. §. 2. n. 9. fol. 391., vnde
dum Senator Vrbis nedum recognoſcit in Supe-
riorem Papam, ſed ipſa ſtatuta Vrbis, quibus ſu-
bijcitur, quæque debet obſeruare, & obſerua-
ri facere ex ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 7., propterea
poteſt allegari ſuſpectus; ſicut, & ipſi Proreges,
quorum authoritas, maieſtas, ac Imperium
85 eſt valdè ſublime, cum ſtent loco Regum,
poſſunt recuſari tanquam ſuſpecti, vt latè
poſt relatos probat Ioſeph. Ramon. conſ. 3. per
tot., & in ſpecie quod Senator Vrbis poſſit allega-
ri ſuſpectus abſque expreſſione Cauſæ Rot. deciſ.
135. num. 4. part. 1. recent.

Quinimmò ipſimet Cardinales (qui licet ſint
dignitate, maieſtate, ac Iuriſdictione in Eccleſia
Dei Eminentiſſimi, & ob dicantur cardines Ec-
cleſiæ, & ſint pars Corporis Papæ, ac ipſius fra-
tres, vt plenè probat Lotter. de re benefic. lib. 1. q.
86 8. ferè per tot.) poſſunt allegari ſuſpecti, Paris
conſ. 31. num. 38., & infrà lib. 1. Rolan. conſ. 19.
num. 17. lib. 3. Ramon. dict. conſ. 3. num. 21., Ver-
migl. conſ. 432. num. 15. Barbat. de præeminent. Car-
dinal. quæſt. 5. num. 12. Gambar. de off. & poteſtat.
legat. de later. lib. 8. cap. 1. num. 124., & ſeqq. Lau-
rent. de Iudic. ſuſpect. cap. 2. num. 14. verſic. recuſa-
ri Cardinalem, Marcheſan. de Commiſſ. part. 2. de
Indic. Suſpic. §. 2. num. 9. fol. 391. Taſſon. de An-
teſat.

Digitized by Google

*teſat. obſeru. 2. verſic. ſecundo num. 114. in fin. Ca-
ualcan. deciſ. 28. num. 109. part. 2.*, & eſt ratio,
quia tali recuſationi quilibet alteri ſubiectus (li-
cet ampliſſimæ dignitatis, & Iuriſdictionis exi-
ſtat,) eſt obnoxius, & ab illa ſolus Princeps Su-
87 premus Superiorem non recognoſcens eximitur,
vt plenè probat *Ioſeph. Ramon. alleg. conſ. 3.*

Exceptio namque recuſationis Iudicis vti præ-
88 ſeferens defenſionem fauorabilis eſt, *Rot. deciſ.
562. num. 8. coram Merlin.*, & *in Gerunden. Ad-
miniſtrationis Epiſcopatus coram Robuſterio num. 1.
apud Marcheſan. de Commiſſ. part. 2. de Indic. ſuſ-
89 pic. fol. 288.*, ex quo periculoſum, & graue eſt
coram ſuſpecto Iudice litigare *cap. quia ſuſpecti 3.
quæſt. 5. l. apertiſſimi C. de Iudic.*, *Gaill. obſer. 39.
num. 8. lib. 1.*, *Oſaſch. deciſ. 15. num. 2. Giurb de-
ciſ. 48. num. 1.*, & *deciſ. 54. num. 2. Fontanell. de-
ciſ. 1. num. 11*; itaut ſola allegatio ſuſpicionis
in perſonam D. Senatoris ſit releuans cauſa ob
90 quam ipſe debeat abſtinere à cognitione cauſæ,
cum per illam Iudices afficiantur iniuria, & ſo-
leant indignari *l. litigatores ff. de arbitr.*, *Gaill.
dict. obſer. 39. num. 7. Giurb. deciſ. 48. num. 2.*, &
deciſ. 54. num. 2. Fontanell. deciſ. 1. num. 4., & abſ-
que dubio, dum Senator in cauſa hac, in qua
allegatur ſuſpectus iudicauit, & proceſſit ad de-
liberationem Officij Notariatus Capitolini, qua-
ſi de facto, & cum pluribus nullitatibus, & exceſ-
ſibus.

Non obſtat motus proprius Sixti V. ſuper ere-
ctione Collegij Notariorum Curiæ Capitolij,
quia per illum ſolum diſponitur, quod in cauſis
proprijs Notariorum, vel eorum familias, & of-
91 ficia concernentibus procedat dumtaxat Sena-
tor, vel alter ex eius Collateralibus *appellatione,
reſtitutione in integrum, ac recurſu remotis*, & quod
in illis non audiatur appellans, niſi parito Iudi-
cato, & refectis prius expenſis, & hoc caſu ſolum
per viam reuiſionis audiatur ſemel in Aſſettamen-
to, non autem tollitur recuſatio Senatoris, vel
Collateralium, & dum Princeps de ea in motu
92 proprio non fuit loquutus, non cæuſetur ſubla-
ta, vti præſeferens naturalem defenſionem de
Iure naturæ competentem, *Marcheſan. dict. §. 1.
numero 78.*, & in puncto quod Clauſula appel-
93 latione remota non operetur, quod Iudex cum
illa procedens non poſſit allegari ſuſpectus aduer-
tit *Cherubin. in ſuis Schol. ad Bullar. Roman. ſuper
Conſt. 16. Gregorij XIII. Schol. 2.*

Quinimmò non poſſe per Principem Supre-
94 mum tolli recuſationem Iudicis tanquam ſpe-
ciem defenſionis prouenientem à Iure naturæ fir-
mant. *Abb. in cap. ad hec num. 8. de reſcript. Mar-
cheſan. alleg. §. 1. n 66.*, & *67. fol. 383. part. 2.
præclarè Ioſeph. Ramon. conſ. 3. num. 89. ad 93. Ca-
uagnol. ad decret. Montis Ferr. in obſer. ad decret. 20.
§. 1. quæſt. 10. num. 2.*, & *ſeqq. qui Ramon.*, & *Ca-
uagnol.* adducunt rationem, quia grauius eſt re-
95 cuſationem Iudicis, quam appellationem prohi-
bere, ex quo facultas recuſandi Iudicem eſt ſpe-
cies defenſionis, quæ à Iure naturali deſcendit,
& facultas appellandi procedit à mero Iure Ciui-
li, cui, & non illi poteſt Princeps ſupremus de-
rogare etiam de poteſtatis plenitudine abſoluta,
nam hæc ſecundum *Cauagnol.*, vbi proximè, hoc
caſu præſeferret tirannidem.

Quinimmò quandò fuiſſet per motum pro-
96 prium Sixtinum ſublata recuſatio, quod negatur,
adhuc intelligeretur ſublata friuola, non autem
releuans recuſatio, *Ramon. dict. conſ. 3. num. 92.*
hic autem ſatis iuſta, ac releuans eſt cauſa recu-
ſationis propoſita contra D. Senatorem, quia
ſcilicet agitur de reintegratione ſuper Officio
ſpoliatiuè, & nullo Iuris ordine ſeruato, alias de-
liberato cum mandato eiuſdem D. Senatoris, &
ſic pars ſpoliata, & petens reintegrari ſuper Offi-
cio poteſt iuſtè reformidare, quod Iudex qui nul-
liter, ac cum exceſſu procedendo ſpoliauit, no-
lit recedere ab eo, quod alias fecit.

At licet D. Senator debeat pro ſua ſolita Iuſti-
tia, ac erga omnes vrbanitate admittere recuſa-
tionem de ſe factam, nihilominus prætenſio, quod
cauſa debeat cognoſci per Iudicem deputandum
extra Capitolium debet reijci, cum enim ex dicto
97 motu proprio Sixti V. cauſæ Notariorum de-
beant cognoſci à Senatore, vel ab altero ex Col-
lateralibus Capitolij, & tunc *appellatione remota
parito iudicato, ac refectis expenſis* ſemel detur re-
uiſio in Aſſettamento, ex quo Aſſettamentum
98 componitur ex Senatore, duobus Collateralibus,
ac Iudice Criminali, ſi admitteretur recuſatio
trium Iudicum, actum eſſet de Aſſettamento in
huiuſmodi cauſis, & eluderetur diſpoſitio motus
proprij Sixtini.

Vltra quod etiam de Iure Communi omnes Iu-
99 dices vnius Collegij, Concilij, vel Vniuerſitatis
non poſſunt allegari ſuſpecti, *Gaill. obſer. 34. nu.
2.*, & *3. lib. 1. Marcheſan. de Commiſſ. part. 2. de
Indic. ſuſpic. §. 2. num. 3.* & *ſeqq.*

Placuerunt prædicta motiua bo. me. Marchio-
100 ni Iulio Cæſari Nigrellio Nobili Ferrarienſi, &
tunc Senatori, viro ſagaciſſimo, ac rerum expe-
rientia clariſſimo, vnde de conſenſu partium ad-
miſſa recuſatione de ſe facta deputauit me tunc
Secundum Collateralem, qui cauſa diù diſcuſſa,
& examinata, reintegrationem conceſſi ſuper Of-
ficio, non attenta deliberatione, ex quo ſpolia-
tiua ex pluribus nullitatibus, & ratione exceſſus
cumulatis in particulari voto in illa cauſa per
me extenſo, itaut mea ſententia fuerit per partes
acceptata – *Hactenus votum*.

Nunc redeundo ad materiam Iudicum, qui re-
101 cuſari poſſunt, dic quod poteſt etiam recuſari
Prorex, licet teneat magiſtratum Regi Principi
ſupremo proximum, ex quo ſubeſt Regi *Imol.
Conſ. 91.* qui loquitur ſuper recuſatione Proregis
Regni Neapolitani, *præclarè Ramon. conſ. 3. per
tot.*, & *ſignanter à num. 29.*, & *infrà Caraſc. adleg.
Recopill. cap. 9. num. 5.*, & *15. in fine Fermoſin.
in alleg. cap. 4. q. 16. num. 10. Solorzan. de Iur. In-
diar. tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 63.*, & *64. Creſp.
de Valdaur. obſer. 9. quæſt. 6. num. 48. Maſtrill. de-
ciſ. 151. num. 79. Caſtill. deciſ. Sicil. 53. num. 5.*, &
dictum fuit ſupra hic num. 85.

Quinimmò poſſunt etiam recuſari S. R. E.
102 Cardinales, ac Legati de Latere *Rolan. à Vall.
conſ. 19. num. 17. lib. 3. Pariſ. conſ. 31. num. 97.
lib. 1. Ramon. conſ. 3. num. 22. Decian. reſponſ. 26.
num. 14. lib. 1. Caraſc. dict. cap. 9. num. 4. Fermoſin.
in dict. cap. ſi quis contra q. 8. per tot.*, *Pacian. de
probat. lib. 2. cap. 33. num. 15. qui vltimo loco re-
fert. hanc opinionem Caualcan. deciſ. 28. num. 110.
part. 2.*; quod præcipuè procedit in cauſa alte-
rius Cardinalis *Fermoſin. dict. quæſt. 8. num. 8. in
fine*,

fine , *& firmatum fuit ſupra hic numero* 88.
Contrarium tamen tenent plures Canoniſtæ re-
103 lati *à Pacian. dict. n.* 15. ob Eminentiſſimorum
Cardinalium dignitatem , & integritatem , de
quorum propretà perſonis non eſt pertimeſcen-
dum , cum omnibus iuſtitiam tanquam præcipua
membra Eccleſiæ Catholicæ ritè adminiſtrent ,
& hoc nemine allegato , & per tranſenam ſuppo-
nit *Rot. deciſ.* 307. *num*, 17. *part.* 18. *tom.* 1. *recen.*
At non diſcedo à prima opinione , cum & ipſi
104 recognoſcant in ſuperiorem Papam Catholicæ
Eccleſiæ Capue viſibile; benè verum eſt, quod ad il-
los recuſandos requiritur magna cauſa , & tunc
nō recuſantur in totum, ſed datur adiunctus alter
Cardinalis , *vt ex Mandoſ.*, *& Laur. de Iudic. ſuſ-*
105 *pect. cap.* 1, *num.* 13, *&* 14. *refert. Fermoſin. al-*
leg. quæſt. 8. *num.* 2. *verſic. vbi quod Cardinali* , at
ipſi talis opinio non placet , ſed tenet remoueri
in totum .
Poſſunt etiam recuſari in Vrbe Iudices in gra-
106 du appellationis procedentes , vt ſunt Capita-
neus Appellationum in Curia Capitolij , Prælati
Iudices Commiſſarij , Camera , & Rota .
Et primo quoad Capitaneum Appellationum
107 poſſe allegari ſuſpectum in principio litis , vel
ex rationabili cauſa in illius proſecutione fuit
ſancitum per *Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 186. , & tali
caſu ex eodem Statuto datur Conſultor , cuius
conſilio cauſa terminatur , ſuper quo plura dixi
in Annot. ad dict. Stat. 186. ibi videnda .
Secundo recuſantur tanquam ſuſpecti Iudices
108 Commiſſarij, hoc eſt Prælati , vel alij, qui pro-
cedune in cauſis appellationum vigore commiſ-
ſionum , & talis recuſatio in Vrbe admittitur
etiam nulla probata , nec expreſſa cauſa recuſa-
tionis , ſi proponatur in principio cauſæ , & antè
conſenſum in Iuriſdictionem ex notoria praxi
etiam primis Curiæ Tyronibus benè nota ; ſi verò
proponatur poſt conſenſum in Iuriſdictionem
debet exprimi cauſa recuſationis , quæ poſteà ſu-
peruenerit , vel ſi aderat prius , erat nihilominus
ipſi recuſanti ignota , vt firmatum fuit ſupra hic
artic. 1. *num.* 48. , *& ſeqq.*
Etiàm Tribunal Cameræ , eiuſque Clerici poſ-
ſune recuſari in caſibus expreſſis *in Conſt.* 87.
109 *Pij IV.* §. *quicumque autem* 9. *Bullar. nou. tom.* 2.,
quæ conſtitutio Pij IV. fuit innouata per *Conſt.* 71.
Pauli V. Rubr. de Camerario , & Camera Apoſtoli-
ca , quæ recuſatio ex dictis Conſtit. contra Cleri-
cos, vel alios Camerales nō admittitur, niſi expreſ-
ſa ſuſpicionis cauſa , illaque abſente recuſato vti
ſuſpecto in Camera diſcuſſa, eaque à pluribus ap-
110 probata , Clericus, vel Cameralis ſuſpectus iu-
dicatus, in illa cauſa nullo modo ſe intromittere,
aut intereſſe debet, ſi verò ſuſpicio probari nequi-
uerit , nulla de eà habeatur ratio .
Et vlterius in *dict. Conſt.* 87. *Pij IV.* §. *cauſæ*
8., *innouata per Conſt.* 71. *Pauli V. in allegat. Rubr.*
de Camerario §. *coniunctorum* diſponitur , quod
111 cauſæ coniunctorum, & propinquorum alicuius
Clerici ad quartum gradum excluſiuè ipſi Cleri-
co nullatenus committantur , nec quiſquam eo-
rum ſibi commiſſas audiat , ſed eas expreſſa cau-
ſa recuſet .
Ampliùs *in* §. *nec etiam* additur , quod in diſ-
cuſſionibus cauſarum, in quibus aliquis Clericus,
112 vel Aſſiſtens in Camera aliquod intereſſe præ-
tendere poteſt nullo modo intereſſe , nec aliquod
votum dare debeat , ſed ſtatim ab ipſa Camera ,
dum cauſa proponitur , etiam iniuſſus egredi te-
neatur .
Quocirca in cauſis coniunctorum vſque ad ter-
tium gradum incluſiuè , in quibus aliquis Cleri-
113 cus , vel Aſſiſtens in Camera habet aliquod in-
tereſſe , illi eſt ſublata poteſtas iudicandi , & ſic
licet non fuerit allegatus ſuſpectus ipſo Iure caret
Iuriſdictione, nec poteſt in illis intereſſe in Came-
ra , nec votum dare .
Quo verò ad Sacræ Rotæ Auditores *ex Conſt.*
44. *Pij IV.* §. *cauſæ autem* 9. *Bullar. nou. tom.* 2. in-
114 nouata per eadem verba per *conſt.* 71. *Pauli V.*
Rubr. de Auditorio Rotæ eodem §. *cauſæ Bullar. nou.*
tom. 3. ipſa Rota in certis cauſis caret Iuriſdictio-
ne , itaut non poſſit procedere in cauſis Audito-
rum proprijs , vel eorum familiarium , vel Con-
ſanguineorum , & Affinium , vſque ad ſecun-
dum gradum ſecundum Ius Canonicum compu-
tandum ,
Videtur per dicta verba abſolute denegata Au-
ditoribus Rotæ , ac ipſi Rotæ poteſtas proceden-
115 di in huiuſmodi cauſis , itaut in illis careat Iu-
riſdictione , etiamſi non ſint recuſati ex bene tra-
ditis *per Caraſc. ad leg. Recopill. capit.* 2. *num.* 64.
& ſeq.
Sed cum ratio Conſtitutionum , quæ debet at-
tendi, fuerit prouidere litigantibus cum Audito-
ribus Rotæ, eorumque Familiaribus, Conſangui-
neis , ac Affinibus , ne poſſent timere in eorum
cauſis , hinc ſi ipſi litigantes , quorum fauore eſt
inductum , vt Auditores debeant ſe abſtinere in
116 cauſis huiuſmodi cognoſcendis , ac decidendis,
nihil opponant, ſed maliut ſe ſubijcere rectoiudi-
cio Rotæ , verius eſt quod Rota poſſit procedere,
cum Iuriſdictio non ſit ſimpliciter ſublata , ſed
fauore litigantium , cui poſſunt renunciare .
Magna ex prædictis conſtitutionibus Pij IV. ,
& Pauli V. inſurgit differentia inter Tribunal
Rotæ , & illud Cameræ , inter Rotæ Auditores, ac
117 Clericos , & Aſſiſtentes in Camera , nam in
Rota ſolùm prohibetur cognitio cauſarum vſque
ad ſecundum gradum conſanguinitatis , vel affi-
nitatis , in Camera vſque ad quartum gradum
excluſiuè, & ampliùs poſſunt Clerici ex iuſta cau-
ſa per Cameram cognoſcenda recuſari non ſic
Auditores Rotæ, & ſic quoad hoc Rotæ Tribunal
remanet magis priuilegiatum .
Talis differentiæ rationes poſſunt plures aſſi-
gnari, Prima quia in Rota non vertitur adeò ma-
118 gnum præiudicium , cum ab illa prodeant de-
ciſiones in cauſis, ex quibus habentur motiua re-
ſolutionis captæ , quibus , ſi non benè ſubſiſtant
in facto , vel in Iure , poteſt per partes reſponde-
ri, quod non euenit in Camera , à qua regulariter
ex ſtylo non prodeunt deciſiones, ſeù vota .
Secunda poteſt eſſe ratio , quia in Camera om-
nes Clerici votant in qualibet cauſa, & ſic in tali
119 Tribunali verſatur maius præiudicium , quam
in Rota , cum ſemper in omni inſtantia cogno-
ſcant cauſam ijdem Clerici , quod non euenit in
Rota , vbi cuilibet Auditori cauſæ Ponenti cor-
reſpondent in votando in omni inſtantia ſolùm
quatuor Auditores nuncupati Correſponſales in
Turno , & ſic in alijs inſtantijs mutatur Turnus
Correſponſalium , & in mutatione Turni Audito-
rum

Digitized by Google

rum perſæpè cum mutatione ingeniorum muta-
tur fortũna, ex quo tot homines, tot ſententiæ.
Tertia ratio videtur poſſe conſiderari, quia in
120 Camera cauſæ pro maiori parte ſunt Camera-
les, & in illis directè, vel indirectè habet intereſſe
fiſcus Cameræ Apoſtolicæ, vnde Pontifices vo-
luere, quod litigantes cum fiſco eſsent ſecuri, &
litigarent ſine ſuſpicione, nec propterea permiſe-
runt, quod fiſcus illos terreat cum cætu Camera-
lium non confidentium, ſed ſuſpectorum.
Quarta demùm ratio poteſt conſiderari, quod
in Rota adſunt tres Auditores origine Romani,
121 & vnus Bononienſis, & non modica pars cau-
ſarum in Rota vertentium eſt Romanorum, ac
Bononienſium, & dicti Auditores habent Con-
ſanguineos, & Affines non paucos habentes cau-
ſas in Rota, vndè opus fuit in hoc Tribunali re-
ſtringere gradus Conſanguinitatis, & Affinitatis
alias contingeret, quod in illo exiguus nume-
rus cauſarum Romanarum, & Bononienſium
poſſet cognoſci, quod redundaret in graue liti-
gantium præiudicium, ex quo cauſæ in Tribunali
Rotæ, vt omnibus notum eſt, exactiùs examinan-
tur, quàm in alijs Tribunalibus, vndè & ipſæ ſa-
cræ Congregationes Cardinalium non dedignan-
tur in cauſis arduis coram ipſis pendentibus per-
ſæpè exquirere votum Rotæ.
Hæ diſparitatis rationes inter Tribunalia Ro-
tæ, & Cameræ, ſunt puræ reflexiones mei debilis
Ingenij, credo tamen quod ſubſiſtant, & quod
ob illas moti fuerint Pontifices ad ſtatuendum in
hac materia diuerſum Ius inter Rotam, & Ca-
meram.
Relictis Iudicibus Almæ Vrbis circa illorum
recuſationem progrediẽdo ad alios Iudices in ge-
122 nere, dic quod poſsunt etiam allegari ſuſpecti
Inquiſitores hæreticæ prauitatis, *Ramon. conſ. 3.
num. 24.* ſi ſuſpicio proueniat ex cauſa inimici-
tiæ, vel ex alia cauſa grauiſſima *Farin. de Hæreſ.
quæſt. 185. num. 236. Caraſc. ad leg. Recopill. cap.
9. num. 24. Caſtropal. oper. moral. tom. 1. tract. 4.
diſputat. 8. punct. 8. num. 1.*, vbi teſtatur etiam de
conſuetudine *Caren. de offic. Sanct. Inquiſ. part. 3.
tit. 9. §. 18. num. 86.* vbi addit, quod tali caſu ſu-
per cauſis ſuſcipionis non eliguntur arbitri ſed
123 recurritur ad Supremum Tribunal Sacræ Con-
gregationis ſuper hæretica prauitate, & idem te-
net *latè Fermoſin. in cap. ſiquis contrà 4. quæſt. 16.
num. 3., & ſeq. de foro competen.*, vbi *num. 7.* te-
ſtatur hanc opinionem pro recuſatione eſse ve-
riorem.
Non poſsunt tamen Inquiſitores ex hoc recuſa-
ri quia agatur de cauſis Miniſtrorum, ac Officia-
124 lium ſancti Officij *Fermoſin. ibid. num. 8. & 9.*
Poteſt recuſari Concilium Prouinciale *Fermo-
125 ſin. vbi proximè quæſt. 7. num. 3. & ſeq.*
Pariter executor Rotæ in partibus delegatus
ad faciendum examen, & poſt recuſationem ſuſ-
126 penditur eius Iuriſdictio in examine, licet in
Rota ſit diſcutiendum an cauſæ recuſationis ſint
nec ne ſufficientes *plenè Rot. deciſ. 107. per tot. p.
4. recen.*
Non poteſt tamen recuſari merus Executor,
dum alienam tantum exequitur ſententiam, &
127 limitatam habet exequendi facultatem, vnde
non poteſt in aliquo partes grauare *Ab Eccleſ.
obſeruat. forenſ. 72. numer. 10. part. 2. Pigant.
ad ſtatut. Ferrar. Rubr. 39. num. 28. Fermoſin. vbi
ſupra quæſt. 1. num. 17. & ſeq Caualcan. deciſ. 28.
num. 95 part. 2.*
Fallit in Executore mixto *Ab Eccleſ., & Pigant.
128 vbi proximè Fermoſin. dict. num. 17. in fine.*
Fallit etiam ſi Executor extra ordinem, & for-
129 mam ſibi datam procederet *Fermoſin. ibid. num.
20. Ripoll. var. reſolut. cap. 2. num. 69. & infra.*
An autem poſſit recuſari Epiſcopus in cauſis
ſuæ Eccleſiæ vel Menſæ, ſuper hoc puncto, non
ità dilucidè loquuntur Scribentes, & confuſio na-
ſcitur, ex quo plures ex illis non diſtinguunt cau-
ſas Menſæ Epiſcopalis, à cauſis Eccleſiæ, inter
quas notabilis, ac ſubſtantialis verſatur differen-
tia, licet enim multi teneant, quod Epiſcopus poſ-
130 ſit eſſe Iudex in cauſis ſuæ Eccleſiæ, & Menſæ
iuxta Rotæ opinionem *in deciſ. 562. num. 5. co-
ram Merlin. deciſ. 36. num. 15. part. 10. recen., &
deciſ. 541. num. 37. part. 13. tom. 2.*, & quod ſo-
131 lum in huiuſmodi cauſis poſſit Epiſcopus, vel
Iudex ab eo deputatus allegari ſuſpectus *Rot. de-
ciſion. 51. n. 2. coram Otthob., & dict. deciſ. 541.
num. 38. par. 18. recen.*
Nihilominus verius eſt, quod Epiſcopus nul-
latenus ſit Iudex competens in cauſa, in qua agi-
132 tur de intereſse ſuæ Menſæ Epiſcopalis, & con-
ſequenter non poſſit in ea procedere, licet non
recuſatus tanquam ſuſpectus, cum careat iuriſdi-
ctione, ac poteſtate procedendi ex quo agitur de
proprio Epiſcopi intereſse *Surd. conſ. 30. num. 11.
Fagnan. in cap. noſti num. 18. 21. & 22. de elect. in
2. par. lib. 1. decretal. Rot. deciſ. 47. num. 1. ad 3.
confirmata deciſ. 122. num. 20. par. 15. recen.* vbi
133 adducitur etiam *Sperell. deciſ. 43.*, qui idem
firmat *num. 19. & 20.* (licet in ſuo caſu conetur,
ſed malè, defendere contrarium) *& in eadem deciſ.
122. num. 21., & infra declaratur deciſ. 36. num.
15. part. 10. recen.* ſupra in contrarium allegata,
quod procedat quando agitur de cauſa Eccleſiæ,
non Menſæ Epiſcopalis.
An autem Vicarius Epiſcopi poſſit cognoſcere
cauſas Menſę Epiſcopalis, quas non poteſt cogno-
134 ſcere ipſe Epiſcopus *Rot. dict. deciſ. 122. n. 29.
p. 15. recen.* refert opinionem negatiuam.
Sed contraria opinio eſt verior, quam plenè
probat *Sperell. deciſ. 93. per tot. & illam refert
135 Rota dict. deciſion. 122. numer. 28.*, & ratio
huius opinionis ea eſt, nam licet Epiſcopi, &
eius Vicarij ſit idem Tribunal, non eſt tamen
eadem affectio, nec idem commodum conſide-
ratur quoad hoc in Vicario, ac in Epiſcopo vn-
de donec Vicarius in cauſa Menſæ Epiſcopi, &
in qua hic habet intereſse, recuſetur non eſt ar-
cendus ab illius cognitione, cum quoad Vica-
136 rium non dicatur procedere in cauſa proprij
intereſse, ſicut quando procedit Epiſcopus *Fa-
gnan. in dict. capit. noſti num. final. de elect. benè
Thomat. deciſ. 247. num. 58., & infra, tom. 2. qu.
Fagnan. num. 21., & ſeq. refert, Sacr. Congregat
Concil.*, & poſtea Gregorium XIII. reſpondiſse
S. Carolo Cardinali Borromeo Archiepiſcopo Me-
diolanenſi, quod ſi in cauſis affictuum, canonum,
& cenſuum menſæ Archiepiſcopalis eius Vicarius
137 fuerat allegatus ſuſpectus, illi daret adiunctum
confidentem, ex quo apparet, quod cauſa ſpe-
ctabat ad Vicarium, ac ab eo cognoſci poterat,
ſed ob recuſationem erat dandus adiunctus, nam
alias,

Digitized by Google

alias, ſi in Vicario funditus defeciſset iuriſdictio
circa illas cauſas ſpectantes ad menſam Archie-
piſcopalem fuiſſet reſponſum, quod deputaretur
alter Iudex ex integro.

Subſequitur ex prædictis, quod Epiſcopus in
cauſis ſuæ Menſæ prohibetur eſse Iudex, licet non
recuſetur, ex quo agitur de cauſa propria, in qua
138 ipſo iure illi adempta eſt iuriſdictio, vt pro-
bant ſupra relati, *& benè Caraſc. ad leg. Recopill.
cap. 9. num. 64. & ſeq.*; Vicarius autem ritè in
illis procedit, donec recuſetur, cum non intrent
termini cauſæ propriæ, ac proprij intereſse *Fa-
gnan. in alleg. cap. noſti num. 9. & infrà de elect.*,
& facta recuſatione, quæ debet admitti, non po-
139 teſt amplius procedere, *Sperell. deciſ. 93. circa
finem*, & probant cæteræ authoritates ſupra relatę.

Quando autem non agitur principaliter de
cauſis Menſæ, ſed Eccleſiæ, tunc tam Epiſcopus,
140 quàm Vicarius legitimè procedunt, donec re-
cuſentur *Giurb. obſeru. 68. num. 17. Rot. coram
Cæſar. de Graſs. deciſ. 93. alias 4. num. 1. & 2. de
except. deciſ. 72. num. 1. & 2. coram Conin. deciſ.
52. num. 2. coram Ottbobon. deciſ. 195. num. 6. &
7. coram Cerr., & deciſ. 122. num. 21. part. 15.
recentior.*

Poteſt tamen Vicarius recuſari etiam in cauſis
141 Eccleſiæ Epiſcopi *Rot. dict. deciſ. 93. num. 4. co-
ram Cæſar. de Graſs.*, & idem tandem conclu-
dit *Sperell. deciſ. 93.*

Dum enim Epiſcopus eſt ſuſpectus, poteſt etiã
142 recuſari tanquam talis eius Vicarius *cap. inſi-
nuante 25. de off., & poteſt. Iudic. delegat. Surd.
conſ. 50. per tot. Vermigl. conſ. 432. num. 18. &
conſ. 448. ſerè per tot. Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Ru-
br. 39. num. 31. & 33. Staiban. reſol. forenſ. 100.
num. 19. centur. 2. Fermoſin. in cap. ſi quis contra
quæſt. 13. num. 1. & ſeq. de foro competen. Paſſerin.
in cap. ſi contra vnum num. 35. de off. & poteſt. Iu-
dic. deleg. in par. 1. lib. 6. decretal. Cæſar. de Graſſ.
dict. deciſ. 93. num. 4. de except. deciſ. 2. num. 22.
& 23.*, vbi quod hoc eſt verius, & receptius *par.
2. diuerſ., & deciſ. 503. num. 16. coram Merlin.*,
Cuius concluſionis duo ſunt fundamenta, pri-
143 mùm quia Epiſcopi, & eius Vicarij idem eſt
Tribunal, ſecundum quia Vicarius eſt dependens
ab Epiſcopo, ac eius principalis miniſter in ad-
miniſtranda iuſtitia, vnde ob talem cõnexitatem,
& dependentiam adeò arctam, ſi eſt ſuſpectus Epi-
ſcopus, ità & Vicarius.

At exceptis cauſis Menſæ Epiſcopalis, & Ec-
cleſiæ Epiſcopi, in quibus hic habet intereſse,
144 ſuſpecto Vicario non dicitur ſuſpectus Epiſco-
pus *Marcell. Vulp. in prax. for. Epiſ. cap. 25. num.
16. Pax Iordan. var. lucubr. tom. 2. lib. 12. tit. 1.
num. 273.* vbi propterea infert, quod poteſt tali
145 caſu Epiſcopus cognoſcere de cauſa recuſatio-
nis ſui Vicarij, *idem Iordan. tom. 3. lib. 13. tit. 4.
num. 29. Paſſerin. in allegat. cap. ſi contra vnum
num. 35.*

Quando autem Epiſcopus tenetur ſequi votum
146 ſui Vicarij, tunc hoc ſuſpecto eſt etiam ſuſpe-
ctus Epiſcopus, *Staiban. reſol. Forenſ. 110. n. 20.
& 21. centur. 2.*

Ex recuſatione autem Epiſcopi non redditur
ſuſpectus Vicarius Apoſtolicus, quia ab Epiſco-
147 po non dependet, dum ſolent tales Vicarij Apo-
ſtolici tranſmitti à Sede Apoſtolica contra Epi-
ſcopos *dict. Iordan. allegat. tit. 4. num. 30.*

Poteſt Epiſcopus allegari ſuſpectus quando
procedit contra Clericum ad illum priuandum
148 beneficio ob non reſidentiam *Rot. in Alerien.
Parochialis 5. Martij 1660. §. præterea coram Ve-
roſpio.*

Non poteſt tamen allegari ſuſpectus in Viſita-
149 tione *Marcell. Vulp. in prax. For. Epiſ. cap. 25.
num. 17.*

Hoc tamen intellige verum, ſi procedat extra
iudicialiter ad correctionem morum, & diſcipli-
næ Eccleſiaſticæ, ſecus ſi iudicialiter, & compi-
lato proceſſu ad pœnam, vel priuationem, hoc
150 enim ſecundo caſu cum procedatur in forma
iudicij, & liceat appellare ad effectum ſuſpenſium
*Barboſ. de offic., & poteſt Epiſ. alleg. 73. num. 22.,
& ſeq. Fagnan. in cap. ad noſtram num. 11. ad 15. de
appell. in 2. p. decret. Rot. deciſ. 333. num. 3. coram*
151 *Amat. Dunozett.* ità licitum eſt proponere re-
cuſationem, vt probat cum tali diſtinctione *Fer-
moſin. in cap. 4. de for. competen. quæſt. 33. num. 2.,
& infrà.*

Prout Abbates, Prouinciales, ac alij Superio-
res Prælati Religionum, licet non poſſint recuſa-
152 ri tanquam ſuſpecti, quando procedunt per
viam correctionis morum, & ad obſeruantiam
regulæ Religionis *ad text. in cap. irreprehenſibilis,
vbi Franch. num. 8. de appell. Ripoll. var. reſol. c. 2.
num. 16. Caraſc. ad leg. Recopill. cap. 9. num. 25.* ni-
153 hilominus ſi procedant iudicialiter cum pro-
ceſſu per viam inquiſitionis, vel accuſationis,
tunc poſſunt allegari ſuſpecti *Ripoll. dict. capit. 2.
num. 17. ad 19. Caraſc. vbi proximè num. 25.*

Quæritur an ſuſpecto Barone ſint ſuſpecti eius
154 Auditor, & cæteri illius officiales affirmant
*Fermoſin. vbi proximè quæſt. 13. num. 43. Vermigl.
conſ. 432. num. 18. Marcell. de Maur. allegat. 87.
num. 5., & facit Ludouic. deciſ. Peruſ. 108.* vnde
dum Baro non eſt Iudex competens in cauſa pro-
pria, quam habet cum Vaſſallo, ita eſt ſuſpectus
eius Officialis plenè *dict. de Maur. ibid. num. 3.,
& ſeq. Capicc. deciſ. 124. n. 3. & infra Staiban.
reſol. forenſ. 110. num. 113., & ſeqq. tom. 2.*

Et ſuſpecto Præſide, ac Prorege eſt ſuſpectum
155 totum Concilium *Canalcan. de Brach. Reg. 3. par.
num. 315. Ramon. conſ. 3. num. 50., & infra, & ſi-
gnanter n. 64.*; prout ſuſpecto Gubernatore poſ-
156 ſunt recuſari ſuſpecti etiam eorum Auditores,
& Miniſtri, *Caraſc. alleg. cap. 9. num. 22. Fermo-
ſin. dict. quæſt. 13. num. 4., & 35. Ludouic. dict.
deciſ. 108.*

Quæ concluſio, procedit, licèt Auditores po-
157 ſiti ſint à Papa, ſi tamen ſubſint Præſidi, vel
Gubernatori *Ludouic. dict. deciſ. 108. num. 4.*

Recuſato tamen tanquam ſuſpecto Senatore
158 Vrbis non ſunt ſuſpecti eius Collaterales, ex
quo hi non habent iuriſdictionem à Senatore,
ſed à Papa, & in illorum cauſis Senator non ſe
159 ingerit, ſicut ſi ſunt ſuſpecti Cardinalis Vica-
rius, A. C. vel Gubernator Vrbis non ſunt ſuſpe-
cti eorum Locumtenentes ex traditis *per Giurb. de-
ciſ. 27., & confert Fermoſin. in alleg. cap. ſi quis con-
tra quæſt. 13. num. 40., & ſeq. de foro competen.*; &
hæc eſt praxis.

Nec contradicunt tradita per *Ludouic. dict. de-*
160 *ciſ. 108.* vbi fuit deciſum, quod allegato ſuſpe-
cto Gubernatore ſunt etiam ſuſpecti eius Audito-
res

res idemque probat Marcell. de Maur. allegat. 87.
num.6. quia ibi Auditores ſuberant Gubernatori
vt apparet ex eadem deciſ. num.4., & in ijſdem
terminis procedit dict. de Maur., dum loquitur
quando eſt ſuſpectum Caput Tribunalis, à quo alij
Iudices dependent; at Collaterales Capitolij non
ſubſunt Senatori, cum habeant à Papa iuriſdictio-
nem ſeparatam, & ab eorum ſententijs appelle-
tur ad Capitaneum appellationum Iudicem à ſta-
161 tris Vrbis deputatum, nec Locumtenentes Vicarij
Gubernatoris, & A. C. ſubſunt Vicario, Guber-
natori, vel A. C., cum & ipſi habeant propriam
iuriſdictionem ſeparatam, & independentem Im-
mediatè à Papa, & ab eorum ſententijs appelle-
tur ad Sedem Apoſtolicam, & ſuper prædictis
non cadit dubium, cum ab experientia rerum
magiſtra comprobetur.

An verò poſſit recuſari integrum Conſilium,
tota Camera, tota Ciuitas, integrum Capitulum,
vel omnes Iudices, ac litterati alicuius loci, dic
162 regulariter, quod non, cum talis recuſatio vni-
uerſalis cænſeatur facta in fraudem, ſuper quo
articulo videantur plenè *Fermoſin. in loco citato*
quæſt.6., & 7. Petra ſuper Rit.265. num.89. verſic.
recuſationem inſuper tom.2. Xammar. de offic. Iudic.,
& Aduoc. par.1. quæſt.12. num.133. Laurent. de
Iudic. ſuſpect.cap.3. num.15. Apicell. de ſuſpic. offic.
num. 43., & in addit. num.747. & 750. Auendan.
de execut. mand. Reg. 2. par. cap. 23. num. 13. Fon-
tanell. deciſ. 5.; at hoc non procedit ſi ſit ſuſpe-
163 ctum Caput Senatus, vel Concilij, tunc enim be-
nè intrat recuſatio totius Senatus, ac Concilij
plenè Ramon. conſ. 3. ferè per tot., & ſignanter n.
86. & 87., vbi alios refert, & *plures congerit Petra*
d. Rit. 265. n. 90. & dixi ſupra hic 155. & 156.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Recenſentur cauſæ, ob quas Iudices poſſunt recuſari ſuſpecti, & quæ ſint legitimæ, & à Iure approbatæ plenè de illis habetur in Summario; quod tempus recuſanti ad illas probandum concedatur; & quando illæ non ſint probandæ diſcutitur.

SVMMARIVM.

164 Iudices poſſunt allegari ſuſpecti ob omnes illas cauſas, quæ ſufficiunt ad reijciendos teſtes, & num. 242.

165 Iudices cum minori cauſa recuſantur, quam teſtes reijciantur.

166 Iudices poſſunt recuſari ex cauſis in Iure expreſſis, ac etiam ex cauſa ſimili, vel maiori.

167 Cauſæ recuſationis ſimiles, vel maiores in Iure non expreſſæ, quæ ſint remittitur arbitrio Iudicis.

168 Recuſanti Iudicem debet aſſignari terminus ad probandas cauſas ſuſpicionis alias datur appellatio.

169 Recuſatio Iudicis extrà Vrbem debet fieri cum expreſſione cauſæ, alias non attenditur.

170 Iudex recuſatus tanquàm ſuſpectus, ſi recuſatione propoſita in cauſa procedat, ex hoc ſolum redditur ſuſpectus.

171 Cauſa releuans ſuſpicionis contra Iudicem allegata, & non probata, habetur pro ſufficienti, pro recuſatione.

172 Cauſa ſuſpicionis contra Iudicem ſi citrà ſcandalum non poſſit allegari, tunc recuſatio fit ſolo Iuramento.

173 Cauſa recuſationis in caſu ſcandali ſat eſt, quod deferatur Iudici Superiori, qui mandabit, quod recuſatus non procedat.

174 Cauſæ ſuſpicionum calumnioſè propoſitæ non ſunt attendendæ.

175 Cauſa certa ſuſpicionis contra Iudicem propoſita, & non probata, non poteſt poſteà deduci alia cauſa diuerſa.

176 Super cauſa ſuſpicionis probanda poteſt ipſemet Iudex interrogari, dummodò non agatur de cauſa criminoſa, & num. 177.

178 Iudex poteſt recuſari ex quo propalauit animum ſuum pro aliqua parte.

179 Iudex non dicitur propalaſſe animum ſuum, ex quo excitauit dubia, ſuper quibus reſponderi debeat.

180 Iudices non debent eſſe muti, ſed propalare debent difficultates, ad hoc vt illis reſponderi poſſit.

181 Iudices de conſuetudine multorum locorum propalant animum, ac excitant dubia.

182 In Tribunali Rotæ Romanæ propalatur animus extraiudicialiter in deciſionibus.

183 Non poteſt recuſari, ex quo dixit non eſſe ſatisfactum in cauſa.

184 Poteſt recuſari ſi cum iracundia, & minis dixerit alicui litiganti, quod fouet malum Ius.

185 Iudex, qui iudicauit in aliqua cauſa, ſi poſtea fiat Iudex appellationis, poteſt in illa cauſa recuſari & num. 186. & 187.

188 Contrarium tenentes reprobantur.

189 In Tribunalibus Rotæ, & Cameræ non intrat recuſatio Auditorum Rotæ, vel Clericorum Cameræ, ex quo alias iudicauerint in cauſa.

190 Iudex poteſt recuſari ex quo alias iudicauit in cauſa ſimili.

191 Similitudo tamen debet eſſe in ſpecie, & eiuſdem rationis.

192 Suſpicione non propoſita in tali caſu Iudex ritè procedit.

193 Iudex poteſt recuſari ex quo aliquid ſcripſit, & typis mandauit ſuper articulo, ſed referuntur contrarium tenentes.

194 Aduocatus, vel Procurator in cauſa ſi euadat Iudex, poteſt in illa cauſa recuſari, & quando ſecus.

195 Recuſatio ex quo iudicauit in cauſa poteſt ſolum proponi ab eo, qui timet præiudicium, non ab Aduerſario.

196 Iudex, qui in aliqua cauſa contra aliquem iudicauit, & à ſententia fuit appellatum poteſt recuſari.

197 Contrarium de Iure ciuili eſt diſpoſitum, & num. 199.

198 Prior opinio procedit etiam de Iure ciuili, ſi Iudex ſcienter grauauerit, quod non præſumitur.

200 Iudex recuſatur ob inimicitiam cum recuſante.

201 Etiamſi Inimicitia non ſit capitalis, & qualis inimici-

Digitized by Google

micitia ſit ſufficiens pro recuſatione, & num. 202.

203 Inimicitia hoc caſu ſufficit, licet procedat à cauſa ciuili.

204 Procedit licet recuſans dederit cauſam inimicitiæ præcluſa fraude.

205 Procedit ſi adſit ſolum probabilis cauſa inimicitiæ à quocumque proceſſerit.

206 Inimicus reconciliatus præcipuè de recenti poteſt recuſari.

207 Iudex Amicus inimici poteſt recuſari.

208 Inimicitia cum Iudice ad effectum vt poſſit recuſari debet eſſe manifeſta, & non præſumpta.

209 Iudex poteſt recuſari ex iniuria aliqua facta recuſanti.

210 Iudex amicus, familiaris, vel commenſalis cum alia parte poteſt recuſari.

211 Amicitia ad hunc effectum debet eſſe magna, & non ſufficit modica.

212 Amicitia, vel familiaritas an ſit magna, & intima vel leuis remittitur arbitrio Iudicis.

213 Iudex Commenſalis collitigantis poteſt recuſari, ſi euadat commenſalis poſt motam litem, & n. 214.

215 Commenſalitas etiam antè motam litem eſt iuſta cauſa recuſationis.

216 Iudex conſanguineus, vel affinis collitigantis poteſt recuſari.

217 Procedit etiam affinitate diſſoluta.

218 Præcipuè ſi ex illa affinitate remanſerunt filij.

219 Iudex æqualiter coniunctus vtrique parti non poteſt recuſari.

220 Intellige ſi erga vtramque partem æqualis ſit affectio.

221 Recuſatio Iudicis ob conſanguinitatem, vel affinitatem vſque ad quem gradum extendatur eſt opinio controuerſa.

222 Extendunt alij vſque ad decimum gradum de Iure ciuili computandum.

223 Alij ad ſeptimum iuxta idem Ius ciuile numerandum.

224 Alij ad quartum.

225 Alij quod non poſſit recuſari vltra ſecundum gradum.

226 Concluditur de veriori opinione, quod non extendatur vltra quartum gradum, & num. 227.

228 In Tribunalibus Rotæ, & Cameræ ſuſpicio ex hoc capite poteſt proponi vſque ad ſecundum, & tertium gradum reſpectiuè.

229 Affinitas in hoc, ad quem gradum extendatur, & num. 230.

231 Extenditur vſque ad quartum gradum.

232 Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 21. num. 55. tenens recuſationem Iudicis ex capite affinitatis non extendi vltra primum gradum reijcitur, & num. 233. & 234.

235 Computatio graduum ad effectum recuſandi Iudicē fit ſecundum diſpoſitionem Iuris Canonici.

236 Contrarium firmatur quod fiat iuxta Ius ciuile. & num. 238., & declarantur contrarij num. 237.

239 Ius tamen Canonicum obſeruatur in Rota, & Camera ex diſpoſitione Conſtitutionum Apoſtolicarum.

240 Ius ciuile, & Canonicum, in quibus differant in computatione graduum.

241 Iudex poteſt recuſari, ex quo Compater collitigantis.

242 Intellige in perſonis expreſſis à Sacr. Concil. Tridens.

243 Iudex non poteſt allegari ſuſpectus ex quo ſit conductor Domus collitigantis.

245 Iudex non poteſt recuſari, ex quo dixit, libellum ineptum, nec ex quo aliquem inſolentem obiurgauerit.

246 Patroni cauſarum mali, & malæ conſcientiæ debent à Iudicibus corrigi, & quare & num. 247.

248 Iudex in cauſis obligationis Cameralis non poteſt allegari ſuſpectus.

249 Contrarium ſeruatur de ſtylo Curiæ Romanæ.

250 In cauſis obligationis Cameralis debet eligi vnus ex Iudicibus Tribunalis, vbi plures adſunt, & non deputari extra, & num. 250.

251 Recuſatio Iudicis in cauſis modici momenti non admittitur.

252 Cauſa quando dicatur modici momenti remittitur arbitrio Iudicis.

253 Cauſæ in Vrbe dicuntur modici momenti, ſi non excedant ſcuta quinque.

PRænotandum eſt ad Iudicem recuſandum
164 ſufficere omnes illas cauſas, quæ ſufficiunt
ad reijciendos, ac reprobandos teſtes *Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 72. num. 2. part. 2. Caraſc. ad leg. Recopill. cap. 9. n. 59. ad 64. Chriſtin. deciſ. Belgic. 149. num. 3. par. 2.*

Quinimmò facilius, & cum minori cauſa re-
165 cuſantur Iudices, quàm teſtes *Gaill. obſer. 33. num. 9., & 10. lib 1. Pacian. deprobat. lib. 2. cap. 45. num. 46., & 47. Capicc. Galeott. contr. 39. num. 17. lib. 1. Franc. Prat. in ſuo reſponſo ad propriam defenſam num. 469., & 476. Petra Rit. 265. num. 6. verſic. ideoque minor cauſa tom. 2. Capicc. latr. deciſ. 90. num. 1. Ambroſin. deciſ. for. Epiſc. Peruſ. 50. num. 51., & 52. par. 2. Reuert. deciſ. 456. in princip. tomo 2., & de Marin. ibid. in addit. num. 1., & deciſ. 457. §. pro eutus reſolutione.*

166 Et poteſt Iudex recuſari ex cauſis in iure expreſſis, vel ex cauſa ſimili, vel maiori *Anfrer. de Recuſat. Iudic. ſuſpect. verſic. nonageſimo tertio Caraſc. alleg. cap. 9. num. 129., & 130.*

Cumque à iure communi cauſæ recuſationum
non ſint definitæ Iudicis arbitrio remittitur, quæ
167 ſit iuſta cauſa in iure ſpecialiter expreſſa, vel
maior, vel ſimilis, *Ab Eccleſ. obſer. 72. num. 3. Giurb. deciſ. 54. num. 9. Rot. deciſ. 2. num. 10. par. 2. diuerſ.*

Et ad probandas cauſas ſuſpicionis debet re-
168 cuſanti aſſignari terminus, qui ſi denegaretur
poſſet appellari, ex quo non ſufficit ſimplex allegatio ſuſpecti cum expreſſione cauſæ, ſed debet illa probari *Pax Iordan. var. lucubr. vol. 3. lib. 13. tit. 4. num. 122., & ſeqq. Vien. deciſ. 390. num. 5., & 6. lib. 2. Chriſtin. deciſ. Belgic. 148. num. 20., & deciſ. 149. num. 4. in fine par. 2.*

Quinimmò ſi fiat recuſatio (extrà Vrbem) ſi-
169 ne expreſſione cauſæ non releuat, & poteſt Iu-
dex recuſatus procedere ad vlteriora. *Ros. deciſ. 2. num. 4. par. 2. diuerſ., & deciſ. 108. num. 10. coram Cardinali Vbald.*

Iudex tamen poſt recuſationem de ſe factam
expreſſa cauſa ſuſpicionis, ſi nihilominus velit in
170 cauſa procedere, ex hoc ſolum redditur ſuſpe-
ctus licet ſuſpicionis cauſa allegata eſſet falſa,

Stai-

Staiban. reſol. forenſ. 117. in addit. num. 2. centur. 2.
Sanfelic. deciſ. 85. num. 4.
Ampliùs ſi cauſa ſuſpicionis allegata non ſit
171 probata, adhuc ſi illa probata, fuiſſet legitima,
tali caſu pro recuſatione eſt ſufficiens ſola alle-
gatio talis cauſæ, Gratian. cap. 100. num. 12., &
de ratione Pigant. alleg. Rub. 39, num. 3. verſic., &
ego Rot. deciſ. 562. num. 6. coram Merlin., & facit
Fontanell. deciſ. 1. num. 1.
Et quando cauſa ſuſpicionis non poteſt ex
primi, & probari ſine ſcandalo, vt quia recu-
172 ſans ſit riualis Iudicis, tunc ſuper cauſæ legiti-
mitate ſufficit Iuramentum recuſantis abſque alia
cauſæ expreſſione Aufrer. de recuſat. Iudic. ſuſpect.
§. 93. verſic. quid ſi habeus, plenè Staiban. reſol.
110. in addit. n. 18. cum pluribus ſeq. Cancer. var. re-
ſol. par. 1. cap. 21. n. 35. Xammar. de offi. Iudic.,
& Aduoc. par. 1. quæſt. 12. nu. 124.
Vel ſat eſt quod talis cauſa deferatur ſuperiori
173 Iudicis recuſati, qui pro ſuo arbitrio mandabit
Iudici, vt ſe abſtineat à cognitione cauſæ, Pi-
gant. dict. Rubr. 39. num. 10., qui dicit, quod in
ſuo foro ità vidit pluries practicatum, Cancer. var.
reſol. part. 1. cap. 21. num. 35. Pacian. de prob. lib.
2. cap. 45. num. 55. Fontanell. deciſ. 2. num. 11. ad
13., & faciunt benè tradita per Caraſc. ad leg. Re-
copil. cap. 9. num. 110. quem adeas Staiban. alleg. re-
ſol. 110. num. 18. & ſeqq., qui tamen declarat
quando id non procedat, ſi allegatio ſuſpecti
proponatur calumnioſè.
Quando tamen cauſæ ſuſpicionum eſſent ſcan-
174 daloſæ, & ſolùm propoſitæ ad calumniam non
eſſent attendendæ Fontanell. deciſ. 3. per tot.
Et quando certa cauſa ſuſpicionis contra Iudi-
175 cem fuit propoſita, & non probata, non poteſt
poſtea deduci cauſa diuerſa Muta deciſ. Sicil. 15.
num. 7. & infra, vbi quod debuit perquirere à
principio nouam cauſam etiam poſtea dedu-
ctam, Pigant. Rubr. 39. num. 14. Iordan. alleg. tit.
4. num. 128. Sanfelic. deciſ. 80. num. 8., & ſeq. Ca-
ſtill. deciſ. 131. num. 7. part. 2., de Marin. ad Re-
uerter. deciſ. 456. num. 18., & 19.
Ad probandas autem cauſas ſuſpicionis po-
teſt etiam interrogari ipſemet Iudex recuſa-
176 tus, qui debet ſuper illis reſpondere etiam
cum Iuramento, dummodò non agatur de cauſa
criminoſa, ſuper qua non tenetur reſpondere
Aufrer. de recuſat. Iudic. ſuſpect. poſt num. 87. ver-
ſic. nam principaliter, Gratian. cap. 100. num. 47.
Ripoll. var. reſol. cap. 2. num. 214. Prat. in alleg.
reſponſ. ad propriam defenſ. num. 215., & infrà,
vbi aſſerit ſic practicatum, Fontanell. deciſ. 23. num.
7., & 8; quod caret dubio poſt propoſitam
recuſationem, & poſtquam ſuper illa cæptum
177 fuit diſcuti, cum tunc recuſatus non conſidere-
tur ampliùs tanquam Iudex Ripoll. vbi proximè
num. 215.
Inter recuſationis cauſas recenſetur prima ex
178 quo Iudex propalauit animum ſuum clarè pro
aliqua parte, quod foueat bonum Ius in cauſa,
ex hoc enim redditur ſuſpectus ad tex. in leg. qui
explicandi in fine C. de accuſat. Berart. de viſit. Ma-
giſtrat. cap. 6. num. 39., Capice. Galeott. contr. 39.
num. 33. lib. 1., Staiban. reſol. 118. in addit. num.
31. ad 34. Fermoſin. vbi ſupra quæſt. 34. n. 1. ad 4.
Xammar. de offic. Iudic., & Aduocat. part. 1. q. 12.
n. 126., & 127. Staiban. reſol. 110. num. 15., &
ſeq. in addit. centur. 2. Sanfelic. deciſ. 80. nu. 3. part.
1., Seſſ. deciſ. 415. num. 21., & ſeq. tom. 4., Viu.
deciſ. 36. num. 6. Giurb. deciſ. 54. num. 3., & in-
fra Fontanell. deciſ. 9. num. 1. Rot. deciſ. 4. de ex-
cept. alias 93. num. 5. coram Cæſar. de Graſſ.
Non dicitur tamen ſuſpectus, ex quo motiuan-
179 do dicat in cauſa adeſſe difficultates, & prop-
tereà ſuper illis det dubia, ac motiua, ſuper qui-
bus reſponderi debeat Staiban. alleg. reſol. 118. in
addit. num. 36. Petr. alleg. Rit. 265. num. 183. tom.
2. Seſſe alleg. deciſ. 415. num. 26., & infra Giurb.
deciſ. 54. num. 7.
Nam Iudices non debent eſſe muti, & retinere
180 in mente difficultates, quas habent, ſed tenen-
tur illas propalare, adhoc vt illis reſponderi poſ-
ſit, Staiban. ibidem num. 40. cum ſeq. Fontanell.
deciſ. 9. num. 15.
Nec talis recuſatio ob propalationem animi in
181 multis locis de conſuetudine eſt recepta, quæ
conſuetudo eſt rationabilis, dum ex dictis, adhoc
vt veritas, ac Iuſtitia in cauſis decidendis inue-
niri poſſit, melius eſt, quod Iudices propalent
votum proprium, ac motiua excitent Berart. al-
leg. cap. 6. num. 39. verſic., & licet. Staiban. alleg.
reſol. 118. in add. num. 51., & ſeq.
Et Romæ præcipuè in Sacræ Rotæ Tribunali,
182 ex laudabili ſtylo Iudices proferunt motiua,
& propalant votum, ſed ſuper illis extraiudiciali-
ter factis non interloquuntur, Giurb. deciſ. 54. nu.
7., & 8. Fontanell. deciſ. 9. vbi plenè, & reſtatur
de conſuetudine Senatus Cathaloniæ, ac multo-
rum locorum. Staiban. vbi proximè num. 52.
Votum tamen non dicitur propalatum, nec ex
hoc Iudex poteſt recuſari, quia dixerit non eſſe
183 adhuc ſatisfactum per Aduocatos alicuius ex
partibus litigantibus, Giurb. deciſ. 54. num. 8. ver-
ſic. dùm me recuſauerat.
Quando tamen Iudex motiuando, & animum
ſuum aperiendo contra vnam partem hoc faceret
cum iracundia, & violentia, & illi diceret quod
cauſam perdet, quia malum Ius, & malam cauſam,
fouet, & quod Iuribus partis aduerſæ non poteſt
congruè reſponderi, tunc poteſt recuſari plenè Stai-
ban. reſol. 118. in addit. num. 63., & ſeq. Reuert.
deciſ. 219., dum ex tali propalatione adeò deter-
minata, cum animi ſimul iracundia, & indigna-
184 tione facta, maximè ſi minæ, ac facta acceſ-
ſerint, reſultat certè legitima cauſa recuſationis,
Staiban. reſol. 118. num. 55., & ſeq. in addit. centur.
2. eruditè Maynard. deciſ. Tholoſ. 94. lib. 1. Fonta-
nell. deciſ. 9. nu. 9. cum ſeq. Reuert. deciſ. 219., &
fuit deciſum per Rot. coram Cæſar. de Graſſ. deciſ. 4.
de except. alias deciſ. 93, num, 6.
Secundo poteſt Iudex recuſari ex quo alias iu-
185 dicauit in eadem cauſa, vel ſimili, dum quis
non ſolet de facili mutare Sententiam latè Ger.
Spin. conſ. 95. num. 3. verſic., & licet, & num. 9.,
& ſeq. Fermoſin. in dicto cap. ſi quis contra quaſt, 31.
nu. 8., & infrà de for. competen. Caualcan. deciſ. 28.
num. 14. part. 2. Sanfelic. deciſ. 78. num. 4. Fonta-
nell. deciſ. 5. num. 21.
Hinc ſi quis poſtquam iudicauit in aliqua
186 cauſa in prima inſtantia, fiat Iudex appellatio-
nis poteſt in illa cauſa recuſari, ne iterato in illa
iudicet Xammar. de offic. Iudic., & Aduoc. part. 1.
quæſt. 12. nu. 128. Staiban. plenè reſol. 110. in ad-
dit. nu. 25., & ſeq. Maſtrill. deciſ. 151. num. 59.

ad67;& in punčto Amat.dec.March.14.per tot;& ità
paſſim ſetuatur in Curia Capitolij, in qua ſi aga-
tur de cauſis in gradu reſtitutionis in integrũ re-
gulariter cognoſcendis per vnũ exCollateralibus,
ille qui cognouit cauſam in prima inſtantia, &
iudicauit contra aliquem, ſi contingat poſt iudi-
catum in ſecunda inſtantia à Capitaneo appella-
tionum peti coram eo teſtitutionem in integrum
principaliter iuxtà formam traditam à *Statuto
Vrb. lib. 1. cap. 50.*, recuſatur ex quo in eadem
cauſa iudicauit in prima inſtantia.

Et ex eodẽ motiuo ſi Capitaneus appellationũ
in ſecunda inſtantia teuocauie ſententiã alicuius
ex Collateralibus quatenus poſteà contingat in
187 aliquo caſu poſt ſententiam Senatoris eamdem
cauſam redire ad ipſum Capitaneum in gradu
appellationis,cum tunc ſit ſuſpectus,ex quo alias
iudicauit in eadem cauſa, propterea procedet
cum voto Conſultoris ex *Stat.Vrb. lib.1.cap.182.*

Non obſtat *Baldus* relatus à *Gratian. cap. 4.
188 num.13., & 14.* tenens contrarium ex motiuo,
quod Iudex in ſecunda inſtantia iudicans in ea-
dem cauſa hoc facit tanquam nouus homo cum
noua dignitate alterius magiſtratus,quia *Gratian.
ibidem num. 14. verſic. quia verior* tenet contra
Baldum ſtare veriorem opinionem,cum remaneat
idem homo cum ijſdem affectibus, & paſſioni-
bus, ac eodem intellectu ſemper procliui ad per-
ſiſtendum in eadem opinione.

At præfata concluſio non procedit in Tribuna-
libus Rotę,&Camerę,ſiquidem licet tam in prima
189 quam in ſecunda,vel vlteriori inſtãtia cauſa ha-
beat eoſdem correſponſales, qui votum dederunt
in antecedenti inſtantia,adhuc ex hoc capite non
intrat recuſatio, & hæc eſt praxis notiſſima: In
Tribunali verò Cameræ multò minùs dicta con-
cluſio poteſt procedere, & admitti, ex quo in
illo votant omnes Clerici in omnibus cauſis, &
in omni inſtantia, & ſic non poteſt practicari,
quod recuſentur, ex quo iudicarunt in eadem
cauſa, nam alias prolata prima ſententia in Ca-
mera, non poſſent cauſæ ſemel deciſæ in vlterio-
ribus inſtantijs in illa cognoſci.

Et concluſio, quod Iudex poſſit recuſari, ex
190 quo iudicauit in prima inſtautia in eadem cau-
ſa, procedit etiam, ſi idem Iudex in prima, & ea-
dem inſtantia debet iudicare cauſam ſimilem à
ſe iudicatam cum alia perſona, *Ger. Spin. conſ.95.
num.10. Decian. reſponſ.26. num. 9. lib.1. Fermoſ.
alleg. quæſt.31. num.10., & ſeq. Fontanell. deciſ.5.
num. 21., qui Fermoſin. num. 14.* in fine hoc dicit
191 procedere, ſi ſimilitudo non ſit generalis, ſed in
ſpecie, & eiuſdem rationis *Ambroſin. deciſ. for.
Epiſc. Peruſ. 50. num.6., & 7. par. 2.*, qui ex di-
cto Deciano aduertit, quod hoc caſu, vel Iudex
in eodem articulo contrarias proferet ſententias,
vel cogetur perſiſtere in prima ſententia.

Tali tamen caſu proceſſus tenet, ſi non oppo-
192 natur ſuſpicio *Gratian. cap.4. num.19., & infra.*
Ex eodem motiuo poteſt recuſari ſuſpectus
293 Iudex, ex quo aliquid ſcripſit, & typis manda-
uit ſuper certo articulo, ſuper quo cadit lis, cum
non præſumatur velle poſtea vti Iudex recedere
ab illa opinione *Fermoſin. quæſt.32. num. 14*; licet
in hoc contrarium teneat *Theodor. alleg. 87., &
cum eo Petra dict. Rit. 265. num.186. tom. 2.*

Et ob eamdem immò maiorem rationem po-
194 teſt recuſari ille, qui fuit Aduocatus, vel Pro-
curator iu cauſa, ſi poſtea euadat Iudex *cap. poſt-
remo, vbi gloſa de appellat; Pax Iordan. dict. tit. 4.
num.98. Fermoſin. quæſt.32.*, & ſic ſeruatur in Ro-
ta, nam ſi Aduocatus aſſumatur ad munus Audi-
toris Rotæ non votat in cauſis, in quibus prius
ſcripſit tanquam Aduocatus; ſuper quo tamen
quando contrarium ſit nec ne dicendum videan-
tur *Sanfelic. deciſ.78., & Fantanell. deciſ.8.*

Recuſatio tamen ſupradicta, ex quo quis iudi-
195 cauit in eadem, vel ſimili cauſa poteſt proponi
ſolum ab eo, qui ex iudicato ſimili poteſt timere
præiudicium, non autem ab aduerſario, *Giurb.
deciſ.99. num.13., & infrà.*

Tertio de Iure Canonico poteſt etiam recuſari
196 Iudex, qui in alia cauſa ſententiam protulic
contra aliquem, à qua pendet appellatio *cap.præ-
poſuit 24. de appellat. Vermigl. conſ. 432. num. 16.
Sanfelic. deciſ.86. par.1, Iordan. alleg. tit. 4. n. 80*,
vbi pro hoc conſiderat, quod Iudex, à quo per
appellationem aliqua afficitur iniuria, & ideo
timendum ne noceat. *Et plenè Staiban. reſol.117.
in addit. num. 45., & ſeq. centur. 2.* vbi aſſerit ſic
deciſum, licet de tali deciſione conqueratur.

Contrarium tamen ſancitum reperitur de Iure
197 Ciuili *in l. vnica ff. apud eum, à quo appellat &c.*

At *Bartol. in dict. l. vnica* tenet etiam de Iure
198 Ciuili poſſe hoc caſu Iudicem recuſari, ſi ſcien-
ter grauauit, *Sanfelic. deciſ.86. num.2., & 3. p.1*;
quod autem Iudex ſcienter grauauerit difficile
eſt probare, cum potiùs præſumatur, quod pro-
ceſſerit vtì vir probus, & quod ignoranter gra-
uamen intulerit, dum non eſt præſumendum de-
lictum, præcipuè iu Iudice, qui præſumitur vir
bonus, iuſti, ac recti diſtributor.

At *Fermoſin. in cap. ſi quis contra de foro compet.
199 quæſt.35., & 36., & Fontanell. deciſ. 16. per tot.*
tenent, quod Iudex, à quo etiam ex capite facti
decreti interlocutorij, & reuocati in gradu ap-
pellationis non poſſit recuſari ſuſpectus, & dictus
Fontanell. hoc tenet non obſtante diſpoſitione
tex. in dicto cap. propoſuit 24. de appellat.

Quarto recuſatur Iudex ob inimicitiam cum
200 recuſante, & hæc eſt iuſtiſſima cauſa *cap. quod
ſuſpecti 2. quæſt.5. Pax Iordan. d. tit.4. num.86., &
ſeq. Ecrart. cap.6. num.46. Viu. deciſ. 363. num. 3.
lib.2. Ambroſin. deciſ. for. Epiſc. Peruſ.50.num.47.,
& ſeq. par.2. Maſtrill. deciſ.151. num. 46. Reuert.
deciſ.456. per tot., & ibi de Marin. num.2. Sanfelic.
deciſ.81. num.1., & 2. par.1. Chriſtin. deciſ. Belgic.
149. num.2. verſic. deindè quod, p.2. Caſtill. deciſ.
Sicil. 231. num.2. lib.3.*

Quod procedit etiamſi inimicitia non ſit ca-
201 pitalis *Ecrart. d. cap.6. num.47. Oſaſcb. deciſ. 15.
num. 7. Viu. deciſ. 363. num. 4. de Pont. deciſ. 30.
num.9. Caſtill. d. deciſ.231. num.6. Ambroſin. alleg.
deciſ.50. num.50. de Marin. ad Reuerter. deciſ.456.
num.2., & ipſe Reuerter. ibid. verſic. addit grantm.
202 tom.2. Fantanell. deciſ.14. per tot.*, qui tradit,
ex quibus inimicitia ſufficiens ad hunc effectum
arguatur.

Amplia etiamſi inimicitia procedat à queſtio-
203 ne, & cauſa ciuili, *Sanfelic. in ſua prax. ſect.40.
num.11., & 12. Viu. deciſ.363. num.4. de Ponte
dec.30. n.1., & ſeq. Fontanell. dec.14. n.25., & 26.*

Amplia etiamſi recuſans dederit cauſam ini-
204 micitiæ abſque tamen fraude, *Capicc. latt.*

con-

conſult.101. num.23. de Luca de linea legal. art. 29.
num.12. verſ. quod pariter, Sanfelic. deciſ.81. n.2.,
& 3. Berart. d. cap.6. num. 54. Caſtill. d.deciſ.231.
n.7., & 8; vbi quod ſufficit, quod adſit probabi-
205 lis cauſa inimicitiæ, & non inſpicitur, an ha-
buerit initium, ſeu fomitem à falſo, vel à vero,
vel ab ipſis partibus, vel à tertio Maſtrill. dec. 151.
num.46.

Idem dic de Inimico reconciliato, Staiban.
206 reſol. forenſ. 117. num. 30., & 31., Capicc. latr.
deciſ.81. num. 7., maximè ſi ſit reconciliatus de
recenti Berart. n.48. Fontanell. deciſ. 13. num. 14.
Rouit. deciſ. 50. Carol. Anton. de Luc. de linea leg.
artic.29. num.10.

Extende ad Iudicem Amicum Inimici, quod
207 recuſari poſſit, Milanen. deciſ. 16. num. 13.
lib.1. Caſtill. dict. deciſ.231. num. 3. ad 5, vbi am-
pliat ad Iudicem Inimicum Conſanguinei alte-
rius ex partibus litigantibus de Marin. reſol. 111.
num.1. lib.1. Carol. Anton. de Luca d. art.29. n. 8.
Maſtrill. deciſ.151. num.48.

Debet tamen inimicitia in propoſito eſſe ma-
208 nifeſta, & non præſumpta, debetque exprimi
ſpecialis cauſa inimicitiæ, nec ſufficit illam ge-
neraliter proponere Berart. num. 56. Pax Iordan.
dict. tit.4. num.81 Milanen. deciſ.15. num.20., &
ſeq. lib.1. plenè Fermoſin. in alleg. cap. ſi quis contra
4. de foro competen. quæſt 30. Fontanell. deciſ.14.

Quintò poteſt recuſari Iudex, ex quo aliquam
209 iniuriam fecerit, puta alapam dederit parti re-
cuſanti, vel illam non reſalutauerit Berart. alleg.
cap.6. num.50. 51., & 53.

Sextò recuſatur, ex quo habet amici-
210 tiam, familiaritatem, & commenſalitatem cum
alia parte, Franc. Sadarin. reſponſ.26. num 19., &
ſeq. Berart. d. cap. 6. num.41. Ab Eccleſ. obſer.72.
num. 11. Fermoſin. d. quæſt. 30. num. 14., & infra
Chriſtin. deciſ. Belgic. 149. num. 2. verſic. deindè
etiam p. 2., plenè Fontanell. deciſ.15.

Quod intellige ſi amicitia ſit magna, & intima,
211 ſecus ſi modica Ab Eccleſ. obſer.72. n.11., Caraſc.
ad leg. Recopill. cap.9. quæſt.7. n.96., & 97. Creſp.
de Valdaur. obſer. 9. quæſt. 7. n. 72. ad 74. Reuert.
deciſ.457. & ibi de Marin.

Et arbitrio Iudicis remittitur cognoſcere qua-
212 litatem amicitiæ, vel familiaritatis, an ſit ma-
gna, ac intima, vel leuis, vt innuunt dicti Ab
Eccleſ. Reuert., & Caraſc. Sadarin. dict. reſponſ.26.
num.17., & 18. Fontanell. deciſ.15. num.6.

Quodque ex commenſalitate Iudicis cum liti-
213 gante poſſit ille recuſari ſuſpectus Gratian. cap.
100. num.22., Staiban. reſol. forenſ.117. n.14., &
infra, qui num.17., & 18. declarat hoc procede-
214 re, ſi Iudex ſit commenſalis poſt litem motam,
ſecus ſi prius, licet poſt litem motam in totum
ſe non abſtineat à commenſalitate.

At talis declaratio Staibani non videtur reci-
215 pienda vtì inſubſiſtens, & irrationabilis, nam
ex commenſalitate, vt ſenſui patet gignitur fa-
miliaritas, affectio, & confidentia maxima, ob
quam naſcitur ſuſpicio, & ſic ſiuè commenſali-
tas præceſſerit litem, vel hanc ſubſequuta fuerit,
ſemper militat eadem ſuſpicio deducta à confi-
dentia, & affectione Iudicis cum parte, quæ eſt
cauſa recuſationis, & hæc opinio eſt tenenda vti
fauorabilis pro recuſatione, pro qua admittenda
etiam in dubio eſt reſpondendum ex firmatis ſu-
pra art.1. n. 2., & 88., & facit de Ponte deciſ. 30.
num. fin.

Septimo recuſari poteſt Iudex, ex quo ſit con-
216 ſanguineus, vel affinis partis collitigantis cap.
poſtremo de appellat. Ramon. conſ.3. num.3., & in-
frà Berart. dict. cap.6. num.43. Ab Eccleſ. obſer. 72.
num.7. Iordan. dict. tit.4. num. 82., & ſeq. Mila-
nen. deciſ.16. num.2. Chriſtin. deciſ.149. num.2. in
fin. part.2. Viu. deciſ.363. num.5. Fontanell. deciſ.11.
num.3. & 4.

Amplia etiam affinitate diſſoluta Gratian.
cap.100. num.24. Ab Eccleſ. obſer.72. num.7 verſic.
217 etiam affinitas, Staiban. reſol.117. in addit. nu.10.
præcipuè quando ex illa affinitate remanſerunt
218 filij Ab Eccleſ. dict. num.7. verſic. præſertim ſi re-
manſerint Milanen deciſ.16. num.14. Fontanell. de-
ciſ. 13. num.8., & ſeq.

At ſi Iudex ſit æqualiter coniunctus vtrique
parti litiganti, tunc non intrat recuſatio, cum
219 paritas coniunctionis, & affectionis tollat om-
nem ſuſpicionem l. non ſolum §. de vno ff. de ritu
nupt. Ramon. conſ.3. num.6., Gratian. cap.100. n.16.,
& 18. Staiban. reſol.117. num.11. & 12. in addit.,
de Ponte deciſ.30. num.15. Sanfelic. deciſ. 83. num.15.
de Luc. dict. artic.29. num. 5., Pax Iordan. alleg.
220 tit.4. num.90., qui concluſionem admittit qua-
tenus æqualis ſit affectio, ſecus è contra, quando
Iudex magis amaret vnam, quam aliam partem
Sanfelic. dict. deciſ.83. num.22. de Luc. ibid. num.16.

Ad quem tamen gradum conſanguinitatis, vel
221 affinitatis extendatur facultas recuſandi Iudi-
cem, diſſident inter ſe ſcribentes, vt videri po-
teſt apud Ab Eccleſ. dict. obſeru. 72. num. 8.
& Fontanell. deciſ.11. num.6., Carol. Ant. de Luc. de
linea legal. art.29.

Alij quippè tenent extendi vſque ad decimum
222 gradum de Iure Ciuili computandum, & ſic
quintum de Iure Canonico Regens de Marin. ad
ad Reuert. deciſ. 517. Pax Iordan alleg. tit. 4. n.37.
& alij relati per Staiban. reſol.117. num. 76. licèt
ipſe dubitet de tali opinione.

Alij vſque ad ſeptimum de Iure Ciuili Ab Ec-
223 cleſ. obſeru. 72. num.9. Staiban reſol. 118. nu.74.
& 75. in addit. Milanen. deciſ.16. num.9., Maſtrill.
deciſ.151. num.15. lib.1.

Alij vſque ad quartum, Chriſtin. deciſ. Belgic.
224 148. num. 16. part.2., qui teſtatur ſic ſeruari
de conſuetudine Fontanell. deciſ. 11. num. 6. verſic.
ſed alij ad quartum.

Alij inquiunt talem recuſationem non poſſe
225 proponi vltra ſecundum gradum Thor. in com-
pend. deciſ. verbo ſuſpicio official. fol mihi 535., qui
ait ſic deciſum in Tribunalibus Sacri Concilij, &
Regiæ Cameræ Fontanell. deciſ. 11. num.6. in fine,
& omnes dictas opiniones refert Carol. Ant. de
Luc. dict. artic. 29. num.3., & ſeq.

In hoc opinionum conflictu verior eſt opinio,
226 quod non extendatur vltra quartum gradum,
vt vltra ſupra relatos hic num.224. tenent Ab Ec-
cleſ. obſeru.72. num.8. verſic. communis autem, qui
227 teſtatur de communi opinione, & quod vltra
dictum gradum recuſatio ſolum poteſt procede-
re ex aliqua rationabili cauſa arbitrio Iudicis,
Maynard. deciſ. Tholoſ. 98. lib. 1., qui teſtatur de
obſeruantia illius Senatus, Fontanell. deciſ.11. nu.8.
& 9., qui dicit idem ſeruari in Senatu Cathalo-
niæ dict. de Luca alleg. artic.29. num.4. & 5.

Digitized by Google

Et in Tribunalibus Rotæ, & Cameræ dictum
228 fuit ſupra in hoc extendi vſque ad quartum
gradum excluſiuè, & in illo vſque ad ſecundum
incluſiuè *ex conſt. 71. Pauli V.*

Dicta recuſatio vſque ad quartum gradum de
229 Iure admittenda, an procedat tàm in conſan-
guinitate, quàm in affinitate. *Fontanell. deciſ. 11. num. 10. ad* 21. diuerſa ſuper hoc refert iudicata,
diuerſis tamen concurrentibus facti circumſtan-
230 tijs, *Staiban. reſol.* 118. *nu.* 78., *&* 79. refert iu-
dicatum extendi ſolum ad ſecundum gradum af-
finitatis, qui *num.* 80. id maximè dicit procede-
re de iure canonico.

At *Caraſc. ad leg. Recopill cap. 9. num. 99. ad* 102.
231 plenè probat extendi vſque ad quartum, motus
ex *text. in cap. non debet de conſanguinit., & affinit.*

Non obſtat *Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 21.*
232 *num. 55. qui ex leg. qui iuriſdictioni 10. ff. de iuriſd. omn. iudic., & ex Bald. conſ. 472. num. 6. lib. 1.* te-
net, quod de Iure communi affinitas conſidera-
tur ſolùm in primò gradu ad effectum recuſatio-
nis, quia eius aſſertum non eſt verum, dum *tex.*
233 *in dict. leg. qui iuriſdictioni*, cui nituntur *Bald.*, *& Cancer.* non probant eorum intentum, cum ſo-
lùm in illo dicatur, quod qui iuriſdictioni præ-
eſt non poteſt ſibi ius dicere, neque Vxori, neque
liberis ſuis, neque libertis, nec cæteris, quos ſe-
cum habet, ex quibus verbis lex voluit Iudici
tollere omnem iuriſdictionem in cauſis ibidem
recenſitis, itavt funditus abſque alia recuſatione
careret iuriſdictione, nec poſſet in illis procede-
re, quod eſt diuerſum à recuſatione, quæ ſuppo-
nit, Iudicem habere iuriſdictionem, ſed recuſa-
tione elidibilem; at in caſu *dictæ leg. qui iuriſdi-
ctioni*, abſque recuſatione redditur Iudex inca-
pax ad cognoſcendas cauſas ibi relatas, cui in-
234 tellectui congruunt benè tradita per *Caraſc. al-
leg. cap. 9. num. 64., & ſeq., & præcisè num. 74., & Fontanell. deciſ. 1. num. 10., & 11.*, & conducunt
diſpoſita per *Conſt. 71. Pauli V.* quoad Clericos
Cameræ *in Rubr. de Camerario, & Camera Apo-
ſtolica §. nec etiam*, & faciunt etiam ea, quę ſupra
firmata ſunt de Epiſcopo in cauſis ſuæ Menſæ
Epiſcopalis in quibus funditus caret Iuriſdictio-
ne abſque alia recuſatione.

Computatio autem graduũ conſanguinitatis,
235 vel affinitatis ad effectum faciendi recuſationē
an fiat iuxtà diſpoſitionem Iuris Ciuilis, vel Ca-
nonici, *Franc. Sadarin. reſp. 26. n. 15. ex Fontanell. deciſ. 12. num. 6. 12., & infrà*, tenet fieri ſecundum
Ius Canonicum; at tu tene contrarium, quod
236 ſcilicet fiat computatio iuxta Ius ciuile, cum
Ius Canonicum quo ad computationē graduum
ſeruetur tantum in cauſis matrimonialibus, in
alijs verò Ius Ciuile etiam in tertis Eccleſiæ *ad tex. in cap. ad Sedem 2. §. nos verò 25. quæſt. 5. Ripoll. var. reſol. cap. 2. num. 258. Ab Eccleſ. obſer. 72. n. 8. de Marin. ad Reuert. deciſ. 456. num. 25. Milanen. deciſ. 16. num. 40. lib. 1. Fontanell. deciſ. 12. n. 9., Hyer. Leo deciſ. Valent. 4. num. 30. Carol. Ant. de Luca dict. artic. 29. num. 7.*

Non obſtat *Sadarinus*, quia ſe fundat ſolum in
237 *Fontanell. deciſ. 12., qui num. 12. & 13.* firmat
in Principatu Cathaloniæ obſeruari ius canoni-
cum, & idem *teſtatur Cancer. var. reſol. par. 1.*
238 *cap. 21. nu. 55., & proſequitur de Luca dict. artic. 29. num. 7.*; at præciſa dicta obſeruantia ex diſpo-
ſitione iuris communis *idem Cancer* ſe remittit *ad Milanen. dict. deciſ. 16. nu. 40.* qui tenet eſſe ſeruan-
dum Ius Ciuile.

Ex diſpoſitione tamen Conſtitutionum *Pij IV.*
239 *& Pauli V.* in Tribunalibus Rotæ, & Cameræ
debet in hoc ſeruari Ius canonicum.

Differentia autem in computatione graduum
inter Ius Ciuile, & Canonicum, quæ ſit videatur
240 text. *in cap. ad Sedem 35. quæſt. 5., & Fontanell. deciſ. 12. num. 14., & ſeq.*

Etiam cognatio ſpiritualis reſultans ex Cõpa-
241 ternitate eſt iuſta cauſa recuſandi Iudicem, *Gratian. cap. 100. n. 19. Ab Eccleſ. obſer. 72. n. 10. de Marin. reſolut. 190. n. 12. lib. 1. Sanfelic. deciſ. 83. par. 1. Maynard. deciſ. Tholoſ. 89. lib. 1. Chriſtin. deciſ. Belgic. 149. nu. 5. part. 2.*

Hæc tamen recuſatio ex capite Compaternita-
242 tis admittitur tantum quoad perſonas expreſ-
ſas *à Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 2. de Marin. ad Reuert. deciſ. 457. nu. 6.*

An autem poſſit Iudex allegari ſuſpectus, ex
243 quo ſit conductor Domus alicuius, negatiuè
reſpondidi in caſu contingenti, & licet tunc non
habuerim ſuper hoc in promptu aliquam autho-
ritatem, attamen non defecit ratio naturalis,
quæ nedùm æquipollet, ſed præualet omni au-
thoritati, cum ratio ſit Anima legis, & ratio-
nem adducebam, quia ex contractu locationis
non poterat reſultare cauſa ſuſpicionis, dum con-
244 ductor ſoluit ſuam penſionem locatori, nec ex
tali contractu reſultat aliquod intereſſe inter cõ-
ductorem, & locatorem, & poſt datum in hoc
meum iudicium inueni cum lætitia hoc iam di-
ctum *per Creſp. de Valdaur. obſeruat. 9. quæſt. 7. n. 69.*, vbi conſiderat, quod ſicut Inquilinus po-
teſt eſſe teſtis pro Domino domus, quam inha-
bitat, ita & Iudex, & ſic videtur deciſum in ca-
ſu relato *per Petr. Rit. 265. n. 174. verſic. vndè Cæſar. tom. 2*; cum in hac materia recuſationis ex
245 illis cauſis, ob quas remouetur teſtis à teſtifi-
cãdo poſſint recuſari Iudices ſuſpecti latè *Caraſc. alleg. cap. 9. n. 59. ad 64., & alij ſupra relati hic artic. 3. num. 164., & ſeqq.*

Nec poteſt recuſari Iudex dicens, libellum eſ-
ſe ineptum, etiamſi illum laceraret, nec ex quo
aliquem inſolentem, & importunè agentem in-
creparit, ex quo Iudex vti talis tenetur ex de-
bito ſui muneris hoc facere, & erga eos, qui ini-
246 què ſe habent, rigidè exercenda eſt iudicialis
authoritas, ne alias creſcat eis ſpes alia ſimilia fa-
ciendi *Caraſc. alleg. cap. 9. num. 144. ad 153.*, &
hunc Stylum obiurgandi cauilloſos, ac prauos
cauſarum Patronos iudicando tenui, ex quo
agnoſcebam ex illorum cauillationibus, & ma-
247 litijs naſci miſeris litigantibus infinita damna,
qui dum credunt eſſe in placido Portu terminatæ
litis, dilacerata naui actorum per præfatos malos
cauſarum Patronos, verè infidos naucleros, flu-
ctuant in immenſo pelago turbiſſimarum litium,
& proximi ſunt ſubmerſioni, vndè ſi in Iudicijs
incerta eſt alea, & certus expenſarum cumulus, ſi
tractantur à peruerſis cauſarum Patronis, Dei ti-
morem non habentibus, certiſſima ſærè ſemper
eſt litium, & pecuniarum iactura, quo circà ſi
debent iudices ex condigno doctos, ac integros
cauſarum Patronos benignè, ac ſuauiter audire,
& in exiſtimatione habere, ità ignorantes, cauil-
loſos,

loſos, ac improbos,poſt ſuaues correctiones non
reſipiſcentes,increpare, adhoc vt bonorum cre-
ſcat numerus, & in propria probitate letentur,
& mali publici boni turbatores, vel recedant à
malitia,& ad bonam frugē reuertantur, vel à Tri-
bunalibus eijciātur, vti publici boni deſolatores.

An autem poſſit proponi recuſatio Iudicis
248 quando agitur in cauſis vbi adeſt obligatio Ca-
meralis clara, & præciſa, quæ nulla eget diſcuſ-
ſione negat *poſt Laurent. de Iudic. ſuſpect.cap.8.à n.36.Pax Iordan.dict.tit.4. n.51.*, qui id firmat in
cōtractu guarātigio,vel in recognitione ſchedulę.

At de ſtylo Curię contrariū ſeruatur,dū in om-
249 nibus Tribunalibus Vrbis talis recuſatio admit-
titur etiā in cauſis obligationis Cameralis, ſuper
quo tamen deberet magis circūſpectè procedi, &
non admitti recuſatio omnium Iudicum illius
Tribunalis, in quo cauſa obligationis Cameralis
introducta fuit, ſed in Tribunalibus, vbi adſunt
250 plures Iudices, vti in illis A. C., Vicarij, &
Capitolij deberet deputari vnus ex illis, dum
tales Iudices ordinarij in dies incumbunt au-
dientijs, & Informationibus, & ſemper prom-
pti habentur, quod non ità de facili euenit
in Iudicibus deputatis extrà dicta Tribuna-
lia, vndè coram his vix poteſt ſperari, niſi poſt
longum tempus,cauſarum expeditio, & obliga-
ti in forma Cameræ, dùm proponunt recuſatio-
nes contrà Iudices ordinarios fixos, & exoptant
deputari Iudices extra Tribunalia, hoc faciunt,
vt cauſæ in longum protrahantur, & ſolutio-
nem debiti clari remorentur, vndè huiuſmodi
malo quandoque prouidebitur, ſicut in multis
alijs vidi iam prouiſum.

Nec recuſatio proponi poteſt in cauſis modi-
ci momenti, & valoris, cum non ſit veriſimi-
le, quod in illis, quis ob affectionem retrahatur
251 ab adminiſtranda iuſtitia *Pax Iordan. allegat. tit.14.num.62.*, vbi quando cauſæ dicantur modi-
cæ, nec ne,ſe remittit *ad Menocch.de arbitr.Iudic. caſ.71.& 152.*, & in Alma Vrbe in cauſis à ſcutis
252 quinque infra *ex conſt.71.Pauli V.in Rubr.de Iudic.in Cauſ.Ciuil.§.expediant cauſas Bullar.non.to.3.*
omnes Iudices procedunt ſummariè, & manu
Regia, & ab eorum decretis in huiuſmodi cauſis
non datur appellatio,nec recurſus, vndè nec con-
ueuit, quod admittantur Iudicum recuſationes.

Poſſent adduci plures alię cauſę,ob quas Iudi-
253 ces recuſantur ſuſpecti,ſed cum illę latè deductę
ſint apud *Caraſc. dict.cap.9., qui refert 99.cauſas, plures congerit etiam Berart. de Viſit. Magiſt.cap.6. & dict. Pax Iordan. alleg. tit.* 4. hinc apud dictos
DD., & alios infrà allegandos in Calce præſentis
Annotationes videndæ.

ARTICVLVS IV.

ARGVMEMTVM.

Examinatur hic ad quos Magiſtratus ſpe-
ctet in Vrbe, ac extrà cognoſcere de cau-
ſis recuſationis Iudicum, & quando ſuper
illis extrà Vrbem cognoſcant Arbitri. Di-
ſcutitur ſimul, quandò nec ne Iuriſdictio
Iudicis ſuſpecti allegati conquieſcat pen-
dente iudicio ſuper recuſatione; & quando
à recuſatione, & per quos actus cenſeatur
receſſum; & demum examinantur complu-
ra alia ſuper materia ſuſpicionis Iudicum,
de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

254 *Super ſuſpicione Iudicū Capitolij cognoſcit Senator.*

255 *Capituneus Appellationum Capitolij ſi allegatur ſuſpectus procedit cum Voto Conſultoris.*

256 *Si ſit controuerſia an ſit locus Conſultori coram Capituneo de illa cognoſcit Senator, vel Aſſectamentum.*

257 *Cardinalis Vicarius, Gubernator, & A.C. cognoſcunt de cauſis ſuſpicionis eorum Locumtenentium, & Iudicum.*

258 *Partes,ſi Vicarij Gubernatoris, vel A C. Iudicio non acquieſcant, Auditor Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ, vel ipſa Signatura prouidit.*

259 *Signatura Iuſtitia non ſe ingerit in cauſis fori Capitolini.*

260 *Si ſuſpecti ſint Clerici Cameræ,vel Auditores Rotæ quis cognoſcat de ſuſpicionibus.*

261 *Suſpiciones Iudicum Commiſſariorum in Vrbe cognoſcuntur coram Regente Cancellariæ, vel Signatura.*

262 *Iudex executor in partibus datus à Rota, vel alio Iudice in, Curia ſi allegetur ſuſpectus,cauſæ ſuſpicionum cognoſcuntur à Iudice delegante.*

263 *Super cauſis ſuſpicionis Iudicum Romæ non eliguntur Arbitri.*

264 *Epiſcopus cognoſcit de cauſis ſuſpicionis ſui Vicarij, vel alterius Iudicis ab eo deputati, & num. 265.*

266 *Arbitri non cognoſcunt de cauſis recuſationis Iudicis delegati ab Epiſcopo, ſed ipſe Epiſcopus.*

267 *Intellige ſi Epiſcopus ſit præſens in Diæceſi, vel parum abſens.*

268 *Epiſcopo abſente extrà Diæceſim de cauſis ſupſpicionum Vicarij cognoſcunt arbitri.*

269 *Vicarius abſente Epiſcopo cognoſcit de cauſis ſuſpicionis Iudicis ab Epiſcopo delegati.*

270 *Epiſcopus ſi ſit ſuſpectus, cognoſcunt arbitri cauſas ſuſpicionis Iudicis ab eo deputati.*

271 *Vicario recuſato in cauſa menſæ Epiſcopi, ipſe Vicarius cogit partes ſuper electione Iudicis confidentis.*

272 *Arbitri eliguntur quando Iudex delegatus extrà Vrbem, ac ſtatum Eccleſiaſticum allegatur ſuſpectus, & n.273.*

274 *Iudex recuſatus cogit partes ad eligendum Arbitros, & ſi illi non eliguntur poteſt procedere ad vlteriora in cauſa.*

275 *Arbitri prædicti poſſunt allegari ſuſpecti.*

276 *Contrarium firmatur vti verius cum eligantur de conſenſu partium.*

277 *Poſſunt allegari ſuſpecti, ſi ſuperuenerit cauſa ſuſpicionis poſt illorum electionem.*

278 *Arbitri, Periti, & Æſtimatores, ac ſimiles poſſunt allegari ſuſpecti.*

279 *Appellatio datur à decreto admittente, vel reijciente recuſationem.*

280 *Pariter à ſententia arbitrorum Iuris, quæ reijcit, vel admittit recuſationem.*

281 *Appellatio tamen in Capitolio ex ſtatuto hic non datur.*

232 *Fal-*

282 *Fallit ſi Senator in reijcienda, vel admittenda recuſatione notoriè granaret.*

283 *Fallentia precedit poſt litem conteſtatam non prius, nam antè illam Senator recuſatum remonet, vel illi dat adiunctum.*

284 *Iudice recuſato illicò remanet ſuſpenſa eius iuriſdictio, & non poteſt amplius procedere.*

285 *Iudex recuſatus ſi procedat naſcitur nullitas ex defectu iuriſdictionis.*

286 *Iuriſdictio Iudicis recuſati eſt ſuſpenſa, eo modo, quo eſt ſuſpenſa Iuriſdictio appellatione pendente.*

287 *Intellige ſi cauſa recuſationis ſit legitima, ſecus ſi friuola.*

288 *Suſpicio calumnioſa non facit, quod Iudicis recuſati proceſſus ſit nullus.*

289 *Iudicis etiam delegati Iuriſdictio ſuſpenditur poſt illius recuſationem.*

290 *Recuſatio Iudicis tanquam ſuſpecti non afficit, ſi non fuerit effectiuè propoſita.*

291 *Iudex ſuſpectus allegatus ſi non fuerit inſimul appellatum ab vlteriori proceſſu, de ſtylo Rotæ ritè prodedit num. 292., & 293.*

294 *Ex ſola recuſatione Iudicis de iure abſque alia appellatione ab vlteriori proceſſu, non poteſt recuſatus procedere.*

295 *Stylus Rotæ in hoc ſeruatur in curia Romana.*

296 *Iudex recuſatus etiam cum appellatione ab vlteriori proceſſu, ſi nihilominus velit procedere, ſe reddit magis ſuſpectum.*

297 *Recuſatio Iudicis facta in actis dicitur eo ipſo illi notificata.*

298 *Recuſatio Iudicis extraiudicialiter facta non cauſat nullitatem.*

299 *A recuſatione Iudicis cenſetur receſſum per comparitionem coram eo factam poſt recuſationem.*

300 *Iudex non poteſt recuſari ampliùs ſtante conſenſu etiam tacito coram eo præſtito.*

301 *Recuſatio non obeſt ſi poſtea fuerit inſtatum pro aliquo coram Iudice recuſato, licet comparitio facta ſit animo non recedendi à recuſatione.*

302 *Iudex poteſt recuſari ſuſpectus non obſtante cautione coram eo præſtita pro aſſecuratione Iudicij.*

303 *Iudex poteſt recuſari ſuſpectus etiam poſt allegatam illius incompetentiam ex aliquo capite, licet inſubſiſtentem.*

394 *Ius recuſandi Iudicem competens vni parti non prodeſt parti colliganti, vt poſſit ipſa allegare recuſationem, & num. 305.*

306 *Clerici Cameræ in cauſis, in quibus ipſi, vel eius coniuncti habent intereſſe non poſſunt votum dare in Tribunali Cameræ.*

307 *Id procedit in odium ipſorum Clericorum, & coniunctorum, non autem, quod poſſit hoc deduci ab alijs.*

308 *Iudex ſuſpectus allegatus ſi ceſſet ſuſpicio ob hoc non poteſt procedere, ſi actu illius recuſatio facta fuerit.*

309 *Iudices non poſſunt ſe excuſare à cognitione cauſarum, & voluntariè ſe ſuſpectos reddere.*

310 *Author iuſtè ſe excuſauit à cognitione certæ cauſæ Nepotis Papæ regnantis, vti eiuſdem Nepotis Auditor.*

311 *Referuntur Doctores loquentes de materia recuſationis Iudicum.*

ET primò in Curia Capitolina quo ad Col-
254 laterales ſuſpectos allegatos fuit prouiſum
per ſtat. Vrbis hìc, quod Senator ſuper hoc procedat appellatione remora.

Si verò recuſetur Capitaneus appellationum
255 tunc *ex ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 186.* fuit diſpo-
ſitum, quod ille debeat procedere cum voto Conſultoris.

At ſi Capitaneus detrectet deuenire ad deputationem Conſultoris, quia prætendat, non eſſe locum tali deputationi, ac recuſationi, vel ob-
conſenſum, vel quia non ſit propoſita recuſatio
256 tempore debito, tunc Senator Vrbis Caput Tri-
bunalis Capitolij, & in eo gerens vices Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ prouidebit, & ſi partes eius iudicio non acquieſcunt, recurretur ad Aſſettamentum gerens vices plenæ Signaturæ in cauſis fori Capitolini *ex Reform. ædita ſub S. mem. Innocentio XI. Rubr. de Capitolio eiuſque official. §. primo vt in cauſis.*

Quo verò ad Tribunalia Vicarij, Gubernato-
257 ris, & A. C. ipſimet cognoſcunt de cauſis ſu-
ſpicionis eorum Iudicum, & Locumtenentium, & alios deputant in illorum locum, vt eſt praxis nota, & de hoc teſtatur *Paſſeriu. in cap. ſi contra vnum num. 4. de offic., & poteſt Iudic. Deleg. in par. 1. lib. 6. decret.*

Et ſi partes non acquieſcant iudicio, ac decla-
258 rationi ſuper hoc factæ ab ipſis Vicario, Gu-
bernatore, & A. C. reccurritur ad Signaturæ Iuſtitiæ Præfectum, vel ad ipſam plenam Signaturã pro habenda moderatione declarationũ factarum per dictos Iudices Superiores Tribunalium, & ſi cognoſcit Signatura, quod recuſatio iuridicè fuit admiſſa illam approbat cum reſcripto *nihil* ſi verò recuſatio non admittenda fuit admiſſa reſcribit remittendo cauſam ad Iudicem recuſatum, ſi vero recuſatio fuit reiecta, & quidem cum iuſtitia, & reſcribit *nihil de deputatione alterius*, ſi verò eſt locus recuſationi, tunc ſolet reſcribere ad A. C., Vicarium, vel Gubernatorem pro deputatione alterius.

Qui recurſus ad Signaturam in cauſis fori Capitolini non procedit, cum Signatura in dicto foro ſe non ingerat, ſed ex ſtatutis Vrbis, & Reformatione Innocentiana fuit prouiſum, vt procedat
259 Senator, vel Capitaneus modo, quo ſupra, &
ſi partes non acquieſcant prouidetur per Aſſetramentum, quod gerit vices Signaturæ in illo foro ex dictis.

Quo verò ad Tribunalia Rotæ, & Cameræ,
260 eorumque Auditores, & Clericos fuit ſuper hoc
prouiſum per *Conſtit. 44., & 87. Pij IV & Conſt. 71. Pauli V.* & dictum fuit ſupra *artic. 2. à n. 110.* vbi quod ipſa Camera quo ad Clericos, & Aſſiſtentes in Camera cognoſcit de cauſis ſuſpicionis.

Recuſationes verò Iudicum Commiſſariorum
261 deputatorum per Commiſſiones Papæ in Curia
fiunt regulariter coram Regente Cancellariæ, qui citata parte procedit, ſi verò partes non acquieſcant recurritur ad Præfectum Signaturæ Iuſtitiæ, vel eius Auditorem, & ſi horum prouiſionibus partes non ſint ſatisfactæ, Signatura iuſtitiæ procedit prout de iure admittendo, vel reijciendo recuſationes vt ſupra.

Si verò allegetur ſuſpectus Iudex executor in

par-

partibus deputatus à Rota, Camera, A. C., vel
alio Iudice Almæ Vrbis ad faciendum examen,
conficiendum plantam, compulſandum Scriptu-
ras, vel ad aliud peragendum, tunc cognitio
262 cauſarum recuſationis cognoſcet ille Iudex,
qui deputauit executorem, qui interim non po-
terit procedere, *Rot. deciſ.* 107. *per tot part.* 4.
recent.

Cumque in Alma Vrbe adſint particulares pro-
niſiones mox relatæ ſuper recuſationibus Iudi-
cum, & adſint Superiores, qui ſuper illis cogno-
263 ſcunt, hinc in illa non eſt locus electioni arbi-
trorum, qui cognoſcant de cauſis ſuſpicionum,
vt omnibus eſt notum, & obſeruat *Paſſerin. in*
cap. ſi contra num. 4. *de offic. delegat. in p.* 1. *lib.* 6.
decretal. Farinac. in fragm. p. 2. *lib* 1. *num.* 429.

De cauſis verò ſuſpicionis Vicarij Generalis,
264 vel alterius Iudicis ab Epiſcopo deputati co-
gnoſcit ipſemet Epiſcopus *Scialoy. de for. compe-*
ten. cap. 9. *num.* 200., *&* 201. *Paſſerin. in dict. cap.*
contra vnam num. 28. 35., *&* 37. *Pax Iordan. al-*
leg. tit. 14. *num.* 29. *Staiban. reſol.* 110. *num.* 21., *&*
ſeq. centur. 2. *Pigant. Rubr.* 39. *num.* 20. *Marcell.*
de Vulp. in prax. for. Epiſc. cap. 25. *num.* 18. *Can-*
cer. var. reſol. part. 3. *cap.* 21. *num.* 34. *verſic. hinc*
conſului.

Et quod de conſuetudine ſic ſeruetur tenet
265 *Paſſerin. num.* 40. *Pigant. num.* 30. *qui Paſſerin.*
addit, quod Epiſcopus, vel deputat alium Iudi-
cem confidentem, vel cauſam cognoſcit ex ſe.

Nec arbitri cognoſcunt de cauſis recuſationis
266 Iudicis delegati ab Epiſcopo, ſed talis cogni-
tio ſpectat ad ipſum Epiſcopum delegantem *Paſ-*
ſerin. ibid. n. 31. vbi ſubdit, quod Epiſcopus à
ſuo Vicario, vel delegato poteſt cauſam reaſſu-
mere, & commiſſionem reuocare, & propterea
ſemper remanet Superior, vt de cauſa ſuſpicionis
267 illorum cognoſcat, ſi tamen Epiſcopus ſit in
Diœceſi, vel parum abſens *Ab Eccleſ. obſer. forenſ.*
73. *n.* 6. *in fine*, *&* *num.* 11. *Antonell. de Regimin.*
Eccleſ. lib. 5. *cap.* 7. *num.* 16.

Abſente verò Epiſcopo extra Diœceſim de
268 cauſis ſuſpicionum Vicarij cognoſcunt arbitri
Vulp. dict. cap. 25. *num.* 18. *Pigant. Rubr.* 39. *n.* 30.
verſic., *& Epiſcopus Sperell. deciſ.* 39. *n.* 13.; & de
269 illis delegati ab Epiſcopo, tali caſu abſentiæ
cognoſcit Vicarius Generalis, *Paſſerin. vbi pro-*
ximè n. 33.

Prout ſi ſit ſuſpectus Epiſcopus ipſe, vel etiam
270 delegatus ex perſona Epiſcopi, tunc de cauſis
ſuſpicionum cognoſcunt arbitri *Paſſerin. vbi ſu-*
pra n. 34.

Et quando agitur de recuſatione Vicarij Ge-
neralis ex propria perſona, ſi agatur de cauſa
Menſæ Epiſcopalis poteſt ipſemet Vicarius deue-
nire ad cogendum partes ſine arbitris ſuper ele-
271 ctione Iudicis confidentis, aliàs poteſt ipſe
Vicarius recuſatus deuenire ad illius electionem,
Sperell. deciſ. 93. *per tot.* vbi in fine teſtatur, ſic fuiſ-
ſe per ipſum practicatum in illa cauſa, & ſequitur
Thomat. deciſ. 247. *n.* 59., *& ſeq.*

At extra Vrbem, ac ſtatum Eccleſiaſticum,
vbi non adſunt Legati de latere, vel alij Superio-
res Iudicis Ordinarij, vel delegati ſuſpecti alle-
gari eliguntur à partibus arbitri, qui ſuper cauſis
272 ſuſpicionum allegatis cognoſcant, & iudicent,
& quilibet eliget ſuum, & ſi arbitri diſcordent
inter ſe, eligant tertium, & tunc ſtabitur iudicio
duorum ex illis, qui inter ſe concordabunt *cap. ſe-*
273 *cundo requiris*, *& cap. cum ſpeciali* 39. *de offic.*
delegat. in quibus iuribus traditur forma eligendi
arbitros, ſuper quo videantur *Canoniſtæ in dictis*
iuribus, *& Pacian. de prob. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 22., *&*
ſeq. Pax Iordan. dict. tit. 4. *n.* 145., *& infra, Fermo-*
ſin. de foro competen., *in cap. ſi quis contra* 4. *q.* 29.
Cancer. var. reſol. part. 3. *cap.* 10 *à n.* 71. *Borgnin.*
deciſ. 28. *n.* 97. *ad* 107. *part.* 2. *Seſſ. deciſ.* 41. *n.* 5.,
& ſeq. Sperell. deciſ. 93.

Et Iudex recuſatus præfigit terminum ad eli-
274 gendum arbitros prædictos, quo elapſo ſi non
fuerint electi poteſt procedere ad vlteriora in
cauſa *cap. legitima de appell. in* 6. *Rot. coram Cæ-*
ſar. de Graſſ. deciſ. 93. *alias* 4. *n. fin. de except.*

An autem dicti arbitri poſſint recuſari tan-
275 quam ſuſpecti affirmare videntur. *Caualcan.*
dict. deciſ. 28. *n.* 107. *Maſtrill. deciſ.* 91. *Phoeb. deciſ.*
Laſit. 77. *n.* 11. *qui teſtatur ſic deciſum*, *Capicc. Ga-*
leott. contr. 39. *n.* 9., *&* 48. *lib.* 1. qui addit, quod
ad remouendum arbitrum ſufficit cauſa longè
minor quàm ad remouendum Iudicem.

At contrarium credo verius, ex quo dicti arbi-
276 tri electi iuxta formam *cap. cum ſpeciali de ap-*
pellat. ſunt nominandi de conſenſu partium, &
ſic non poſſunt eſſe ſuſpecti, vt benè poſt alios
probat *Fermoſin. in alleg. cap. ſi quis contra de for.*
competen. q. 12. *n.* 12. 13., *&* 14.

Et contraria opinio ad ſummum poteſt admitti
277 ſi cauſa ſuſpicionis ſuperuenerit poſt eorum
electionem *Maſtrill. deciſ.* 91. *n.* 6., *&* 7.

Vel procedit in alijs arbitris, arbitratoribus,
278 peritis, ac eſtimatoribus, vt loquitur *Maſtrill.*
dict. deciſ. 91. *& cum eo Phoeb. deciſ.* 77. dum lo-
quitur propriè de arbitris, & arbitratoribus ele-
ctis ad cauſarum deciſionem, & in his terminis
loquitur etiam *Capicc. Galeott. dict. contr.* 29., &
ſolus *Borgnin.* confundit terminos arbitrorum,
& compromiſſariorum ad iudicandum, & horum
de quibus in *dict. cap. cum ſpeciali de appellat.*

A decreto autem admittente, vel reijciente
279 recuſationem datur de iure appellatio *Ripoll.*
var. reſol. cap. 2. *num.* 200. *Salgad. de Reg. protect.*
part. 2. *cap.* 1. *n* 92., *& ſeq.*

Prout datur à ſententia arbitrorum Iuris, qui
280 pronunciaut ſuper tali recuſatione reijcienda,
vel admittenda *Salgad. ibid. n.* 95. *& part.* 3. *cap.*
13. *n.* 25.

At ex ſtatuto noſtro hic ſuper hoc fuit ſub-
281 lata omnis appellatio, cum Senator procedat
appellatione remota, & de ſimili ſtylo Sena-
tus Cathaloniæ teſtatur *Fontanell. deciſ.* 7. *n.* 10.
& ſequent.

Si tamen Senator in admittenda, vel reijcien-
da recuſatione grauaret, cum agatur de materia
282 valdè graui daretur appellatio, vt notat *Fen-*
zon. hic n. 43. *ad* 46.; quod intellige ſi agatur de
recuſatione propoſita poſt litem conteſtatam, in
qua ſolum poteſt cadere grauamen in examinan-
283 do cauſam recuſationis omninò exprimendam,
ſed antè litem conteſtatam non poteſt tale gra-
uamen ſomniari, dum Senator debet Iudicem re-
cuſatum cum iuramento in totum remouere, vel
illi dare adiunctum, nec ſuper hoc debet proponi,
nec diſcuti aliqua cauſa ſuſpicionis.

Quando autem Iudex in actis fuit recuſatus, il-
licò

Digitized by Google

284 licò per recuſationem remanet ſuſpenſa eius iu-
riſdictio, nec poteſt amplius procedere, & ſi de
facto in cauſa procedat proceſſus erit nullus tam
de Iure Ciuili, quàm Canonico *cap. Index 5. de
offic. deleg. in 6. Berart. alleg. cap. 6. n.65., & ſeq.
Staiban. reſol.117. n. 10. & in addit. n.1. centur. 2.
Petr. Rit.265. n.77. tom.2. Oſaſch. deciſ.84. num.5.
Sanfelic. deciſ.85. n.1., & 2. Rot. deciſ.562. n.2., &
infra coram Merlin. deciſ. 150. n. 11., & 12., &
deciſ.563. num.6., & 7. coram Cerr. deciſ.255., &
deciſ.301. vtrobique n.1., & ſeq. p.10. recent. de-
ciſ.52. n.8. part.11., & deciſ. 107. n. 1. part. 16.,
& in Alerien Parochialis 8. Martij 1660. §. dum
Guidus coram Meltio confirmata 1. Iulij 1661. §. nec
in contrarium coram Veroſpio*, & eſt ratio quia ex
285 recuſatione procedit nullitas ex defectu iuriſdi-
ctionis in Iudice recuſato *Vermigl. conſ. 397. n.7.*
& ex quo ſicut appellatione pendente eſt ſuſpenſa
286 iuriſdictio Iudicis, ità & pendente recuſatione
cum in hoc appellatio, & recuſatio fraternizent,
vt probat præcisè *Hoſtien. in cap. ſuſpicionis 30.
n.6. de offic., & poteſt. Iudic. deleg. Lancellot. de
attent. part.2. cap.6. n.8., & 9. Pax Iordan. alleg.
tit.4. n.23. Gargiar. Patrocin.40. n.1.*

Quod procedit ſi cauſa recuſationis ſit legiti-
287 ma, & quod ſi eſſet probata ſufficeret ad remo-
uendum Iudicem, ſecùs ſi friuola *Lancellot. de
attent. dict. cap.6. à n.9., & ſeq. Berart. vbi proxi-
mè, Pax Iordan. dict. tit. 4. n. 43., Nonar. ſuper
Pragm. Regn. de ſuſpic. official. collectan. 5. n.2., &
ſeq. fol.335.*

Nam ſi ſuſpicio eſſet merè calumnioſa, ea
288 non attenta proceſſus factus à Iudice recuſato
tenet, *Cratian. cap. 701. n. 16., & ſeq. Rot. de-
ciſ.897. coram Seraph. plenè Fontanell. deciſ.7. n.1.
& infrà.*

Quod propoſita recuſatione, Iudicis recuſati
Iuriſdictio remaneat ſtatim ſuſpenſa, procedit
289 etiam in Iudice delegato, & recuſato *gloſa in
cap. cum ſit ſpeciale de appel., Staib. reſol.117. n.11.*

Iuriſdictio tamen remanet ſuſpenſa, ſi effectiuè
fuerit deuentum ad recuſationem, ſecus ſi Iudex
ſit ſolum ſuſpectus, & non recuſatus, hoc enim
290 caſu interim geſta per Iudicem ſuſpectum, &
non recuſatum tenent *Staiban. reſol. 111. n. 3. in
addit., Maſtrill. deciſ. 151. n.6., & infra Sanfelic. de-
ciſ. 85. num. 5.*

At de ſtylo Rotæ Romanæ vltra recuſationem
requiritur vlterius appellatio in ſcriptis ab vlte-
riori proceſſu, hac namque deficiente, ſi Iudex
poſt recuſationem procedat proceſſus non erit
291 nullus, nec attentatus, ſed ſolum ſi cum recu-
ſatione accedat vlterius appellatio ab vlteriori
proceſſu ex *theorica Innocent. in cap. ſpeciali extr.
de appellat., Burſatt. conſ. 21. n. 21. verſic. ſi enim
fiat lib. 1.*, & cum dicta theorica Innocentij Ro-
ta perpetuo pertranſijt, *vt in Tridentina Decima-
rum coram Pamphilio apud Spad. conſ. 176. n. 19.
lib.2., deciſ.2. n.3. & infra par.2. diuerſ. dec. 124.
n. 4. coram Duran., deciſ. 867. n. 7. coram Amat.
Dunozett. deciſ. 246. n. 1. & ſeq. coram Bich. deciſ.
5. n. 4. coram Carill. deciſ. 679. n. 3. coram Cerr.
deciſ. 417. n.6., & deciſ. 639. n.5. par.18. recen.,
& in Alerien. Parochialis 1. Iulij 1661. §. nec con-
trarium coram Veroſpio*; & in Rota ſeruari opinio-
292 nem Innocentij teſtatur etiam *Fermoſin. in dict.
cap. ſi quis contra de foro competen. qu.39. n.2. & 9.
in fine, & pro hac opinione Roman. conſ. 220. n. 6.*
adducit tres rationes, licet ipſe illam non ſequa-
293 tur, tu verò cum fueris Romæ non recedas ab
opinione Innocentij ſeruata per Rotam, quam
tenet etiam *Berart. dict. cap.6. n.67. Rot. deciſ. 20.
n. 25. & ſeq. par. 6. recen.* & quando Iudex fuit
recuſatus cum appellatione ab vlteriori proceſſu
tunc omnia ab eo poſtea geſta ſunt attentata, ſiue
appellans proſequutus fuerit appellationem, ſiue
non *Rot. deciſ.2. n.13. & 18. p.2. diuerſ. deciſ.867. n.
5. in fine coram Amat. Dunozet. deciſ.246. n.3. coram
Bich. deciſ.165. n.7. & ſeq. p.6. recen.* & ſat eſt in
propoſito ad effectum attentatorum quod recuſa-
tio cum appellatione ab vlteriori proceſſu fuerit
facta in actis, & ex hoc habetur pro notificata
Rot. deciſ.417. n.7. p.18. tom.2. recen.

At circumſcripta opinione, & obſeruantia
Rotæ, magis fundata, ac verior videtur opinio
contraria, quod etiam ceſſante appellatione ab
vlteriori proceſſu per ſimplicem recuſationem Iu-
294 dicis in actis factam ſit ſuſpenſa Iudicis recuſa-
ti iuriſdictio, & omnia per ipſum geſta poſt re-
cuſationem ſint nulla *Pigant. Rubr. 39. n.37. ver-
ſic. verior Chriſtin. deciſ. Belgic. 149. n.4. par.2.* &
probant alij ſupra relati ob prædictam præpon-
derantem rationem, quod recuſatio fraternizat
cum appellatione, & ſic ea pendente nihil eſt in
nouandum.

Tu verò perſiſte cum opinione Rotæ, ſi in Curia
eris, vel agatur de cauſis, quæ poſſunt deuolui
ad cognitionem Tribunalium Vrbis; ſi enim vl-
tra recuſationem non appellabis ab vlteriori pro-
ceſſu ſuper nullitate actorum, & geſtorum poſt
recuſationem ſimplicem non obtinebis, nam ſtyli
295 Curiarum, & præcipuè ille Tribunalis Rotæ
deſeruire debent pro lege *cap. Ex litteris vbi Abb.
n.6. de conſt. Hyer. Gabr. conſ.193. n.1. lib.2.*

Quando verò Iudex nedum fuit recuſatus tan-
quam ſuſpectus, ſed vlterius fuit appellatum ab
vlteriori proceſſu, ſi nihilominus velit procedere
grauat partem, & cum hoc magis iuſtificat cau-
296 ſam ſuſpicionis contra ipſum propoſitæ, vt be-
nè aduertit *Rot. coram Cæſar. de Graſs. deciſ. 4. de
except. alias 93. n. 7. & ſeq. & deciſ. apud Spad.
conſ. 96. n.24. & 25. lib. 2. & in recen. par.18. tom.
2. deciſ.639. n.7.*

Talis recuſatio, & appellatio afficit eo ipſo,
quo facta fuit in actis, & hoc ſufficit ad hoc vt
297 habeatur pro notificata *Rot. deciſ.65. n.6. coram
Duran. & deciſ.417. n.7. p.18. recen.*

Recuſatio tamen Iudicis extraiudicialiter fa-
cta non cauſat nullitatem *Rot. deciſ. 188. n.1. co-
298 ram Cardin. Vbald.*

A recuſatione tamen cenſetur receſſum per
comparitionem factam coram Iudice recuſato, in-
299 ſtando coram eo aliquid fieri, vel proteſtando
ſimpliciter, non repetita recuſatione & propterea
300 poteſt tali caſu Iudex recuſatus procedere ad
vlteriora, non obſtante recuſatione *Gratian. c.100.
n.27. Staiban. reſol.110. n. 6. in addit. centur. 2. Fon-
tanell. deciſ.8. n.16. Rot. deciſ. 368. n. 2. coram Gre-
gor., dict. dec.188. n.4., & 5. coram Vbald. dec.388.
n.2. coram Buratt. deciſ.1646. n.3. coram Penia de-
ciſ. 2076. n.7. coram Coccin., deciſ. 364. n.7. & 8.
coram Cerr. & deciſ.30. n.4. coram Priol.*

Quinimmò ex conſenſu etiam tacito præſtito
coram Iudice non poteſt idem amplius recuſari,
Stai-

300 *Staiban. reſol.* 117. *n.* 40. *in addit. centur.* 1. *Giurb.*
deciſ. 9. *n.* 3. *&* 16.

Idque procedit etiamſi comparitiones factæ
ſint animo non recedendi à recuſatione, dùm illę
301 repugnant, & ſunt contrariæ facto *Ripoll. var.*
reſol. cap. 2. *n.* 148. *Ridolph. in prax. p.* 1. *cap.* 7.
n. 120. *Cappucc. pariter in prax. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 2.
artic. 22 *n.* 451., *&* *alios refert. Petr. Rit.* 265. *n.*
81. *verſic. ſed obſtant tom.* 2. *Rot. deciſ.* 349. *n.* 3. *coram*
Canaler. deciſ. 380. *n.* 3. 4. *&* 5. *coram Buratt.*, *&*
dict. deciſ. 188. *n. fin. coram Vbald.*, & quando ſe-
cus vide *Add. ad Greg. deciſ.* 292. *n.* 4.

An autem ex cautione data coram aliquo Iu-
dice pro aſſecuratione iudicij, & ad euadendam
mandati ſuſpicionis fugæ executionem inducatur
302 conſenſus, itaut non poſſit dictus Iudex am-
plius recuſari, negant *Ripoll. dict. cap.* 2. *n.* 99.
& *ſeq. Cappucc. vbi proximè artic.* 20. *n.* 447. di-
centes, poſſe allegari ſuſpectum non obſtante tali
cautione.

Prout ſi poſt allegatam Iudicis incompeten-
tiam ex aliquo capite pronuncietur, illum eſſe
303 competentem, adhuc erit locus recuſationi ple-
nè *Ripoll. num.* 95. *ad* 98. vbi reddit rationem,
quia exceptio ſuper incompetentia eſt actus ne-
ceſſarius, per quem non cenſetur renunciatum
exceptioni recuſationis, quæ eſt voluntaria, &
diuerſæ naturæ.

Vnum nota hic quod mihi de facto diſcutien-
dum fuit, & eſt quod ius allegandi Iudicem ſuſ-
pectum, quod competit vnì parti, non ſuffraga-
304 tur alteri parti, nec poteſt recuſatio ab ea propo-
ni, dum non habet legitimam cauſam recuſatio-
nis *Staiban. reſol.* 117. *num.* 22. *&* *infrà in addit.*
Giurb. deciſ. 99. *per tot. Fontanell. deciſ.* 10. *n.* 5.,
& cum hac opinione veriſſima pertranſijt R. P.
D. Arrighus Auditor S. M. Innocentij XI. in cau-
305 ſa Romana Depoſitariarum inter D. Ioannem
Baptiſtam de Valentibus, & Montiſtas credito-
res hæreditatis Andreæ Angeli de Valentibus ver-
tente in Camera, dum prætendentibus montiſtis
quod aliqui Clerici Cameræ haberent intereſſe
in dicta cauſa, ex quo ipſi, vel eorum conſan-
guinei, ac affines in primo, ſecundo, vel tertio
gradu eſſent creditores fructuum locorum mon-
tium, de quibus agebatur in Camera, & ſic ex
Conſtitutionibus Pij IV., & Pauli V. ſupra rela-
tis eſſent ſuſpecti, nec poſſent in dicta cauſa in-
teruenire, idem Auditor Papæ recuſationem ex
dicto capite allatam per Montiſtas reiecit, ex quo
talis ſuſpicio potuiſſet allegari ſolum à D. de Va-
lentibus, qui pulſabatur pro ſolutione fructuum,
ſiuè ab hæreditate Philippi eius patrui, quam
Valens prætendebat non eſſe obligatam, ex quo
Clerici poterant illi eſſe ſuſpecti in iudicando in
cauſa propria, vel coniunctorum, qui prætende-
bant fructus locorum montium, vnde cum ipſe
talem recuſationem eius fauore inductam non de-
duceret, non poterat proponi à Montiſtis, qui ex
talium Clericorum interuentu poterant ſperare
arbitrium, & non ſuſpicionem.

Non obſtat, quod *ex Conſt. Pij IV.* 87. *§. cauſę*
verò 8. *Bullar. nou. tom.* 2. habeatur quod in cau-
306 ſis, in quibus Clerici, vel eius coniuncti, ac
propinqui habent intereſſe non poſſint ſe ingere-
re, nec votum habeant, ſed ſtatim dùm tales cau-
ſæ in Camera proponuntur debeant recedere
etiam iniuſſi, & ſic ex hoc ſit ſublata ipſis pænitus
iuriſdictio cognoſcendi, ſiquidem talis prohibi-
tio emanauit fauore illorum, qui ex tali intereſ-
307 ſe, vel parentela poſſunt ſuſpicari de Clericis
habentibus intereſſe, vel eorum coniunctis, non
autem fauorę alterius partis collitigantis vnde
dum illi non opponunt de tali ſuſpicione eorum
fauore inducta, fruſtra ab alia parte non haben-
te intereſſe, & quæ non habet Ius recuſandi, de-
ducitur.

An autem ceſſante cauſa ſuſpicionis in Cleri-
co Cameræ, vel alio Iudice, poſſit in illa cauſa,
in qua fuit allegatus ſuſpectus interuenire, ſi po-
ſtea ceſſet cauſa ſuſpicionis negant *Franch. deciſ.*
308 719. *Rouit. deciſ.* 50. *per tot. Nouar. ſuper Pragm.*
Regn. de ſuſpic. Official. collect. 1. *n.* 12. qui hoc li-
mitat, ſi ceſſauerit cauſa ſuſpicionis, antequàm
actu declaratus fuerit ſuſpectus.

Quandoque Iudices à partibus non recuſantur
tanquam ſuſpecti, ſed ipſimet ſe ſuſpectos faciunt
in certis cauſis decidendis, an hoc facere poſſint,
dic quod non, dum enim aſſumpſerunt onus iu-
dicandi in omnibus cauſis, non poſſunt ob quoſ-
uis humanos reſpectus ab onere iudicandi in ali-
309 qua cauſa ſe eximere, ſed debent animo forti,
ac roborea conſtantia in omnibus iudicare, alias
peccant, *Maſtrill. deciſ.* 151. *n.* 20. *par.* 1. *Fontanell.*
deciſ. 1. *à n.* 6., *&* *ferè per tot.*, *Ripoll. var. reſol.*
cap. 2. *n.* 9. 10. *&* 225. *Petra ad Rit. Magn. Curiæ*
tom. 2. *cap.* 265. *n.* 70., & ego ſolum in certa cau-
ſa, dum eram Secundus Collateralis, vna vice re-
310 cuſaui illam cognoſcere, ex quo eram addictus
in munere Auditoris apud Nepotem S. M. Inno-
centij XI. tunc Pontificis Regnantis, cum quo
cauſa vertebatur, & licet actor de mea integrita-
te non diffideret, nihilominus ſatius duxi abſti-
nere ab illius cognitione, non ex quo timuiſſem
pro iuſtitia pronunciare contra Nepotem Papæ
viuentis, ſed quia, ſi ille in cauſa fouiſſet bonum
ius, & illius fauore fuiſſet pronunciandum, ſem-
per actor potuiſſet dicere, cauſæ iacturam non
proceſſiſſe ex malo iure, ſed ex perſona colliti-
gantis nimis ipſi Superiori, & cui ipſe deſeruie-
bam, & fuit loco mei deputatus alter Iudex.

Cæterum de materia recuſationis Iudicum,
quæ ſatis ampla eſt, videantur in caſibus occur-
311 rentibus *Ruin. conſ.* 6. *lib.* 4. *Imol. conſ.* 91. *Ramon.*
conſ. 3. *Ger. Spin. conſ.* 95. *Gargiar. ſen. patrocin.*
40. *Vermigl. conſ.* 432. *Valenz. Velaſq. conſ.* 172.
lib. 2. *Spad. conſ.* 176. *lib.* 2. *Franc. Sadarin. reſponſ.*
26. *Maſcard. concluſ.* 952. *Menoch. de arbitr. caſ.*
158. *Gaill. obſer.* 33. *lib.* 1., *Gurb. obſer.* 68., *Mar-*
cheſan. de Commiſs. par. 2. *tit. de Iudic. ſuſpect. cap.*
8. *§.* 1., *Gratian. cap.* 100. 200. *&* 701., *Stacc. de*
Indic. lib. 1. *cap.* 101. *Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Ru-*
br. 39. *Cancer. var. reſol. p.* 1. *cap.* 21., *Ripoll. var.*
reſol. cap. 2. *Pax Iordan. lucubr. diuerſ. vol.* 3. *lib.*
13. *tit.* 4. *per tot. Berart. de Viſit. Magiſtr. capit.* 6.
per tot. Pacian. de probat. lib. 2. *cap.* 45. *Ab Eccl.*
obſeru. Forenſ. 72. 73. *&* 74. *par.* 2. *Sanfelic. in*
prax. ſect. 40. *Lancellot. de attent.* 2. *par. cap.* 6. *Stai-*
ban. reſol. Forenſ. 110. 117. *&* 118. *centur.* 2., *Ca-*
raſc. ad leg. Recopill. cap. 9., *Capic. Galeott. contr.*
Forenſ. 39. *lib.* 1., *Creſp. de Valdaur. obſer.* 9. *Nouar.*
& *Rouit. ſuper Pragm. Regn. de ſuſpic. Official.*, *Co-*
bel. de Sindic. tract. 1. *cap.* 6., *Guazzin. ad defenſ.*
Reor. defenſ. 1. *cap.* 21., *latiſſimè Fermoſin. in cap.*

ſi quis contra de foro competen: quæſt. 1. ad 44. Paſſerin. & Mobez. in cap. ſi contra vnum, & capit. ſi Iudex. de off. delegat. in 6. decretal. Thor. in compen. deciſ. tom. 2. verbo ſuſpectus fol. 532. Sabell. in ſumma diuerſ. verbo Iudex à n. 66. & infra, Aufrer., & Laurent. in tract. de Iudic. ſuſpect., Caſteion. in ſua Alphabetica Iurid. verbo recuſatio tom. 2. latè Petra ſuper Rit. Magn. Curiæ tom. 2. Rit. 265., qui materiam hanc diffuſo calamo pertractat Xammar. de off. Iudic. & Aduoc. p. 1. qu. 12., Capicc. latr. Conſult. 101., Carol. Ant. de Luca de linea legal. artic. 29. Borguin. Caualcan. deciſ. 28. part. 2. Oſaſch. deciſ. 84. Chriſtin. deciſ. Belgic. 148., & 149. p. 2., & deciſ. 181. par. 5. Sanfelic. deciſ. 78., & ſeq., Giurb. deciſ. 54., & 99. Maſtrill. deciſ. 151. par. 2. Capicc. latr. deciſ. 87. lib. 1. Franch. deciſ. 719. Caſtill. dec. 231. lib. 2. & dec. 231. lib. 3. Reuert. dec. 456. & 457., & ibi de Marin. de Ponte deciſ. 30. Ludouic. deciſ. Peruſ. 108. Ambroſin. deciſ. far. Epiſ. Peruſ. 50., Mut. deciſ. Sicil. 15. Triuiſ. deciſ. 64., Milanen. deciſ. 16. par. 1. Fontanell. deciſ. 1. ad 22., Sperell. deciſ. 93., Rot. coram Cæſar. de Graſs. deciſ. 4. de except. alias deciſ. 93., & deciſ. 2. par. 2. diuerſ.

ARTICVLVS V.

ARGVMENTVM.

Quando Notarij Actuarij, Periti, ac Calculatores poſſint allegari ſuſpecti, & quomodò in illorum recuſatione procedatur.

SVMMARIVM.

312 *Notarij poſſunt tanquàm ſuſpecti allegari, vel recuſari ſola Iuramento.*

313 *Idem diſponit ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 29.*

314 *Statutum Vrbis in recuſatione Notarij non requirit Iuramentum, ſicut in recuſatiane Iudicis.*

315 *Notarius poſt litem conteſtatam ex ſtat. Vrbis non poteſt recuſari ſine legitima cauſa per Iudicem arbitranda.*

316 *Cauſæ ſuſpitionum contra Notarios Capitolij poſſunt cognoſci ab alijs Iudicibus, coram quibus cauſæ pendent, & non à ſolo Senatore, & num. 317.*

318 *Author cognoſcenda de cauſa recuſationis Notarij, iuridicè ſe defendidit à conquæſtionibus Senatoris.*

319 *Praxis quod Senator procedat ipſe circa recuſationes Notariorum viget, ſed eſt contra ſtatuta Vrbis.*

320 *Notarius ſi ſit allegatus ſuſpectus etiam in Tribunali A. C. extrahitur alter non ſuſpectus ex buſſulo omnium Notariorum Tribunalis.*

321 *Allegatio ſuſpecti perſonæ Notarij ſi non ſit facta in tempore, quando debeant à recuſante tranſportari acta.*

322 *Notarius in totum non remouetur, ſed datur adiunctus ex praxi Capitolij.*

323 *Notarius adiunctus quando fuit datus alteri Notario recuſato acta debent ſcribi per acta vtriuſque Notarij.*

324 *Notarius recuſatus vti ſuſpectus de iure communi remouetur in totum, & n. 325. de ratione.*

326 *Mandatum ſpeciale requiritur ad recuſandum Notarium.*

327 *Mandatum generale, cum libera ſufficit.*

328 *Recuſatio Notarij poſt finitam cauſam non releuat.*

329 *A recuſatione Notarij, quis cenſetur receſſiſſe, ex quo vſus fuit actis geſtis poſt recuſationem coram Notario recuſata.*

330 *Architecti, Agrimenſores; Æſtimatores, Calculatores, ac alij Periti poſſunt allegari ſuſpecti.*

331 *Recuſari poſſunt omnes, qui quouis moda referendo, vel pronunciando lædere poſſunt.*

332 *Recuſatia prædictorum intrat ſi electi ſint à Iudice, vel à publico, ſecus ſi de conſenſu partium, ſi noua cauſa recuſandi non ſuperuenerit, & num. 334.*

333 *Arbitri, & arbitratores poſſunt allegari ſuſpecti cum minori cauſa, quam Iudices.*

334 *Non procedit, ſi ſint electi de conſenſu partium.*

QVia Notarij in conſcribendis actis cauſarum poſſunt eſſe partibus ſuſpecti, hinc & ipſi poſ-
312 ſunt recuſari ſolo iuramento *Gaill. pract. obſer. lib. 1. obſer. 33. n. 7., & 17. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. n. 53. Pax Iordan. lucubr. diuerſ. vol. 3. lib. 13. tit. 4. n. 42. Fermoſin. in dict. cap. ſi quis contra quæſt. 4. n. 6. Gratian. cap. 100. n. 89. Xammar. de offic. Iudic., & Aduoc. p. 1. q. 12. n. 123. Cabed. deciſ. Luſit. 45. num. 9. Petr. Rit. 265. num. 89. verſic. quod verò tom. 2. Rot. deciſ. 93. n. 3. & deciſ. 604. par. 1. diuerſ., & in Hiſpalen. Primitiarum coram Pamphilio apud Spad. conſ. 197. n. 16. lib. 2. quæ eſt inter impreſs. Pamphil. deciſ. 70. n. 3., & 7., & deciſ. 274. num. 2. coram eodem, & ibi Add. n. 13. deciſ. 30. n. 1. & 3. coram Vbald. ſen., & Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 29. verſic. Notarij quoque.*

Quod fuit etiam diſpoſitum per *Stat. Vrb. al-*
313 *leg. cap. 29.*, ſi ſuſpicio proponatur ante litem conteſtatam, ſed nihil in eo dicitur, quod debeat fieri recuſatio cum iuramento, ſicut cum
314 iuramento voluit fieri recuſationes Iudicum *hoc cap. 12.*, & hoc fortè quia remotio Notarij facilius ſit, quàm illa Iudicis.

Si verò recuſatio Notarij; poſt litem conte-
315 ſtatam, vel pro conteſtata habitam, facta fuerit, non releuat, cauſa non expreſſa, & per Iudicem arbitranda, à cuius arbitrio, etiam per proceſſum ad vlteriora declarato, nullatenus poteſt reclamari ex dicto *Stat. Vrb. 29.*

Super quo Statuto aliàs dixi, quod non eſt verum per ſolum Senatorem poſſe cognoſci ſuper
316 cauſis recuſationum Notariorum Curiæ Capitolij, cum contrarium ad litteram legatur in dicto ſtatuto 29. vbi generaliter loquitur de Iudice, coram quo cauſa pendet, & ampliùs ſubdit, quod ſtetur illius arbitrio etiam tacito per proceſſum ad vlteriora in cauſa, vndè loquitur de Iudice cauſæ, & non priuatiuè de Senatore.

Idque clariùs colligitur, ex quo idem Statu-
317 tum diſponit, quod in locum Notarij recuſati Iudex deputet alium partibus confidentem, & ſi ſuper confidente non conuenerint, Iudex ex buſſulo omnium Notariorum ſui Tribunalis vnum extrahat, vndè cum Collaterales in Capitolio habeant proprium Tribunal, & quindecim Notarios pro quolibet Collaterali ex hoc inſurgit, quod cognitio recuſationis fuit tributa Iudici

cauſæ,

cauſæ, qui habet ſub ſua iuriſdictione Notarios,
qui recuſantur.

Quod nota, & tene menti, quia alias Senator
318 in certa cauſa conqneſtus fuit, quod ſuper tali
recuſatione cognoſcenda ipſe tunc Secundus Col-
lateralis manus appoſuiſſem, ſed viſis dictis ra-
tionibus ſolum replicauit, praxim eſſe contrariam
ſtatuto, & quod ſolum Senator ſuper hoc con-
ſueuit prouidere, & cum replicationi daretur per
me reſponſio, quod ipſe nouus in foro Capitoli-
319 no debebam ſcire ſtatuta, & non praxim con-
tra illa non præſumendam, & quod de tali praxi
contraria litterali ſtatuto confirmato in forma
ſpecifica cum clauſula ſublata, & decreto irri-
tante non erat habenda ratio; benè verum eſt,
quod coram Collateralibus, ſuper hoc non ſolet
hodie agi, ſed Senator ſolus cognoſcit, at ex di-
ctis potiùs ex corruptela, cum ſtatutum innuat
contrarium verbis rotundis, & præciſis.

Quæ praxis extrahendi alium Notarium non
ſuſpectum ex buſſulo practicatur etiam in Tribu-
320 bunali A. C., & extractio fit coram A. C. met
ſtatim, nam ſi fuerint antè allegationem ſuſpecti
propoſitam contra Notarium producta iura, &
facta decreta per acta Notarij poſteà recuſati, de-
321 putatio, ſeu extractio alteriùs ex buſſulo non
procedit niſi tranſportatis ſimul actis ex officio
Notarij recuſati ad illud Notarij extracti cum
ſolutione competentis mercedis pro extractione
ſcripturarum, & hæc eſt praxis.

Et licèt Statut. Vrbis *in alleg. cap.* 29. mandet
ſolum dari Notarium adiunctum, quando Nota-
rius allegatur ſuſpectus in examine, nihilominùs
322 in Curia Capitolij praxis innixa diſpoſitioni
iuris inoleuit, vt etiam Notario ſuſpecto in tota
cauſa detur adiunctus non ſuſpectus, & in totum
non remoueatur, & ſic paſſim vidi ſemper pra-
cticatum, quæ conſuetudo in hoc attendi debet
Gratian. cap. 100. *n.*60., *&* 61.

In caſibus verò, in quibus datur Notarius ad-
323 iunctus, acta conſcribuntur ab vtroque Notario
tam recuſato, quàm adiuncto, aliàs ſunt nulla,
vt benè tradit *Caraſe. ad leg. Recopill. cap.*9. *n.*37.
& 41.; quinimmò hoc caſu maior datur fides
adiuncto non ſuſpecto, & ſic in illius officio om-
ninò debent etiam ſcribi acta, & produci ſcriptu-
ræ, & ſic practicatur in foro Capitolino.

De iure verò communi Notarius ſuſpectus al-
324 legatus remouetur in totum *Gratian. cap.* 100.
*n.*53., *& ſeq. Caraſe. alleg. cap.* 9. *n.*36. *Boer. de-
ciſ.*258. *n.*6., vbi quòd ideò Notarius vti ſuſpe-
325 ctus remouetur, ex quo qui ſuſpectus eſt, teſtis
eſſe non poteſt, & certè nullus teſtis maioris fidei
inueniri poteſt, quàm ſit Notarius, qui circa
probationes, & acta conſcribenda, ac conſeruan-
da conſtituit fundamentum totius Iudicij, vndè
debet eſſe partibus non ſuſpectus.

In recuſatione tamen Notarij requiritur ſpe-
326 ciale mandatum, *Ridolph. in prax. part.*1. *cap.*7.
n. 139. licet videatur ſufficere mandatum generale
327 cum libera, cum in hoc modicum verſetur præ-
iudicium, & Notarius de facili poſſit recuſari
*Laurent. de Iudic. ſuſpect. c.*6. *n.*7., *& ſeq. Pax Iordan.
alleg. tit.*4. *n.*61. *Rot. deciſ.*93. *n.*13. *par.*1. *diuerſ.*

Ar ſi recuſatio Notarij facta ſit poſt finitam
328 cauſam tanquam calumnioſa ſperni poteſt *Spad.
conſ.*184. *n.*7. *lib.*2.

Et quando quis vſus fuit actis geſtis poſt recu-
329 ſationem coram Notario recuſato cenſetur à
recuſatione receſſiſſe *Spad. dict. conſ.*184. *n.*6. *verſ.
& in terminis de recuſatione Notary*.

Poſſunt etiam recuſari ſuſpecti Architecti,
330 Agrimenſores, Æſtimatores, Calculatores, &
alij Periti electi etiam à publico *Lancellott. de
attent. part.* 2. *cap.* 6. *n.*25., *& ſeq. Caraſc. alleg.
cap.*9. *n.*33., *& infrà Pax Iordan. dict. tit.*4. *n.*36.
*Maſtrill. deciſ.*91. *Ripoll. var. reſol. cap.*2. *n.*260.,
*& plenè de materia Fermoſin. in cap. ſi contra vnum
quæſt.*17. *per tot. de foro competen.*

Quinimmò poſſunt recuſari omnes, qui quouis
331 modo, vel referendo, vel pronunciando poſ-
ſunt lædere partem *Pacian. alleg. cap.*45. *n.*93.

Quod procedit ſi tales periti, & perſonæ præ-
dictæ fuerint à Iudice ex officio electę, vel à pu-
332 blico, ſecùs ſi ab ipſis partibus de conſenſu per
nominationem de illis factam, quo caſu cenſen-
tur eorum perſonæ approbatæ, niſi ſuperuenerit
noua cauſa recuſationis, *Maſtrill. deciſ.* 91. *n.* 7.
Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 33. *n.* 24. *Rot. de-
ciſ.* 127. *n.* 21., *& ſeq. coram Caualer.*, *& apud
Palm. deciſ. lucen.*186. *n.*2.

Et quod Arbitri, & Arbitratores poſſint alle-
333 gati ſuſpecti etiam cum minori cauſa, quàm
Iudices, *Capicc. Galeott. contr.*39. *n.*8., *& infrà,
& n.*47. *lib.*1. *Theb. deciſ. Luſitan.* 77. *à n.*14., *&
ſeq. Maſtrill. deciſ.*91.

Sed hoc intelligendum venit ſi periti ſint electi
334 à ſtatuto, vel Vniuerſitate generaliter, vt in æſti-
matione illi tantũ procedant, ſecùs ſi de conſenſu,
tunc enim non poſſunt poſtea recuſari ex traditis
per *Barz. deciſ. Bonon.*22.

De Syndicatu Senatoris, & eius familiæ, & Iudicum Collateralium, Iudicis Maleficiorum, Capitanei Appellationum, & electione Syndicorum. CAP. XIII.

SEnator, ac quilibet ex Collateralibus, Iudex Maleficiorum, & Capitaneus Appellationum, illorumque officiales, & familiares, per ſe ipſos finito eorum officio ſtare ad Syndicatum per dies decem teneantur, & perſonaliter coram Syndicis deputandis quærelantibus reſpondere; coram quibus Syndicis de geſtis, adminiſtratis, & factis per eos, & eorum quemlibet rationem reddere debeant, & vnicuique quærelanti reſpondere de iure, & omnibus ſatisfacere, quibus de iure tenentur, & de ſuo ſalario (quod retinebitur per Cameram pro vltimo termino,) & alias de ſuo integrè ſoluere: quod ſi non ſufficiat, perſonaliter detineantur, quouſque ſoluerint, & ſatisfecerint cui condemnabuntur. Syndici autem præfatorum, & cuiuſque ipſorum imbuſſulentur, & non extrahantur de Buſſula, donec eorum, & cuiuſque ipſo-

rum officium vacauerit; etſi ante vacationem eorum deputatio facta fuerit, non valeat, & alij deputari debeant pro Syndicatu præfato, nec per ſententiam Syndicorum ante vacationem electorum, Senator, & alij prædicti liberati cenſeantur, quorum quidem Syndicorum alter ſit vtriuſque Iuris Doctor, & omnes gratis eorum officium præſtare teneantur.

ARGVMENTVM.

PLura de Syndicatu Iudicum, ac Magiſtratuum perpenduntur; intra quod tempus debeant coram Syndicatoribus proponi accuſationes, & an tale tempus ſit vtile, vel continuum: & ſuper quibus poſſint Iudices, ac alij officiales ſyndicari; & quod Syndicatui in loco peracti muneris debet Iudex præſens ſe ſubijcere.

SVMMARIVM.

1 *Senator Collaterales, ac alij Iudices Capitolij hodie eliguntur à Papa.*
2 *Syndicatus qui hodie non fit contra Iudices Capitolij bonum eſſet quod fieret.*
3 *Officiales in ſtatu Eccleſiaſtico ſyndicantur.*
4 *Syndicatus eſt de iure diuino.*
5 *Iudices non ſyndicari eſt contra bonos mores.*
6 *Princeps Supremus etiam de plenitudine poteſtatis non debet remittere ſyndicatum.*
7 *Syndicatus remiſſio intelligitur ſolum facta quoad leuem, & leuiſſimam culpam.*
8 *Syndicatum ſubire coguntur etiam Magiſtratus eximiæ dignitatis.*
9 *Officialis in ſyndicatu digerit, quod in officio deglutiuit.*
10 *Iudices, & Magiſtratus de generali conſuetudine ſyndicantur ſolum de barattaria, extorſione, dolo, ac lata culpa.*
11 *Barattaria committitur, ſi propter pecuniam fiunt non facienda, vel omittuntur facienda.*
12 *Barattaria committitur ſi accipiatur pecunia pro ferenda ſententia.*
13 *Extorſio committitur, ſi aliquid exigatur vltra taxas, ac ſolitum.*
14 *Barattariæ crimen æquiparatur crimini leſæ Maieſtatis.*
15 *Extorſio violenta facta ab officialibus æquiparatur furto.*
16 *Barattaria, dolus, ac lata culpa in Iudice ex quibus arguatur vide remiſſiuè.*
17 *Statuta ſuper ſyndicatu intelliguntur de barattaria extorſione, dolo, ac lata culpa.*
18 *Officiales, ac Iudices in ſyndicatu tenentur etiam pro delictis eorum familiæ ſi deliquerunt ratione officij iudicaturæ, & n.19.*
20 *Iudex non tenetur in ſyndicatu ſi Reus obijt in tortura legitimè inflicta, quæ præſumitur ritè data, ſi non probetur exceſſus, vel iniuſtitia.*
21 *Iudex poterit ſyndicari ob iniuſtam carcerationem Rei non carcerandi, & condemnari ad damna, & intereſſe.*
22 *Syndicatur Iudex ſi iudicauit contra leges, ac ſtatuta clara.*
23 *Iudice defuncto, pendente ſyndicatu, tenentur eius hæredes ad intereſſe Ciuile, lite conteſtata cum defuncto.*
24 *Accuſationes in ſyndicatu contra Iudices debent ex ſtatuto Vrbis dari intra decem dies poſt tria præconia propoſita.*
25 *Terminus ad querelandam à ſtatuto præfixus eſt continuum, & currit de momento ad momentum.*
26 *Terminus à ſtatuto præfixus non poteſt abbreuiari.*
27 *Terminus tamen poteſt ex iuſta cauſa prorogari.*
28 *Terminus prædictus currit de die, & de nocte, ac diebus feriatis in honorem Dei.*
29 *Accuſationes termino ſyndicatus elapſo non poſſunt recipi.*
30 *Fallit ob iuſtum, ac legitimum impedimentum, & num.31.*
32 *Termino elapſo ad recipiendum accuſationes, ac faciendum proceſſum poteſt proferri ſententia.*
33 *Officialis durante officio non poteſt ſyndicari, ſed ſolum eo finito.*
34 *Syndicatus Officialis debet fieri in loco vbi exercuit officium.*
35 *Syndicandus debet de iure per 50. dies perſonaliter intereſſe in loco ſyndicatus.*
36 *Nec poteſt recedere cum licentia Legati, vel alterius.*
37 *Syndicandus in Ciuilibus poteſt ſtare ſyndicatui per Procuratorem.*
38 *Appellatio non datur à ſententia lata ſuper ſyndicatu.*
39 *In ſtatu Eccleſiaſtico ſuper hoc ad ſunt literæ S. Conſultæ.*
40 *Appellatio à ſententia ſyndicatorum etiam ex ſtatuto Vrbis non datur.*
41 *De materia ſyndicatus, qui tractent referuntur Doctores.*

AGitur in hoc ſtatuto de Syndicatu Senatoris,
ac aliorum Iudicum Curiæ Capitolij, qui Syn-
dicatus quoad illos hodie non eſt in vſu, ea for-
te ratione, quia non amplius ab Inclito Populo
Romano iuxta præſcriptum *à ſtat. Vrb. lib.1.cap.*
1 *3. & ſeq.* non eliguntur, ſed à Summo Pontifice,
& propterea cum ab hoc eligantur viri probitate,
ac doctrina conſpicui, coram Papa non præ-
ſumitur, quod viri tales, extorſiones, baratta-
rias, vel alia crimina committere velint, ſcientes
ob facilem, celeremque recurſum ad Papam poſse
faciliter remoueri à Magiſtratibus, & Iudicaturis,
ad quas ſunt electi ad beneplacitum ipſius Papæ;
at ſi poſtliminij iure Syndicatus vſus in priſti-
2 num reponeretur, Iudices exactius procederent;
prout Syndicatus vſus ſeuerè retinetur in ſtatu
Eccleſiaſtico extra Vrbem, dum Gubernatores,
3 Pretores, Cancellarij, ac etiam Baroncelli Ciui-
tatum, Terrarum, & Oppidorum S. R. E. ſubie-
ctorum, expleto magiſtratu ſyndicantur, prout
idem fieri regulariter ſolet in alijs etiam Domi-
nijs, & Principatibus, nam Magiſtratus, & etiam
officiales ſcientes, ſe rationem reddituros de eo-
rum geſtis in officijs, taliter eaxercent, vt nihil
contra ipſos in Sindicatu reperiri poſſit redar-
guendum, vt probant omnes infra ſcripti Docto-
res de materia Syndicatus loquentes.

Hinc

4 Hinc Syndicatum eſſe de Iure Diuino *vt ex lib. 1. Reg. cap. 12., & cap. qualiter, & quando il 2. de accuſat. probant Dulcet. de Syndicat. quæſt. 1. Berart. de Viſitat. Magiſtrat. cap. 1. n. 7. & ſeq., Coelb. de Syndicat. cap. 1. num. 6., Florian. Dulph. contr. Iur. lib. 1. contr. 147. n. 1.*

Vnde conſuetudo quod Officiales, ac Iudices non ſyndicentur, dicitur praua, & contra bonos
5 mores *Caualcan. de Bracch. Reg. p. 5. n. 18. in 7. notabil., Berart. de Viſitat. Magiſtrat. cap. 2. n. 9.*

Nec ipſe Princeps Supremus de plenitudine poteſtatis debet remittere Syndicatum, cum ſit de
6 Iure Diuino, *benè Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. to. 3. cap. 7. n. 118. & 119. & n. 143. & ſeq. Fragoſ. de Regim. Reipub. p. 1. lib. 7. diſput. 23. §. 1. n. 7., Cohell. ad Bull. Boni Regimin. cap. 19. n. 40. in fine.*

Etſi à Principe fuerit dictum, quod Magiſtratus, ac officiales non teneantur ſtare Syndicatui hoc in-
7 telligitur, vt ſolum eximatur à culpa leui, & leuiſſima, & non vltra *Mut. & Fragoſ. vbi proximè, qui videantur.*

Cui ſyndicatui ſubjicitur quilibet quantumuis præfulgens, ac magnus magiſtratus etiam eximiæ
8 dignitatis *Cald. de Viſitat. Magiſtrat. cap. 18. n. 7. cum duobus ſeqq.*: hinc licet Senator Almæ Vrbis exerceat Supremum magiſtratum in foro Capitolino, & præfulgeat conſpicua dignitate Senatoria, nihilominus ſtatutum hic illud ſubiecit oneri ſyndicatus.

Nam cum Syndicatus dicatur digeſtio officij,
9 quia in illo Magiſtratus digerit, quod in officio exercendo deglutiuit, *Bald. conſ. 178. in fin. lib. 2. Mut. dict. cap. 7. n. 101. verſic. ſicut enim homo Dulph. contr. Iur. lib. 1. contr. 147. n. 2. in fine Chriſtin. decij Belgic. 84. n. 1. verſic. & ſi cauſa lib. 2.*, hinc omnino ſyndicatus vſus eſt neceſſarius, ad hoc vt Iudices, ac Magiſtratus bene digerant, ſi male deglutiuerunt in eorum officijs.

At Iudices, ac Magiſtratus hodie de conſuetu-
10 dine generali non ſyndicantur niſi de barataria, extorſione, dolo, & lata culpa, *Galganett. ad hoc ſtatut. in §. & officiales. Clar. in §. fin. qu. 73. n. 3., Catald. de ſyndicat. qu. 13. n. 265. Amad. eod. tract. n. 136. in fine Fragoſ. alleg. diſput. 23. §. 3. nu. 49., Chriſtin. deciſ. Belgic. 84. n. 2. vol. 2.*

Et barattaria in propoſito eſt diſtrahere, ac vendere iuſtitiam propter pecuniam, ac officium ſuum cum pecunia permutare, vel per pecuniam
11 facere non facienda, vel propter eam omittere facienda, *Amod. de ſyndicat. n. 163. & 165. Dulcet. eodem tractat. n. 11., late Coelb. ſimili tract. cap. 1., nu. 29. & ſeq. Intrigl. ſingular. 83. n. 11. & 12. lib. 3. Fragoſ. dict. §. 3. n. 52.* vbi quod ba-
12 rattaria committitur, ſi accipiatur pecunia pro ferenda ſententia etiam iuſta, vel pro illa celeriter obtinenda.

Extorſio autem committitur, quando Iudex, vel officialis accipit, exigit, ac extorquet illicita
13 vltra antiquas taxas, & contra conſuetudinem, *Mut. dict. cap. 7. n. 121. cum tribus ſeq.*

Dictumque crimen barattariæ eſt adeo graue
14 vt æquiparetur crimini læſæ Maieſtatis, *Paris de Put. de ſyndicat. §. Corruptio. n. 1., Intrigl. dict. ſingular. 83. n. 17. Coelb. de ſyndicat. cap. 14. n. 4.*

Extorſio vero violenta, quæ fit per officiales, ac Magiſtratus accipitur pro furto, & pro illa
15 tanquam furto ſyndicantur *Paris de Put. de ſyndic. §. multa n. 6. Intrigliol. allegat. ſingular. 83. n. 24., Coelb. de ſyndic. cap. 15.,* vbi plene de extorſione facta per conceſſionem violentam.

16 Quando autem barattaria, ac dolus, vel lata culpa in Iudice excludatur videatur de materia *plene Coelb. de ſyndicat. cap. 12. 13. & 14.*

Cum ergo Iudices, ac Magiſtratus de conſuetudine generali ſyndicentur tantum de barattaria, ac illicitis extorſionibus, dolo, vel lata culpa, hinc non ſyndicantur de negligentijs leuibus, ac leuiſſimis, & ſtatuta ſuper ſyndicatu ſic ſunt in-
17 terpretanda, vt nempe fiat ſolum iuxta talem conſuetudinem, *Fragoſ. alleg. §. 3. n. 49. verſic. proinde debent.*

Tenetur Iudex in ſyndicatu etiam de geſtis per vxorem, ac eius filios, & familiares, ſi tales perſonæ deliquerunt ratione officij Iudicis, & iudi-
18 catus per maritum, patrem, vel dominum exercitæ *per tex. in l. obſeruare §. proficiſci, & ibi Bald. n. 2. & ſeq. ff. de off. Proconſul., Amad. de ſyndicat. n. 108. & 196., Intrigl. alleg. ſingular. 83. n. 1. lib. 3. Coelb. de ſyndic. cap. 1. n. 29. & præclarè Fragoſ. dict. §. 3. n. 51. & 52.* vbi quod Iudex tene-
19 bitur in ſyndicatu, ſi permittat ſuos domeſticos, & familiares vendere ſumum ipſius officij, quæ ſumi venditio ab illis fieri ſolet, quando promittunt partibus celerem, & propitiam expeditionem cauſæ, & cum hoc domeſtici, ac famuli alliciunt partes ad dandum pecuniam, vel munera Iudici.

Prout Iudex tenetur in ſindicatu de morte Rei qui deceſſit in tortura, ſi conſtet illam iniuſtè, & nullis præcedentibus indicijs fuiſſe ab eo illatam, vel ſi exceſſit in tortura infligenda, quia ſemel ſufficienter tortum abſque nouis indicijs iterum ſubiecit torturæ, in qua mortuus eſt, ſecus ſi caſus mortis ſucceſſerit in tortura legitimè infli-
20 cta, & ſic præſumitur pro Iudice, niſi probetur exceſſus, vel iniuſtitia torturæ *Fragoſ. allegat. §. 3. n. 83.*

Idem dicendum de Iudice, qui carcerati fecit non carcerandum, & detineri in carceribus non detinendum, ſtante innocentia carcerati, nam tali caſu poterit Iudex puniri arbitrio ſyndicato-
21 rum, & ſimul condemnabitur ad damna, & intereſſe *Farinac. qu. 16. nu. 3. & ſeq. & n. 25. Fragoſ. dict. §. 3. num. 84., Mut. ſuper Rit. tom. 3. cap. 7. num. 141.*

Similiter ſyndicatur Iudex qui ſententiam tulit contra leges, conſtitutiones, ac ſtatuta clara, tam ſi
22 ex dolo, quam ex magna negligentia *Mut. dict. cap. 7. n. 134. Dulph. contr. Iur. lib. 1. cap. 147. n. fin.*, vbi in propoſito dicit, quod Iudex ex iniuſtitia dicitur in dolo.

An autem ſyndicatus coeptus contra Magiſtratum, vel Iudicem, qui ſyndicatu pendente deceſſit, poſſit proſequi in iudicio ciuili contra here-
23 des Iudicis vide de materia *late Coelb. de ſindicat. cap. 2. à n. 14. & ſeq. & Cala. de Viſit. Magiſtrat. differt. 12. à n. 7. & infra* qui videtur affirmare quoad intereſſe ciuile poſt litem conteſtatam cum Iudice, ac Magiſtratu in iudicio ſyndicatus, & dictus *Cala* per plura iura apud ipſum videnda hoc probat.

Notandum tamen eſt quod quando proponitur ſyndicatus faciendus contra Officialem vel Iudicem debent illi, qui volunt querelare, dare que-

relas

telas intra terminum à ſtatutis, & pragmaticis
34 præſcriptum *& ex ſtat. Vrb. cap. 14. lib. 1.* tales
querelæ ſunt proponendæ intra terminum decem
dierum, propoſitis tribus præconijs, & hoc tem-
pus à ſtatuto præfixum eſt continuum, & currit
25 de momento ad momentum à die propoſitorum,
præconiorum, *Coelb. de ſyndicat. cap. 3. n. 2. & 3.*
Thomat. deciſ. 25. n. 6.

Et tale tempus à ſtatuto præfixum non poteſt
76 abbreuiari, nec prorogari *Coelb. ibidem n. 8. & 9.*
27 At ex iuſta cauſa poſſe prorogari tenet poſt
alios *D. Maſſin. Auunculus meus de Confiſcat. q. 11.*
n. 13. & 14.

Cumque tale tempus ſit continuum ſemper
28 currit tam de die, quam de nocte, ac etiam die-
bus feriatis in honorē Dei *Paris de Put. de ſyndic.*
verbo feriæ n. 123. Cancer. var. reſol. p. 3 cap. 12.
n. 28. dict. Maſſin. alleg. qu. 11. n. 20., Coelb. dict.
cap 3. n. 6. ad 8.

Et tali termino ſyndicatui præfixo elapſo non
recipiuntur amplius petitiones, & querelæ con-
tra officialem, ac Iudicem, nec poteſt ſuper eis
29 ſententia ferri *Cancer. dict. cap. 12. n. 21. & ſeq.,*
Coelb. cap. 2. n. 22. & dict. cap. 3. n. 12., Chriſtin.
deciſ. Belgic. 84. n. 13. vol. 2., Thomat. latè deciſ. 25.

Fallit huiuſmodi concluſio quando comparens
poſt huiuſmodi terminum ſyndicatui præfixum
medio iuramento dicat, ſe fuiſſe abſentem, vel
alias legitimè impeditum, & habuiſſe ignorantiā
bannimentorum, tunc enim debet admitti ad
querelandum etiam poſt lapſum terminum ſyndi-
30 catui præſcriptum *Mut. ſuper Rit. Regn Sicil. to.*
3. cap. 7. n. 112. verſic. eſt verum, Cancer. var. re-
ſolut. p. 3. cap. 12. n 31. cum duobus ſeq., Maſſin. de
confiſcat. qu. 11. num. 12., qui refert ſic cenſuiſſe
31 Sacram Conſultam ex litteris ab eo relatis, &
Maſſinum ſequitur *Conciol. reſol. Crim. verbo ſyn-*
dicatus reſol. 5. n. 4.

Talis tamen terminus à ſtatuto, vel in banni-
mentis præſcriptus ad querelandum, & ad ſyndi-
catum procedit quoad faciendum ſuper eo pro-
32 ceſſum, non autem quoad ferendum ſententiam,
quæ poteſt proferri etiam poſt dictum tempus,
Giurb. conſ. 18. n. 13. & ſeq. Maſſin. alleg. quæſt. 11.
n 21. & 22., & conſonat ſequens ſtatut. 14. ibi - la-
pſo autem decendio Iudices querelas, & cauſas pro iu-
ſtitia terminent -.

Aduerte hic quod Iudex, ac officialis durante
officio non poteſt ſyndicari, ſed ſolum eo finito
33 *Galganett. hic. n. 50. §. ante finem officij, Coelb. de*
ſyndicat. cap. 1. n. 19.

Et illo expleto talem ſyndicatum facere debet
34 in loco vbi exercuit officium *Mut. dict. cap. 7. n.*
101. tom 3., & quidem debet perſonaliter intereſſe
in loco ſyndicatus de iure communi per quinqua-
35 ginta dies *l. vnica, C. vt omn. Iudic. tam. Ciuil.*
quam Crimin., & ibi Odofred. Alberic. Bartol. Ful-
goſ. & Iaſ. Pariſ. de Put. de ſyndicat. §. viſo de mo-
do proceden. n. 4. cum alijs per Florian. Dulph. contr.
Iur. lib. 1. contr. 147. n. 4. & 5., & conſonat ſtatu-
tum noſtrum hic.

Nec excuſatur à receſſu, quia hoc fecerit cum
licentia Legati, vel alterius ex dicta *leg. vnica ibi-*
38 *nec vllam vltra præfinitum tempus de Prouincia*
diſcedendi excuſationem tribuat - dict. Dulph. ibi-
dem n. 6.

Declara quod intra dictos dies 50. à iure præ-
fixos vel alium terminum à ſtatuto præſcriptum
debeat Iudex in Criminalibus eſſe preſens in loco
ſyndicatus & illi ſtare per ſeipſum, quouſque fue-
rit finitus, ſecus in ciuilibus, in quibus ſi intra
tale tempus ſyndicatus non ſit finitus, poteſt illi
37 ſtare per Procuratorem *Iaſ. in dict. leg. vnica*
n. 5. dict. Dulph. alleg. contr. 147. n. 7., & 8.

A ſententia autem lata ſuper ſyndicatu an detur
38 appellatio negant de iure *Fragoſ. de Regim. Rei-*
pub. p. 1. lib. 7. diſp. 23. §. 1. n. 20., Cobell. ad Bull.
Boni Regim. cap. 19. n. 40. vbi refert ſuper hoc pro
39 ſtatu Eccleſiaſtico literas Sacrę Conſultæ, ex qui-
bus habetur, quod ſententię latæ à ſyndicatoribus
contra officiales ſyndicatos non poſſint retardari,
cuiuſuis Inhibitionis pretextu à quocumque Iu-
dice obtentæ, quoad effectum ſuſpenſiuum.

Et vigore ſententiæ prolatæ à ſyndicatoribus
vigore preſentis ſtatuti, quod ab ea non detur
40 appellatio remanet ſancitum *per ſtatut. Vrb. lib.*
1. cap. 177.

Poſſent plura deduci ſuper hac materia Syndi-
catus, quando, & ſuper quibus illi locus ſit, vel
non, & quando Iudices, vel officiales ab illo ex-
cuſentur, at ne actum agam, & ne ab alijs ſcri-
pta tranſcribam, ſi de materia plura ſcire deſide-
41 ras vide *Parid. de Puteo, Amod., Dulcet. & Co-*
elb. omnes in tract. de ſyndicat. Berart. de Viſit. Ma-
giſtr. lib. 1. cap. 1. ad 12., Hyer. Cala ſimili tract.,
Mut. ſuper Rit Regn. Sicil. tom. 3. cap. 7. n. 101.
ad 156., idem tom. 4. cap. 22., Fragoſ. de Regimin.
Reipub. p. 1. lib. 7. diſput. 23. §. 1. 2. & 3., Azened.
ad leg. Recopill. tom. 1. lib. 3. tit. 7., leg. 9. ad leg.
25., Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 12. Farin. qu. 111.,
Maſſin. ad Guazzin. de Confiſc. qu. 11., Conciol. re-
ſol. Crimin. verbo ſyndicatus, Giurb. conſ. 72. Rau-
denſ conſ. 49. & 50. vbi latiſſimè pro excuſatione à
ſyndicatu, Thomat. deciſ. 25. Hyeron. Cala. de Vi-
ſitat. Magiſtrat.

De Seruandis Statutis, & illis deficientibus Iure Communi. CAP. XLII.

INter Ciues, Incolas, & Diſtrictuales vbi-
que ſeruentur Vrbis Statuta, niſi in loco
Diſtrictus in caſu contingenti aliter per
particularia Statuta fuerit prouiſum, & vbi
Statuta non diſponunt ſeruetur Ius Ciuile
(nec immeritò, quando in hac Vrbe Roma
Iura Ciuilia orta, auctaque ſunt, & ad alios
Populos defluxerunt, & adhuc ſuſcepta be-
nignè ſeruantur), & vbi deficit Ius Ciuile,
tunc ad ſacros Canones recurratur.

ARGVMENTVM.

EX hoc Statuto in Vrbe, & Diſtrictu quan-
do nec nè ſeruetur Ius Ciuile, vbi Sta-
tuta deficiunt, & quando Ius Canonicum
latè diſcutitur. Teſtamenta in Vrbe ad
prophanos vſus condita non tenent cum
ſolemnitatibus *cap. cum eſſes de Teſtamen.*,

&

& contraria declarantur, ſecùs Teſtamenta ad Pias cauſas. Hoc Statutum non procedit in cauſis Clericorum, Eccleſiaſticorum, & Eccleſiarum; nec in cauſis ſpiritualibus, Matrimonij, Iuramenti, Vſurarum, & in omni alia materia peccatum concernente. Graduum computatio quando fiat iuxta diſpoſitionem Iutis Ciuilis, vel Canonici. Iuris appellatione, quandò veniat Ius Ciuile, Canonicum, vel Municipale.

SVMMARIVM.

1 *Iura Ciuilia Romæ orta, ac aucta fuere, & ad alios Populos defluxerunt.*

2 *Iuris Ciuilis Origo, & Hiſtoria vide remiſſiuè.*

3 *Ius Ciuile Romæ obſeruatur inter Ciues, Incolas, & Diſtrictuales.*

4 *Confeſſio extraiudicialis emiſſa parte abſente in Vrbe non probat.*

5 *Ius Ciuile, quoad confeſſionem extraiudicialem ex Statuto Vrbis non eſt correctum per ius Canonicum.*

6 *Incertitudo quotæ, & partis pretij rei venditæ vitiat contractum venditionis attento Iure Ciuili.*

7 *In fideicommiſſis de Iure Ciuili, & ex ſtatuto hic eſt neceſſaria reſtitutio verbalis.*

8 *Sententia prolata non citato Principali, & Procuratore ex Statuto Vrbis eſt nulla.*

9 *Subtilitas citandi principalem, & Procuratorem non attenditur, vbi non ſeruatur Ius Ciuile.*

10 *Teſtamenta condita coram Parocho, & duobus Teſtibus tenent in Vrbe, & attenditur Ius Canonicum, & n. 11.*

12 *Contrarium eſt verius in Vrbe, vbi ſeruatur Ius Ciuile, & n. 13.*

14 *Fagnan. in cap. cum eſſes de Teſtam. reijcitur, & n. 15. ad 19., & 21.*

20 *Deciſ. 212. coram Penia declaratur.*

22 *Teſtamenta ad pias cauſas in Vrbe, & alibi non ſubiacent ſolemnitatibus Iuris Ciuilis, & ſtatutorum Laicalium ſed Iuris Canonici, & n. 23.*

24 *Statutum hoc non intrat in cauſis Clericorum, & Eccleſiarum, nec in earum contractibus.*

25 *Fenzon. hic contrarium tenens impugnatur.*

26 *Statutum, quod ſeruetur Ius Ciuile non procedit in cauſis ſpiritualibus, & quæ ex ſpiritualibus conſequuntur.*

27 *Ius Canonicum, & non Ciuile in materia vſurarum ſeruandum eſt.*

28 *Similiter in materia iuramenti etiam in terminis huius ſtatuti, & n. 30.*

31 *Mora ſtante iuramento poteſt purgari de æquitate Canonica, etiam in terminis huius ſtatuti ſi Ius partis non ſit effectum deterius.*

32 *Ius Canonicum, & non Ciuile ſeruandum eſt in materia Matrimonij.*

33 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium de Iure Canonico procedit, licet Mulier non ſit retenta domi ſub ſchemate concubinatus.*

34 *Conſenſus Parentum in matrimonio contrahendo per filios requiritur ſolum de honeſtate, non neceſſitate.*

35 *Ius Canonicum, & non Ciuile ſeruandum eſt in materia concernente peccatum.*

36 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum de Iure Ciuili currit etiam cum mala fide.*

37 *Secus de Iure Canonico ob peccatum.*

38 *Præſcriptio 16. annorum ex ſtatuto currit, non attenta mala fide.*

39 *Statutum Vrbis de ſeruando Iure Ciuili non comprehendit Incolas in illis caſibus, vbi ſtatuta loquuntur de Ciuibus.*

40 *Ius Ciuile ex ſtatuto Vrbis, & vbi illud ſeruatur attenditur in computatione graduum quoad ſucceſſiones.*

41 *Fallit in ſucceſſione Iuriſpatronatus Cappellaniæ Eccleſiaſticæ fundatæ à Clerico, tunc enim fit computatio ſecundum Ius Canonicum.*

42 *In cauſa matrimonij fit computatio graduum ſecundum Ius Canonicum.*

43 *Ius Ciuile non attenditur, ſed Canonicum, quando ab illo aliquid non eſt clarè deciſum prout à Iure Canonico, & n. 44., & 45.*

46 *Ius Canonicum ſeruandum eſt etiam in foro Laico, quando dubitatur, an aliquid à Iure Ciuili deciſum ſit correctum à Iure Canonico.*

47 *Ius Ciuile ſeruandum eſt in Vrbe ex ſtatuto, etiamſi correctum ſit à Iure Canonico extra materiam peccati, vel ſpiritualem.*

48 *Iuris appellatione in ſtatu temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ venit Ius Canonicum.*

49 *Ius Canonicum ſi contradicat Iuri Ciuili illud ſeruandum eſt etiam in foro ſeculari, & cauſis prophanis.*

50 *Statuta Ciuitatis Dominãtis ſeruãtur in locis ſubditis, quoties in his particularia nõ vigeãt ſtatuta.*

51 *Statutum Vrbis de lucro dotis non habet locum in Ciuitate Bruchiani, nec in Terra Cerræ.*

52 *Statuta particularia locorum Diſtrictus ſeruantur, quoad deciſoria, non illa Vrbis, etiam in cauſis quæ Romæ aguntur.*

53 *Statutũ Diſtrictus dicens in aliquo caſu quod ſeruetur Ius commune, intelligitur de Iure Communi Romanorum, non de ſtatutis Vrbis, & quando ſecus n. 54.*

55 *Verba prout de Iure appoſita in contractibus, vel decretis intelliguntur de Iure Statutario, & num. 56.*

HOc ſtatuto decernitur inter Ciues, Incolas, & Diſtrictuales eſſe ſeruanda Statuta Vrbis, & vbi ſtatuta non diſponunt, eſſe ſeruandum Ius Ciuile, & demùm hoc deficiente ad Sacros canones eſſe recurendum.

Cur autem poſt ſtatuta mandet præſens ſtatutum ſeruari Ius Ciuile, & vltimo loco Ius Canonicum (quod in Terris Eccleſiæ, & præcipuè in Vrbe capite illarum potiùs erat ſeruandum) redditur ratio ab eodem ſtatuto per hæc verba, quia
1 *In hac Vrbe Roma Iura Ciuilia orta, auctaque ſunt, & ad alios Populos defluxerunt, & adhuc ſuſcepta benignè ſeruantur.*

Eſſet hic tangendum de origine, ac progreſſu Iuris Ciuilis in Alma Vrbe, ſed nè actum agam, de Hiſtoria Iuris Ciuilis, eiuſq; incremento vſque
2 ad tempora legum Ciuilium, quibus nunc vtimur contentarum in Pandectis, ſeù Digeſtis, Inſtitutionibus, Codice, ac Nouellis, ſeù Authenticis videantur *l. 2. in princip. vſque ad §. poſt* origi-

originem ff. de orig. Iur., *& aliqua in l.1. & 2.Cod.*
de veter. Iur. enuclean. Galganet. ad princip. ſtat.
Vrbis in ſecunda epiſtola dedicator. ad S. P. Q. R.
Vigell. ſuper 1. part. ff. lib. 1. de origin. Iur.
cap. 1. Donnell: commentar. Iur. Ciuil. lib. 1. cap.
1., & ſeqq.

Stante hoc ſtatuto in contractibus, & alijs in
Vrbe inter Ciues, Incolas, ac Diſtrictuales poſt
3 ſtatuta ſeruandum eſt Ius Ciuile *Rot. deciſ. 265.*
n. 1., & ſeqq. part.6., & deciſ.320. n.16. part.16.
recent.

Attento hoc ſtatuto confeſſio extraiudicialis
emiſſa parte abſente non probat, ſicut probat
4 de æquitate Canonica, quæ in Vrbe, ſtante præ-
ſenti ſtatuto non ſeruatur, ſed rigor iuris Ciui-
lis benè *Rot. dicta deciſ. 256. n. 1., & 4. part. 6.*
recent.

Nec ſtante hoc ſtatuto Ius Ciuile, quoad hoc
5 eſt correctum per Ius Canonicum *Rot. deciſ. 487.*
n. 13. coram Seraphin., *& dicta deciſ. 265. num. 4.*
part.6. recent.

Similiter attenta diſpoſitione huius ſtatuti in-
certitudo quotæ, & partis pretij rei venditæ vi-
6 tiat contractum venditionis, non attenta æqui-
tate Iuris Canonici contrarium determinantis
Rot. deciſ.320. n.14., & ſeqq., & ferè per tot. p.16.
recent.

Pariter ex hoc ſtatuto in fideicommiſſis eſt
neceſſaria reſtitutio verbalis, quicquid velit in
7 contrarium æquitas Canonica *per text. in l. facta*
ff. ad Trebell. Rot. deciſ.676. n.3. part.3. recent.

In vim huius ſtatuti ſententia prolata non
8 citato Procuratore domino litis effecto eſt nul-
la, licèt citatus fuerit principalis tantùm *Rot.*
deciſ.182. num. 1. coram Vbald., *& conſonat ſtat.*
Vrbis 53. lib.1.; at extra Vrbem in Terris Eccleſiæ
9 & vbi ſeruatur Ius Canonicum, talis ſubtilitas
non attenditur *Angel. conſ.98. in fine Rot. allegat.*
deciſ.182. n.2., & 3. coram Vbald.

An autem in Vrbe, vbi ſeruatur Ius Ciuile ſu-
ſtineantur teſtamenta condita iuxta diſpoſitio-
nem, ac formam præſcriptam *in cap cum eſſes de*
Teſtam., vel ſeruandæ ſint ſolemnitates in conden-
dis teſtamentis præſcriptæ à Iure Ciuili; *Fagnan.*
in dict. cap. cum eſſes latè tuetur, quod etiam te-
ſtamenta in Vrbe condita ſuſtineantur, ſi fa-
10 cta ſint coram Parocho, & duobus teſtibus iuxta
diſpoſita *in dicto cap. cum eſſes*, non obſtante hoc
ſtatuto mandante ſeruari Ius Ciuile, cum non
poſſit intelligi de Iure Ciuili correcto per Ius
11 Canonicum, ex quò Ius Ciuile correctum, &
abrogatum non dicitur Ius Ciuile *Capr. conſ. 70.*
n.1., & 2. Rot. deciſ.212. n.4. coram Penia, & de-
ciſ. 671. n.35. coram Merlino dupplicata in recent.
part.7. deciſ. 30. n. 35.; & ex quo Ius Ciuile in
hoc eſt contra Ius Diuinum, dum per hoc ſtatui-
tur, quod in ore duorum, vel trium ſtet omne
verbum, vt refertur *in dict. cap. cum eſſes de Te-*
ſtam. Vnde non eſt credendum, quod Gregorius
XIII. in confirmatione ſtatutorum Vrbis, quæ eſt
caput vniuerſi Orbis Catholici voluerit ſeruari
Ius Ciuile correctum, & abrogatum per Ius Ca-
nonicum vniforme Iuri Diuino.

At contrarium dic, quod ſcilicèt teſtamen-
12 ta in Vrbe, ac eius Diſtrictu non teneant, ſi fa-
cta ſint ſeruata tantum forma præſcripta in *alleg.*
cap. cum eſſes, cum debeant ſeruari ſolemnitates
Iuris Civilis, *vt probant Dec. conſ.315. num.4. verſ.*
non obſtat, quod Romæ Alex. conſ.177. num. 2. verſ.
vbi tamen lib.4. Paitell. expedit. Civil.91. in addit.
num. 9., vbi quod non ſuſtinetur teſtamentum
ſecundum ſolemnitates *cap. cum eſſes* in omnibus
13 iſtis locis, in quibus adſunt ſtatuta confirmata
à Papa, quod ſeruetur Ius Ciuile, & in termi-
nis ſtatuti Vrbis *Fenzon. hic num.8. Dec. dicto conſ.*
315. num.4. Gratian. cap.233. num.52., & perpetuo
Rot. ſuper hoc puncto ſic cenſuit, vt in deciſ.396. n.2.
par. 4. diuerſ. deciſ. 126. per tot. part.6. recent., &
ſignanter num.27., & 28. deciſ. 312. num.16. par.9.
deciſ. 275. num.3. part.13. deciſ.145. num.27. & 28.
coram Alexandro VIII., *& benè Cardinal. de Lu-*
14 *ca de Teſtam. diſc.11. num.2. & diſc.33. nu.9.*, vbi
reijcit in ſpecie *dict. Fagnan.* tenentem opinio-
nem contrariam.

Et hæc opinio toties amplexa à Rota, & benè
15 per *dictum Card. de Luca* tutata, eſt retinenda; &
poſt ponendus Fagnanus; cum enim noſtrum
ſtatutum hic ſit litterale, quod in cauſis deciden-
dis priùs ſint ſeruanda ſtatuta Vrbis, & illis
ſuper articulo, de quo eſt controuerſia, non diſ-
ponentibus, quod ſeruetur Ius Ciuile, & demum
Ius Canonicum, & quidem ea adducta ratione,
quod Romæ Iura Ciuilia orta, & adaucta fue-
runt, & ad alios Populos defluxerunt, & ſolum
ad ſacros Canones mandat recurri, vbi deficit Ius
Ciuile, hinc dum ſuper ſolemnitatibus teſtamen-
torum adſunt Iura ciuilia, non poteſt circa illas
procedere Ius Canonicum à ſtatuentibus, & à
ſtatuto non conſideratum, quoties ſuper aliquo
caſu adſit diſpoſitio Iuris ciuilis.

16 Nec vrget ratio abrogationis Iuris ciuilis con-
ſiderata à Fagnano, ſi enim illa vera eſſet, præ-
ſens ſtatutum fuiſſet fruſtatorium; nam ſine illo,
vbi defeciſſent canones, fuiſſent ſeruanda Iura
ciuilia non correcta à Iure Canonico *per Tex. in*
cap. penult., & fin. de nou. oper. nunciat.; & ampliùs
ſtatuentes conſiderarunt ſolum Iura ciuilia, pro-
vt ſunt in corpore Iuris, ſeruanda ob predictam
rationem, quia Romanus Populus in memoriam
ortus, & augmenti Iuris Ciuilis habiti in Alma
Vrbe, & quod ab hac ad alios Populos defluxit,
& ab illis benignè ſeruatur, voluit poſt ſtatuta
idem Ius Ciuile ſeruari; vndè ſiue Ius ciuile in
aliquibus ſit correctum, vel non à Iure Canoni-
co, illud ſeruandum eſt, cum non dicatur de-
feciſſe ob correctionem de eo factam à Iure Ca-
nonico, ſed ſolum dicatur ſublata vis eiuſdem,
reintegrata per ſtatutum, & hoc patet ex illis
verbis, & *adhuc ſuſcepta ſeruantur*, ex quibus pa-
tet, ſtatuentes conſideraſſe Iura ciuilia prout
ſunt in corpore Iuris, & ex illis alijs verbis, *&*
vbi deficit Ius ciuile ad ſacros Canones recurratur,
quæ pariter oſtendunt, ſtatuentes nunquam con-
ſideraſſe ſacros Canones pro deciſione cauſarum,
niſi in defectum ſtatutorum, & Iuris ciuilis clau-
ſi in corpore Iuris.

17 Cuius Concluſionis veritas contra Fagnanum
fulcitur pluribus rationibus; & primo quod Ale-
xander VII. de tempore peſtis in anno 1657. in Vr-
be graſſantis indulſit, vt poſſent, durante cala-
mitate peſtis, fieri teſtamenta coram quinque
teſtibus, quod comprobat diſpoſitionem Iuris
Canonici in *dict. cap. cum eſſes de Teſtam.* in Vrbe
non ſeruari, ſed Iuris ciuilis, nam alias fuiſſet
ſpe-

ſpecies ſatuitaris indulgere, quod poſſent tempore
peſtis in Vrbe fieri teſtamenta corā quinque
Teſtibus, ſi etat in obſeruantia Ius Canonicum
in alleg. cap. cum eſſes, ſecundum quod ſufficiunt
duo, aut tres teſtes, vt appoſitè ponderat *Cardinal. de Luca de Teſtam. diſc. 11. n. 2., & diſc. 33. n. 10.*
18 Et vlteriùs oſtenditur eadem veritas, ex quò
Romæ ex firmatis, confeſſio extraiudicialis facta
abſente parte non probat ex diſpoſitione Iuris
ciuilis in Vrbe obſeruandi, ex opinione *Rot. ſupra relata n. 4.*, & ego ſæpè ſic iudicaui, & iudicari
vidi, & tamen de Iure Canonico talis confeſſio
probat; vndè abrogatio Iuris ciuilis facta
à Iure canonico non refragatur, attento hoc
ſtaruto, quod adeò præcisè vult illud obſeruari.
Et ampliùs fruſtrà Doctores limitaſſent conclinſionem,
dicta ſtaruta de ſeruando iure Ciuili
19 non procedere, vbi agitur de rebus ſpiritualibus,
vt iuramento, matrimonio, vel de materia peccati
(vt dicemus infrà hic) nam vno ore, & paucis
verbis potuiſſent vna limitatione totum dicere,
illa ſcilicet non procedere, quoties canones
contradicunt Iuri Ciuili, & tamen nullus Doctor
auſus fuit firmare talem limitationem, adeò generalem.
20 Nec obſtat prædictis *Rot. deciſ. 65. poſt ſecundum, volum conſil. Farinac. quæ eſt coram Pen. deciſ. 112.*
ſuper qua ſe fundat *Fagnanus* contrariæ ſententiæ
ſectator; quià talis deciſio poteſt admitti,
quando Ius ciuile correctum per Ius canonicum
concernit cauſam, & materiam ſpiritualem,
vt eſt caſus *dictæ deciſ. Penæ*, quæ loquitur
de matrimonio, tali quippè caſu eſt ſeruandum
Ius canonicum *ex latè firmatis per Rot. deciſ. 190. par. 9. recent.*; & ob dictam rationem cauſæ matrimonij
ſpiritualis benè procedit deciſio, ſed
non ratio Iuris ciuilis abrogari, ſi enim hæc ratio
vera eſſet, Rota in prædictis terminis confeſſionis
extraiudicialis emanatæ abſente Parte,
teſtamenti conditi iuxta formam *cap. cum eſſes de teſtam.*, & iu alijs caſibus ſupra relatis, in quibus
adeſt diuerſitas inter Ius canonicum, & ciuile,
cum ab illo poſteriore contrarium fuerit ſancitum,
quam à Iure ciuili reperiatur diſpoſitum,
debuiſſet reſpondere, non eſſe locum ſtatuto, &
& obſeruantiæ Iuris ciuilis.
Super hoc puncto latiùs hic procedere volui,
21 quia in quadam cauſa fiebat magnus ſtrepitus
cum authoritate *Fagnani*, quam dixi, non eſſe
ſequendam, & ſatis miratus ſui, quod vir adeò
doctus in talem ſententiam patum probabilem,
ac inſubſiſtentem protuperit.
Ar licèt Teſtamenta in Vrbe ſubiaceant ſolemnitatibus
Iuris ciuilis, & non Iuris Canonici, *in cap. cum eſſes*, nihilominùs ſi non ſint condita
ad prophanos vſus, ſed ad pias cauſas, tunc hoc
ſtatutum de ſeruando Iure ciuili non procedit,
22 ſed ſat eſt in illis ſeruari ſolemnitates præſcriptas
in cap. relatum, vbi Abb. n. 2. & 3., & ibidem Fagnan. num. 11. de teſtam., ſufficiunt namque
in tali, diſpoſitione ad Pias cauſas duo teſtes, nè
23 dum in Terris Eccleſiæ, ſed etiam Imperij, &
vbique etiam in foro ſæculari *Fagnan. ibidem Fragoſ. de Regim. Reip. part. 1. lib. 4. diſput. 10. §. 3. nu. 191. verſic. idem dico Rota deciſ. 166. num. 2. coram Pen. deciſ. 553. num. 5. coram Caualer., & in Alatrina teſtamenti 26. Februarij 1649. §. non ob-*

ſtat coram Veroſpio; ea etiam ratione, quia Eccleſia,
& pia cauſa non ſubiacet præſenti ſtatuto
laicali, ſed regitur ſub regulis ſacrorum canonū.
Vndè hoc ſtatutum, tanquam laicale non intrat
in contractibus, & cauſis Clericorum, Ec-
24 cleſiaſticorum, & ad Perſonas Eccleſiaſticas
ſpectantium. *Rota deciſ. 58. num. 28., & ſeqq., & nu. 35. ad 37. p. 6. rec., & deciſ. 1951. coram Coccin.*
Nec meretur attendi Fenzon. hic, quod ſub hoc
25 ſtatuto veniant Clerici, quia illos non venire
vltra authoritates mox allegatas, id probatur
ex deciſ. 252. n. 8., & ſeq. par. 16. recen. deciſ. 282. & 377. p. 17., & dixi ſupra in Prælud. ad ſtat. Vrb. artic. 3. num 163. & ſeqq. vbi latè fuit reſponſum
contrarijs, & etiam dicto *Fenzonio*.
Nec præſens ſtatutum procedit in cauſis, in
quibus agitur de re ſpirituali, ſiuè de illis, quæ
26 ex ſpiritualibus conſequuntur, in quibus ſeruandum
eſt Ius canonicum, *Rot. dec. 190. n. 17. p. 9. rec.*
Vnde in materia vſurarum non eſt ſeruandum
27 Ius Ciuile, ſed Canonicum, non obſtante hoc
ſtatuto, ex quò agitur de materia concernente
peccatum, & illaqueationem Animæ *ad Text. in cap. 1. & per tot. & Clementin. 1. de Vſur. Petr. Ruiz. deciſ. 5. num. 424. Rot. deciſ. 421. n. 6 p. 3. rec.*
Pariter Ius canonicum, & non ciuile ſeruandum
eſt etiam in foro ciuili, & in Terris Imperij
28 in materia alimentorum *Giurb. deciſ. 5. n. 3., & 4. Rot. deciſ. 30. n. 34., & deciſ. 194. n. 38. p. 7. rec. dec. 319. nu. 9. coram Manzaned. & deciſ. 671. nu. 34. coram Merlin.*
29 Idem dicas ſi agatur de Iuramento, re ſpirituali
cap. vltimo de foro compet. in 6. Torr. de pact. fu. tur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 3. num. 27. & ſeq. Mart. Vet. 9. n. 42. Rot. deciſ. 640. n. 6. p. 4. rec. deciſ. 190. n. 17., & ſeq. p. 9. deciſ. 229. nu. 24. & deciſ. 240. nu. 18. coram Bicb., deciſ. 1088. nu. 14. & deciſ. 1951. n. 39.
30 *coram Coccin.*, & in terminis huius ſtatuti, quod
in materia iuramenti illud non ſit ſeruandum,
ſed Ius canonicum *Rot. deciſ. 1088. num. 14 coram Coccino, & deciſ. 789. n. 7., & 8. coram Manzaned.*,
cum ratione ſpiritualitatis Iuramentū non ſpectet
ad Ius ciuile *Rot. deciſ. 240. n. 18. coram Bich.*
Quo circa ſtante etiam Iuramento, mora
31 de æquitate canonica poteſt purgari, quando
ius partis non eſt effectum deterius, non obſtante
hoc ſtatuto *Rot. dicta diſc. 789. coram Manzaned. & deciſ. 1088. coram Coccin.*
Similiter in materia Matrimonij, vti re ſpiri-
32 tuali, ſeruandum eſt Ius canonicum, & non ciuile
cap. penult. & fin. de ſecund. nupt. plenè Rot. deciſ. 190. num. 18. ad 23. p. 9. rec., vbi quod quando
agitur de matrimonio, & eius effectibus, vt de
legitimatione per ſubſequens matrimonium, ac
ſucceſſione in vim talis legitimationis, debet attendi
Ius Canonicum, etiam in Terris Imperij.
Vndè ad effectum legitimationis per ſubſequens
matrimonium de Iure Canonico ſat eſt,
33 quod filij ſint nati ex ſoluto cum ſoluta, & inter
quos poterat ſequi matrimonium, nec eſt opus,
quod mulier fuerit retenta domi ſub ſchemate
concubinatus provt expoſcit Ius ciuile *Rot. plenè dict. deciſ. 190. n. 14. cum duobus ſeqq. & nu. 24. & infrà part. 9. recent.*
Provt licet de Iure ciuili in contractu matrimonij
ineundo per filios familias requiratur conſenſus
Parentum, nihilominùs de Iure Canoni-

34 co, in materia hac matrimonijſpirituali ſeruan-
do, talis conſenſus de neceſſitate non requiritur,
ſed ſolũ de honeſtate Rot.dec.93.n.4.,& 5.p.14.rec.
In materia quoque peccatum concernente
ſeruandum eſt Ius canonicum, non autem ciui-
35 le in vtroque foro; quocirca ipſe met Impe-
rator in concernentibus Animam, ſubijcitur po-
teſtati Papæ,& Eccleſiæ. Cap.Imperator 96.diſtinct.
c.omnis Princeps de Maior., & obed.cap.vlt.de præ-
ſcript.Riminald.Iun.conſ.380.num.30., & 31.lib.4.
Ciarlin.contr. 33.num.46.lib. 1.Surd. de alim.tit.7.
quæſt.29. num. 11. Ridolphin in prax. p. 1. cap. 3.
n.68. Capucc. pariter in praxi p. 2. cap.8. nu. 242.
Oſaſch. deciſ. 152. num. 17. qui Surd. loco alleg.
num. 12. id ampliat etiamſi ageretur de ſolo pec-
cato veniali.
Vnde præſcriptio 30. vel 40. annorum, quæ de
36 Iure currit etiam cum mala fide, vt finis impo-
natur litibus per Tex. in l.omnes, & l.cum notiſ-
ſimi C.de præſcript. non tamen currit de Iure Ca-
37 nonico ſeruando in vtroque foro ob peccatum,
vt poſt cumulatos Doctores tenentes de commu-
ni teſtatur Ciarlin.contr.Forenſ.cap.32.num.22. Cy-
riac.contr. 321. n.49.tom.2.;& hoc procedit etiam
in præſcriptione ſtatutaria ſubrogata loco præ-
ſcriptionis de Iure communi introductæ firmat
Ciarlin.ibidem nu.23. & ſeqq. Rota coram Verall.
deciſ. 24. num.4., & 5. par. 2.
At hoc fallit in præſcriptione introducta ex
38 ſtatut. Vrb lib.1. cap. 158., per quod eum præſu-
matur ſolutio debiti ex lapſu ſexdecim annorum,
currit præſcriptio,etiam cum mala fide, cum hæc
non poſſit conſiderari in præſcriptione fundata
ſuper præſumpta ſolutione, vt per Fenzon.ad dict.
ſtat.158.num.7.& 8., Rot.decíſ.6. nu.7. p.3. recen.,
& plenè dixi ad dict. ſtat. 158. artic. 1. num.6. &
ſeqq. vbi videas.
Hoc ſtatutum noc compræhendit Incolas in
39 illis capitibus particularibus ſtatutorum Vrbis,
in quibus fit tantùm mentio Ciuium, nam pro-
uiſio generalis facta quoad Ciues, Incolas,& Di-
ſtrictuales ab hoc ſtatuto reſtringitur per proui-
ſiones ſpeciales ſactas in alijs ſtatutis, vbi ſolum
Ciues fuere nominati Rot decíſ.529.num.23.p.18.
tom. 2. recent.
Ex hoc ſtatuto in computatione graduum cir-
40 ca proximitatem ad effectum ſucceſſionis, Romę
& vbique ſeruatur Ius ciuile, & non canonicum.
Rot.decíſ.663. nu.6.part.2. rec. & decíſ.157. nu. 6.
& 8. part. 14.
Fallit in Capellania Iuriſpatronatus Eccleſia-
ſtica fundata à Clerico, ſi agatur de ſucceſſione
41 iuriſpatronatus, nam tunc fit computatio gra-
duum ſecundum ius canonicum Gratian cap.77.
num 10., & 11. Rota decíſ. 313. n. 5., & 6. p.17.
rec., & videatur Cardinal.de Luca de Iurepatr.diſc.
52.& Miſcellan.Eccleſ. diſc.28.n.11.
42 Prout in cauſa matrimonij re ſpirtuali compu-
tatio graduum fit ſecundùm Ius Canonicum
Gratian. cap.77. in princ. Rot. decíſ.157. n.6. p.14.
rec., & decíſ.313.n.3. par.17.
Aduertendum tamen eſt, quod ſi agatur de
aliquo articulo non deciſo per Statuta Vrbis,
& dubio de Iure Ciuili, claro tamen ex diſpoſi-
43 tione Iuris Canonici, tunc huius diſpoſitio ſer-
uanda eſt etiam in foro laicali, & non diſpoſitio
Iuris Ciuilis dubia. Menoch. conſ. 18.n.11. Ri-
dolphin. in praxi par.1. cap.3. n.66. Fragoſ. de Re-
gimin. Reipub. par. 1. lib. 9. diſput.10. §.3. n 192;
& hæc concluſio debet procedere etiam in termi-
44 nis huius ſtatuti, licet enim ſtatuentes voluerint
in defectum ſtatutorum ſeruari prius Ius Ciuile,
attamen hoc debet intelligi de Iure Ciuili claro,
non autem dubio, cum Ius dubium non dicatur
45 verè Ius, dum non determinat clarè id, ſuper
quo cadit quæſtio, & verba ſtatutorum ſunt in-
telligenda in proprio ſignificatu ex firmatis per
Rot. decíſ.108. num.6. & ſeq. coram Cerro, vnde
deficiente Iure Ciuili claro, quod verè determi-
net, intrat recurſus ad Sacros Canones.
Et quando eſt dubium, an Ius Ciuile ſit cor-
46 rectum, tunc ſeruandum eſt Ius Canonicum
etiam in foro Ciuili Ridolph. allegat. cap.3. n.65,
Rot decíſ.2065. n.5. coram Coccin; & ſi aliquid de
Iure Ciuili eſt clarè definitum, ſi manifeſtè de
Iure Canonico ſit correctum, tunc ſtandum eſt
Iuri Canonico in vtroque foro Rota dict.dec.2065.
n.6., & 7. coram Coccino.
At hoc dicas verum non eſſe in terminis no-
47 ſtri ſtatuti hìc, dum extra materiam ſpiritualem,
& præſeferentem peccatum ſeruandum eſt prius
Ius Ciuile etiam correctum, & non Ius Canoni-
cum ex firmatis plenè ſupra hic n.27. & ſeq.
Præciſo hoc ſtatuto in Ditione Eccleſiaſtica
48 quando fit mentio Iuris, intelligitur de Iure
Canonico Peregrin.decíſ.Patau. 1. n.7., & in Ter-
ris Eccleſiæ ſi Ius Canonicum contradicat Iuri
49 Ciuili, illud ſeruari debet etiam in foro ſæcula-
ri, & in cauſis prophanis Rolan. conſ. 74. n. 35.
Rot. decíſ.236. n. 2. coram Durano decíſ. 126. n. 31.
decíſ.266. nu.6., & ſeq. par.6. decíſ.30. nu. 37., &
ſeq., & decíſ.37. n.13. p.18. recent.
Statutum noſtrum hic mandat ſeruari ſtatuta
Vrbis in Diſtrictu, ſi in caſu contingenti aliter
per particularia ſtatuta non fuerit prouiſum, &
hoc etiam eſt de Iure, nam ſtatuta Ciuitatis do-
50 minantis ſeruantur in locis ſubditis, quoties in
illis particularia non vigeant ſtatuta, quo caſu
hæc ſeruari debent Spad conſ.275. num 4., & 5.
lib.2.Rot. in puncto ſtatutorũ Vrbis decíſ.22.n.5.,
& 6. p.9. rec. decíſ.541. n. 3. coram Pamphil., &
decíſ.937. n.18. coram Amat. Dunozett.
Hinc alias dixi in Terra Ceræ non eſſe ſeruan-
dum Statut. Vrbis lib.1. cap.131. ſuper lucro Do-
tis, dum ibi ſeruantur ex antiqua ſanctione Du-
cum eiuſdẽ Terrę ſtatuta Ciuitatis Bracchiani,&
in hac viget particulare ſtatutum ſuper reſtitu-
51 tione Dotis, incompatibile cum Statuto Vrbis
131.,vt in puncto probat Rot.decíſ.937. n.17., &
infra coram Amato Dunozett; & amplius in eadem
Terra Ceræ apparebat, tale ſtatutum Vrbis ſuper
lucro Dotis non fuiſſe obſeruatum ex plenè tradi-
tis in puncto in alleg. decíſ. 937. num. 22., & infrà
coram Amat. Dunozett; & ſic in quadam cauſa
tradidi votum Gubernatori Ceræ, nec fuit appel-
latum, quia partes agnouerunt, in illa Terra
nunquam fuiſſe ſeruatum ſtatutum Vrbis ſuper
lucro Dotis, ſed fuiſſe ſeruata ſtatuta, ac con-
ſuetudines Bracchiani,ſuper quo dixi etiam ad
Stat. Vrbis 131.
Et ſi cauſa alicuius loci Diſtrictus pendeat in
52 Vrbe, & in illo Loco adſit particulare ſtatutum
in caſu contingenti, in deciſorijs debet attendi
tale ſtatutum, non autem ſeruanda ſunt ſtatuta
Vrbis,

Vrbis , ac fori , vbi litigatur , & cauſa pendet *Spad. conſ 375. n. 1. , & 2. lib. 2.*

Si autem per ſtatuta Diſtrictus in aliquo caſu
53 dicatur , ſeruandam eſſe diſpoſitionem Iuris
communis,talè Ius commune intelligitur de Iure
communi Romanorum , non autem de ſtatutis
Vrbis *Rot. deciſ. 22. n. 9. , & ſeq. p. 9. rec; vbi ple-*
54 *niſſimè & num. 15. , & ſeq;* admittitur quod ſit
recurrendum ad Ius municipale Loci dominan-
tis , quod habetur prò Iure communi , quando
per hoc non diſponitur, ſed bene per ſtatutum in
aliquo caſu particulari .

Quoties autem à Iudice , vel à partibus in de-
cretis , vel contractibus prolata fuerunt verba
55 *prout de Iure* , talia verba intelliguntur de Iure
ſtatuario *Gratian. cap. 308. n. 10. Rot. deciſ. 366.*
n. 5. coram Vbald; ideoque ſi aliquid à ſtatuto ſit
diuerſimodè diſpoſitum , quam à Iure communi,
debet attendi ſtatutum, etſi ſtatutum in illo caſu
56 reſeruato per Iudicem , vel partes cum Clauſula
prout de Iure non diſponat,& diuerſimodè ſtatuat
Ius Ciuile, quam Ius Canonicum , in Vrbe , &
Diſtrictu inter Ciues , & Incolas , ac Diſtrictua-
les, eſt ſeruandum Ius Ciuile,quoties non agatur
de materia ſpirituali , vel concernente peccatum
iuxta diſtinctiones ſupra factas .

De Sportulis. CAP. XLIV.

SPortulæ per Iudices Ordinarios nullatenùs recipiantur etiam in cauſis, in quibus per Apoſtolica Reſcripta eorum Iuriſdictio excitatur , etiamſi in illis ſummarius proceſſus daretur, vel quoquomodo Iuriſdictio augeretur , vel minueretur , exceptis cauſis ab initio merè commiſſarijs inter perſonas , quæ, ſeù earum aliqua Capitolino foro ſubiectæ non eſſent , & tunc moderatè , vt in ſequenti capite dicetur , ac palam ab vtraque parte , vel ſaltem parte altera citata , & recuſante de illis in Iudicio , & pœnès acta Notarij depoſitum fiat . Quidquid etiam modicum vltra inferiùs præfinitum modum datum, promiſſum , vel receptum fuerit , in corruptelam, ſeù Barattariam imputetur , & in quadruplum in Syndicatu Iudex puniatur, & interim poſſit ab officio arbitrio Conſeruatorum remoueri , & ſi fuerit Senator , facto verbo cum Sanctiſſimo ; & nihilominùs ſententia ſit ipſo Iure nulla reſpectu dantis , vel promittentis tantùm , tanquam per corruptelam data ; & plus dantes ſint infames .

1 *Sportularum materia diuiditur .*

PRÆLVDIVM.

1 SPortularum materia , de qua diſponit Statutum hic apprimè ſpectat ad Iudices , qui ſedulò curare debent, nè in illis recipiendis ab auaritiæ ſordibus confundantur, ſed eas iuxtà taxas à ſtatuto , ac conſuetudine fori , vbi Ius dicunt , præſcriptas , recipiant ; & vt materia hæc cum aliqua maturitate diſcuſſa à confuſione vindicetur , & circa illam cum claritate procedatur , in quatuor Articulos diuiſa diſcutietur ; Et quidem in primo agetur de Sportularum nomine , origine , & eſſentia , & an ſint fauorabiles, vel odioſæ; quibus Iudicibus liceat illas recipere , & quibus non ; & an in Vrbe licuerit illas recipere Locumtenenti Ciuili Gubernatoris Almæ Vrbis . In ſecundo in quibus cauſis , & quando Iudicibus non debeantur . In tertio in qua quantitate debeantur , & à quibus ſoluantur , & illas recipientes vltrà taxam à ſtatuto , vel conſuetudine præſcriptam ad quid teneantur . In quarto demùm aliqua libabuntur de ſportulis debitis pro acceſſu Iudicis ad locum differentiæ,& de illis debitis pro decretis voluntariæ Iuriſdictionis interponendis in contractibus Minorum , vel Mulierum .

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Agitur de origine , & eſſentia Sportularum , ſeu Propinarum , an ſint fauorabiles , vel odioſæ , qui Iudices illas licitè recipere poſſint ; & hac occaſione oſtenditur licuiſſe Locumtenenti Ciuili Gubernatoris Vrbis illas recipere .

SVMMARIVM.

2 *Sportulæ vndè dictæ , & num. 3. , & 4.*
5 *Sportulæ appellantur Romæ etiam Propinæ .*
6 *Propinæ cur ſic dictæ , & num. 7. , & 8.*
9 *Sportulæ apud Gallos appellantur ſpecies, & num. 10.*
11 *Sportulæ fuere inductæ fauore publico , & ad hoc cauſæ citius per Iudices expedirentur, & n. 12.*
13 *Sportulæ dicuntur fauorabiles , & in dubio pro illis reſpondendum .*
14 *Intellige ſi Iudex non habeat à publico congruum ſalarium .*
15 *Sportulæ ſecundum alios ſunt odioſæ , & num. 17.*
16 *Intellige ſi Iudex habeat aliundè congruum ſalarium , ſecùs è contrà , & n. 17.*
18 *Sportulæ non poſſunt ſequeſtrari .*
19 *Sportulæ non debentur Senatori , ac Collateralibus Capitolij Iudicibus ordinarijs .*
20 *Eſt prohibita illarum receptio omnibus Iudicibus ordinarijs Vrbis .*
21 *Iudices ordinarij de Iure non poſſunt recipere ſportulas , & num. 22.*
23 *Iudices ordinarij recipientes ſportulas , tenentur illas reſtituere .*
24 *Iudices ordinarij non poſſunt recipere ſportulas ſub prætextu , quod habeant à publico modicum ſalarium .*
25 *Procedit , licet cauſæ illis committantur , cum non deſinant eſſe Iudices ordinarij .*
26 *Fallit ſi Iuriſdictio Iudicis ordinarij fuerit alterata per commiſſionem .*
27 *Contrarium tenentes referuntur , etiamſi in commiſſione fuerit derogatum ferijs .*

28 Sportulæ debentur Iudicibus ordinarijs, quando cauſæ illis committuntur cum alteratione, vel diminutione Iuriſdictionis ordinariæ.

29 Fallit in Iudicibus Capitolinis, quibus non debentur ſportulæ, etiam alterata Iuriſdictione, & quando ſecùs num. 30.

31 Iudex ſæcularis ſimpliciter delegatus de Iure recipit ſportulas.

32 Illas tamen non recipit Iudex Eccleſiaſticus delegatus.

33 Iudices ordinarij carentes ſalario publico poſſunt recipere ſportulas.

34 Fallit ſi adſit prohibitio particularis (vt Romæ) illas recipiendi.

35 Author fuit Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis.

36 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis non recipit ſportulas ex Conſtitutionibus Sixti V., & Pauli V.

37 Locumtenens prædictus non prouiſus de congruo ſalario à publico poſt dictas conſtitutiones recepit ſportulas, & num. 40., & 48.

38 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris manſiones illi datas in Palatio Gubernatoris ampliùs non habet.

39 Laertius Cherubinus fuit Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis.

41 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris poſt Reformat. Pauli V. recepit ſportulas.

Iudices ordinarij poſſunt recipere ſportulas, quando à publico non habent ſalarium.

...natori Almæ Vrbis teſtanti de viua vocis ...acalo Papæ creditur, & num.44. 45., & 47.

...atori Vrbis præcipuè eſt demandata obſer...ntia Reformationis Pauli V.

...teria ſportularum eſt attendenda conſuetudo.

...etudine poteſt introduci, quod Iudices ordina...recipiant ſportulas.

...ita Vrbis Capitaneo Appellationum permit...ant ſportulas, quia non habet à publico congruum ſalarium.

...ocumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis habet ſolùm ſcuta duodecim menſtrua.

...3 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis habet Iudicaturam honorificam.

54 Salaria Iudicum debent eſſe talia, vt cum ipſis viuere poſſint, ac ſimul, quod aliquid remaneat pro ſenectute.

55 Salaria ſi ſint tenuia, Iudicibus datur anſa extorquendi, & num. 60.

56 Cardinalis de Luc. ſcripſit contra ſportulas, & illarum extirpationem, & n.57.

58 Locumtenenti Ciuili, & alijs Iudicibus ordinarijs Vrbis fuit per Reformationem prohibita receptio ſportularum de anno 1678.

59 Princeps tenetur prouidere Iudices de congruo ſalario.

61 Iudices ordinarij præcipuè Eccleſiaſtici prohibentur recipere ſportulas, & etiam Eccleſiaſtici delegati, & num.65.

62 Declara ſi habeant redditus Eccleſiarum ſufficientes & num.63.

64 Iudices Eccleſiaſtici, ſi de facto recipiant ſportulas tenentur illas reſtituere, ſi ſpontè illis non remittantur.

66 Iudices Eccleſiaſtici ſi habeant pro ipſis conſuetudinem pro receptione ſportularum poſſunt illas recipere.

67 Conſuetudo recipiendi ſportulas fauore Iudicum Eccleſiaſticorum viget Mediolani, Aſculi, & vigebat etiam Romæ ante Reformationem anni 1678., & num.68.

69 Iudices Eccleſiaſtici non attenta quauis conſuetudine non poſſunt recipere ſportulas pro collatione beneficiorum, vel inſtitutione ad illa.

70 Idem pro collatione ordinum, dimiſſorijs, ac Sigillo.

71 Nec poſſunt aliquid recipere pro executione diſpenſationum matrimonialium, non obſtante quauis conſuetudine.

72 Nec pro decretis pro celebratione matrimonij.

73 Idem procedit quoad Notarios, & Cancellarios Epiſcoporum.

74 Fallit quoad Cancellarios, ſi non habeant congruum Salarium.

75 Declara tamen quod Epiſcopi ex emolumentis Cancellariæ tali caſu nihil percipere poſſint.

76 Sportulæ quando ſunt promiſſæ Iudicibus Eccleſiaſticis, debent eſſe magis moderatæ quàm illæ, quas recipiunt Iudices laici.

77 Sportularum receptio licèt permiſſa, cadit illicita; ſi recipiantur immoderatè.

78 Sportulæ in Vrbe etiam hodie ſoluuntur Rotæ, Cameræ, ac Iudicibus Commiſſarijs.

79 Prout Capitaneo Appellationum ex ſtatutis Vrbis debentur dummodò non excedant ſcuta duo auri.

80 Debentur Arbitris iudicialiter electis.

81 Fallit in Arbitris electis vigore ſtatuti.

82 Sed praxis eſt, quod etiam tali caſu illæ ſoluuntur.

SPortularum nomen ab eo dictum eſt, quod an-
tiquitùs Romani populares, & plebei ad limi-
na Potentum occurrebant, vt illos ſalutarent, &
iiſdem diſtribuebantur parua munuſcula in ſpor-
2 tulis, quæ diſtributiones aſſumpſerunt nomen
ſportularum à ſporta, ideſt vaſe minutis virgis
contexto, in quo continebantur illæ diſtributio-
nes, ſicque ponitur continens pro contento, *vt
ex erudito Alciato refert Caluin. in ſuo Lexicon Iu-
ris verbo ſportulæ, & priùs hoc adnotauit eruditiſſi-
mus Lucas de Penn. in l. in ſacris Cod. de proxim.
Sacr. Scrin., & Galganett., ac Fenzon. hic Scaſſa
de Reuiſ. cap.56. num. 7., & poſt hæc ſcripta æditus
Epiſcop. Zaul. ad ſtatut. Fauent. tom. 1. lib.1. in
obſer. ad Rubr. 7. n. 1., & 2.,* & recentiſſime in
lucem æditus hoc anno 1697. *Carol. Rubeus de
confuſ., & diſtinct. Iur. defunct., & hæred. cap.3.
§.1. nu. 209., & nu.5. cap.99.* vbi dicit appellari
etiam ſponſiones, & quare.

Sub quo nomine muneris etiam in Sacra Pa-
3 gina ſunt nominatæ, *vt in lib.1. Reg. cap.9.*, quan-
do dixit Saul ad puerum ſuum *ſportulam non ha-
bemus, vt demus Homini Dei*; quem locum de
ſportulis, & muneribus Iudicibus elargiendis
loqui voluere *Salzed. ad leg. Hiſpan. leg.19. tit.19.
cap.9. num.51., Molina Theologus de Iuſt., & Iur.
tom.2. diſp.84. num.13.*

Vel ideò dicuntur ſportulæ, quia dum Iudi-
cium agebatur, & lis conteſtabatur, Actor, &
Reus ponebant in Æde Sacra pecuniam in ſpor-
4 tula, quam lucrabatur, qui viciſſet, & quia ex
huiuſmodi more cœptum fuit Iudicibus, hono-
taria perſolui, ſportulæ Iudicum indè nomen
traxere *Fenzon. hic n. 5. verſic. vbi ponit originem,
& nouiſſimè Manſ. conſult. forenſ.254. num. 2. dict.
Zaul. alleg. Rubr. 8. n. 2;* & apud alios ſportulæ
appel-

appellantur *datæ*, gabella iudicati, & vectigal iudiciarum *Natt conſ.573. in princip., & num.4., Cauagnol. ad decret. Montiſferr. decret.6. §.7. n.1., & ſeq. Sola ad conſtit. Saband., de petit., & ſupplic. tit.2. gloſ.13. n.4., & ſeq. Rube. vbi ſupra n.217., & 218.*

Et cum ſportulæ præcipuè Romæ nuncupentur
5 etiam Propinæ, *vt apparet ex conſtitut.71. Pauli V. in Rubr. de Sportulis, ſeù Propinis*, quinimmò in Vrbe communiter appellautur Propinæ; hinc tangendum, vndè ſportulæ hoc nomen propina-
6 rum ſortitæ ſint, & quidem vel ab effectu per ſportulas, vel propinas producto, quia ex illarum depoſito Iudices properantur ad expeditionem cauſarum, vel ſic dictæ à propinando, quod idem eſt ac dare, & elargiri, *vt tradit Calepin. in verbo propino*, & ſaxit Deus, quod aliquando per Propinas non exhibeatur mortiferum venenum cauſæ, quia Iudex vt citò recipiat propinam cauſam immaturam non ſemel expedit, &
7 veneno propinæ iuſtitiæ repentinum exitium parat, *vt præcisè notat Anton. del Rè de Iurament. calumn. cap.5. n.21. in fine*, & ipſemet vidi, per quemdam Iudicem expeditam cauſam commiſſariam, nedum indigeſtam, ſed vix cœptam, dum communicata partis informatione, non expectata reſponſione in primo proſeruato, ſeù termino decem dierum cauſa reperta fuit expedita cum admiratione litigantis in Curia præſentis, & non auditi; vndè caueant Iudices ab
8 expeditione cauſarum, quæ non ſint benè digeſtæ, ac ſeuera trutina diſcuſſæ, nam ſpecies propinarum licèt dulces non poſſunt conferre dulcedinem, & ſaporem acerbitati cauſæ immaturæ, & præcipuè in fine eorum Magiſtratuum deponant deſiderium expediendi cauſas indigeſtas, vt recipiant ſportulas, ſed illarum cognitionem, & expeditionem referuent Iudicibus ſucceſſoribus, quod de anno 1678., dum propediem expectabatur prohibitio propinarum (teſte Deo, qui me, & omnes iudicaturus eſt) ſeuerè adimpleui, dum non obſtantibus ſportulis depoſitatis in pluribus cauſis non beuè digeſtis illas nolui expedire, ſed poſt æditum ædictum ſuper prohibita receptione propinarum, illas ſuo tempore ſine ſportulis expediui.

9 Vndè benè apud Gallos ſportulæ appellantur ſpecies *Rebuff. ad conſt. Gall. tom.3. tract. de Salar. gloſſ. vnic. artic. 2. n.1., Caballin. ad conſtit. Mar-*
10 *chiæ lib.2. cap.31. num.* 34. quia inſtar ſpecierum acuunt appetitum, & guſtum Iudicum, ac olim tanquam ſpecies, ac res dulces pro condiendo offerebantur, vel quia ſicuti frugaliter ſpecies ponuntur in ædulijs, & obſouijs pro condimento, ità modica ſalaria pro ſportulis Iudicibus taxari debent *Rebuff. vbi proximè, & benè Chriſtin. deciſ. Belgic.150. n.1., verſic. ſunt quaſi ſportulæ, & in fine par.2.*

Fuerunt autem ſportulæ, ac propinæ inductæ
11 fauore publico, ad hoc vt Iudices ſub ſpe illas conſequendi, magis incumbant labori pro celeri expeditione cauſarum *Doxen. de ſalar. ſenten. c.2.*
12 *n.52.*, & ad hoc vt litigantes ſe abſtineant à litibus, & mediante tranſactione ſe componant, ſcientes inter expenſas litis per victum reficiendas connumerari ſportulas, quod paritèr publicè intereſt *Doxen. dicto cap.2. num.53., & infra Armenzan. deciſ. Ianuen. 48. num. 85.*

Hinc ſportulæ dicuntur fauorabiles, & in du-
13 bio pro illis reſpondeudum eſt, cum dentur ob laborem, & omnis labor optat præmium, *vt innuit Text. in §. ſi quis autem Auth. de Iudicibus Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Rubr. 83. nu. 1., Doxen. dict. cap.2. num.7., & 8*; quod maximè proce-
14 dit, quando Iudex illas recipiens non habet aliundè ſufficiens ſalarium, ſeu ſtipendium, cum tunc ſportulæ ſuccedant loco ſalarij, quod debetur Iudici de publico *Gratian cap.561. n.37., Paitell. filius in annot. ad expedit. Ciuil. 68. n.2., & ſeq., & annot. 93. n.11., & infrà.*

At ſportulas eſſe odioſas, & in dubio contrà
15 illas reſpondendum eſſe tradunt *Cauagnol. ad decret. Montiſferr. in obſeruat. ad Decret. 6. §.7. n.17., & 18., & n.51., & ſeq., Tancredin. conſult.101. n.9. verſic. ſilentio, Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.32. n.41., Salzed. ad leg. Hiſpan. leg.19. tit.19. n.52., dict. Rube. alleg. cap.3. §.1. num.222.* vbi adducit rationes, & quia onus ſunt, & quia ſunt introductæ à conſuetudine non amplè, ſed ſtrictè interpretandæ ſunt.

Vtraque opinio recipi poteſt cum diſtiuctione, vt prima procedat, quando Iudices non habent à publico congruum ſalarium, cum quo ſe ſub-
16 ſtentare valeant, ſecunda verò, quando ſunt benè prouiſi à publico de congruis ſtipendijs, cum enim ſportulæ ſucceſſerint in locum ſalarij, dum hoc non adeſt, vel non eſt congruum, tali caſu fauorabilis eſt illarum receptio, cum tunc verè dicantur ſalarium Iudicum laborantium *Gaill. obſer. 151. n.10. lib.1. Scacc. de ſent. & re iudic. gloſſ. 7. qu.4. ſpecial.3. n. 28. & 30. Rubc. alleg. cap.3. §.1. n. 221., Zacch. de Salario qu. 72. n. 15. Gratian. cap. 55. n.37. Fragoſ. alleg. §. 5. n. 79. verſic. & hac de cauſa Zaul., alleg. Rubr. 7. num. 3*; at quando Iudices habent congruum Salarium, præſeferunt potius grauamen, ex quo enim ſunt benè prouiſi de ſtipendio publico, non poſſunt prætendere Sportulas introductas loco illius ex traditis *per Paitell. filium in annot. ad expedit. 68. n. 4., & annot. 93. n.13. Zaul. dict. Rubr. 7. n. 4.*

Quod ſportulæ ſucceſſerint in locum ſalarij publici eſt adeò verum, vt non poſſint illæ ſequeſtrari, ſicut non poteſt ſequeſtrari ſalarium, nam
18 ſi concederetur ſequeſtrum, non curarent Iudices laborare pro expeditione cauſarum *Cauagnol. ad decret. Montis Ferr. decret.37. §.2. n.4.*

Sportulæ prædictæ in Alma Vrbe non deben-
19 tur Iudicibus ordinarijs fori Capitolini, nempè Senatori, ac eius Collateralibus *ex ſtatut. Vrb. hoc cap.44.*

Et generaliter *ex Reformat. Paull V. eius Conſt.*
20 *71. in Rubr. de Sportulis ſeù Propinis, & in vltima Reform. ædita ſub S.M. Innocentio XI. de anno 1678.* ſpeciali eius conſtitutione confirmata de anno 1689., eſt prohibita ſportularum receptio omnibus Iudicibus ordinarijs Vrbis.

Prout ex diſpoſitione iuris communis Iudices
21 ordinarij non poſſunt recipere ſportulas *Ancharan. conſ. 201. Fenzon. hic n.7., Counciol. ad ſtatut. Eugub. lib.2. Rubr.25. n.2. Zacch. de Salar. qu.72. n.7. & 8., & latè Doxen. de Salar. ſentent. cap. 4. n.21. & ſeq.*, vbi, quod Iudices ordinarij debent eſſe contenti Salarijs, & ſtipendijs, de publico ipſis conſtitutis *Zacch. d. qu. 72. n.10., Pigant.*

ad

Digitized by Google

ad ſtatut. Ferrariæ Rubr. 83. *n.* 4., *& benè Paſſer.*
in cap. ſtatutum §. *ſi quid autem artic.* 1. *nu.*334. *&*
335. *de reſcript. in* 6., vbi adducie rationem, quia
iuſtum non eſt pro eodem onere,& labore recipere
duo ſtipendia, dum per primum datum à publieo
remanet ſufficientee ſatisfactum, vnde ſecundum
ſtipendium Sportularum tanquam indebitum
pro iuſtitia exigi non poteſt, itaut Iudices vltrà
illud à publico conſtitutum non poſſint aliquid
aliud etiam ſpontè oblatum à partibus liciganti-
23 bus recipere, & ſi de facto recipiant, tenentue
reſtituere, quia ſalario conſtituto debent eſſe
contenti *Cauagnol. ad Decret. Montisferr. decret.*
38. §. 1. *n.* 1.

Nec excuſantut ab illicita receptione ſportula-
rum, ex quo eorum ſalarium à publico conſtitu-
tum ſit tenue, quia dum officium acceptarunt
34 cum illo ſalario, licet modico, cenſentur pro il-
lo ſe obligaſſe ad illud exercendum *Zacch. de Sa-*
*lar. qu.*72. *num.*16., *Paſſerin. vbi proximè n.* 336.

Eſtque adeò verum, quod Iudicibus ordinarijs
non debeantur ſportulæ, vt nec illas recipere poſ-
ſint, quando cauſæ illis delegantur, & commit-
tuntur, quia non ob hoc deſinunt, eſſe ordinarij
Carocc. de locat., & conduct. p. 1. *qu.*7. *n.*45., *Con-*
ciol. ad ſtatut. Eugub. lib. 2. *Rubr.* 25. *n.*5. *Zacch.*
*dict. qu.*72. *n.*16. *Paitell. dict. annot.*93. *n.*41., *Paſ-*
*ſerin. vbi proximè n.*353.

At hæc concluſio limitatur, ſi cauſæ commit-
tantur cum alteratione iuriſdictionis, vt quia
26 cauſa ordinaria committatur Iudici ordinario
cum facultate procedendi ſummariè, tunc enim
Iudici ordinario,cui cauſa fuit commiſſa alterata
iuriſdictione, debentur ſportulæ, *Ancharan. conſ.*
201. *n.* 4. *& etiam circa finem Carocc. dict. quæſt.* 7.
*n.*46. *& infrà, Gratian. cap.* 55. *num.*12., *& ſeqq.*,
*Paitell. dict. annot.*93. *n* 44. *&* 45., *Fragoſ. de Re-*
*gimin Reipubl. lib.*4. *diſput.*9. §. 5. *n.*79.

Sed contrarium tenent alij, quod ſcilicet non
debeantur Sportulæ Iudici ordinario, non ob-
ſtante, quod in delegatione fuerit dictum, quod
27 procedat ſummariè, quia cum hoc referatur ad
ius, non operatur, quod ordinarius efficiatur
delegatus etiamſi in commiſſione fuerit dero-
gatum ferijs *Ancharan. dict. conſ.* 201. *numero*
4. *verſic. non obſtat Zacch. dict. quæſt.* 72. *num.* 17.,
*Paſſerin. n.*353. *verſic. quod procedit Zaul. allegat.*
*Rubr.*7. *n.*5. *& ſeq.*

Et limitatio ſolùm admitti poteſt, ſi Iudici
28 ordinario committatur cauſa per verba augentia,
vel minuentia iuriſdictionem, *Gratian. capit.* 55.
*n.*12., *Paſſerin. dict. n.*353. *verſic ſecùs vbi in com-*
miſſione, qui licèt ſubdat non intelligere, quod
diminutio iuriſdictionis faciat, vt cauſa ſit dele-
gata, adhuc cenſeo, quod *Gratianus* benè dixe-
rit, dum Princeps committendo cauſam Iudici
ordinario cum diminutione iuriſdictionis non
conſiderauit Iudicem ordinarium, vti talem,dum
voluit cauſam illi delegare minorando eius iuriſ-
dictionem, & ſic illum voluit potiùs conſiderare
vti Iudicem Commiſſarium.

Nec limitatio prædicta procedit in cauſis de-
legatis Iudicibus ordinarijs Curiæ Capitolij, qui
ex ſtatuto hic prohibentur recipere ſportulas,
etiam quando eorum iuriſdictio per reſcripta
Apoſtolica alteratur illam augendo, vel minuen-
do, ſuper quo conducit *Anchar. dict. conſ.* 201.,
& idem diſponit Conſt. March. lib. 2. *cap.* 31. *circa*
princip.

Poſſunt tamen Iudices ordinarij Fori Capito-
lini in cauſis à principio commiſſarijs, & inter
30 perſonas, quæ, ſeù illarum aliqua Capitolino Fo-
ro ſubiectæ non ſunt, recipere Sportulas ex ſtatu-
to hic, ea ſolida ratione, quia hoc caſu cauſa eſt
ſimpliciter commiſſaria, dum tota iuriſdictio Iu-
dicibus Capitolinis attribuitur à commiſſione,
non autem à iuriſdictione ordinaria eorumdem.

De iure autem Iudex ſæcularis ſimpliciter de-
31 legatus recipit ſportulas *Gratian. cap.* 55. *n.* 15.
*& cap.*561. *n.*4., *Zacch. de ſalar. qu.* 72. *nu.* 29.,
Paſſerin. in dict. cap. ſtatutum §. *ſi quid n.* 350. *de*
*reſcript. in*6., *& plenè Doxen. de Salar. ſenten. cap.*
4. *à n.*47. *& infrà*.

Non ſic Iudex delegatus Eccleſiaſticus Sedis
Apoſtolicæ, vel Legatorum eiuſdem, nam ſiuè
agatur de cauſa criminali, ſiuè ciuili, non poteſt
32 aliquid recipere ſub pretextu ſportularum, ſeù
Salarij *cap. cum ab omni de vit. & honeſt. Cleric., &*
in cap. ſtatutum §. *inſuper de reſcript. in* 6., *Paſſer.*
vbi proximè n. 362., *qui n.* 363. limitat, ſi con-
ſuetudine contrarium fuerit introductum, cum
per illam poſſit derogari dictis canonibus.

Poſſunt tamen Iudices ordinarij ſportulas re-
cipere, ſi careant ſalario, ac ſtipendio de publico
33 conſtituto, nedum ob compenſationem laborum,
ſed vt honeſtè viuere poſſint ſecundum eorum
dignitatem *Carocc. de locat. & conduct. qu.* 7. *nu.*
55., *Fenzon. ad ſtatut. Vrb. cap.* 46. *num.* 2. *&* 3.,
*Gratian. cap.*55. *n.* 12. *& infrà, & cap.* 561. *num.*
37., *benè Doxen. de Salar. ſenten. cap.*2. *n.*7. *&* 8.,
Rot. in Bononien. Sportularum 22. *Iunij* 1693. §. *quo*
enim coram R. P. D. mco Molines.

Quod tamen non procedit, quoties adſit con-
trà ipſos Iudices ordinarios, particularis lex,
34 ſtatutum, vel conſtitutio illis omninò prohibens
receptionem ſportularum vt euenit Romæ *ex di-*
ctis Reformat. & Conſtit. Pauli V. & Innocentij XI.
per quas Iudicibus ordinarijs Vrbis remanet om-
ninò prohibita receptio ſportularum, & ſic non
poſsunt illas recipere ſub prætextu,quod careant
congruo ſalario de publico conſtituto.

Cumque Iudices ordinarij carentes ſalario,ſeù
ſtipendio de publico aſſignato, vel ſaltem non
habentes ſalarium congruum, cum quo viuere
valeant, poſſint recipere licitè Sportulas, hinc
cum de anno 1677. & 1678. actum fuerit pro
ſarcta tecta tenenda reformatione Pauli V. ſuper
prohibita receptione ſportularum facta Iudicibus
35 ordinarijs Vrbis, ego tunc Locumtenens ciuilis
Gubernatoris Vrbis, & qui ex antiqua conſuetu-
dine coram Papa introducta recipiebam Sportu-
las, ſiue Propinas, ex quo malè prouiſus de con-
gruo ſalario de publico, pro retinendo illarum
vſu in munere Locumtenentis ſequentia de-
duxi.

Licèt *ex conſtit.* 72. *Sixti V.* §. *ſportulas Bullar.*
36 *non. tom.* 2. *confirmata per conſt.* 71. *Pauli V. Bul-*
lar. non. tom. 3. fuerit Locumtenenti Ciuili Gu-
bernatoris cauquam Iudici ordinario prohibita
receptio ſportularum, nihilominùs ex quo malè
prouiſus erat de ſalario, hinc non attenta dicta
Reformatione Sixti V. particulariter ædita pro
37 Tribunali Gubernatoris, poſt ipſam Locumte-
nentes Ciuiles pro tempore receperunt Sportulas,

vt

vt aduertit Flauius Cherub. in annot. ad eamdem conſtit. 72. Sixti V. in Schol. 2., vbi dicit quod
Pontifices Succeſsores, illas permiſerunt (Guber-
natoribus pro tempore id poſtulantibus), tum
quia habitationem Locumtenenti in Palatio Gu-
38 bernatoris aſſignatam in ipſa *conſtit 72. Sixti V.*,
Gubernatores amplius non dederunt, tum etiam
ad hoc, vt Locumtenens hoc ſibi maiori ſalario
conſtituto procul ab omni ſorde diligentiùs ſuo
muneri ſatisfaceret, ſunt verba *Cherubini prædicti*,
cuius Pater Laertius fuit Locumtenens Ciuilis
Gubernatoris ſub Pontificatu Sixti V., *vt notat.*
39 *dict. Flau. Cherub. in annot. ad eamdem conſtit. 72.
Sixti V. Schol. 1.*

Et etiam poſt *Conſt. 71. Pauli V.* renouatoriam
prohibitionis receptionis Sportularum, idem
Locumtenens continuò ſpatio 60., & vltrà an-
40 norum recepit Sportulas, vt eſt notorium, & ap-
paret ex libris Propinarum, ac de tali ſolito
etiam poſt *Conſtit. Pauli V.* teſtatur *idem Flau.
Cherub. dict. Schol. 2. in fine*, vndè attenta tali con-
ſuetudine eſt permittenda continuatio tanto tem-
pore permiſſa.

Maximè quia *Reform. Pauli V.* publicata fuit
de menſe Martij anni 1611., & de menſe Aprilis
ſubſequentis anni 1612. bon. mem. Monterentius
tunc Vrbis Gubernator de mandato eiuſdem
41 Pauli V. Reformationis Conditoris, ac de eius
oraculo viuæ vocis ſibi facto expreſsè declarauit,
*quod Locumtenens Ciuilis poſſet impoſterum recipere
Propinas iuxtà ſolitum, attento, quod à publico nul-
lum habet ſalarium*. qua declaratione de mandato
Papæ facta, attenta, non poteſt cadere dubium
ſuper claro iure Locumtenentis, maximè dum
in dicta declaratione fuit addita ratio ibi *attento
quod à publico nullum habet ſalarium*, cum de iure
42 quando Iudices ordinarij non habent de publi-
co ſalarium, vel non congruum poſſint recipere
Sportulas *Doxen. de ſalar. ſentent. cap. 2. n. 7., & 8.*

Quodque dictæ declarationi factæ à Guberna-
tore de mandato Papæ ſit credendum, non cadit
dubium, dum Gubernatori Vrbis (*ex Conſtit. 107.*
43 *Beati Pij V.*) atteſtanti de viuæ vocis oraculo
Papæ credendum eſt, & ſuper hoc non cadit con-
trouerſia, ex quo ſpatio 65. annorum dicta de-
claratio coram Papa habuit ſuum nunquam in-
terruptum effectum, dum ſemper Locumtenens
recepit Propinas.

Non obſtat, quod Monterentio Gubernatori
aſſerenti, ſe facere talem declarationem non ſit
credendũ, ex quo facta ſit à Gubernatore perſona
44 intereſſata fauore Locumtenentis ſui Miniſtri,
cum expediret Gubernatori hunc habere benè
prouiſum; quia tale obiectum tollitur ex facto,
dum Locumtenens deputatur à Papa, & non à
Gubernatore, & ampliùs nemo ſani capitis au-
debit dicere, quod Monterentius Gubernator
Vrbis inter primarios Papæ Miniſtros ad tantæ
dignitatis faſtigium proprijs ſic exigentibus vir-
tutibus, & meritis euectus, voluerit in declara-
tione oraculũ Papæ exprimere, ſi illud non habuiſ-
ſet, & in re ad ipſum non ſpectante, cum ex Re-
formatione tam Sixti V., quam Pauli V. Guber-
nator nihil det de proprio Locumtenenti, qui de
mandato Papæ deputatur; vnde fuiſſet temeri-
tas non præſumenda Gubernatoris in aſſerendo
oraculum Papæ in re, in qua nullum habebat in-
tereſſe, & per quam euertebatur Reformatio Pa-
pæ adhuc viuentis.

Quod facilius ſuadetur, ex quo non eſt veriſi-
mile, quod Monterentius Gubernator voluerit
deuenire ad actum talis declarationis tendentis
45 directò contra formam Reformationis paulò
antè factæ tanta maturitate, ac cum interuentu
tot inſignium virorum, vt teſtatur ipſe *Paulus V.
in proœmio eiuſdem Reformat.*, & *Conſtitut. 71.*
& in cuius Reformationis condendæ Congre-
gationibus idem Monterentius interuenerat, ſi
reuera non habuiſſet mandatũ ſic faciendi à Papa.

Et fortiùs quia obſeruantia dictæ Reformatio-
nis Pauli V. peculiariter demandata fuit Guber-
46 natori Vrbis, vt apparet ex eadem *Conſtitut. 71.
Pauli V. in Rubr. pœnæ Conſtitutionis §. vt autem
præmiſſa*; vndè non videtur credibile, quod Gu-
bernator coram Papa, eo inconſulto, voluerit ne-
dùm facere actum expreſsè contrarium dictæ
Conſtitutioni, ſed ampliùs in eo audacter aſſerere
hoc facere de mandato Papæ, ſi verè huius man-
datum non habuiſſet.

Quæ fulciuntur, ex quo ſi dicta declaratio fa-
cta à Gubernatore non emanaſſet de mandato
Papæ, vtique litigantes recurriſſent ad Papam
Reformationis per dictam declarationem mode-
47 ratæ conditorem, & obtinuiſſent eamdem decla-
rationem aboleri, quod cum non reperiatur fa-
ctum, ſed potiùs ſpatio 65. annorum declaratio
ſortita fuerit ſuum effectum, ex hoc infallibilis
48 reſultat præſumptio, quod Gubernator habuerit
mandatum Papæ.

Demùm dictæ declarationi omninò deferen-
dum eſſe ſuadebatur ex atteſtatione *dicti Flauij
Cherub. in Schol. dd Conſtit. Sixti V. 72. Schol. 2.*
& ex alia Curialium viuentium, & ex libris
Propinarum exiſtentibus in officijs Ciuilibus
49 Gubernatoris, ex quibus apparet de incon-
cuſſa obſeruantia recipieudi Sportulas, quæ
conſuetudo in hac materia Sportularum eſt
attendenda, & retinenda dum maximè Lo-
cumtenens Ciuilis non habet ſalarium con-
gruum à publico *Gratian. cap. 55. n. 37. & ſeq., &
cap. 561. n. 37. Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. n. 81.
Fenzon. ad ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 45. n. 2., & 3.
Paitell. fil. in annot. ad expedit. 63. n. 2., & infrà,
& in annot. 93. n. 11. Paſſerin. in cap. ſtatutum §. ſi-
quid n. 336., & 337. de reſcript. in 6. in 2. lib. 6.
Decretal. Carol. Rube. de confuſ. Iur. alleg. cap. 3.
§. 1. n. 225. Zacch. de ſalar. quæſt. 72. n. 17.*, vbi
dicit, quod Doctores volentes non poſſe conſue-
50 tudine introduci, quod Iudices Ordinarij reci-
piant Sportulas, ſunt intelligendi, ſi habeant de
publico congruum ſalarium, ſecùs è contrà *Do-
xen. de ſalar. ſentent. cap. 2. n. 34. & ſeqq., & fa-
cit ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 44., & 45.*; dum in
cap. 44. prohibet Sportulas Senatori, ac Collate-
ralibus Iudicibus fori Capitolini ex quo habent
51 de publico congruum ſalarium; in ſtatuto vero
46. illa permittit Capitaneo Appellationum ea
expreſſa ratione, quia illius ſalarium eſt tenue;
& obſeruat ibi Fenzon. n. 3.

Nec pro congruo ſalario Locumtenentis poſ-
ſunt deſeruire ſcuta duodecim menſtrua illi aſſi-
52 gnata non de publico, ſed ex emolumentis duo-
rum Officiorum Ciuilium ad perſonas priuatas
ſpectantium, nam vltrà ſuſtentationem pro-
priæ

Digitized by Google

priæ perſonæ, debet retinere domum apertam,
(ex quo manſiones illi à Conſtit. 72. Sixti V. in Pa-
latio Gubernatoris aſſignatas ampliùs nõ habet)
ſaltem cum vno famulo ſuæ dignitati, & iudica-
turæ, quam gerit, conuenientem, de qua Locum-
53 tenentis perſona, ac iudicatura ſatis honorificè
loquitur Sixtus V. in alleg. Conſtit. 72., & Pau-
lus V. in Conſtit. 71. Rubr. de Gubernatore Vrbis §.
Locumtenens Ciuilis, quod onus penſionis domus,
ac ſalarij pro vno ſaltem famulo cum ſuſtenta-
tione propriæ perſonæ Locumtenentis non poteſt
expleri cum dictis ſcutis duodecim menſtruis, &
tamen omnes Doctores tam Ciuiles, quam Ca-
noniſtæ, & etiam Theologi vno ore concludunt,
quod ſtipendia, & ſalaria Iudicum, & Magiſtra-
tuum debene eſſe talia, vt ſufficiant pro conue-
54 nientibus expenſis eorumdem, ac ſimul, quod
aliquid abſque auaritia remanere poſſit pro eo-
rum ſenectute, vt latè probat Gabr. Berart. de
Viſit. Magiſtrat. cap. 16. n. 73., & infrà, vbi addit
55 quod ex tenuitate ſalarij Officiales occaſionem
ſumunt, vt dona, & munera recipiant, & indè
iniuſtitiæ, & peccata quotidie procedunt in ma-
gnum animarum, honoris, ac famæ detrimentum,
vt propterea ad hæc euitanda, & vt Locumtenens
cum ſplendore, & ſine indigentia viuere poſſit,
vel debet permitti continuatio receptionis Spor-
tularum, vel prouideri debet de congruo ſalario.

Hæc pro veritate, & iuſtitia ac pro tuitione
muneris Locumtenentis Ciuilis, quo nunc funge-
bar, deduxi bon. mem. Cardinali de Luca, tunc
Prælato, & Auditori Papæ, & in Congreg. Re-
format. Tribunalium Vrbis ob doctrinam ſimul,
& gratiam apud Pontificem regnantem præpol-
lenti, & pro Sportularum extirpatione inſudanti,
dum contra illarum vſum, dum erat ſimplex Ad-
56 uocatus malum ſenſum habuerat, vt patet ex eius
diſcurſ. 39. n. 32., & 33. de Iudic. vbi admiratur,
quod ſuper inconuenientibus, quæ proueniunt à
ſportulis non prouideatur, & rurſus in ſupplement.
tom. 16. part. 4. in annot. ad dict. diſcurſ. 39. de Iu-
dic. n. 1. ſperat ſequuturas eſſe prouiſiones in
Congregatione Reformationis, vbi quod illas
57 abolere eſſet res ſancta, & Iudices prouidere de
ſalario ex publico, quod placet etiam Pigant. ad
ſtatut. Ferrar. Rubr. 83. n. 3.; at Locumtenenti Ci-
uili, his pro eo peculiariter concurrentibus non
58 attentis, & alijs Iudicibus ordinarijs Vrbis fue-
re à Congregatione Reformation. de anno 1678.
ſublatæ Propinæ, & idem de Luca de hoc gloriatur
in ſupplement. part. 4. ad diſcurſ. 39. de Iudic. n. 45.
& ſeqq. tom. 16., & licet ſenſus Congregationis
fuerit, & hoc idem laudet de Luca in addit. ad dict.
diſcurſ. 39. de Iudic. n. 1., quod Iudices non ha-
bentes ſalarium, vel non congruum à publico de-
berent prouideri, & quod ſuper hoc erat agendum
cum Sanctiſſimo, nihilominùs Edictum prohibi-
tiuum receptionis Sportularum ſimpliciter pu-
blicatum fuit., & Iudices non benè prouiſi, ad-
59 huc expectant congruam prouiſionem, cum hoc
ſit onus Principis Gabr. Berart. de Viſitat. Magiſtr.
cap. 16. n. 37., & ſeqq., & teſtatur idem de Luc. de
Iudic. diſcurſ. 39. n. 32.; ex defectu quippe con-
grui ſtipendij naſci poſſunt plura inconuenientia,
& ſignanter quod Iudices illo carentes, euadunt
ſegniores in expeditione cauſarum, dum illis re-
60 manet labor ſine commodo, & poteſt benè dici,
quod remanet contrà omnes ius clauſulum os
Boui trituranti, & ſi Iudices mali reperiuntur,
(quod non eſt credendum in Vrbe, & coram
Papa) datur illis non prouiſis de congruo ſala-
rio anſa accipiendi ſub tabulis, ac ſecreto Spor-
tulas quandoque pinguiores pro expeditione
cauſarum, & litigantes, vt conſequantur illarum
expeditionem, fortè non curant illicitè erogare
tantumdem, & plus, quod poterant licitè, &
palàm dare titulo Sportularum.

De Sportulis Locumtenentis Ciuilis Guberna-
toris, & aliorum Iudicum Ordinatorium Vrbis
iam ſublatis, per digreſſionem ſatiſdictum; re-
uertendo ad prohibitionem recipiendi Sportulas
factam alijs Iudicibus Ordinarijs de Iure Com-
muni, dic quod talis prohibitio multò magis
procedit in Iudicibus Ordinarijs Eccleſiaſticis,
ex quo habent beneficia, ac illorum fructus ipſis
aſſignatos, qui deſeruiunt loco ſtipendij, & ſala-
rij publici, & habent annexum onus officium Iu-
dicis abſque alio ſalario, & ſportulis cap. cum
ab omni, & ibi Abb. n. 9., & 10. de vit., & ho-
neſt. Cleric. cap. ſtatutum §. inſuper de reſcript. in 6.
Paſſerin. in dicto cap. ſtatutum §. ſi quid artic. 1.
n. 335. in 1. part. 6. lib. Decretal. Gratian. cap. 561.
n. 3., & ſeq. Paitell. in annot. 93. n. 12., & infra
Fragoſ. de Regimin. Reipubl. part. 1. lib. 4. diſput. 9.
§. 5. n. 80. Io: Anton. Ab Eccleſ. obſeru. forenſ. 19.
n. 27. part. 1. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. Rubr. 25.
n. 9. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap. 561.
n. 2. Doxen. de ſalar. ſentent. cap. 2. n. 12., & infrà
Zaul. ad ſtatut. Fauent. tom. 1. lib. 1. Rubr. 7. n. 8.

At dicta concluſio procedit ſolum ſi Ordina-
62 rij Eccleſiaſtici habeant redditus ſuarum Eccle-
ſiarum ſufficientes ad ſubeunda onera ſui ſtatus,
ſecùs è contrà Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. n. 281.
Gratian. cap. 561. n. 8., & 9. Zaul. alleg. Rubr. 7.
n. 8., & 9.

Et quando habent redditus ſufficientes, non
poſſunt Sportulas, etiam ſpontè oblatas licitè re-
63 cipere, & ſi de facto illas recipiant tenentur ad
illarum reſtitutionem Zacch. de ſalar. quæſt. 72.
64 n. 9. quoties tamen illi, quibus eſt facienda reſti-
tutio, liberaliter illas remittant, tuti ſunt, in
conſcientia, & poſſunt illas retinere Molin. de Iuſt.
& Iur. tom. 2. diſput. 81. n. 17.

Quod Iudices Eccleſiaſtici Ordinarij habentes
redditus beneficiorũ, & Menſæ Epiſcopalis ſuffi-
cientes non poſſint recipere Sportulas, procedit
65 etiam in Iudicibus Eccleſiaſticis Delegatis ad
text. in cap. ſtatutum §. Inſuper de reſcript. in 6.
Doxen. de ſalar. ſentent. cap. 4. n. 51., & alij ſuprà
relati n. 61. qui Doxen. n. 53. hoc limitat, ſi in Iu-
dicibus delegatis Eccleſiaſticis adſit conſuetudo
illas recipiendi.

Si tamen Iudices Ordinarij Eccleſiaſtici con-
67 ſuetudine praxi recepta ſoliti ſint recipere Spor-
tulas, talis conſuetudo poteſt admitti, & tole-
rari Ancharan. conſ. 201. n. 2. Garc. dict. cap. 2.
n. 382. Fragoſ. alleg. §. 5. n. 81., & 82. Gratian.
cap. 551. n. 6., & infra, & ibid. Carol. Anton. de
Luc. in annot. verſic. an valeat Paitell. annot. 93.
n. 24., & 25. Molin. dict. diſput. 84. n. 14. Cana-
gnol. ad decret. Montisferrat. decret. 6. §. 7. n. 7.
Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. Rubr. 25. n. 9., & 10.
Petra ſuper Rit. Magn. Cur. Rit. 14. n. 5. part. 1.
Fragoſ. alleg. §. 5. n. 81., & 82. Viuius opin. 741.
n. 6.

n.6. vbi teſtatur de communi Salzed. de leg. Politic.
lib.2. cap.9. n.40., Doxen. de ſalar. ſentent. cap. 4.
n.53., & infrà Zaul. alleg. Rubr.7. n.11.
Et talis conſuetudo viget in Epiſcopatu Ciui-
tatis Aſculi in Piceno Patriæ meæ, & ſic dum
67 Adoleſcens prima principia praxis legalis ibi
habui vidi ſeruatum, & ſimilem conſuetudinem
eſſe in foro Archiepiſcopali Mediolanenſi vigore
cuiuſdam breuis Gregorij XIII. teſtatur Doxen. de
ſalar. ſentent. in pluribus locis, eamdemque conſue-
68 tudinem viguiſſe in Tribunali Cardinalis Vica-
rij Vrbis antè vltimam prohibitionem ann. 1678.
& ego, & omnes fuimus teſtes oculates, dum fuit
res notoria.
At quauis conſuetudine etiam immemorabili
non attenta, non poſſunt Iudices Eccleſiaſtici
69 exigere Sportulas, vel alia emolumenta pro col-
lationibus Beneficiorum, pro inſtitutionibus ad
illa, nec pro mandatis de immittendo in illorum
poſſeſſionem ad text. in cap. cum ſatis de Simon.
Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 1. de reform. Garc.
de benefic. part. 8. cap. 8. n. 74., & ſeqq. Gratian.
cap. 651. n. 31. Paſſerin. in cap. ſtatutum §. ſi quid
n. 339. de reſcript. in 6. in 1. part. 6. lib. Decretal.
qui Garc., & Paſſerin. ſuper hoc referunt varias
declarationes Sacr. Congreg. Concilij, quæ ſi-
gnanter hoc declarauit in vna Vercellen. 13. Apri-
lis 1631. in reſponſione ad primum, vbi reſponſum
fuit non poſſe Epiſcopum ex cauſa collationis
beneficiorum, aliquid percipere etiam prætextu
ſigilli, & in vna Pampilonen. 14. Decembris 1637.
Quod Paſſerin. ibidem dicit pariter procedere
pro collatione Ordinum, etiam primæ Clericalis
Tonſuræ, pro literis Dimiſſorijs, aut teſtimonia-
70 libus, & quod nec etiam pro ſigillo, vel alia qua-
cumque cauſa poſſint aliquid recipere, etiamſi
ſponte illis fuerit oblatum, & hoc cenſuit Sacra
Congregatio Concil. in vna Vicen. 14. Nouem-
bris 1637. in reſponſione ad quartum, vbi fuit re-
ſolutum, non poſſe Epiſcopum, ſiue illius Mini-
ſtros quidquam accipere ab illis, qui ordinantur,
nec pro literis Dimiſſorialibus, aut ſigillo, etiamſi
à tempore immemorabili fuerit obſeruatum, vt
certum quid recipiatur.
Prout non poſſunt Epiſcopi, eorumq; Vicarij, ac
71 Officiales Sportulas, ſeù aliud quidquā percipere
pro executione diſpenſationum matrimonialiū,
non obſtante quauis conſuetudine Gratian. c. 561.
n. 32. Garc. dict. cap. 8. n. 115. dict. Paſſerin. n. 339.
vbi refert reſolutiones Sac. Congreg. Concilij, &
in ſpecie hoc cenſuit in vna Montis Politiani 18.
Nouembris 1628., & in Arianen. 28. Aprilis 1635.
in reſponſione ad quintum, vbi fuit dictum, Vica-
72 rium, neque pro executione diſpenſationis ma-
trimonialis, neque aliàs etiam vigore cuiuſcum-
que conſuetudinis, etiam pro decretis circa ce-
lebrationem matrimonij quidquam omninò per-
cipere poſſe, & in dicta Vercellen. 13. Aprilis 1631.
in reſponſione ad tertium.
Prædicta de rigore Iuris deberent etiam pro-
cedere quoad Notarios, & Cancellarios Ordina-
riorum Eccleſiaſticorum, vt nihil pro prædictis
recipere poſſint, cum debeant Epiſcopi de pro-
73 prio illos tenere, & ſuſtentare ex onere, quod
habent adminiſtrandi Iuſtitiam, quod adimpleri
non poteſt ſine Notario, qui acta iudicialia con-
ſcribat vt probant relati Paſſerin. in alleg. §. ſi quid
Tom. I.

n. 343. nihilominùs ex diſpoſitione Concil. Trident.
ſeſſ. 21. cap. 1. de Reformat., dum non ſunt prouiſi
74 aliundè de congruo ſalario poſſunt recipere mo-
deratam pecuniæ quantitatem taxatam ibidem à
Concil. Trident. Paſſerin. dict. n. 343. verſic. in
quo concedit, Zacch. de ſalar. quæſt. 77. n. 22.; ità
tamen vt Epiſcopi, neque directè, neque indire-
ctè aliquid percipere poſſint ex emolumentis
prædictis, quæ per Notarios, ac Cancellarios
75 percipiuntur occaſione Collationis Ordinum,
ac Beneficiorum, ac inſtitutionis ad illa, execu-
tionis diſpenſationum Apoſtolicarum, Examinis
in concurſu, ac ſimilium Garc. dict. cap. 8. n. 76.
& 77. vbi refert reſolution. Sacr. Congreg. Concil.
in dicta Vicen. 14. Nouembris 1631. in reſponſione
ad quintum.
In ijs verò caſibus, in quibus Ordinarijs Ec-
cleſiaſticis licèt recipere Sportulas, tunc in illis
recipiendis debent eſſe benigniores Iudicibus lai-
cis, ne in ſortem, & charitatem Chriſti propiùs
76 aſſumpti videantur his lucris temporalibus in-
hiare Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 20. n. 19. part. 1., &
facit Paitell. in annot. ad expedit. Ciuil. 93. n. 25.,
prout generaliter Sportularum receptio, quæ lici-
ta eſſe poteſt, illicita euadit ex abuſu Iudicum,
77 & Miniſtrorum auaritia per immoderatam illa-
rum receptionem Salzed. de leg. Politic. c. 9. n. 53.,
& 57. lib. 2. facit Paitell. dict. n. 25.
Sportulæ etiam hodie in Romana Curia de-
bentur in cauſis Commiſſarijs, tam in Rota,
quàm extra illam in cauſis commiſſis Prælatis,
78 & etiam Cardinalibus, & pariter in illis, quæ
terminantur in Tribunali Cameræ Apoſtolicæ, &
illarum quantitas quoad Iudices Commiſſarios
remanet præſcripta in Conſt. 71. Pauli V. Rubr. de
Sportulis, ſeu Propinis §. in Commiſſarijs autem, &
quoad illas debitas Rotæ dat regulam eadem Con-
ſtit. 71. Rubr. de Auditorio Rotæ §. fin., cum qua
taxa Rotæ proceditur etiam in Tribunali Came-
ræ; & dum hæc ſcripta reuideo ſuper Sportula-
rum quantitate prodiere ſalubres prouiſiones
captæ ſub Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocen-
tio XII.
Debentur etiam Capitaneo Appellationum
79 Vrbis ex ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 45., & 46. vbi
etiam præſcribitur illarum quantitas, & ſi Capi-
taneus vltrà illam recipiat Sportulas, incidit in
pœnas comminatas à dict. ſtat. 46., & amplius ſen-
tentia eſt ipſo Iure nulla; & quod non poſſit à
Capitaneo pro Sportulis in quauis cauſa exigi
vltrà ſcuta duo auri pro qualibet parte, cauetur
in ſtatut. 45. & in hoc ſtatutum voluit adherere
diſpoſitioni Iuris communis ſimilem ſummam
præſcribentis in §. ſi quis autem Auth. de Iudic.
Prout debentur Arbitris, iudicialiter electis
(non tamē Arbitratoribus, & amicabilibus Com-
80 poſitoribus) Gratian. cap. 55. n. 43. Paitell. an-
not. 93. n. 17., & 18. Conciol. ad ſtatut. Engub. lib. 2.
Rubr. 25. n. 12. Petr. Rit. 14. n. 7. verſic. Inſuper
Arbitri part. 1. Fragoſ. ſupra dict. §. 5. n. 1., & 79.
Sed illas non deberi arbitris electis vigore ſta-
82 tuti plenè tuetur Canagnol. ad Decret. Montisferr.
Decret. 6. §. 7. n. 33. ad 78., at quando factum fuit
compromiſſum in Arbitros vidi ſeruatum tradi
ſportulas eodem modo, quo illæ dantur Iudici-
bus Commiſſarijs vt aduertit etiam Cardin. de Luc.
de Iudic. diſcurſ. 12. n. 13. in fine.

K AR-

ARTICVLVS II.

ARGVMEMTVM.

Sportulæ, ſeù Propinæ, in quibus cauſis debeantur nec nè; quidque operetur conſuetudo circa illarum receptionem.

SVMMARIVM.

83 *Sportulæ non debentur, quando cauſa terminotur per decretum in ſummarijſſimo poſſeſſorio manutentionis, & num.84.*

85 *Debentur in iudicio adipiſcendæ poſſeſſionis.*

86 *Non debentur in cauſis, Summarijs, & mercedum, etiamſi Iudex non ſit à publico ſaloriatus, & n.87. 89., & 92,*

88 *Non debentur in cauſis executiuis.*

89 *Capitaneus Appellationum non recipit Sportulas in cauſis mercedum.*

90 *Iudex ſummoriè procedens vigore commiſſionis quando recipiot Sportulas.*

91 *Iudex etiam in cauſis ſummorijs recipit Sportulas ſtante conſuetudine illas recipiendi.*

92 *Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis alim recipiebat Propinas in cauſis mercedum.*

93 *Sportulæ non debentur quando Iudex relaxat ſolùm mandatum executiuum, & præceptum de ſoluendo.*

94 *Fallit ſi adſit conſuetudo contraria.*

95 *Non debentur, quando pars conuenta in iudicio fatetur debitum, & n.96.*

97 *Limita ſi conuentus non fatetur ſtatim.*

98 *Non debentur in cauſis pauperum, & num.101., & 102.*

99 *Roto pauperi litiganti condonat Sportulas.*

100 *Iudex recipiens Sportulas à paupere peccat, & tenetur ad illarum reſtitutionem, & num.101. & 102.*

103 *Intellige de paupere exiſtente in extrema neceſſitote, aliàs non eſt illicita receptio Sportularum, ſi ſpontè dentur, & n.104.*

105 *Declara, quod extremo neceſſitas faciot licitam receptionem in conſcientia, non quod in foro fori pauper teneatur probare præciſam neceſſitatem.*

106 *Paupertas in propoſito probatur ſummariè, & num.107.*

108 *Non debentur à Fiſco Supremi Principis litigantis coram Iudice dicto Principi ſubiecto.*

109 *Clerici Cameræ non recipiunt Sportulas à Fiſco Cameræ Apoſtolicæ.*

110 *Idem quoad Palatium Summi Pontificis, quod non tenetur ſoluere Sportulas, & n.111.*

111 *Palatium Principis, quod gubernatur cum pecunia fiſcali, gaudet priuilegijs Fiſci.*

112 *Notarij Cameræ ſicut tenentur dare gratis copias Inſtrumentorum neceſſarios pro Fiſco, ſic & pro Palotio Papæ.*

113 *Sportulæ non debentur in cauſis modici valoris, & quæ ſine ſcriptis expediuntur.*

114 *In Curia Capitolina in cauſis infrà ſcuta decem Sportulæ non debentur.*

115 *In Tribunali Gubernatoris Vrbis non recipiebantur niſi cauſa eſſet valoris ſaltem ſcutorum 14.*

116 *In cauſis Commiſſarijs non exiguntur ſi cauſa non ſit ſcutorum 25.*

117 *Hodie requiritur valor cauſæ in ſcutis 50.*

118 *Sportulæ non debentur ex ſententia nulla.*

119 *Intellige ſi ſit nulla ex facto Iudicis, ſecùs ſi ex facto partis.*

120 *Non debentur, ſi in cauſa lis non fuerit conteſtata.*

121 *Nec debentur ex re non æſtimabili, niſi ex futuro euentu, & quando talis dicatur.*

122 *Non debentur pro ſententijs merè interlocutorijs, & quæ non terminant negocium principale, & num.123.*

124 *Non debentur ex ſententia ſimpliciter prolata ſuper deſertione cauſæ, & refertur iudicatum, num.125., & 126.*

127 *Sportulæ debentur etiam pro cauſa reconuentionis, & n.128., & 182.*

129 *Non debentur in cauſa compenſationis.*

130 *Debentur etiamſi cauſa ſit terminata per concordiam, poſt cauſæ diſcuſſionem, & n.131.*

132 *Debentur iuxta laborem factum in diſcuſſione cauſæ, & n.133.*

134 *Sportulæ in Rota non debentur, ſi ſequuta ſit concordia, cum Rota non cogat partes ad accipiendos ſententias, ſed poſtea Rota reſoluit contrarium.*

PRimò non debentur Sportulæ in Iudicio
83 ſummarijſſimo manutentionis, quod per decretum, & non cedulam ſententiæ definitiuè debet terminari, vt in Vrbe cauetur *in Reformat. Pauli V. eius Conſtit.71. Rubr. de Iudicibus in cauſis Ciuil. §. 15.*, & de Iure communi idem probant *Gratian. cap. 55. n.41. Poſt. de manut. obſeru. 106. n. 67. Ab Eccleſ. obſer. 20. n. 2., & 4. part. 1. Rubens alleg. cap.2. §.1. n. 376. Doxen. de ſalar. ſent. cap. 15. n. 118.* vbi quod non debentur in cauſis
84 momentaneis recuperandæ, & retinendæ, cum ſint ſummariæ, ſed *n.119.* dicit, quod debentur
85 in iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, cum non ſit momentaneum, & requirat non leuem cauſæ cognitionem.

Secundò, non debentur in cauſis ſummarijs
86 *Rolan. conſ.87. n.6., & ſeqq., & n.21., & infrà lib.2. Natt. conſ.155. n.1. verſic. fallit tamen, Cauagnol. ad Decret. Montisferr. in obſeruat. ad Decret. 6. §. 7. n.85. Caballin. ad Conſt. March.lib.2. cap.31. n.4. Tigant. ad ſtat. Ferrar. Rubr. 83. n.15. verſic. quinto requiritur Cyriac. contr.67. n. 32. Carol. Rub. de confuſ. Iur. cap. 3. §.1. n. 236. Doxen. de ſalar. ſent. cap. 5. n. 104., & ſeqq.* qui hoc ampliat, etiamſi Iudex ſeruaſſet Iuris ordinem, conſentientibus partibus, vel ex ſe, illis inuitis.

Et quod non debeantur in cauſis ſummarijs,
87 & mercedum, etiamſi Iudex non ſit à publico ſalariatus *Gratian. cap. 55. n. 41. Cyriac. contr. 67. n. 32. Paitell. annot. 93. n. 48. Paſſerin. in cap. ſtatutum §. ſi quid n.355. de reſcript. in 6. in 1.p.lib.6. Decretal. Zoech. de ſalar. quæſt.72. n.34. ad 36. Da-*
88 *xen. dict. cap.5. n.34., & ſeqq.*, vbi quod non debentur in cauſis ſummarijs, & executiuis.

Et quod in Vrbe Capitaneo Appellationum
89 non debeantur in cauſis mercedum hoc præcisè diſponit *ſtat. Vrb. lib. 1. cap.46. verſic. excipimus autem.*

Fallit ſi cauſæ non ſint ſummariæ ex earum
90 natura, ſed ſolùm ex commiſſione Principis,

hoc

hoc enim caſu Sportulæ debentur *Doxen. dict. c. 5. n. 105.* quod tamen declarandum venit *iuxta tradita ſuprà artic. 1. n. 25., & ſeqq.*

Fallit pariter ſi adſit ſtatutum, vel conſuetudo illas recipiendi in quibuſuis cauſis, nam tunc
91 etiam in Iudicijs ſummarijs executiuis, & manutentionis recipi poſſunt *Rolan. conſ. 87. n. 15. lib. 2. Natt. conſ. 154. n. 2. Gratian. cap. 55. n. 42. Poſt. de manut. obſeruat. 106. n. 67. Paitell. dict. annot. 93. n. 49. Ab Eccleſ. obſer. 20. n. 4. part. 1. Zacch. de ſalar. quæſt. 72. n. 35. Pigant. ad ſtat. Ferrar. Rubr. 83. n. 16. Conciol. dict. Rubr. 25. n. 13. Doxen. alleg. cap. 5. n. 108., & ſeqq. Paſſerin. dict. n. 355. verſic. niſi per ſtatutum Carol. Rub. allegat. cap. 3. §. 1. num. 237.*

Quæ conſuetudo recipiendi Sportulas in cauſis mercedum vigebat in Tribunali Gubernato-
92 ris Vrbis antè prohibitionem factam de anno 1678. ex quo maior pars cauſarum in dicto Tribunali verſatur circà mercedes, & Locumtenens Ciuilis nullum à publico habet ſalarium, & ſic, vt viuere poſſet fuerat cõſuetudine introductum, vt ſportulas reciperet etiam in cauſis mercedum, quando cauſæ terminabantur plenè cognitis, & examinatis meritis, & facto labore, secùs ſi partibus non contradicentibus, & nullo per Locumtenentem inſumpto labore, pro mercede relaxabantur mandata executiua.

Tertiò, Sportulæ non ſunt debitæ, quando ſententia continet ſolum mandatum executiuum, & ſimplex præceptum de ſoluendo, cum huiuſmodi præcepta, & mandata non ſint propriè
93 ſententię, & magis propriè ſint pronunciationes, quæ habentur pro interlocutorijs *Luc. de Penn. in l. in Sacris n. 29. Cod. de proxim. Sacr. Scrin. Cyriac. controu. 67. n. 4., & 52. Fragoſ. alleg. §. 5. n. 84. Paitell. annot. 93. n. 52. Conciol. cit. Rubr. 25. n. 14. præclarè Doxen. dict. cap. 5. n. 31., & infra*, vbi amplius ſubdit, quod licèt talia mandata haberentur pro ſententijs diffinitiuis, adhùc Sportulæ non debentur, & contraria declarat.

Fallit ſi adſit conſuetudo illas recipiendi etiam
94 in relaxatione huiuſmodi mandatorum executiuorum, vt illa viget in foro Legationis Bononienſis, vt ſimiliter probatum fuit in cauſis poſſeſſorijs, momentanei interim, & mercedum, ſi adſit conſuetudo illas recipiendi, præcipuè quando Iudices nullum habent Salarium à publico conſtitutũ, ſed illud cõſiſtit totaliter in ſportulis.

Quartò. Non debentur, quando pars conuenta in iudicio fatetur debitum, ea ratione, quia
95 tunc Iudex non laborat in viſione actorum, & Iurium, ob quos labores conſequitur Sportulas *Luc. de Penn. in dict. l. in Sacris n. 29., Rolan. conſ. 87. nu. 22. lib. 2. Gratian. cap. 55. num. 37. Cyriac. contr. 67. num. 37. Paitell. annot. 93. nu. 50., Fragoſ. n. 85. Cabed. deciſ. luſitan. 16. num. 7. p. 1. Ab Eccleſ. obſeruat. 20. n. 10., & obſer. 45. nu. 1. & ſeqq. par. 1.*, vbi quod in confeſſum non fertur ſententia, cum
96 habeatur pro iudicato, nec Iudices tali caſu ſubeunt labores, ob quos mereantur Sportulas *Pigant. Rubr. 83. num. 9. verſ. Item quod ſportulæ Carol. Rubeus alleg. cap. 3. §. 1. n. 274. & latè Doxen. de Salar. Senten. cap. 3. n. 27., & 28., qui num. 29.* hoc
97 limitat quoties Reus conuentus non confiteretur ſtatim debitum.

Quintò. Non debentur in cauſis pauperum,
98 & miſerabilium perſonarum, cum pauperes ab illarum ſolutione ſint immunes *§. ſit ſibi quoquè, & ibi gloſſ. in verbo gratis Auth. de mandat. Princip., Rolan. conſ. 87. num. 23. & ſeq. lib. 2., Gratian. cap. 55. num. 46., Paitell. annot. 93. num. 26 & infrà Ab Eccleſ. obſeru. 20. n. 1. & 2., Cobel. de Salar. Iudic. tract. 3. quæſt. 1. num 90., & ſeq. Souſa. de Reuiſ. cap. 67. num. 9., & 10., Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22. num. 19., Cauagnol. in obſeru. ad dict. decret. 6. §. 7. num. 87. Pigant. Rubr. 83. num. 15., verſ. quarto requiritur Fragoſ. dict. §. 5. n. 88. Conciol. Rubr. 25. nu. 11., Caballin. ad Conſt. Marcb. lib. 2. cap. 31. nu. 5. Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. c. 46. n. 5., Doxen. in dict. cap. 3. num. 52. & infrà Zaul. alleg. Rubr. 7. num. 22. Ventriglãn prax. for. Eccleſ. tom. 1. annot. 36. §. vnic. nu. 6., & ſeqq., Chriſtin. deciſ. Belgic. 120. nu. 34. & infrà p. 5. Rot. deciſ. 527.*
99 *nu. 5. in fine par. 18. tom. 2. recen.*, vbi pauperi litiganti Rota condemnauit Sportulas, *Carol. Rub. de confuſ. Iur. cap. 3. §. 1. n. 265.*

Itavt Iudices, nec poſſint illas à pauperibus ſpontè oblatas recipere *Cobel. vbi proximè n. 93.*,
100 vbi quod ſi Iudex de facto à paupere recipiat ſportulas peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem *Zacch. de Salar. q. 72. num. 41. Paſſerin. vbi ſupra nu. 358. Ventrigl. vbi proximè num. 71 & ſeqq., Zaul. allegat. Rubr. 7. nu. 22.*

Quo circà ſi Iudices ſportulas à pauperibus
101 exigant, & illos parua ſubſtantia, & ſordido palliolo ſpolient, & nolint illas remittere, Deum habebunt vltorem, & non gaudebit tertius hæres *Carocc. de locat., & conduct. p. 1. q. 7. de Salar. Indic. nu. 52. & 53. Cobel. n. 99., Vizzan. de man-*
102 *dat. Princip. leg. 3. cap. 3. n. 24. fol. 123.*, & faxit Deus, quod aliqui Iudices quandoquè pauperibus ſanguinem viuum non extrahant, *vt notat Cobel. vbi proximè num. 100.*, & ibidem refert ſequentia carmina ad propoſitum facientia.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Quod autem à paupere exigi non poſſint ſportulæ in conſcientia, intelligitur, ſi pauper ſit in extrema neceſſitate, nempè in periculo, vt fame
103 pereat, tunc enim ſub pœna peccati mortalis non licèt ab eo etiam ſponte dante illas recipere *Cobel. vbi ſuprà num. 103., & facit Zacch. de Salar. quæſt. 72. num. 17.*: Nam præciſa dicta ex-
104 trema neceſſitate non eſt illicita receptio Sportularum ſpontè datarum, cum non ſit prohibitum à lege naturali, & probat etiam *Paſſerin. in dicto cap. ſtatutum num. 349. de reſcript. in 6.*

Quod intellige in conſcientia, ſi ſportulæ ſpontè offerantur à paupere, ſed ſi illas recuſet
105 ſoluere in foro fori ob eius paupertatem, tunc non requiritur dicta extrema neceſſitas, ſed probatur paupertas per teſtes, vel alio modo arbitrio Iudicis, qui videbit an illa ſit probata ad hunc effectum *Cobel. vbi ſuprà n. 101. & 102., Souſa de Reuiſ. cap. 58. n. 6. & infrà.*

Nec ad effectum probandæ paupertatis in propoſito Iudices debent eſſe adeò ſeueri, vt illa
106 exactè probari debeat, ſed in dubio, vt à nota auaritiæ ſint alieni, debent inclinare pro paupertate, cum certam retributionem ſint recepturi à Summo rerum omnium largitore Deo Optimo Maximo, nec debent permittere, quod ſuper paupertate fiant proceſſus rigoroſi, ſed ſumma-

ria , & extraiudiciali probatione debent eſſe con-
tenti , & ego (ſit laus Deo) in ſportulis , quæ
107 recipiuntur in interpoſitione Decretorum in
contractibus Minorum , & Mulierum ad præſcri-
ptum *ſtat. Vrb. lib.* 1 *.cap* 151 .,ſemper proceſſi cum
extraiudiciali informatione ſuper paupertate ha-
bita à Notario , qui ſe rogabat de Iuſtrumento ,
ſuper quo debebat interponi decretùm, & multo-
ties licèt Spòrtulæ fuerint ſpontè oblatæ, ex quo
meis oculis videbam miſerabilitatem Mulieris ,
vel Minoris illas recipere recuſaui , & quia tales
Sportulę exhibentur per manus Notarij, ipſe ocu-
lariter volui videre reſtitutionē factā pauperibus.
Sextò. Non debentur in cauſis Fiſci Supræmi
108 Principis , cum talis Fiſcus gratis litiget *Chri-
ſtin. deciſ. Belgic.* 150 *.num.* 7 *. p.* 2 *., vbi quod hic eſt
vſus hodiernus Doxen. de Salar. ſentent. cap.* 3 *.n.* 35 *.
& ſeq.*, vbi id limitat ſi Fiſcus litiget coram
Iudice , qui non ſit ſubditus Principis , cuius eſt
Fiſcus , qui litigat.

Ideoque Clerici Cameræ Apoſtolicæ non reci-
109 piunt à Fiſco Papæ ſportulas in cauſis eiuſdem
Cameræ *Doxen dict. cap.* 3 *.num.* 47.

Quod dicebam alias procedere etiam in cau-
ſis Sacri Palatij Apoſtolici pendentibus in Ca-
mera , non ſubſiſtente motiuo , quod Palatium
Papæ haberetur pro Domo priuata , & ſic non
gauderet tali priuilegio conceſſo Fiſco Papæ prò
eius Camera Apoſtolica , ſi quidem Palatium
Papæ non regitur ære huius priuato , ſed cum
publicis pecunijs Cameræ Apoſtolicæ , vnde
110 Cauſæ Palatij non dicuntur ſpectare ad Do-
mum priuatam Principis , ſed publicam , &
tunc ſpectarent ad Domū priuatam, quando age-
retur de re ſpectante ad Principem, vti perſonam
priuatam , ſecùs quando agitur de intereſſe ſpe-
ctante ad Papam, vti Principem iuxtà diſtinctio-
nem *Garc. Tolet. ſuper Cod. lib.* 11 *. tit.* 74 *. de Priuil.
Domus Auguſtæ num.* 3 *., & 4. & rurſus tit.* 76 *. n.* 2 *.*
111 *de Palat. & Dom. Dominic. eodem lib.* 11., & con-
gruit, quod Fiſcus propriè loquendo eſt, vt vulgo
dicitur, Burſa Cæſaris , vel Principis *ad text. in
cap. maiores noſtri* 8 *.* 16 *.q.* 7 *., Dimius conſ.* 103 *.n.* 26 *.
in fin. lib.* 2 *.*, vndè cum Palatium Apoſtolicum
cum Burſa publica Cameræ Papæ gubernetur ,
hinc idem eſt , ac Fiſcus ; ſed ſuper puncto ,
quod Palatium non teneretur ad certam gabel-
lam , & ſuper cuius exemptione reſpondiderat
Tribunal Cameræ , non curauit cauſam expediri,
ex quo illi ſat erat non moleſtari , & ſic ſine vlte-
riori diſcuſſione , an deberetur Propina , obti-
nuit intentum.

Ob hoc tanquam Procurator eiuſdem Palatij
Papæ, aliàs ob eamdem rationem dicebam, quod
Notarij , ſeù Secretarij Tribunalis Cameræ debe-
112 bant dare gratis certas copias Inſtrumentorum
neceſſarias prò eodem Palatio, ſicut ſine ſolutio-
ne illas dare tenebantur prò ſeruitio Cameræ
Apoſtolicæ , ex quo intereſſe Sacri Palatij erat
idem prorſus cum illo Cameræ , prout ſic man-
dante Commiſſario Cameræ traditæ fuerunt.

Septimò. Sportulę non debentur in cauſis mo-
113 dici valoris ; ſeù minimis, & quæ dicuntur bre-
uiores , in quibus Iudex procedit ſine ſcriptis
Carocc. de locat., & conduct. p. 1 *.quæſt.* 7 *.n.* 56 *. & in-
frà de Sportul. Iudic.*, qui benè explicat quales ſine
cauſæ minimæ *Ab Eccleſ. obſer.* 20 *. n.* 11 *., Doxen. de
Salar. ſent. cap.* 5 *.nu.* 114 *. ad* 116 *. Pigant. Rubr.* 83 *.
n.* 14 *., verſic. hinc etiam.*

Hinc in Curia Capitolina, cum cauſæ non ſint
appellabiles infrà ſcuta decem *ex ſtat. Vrb. lib.* 1 *.*
114 *cap.* 146 *.*, propterea de ſportulis non eſt ibi di-
ſcutrendum in cauſis infrà dictam ſummam, quę
ſolum reuidentur per eoſdē Iudices Ordinarios ,
qui in illis iudicarunt , vel Senator in gradu re-
curſus, qui tanquam Iudices Ordinarij non reci-
piunt Sportulas , ſeù Propinas.

In Curia verò Gubernatoris Vrbis , quando
ſportularum vſus ibi vigebat , etiam meo tempo-
115 re non recipiebantur , quoties cauſę non exce-
debant valorem ſcutorum quatuordecim.

In cauſis vero commiſſarijs in Vrbe non exi-
116 guntur, ſi cauſa non ſit valoris ſcutorum 25. *ex
Conſt.* 71 *. Pauli V. Rubr. de ſportulis , ſeù propinis
§. in commiſſarijs , & aduertit etiam Paſſerin. in cap.
ſtatutum §. ſi quid enim n.* 355 *. verſic. in Vrbe de Re-
ſcript. in* 6 *.*, cum infrà dictam ſummam cauſæ non
committantur in gradu appellationis , ſed ſolum
in illis detur recurſus ad Superiorem cuiuslibet
Tribunalis.

At hodie poſt hęc ſcripta de mandato Sanctiſ-
117 ſimi D. Noſtri Innocentii Papæ XII. , ſi cauſa
non ſit valoris ſcutorum 50. , non euadit com-
miſſaria , & ſic non debentur ſportulæ , ſed eſt re-
curribilis , & hoc prouidè fuit ſancitum , adhoc
vt litigantes euadant expenſas ſportularum , &
Regeſti , quas priùs facere cogebantur in cauſis
commiſſarijs, quæ erant valoris ſcutorum vigin-
ti quinque.

Octauò. Non debentur ex ſententia nulla ,
118 quouis modo illa nulla ſit *dict. Ab Eccleſ. obſer.*
20 *. nu.* 19 *. p.* 1 *., Scacc. de ſentent. & re Iudic. gloſ.*
14 *. q.* 20 *. n.* 14 *; & per plures rationes id probat Do-
xen. de Salar. ſentent. cap.* 5 *. n.* 143 *. ad* 145.

At concluſio procedit ſi ſententia ſit nulla ex
119 facto Iudicis, ſecùs ſi ex facto partis, hoc enim
ſecundo caſu etiam ex Sententia nulla debentur
Ab Eccleſ. d. obſer. 20 *. n.* 20 *. vbi quod ita cenſuit
Senatus.*

120 Nonò non debentur in cauſa vbi lis non fuerit
conteſtata *Natt. conſ.* 573 *. Rolan conſ.* 87 *.nu.* 16 *. lib.*
2 *. Canagnol ad Decret. Montisferr. decret* 6 *. §.* 7 *.n.* 7 *.
&* 30 *Pigant. Rubr.* 83 *.n.* 9 *. verſic. at his, Carol. Rub.
de confuſ. Iur. cap.* 3 *. §.* 1 *.n.* 224 *. &* 261.

121 Decimò. Non debentur ex ſententia prolata
ſuper re tunc non ęſtimabili , ſed ſolùm ex futuro
euentu incerto , cum tunc agatur de re , quæ eſt
in pendenti , & ſic non ęſtimabili, cum poſſit non
exiſtere *Facchin. conſ.* 75 *. in fine lib.* 2 *., & benè per
exempla hoc probat Doxen. dict. cap.* 5 *. nu.* 147 *., &
infrà , Canagnol. dict. decr.* 6 *. §.* 7 *. num.* 93 *.*, & vi-
deantur *Crauett. conſ.* 231 *., & Tort. ad ſtat. Pap.
Rubr.* 49 *. num.* 28.

Vndecimò. Nō ſoluuntur prò ſententijs merè in-
terlocutorijs , ſed tantum prò definitiuis , & per
122 quas terminatur negocium principale , & qui-
dem continentes quid ęſtimabile , non exigui va-
loris , & ſimul , quod cauſæ cognitio interuene-
rit *Fragoſ. de Regim. Reip. p.* 1 *. lib.* 4 *. §.* 5 *. num.* 85 *.,
Cabed. deciſ. Luſitan.* 16 *. num.* 8 *., Doxen. alleg. cap.* 5 *.
n.* 24 *., & infrà*, qui ſimul oſtendit , quæ ſit ſenten-
123 tia definitiua, & quę interlocutoria, & prò Iudi-
cibus Vrbis conſonat *Conſt.* 61 *. Pauli V. Rubr. de
Sportulis, ſeu propinis § prò quacumq; interlocutoria.*

Sen-

Digitized by Google

Sententia prolata ſuper deſertione cauſæ ad
hunc effectum an habeatur prò definitiua, cer-
tant inter ſe Doctores, tenentibus multis, quod
habeatur prò definitiua, ad effectum conſequen-
di ſportulas, ſed contrarium eſt verius, ſiuè decla-
ratio deſertionis cauſę facta fuerit, eo quia appel-
latio non fuerit interpoſita, vel non appellatum
in tempore, vel non proſecuta cauſa appellatio-
124 nis temporibus à lege, vel ſtatutis præſcriptis,
vt in puncto Capitanei Appellationum Vrbis,
quod prò declaratione deſertionis ob cauſas præ-
dictas non poſſit recipere ſportulas, fuit ſanci-
tum *in præfata conſt. 71. Pauli V. Rubr. de ſportulis,
ſeù Propinis §. Capitaneus autem, Fenzon. ad ſtatut.
Vrb. lib. 1. cap. 46. num. 3.*, & hoc dum de anno
1684. coram me ſecundo Collaterali fuiſſet diſ-
cuſſum occaſione taxationis expenſarum facta-
rum in certa cauſa declarata deſerta per Capita-
125 neum Appellationum, prætendente victo, ſe
non teneri ad expenſam ſportularum ſolutarum
Capitaneo pro decreto declarationis cauſæ de-
ſertæ, ego ex dicta Conſtitutione Pauli Quinti
exiſtimabam, expenſam Propinæ non eſſe reſi-
ciendam, ſed quia in notula expenſarum liqui-
datarum coram Capitaneo illa aderat, nec ego
audebam reuangare taxam factam à Capita-
neo, & ex alia parte exiſtimabam, illam quoad
Propinam non ſubſiſtere, hinc cæpi temperamen-
tum, vt partes adirent Congregationem ſuper
Reformatione Tribunalium Vrbis pro habenda
declaratione, qua adita cenſuit, ſportulas per Ca-
pitaneum non poſſe recipi prò decretis factis in
declaranda cauſa deſerta, quando coram ipſo
acta non fuerer tranſportata, nec ab eo fuit cau-
ſa ſuper meritis cognita.

Et reſolutio Cōgregationis ſuper Reformatio-
ne fuit benè fundata, ne dum ex dicta *Conſt. 71.
Pauli V.* ſuper hoc ſatis præciſa, verum ex ratio-
ne naturali, quæ præualet etiam ipſi legi; ſi enim
ſportulę debentur Iudicibus prò labore inſumpto
in reuolutione proceſſus, & examine cauſæ in
126 meritis, vt tenent Doctores omnes agentes de
ſportulis, & in ſpecie *Scacc. de ſentent. & re Iudic
gloſ. 7. qu. 4. ſpecial. 3. num. 28. Pigant. Rubr. 84.
num. 2.*, vbi quod Iudicibus ſportulæ debentur
propter laborem in reuoluendo proceſſu, ſtuden-
do, ac iudicando; nullus labor, nullumque
examen poteſt conſiderari in faciendis decretis
moderationis inhibitionum, & declarationis
cauſæ deſertæ, quæ fiunt actis non tranſportatis,
& meritis cauſæ non guſtatis, & faciunt tradita
per Doxen. alleg. cap. 5. num. 70.

Subſequitur ex prædictis, quod ſi Capitaneus
Appellationum continuat receptionem Sportula-
rum prò huiuſmodi moderationibus inhibitio-
num, illicitè hoc facit, reſiſtente dicta Reforma-
tione Pauli V., ac pręfata declaratione Congre-
gationis ſuper Reformatione Tribunalium Vrbis
facta de anno 1684., non obſtante prætenſa con-
ſuetudine contraria ſublata per dictam *Conſtit.
71. Pauli V.* habentem clauſulam ſublata cum de-
creto irritante.

Sportulæ in cauſa reconuentionis, ſi vtraque
127 cauſa conuentionis, & reconuentionis termine-
tur eodem tempore, & ſententia, vel terminari
poſſit eadem ſententia, non debentur *Doxen. de
Salar. ſentent. cap. 6. nu. 44. 45. & 46.*

Sed quod debeantur etiam in cauſa reconuen-
128 tionis tenent *Scacc. de Sentent., & re Iudic. gloſſ. 7.
quæſt. 7., ſpecial. 3. num. 28. ad 33. Pigant. Rubr. 83.
n. 14., verſic. nota tamen Fontanell. deciſ. 214. n. 4.
ad 8. Carol. Rub. de confuſ. Iur. c. 3. §. 1. n. 372.*, & huic
opinioni venit adherendum, ex quo cauſa recon-
uentionis eſt diuerſa ab illa conuentionis, & in
illa, ſicut in hac Iudex habet diuerſum laborem,
& ſic diuerſum eſſe debet pręmium ſportularum,
vt aſſerunt *dict. Scacc. Fontanell., & Carolus Rub.,
& ipſemet Doxen.* aſſiſtit huic opinioni, dum dicit,
quod non debentur Sportulę, quando petitum per
viam reconuentionis admittitur, vel admitti
poteſt per viam compenſationis in eadem ſen-
tentia, ſecus ſi agatur ſuper diuerſa re, non ad-
mittente compēſationē.

Si verò petatur compenſatio, tunc certè prò
129 compenſatione non debentur ſportulæ, quia
petens compenſationem non petit aliquid ſibi
dari *Scacc. dict. ſpecial. 2. n. 33. Fontanell. deciſ. 214.
n. 17., & infrà dict. Rubeus n. 373.*

An autem ſportulæ debeantur Iudici ſi diſcuſ-
ſa coram eo cauſa, illa non terminetur per ſen-
130 tentiam, ſed per concordiam *affirmant Gratian.
cap. 55. num. 15., & cap. 561. n. 44. & infrà Carol.
Anton. de Luc. ad dict. Gratian. cap. 561. n. 7. Cyriac.
controu. 67. n. 11., & ſeqq., & num. 55., Paitell. ex-
pedit. Ciuil. 93. n. 2., & infrà, & ibi Filius in annot.
n. 3., & ſeq. Ab Eccleſ. obſer. 19. n. 12. par. 1. Caua-
gnol. ad Decret. Montisferr. Decret. 37. §. 2. num. 3.
Zacch. de Salar. quæſt. 72. n. 23. Manſ. conſult. 360.
num. 18., & conſult 361. num. 28. tom. 4. Borgnin.
Caualcan. deciſ. 41. num. 48. p. 1., & in voto Came-
ræ coram Cardinali Gaſtaldo impreſſ. in recen. p. 14.
deciſ. 522. num 19. & infrà, & ſequitur Zaul. ad ſta-
tut. Fauent tom. 1. lib. 1. Rubr. 7. num. 21., Carol.
Rub. de confuſ. Iur. cap. 3. §. 1. num. 230. vbi plures
congerit, Mattheu. de Regim. Regn. Valent. cap. 13.
§. 4. num. 45.*

At dicta concluſio procedit, ſi concordia ſe-
131 quuta ſit poſt compilatum proceſſum, diſcuſ-
ſam cauſam, ac illius concluſionem, ſecus ſi
prius, & antequam Iudex aliquem laborem fece-
rit *Cyriac. contr. 67. num. 18. & 55., Paitell. expe-
dit 93. num. 8. in fine, & ibi Filius in annot. num. 7.
Coſt. de Rat. rat. quæſt. 86. n. fin. Zacch. alleg. quæſt. 72.
n. 24., Doxen. dict. cap. 3. num. 30. ad 34., Paſſerin. in
132 cap. ſtatutum § ſi quid n. 354. de reſcript.*, qui di-
cit, illas deberi in caſum concordiæ prò rata la-
boris & non integrè *Cauagnol. dict. decret. 7. §. 2.
num. 5.*, qui aſſerit illas eſſe debitas, ſi fuerit tran-
ſactum poſt litem conteſtatam, ſed eſt intelligen-
dus iuxtà decreta Mōtisferrati, vel quod debean-
133 tur prò rata proceſſus facti, & laboris in illo
faciendo inſumpti vſque ad litis conteſtationem,
& *videatur plenè Pigant. ad ſtat. Ferrar. Rubr. 83.
num. 10., nec non etiam Leoncill. deciſ. Ferrar. 12.
num. 2., dict. Rub. alleg. cap. 3. §. 1. nu. 231. cum
tribus ſeq.* vbi quod ſportulæ referuntur ad labo-
rem Iudicis, vnde ſi hìc non laborauit, non de-
bentur.

At in Rota expenſa Propinæ facta prò haben-
da ſententia poſt acceptatam deciſionem Ro-
talem, antequam concluderetur in cauſa tan-
134 quam voluntaria, non reficitur à Victo, cum
pars debuerit acquieſcere, nam Rota non cogit
partes litigantes ad accipiendus ſententias, &
idem

idem ſi poſt deciſiones fuerit tranſactum (quicquid ſit in Camera iuxta dictum votum *impreſſum in rec. par. 11. deciſ. 522.*) nec in alijs Iudicibus extrà Rotam, vt benè aduertit. *Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 29. n. 23., Rot. in Gerunden. expenſarum 20. Nouembris 1682. per tot coram bo. mem. Albergato*; audio tamen, quod poſtea in Rota idem fuerit ſeruatum, quod in Camera, & de facto in *dict. Gerunden. expenſarum Rota ſucceſſiuè coram clar. mem. Card. Caccia* recedendo a præcedenti reſolutione capta coram Albergato cenſuit, non ſuffragari ſuccumbenti renunciationem cauſæ factam poſt æditam deciſionem, quin teneatur reficere victori Propinam, aliaſque expenſas expeditionis factæ poſt ipſam renunciationem, *vt in deciſ. diei 25. Iunij, & 10. Decembris 1683., & 14. Iunij 1684. coram eodem Cardinal. Caccia.*

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur in qua quantitate Sportulę debeantur, & quod in illis taxandis valor Cauſæ attenditur; à quibus illæ Iudicibus dentur: & quibus pęnis plectantur Iudices ſportulas indebitè, vel vltra taxam recipientes; & quando Sportulæ veniant ſub refectione expenſarum,

SVMMARIVM.

135 *Sportularum quantitas in Vrbe, & in Prouincia Marchiæ quanta ſit.*

136 *Sportularum quantitas ceſſante ſuper illa lege, ſtatuto, vel Pragmatica, taxatur iuxtà conſuetudinem locorum.*

137 *Conſuetudo ſi ſit diuerſa attenditur vltima.*

138 *Declara ſi vltima conſuetudo ſit alicuius temporis conſiderabilis.*

139 *Declara etiam, ſi vltima conſuetudo importet taxam ſprotularum magis moderatam, ſecùs ſi magis rigoroſam.*

140 *Sportularum quantitas ſi controuertatur, deciſio ſuper illis non ſpectat ad Iudicem cui debentur & n. 144. & 145.*

141 *Sportulæ in Rota, in qua quantitate debeantur fuit ſancitum per Paulum V. & Innocentium XII, & num. 147.*

142 *Si ſuper quantitate ſportularum in Rota dandarum naſcatur controuerſia Procurator ſuper hoc ab ea deputatus iudicat.*

143 *Si Partes non acquieſcunt ſententiæ dicti Procuratoris deberent deputari alij.*

146 *In Prouincia Marchiæ in hoc ſtatur declarationi Priorum Collegij Aduocatorum, & Procuratorum.*

148 *Sportulæ debentur, ſiue in Iudicio petatur quantitas, ſiue ſpecies.*

149 *Sportulæ in qua quantitate debeantur ſi agatur in Iudicio redditionis rationis, vel diuiſionis, & num. 152., & 154.*

150 *Sportulæ in Iudicio locationis terminatæ, vel lapſi temporis ad redimendum, quomodò taxentur.*

151 *Etſi agatur ad conficiendum Inſtrumentum venditionis debentur, quanti intereſt habere Inſtrumentum.*

153 *Si petantur bona deſcribi in Inuentario, in qua quantitate debeantur.*

155 *Sportulæ ſi petantur in æſtimatione vſusfructus, vel alimentorum ad vitam alicuius, quomodò taxentur.*

156 *Sportulæ debentur iuxtà valorem rei petitæ, licèt in minori ſumma ſequatur condemnatio, & num. 157., & 158.*

159 *Debentur ſecundum quantitatem verè debitam, ſi facta ſit petitio cum clauſula ſaluo Iure deducendi, quidquid fuerit ſolutum.*

160 *Debentur iuxtà valorem bonorum detentorum per debitorem debitoris, ſi agatur contrà illum per viam ſequeſtri.*

161 *Debentur iuxtà quantitatem crediti modici, ſi ſequeſtratio fiat rei magni valoris vltrà creditum.*

162 *Sportulæ in Iudicio manutentionis ſi ex conſuetudine debentur, æſtimantur habita ratione ſolius poſſeſſionis.*

163 *Poſſeſsio æſtimatur pro dimidia parte valoris totius rei, & num. 164.*

165 *Sportulæ in Iudicio concurſus creditorum percipiuntur pro quolibet credito habita ratione ad valorem cuiuſuis crediti petiti etiam de praxi num. 166., vbi ſecus in Alma Vrbe.*

167 *Vnica Propina, & non plures debentur, ſi plures vrgeantur pro debito ex eodem Inſtrumento.*

168 *Debetur vnica Propina ſi petantur mille, & pro certa tantum rata ſequatur condemnatio, & pro alia abſolutio.*

169 *Vnica Propina debetur, licèt plures res petitæ ſint vnica petitione, & libello, declara vt n. 183.*

170 *Bo. mem. Ioannes Baptiſta frater Authoris olim Auditor Generalis in Legatione Bononienſi laudatur.*

171 *Conſtitutio Iuſtiniana circa receptionem ſportularum, & Conſtit. Clementis VIII. pro Ciuitate Bononiæ referuntur, & n. 177., & 181.*

172 *Diſpoſitiua regulatur, & declaratur à proœmio.*

173 *Cauſa dicitur vna, & eadem, ſi agatur de eadem re, & iiſdem perſonis, & eodem Iure, ita vt ſententia lata pariat exceptionem rei Iudicatæ quoad omnes.*

174 *Et quoad Sportulas recipiendas, diuerſitas & vnicitas cauſæ, ac rerum dignoſcitur modo prædicto.*

175 *Sententiæ plures, quando dicantur confictæ ad effectum recipiendi plures Sportulas.*

176 *Sententiæ plures quando adſint, licèt plures res vnica ſententia fuerint determinatæ ad effectum recipiendi plures Sportulas.*

178 *Sportulæ pro executione ſententiæ quando debeantur.*

179 *Sententia poſt lapſum 30. annorum non eſt exequibilis.*

180 *Sportulæ debentur denuò Iudici, qui cauſam à ſe iudicatam reuidet ex reſcripto Principis.*

182 *Sportulæ ſoluendæ ſunt ad tenorem petitionis, & etiam pro reconuentione, & n. 182. il 2.*

183 *Sportulæ plures debentur, ſi plures res, ac plura credita omninò diuerſa petita ſint, licet vnico libello, & n. 184.*

185 *Sportulæ de Iure Ciuili (præciſis ſtatutis, vel conſuetudine) non poſſunt excedere duos aureos pro qualibet parte.*

186 Spor-

Digitized by Google

186 *Sportulæ ex ſtatuto Vrbis ſunt reſtrictæ ad dictam taxam legalem.*
187 *Sportulæ Iudici ſunt ſoluendæ ab vtraque parte litigante pro rata, & n.188., & 189.*
190 *Sportulæ ſi fuerunt perſolutæ integrè ab vna parte, hæc dimidiam repetit à collitigante, non obſtante appellatione.*
191 *Sportulæ Romæ deponuntur ab illo, qui petit ſententiam.*
192 *Sportulæ dantur Iudici à Notaria, & non à partibus litigantibus.*
193 *Sportulæ deponuntur in calculo ferendæ ſententiæ.*
194 *Iudices debent facere fidem propria manu de receptione Sportularum, & n 195.*
196 *Iudex poteſt retinere ſententiam, quouſque ſibi ſoluantur Sportulæ, & an proceſſum n.197.*
198 *Sportulæ faciliter à litigantibus deponuntur, vt habeant ſententiam fauorabilem.*
199 *Iudex recipiens Sportulas, vel non debitas, vel exceſſiuas, qua pæna puniatur.*
200 *Sportulæ ſunt reficiendæ tanquam expenſæ litis.*
201 *Secùs in Rota, excepto caſu ſpolij, & attentatorum, & num.202.*
203 *Sportulæ etiam in Rota hodie reficiuntur, & n.205, & 206.*
204 *Iudex abſoluens ab expenſis non ſolet abſoluere à Sportulis.*
205 *Victus in Rota ſemper condemnatur in expenſis.*
207 *Sportulas refici vti expenſas litis, publicè intereſt.*

135 IN Vrbe Sportularum quantitas ex firmatis
eſt taxata à *Reform. Pauli V.*, & in Prouincia Piceni à *Conſtit. Marchiæ lib. 1. cap. 31.*, quæ taxa à Conſtitutionibus, ac ſtatutis præſcripta, eſt ſeruanda; *Carol. Rube. de conſuet. Iur. cap. 3. §.1. n.264.*, *& n.277.*, vbi quod debet taxari illarum quantitas iuxta cuiuſque loci conſuetudinem.
Si verò ſuper Sportulis non adſit taxa præciſa
136 à Conſtitutione, Pragmatica, vel Statuto præſcripta, tunc illarum quantitas regulatur à conſuetudine locorum, quæ omninò attendi debet *Rolan. conſ.87. n. 3., & ſeq. lib. 2. Buccaferr. reſp. 75. num.20. Gratian. cap.55. n.38. ad 42.*, *Cyriac. contr.67. n.34., & 37. Paitell. annot.93. num.15.*, *Tort. ad ſtat. Pap. Rubr.49. n.24., & ſeq., & Pigant. dict. Rub.83. n.7. Ab Eccleſ. obſer. forenſ.19. n.16., & obſer.20. n.13. ad 18. par.1., & plenè Doxen. de ſalar. ſentent. cap.6. n.14., & infrà, dict. Rube. alleg. §.1. num.277.*
Et ſi conſuetudo in illarum taxatione fuerit
137 diuerſa attenditur vltima *Cyriac. controuerſ.67. n.3., & 4. Paitell. annot.93. n.16. Doxen. d. cap.6. num.16.*
At hæc concluſio declaratur, vt procedat, quo-
138 ties vltima conſuetudo ſit alicuius temporis conſiderabilis, ac legitimè præſcripta, ſecùs ſi fuerit introducta à modico tempore, & per violentiam *Cyriac. contr.67. num. 4. Pigant. ad ſtatut. Ferrar. Rubr. 83. n.6., verſic. ſubdit exactionem*, maximè ſi vltima conſuetudo importaret quantitatem, ac taxam Sportularum magis rigoro-
139 ſam, hoc namque caſu erit attendenda conſuetudo antiqua ſuper magis moderata Sportularum taxa, quàm recentior non præſcripta, ſeù potius moderuus abuſus recipiendi Sportulas immoderatas, vt benè aduertit *Paitell. dict. annot. 93. num.17.*
Quotieſcumque verò ſuper Sportularum reci-
140 piendarum quantitate naſcatur controuerſia, illius deciſio non ſpectat ad Iudicem, cui illæ debentur, ſed ad illius ſuperiorem, ne Iudex in proprio intereſſe decidere videatur *Doxen. de ſalar. ſentent. cap.6. n.39.*, & doctè, ac plenè in puncto hoc probat *Carol. Rubeus cap.3. §.1. n.233., & ſeq.*, vbi contraria declarat.
At in Rota taxa Sportularum eſt facta *per Re-*
141 *form. Pauli V. eius conſtitut. 71. in Rubr. de Auditoria Rotæ §. fin*; nihilominus vnus ex Procuratoribus Collegij Sacri Palatij deputatus à Rota ſolet illas recipere, & ſi naſcantur ſuper quantitate taxanda caſus dubij, & per Reformationem
142 non clarè deciſi, ſolet dictus Procurator regulariter etiam in hoc Peritus extraiudicialiter decernere quantitatem Propinæ deponendæ, & quia quandoque dicto cauſarum Patrono à Rota deputato, eiuſque Iudicio partes non acquieſcunt, nec eſt iuſtum, quod vnius dicto, & regulariter procliui pro maiori quantitate Pro-
143 pinæ ſtandum ſit hinc *Card. de Luc. in ſupplem. p.4. tom.16. de Iudic. in annot. ad diſcurſ. 39. n.55.* admonet, quod per Rotam in tali diſcrepantia ſuper taxa Propinæ deberent deputari alij Periti Curiales ad effectum cognoſcendi, ſi verè dictus cauſarum Patronus taxator in omnibus cauſis generaliter electus, exceſſit in taxatione, dum durum exiſtimat, quod vnius iudicio ſtari de-
144 beat, nec recurſus ad ipſam plenam Rotam licèt Tribunal immaculatum, & omni æquitate refertum, ac ab auaritiæ ſordibus prorſus alienum, videtur proprius, nam Rotæ Auditores, licet Viri excelſi, & optimi, adhuc non ſunt Iu-
145 dices in cauſa propria ob intereſſe, quod habent in Propinis, qui poſſint ſatisfacere recurſibus, & querimonijs partium *Tort. ad ſtat. Pap. Rubr.49. n.25. Doxen. de ſalar. ſentent. cap. 6. num. 39.*, & præclarè hoc probat *Rub. alleg. cap.3. §.1. n.233., & infra, & n.349., & ſeq., qui n.353.* & infra id probat, non obſtante conſuetudine contraria, quoties pars diſſentiat ſtare Iudicio Iudicis, qui prætendit ſportulas, & facit diſpoſitio antea *Conſt. Marcb. lib.2. cap.31. in fine*, per quam fuit ſancitum, quod ſi ſuper Sportulis oriatur controuerſia, Priores Collegij Aduocatorum, & Procuratorum declarent vna cum authoritate Rectoris Prouinciæ, quæ ſportulæ debeantur; at hodie poſt hæc ſcripta ſuper ſportulis fuit ſalubriter prouiſum per Decreta facta de mandato Sanctiſſimi D. N. Innocentij XII.
Debentur Sportulæ ſiue in Iudicio petatur quantitas pecuniæ, ſiue ſpecies, nempè, Præ-
148 dium, Domus, Vinea iuxtà valorem, ac æſtimationem rei petitæ, cum quantitas, & valor æſtimationi rei inſit *Ab Eccleſ. obſer.19. n.7., & 8. par.1.*
149 Si verò in Iudicio petatur quietatio redditionis rationis, diuiſio, & ſimilia, quæ ſunt incerta, & inæſtimabilia, tunc quod Sportulæ non debeantur tenet *Crauett. conſ.231., & alij apud Rub. alleg. cap.3 §.1. num. 383*; at quod debeantur, & illarum quantitas taxetur arbitrio Iudicis, & de modo tale arbitrium regulandi *Cyriac. contr.67. n.15. in fine, quem ſequitur Paitell. filius in annot.*

Digitized by Google

in annot. ad expedit. 93. n. 46., & infra Ab Eccleſ. obſer. 19. n. 10., & obſer. 20. n. 4. par. 1., plenè Doxen. dict. cap. 6. n. 67., & ſeq., Creſp. de Valdaur. obſer. 2. n. 44. d. Rub. n. 385., & n. ſeq., qui plenè oſtendit deberi ſecundum quantitatem, in qua Tutor, Curator, vel alter Adminiſtrator remanebit debitor in ſententia, & rationes adducit.

Et ſi agatur de fine locationis, vel illius dura-
150 tione, vel de lapſu temporis ad redimendum,
debentur ſportulæ iuxtà æſtimationem litis tan-
tùm, & ſuper eo, quod intereſt, locationem;
vel tempus ad redimendum durare, vel eſſe ter-
minatum *Facchin. conſ. 75. n. 5. lib. 2. Cyriac. controu. 67. n. 15. in fine, Doxen. alleg. cap. 6. n. 67. in fine, & facit Armenzan. deciſ. Iannen. 48. n. 20., & ſeqq.*

Prout ſi agatur ad conficiendum Inſtrumen-
151 tum venditionis, ſportulæ non debentur, ha-
bito reſpectu ad valorem bonorum venditorum,
ſed ſolum quanti intereſt habere, vel non habere
de venditione Inſtrumentum *Cyriac. contron. 67. n. 14. Doxen. dict. cap. 6. n. 63. Anguiſſ. conſ. 46. n. 4. Carol. Rub. dict. cap. 3. §. 1. n. 380.*

Idem dic, ſi petatur redditio rationis, nam
licet probetur quantitas, & valor bonorum ca-
dentium ſuper redditione rationis, adhuc cum
152 hæc probatio ſit acceſſoria, & conſecutiua ſu-
per redditione rationis, hinc ſportulæ taxantur
pro eo, quod intereſt, illam reddi *Cranett. conſ. 231. Doxen. dict. cap. 6. n. 74.*

Si verò petatur, bona deſcribi in Inuentario,
tanquam reſtituenda in caſum purificationis fi-
deicommiſſi, & Reus dicat, non eſſe deſcriben-
da, vti detrahenda ex fideicommiſſo, tali caſu
cum principaliter agatur ſuper deſcriptione fa-
153 cienda, nec ne, & incidenter cadat diſcuſſio
ſuper detractionibus, non debentur Sportulę iuxtà
valorem bonorum controuerſorum, ſed ſolùm
pro eo quanti intereſt bona deſcribi, *Facchin. conſ. 75. num. 3. ad 5. lib. 2. Paitell. dict. annot. 93. n. 47. Cyriac. contr. 67. n. 14., & infra Doxen. dict. cap. 6. n. 75.*, vbi dat formam taxæ illarum in hoc caſu.

Et quando agitur ad diuiſionem bonorum, ſi
154 non controuertitur illorum dominium, non
attenditur illorum valor pro taxanda quantitate
Sportularum, ſed ſolùm intereſſe diuiſionis *Cyriac. contr. 67. n. 15. Doxen. d. cap. 6. n. 76., videatur tamen Nenizzan. conſ. 15.*

Quando verò profertur ſententia ſuper æſtima-
tione vſusfructus, alimentorum, & ſimilium ad
155 vitam alicuius, tunc Sportulæ taxantur iuxtà
formam l. hæreditatum ff. ad l. Falcid, nec eſt cu-
randum de eo, quod poſteà eueniat celerioris,
vel tardioris obitus ex præſcripto *in d. l. hæreditatum*, ſecundum quam fuit facta taxatio *plenè Doxen. dict. cap. 6. n. 59., & ſeq; Armenzan. deciſ. Iannen. 48. n. 44., & 45.*

Cum Sportulæ debeantur iuxtà valorem rei
petitæ in Iudicio, hinc licèt minùs reuera de-
beantur, vel minor ſumma exigi poſſit ob ino-
156 piam debitoris, adhuc illæ taxantur habita ra-
tione ad ſummam petitam, non verò ad ſummam
verè debitam *Rolan. conſ. 87. n. 5. lib. 2. Surd. conſ. 66. n. 10. lib. 1. Coſt. de rat. rat. quæſt. 36. n. 4. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22. n. 13. Cyriac. contr. 67. num. 14., & 15. Cauagnol. ad Decret. Montisferr. decret. 6. §. 7. n. 14. Pigant. Rubr. 83. n. 12. verſic. hinc in taxando, Ab Eccleſ. obſeru. 19. num. 1. ad 4. par. 1. Zacch. de ſalar. quæſt. 72. n. 20. Pegner. in prax. ciuil. Rubr. 30. n. 63. Zaul. ad ſtat. Fauent. tom. 1. lib. 1. Rubr. 7. n. 13. Gratian. deciſ. March. 226. n. 2., & ſeq. Fontanell. deciſ. 214. n. 1., & 2.*,
& de forenſi vſu teſtatur *Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. capit. 45. num. 1., & 2. Carol. Rub. de confuſ. Iur. dict. cap. 3. §. 1. n. 281., & ſeq.*, vbi alios congerit,
& de tali vſu in Tribunali Gubernatoris Vrbis,
157 quando ſportularum vſus erat ibi receptus,
ego ſum teſtis oculatis, ex quo ſic illas recepi
habito reſpectu ad valorem rei petitæ *Armenzan.*
158 *deciſ. Iannen. 48. n. 19.* itaut ſi de ſumma petita,
& in ſententia contenta, aliquid exigi non po-
tuit ob inopiam debitoris, adhuc ſportulæ de-
beantur iuxtà petitionem Actoris *Cauagnol. decret. 6. §. 7. n. 22., & 23. Rub. vbi proximè.*

At *Cauagnol. dict. Decret. 6. §. 7. n. 14. 15. & 19.*
159 *& infrà* diſtinguit, quod ſi petatur quantitas
ſimpliciter, & vera ſit præfata concluſio; ſi verò
petita fuerit certa ſumma cum clauſula *Saluo iure deducendi* quicquid ſolutum legitimè oſtende-
tur, & tunc dicit, illas non deberi ſecundum pe-
titionem, & iuxtà ſummam in illa contentam,
ſed iuxtà id, quod verè debetur, *& plenè probat dict. Carol. Rub. alleg. cap. 3. §. 1. n. 285. & ſeq.*

Si verò Creditor agat contrà debitorem ſui de-
bitoris per viam ſequeſtri, vel contrà bona obli-
gata aduersùs tertium poſſeſſorem, ſi debitum ſe-
cundi debitoris, vel bona ad quæ agitur non
aſcendant ad valorem crediti petiti per Actorem,
Sportulæ tali caſu taxantur attento valore illius,
quod debetur à debitore debitoris, ac æſtima-
160 tione, & valore rei penès tertium exiſtentis,
non verò ratione quantitatis crediti per ipſum
Actorem petiti, ſi ſit maioris quantitatis ex *traditis per Dec. conſ. 156., & benè per Doxen. dict. cap. 6. num. 70. & infrà, Armenzan. deciſ. Iannen. 48. n. 32. ad 35.*

Et è contrà ſi pro modico credito ſequeſtretur
161 res magni valoris, Sportulæ debentur habito
reſpectu ad ſolam quantitatem crediti *Faber. in Codic. lib. 3. tit. 2. definit. 9., Armenzan. dict. deciſ. 48. n. 37.*

At in caſu, quo vigore conſuetudinis exigan-
tur Sportulæ in Iudicio ſummariſſimo manuten-
tionis illę recipi debent moderatè, non habita
ratione rei cadentis ſub iudicio poſſeſſorio, ac ſi
ageretur in petitorio ſuper ipſa re, ſed tantùm
162 facta æſtimatione poſſeſſionis, de qua agitur,
pulchrè Natt. conſ. 154. n. 8., Facchin. conſ. 75. n. 2. lib. 2., Coſt. de rat. Rat. q. 86. n. 4. verſic., & ſi petatur Poſt. de manut. obſer. 106. n. 67., Ab Eccleſ. obſer. 20. n. 4. & 5. p. 1. Zacch. de Salar. q. 72. n. 20., Doxen. alleg. cap. 6. n. 68., & infrà, Zaul. ad ſtat. Fauent. tom. 1. lib. 1. Rubr. 7. num. 13. Oſaſch. plenè deciſ. 4. Carol. Rub. allegat. cap. 3. §. 1. n. 378.

Et poſſeſſio tali caſu æſtimatur minùs dimidia
163 parte valoris totius rei cadentis ſub poſſeſſorio
Ab Eccleſ. ibidem n. 8., Doxen. dict. cap. 6. n. 60.,
vbi quod Mediolani tali caſu taxantur pro dimi-
dia valoris ipſius proprietatis, & idem ſeruari in
Regione Montisferrati, *teſtatur Canagnol. dict. de-*
164 *cret. 6. §. 7. n. 9. ad 13.*, & in Prouincia Mar-
chiæ adeſt *Conſtit.* idem ſtatuens *lib. 2. cap. 35.*,
vbi

vbi quod in poſſeſſorio ſolui debeant pro dimidia ſportularum ab ipſa Conſtitutione conceſſarum in petitorio.

Quando verò ſportulæ recipiuntur, ſi ſumus in
concurſu Creditorum, Iudex licitè recipit tot
ſportulas, quot ſunt Creditores, habita ratione
ad quantitatem Crediti à quolibet Creditore pe-
165 titi, nam licet iudicium concurſus ſit vnicum,
attamen eius effectus terminatur circà diuerſas
perſonas, & diuerſa Credita, & diuerſus quoque
eſt labor Iudicis conuerſus in examine cuiuſcum-
que Crediti *Buccaferr. reſponſ. 55., Bim. conſ. 248.
n. 36. lib. 3., Paſſerin. in cap. ſtatutum §. ſi quid n.
352. de reſcript. in 6. d. lib. 6. Decretal., & facit
Zacch. de Salar. qu. 72. n. 21., idemque deducitur
ex traditis per Tort. ad ſtat. Pap. Rubr. 49. n. 29.,
Zaul. ad ſtat. Fauent. tom. 1. lib. 1. Rubr. 7. n. 14.,*
& ſic antè quam de anno 1678. prohiberentur
166 ſportulæ ſeruabatur in Tribunalibus Vicarij, &
Gubernatoris Vrbis, & ſic ſeruari etiam in foris
Bononiæ mihi retulit Bon. Mem. Aduocatus Io-
annes Baptiſta Conſtantinus meus germanus fra-
ter, qui ibi in legatione fuit Auditor Generalis,
& de hoc *teſtatur poſt alios Rota in Bononien. ſportu-
larum 22. Iunij 1693. §. quo verò & per tot. coram
R. P. P. Molines*, licèt in Vrbe poſt Reformationem
Innocentij XI., contrarium ſit ſeruandum ex ver-
bis eiuſdem Reformationis relatæ *per Zaul. alleg.
Rubr. 7. n. 15.*

Et ſi ex eodem Inſtrumento plures vrgeantur
167 ad ſoluendum idem debitum, vnica tantùm,
& non plures debentur propinæ *Doxen. dict. c. 6.
n. 51. & ſeqq., Armenzan. deciſ. Ianuen. 48. n. 39.,
& infrà*; quo circa ſi agatur contrà principalem,
& fideiuſſorem in eodem contractu, non plures, ſed
vna tantùm debetur Propina.

Prout ſi Actor petat certam quantitatem, &
168 pro certa quantitate obtineat, & pro alia ſuc-
cumbat, & abſoluatur Reus, tunc vnica tantùm
propina prætendi poteſt iuxtà rei petitæ valorem,
non duplex, cum agatur de vnica tantùm ſenten-
tia prolata ſuper vnica actione *Cyriac. controuer.
67. n. 14. & 16., Doxen. dict. cap. 6. n. 41. & 45.*

Similiter ſi ſententia ſequatur ſuper pluribus
169 rebus vnico libello petitis, vnica dicitur ſen-
tentia ad effectum conſtituendi ſportulas *Tort. ad
ſtat. Pap. Rubr. 49. n. 18. & ſeq., Pigant. Rubr.
83. n. 13.*, quod procedit etiamſi ſummæ vnico li-
bello petitæ debeantur ex diuerſis ſpeciebus, nam
ſufficit, quod fuerint vnica, & eadem actione
petitæ *Tort. ibidem n. 20.*

Quando verò vnica debeatur propina, ſiue
plures, quia plures, & non vna, vel vna, & non
plures ſint cauſæ, ac illæ non ſint diuerſæ, benè
explicat præfatus Bon. Mem. Ioannes Baptiſta
170 Conſtantinus frater meus, olim in legatione
Bononienſi Auditor Generalis, & poſteà in Ro-
mana Curia Aduocatus, non minùs doctrina,
quàm integritate celebris in ſuo ætatis robore,
meo non ſolum, ſed totius Curiæ dolore extin-
ctus, vt in eius diſcurſu ſuper hoc raptim inter
curas Forenſes pro veritate exarato, quem hic in-
ſerere placuit, cum materiam benè diſtinguat, qui
eſt tenoris vt ſequitur.

Sententia per D. Auditorem Generalem lata in
cauſa, de qua agitur quinque capitibus diſtincta,
& fundata in petitionibus, ac exceptionibus ſe-
paratis, hinc indè datis, iuxtà ſeriem facti à No-
tario Actuario expoſitam, non eſt vnica, ſed quot
ſunt eius capita, tot dici debent diuerſæ, & ſepa-
ratæ ſententiæ, adeout ad eius Salarium regulan-
dum non ſit attendenda Conſtitutio Sanct. Mem.
171 Clementis VIII. taxatiua ſportularum, de qua
*in reformatione Iuſtiniana fol. 194. in illa parte proœ-
mij ibi - Quinimmò inoleuiſſe abuſum, quod huiuſmo-
di Iudices in vna, eademque cauſa plures ſententias,
ſeù vt dicitur capita, ferri, & apponere, & prò
ſingulis ſententijs, ſeù capitibus ſingulas eius ſpor-
tulas, ſeù mercedes petere, & exigere, ac idipſum
Notarij Actuarij facere ſolent, & in parte diſpoſiti-
ua ibi - etiamſi plura capita ex proceſſuum actis col-
ligi, & ſententijs fieri poſſent ſeù fierent, etiam di-
uerſam, & ſeparatam habentia cognitionem -*, Sed
eadem Conſtitutio vel attendenda eſt in alia par-
te diſpoſitiua, vbi agit de pluribus Creditoribus
interſe altercantibus de prioritate, ſeù potiorita-
te iurium contrà eorum communem debitorem,
aut ex cauſa eius bonorum, vel tanquàm caſus
non comprehenſus, nec cogitatus, ſpecialem iu-
xtà iuris communis diſpoſitionem meretur deci-
ſionem, quæ cum per eamdem Conſtitutionem in
fine ibi - *quorum determinationi reſpectiuè reſerua-
mus quicquid circà interpretationem & obſeruan-
tiam præſentis Conſtitutionis dubitari contingerit -
Eminentiſſimo Legato demandetur*, ea propter ad ſibi
referendum fuit facta commiſſio.

Non eſt attendenda conſtitutio Clementina,
quia in locis ſupra relatis, vbi agit de ſententia
pluribus capitibus diſtincta, loquitur in vna ea-
demque cauſa, vt ſunt præciſa verba proœmij,
quæ licèt non legantur repetita in diſpoſitiua,
hæc tamen ex illis regulanda, & interpretanda
venit, itàut eodem modo, & ſub ijſdem terminis
diſpoſitum fuerit, ſub quibus præceſſit pars proœ-
172 mialis, ex illa indubitata iuris regula, quod
proœmium, ſeù verba proœmialia intentionem
demonſtrant, & totam diſpoſitionem regulant,
*de qua Gratian. diſcept. 96. n. 29., Rot. coram Bu-
ratt. deciſ. 543. n. 11. Royas deciſ. 199. n. 2, Bi-
ch. deciſ. 607. n. 7. Zarat. dec. 110. n. 15. & in re-
cen. deciſ. 466. n. 1. part. 8.*

Vna autem eademque cauſa dicitur, quando
agitur de eadem re, ſeù ijſdem rebus inter eaſdem
173 perſonas, & eodem iure petatur, itaut ſenten-
tia lata pariat exceptionem rei iudicatæ quoad
omnes, tàm perſonas, quàm res *l. cum quæritur
cum duobus ſeqq. ff. de except. rei Iudic., Dec. conſ.
453. n. 42. & 43., Soccin. Iun. conſ. 181. num. 83.
cum duobus ſeqq. vol. 2., Mart. Medic. deciſ. ſeuen.
examin. 39. n. 19., Ceuſual. ad Peregrin. de fidei-
commiſſ. artic. 54. verſic. hæc concluſio circà med.
Stacc. de ſentent., & re Iudic. gloſ. 14. qu. 2. n. 9.,
Vbert. de citat. cap. 14. n. 168. Tondut. de preuent.
cap. 15. n. 32., Rot. in Recen. deciſ. 8. n. 5. & ſeq.
p. 16. recen.*

174 Et in noſtris terminis hoc argumento vtitur
*Bim. conſ. 248. n. 36. & 37. lib. 3., & fuit origi-
nalis theorica Baldi in l. edita actio in 2. lectura. 15.
qu. n. 94. C. de edendo.*

Tunc verò Iudicum, ac Notariorum auaritia
plures ſententias diſtinctas, vel vnicam pluribus
Capitibus diſtinctam in vna eademque cauſa ef-
175 fingeret, vel quando actum eſſet ad plures res
ſimul venditas, & pro earum qualibet ſingulas
ſen-

ſententias, vel vnam tot Capitibus, quot ſunt
res diſtinctam proferre, vel quando actum eſſet
titulo fideicommiſſi, vel hæreditario contrà plu-
ra corpora bonorum ab eadem perſona poſſeſſo-
rum, & ſingulas ſententias, vel vnam pluribus
Capitibus ſuper exiſtentia fideicommiſſi ſuper
identitate, & quolibet corpore bonorum ſuper
incompetentia, vel conſumptione detractionum
daret; Vel quando actum eſſet pro expulſione à
re locata, affictibus decurſis, & in futurum de-
currendis, & pronunciaretur pluribus ſententijs,
vel vnica cum diſtinctis capitibus, quia in iſtis,
& ſimilibus caſibus, cum vna, & eadem ſit cau-
ſa, dum adſunt ædem perſonæ, eademque eſt
actio petendi omnium rerum, & Iurium in peti-
tione deductarum plures effingere ſententias, vel
vnicam pluribus diſtinctis Capitibus, non ſolùm
à Conſtitutione, ſed etiam de Iure prohibentur,
contrarium verò dicendum eſt, quando vnica
petitione diuerſæ res, diuerſis, & ſeparatis In-
ſtrumentis; ac temporibus emptæ vnico libello
petuntur, vel quando plura credita diuerſo tem-
pore contracta, vel quando titulo fideicommiſ-
ſi agitur contrà diuerſos poſſeſſores bonorum fi-
deicommiſſariorum, vel quando in eodem libel-
lo plures, & diuerſæ actiones cumulantur, ac plu-
res, & diuerſæ res, ſeù credita ex diuerſis Iuri-
bus, & titulis petuntur, his enim, & ſimilibus
caſibus, vel tot ſunt proferendæ ſententiæ quot
176 ſunt res, credita, & Iura petita, vel vnica tot
Capitibus, quot illa ſunt diſtincta, & vtroque
modo non vna, ſed plures erunt ſententiæ, & pro
ſingulo eius capite ſportulæ ſolui debent non ob-
ſtante vnicitate petitionis, & ſententiæ *Bald. in
lec. cit. n. 94. Bim. dict. conſ. 148. à n. 36. & ſeq.
Scacc. de ſenten. & re Iudic. gloſ. 7. qu. 4. ſpec. 3.
n. 31. & facit Buttaferr. reſponſ. 85. per totum* qui-
bus veris exiſtentibus, eo magis Conſtitutio re-
ſtringenda eſt ad caſus ſuprà primo loco enume-
ratos; non verò extendenda vniuerſaliter ad ar-
bitrium litigantium, vt valeant res diuerſas, &
diſparatas cumulare; & ità à ſportulis ſe exi-
mere, & iuxtà hanc intelligentiam clarum eſt,
quod ſententia, de qua eſt quæſtio, tot meretur
ſalaria, quot ſunt eius capita, dum vnumquod-
que caput, vel continet materiam omninò diuer-
ſam, & ſeparatam, vel creditum diuerſo tempo-
re, & cum diuerſis perſonis contractum.

Vel vt dictum fuit, ſi ſtandum eſt Conſtitutio-
ni, attendenda eſt illa altera pars diſpoſitiua, vbi
177 agit de pluribus Creditoribus inter ſe altercan-
tibus de prioritate, ſeù potioritate Iurium con-
trà communem debitorem, aut ex cauſa eius bo-
norum; nam primordium huius litis fuit con-
curſus Creditorum, & ſuper eo lata ſententia gra-
duatoria, nunquàm tamen per ſubhaſtionem bo-
norum executa, ac proptereà per iſtos Creditores
in ſententia, de qua agitur nominatos & qui in
graduatoria ſunt de prioribus, noua petitione, ac
mutuis exceptionibus omnia eorum Credita
contendentibus, ac impugnantibus reſpectiuè, res
aſſumpta fuit de anno 1684. ad effectum de ſuis
Creditis hinc indè ſibi ſatisfaciendi ſuper bo-
nis communis debitoris ſub ſequeſtro exiſten-
178 tibus, ideoque noſtræ ſententiæ benè applican-
tur termini Conſtitutionis Clementinæ, vbi agit
de concurſu ad bona communis debitoris, cum
talis fuerit, & ſit præſentis cauſæ, & ſententiæ qua-
litas.

Nec refert ſi forſan diceretur, quod ſemel lata
fuerit ſententia graduatoria, ac etiam pro iſtis
Creditis in noua ſententia expreſſis ſalarium ſo-
lutum, & proindè Iudici Ordinario illius execu-
tori denuò ſoluendum non ſit.

Nam reſpondetur primo, quod non fuit petita
ſententiæ graduatoriæ executio, ſed hinc indè
noua petitio, ſiuè per viam actionis, ſiuè exce-
ptionis data fuit, ac graduatoria expreſsè impu-
gnata.

Reſpondetur ſecundo, quod etiamſi illius exe-
cutio petita fuiſſet non tamen erat concedenda;
179 quoniam per lapſum triginta quatuor annorum
remanſerat præſcripta, adeoque inexequibilis
*vt poſt plures Rot. in recen. deciſ. prima p. 7. cum
concordan.*, & nouum eiuſdem faciendum erat
examen, potiſſimum quia contrà eamdem noua
Iura deducta fuerunt, ex quibus, & alijs meliùs
forſan ponderatis in aliquibus reformationem
meruit, noua igitur eſt ſententia, & non alterius
executorialis, & conſequenter ſalarium, ſicut in
prima, debetur, quemadmodùm idem ſalarium
180 debetur eidem Iudici, qui ex reſcripto, ſiuè
noua commiſſione cauſam à ſe iudicatam iterum
audit & cognoſcit *Faber. in Cod. lib. 3. tit. 2. de
Sportulis deff. 5. vbi dicit ità iudicatum à Senatu.*

Neque obſtat, quod in hac noua commiſſione
comparuerint tantùm Coniuges de Zolis pro
Creditis, dictis Sororibus de Nobilibus compe-
tentibus, & Hoſpitale pro Credito proprio, &
alijs ſibi ceſſis à Guidalottis, & Florentiola, ac
proindè duo tantùm in cauſa extent Creditores;
nam cum omnia Credita per ipſos petita habeant
diuerſam naturam, cauſam, originem, & inſpe-
ctionem, vnumquodque eorum ſuam conſtituit
ſententiam ſeparatam, ac ſalarium diuerſum me-
retur, etiamſi ab vna tantum perſona omnia pe-
tantur, vt ſuprà tactum eſt, & pleniùs mox dice-
181 tur, atque expreſsè, deciditur in ipſa conſti-
tutione Clementina, vbi in Concurſu vnicam
ſententiam reputat illam, in qua adſint plures
litis Conſortes, vel plures repreſentantes eamdem
perſonam, corpus, & Vniuerſitatem, vel quorum
Ius ex eodem fonte deſcenderet, ergo à contrario
ſenſu, (quod argumentum in lege, qualis eſt di-
cta Conſtitutio, communiter admittitur) ſi
vnus Creditor plura petat Credita à diuerſis fon-
tibus deſcendentia, vel plures, & diuerſas perſo-
nas pro diuerſis Creditis repreſentet, non vna,
ſed tot erunt ſententiæ, quot ſunt Credita peti-
ta, & perſonæ, quas repreſentat, quod paſſim in
Concurſibus practicatur.

Ex predictis patet caſum noſtrum non excludi
in illa parte Conſtitutionis de pluribus ſententijs,
vel vna cum pluribus capitibus loquente, quin
potiùs cum alia parte diſponente de concurſibus
eſſe regulandum, at quatenùs regula concurſus
non applicaretur, ſecundum id, quod Ius com-
182 mune dictat decidendus venit; de iure autem
Sportulæ ſoluendæ ſunt ad tenorem petitionis
Zacch. de Salar. qu. 72. n. 20. cum ibi allegatis,
Vndè pro omnibus Creditis à Sororibus de No-
bilibus, ſiuè à Coniugibus de Zolis eorum nomi-
ne petitis ſolui debent.

Quemadmodum debentur pro omnibus Credi-
tis

tis ab Hoſpitali in exceptionibus deductis, &
183 ſibi ſolui petitis, ex quibus reſultat explicita
reconuentio, pro qua etiam ſportulæ debentur,
vt latè prabant Fantanell. deciſ. Cathalon. 214., Scacc. de ſentent., & re Iudic. gloſſ. 7. qu. 4. ſpecial.3. n.23. ad 33.

Et quidem Sportulæ ſeparatæ pro ſingulis creditis, hinc indè petitis, quia cum illæ petierint dotem, Legatum, & pactum francandi; Hoſpitale verò cenſum, dotem, & pactum francandi, quæ ſunt res & credita omninò diuerſa, quamuis vni-
184 co libello petitionis, ac vnica charta exceptionis, ſeù reconuentionis petita ſunt tamen tot libelli, quot res, & credita, ac pariter tot ſententiæ *iuxta theoricam Baldi in dict. l. edita actia in 2. lectura 15.quæſt.n.94. Cod. de eden. Iaſon. in l. ſcire debemus n. 5. in fine verſic. ſecunda amplia vbi Alciat. n.10. ff. de verbor. obligat. Scacc. loc. cit. n.31. Bim. conſ. 248. n.36., & ſeq., vbi de diuerſitate perſonarum conuentarum ex eadem actione Zacch. de ſalar. quæſt.72. n.21., & alijs apud ipſos.*

Et ſanè magna eſſet iniquitas, quod Iudex ex arbitrio litigantium plures cauſas vnica ſententia decideret, & pro pluribus laboribus mini-
185 mum conſequeretur ſtipendium, quæ eſt ratio à *Scacia, & Bimio*, alijſque DD. locis ſupra citatis ponderata, ptout eueniret in noſtro caſu, in quo ab Actricibus ſex proceſſus exhibiti fuerunt alter ab hoſpitali, ac inſuper proceſſus huius inſtantiæ omnes rimati, & examinati fuere.

Hæc pro veritate mente concepta, ſed ob nonnullorum ignorantiam, quæ ſuperbiæ Mater eſt, non explicata, nunc pro iuſtitia raptim adnotata, proponuntur examinanda. *Hactenùs diſcurſus*, & firmatis ſupra per fratrem meum arrident mox ſcripta per *Carol. Rub. de confuſ. Iur. cap. 3. §. 1. n.368. verſic. ſi autem diuerſo, & n.369.*

At licet ex ſtatutis, vel conſuetudine locorum ſportularum quantitas maior, vel minor exigatur habitu reſpectu ad rei valorem, nihilominùs præciſa diſpoſitione ſtatuti, vel conſuetudinis de Iure Ciuili illarum quantitas non poteſt excede-
186 re duos aureos pro qualibet parte ex litigantibus *§. ſi quis autem Auth. de Iudicib. Catallin. ad Conſt. Marcb. lib.2. cap.31.n.3. Molin. de Iuſt. Iur. tom.1. tractat.2. diſput. 86. n. 1. vbi ex dicto textu* id admittit quando cauſa ſit maior centum aureorum, ſecùs ſi minor, & hanc taxam legalem amplexi ſunt ſtatuentes noſtri pro Capitaneo appellationum Vrbis *ex ſtat.Vrb.lib.1.c.46.*

Sportulæ verò, quando debentur Iudici ſunt
187 ſoluendæ ab vtraque parte litigante pro æquali portione *Coſt. de rat. rat.q.86. n. 6. Sous de recuſat. cap.56. n.13., & 14.*, vbi eam adducit rationem
188 quia ſportularum præſtatio reſpicit commodum vtriuſque litigantis, vt ſcilicet lites terminentur, & ius ſuum vnicuique tribuatur *Doxen. de ſalar. ſentent. cap.3. n.1., & infrà, & conſonat*
189 *conſtitut. Marcb.lib.2.cap.31.fol.mihi* 104. *col.1. verſic. & ſi contingerit*, & ſic practicatur in Ciuitate Aſculi Patria mea vbi non obſtante appellatione relaxatur mandatum pro dimidia ſportu-
190 larum, ſi omnes ab vna parte ſolutæ fuerint, & talis praxis eſt fundata in verbis dictæ conſtitutionis Marchiæ, & licèt ex iuſta aliqua cauſa Iudex ibi abſoluat ab expenſis nunquam tamen abſoluit ab illis ſportularum, quas communes vtrique litiganti eſſe reſeruat in ipſa ſententia.

At Romæ talis praxis non viget, dum ſportu-
191 las integras deponit, qui obtinet ſententiam, & ſolùm in fine litis victor illas recuperat in taxatione expenſarum, & non priùs, vt omnibus eſt notiſſimum.

Et quando ſportulæ debentur illæ traduntur
192 Iudici non à partibus litigantibus, ſed à Notario cauſæ, *Gratian. cap.561. n.38. Xammar. de offic. Iudic. part.1.quæſt.19. n.20. Pigant. Rubr.83. n.7. Sonſ. de Recuſ. cap.56. n.19.*, & in Vrbe ſuper hoc remanet expreſsè idem proniſum *in Conſt.71. Pauli V. Rubr. de ſportul., & Propin. §. at prædi-*
193 *ctas Sportulas*, & deponuntur in calculo ferendæ ſententiæ, & non priùs *Leoncill. deciſ. Ferrar. 12. n.6. Pigant. Rubr.84. n.3. verſic. ipſe contrarium ſentit.*

Et de illarum receptione debent Iudices facere fidem, vt Romæ propria manu hoc faciunt in li-
194 bris nuncupatis Propinarum, ad hoc vt Victor poſſit illas recuperare in taxatione expenſarum, *vt in dict. Conſtit. 71. & Rubr. mox allegata §. fin.*, & talem fidem ſuper receptione ſportularum debere Iudicem facere, probat *Rebuff. ad Conſtitut. Gall. tom. 1. tractat. de ſentent. artic. 3. gloſ. vnic. n.6.*, & in pluribus locis, præcipuè in ciuitate
195 Aſculi Patria mea viget ſtylus, quod Iudex in ſubſcriptione ſententiæ dicat. *Ità pronunciaui ego Sergius Iudex locumtenens, Vicarius, Gubernator & recepit tot*, exprimit ſcilicèt ſummam receptam pro ſportulis.

Quando Iudici debentur ſportulæ, poteſt retinere ſententiam, quouſque illæ non fuerint ſolu-
196 tæ, vel depoſitatæ *Zacch. de ſalar. quæſt.72. n.2. Peguer. in prax. Ciuil. Rubr.30. n.59.* ſed *Pigant. Rubr.83. n.18.* dicit, Iudici non licere proceſſum
197 retinere pro ſportulis, ſicut non licet Procuratori, vel Aduocato, at ſuper hoc videtur ſuperfluum agere, dum Iudices, quando illis debentur ſportulæ ſine his de præſenti datis à Notario
198 pro honorario ſui laboris nõ expediunt cauſas, & qui exoptat cauſam ad ſui fauorem expediri eſt diligentiſſimus in deponendis ſportulis.

Quia firmatum fuit, ſportulas deberi in caſibus tantum à Iure permiſſis, & iuxta quantitatem præſcriptam à ſtatutis, vel conſuetudine locorum, hinc ſi Iudex recipiat vltrà taxam, punitur pœna arbitraria pro qualitate factorum, & perſonarum
199 itaut quandoque poſſit extendi vſq; ad mortem naturalem *Fenzon. hic num.11., & ſeqq. Pigant. Rubr. 83. n.8. Conciol. Rubr. 25. n. 7.*, vltrà onus illas reſtituendi etiãſi ſpontè datæ fuerint *Zacch. de ſalar. quæſt.72. n.9., & infrà, & ex Conſtitut. Marchiæ lib. 2. cap. 31.* debet reſtituere duplum parti, & tantumdem Cameræ Apoſtolicæ.

Cum Propinæ, ſeù Sportulæ ſint pars expenſarum, hinc ſub refectione expenſarum, & illæ
200 ſportularum ſunt reficiendæ; cum dicantur expenſa neceſſaria, ex quo ſine Propina cauſa expediri non poteſt *Card. de Luc. de Iud. diſcurſ.139. n.18.*, vbi ait, quod contrarius ſtylus Rotæ, non habet iuris fomentum, & repugnat *Conſt.71. Pauli V. in Rubr. de Sportul., & Propin. §. fin.*, vbi quod debent expenſæ Propinæ omninò Victori refici in taxatione expenſarum, vſu quocumque contrario non obſtante.

Qui ſtylus Rotæ non reficiendi expenſas pro-
pinarum, ſeu ſportularum, de quo *Rot. deciſ. 51.
n. 8. coram Zarat., & deciſ. 584. n. 8. part. 18. recent.*
201 non ſeruabatur, quando actum fuerat in iudi-
cio ſpolij, nam tali caſu etiam in Rota reficie-
bantur tanquam damna, & intereſſe *Rot. dict. de-*
202 *ciſ. 51. n. 10. coram Zarat.*, prout non ſeruaba-
tur in cauſis commiſſis Auditoribus Rotæ, vti
Prælatis, & extrà Rotam, & non vti Auditori-
bus Rotæ, vt monet *Rot. deciſ. 51. n. 9. coram
Amat. Dunozett. deciſ. 51. n. 9. coram Zarat., &
deciſ. 584. n. 5. ad 9. part. 18. tom. 2. recent.*

At hodie fuit introductus ſtylus, vt reficiantur
203 quod conſonat litterali diſpoſitioni dictę Re-
format. Pauli V. ſupra relatę, ac diſpoſitioni Iu-
ris, cum inter expenſas litis reficiendas compu-
tentur illæ ſportularũ, & ſunt magis priuilegiatæ,
quàm aliæ expenſæ litis, dum Iudices multoties
ſolent abſoluere ab expenſis, nunquàm tamen
204 à ſportulis per ipſos receptis, *vt obſeruat. Do-
xen. alleg. cap. 3. n. 22.*, & huic moderno vſui
Rotæ taxandi etiam expenſas Propinarum, &
ſportularum aſſiſtit alia ratio deſumpta ex ſtylo
205 Rotæ, ſi enim ab hac victus ſemper condemna-
tur in expenſis, *vt per Rotam deciſ. 176. coram Ve-
rall. lib. 1. deciſ. 246. lib. 2. coram Puteo, deciſ. 12.
n. 5. coram Arguell.*, & millies hoc dixit, cur igi-
tur non debet ſequi condemnatio in expenſis
206 ſportularum magis priuilegiatis, addito quod
aliàs litigantes conſcij, ſe non ſubituros expen-
ſas ſportularum non exiguas in Rota, fiunt ani-
moſiores ad proſequendas lites calumnioſas, &
è contra, dum illas reficere debent ob hoc rece-
207 dent à litibus iniuſtis. & ſic publicè etiam inte-
reſt, quod reficiantur, *vt benè obſeruat. Doxen. de
ſalar. ſent. cap. 2. n. 53., & ſeq.*

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Agitur de Sportulis, ac expenſis debitis Iudici, ac Notario pro viſura loci, ſiuè acceſſu ad locum differentiæ; ac ſimul de illis, quas Iudices recipiunt pro interpoſitione Decretorum voluntariæ Iuriſdictionis in contractibus Minorum, vel Mulierum; & ſimul tangitur an Iudicibus liceat recipere eſculenta, & poculenta, & in qua quantitate.

SVMMARIVM.

208 *Sportulæ, quæ dantur Iudici pro acceſſu ad locum differentiæ, dicuntur iudiciales.*
209 *Sportulæ ſiue expenſæ pro acceſſu regulariter ſoluuntur ab inſtante pro acceſſu.*
210 *Soluuntur ab vtraque parte, quando pars citata pro acceſſu vult, & ipſa interuenire, & reportare ab illo commodum.*
211 *Acceſſus ne differatur ſolent expreſſæ neceſſaria pro illo, deponi per petentem acceſſum, & num. 212.*
213 *Expenſæ acceſſus Iudicis ac Notario dantur iuxtà quantitatem præſcriptam à conſuetudine cuiuſque loci.*
214 *Sportulæ pro acceſſu Iudicum in Vrbe, in qua ſumma dentur, ſi fiat intra, vel extrà Portas Vrbis.*
215 *Iudices non debent demandare acceſſum non neceſſarium.*
216 *Sportulæ debentur Iudicibus pro interpoſitione Decretorum in contractibus minorum, vel Mulierum.*
217 *Sportulæ pro tali interpoſitione Decretorum ſi interponantur in domo Iudicis debentur in Iulijs quinque, extra domum in Iulijs decem.*
218 *Decreta dicuntur interponi domi Iudicis ſi interponantur in loco Tribunalis.*
219 *Sportulæ ſoluuntur Iudicibus ordinarijs in Vrbe etiam pro Decretis interpoſitis in adoptionibus, emancipationibus, inſinuationibus, ac deputationibus Tutorum, & Curatorum, & n. 220.*
221 *Sportulas pro interpoſitione Decretorum in contractibus minorum, vel Mulierum recipiunt A.C. ac eius Locumtenentes, vt alij Iudices Vrbis.*
222 *Sportulæ de Iure pro interpoſitione Decretorum in contractibus minorum non debentur præciſa locorum conſuetudine.*
223 *Sportula in interpoſitione talium decretorum non recipiuntur per Iudices à Mulieribus, vel Minoribus pauperibus.*
224 *Decreta in Vrbe pro pauperibus gratis ab omnibus Iudicibus, & non à ſolo Aduocato pauperum debent interponi.*
225 *Paupertas in propoſito per bonos Iudices in dubio admittenda pro interpoſitione Decreti gratis.*
226 *Plures Sportulæ debentur ſi coram Iudice aperiantur plura teſtamenta, vel plures Codicilli.*
227 *Pariter ſi in eodem contractu fiant diuerſi contractus diuerſæ naturæ, debentur plures Sportulæ.*
228 *Munerum receptio pro Iuſtitia miniſtranda Iudicibus eſt prohibita.*
229 *Eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſunt valent Iudices à litigantibus recipere.*
230 *Refertur contraria opinio.*
231 *Referuntur D. D. loquentes de materia Sportolarum.*

208 INter expenſas iudiciales connumeratur illa
ſportularum, quæ dantur Iudici pro acceſſu
ad locum differentiæ *Rot. deciſ. 96. per tot. poſt
Zacch. de ſalar.*

Quæ Sportulæ, & expenſæ acceſſus ſoluuntur
regulariter ab illo, qui petit accedi *l. Prætor ait
in fine ff. de eden. Gratian. cap. 57. n. 1. Mattheu de
Regim. Regn. Valent. tom. 1. cap. 6. §. 5. n. 90. verſic.*
209 *limita tertio Poſt de manut. obſer. 101. n. 6. Fonta-
nell. deciſ. Cathalon. 382. n. 26.*

At quando quis petit acceſſum, & altera pars
vult & ipſa interuenire, & comparet coram Iudice
ad aliquid allegandum contribuit, & ipſa pro
medietate expenſarum, quæ ſunt neceſſariæ pro
faciendo acceſſu, nam cum reportet & ipſa com-
modum ab illo, propterea iuſtum non eſt, quod
210 expenſis alterius negocium proprium expediat
*Mattheu alleg. §. 5. n. 90. verſic. ſed ſi altera Fonta-
nell. deciſ. 382. n. 27., & nouiſſimè Moez ſuper 6.
Decretal. in cap. ſtatutum §. Inſuper n. 99. de reſcript.*
vbi quod ſi acceſſus concernat intereſſe vtriuſque
partis collitigantis, debet ab vtraque communi-
ter ſolui, etiamſi ab vna parte tantum petitus ſit.

Sed

Sed in caſu occurrenti conſului, quod ad euitandas ſuper hoc diſcuſſiones, & longitudinem
211 temporis deberet tales expenſas erogare ille, qui eget acceſſu, & petit illum fieri *ex traditis per Leoncill. deciſ. Ferrar. 12. nu. 6. & infrà Moez ſuper 6. Decretal. in cap. ſtatutum 11. num. 87. de reſcript.* & facit *Tex. in cap. mulieres 2. de Iudic.* & ſic paſſim dum Iudex eram fieri vidi, nam altera pars, quæ ſe opponit, per ſæpè fouet malum Ius, & timet illud poni in clarum ex oculari
212 inſpectione reſultante ab acceſſu, vndè non ſolùm non vult concurrere ad expenſas acceſſus, verum ſi poſſet, vellet illum impedire.

Quæ autem quantitas ſportularum debeantur Iudici prò acceſſu ad locum differentiæ, dic, quod in hoc eſt ſeruanda conſuetudo locorum *iuxtà ſu-*
213 *prà firmata artic. 3. n. 136. & ſeq.*, ità tamen quod moderatè in expenſis huiuſmodi procedatur.

In Vrbe dum fui Locumtenens ciuilis in Tribunali Gubernatoris, & poſteà in Curia Capitolij Secundus, mox Primus Collateralis, ſi acceſſus faciendus erat intrà mænia Vrbis ſoluebatur ſcutum vnum, ſi extrà, ſed propè Moenia Vrbis ſcu-
214 tumvnum cum dimidio, ſi verò locus differentiæ per plura milliaria diſtabat ab Vrbe, tunc aliquid plus ſoluebatur, ſi verò vltrà diem in in acceſſu faciendo conſumebatur, tunc vltrà expenſas victus, ac currus ſoluebatur aliquid plus vltrà ſcuta tria quolibet die, at ego, per duas vices tantùm permanſi vltra diem, & recepi id, quod datum fuit, nec cum rigore proceſſi.

Caueant tamen Iudices ne lucri cauſa demandent acceſſum; vbi non eſt neceſſarius, & quan-
215 do ex viſura nulla poteſt reſultare probatio, tunc enim ſportulas prò acceſſu illicitè recipiũt, & tenentur ad illarum reſtitutionem, ac etiam puniri poſsunt vt ſuprà fuit probatũ *art. 3. n. 199.*

Sportulæ pariter debitæ ſunt Iudicibus, qui interponunt Decreta voluntariæ iuriſdictionis in
216 contractibus minorum, ac mulierum *ex ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 151.*, & in alienatione rerum minorum, & mulierum *ex ſtatut. Vrb. 113. eodem lib. 1.* & pro talibus decretis in quocumque contractu interponẽdis debentur Iudici decretum interponenti in domo propria Iulij quinque, ſi verò extrà domum ſcutum vnum, *vt cauetur in conſtit. 71.*
217 *Pauli V. rubr. de Sportul. ſeù Propinis §. prò decreto.*

Et dicuntur interponi Domi, ſi à Locumtenente Ciuili Gubernatoris, ac Collateralibus interponantur in eorum Tribunalibus, vbi Ius reddunt, vt in Aula Palatij Gubernatoris, vel
218 magni fori Capitolini, cum enim dicti Iudices in dictis eorum Tribunalibus habeant, vel habere debeant reſpectiuè manſiones proprias, licèt ex accidenti alibi habitent, non ob hoc dicuntur interponere Decreta extra domum, & hæc eſt praxis inconcuſſa.

Prout in emancipationibus, adoptionibus,
219 deputationibus Tutorum, vel Curatorum faciendis minoribus, vel hæreditatibus iacentibus, & inſinuationibus donationum, ſoluuntur prò Sportulis dictis Locumtenenti Ciuili Gubernatoris, & Collateralibus iulij quinque prò qualibet duputatione Curatoris inſinnatione, emancipatione, vel adoptione, ſi alias fiant domi Iudicum prædictorum, vel in loco eorum Tribunalis, & ſcutum vnum, ſi prædicta fiant extrà domum.

In Tribunali verò A. C. quoad deputationes
220 Curatorum ſolet ex praxi ſolui A. C. ac eius Locumtenentibus ſcutum vnum.

At prò Sportulis prò interpoſitione decretorum in contractibus minorum, vel mulierum A. C.
221 eius Locumtenentes Ciuiles, & alij Iudices habentes à dicta *Conſtit. 71. Pauli V.* facultatem interponendi Decreta non poſſunt recipere niſi iulios quinque Domi, & ſcutum vnum extrà Domum, cum Reformatio Pauli V. talem taxam appoſuerit prò omnibus Iudicibus, patet ex illius lectura.

Præciſa tamen dicta *Reform. Pauli V.*, vel particulari conſuetudine recipiendi ſportulas ex in-
222 terpoſitione decretorum in huiuſmodi contractibus voluntariæ iuriſdictionis, illas de iure Iudicibus ordinarijs non deberi prò talibus decretis *firmat latè Doxen. de Salar. ſentent cap. 5. n. 125. & 131.* vbi adducit ad hoc probandum tres rationes, & quia talia decreta interponuntur à Iudicibus Ordinarijs, qui non poſſunt recipere Sportulas, & quia in prædictis decretis interponendis proceditur ſummariè, quo caſu nec debentur Sportulæ; & demum quia talia decreta non habent vim ſententiæ definitiuæ.

Nec aliquid pro ſportulis poteſt recipi à Indi-
223 cibus, quando interponunt decreta in contractibus mulierum, & minorum pauperum, vt expreſsè diſponit *Refor. Pauli V. eius conſt. 71. Rubr. de Sportulis, ſeù Propinis §. quæ decreta in fine*, quæ Reformatio loquitur de omnibus Iudicibus, & non de ſolo Aduocato Pauperum, vt aliàs à quodam Iudice malè vidi aſſertum, dum dicebat,
224 quod ſi contrehens erat pauper, debebat adire Aduocatum pauperum nam *Conſt. Pauli V.* omnibus Iudicibus habentibus facultatem interponendi decreta impoſuit neceſſitatem illa interponendi gratis prò pauperibus, & hoc eſt etiam de Iure vt fuit ſupra oſtenſum *artic. 2. num. 98., & ſeq.* quomodo autem in propoſito probetur pau-
225 pertas dixi ſuprà *dict. artic. 2. à num 106.*, & in dubio Iudices ſi volunt certam in hoc, & alio ſeculo habere retributionem, ſemper faueant in pauperibus, & non ſint rigidi cum illis, experto crede Ruberto, ea die, qua prò paupere gratis decretum interpoſui, habui retributionem cum lucro aliorum decretorum, non ſolùm eadem die, ſed eodem ferè tempore.

Sed quæritur ſi coram Iudice aperiatur vnum teſtamentum cum tribus Codicillis extrà Domum Iudicis, an debeatur tantum prò ſportulis ſcutũ vnum, vel quatuor prò quatuor apertionibus, hunc caſũ habui de facto, & dixi, quod mihi
226 debebãtur ſcuta quatuor, quia quatuor diuerſis actibus aperitionũ diuerſorũ teſtamenti, & Codicillorũ decreta interponebam, & quia labor aſſiſtentiæ lecturæ, ac ſubſcriptionis faciendæ erat maior, & diuerſus, quia tamen agebatur de proprio intereſſe, volui, quod caperetur ſuper hoc informatio à Iudicibus, & Notarijs Senioribus, qui concorditer retulerunt, deberi Sportulas prò quatuor actibus diuerſis ſuper quo faciunt ſuprà *tradita hic artic. 3. num. 183. & 184.*

Prout ſi Tutor vel Curator reddant rationem
227 minori, & hic faciat illis quietantiam redditæ rationis cum decreto Iudicis, ſi poſteà idem minor conſtituat Procuratorem ad exigendum,

vel

Digitized by Google

vel aliud ſimile faciat omnino diuerſum à quietantia, & ſuper hoc diuerſo actu interpouatur pariter decretum, Sportulæ debentur dupplices, & ex decreto ſuper quietantia, & ex alio ſuper couſtitutione Procuratoris, vel alio contractu diſparato à quietantia, cum agatur de contractibus omninò diuerſis, & in quibus diuerſa cauſæ cognitio, diuerſumque decretum requiritur, nec ſub eodem Inſtrumeuto quietantiæ poteſt in præiudicium Iudicis cumulari contractus diuerſus, & hoc mihi de facto euenit, & prout ipſe cenſui, alij approbarunt, ac improbarunt modum cumulandi tales contractus diſparatos ad ſolum effectum effugiendi ſolutionem duplicis Sportulæ debitę Iudici prò diuerſo decreto. nam alias eſſet in poteſtate partium fraudare Iudicem pluribus ſportulis confingendo vnicum contractum ex firmatis *ſupit artic. 3. num. 167. 144., & ſeqq.*

Hinc non incongruè queritur poſt libatam materiam ſportularum, quando illæ nec nè debeantur, & in qua quantitate, an ſaltem Iudicibus licitum ſit recipere munera pro Iuſticia ad-
228 miniſtranda; & regula negatiua conſtituenda eſt eum non poſſit Iudex vendere Iuſtitiam, ſeu ſententiam iuſtam etiam ſponte offerentibus *latè Paſſerin. in cap. ſtatutum §. ſi quid q. 5. artic. 5. n. 375. & infra de reſcrip. in 6.* & conſonat *Conſt. 24. Gregorij XIII. Bullar nou. tom. 2. & Alexandi VII. Conſtit. 19. Bullar. nou. tom 6* ſuper qua conſtitut. Alexandri VII. *latè agit Vizzan. de mandatis Princip. leg. 3. cap. 1. à nu. 70. & infrà fol. 93.* & de eadem Conſtitutione Alexandrina facit quoque mentionem, *Paſſerin. vbi proximè num. 414.*

Sub dicta tamen illicita receptione munerum non veniunt æſculenta, & poculenta, quæ in paucos dies, nempè triduum conſumi poſſunt, tunc enim cum ſint modica, Ius noſtrum non curat de modicis, quià credendum non eſt, his
229 modicis æſculentis, & poculentis, Iudicem corrumpi nec dolus ſit præſumendus pro modica re plenè *Moez ſuper 6. Decretal. in cap. ſtatutum §. inſuper num. 90. de reſcript. Paſſerin. in eodem cap. ſtatutum §. inſuper q. 5. artic. 5. num. 390. & infrà*, vbi tamen ſubdit, quod debeant ſponte offerri, & recipi in modica quantitate, itàvt ex illorum receptione non poſſit timeri quod Iudici facere valeant impreſſionem, vt faueat illa danti.

At ego haud libenter adhæreo dictæ opinioni, licèt in rigore Iuris veriſſimæ, & contrà illam ex
230 profeſſo ſcripſi in quodam meo voto deciſiuo, quod per extenſum retuli *in Annot. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 8. num. 123. & ſeq.*

Ce Sportulis, & Propinis vltra libata hic, ſi
231 plura deſideras conſule ad materiam *Canoniſtas in cap. cum non ab omni de vit. & honeſt. Cleric., & in cap. ſtatutum de reſcript. in 6., vbi Paſſerin. plenè, & etiam Mohez., Ancharan. conſ. 202., & 218., Rolan. conſ. 83. lib. 2. Natt. conſ. 154. & conſ. 573. Bim. conſ. 103. lib. 2. Facchin. conſ. 75. lib. 2. Fenzon.. & Galganett. hic. Tort. ad ſtat. Pap. Rubr. 49. Pigant, ad Stat. Ferrar. Rubr. 83. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 25. Salzed. ad leg. Hiſpan. lib. 3. leg. 19. tit. 19. fol. 124. Idem de leg. Politic. lib. 2. cap. 9. Petr. ſuper Rit magnæ Curiæ Rit. 14., Cauognol. ad decret. Montis Ferr. decr. 6., Vizzan. de mandat. Princip. c. 3. fol. 117., Coſt. de Rat. rat. quæſt. 86., Fragoſ. de Regimin. Reipublic. p. 1. lib. 4. diſput. 9. §. 5., Gratian. c. 55. & cap. 561. & ibidem Carol. Ant. de Luc., Cyriac. contr. 67., Caroec. de locat., & conduct. par. 1. q. 7. Paitell. expedit. cauſ ciuil. 68., & Paitell. Fil. in annot. ad expedit. 93. Zacch de Salar. q. 72., Manſ. conſult. 254. tom. 3., & conſult. 360. & 361. tom. 4., Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 22., Souſa de Recuſ. c. 56. ad 58. Sabell. in ſumma diuerſ. tom. 4. litt. I. §. Sportulæ 27. fol. 227. Cobell. de Salar. Iudic. diſc. 39., & in ſupplemen. p. 4. tom. 16. in annot. addict. diſcurſ. 39., Doxen. latè de Salar. ſentent., qui per ſex capita materiam Sportularum examinat, Chriſtin. deciſ. Belgie. 150. p. 1., & deciſ. 120. par. 5. Caualcan. deciſ. 41. plenè Armenzan. deciſ. Iuanuen. 48. per tot.*, qui licet loquatur de Datio, ſeu Gabella pignoris, tamē antè *n. 1.* in figurat. facti *in §.* in qua materia dicit *in hoc* equiparari cum materia ſportularum, & adducit Doctores loquentes de Sportulis, & ſignanter *Doxenam prædictum Rota deciſ. 583. p. 18. tom. 2. recen., & in Gerunden. expenſarum 28. Nouembris 1682. coram Albergato Epiſcopo Zaul. ad ſtat. Fauent tom. 1. lib. 1. Rubr. 7., ſatiſſime Carol. Rubeus de confuſ. Iur. cap. 3. §. 1. à n. 204. & ſeq. Tancredin. conſult. 101., Matthen. de Regim. Regn. Valent. cap. 6. §. 4. tom. 1.*

De cauſis reſtitutionis in integrum etiam maiorum, & quomodò in illis procedatur. CAP. L.

SI in integrum reſtitutio (à quacumque perſona etiam priuilegiata) principaliter in iudicio petatur, procedatur pro- vt in Ordinarijs procedi debere mandauimus; & ſi in vim illius aduersùs duas conformes, executione iam cœpta, ſeù etiam petita, inhiberi petatur, ſi executio irretractabilis non ſit, ſine præiudicio duarum conformium, & rei iudicatę inhibeatur, & inhibitum eſſe cenſeatur. Si verò incidenter petatur (quo caſu ſummariè procedi volumus) tunc is, qui petit intentionem ſuam iuſtificare teneatur intrà dies vtiles decem, & interim in executione, ſeù proceſſu exaduersò ſuperſedeatur; quibus decem diebus elapſis Iudex ad inſtantiam eius, contrà quem reſtitutio petita eſt, ſi nihil probatum, aut non releuanter probatum viderit, ad vlteriora procedat, ſed ſi ſibi ſuperſedendum videbitur, poſſit ad alios dies quinque vtiles, & non vltrà, ne quid noui fiat inhibere; quibus elapſis, & nihil releuanter probato, omninò ad vlteriora in negotio principali procedatur, ac ſi talis in integrum reſtitutio petita non fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutiones in integrum in Capitolio per ſępè inuoluunt litigantes.*
2 *San. mem. Innocentius XI. laudatur.*
3 *Materia reſtitutionis in integrum generaliter non diſentitur.*

4 Ma-

4 *Materia reſtitutionis in integrum incidenter, & principaliter tantum examinatur.*

PRÆLVDIVM.

MAteria reſtitutionis in integrum tam priuci-
paliter, quàm incidenter petitæ, definita ab
1 hoc ſtatuto in Tribunali Capitolij in dies diſce-
ptationi forenſi exponitur, & eum litigantes in
huiuſmodi reſtitutionum labyrinto ſæpè potiùs
inuoluantur, quàm extricentur à litibus, & reſti-
tutio in integrum à Iure, ac Statuto indulta ad
ſuccurrendum læſis per ſententias, perſæpè de-
ſeruiat ad calumniam, quia iniuſtè proponatur
illius remedium, vel contra præſcriptam formam
à Statuto hic, vt non ſemel vidi, dum iuridicun-
do in eodem Tribunali præfui priùs Secundus,
poſteà Primus Collateralis ex beneficentia ſ. m.
2 Innocentij XI. in omne æuum celebrandi Ponti-
ficis; hinc quia *Galganett.*, & *Fenzon.* in eorum
notis ad præſens ſtatutum ſatis pauca libarunt
ſuper materia adeò frequenti, & non benè pra-
cticata, volui illam latiori calamo examinare, &
quæ circa illam in praxi habui, hic tanquam in
propatulo exprimere.

3 Et omiſſis alijs ſpeciebus reſtitutionis in inte-
grum in diuerſis caſibus à Iure indultæ, hic ſo-
lùm erit ſermo de reſtitutione in integrum inci-
denter, vel principaliter petita aduersùs duas
ſententias conformes iuxtà præſcriptam ſanctio-
4 nem ab hoc ſtatuto, & ne in materia tractanda
inſurgat confuſio, illa duplici articulo examina-
bitur; in primo erit ſermo de reſtitutione in in-
tegrum incidenter; & in ſecundo de reſtitutione
in integrum principaliter.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Agitur de reſtitutione in integrum incidenter, quæ ſit, quando petatur, coram quibus Iudicibus, quo tempore illa expediatur, & quando illa pendente ſit ſuperſedendum, quæ probationes in illa admittantur; an in Iudicio reſtitutionis in integrum incidenter ſit locus deputationi Conſultoris; & an terminato Iudicio ſuper tali reſtitutione ſit locus reſtitutioni in integrum principaliter, & demum alia examinantur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

5 *Reſtitutio in integrum incidenter remiſſiuè, per quos DD. tractetur.*

6 *Reſtitutio in integrum incidenter proponitur per viam exceptionis coram Iudice, qui protulit ſententiam ad impediendam illius executionem, & n. 28., & 29.*

7 *Reſtitutio incidenter concurrit cum petitione executionis ſententiæ.*

8 *Reſtitutio in integrum principaliter proponitur coram Iudice ſuperiore illi, qui iudicauit.*

9 *Reſtitutio incidenter in foro Capitolino proponitur coram Capitaneo, vel Senatore, quando hic ſuccedit loco Capitanei, & n. 11.*

10 *Reſtitutio in integrum principaliter peti non poteſt coram Capitaneo, ſed ſaltem coram Senatore, vel Collateralibus.*

12 *Probationes fieri poſſunt in iudicio reſtitutionis incidenter, & de ratione n. 13.*

14 *Iudex qui protulit ſententiam non ſolet ex iiſdem recedere à ſua ſententia, & n. 39.*

15 *Iudex reſtitutionis in integrum incidenter exequitur ſuam ſententiam ſi nihil, aut irreleuanter fuit probatum.*

16 *Dilatio ad probandum ex hoc ſtatuto, quæ detur in iudicio reſtitutionis incidenter, & n. 17.*

18 *Iudex reſtitutionis incidenter non reuocat ſententiam, ſed tantùm mandat ſuperſederi in eius executione, & num. 21.*

19 *Iudex reſtitutionis incidenter elapſo termino ſtatutario non poteſt dare nouum terminum etiam ad coadiuuandas probationes.*

20 *Probationes nouæ tendentes ad corroborandas antiquas admittuntur.*

21 *Fallit ex Statuto Vrbis in iudicio reſtitutionis in integrum incidenter.*

22 *Reſtitutio in integrum incidenter poteſt proponi coram Iudice ſententiæ, à qua non fuit appellatum, & n. 23.*

23 *Iudex, qui de principali negocio cognoſcit, poteſt de reſtitutione incidenter cognoſcere.*

24 *Iudex ordinarius poteſt reuocare ſuam ſententiam nullam.*

25 *Conſultori non eſt locus in Iudicio reſtitutionis incidenter petitæ coram Capitaneo, qui prius ſententiam protulit ſine voto Conſultoris.*

26 *Author de mandato Aſſettamenei exarauit Votum ſuper puncto, quod non ſit locus Conſultori coram Capitaneo, in iudicio reſtitutionis incidenter, & num. 27., & 28.*

30 *Reſtitutio in integrum principaliter, & incidenter differunt in pluribus remiſſiuè.*

31 *Reſtitutio incidenter præſefert iudicium reſcindens, & non reſciſſorium, & ſic Iudex illius non reuocat ſententiam, ſed mandat ſuperſederi.*

32 *Iudex reſtitutionis incidenter eſt Iudex cauſa principalis, & ſic ſolus ex ſe, & ſine Conſultore procedit ex Statuto hic, & num. 33., & 40.*

34 *Dictiones* ſibi & ipſi *ſunt perſonaliſſimæ, & demonſtratiuæ perſonarum ſuprà expreſſarum.*

35 *Iudex reſtitutionis incidenter habet ipſe arbitrium prorogandi ſuperſeſſariam poſt decem dies ex Statuto Vrbis, & n. 36.*

37 *Iudicium reſtitutionis incidenter non eſt nouum ex integro, ſed de appendicijs Iudicij principalis.*

38 *Capitaneo non allegato ſuſpecto à principio cauſæ, non poteſt poſtea in illius proſecutione prætendi, vt idem procedat cum vota Conſultoris.*

41 *Cauſa reſtitutionis incidenter ſummariè, & breuibus dilationibus expediri debent, quod non poſſet fieri cum Conſultore, & n. 42.*

42 *Obſeruantia tollitur ex vnico actu contrario.*

43 *Obſeruantia vt ſuffragetur debet eſſe in omnibus, & per omnia vniformis.*

44 *In obſeruantia attenditur id, quod magis fuit obſeruatum.*

45 *Obſeruantia induci non poteſt contrà ſtatutum confirmatū cum clauſula ſublata, & decreto irritante.*

46 Ob-

Digitized by Google

46 *Obſeruantia non ſuffragatur ſi ſit in caſu diuerſo, & non præciſa ſpecialis, & indiuidua.*
47 *Obſeruantia non inducitur ex actu merè voluntario.*
48 *Reſtitutiones in integrum in foro Capitolino reddunt Tribunal exoſum, quia malè practicantur.*
49 *Reſtitutionis incidenter iudicio terminato, poteſt proponi reſtitutio in integrum principaliter.*
50 *Reſtitutione principaliter, terminata illa incidenter, admittitur cum retardatione executionis, & num.51. vbi ſaltem data cautione.*
52 *Fallit ſi in Iudicio reſtitutionis incidenter, nihil ſuit probatum.*
53 *Reſtitutio principaliter non habet locum, quando Victor longè priùs obtinuit monitorium de parendo.*
54 *Reſtitutio incidenter poteſt peti per Procuratorem ſine ſpeciali mandato.*

5 RESTITUTIO in integrum incidenter (de qua
vltra *Fenzon. hic, & Galleſ. de reſt. in integr.
cap. 9. latè agit doctiſſimus Fontanell. deciſ. Cathal.
113., & ſeq., & plura tangit Florez. de Men. var.
qq. lib. 1. quæſt. 5. n. 71., & ſeq.*) eſt illa, quæ
proponitur per viam exceptionis tantum à victo
ad impediendam executionem coram Iudice,
6 qui protulit ſententiam, & talis reſtitutio concurrit
ſimul cum petitione executionis ſententiæ
facta à Victore coram eodem Iudice, *vt vltrà
Fenzon. hic n. 62. plenè probant Florez. de Mena
alleg. quæſt. 5. n. 76; Et Fontanell. deciſ. 113. num. 9.,
verſic. qui ſingulari moda, & deciſ. 114. n. 16.*

Quo circa cum talis reſtitutio incidenter petatur
per viam exceptionis coram eodem Iudice,
qui ſententiam protulit, non eſt locus præuentio-
7 ni in petitione executionis ſententiæ, cum illa
præſupponat iam petitam executionem, quæ impediri
prætenditur per talem reſtitutionem incidenter
petitam, vt benè probat *Fontanell. allegat.
deciſ. 114. num. 16.*

Hinc huiuſmodi reſtitutio incidenter proponitur
coram eodem Iudice, qui ſententiam pro-
8 tulit ad differentiam reſtitutionis principaliter,
quæ proponitur coram Iudice ſuperiore, ac diuerſo,
cum hæc ſuccedat in locum appellationis,
Fontanell. dict. deciſ. 114. n. 16.

Et in foro Capitolino talis reſtitutio inciden-
9 ter proponitur coram Capitaneo Appellationum
Iudice duarum conformium, quando ille confirmat
ſententiam in prima inſtantia prolatam à
Senatore, vel aliquo ex Collateralibus Iudicibus
ordinarijs in dicto foro, vel alijs Iudicibus in
horum locum deputatis in prima inſtantia, cum
enim tali caſu à duabus ſententijs conformibus
Capitanei, vel Senatoris (quando Senator procedit
tanquam Capitaneus in cauſis, in quibus
Capitaneus reuocauit, vel reformauit ſententias
dictorum Iudicum primæ Inſtantiæ *ex ſtatut. Vrb.
lib. 1. cap. 181.*) non detur vlterior appellatio *ex
ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 180.*, hinc tali caſu reſtitutio
in integrum incidenter, & per viam exceptionis
ad euadendam executionem rei iudicatæ
prouenientis ex duabus conformibus, proponi-
10 tur coram dicto Senatore, vti Capitaneo, qui
Capitaneus poteſt ſolùm de reſtitutione in integrum
incidenter cognoſcere, non autem de reſtitutione
in integrum principaliter, quæ eſt cognoſcenda
coram Iudicibus ordinarijs ſuperioribus,
nempè Senatore, vel Collateralibus *Luc. Pet. in
prax. for. Capitol. lib. 7. cap. 1. de reſtit. in integr.
n. 4. verſic. ex hoc tamen Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1.
cap. 10. n. 4., & hic n. 6., & 7*; quoties tamen non
11 agatur in cauſa, in qua Senator proceſſit vti Capitaneus
appellationum in caſibus præſcriptis *à
dicto ſtatut. Vrb. 181. lib. 1.*, tali quippè caſu cum
conſideretur vti ſimplex Capitaneus, reſtitutio
in tali cauſa coram eo ſolùm poteſt peti incidenter,
& non proponi principaliter.

An autem poſſint nouæ probationes fieri in
gradu reſtitutionis in integrum incidenter, dic,
12 quod ſic, eo modo, quo fieri poſſunt in Iudicio
reſtitutionis in integrum principaliter *Galganett.
hic n 40. col. 2., Fenzon. pariter hoc cap. 50. n. 46.,
& ſeq. Galleſ. de reſtit. in integr. cap. 9. n. 200. ad*
204., vbi teſtatur, quod ita ſeruat praxis, & de
illa poſſum ipſe teſtari, dum paſſim vidi admiſſas
probationes, & in hoc videntur clara verba ſtatuti
hic ibi -- *Nihil probatum, aut non releuanter
probatum viderit* --

Nam alias ſine noua probatione talis reſtitutio
incidenter petita deſeruiret de vento, & pa-
13 rùm, aut nihil operaretur, nam cum petatur coram
eodem Iudice, qui pronunciauit, non ſolet
Iudex de facili recedere ab eo, quod ſemel iudi-
14 cauit, nec reuocare ſuam ſententiam, niſi nouæ
probationes fiant, vel oſtendatur, ipſum Iudicem
in aliquem errorem Iuris, vel facti incidiſſe, *vt
perpendit Fontanell. deciſ. 116. n. 11.*

Et ſi in terminis præfixis à Iudice talis reſtitutionis
incidenter ad docendum de cauſis reſtitu-
15 tionis in integrum victus nihil probauerit, vel
non releuanter probauerit, Iudex mandabit procedi
ad vlteriora in executione ſuæ ſententiæ ad
litteram ſtatuti hic, vt benè aduertit *Galleſ. de
reſtit. in integr. cap. 9. n. 210. cum duobus ſeqq.*, vbi
etiam teſtatur de praxi.

Ad probandum in hoc iudicio reſtitutionis in
integrum incidenter datur ex ſtatuto hic dilatio
decem dierum vtilium, hoc eſt in quibus Ius red-
16 ditur, intra quod tempus debet quis iuſtificare
ſuam intentionem, nam illis elapſis, ſi nihil probatum
ſit, vel non releuanter probatum, Iudex
ad inſtantiam illius, contra quem petita fuit reſtitutio,
ad vlteriora procedit, licèt ſi ſibi ſuperſedendum
videbitur, poſſit ad alios dies quinque
vtiles inhibere, & non vltrà.

At aduerte, quod dictum arbitrium debet eſſe
regulatum à Iure, itaut ſi in primis decem diebus
nihil fuerit probatum, & ſic appareat per
17 calumniam peti reſtitutio, ac noua dilatio, executio
retardari non debet, nec concedi dicta ſecunda
dilatio quinque dierum *plenè Galleſ. de reſtitut.
in integrum cap. 9. n. 205., & ſeqq.*

Factis tamen nouis probationibus, ſi illæ ſint
releuantes, & conuincant de Iniuſtitia ſententias,
tunc Iudex mandabit ſuperſederi in executione
talis ſententiæ, cum Iudex reſtitutionis in integrum
incidenter non poſſit reuocare Iudicio re-
18 ſciſſorio ſuum Iudicatum, ex quo hoc ſpectat,
vt videbimus infrà hic, ad Iudicem reſtitutionis
in integrum principaliter, ſed ſolùm poſſit mandare
ſuperſederi in executione ſententiæ *ex tradit.
per Galleſ. de reſtit. in integr. cap. 9. à num. 201.
Fontanell. deciſ. 113. n. 16., & deciſ. 115. n. 10.*

An autem facta aliquali probatione in termi-
nis

Digitized by Google

nis præfixis à ſtatuto hic, ſed non releuante, poſ-
ſit Capitaneus Appellationum, vel alter Iudex
reſtitutionis in integrum incidenter admittere
19 articulos, & concedere nouum terminum ad
corroborandas probationes iam factas, ſed non
releuantes pro obtinenda ſuperſeſſoria aduersùs
executionem ſententiarum, hic caſus fuit diſcuſ-
ſus in Aſſettamento ſub die 18. Maij 1686. pro-
ponente Domino Senatore in cauſa inter Franci-
ſcam Marcettam, & Laurentium Maiorem, in
qua petebatur admitti appellatio à decreto ad-
miſſionis articulorum facto per Capitaneum poſt
elapſos terminos à ſtatuto hic præſcriptos, ſub
prætextu, quod probatio facienda tenderet ad
corroborandam probationem iam factam, ſed
non releuantem, & Aſſettamentum nemine con-
tradicente reſcripſit, *Appellationem eſſe admitten-
dam*; quia non poterat Capitaneus contrà clara
verba ſtatuti ſub prætextu corroborandi anti-
quas, ſed irreleuantes probationes, concedere
nouum terminum ad probandum, elapſis terminis
peremptorijs à ſtatuto hic conceſſis.

Non obſtante motiuo, quod probationes nouæ
20 tendentes ad corroborationem antiquarum ſem-
per ſint permiſſæ *Rota dec. 172. n. 7. coram Duran.,
& deciſ. 331. n. 4. coram Peutinger.*, nam cum hic
habeamus ſtatuti diſpoſitionem præciſam in con-
21 trarium, illi ſtandum eſt, & debebant fieri pro-
bationes releuantes in terminis à ſtatuto præfi-
xis, & amplius remanebat parti victæ Ius vlte-
riores probationes faciendi in Iudicio reſtitutio-
nis in integrum principaliter, quod eſt reme-
dium pinguius, dum enim victus elegit remedium
reſtitutionis incidenter minus proficuum, debe-
bat eſſe cautus, & diligens in illius vſu iuxtà for-
mam à ſtatuto præſcriptam.

Talis reſtitutio in integrum incidenter, & per
modum exceptionis, an poſſit proponi coram
Iudice ordinario, qui protulit ſuam ſententiam,
22 à qua non fuit appellatum in tempore, hic caſus
non ſemel occurrit, & ego dum eram Primus
Collateralis habui illum de facto, & cenſui illi
eſſe locum, ex quo dum petitur talis reſtitutio
incidenter, omnis Iudex, qui de principali co-
23 gnoſcit, poteſt de illa cognoſcere, *vt aduertit
Luc. Pet. in prax. for. Capitol. lib. 7. cap. vnico de
reſtitut. in integr. n. 4. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1.
cap. 9. n. 6., & 7.*, & probatur ex clara diſpoſitio-
ne *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 9.*, & dum fuit habitus re-
curſus ad Senatorem in Curia Capitolij figuram
Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ gerentem, hic remi-
ſit ad me cauſam, & ego ſententiam reuocaui
ſimpliciter ex nouis Iuribus, & quia ſententia
erat etiam notoriè nulla ob defectum citationis,
24 hinc nec poterat mereri nomen ſententiæ, & po-
terat à me Iudice ordinario, qui illam protule-
ram reuocari etiam abſque aliquo remedio reſti-
tutionis *per tex. in l. ſi Præſes C. quomodo, &
quando prouoc. non eſt neceſſ. plenè Fontanell. deciſ.
458., Rota deciſ. 135. num. 1., & 2. coram Mer-
lin.*

Si coram Capitaneo Appellationum fuerit pe-
tita talis reſtitutio incidenter aduersùs duas
conformes, quarum vltimam Capitaneus ex ſe
25 ſine Voto Conſultoris protulerit, & pars victa
vel victrix petat in Iudicio dictæ Reſtitutionis
procedi cum voto Conſultoris, an tali deputa-
tioni Conſultoris, ac eius voto ſit locus, hic ar-
ticulus fuit meo tempore acriter diſcuſſus, &
ſuper eo pluries fuit habitum Aſſettamentum,
ex quo Capitaneus deuenerat ad deputationem
Conſultoris, & altera pars autumabat, tali de-
26 putationi non eſſe locum, & tandem fuit mihi
iniunctum, vt meum ſuper hoc pro veritate effor-
marem votum, quo adimpleto, ac illo commu-
nicato tam Capitaneo, quam parti, quæ obti-
nuerat deputationem Conſultoris, dum nihil
fuit contrà tale votum reſponſum, repropoſito
articulo in Aſſettamento, vnanimi DD. ſuffragio
fuit reſcriptum — *In Iudicio reſtitutionis in inte-
grum incidenter, non eſſe locum deputationi Conſul-
toris*, quæ autem ipſe in tali voto deduxi pro fir-
manda reſolutione, habebis hic per extenſum vt
ſequitur.

Gritens aduersùs duas ſententias conformes
contra ſe prolatas, obtinuit à D. Capitaneo Ap-
pellationum admitti ad beneficium reſtitutionis
in integrum incidenter, & ſimul, quod idem Ca-
pitaneus procederet de voto Conſultoris; at Vi-
ctore coram Senatore inſtante, quod Capitaneus
procederet ex ſe ſine tali voto, Senator Iudicio
DD. de Aſſettamento deciſionem huius articuli
futuris etiam negocijs normam præbituram re-
miſit, & cum in Aſſettamento ſub *die 11. Decem-
27 bris* 1685. ob diſcrepantes DD. ſententias non
fuerit capta reſolutio, me tamen ſentiente
non eſſe locum deputationi Conſultoris, fuit
mihi oretenùs iniunctum, vt meum votum in
ſcriptis efformarem, illudque darem per manus,
quo adimpleto, eoque per DD. meos de Aſſetta-
mento benignè recepto, cenſuerunt antè cauſę re-
ſolutionem, illud participare D. Capitaneo, &
28 parti, & cum expectato ſpatio duorum menſium
nihil fuerit reſponſum in oppugnationem mei
voti, cauſa repropoſita ſub *die 11. Martij* 1686.
articulo maturè diſcuſſo prodijt reſolutio — *Non
eſſe locum deputationi Conſultoris*.

Priuſquam tamen ad fundamenta voti deſcen-
29 dam nonnulla prænotanda ſunt, primo quod
reſtitutio in integrum incidenter, de qua in *Stat.
Vrb. lib. 1. cap. 50.* proponitur per viam exceptio-
nis, vel replicationis ad impediendam executio-
nem duarum conformium coram D. Capitaneo,
vel alio Iudice, qui tulit ſententiam ſuper nego-
tio principali *Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 9.
n. 6., & 7. Luc. Pet. in prax. lib. 7. cap. vnic. n. 4.
Scacc. de appellat. quæſt. 19. remed. 2. n. 5. Ridolphin.
in praxi par. 1. cap. 13. n. 424., & 425. Galleſ. de
reſtit. in integr. cap. 9. n. 89.*

Secundo prænotandum, quod inter alias diſ-
ferentias, quæ intercedunt inter reſtitutionem in
30 integrum principaliter, & incidenter, quæ plu-
res ſunt, & videri poſſunt *apud Fenzon. allegat.
cap. 50. Galleſ. de reſtit. in integr. cap. 9., & Fon-
tanell. deciſ. 115. ad 117.*, illa præcipuè adeſt,
quod reſtitutio in integrum incidenter non ten-
dit ad reuocandum iudicatum, ſed tantùm ad
ſuperſedendum in illius executione, ex littera
31 *eiuſdem ſtatuti cap.* 50., cum hæc reſtitutio inci-
denter non contineat remedium reſciſſorium ne-
gocij principalis contenti in ſententijs, ſed tan-
tùm reſcindens, præſeferens ſimplicem ſuperſeſſo-
riam in executione ſententiarum, non autem il-
larum reſciſſionem *Luc. Pet. d. lib. 7., & cap. vnic.*

Digitized by Google

n.5. verſic. ſtantibus verè, Galleſ. dict. cap.9. n.203. verſic. Reus tamen, & praeclarè Fontanell. dec.115. n.9., & 10., & melius n.15.

His prænotatis conſtanter pro veritate, ac
iuſtitia cenſeo, non eſſe locum Conſultori in cau-
ſa reſtitutionis in integrum incidenter, cum enim
D. Capitaneus ſit in illa idem Iudex, qui fuit
32 cauſæ principalis *Fontanell. deciſ. 113. n. 9. ver-
ſic., qui ſingulari modo*, ideò debet ex ſe ſolus pro-
cedere, & non poteſt Conſultorem deputare,
cum cuius Voto procedat, quia aliàs non eſſet
idem Iudex, attentis precipuè verbis ſtatuti Vr-
bis 150. ibi - *Sed ſi ſibi ſuperſedendum videbitur* -
33. quæ verba ſunt relatiua ad perſonam Iudicis
reſtitutionis in integrum incidenter mox in ſta-
tuto nominatam, illa enim dictio *ſibi* quod idem
importat ac *ipſi* eſt demonſtratiua ad oculum
34 perſonæ Iudicis reſtitutionis priùs nominatæ, &
excludit alias perſonas, & ſic Conſultorem *ex la-
tè traditis per Barboſ. dict. 177. num. 3. & ſeqq.*,
dum enim ſtatutum reponit in arbitrium Iudicis
reſtitutionis cognoſcere, an ſit ſuperſedendum, &
debeat Iudex ſuum arbitrium regulare iuxtà Iu-
ris, ac rationis regulas, ideoque elapſis primis
decem diebus, ſi non fuerit probatum, vel non re-
35 leuanter, in eius arbitrio ſit prorogare ſuperſeſ-
ſoriam ad alios quinque dies, vel non proroga-
re, & ſi contrà petentem nouum terminum vr-
geat præſumptio calumniæ, ex quo nihil in pri-
mo termino probauit, poterit denegare vlterio-
rem ſuperſeſſoriam, & decernere proceſſum ad
vlteriora in executione *Fenzon. ad dict. Stat. 50.
n. 54., & benè ratiocinatur Galleſ. de reſtit. in In-
tegr. cap. 9. n. 205. ad 209.*, quod arbitrium per-
ſonæ Iudicis reſtitutionis, à ſtatuto ſingulariter
36 attributum tolleretur, ſi eſſet locus deputationi
Conſultoris, dum non ſecundum proprium arbi-
trium, vt demandat ſtatutum, ſed ſecundum Vo-
tum Conſultoris, quod omninò ſequi deberet ex
Statut. Vrb. 186. lib. primo, procedere arctaretur.

Vrget pręterea pro excluſione Conſultoris,
quod reſtitutio in integrum incidenter non eſt
nouum iudicium ſeparatum, quod principaliter
proponatur ex integro, Sed eſt de appendicijs
37 iudicij principalis, ac illius conſecutiuum, &
pars *Fenzon. ad dict. Stat. 50. n. 62.*, Vnde dum
ex *Statut. Vrb. 286. lib. primo*, Conſultor non
deputatur in cauſis pendentibus coram Capita-
neo, niſi allegetur ſuſpectus in principio cauſæ,
38 vel poſt ex cauſa rationabili fuerit propoſita al-
legatio ſuſpecti, ſi idem Capitaneus non recuſa-
tus ſententiauit in negocio principali, incongruè
poſt terminatam cauſam, & in appendicijs reſti-
tutionis in integrum incidenter petitur deputa-
tio Conſultoris vt *ferè in puncto aduertit Fenzon.
ad dict. ſtatut. 50. n.59. & ſeqq. & ſequitur Galleſ.
alleg. cap.9. n.215.*

Vrget etiam motiuum, quod talis reſtitutio
incidenter propoſita coram eodem Iudice ſolet
parùm prodeſſe, cum non ſoleat idem Iudex à
ſuo placito recedere, & ſuperſedere in executio-
ne propriæ ſententiæ, ſi nouæ, ac releuantes non
deducantur probationes, vel niſi clarè oſtenda-
39 tur ipſum in aliquem patentem Iuris, vel facti
errorem incidiſſe in primo iudicato *vt aduertit
Fontanell. deciſ. 113. n. 12. & 13., deciſ. 115. n.
10., & melius deciſ. 116. n. 11.*, & ſi eſſet locus
deputationi Conſultoris, faciliter ſequeretur con-
trarium; cum enim Homines ſint faciles ad diſſen-
tiendum, & tot Homines, tot ſententiæ, poſſet
40 propterea Conſultor eſſe contrariæ opinionis, &
ſic poſſet de facili reuocari executio ſententiæ,
nec Iudex reſtitutionis valeret ſe opponere, dum
pernecesſè teneretur ſequi Votum Conſultoris;
quod eſſet contrà expreſſam diſpoſitionem Iuris;
& noſtri ſtatuti in hoc *cap. 50.*, dum idem Iudex
cauſæ principalis non procederet ſuo arbitrio in
iudicio reſtitutionis in integrum incidenter.

Eſt etiam valdè conſiderabile pro excluſione
Conſultoris, quod ex dicto *ſtatut. 50.* cauſæ reſti-
tutionis in integrum incidenter ſunt ſummariæ,
41 & debent intrà 15. dies vtiles ad ſummum ter-
minari, & ſi eſſet locus deputationi Conſultoris,
Menſes laberentur antè illarum determinationem
ex *Reformatione quippè Pauli V.*, de qua facit
mentionem *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. primo cap.
138. n. 2.*, Conſultor habet terminum duorum
Menſium ad acceptandam deputationem, & po-
ſteà habet alios decem dies ad tradendum con-
ſilium ſeù Votum *ex dict. Statut. 188. lib.1. &*
42 *ex Reformat. Pauli V.*, & ante Conſultoris de-
putationem longum tempus intercederet in con-
cordando de illius perſona, & ſic iudicium reſti-
tutionis incidenter ſummariè, & breuibus dila-
tionibus à *Statuto 50.* tractandum, & terminan-
dum, æternaretur per Conſultoris deputationem
contrà claram diſpoſitionem & mentem ſtatuti,
ac ſtatuentium; quod tangit *Fenzon. ad dict. ſta-
tut. 50. n.63.*

Non obſtat decantata obſeruantia in contra-
rium deputandi Conſultorem etiam in iudicio
reſtitutionis incidenter petitæ, quia quadruplici
reſponſione illa ſubuertitur, & quidem primo illa
tollitur, & de ea non eſt habenda ratio, quia fuit
varia, & non vniformis, quinimmò ferè ſemper
fuit proceſſum ſine Conſultore, & ad deſtruen-
43 dam vim obſeruantiæ ſufficit vnicus actus con-
trarius, *Rota deciſ. 100. n. 19., deciſ. 662. num.9.,
& deciſ. 677. n.7. & 8. coram Card. Cerr.*, nam
obſeruantia ad hoc vt ſuffragetur debet eſſe con-
tinua, ſucceſſiua, & in omnibus, & per omnia
44 conformis *Rota deciſ. 593. n. 14. coram Cardinali
Cerro, & deciſ. 159. n. 11. ad 13. coram Cardinal.
Ottbobon.*, & ampliùs cum ferè ſemper fuerit
proceſsum ſine Conſultore, dum agitur de ob-
ſeruantia interpretatiua, attendi debet id quod
magis fuit obſeruatum, & ſic quod non ſit depu-
45 tandus Conſultor *Marcell. Maur. allegat. 55. n.
18., Bece. Conſ. 101. num.51. lib. primo Rota deciſ.
95. n.11. apud Poſt. de Subhaſt., & deciſ. 265. n.10.
coram Amat. Dunoz.*

Secundo reſpondetur, quod cum de Iure, &
ex Statuto Vrbis ob motiua, ac rationes, de qui-
bus ſuprà in iudicio reſtitutionis incidenter pe-
titæ, debeat procedere idem Iudex qui pronun-
ciauit in cauſa principali, propterea contrà di-
ctum ſtatutum clarum confirmatum à Papa in
46 forma ſpecifica cum clauſula ſublata, & decreto
irritanti non poterat à Capitaneo induci aliqua
obſeruantia contraria *Rota deciſ. 200. n.18. p. 9.
recen., deciſ. 192. n. 10. par. 18. tom. 1., & deciſ.
205. n.6. cum duobus ſeqq. par. 19.*, ex quo clau-
ſula ſublata, & decretum irritans tollunt omnem
obſeruantiam contrariam, *vt firmatur in dictis dec.*

Ter-

Tertio reſpondetur, quod maior pars caſuum
in quibus Capitaneus, vel Senator (quando hic
proceſſit loco Capitanei Appellationum) proceſ-
ſerunt cum Voto Conſultoris, eſt in cauſis, in
quibus ijdem iudicauerant cum tali Voto in nego-
tij principalis terminatione, nam tunc in gradu
reſtitutionis in integrum incidenter in eadem
cauſa abſque dubio, debuere procedere cum Voto
Conſultoris, cum Iudex cauſæ non poſſit à tali
voto recedere, quod non officit caſui, de quo
agitur, dum Capitaneus in cauſa principali ex
ſe ſolus iudicauit, & ſine Conſultore, & ſic in
appendicijs einſdem cauſæ in gradu reſtitutionis
47 incidenter, debet eodem modo procedere; hinc
argumentum deductum ab obſeruantia non rele-
uat, cum illa debeat eſſe præciſa, ſpecialis, & in-
diuidua *Rot. deciſ. 205. num. 14. par. 6. recen., deciſ. 225. num. 9. par. 18., & deciſ. 2264. num. 20. coram Coccin.*

Quarto demùm reſpondetur, quod obſeruantia
48 non inducitur ex actu merè voluntario *Rota de-
ciſ. 547. n. 15. par. 5. tom. 2. recen., & deciſ. 81. num. 10. poſt Salgad. Labyrinth. Credit.*, dùm ergò
in aliquibus paucis cauſis, in quibus apparebat
fuiſse deuentum ad deputationem Conſultoris,
hoc factum fuerat voluntariè, & partibus non re-
luctantibus, ex hoc non poterat deduci conſtitu-
ta obſeruantia coactiua pro Conſultoris deputa-
tione, quando altera ex partibus contradicebat.

Et in hanc ſententiam Iuri conſonam, liti-
gantibus magis proficuam, & litium anfracti-
bus tollendis magis congruam, deueniendum eſse
cenſeo ex rationibus, de quibus ſuprà addito
etiam, quod ſalua D.D. meorum de Aſſettamen-
to meliori ſententia; noſter ſorus Capitoli-
49 nus cum inextricabili nodo Reſtitutionum in
integrum, remanet aliquibus, praxim talis fo-
ri non callentibus, aliqualiter exoſus, quaſi
quod cum clipeo huiuſmodi reſtitutionum lites
æternentur, vnde conuenit, quod litium longi-
tudines reſtringantur *ad text. in l. properandum C. de Iudic. Hactenùs Votum.*

Fuit non ſemel altercatum, an terminato In-
dicio reſtitutionis in integrum incidenter poſſet
peti reſtitutio in integrum principaliter, & ſic
intentari Iudicium reſciſſorium coram Senatore,
vel Collateralibus Iudicibus Ordinarijs, & ego
credebam, quod ſic, cum per hanc pinguius ſuc-
curratur, dum per illam incidenter petitam, ſo-
lùm ſuſpenditur effectus ſententiæ, cùm illa in-
tendat ad ſuperſedendum in executione ſententię,
non autem ad illam reſciudendam, & reuocan-
dam, proùt fit per reſtitutionem in integrum
50 principaliter, in qua via ordinaria per viam li-
belli proponitur actio, ac negocij principalis fit
plena cognitio, & prioris ſententiæ reuocatio
Fontanell. deciſ. 117. per tot. Fenzon. hic n. 72. ad 75., vbi quod ità ſeruat praxis fori Capitolini Galleſ. de Reſtit. in integr. alleg. cap. 9. n. 216.

At alias de hoc fuit dubitatum in Aſſettamen-
to, & aliqui ex D.D. tenebant reſtitutionem in
integrum principaliter tali caſu eſſe admitten-
dam in deuolutiuo dumtaxat, & non retardata
executione duarum conformium, & rei iudicatæ,
ex quo in iudicio reſtitutionis incidenter ema-
naſset decretum, procedendum eſse ad vlteriora
in executione, quod fundabant in Verbis Statuti
hic, *& ex Fenzon. in annot. ibidem n. 56. & 57.*,
nihilominus mihi videbatur, quod dum talis
præuentiua petitio executionis duarum confor-
mium pernecesſè præſupponebatur antè petitam
reſtitutionem incidenter, & per illam non cauſa-
51 batur aliqua prærogatiua, ob quam deberet dici
præuentum in petitione executionis, *vt perbellè tradit Fontanell. deciſ. 113. nu. 9. & 16. & deciſ. 114. n. 16.*, non poſſet propterea ex tali præuen-
tione quis impediri, quod non conuolaret ſi vel-
let ad remedium reſtitutionis principaliter, ter-
minato illo ſuper reſtitutione incidenter, etiam
52 cum retardatione executionis ſaltem data cau-
tione ad *formam Auth quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer., Fontanell. deciſ. 114. à n. 11. & ſeqq.*,
verùm credo, quod opinio, pro non admittenda
reſtitutione principaliter cum retardatione exe-
quutionis ſit verior, quando in iudicio reſtitu-
tionis in integrum incidenter non fuit aliquid
probatum, cum tunc præſumatur peti noua reſti-
tutio per Calumniam, vt in terminis præſentis
ſtaturi *probat Gratian. cap. 762. n. 22. cum duobus ſeqq.*, nihilominùs videantur tradita *per Fonta-
nell. deciſ. 117. n. 13. & ſeqq.*

Et abſque dubio non eſt locus reſtitutioni in
Integrum principaliter cum retardatione execu-
tionis, ſed in deuolutiuo dumtaxat, quando
prolatis duabus ſententijs conformibus fuit per
Victorem præuentum ſuper petitione executionis
rei iudicatæ ex duobus conformibus reſultantis
præuio monitorio de parendo ſententijs, ac rei
iudicatæ longè antequàm Victus petierit reſtitu-
tionem in integrum principaliter, tunc enim,
cum per talem reſtitutionem per viam actionis
perat Victus reſciſſionem ſententiarum, & ſic in-
53 tentet iudicium reſciſſorium rei iudicatæ, cuius
executionem præcedenter petijt Victor, hoc caſu
reſtitutio inuenit iam executionem petitam, &
ſic non retardat, ſed admittitur ſolum in deuo-
lutiuo, & in his terminis loquitur ſtatutum hic
& Fenzon. ibidem n. 56. & 57. & Galleſ. allegat. cap. 9. n. 210. cum duobus ſequen.

54 Talis Reſtitutio in integrum incidenter peti
poteſt etiam per Procuratorem ſine ſpeciali man-
dato *Rolan. conſ. 26. numero primo verſicul. & hoc quando petitur lib. 2., Galganett. ad hoc ſtat. 50. n. 30. in princip. fol. 87.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Examinatur materia reſtitutionis in integrum principaliter, quid illa ſit, quomodo, & quo tempore, & coram quibus Iudicibus in foro Capitolino proponatur, & quando illa in ſuſpenſiuo, vel deuolutiuo dumtaxat admittatur; quando peti poſſit ante ſententiam, & petita cum Procuratore conſtituto ſolùm ad petendam ſententiam an ſuffragetur. Ad illam petendam an requiratur mandatum ſpeciale, & quæ perſonæ vigore mandati ipſis dati à lege poſſint illam petere abſque mandato hominis; Referuntur

Digitized by Google

plures caſus, in quibus reſtitutio denegatur. Oſtenditur ſimul, quomodo in cauſis reſtitutionis in integrum procedatur, etiam circà probationes. Firmatur tandem, quod pendente iudicio reſtitutionis in integrum principaliter coram aliquo ex Iudicibus Ordinarijs Curiæ Capitolinæ, ſi illam præceſſit monitorium de parendo, & reſtitutio fuit admiſſa in deuolutiuo dumtaxat, poteſt Capitaneus appellationum abſque vitio attentatorum deuenire ad taxationem expenſarum, & oſtenditur ſic deciſum per Aſſettamentum iuxtà votum elucubratum ab Authore, & hic inſertum.

SVMMARIVM.

55 Reſtitutio in integrum principaliter eſt petitio reſciſſionis ſententiarum coram Iudice ordinario, quando Victo deficit remedium Appellationis.

56 Reſtitutio prædicta conceditur à Iudicibus Ordinarijs, & tales ſunt in foro Capitolij Senator, ac eius Collaterales.

57 Non poteſt concedi à Capitaneo Appellationum Vrbis, & quando ſecus num. 58.

59 Clauſula omni alio meliori modo operatur, quod prò actus validitate cenſeatur expreſſum omne id, quod erat exprimendum.

60 Clauſula omni alio meliori modo pleniùs hoc operatur, ſi habeat adiunctam copulam Et.

61 Senator eſt maior dignitate Collateralibus, nec hi poſſunt illi ſe opponere.

62 Collaterales Capitolij in iudicio Reſtitutionis poſſunt inhibere Senatori, quando hic proceſſit tanquam Capitaneus Appellationum, & num. 64. & 67.

63 Collaterales in Iuriſdictione ſunt Senatori æquales.

65 De repreſentante, & repreſentato idem ſit iudicium.

66 Perſona eadem diuerſis reſpectibus poteſt repræſentare diuerſas perſonas.

68 Reſtitutio in integrum denegatur à ſententia lata in prima inſtantia, dum competit remedium appellationis.

69 Executio impeditur per petitionem reſtitutionis in integrum principaliter.

70 Fallit ſi petita ſit poſt cœptam, vel petitam executionem ex ſtatuto Vrbis hic, & nu. 153. & 158.

71 Executio quando cœpta, vel petita dicatur, ad effectum reijciendi reſtitutionem ſuſpenſiuam.

73 Reſtitutio principaliter debet peti etiam prolata ſententia, antequam Victor petat monitorium de parendo ſententijs.

74 Reſtitutio prædicta poteſt præuentiue peti etiam cum citatione ad videndum illam admitti quatenùs pronuncietur contrà, & n. 75. 76. 77. & 110

78 Libellus reſtitutionis in integrum principaliter debet reproduci vel à principali, vel à Procuratore cum Speciali mandato.

79 Mandatum generale ad faciendum omnia, & ſingula, quæ principalis facere poſſet, ſufficit.

80 Galleſ. de reſtit. in integr. cap. 9. n. 178. tenens ſufficere mandatum in cauſa principali, reprobatur, & nu. 81.

81 Mandatum ſpeciale ad petendam reſtitutionem debet adeſſe de tempore quo petita fuit, & non ſufficit ratificatio.

82 Mandatum ſpeciale enunciatum in petitione reſtitutionis ſi ſit reale, ſat eſt, quod producatur ex poſt.

83 Tutor, Curator, Pater, Socius, prò pupillo, minore, furioſo, prodigo, pro filio, vel re communi poſſunt illam petere ſine ſpeciali mandato.

84 Similiter Maritus pro Vxore in bonis tamen dotalibus.

85 Coniunctus prò Coniuncto illam non poteſt petere ſine ſpeciali mandato.

86 Coniunctus prò coniuncto non poteſt comparere in iudicio in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum.

87 Reſtitutio petita citato Procuratore fraudolenter conſtituto ad reportandum ſententiam tantùm ſuſtinetur & num. 93. 94., vbi de fraude, & num. 98. ad 100.

88 Iudicio reſtitutionis in integrum pendente, ſilet ex hoc ſtatuto effectus duarum conformium.

89 Mandatum habens reſtrictum ad certum quid dumtaxat, non poteſt in alijs haberi prò Procuratore.

90 Dictio dumtaxat, eſt reſtrictiua ad expreſſa.

91 Dictio dumtaxat, non ſolùm tacitè, ſed expreſſè denegat omne aliud.

92 Reſtitutio in integrum, inſtantia diuerſa ab illa, in qua fuit obtenta ſententia, non poteſt peti à Procuratore, qui obtinuit ſententiam.

95 Procurator primæ inſtantiæ poteſt, ac debet appellare à ſententia lata contrà ſuum principalem.

96 Cum tali Procuratore poteſt appellari, & peti reſtitutio in integrum.

97 Mandatum ſpeciale requiritur in Procuratore petente reſtitutionem, non in Procuratore, contrà quem petitur.

101 Cauſarum patroni mali obiurgantur.

102 Prò reſtitutione tanquam fauorabili in dubio eſt reſpondendum.

103 Statutum Vrbis de duabus conformibus vti odioſum, & contrà Ius, ſtrictè eſt intelligendum, & nu. 170. 171. & 172.

104 Reſtitutio petita ante latam ſententiam non prodeſt.

105 Citatio executa pro habenda reſtitutione, dum legebantur vltima verba ſententiæ ſuffragatur, & n. 106. 107. & 108.

109 Stylus Tribunalis præcipuè circà ordinatoria plurimum attenditur.

111 Statutum Vrbis de duabus Conformibus intelligitur quatenùs ſententiæ ſint validæ, & iuſtæ.

112 Reſtitutio in integrum in ſuſpenſiuo non competit quando actum fuit in vim obligationis Cameralis.

113 Procedit in obligatione Camerali pura, & ſimplici, non in probata ſolùm per teſtes.

114 Nec procedit in obligatione Camerali vulnerata.

115 Nec quando obligatio Cameralis deducitur in concurſu creditorum.

116 Reſtitutio in integrum nec competit in iudicio Summariſſimo manutentionis.

117 Nec in foro Capitolino in cauſis infrà ſcuta decem.

118 Nec in cauſis executiuis, & in alijs, in quibus eſt reiecta omnis appellatio.

119 Reſtitutio in integrum cenſetur reiecta appellatione prohibita ſaltem in deuolutiuo, & n. 120.

121 Reſtitutio in integrum an competat aduerſus duas conformes prolatas pro prætio Medelarum fauore Aro-

re Aromatariorum Vrbis, & nu. 122.
123 Clementis VIII. doctrina cum muneribus per eum habitis ante Pontificatum extollitur.
124 Argumentum à ſuperfluitate eſt leue, & infirmum.
125 Superfluitas ceſſat ex quo aliquid magis explicat, & declarat.
127 Reſtitutio in integrum datur cum retardatione aduerſus vnicam ſententiam etiamſi præceſſerit monitorium de parendo.
128 Sententia ex hactenus deductis regulariter non habet vim definitiuæ, & quando ſecùs, & num. 129.
130 Reſtitutio aduerſus duas conformes, poſt petitum monitorium de parendo, non admittitur in ſuſpenſiuo, etiamſi ſententiæ ſint notoriè iniuſtæ.
131 Contrarium eſt verius, quod admittatur in ſuſpenſiuo.
132 Intellige ſi iniuſtitia eſt notoria, & clara.
134 Reſtitutio non datur ex capite nullitatis ſententiarum, & n. 135.
136 Contrarium firmatur, & declarantur contrarij, & præcipuè Fenzon. & n. 137.
138 Statuta Vrbis teſte Cardin. de Luca habuere parum felices gloſatores excepto Pico.
139 Reſtitutionem petens de iure ſat eſt, quod det fumum iniuſtitiæ ad effectum illam admittendi.
140 Statutum Vrbis 50. non requirit talem fumum iniuſtitiæ.
141 Reſtitutione admiſſa ſi petatur reuocatio ſententiarum ex capite iniuſtitiæ debet de ea plenè doceri.
142 Sententiæ reuocantur ſtante illarum iniuſtitia licèt non notoria.
143 In Iudicio reſtitutionis in integrum principaliter ex Statuto Vrbis proceditur prout in ordinarijs
144 Requiritur litis conteſtatio, vndè antè illam nunquàm currit, nec perit inſtantia, & n. 146.
145 Lis propriè non datur, ſed præparatio ad illam antè litem conteſtatam.
147 Cauſæ Summariæ remanent tales in iudicio reſtitutionis in integrum, & proceditur ordinariè in cauſis ordinarijs, & n. 148., & 149.
150 Iudex reſtitutionis in integrum caret iuriſdictione procedendi in cauſa ante actorum tranſportationem.
151 Cauſæ reſtitutionis in integrum etiam ordinariè cognoſcendæ, poſſunt tractari durantibus ferijs meſſium, & Vindemiarum.
152 Author de mandato Senatoris fecit votum ſuper articulo, quod Capitaneus poſſet taxare expenſas pendente iudicio reſtitutionis in deuolutiuo & num. 155.
154 Lanfrancus Zaccias olim Capitaneus Appellationum laudatur.
156 Sententiæ duæ conformes conſtituunt rem iudicatam ex ſtatuto Vrbis.
159 Ex Statuto Vrbis duæ conformes executioni demandantur etiam quoad expenſas, quando reſtitutio fuit petita poſt cæptam, vel petitam executionem, & n. 160., & 164.
161 Taxatio expenſarum pro quibus adeſt res iudicata non poteſt impediri, ſi fuit reſcriptum ſine præiudicio rei iudicatæ.
162 Taxatio expenſarum fit à Iudice, qui exequitur ſententias.
163 Expenſæ ſunt acceſſoriæ ad negocium principale contentum in ſententijs, & de illis ſit idem Iudicium.
165 Luca Pet. fuit compilator ſtatutorum Vrbis, & illi plurimum eſt deferendum.
166 Clauſula Parito Iudicato operatur, quod quis non audiatur, niſi priùs refectis etiam expenſis.
167 Et hoc procedit etiam in terminis ſtatuti Vrbis de duabus conformibus.
168 Lis non dicitur terminata ſi non ſit finita etiam in gradu reſtitutionis in integrum, & priùs expenſæ non reficiuntur.
169 Fallit in terminis ſtatut. Vrb. 50. quando reſtitutio fuit admiſſa in deuolutiuo tantùm, & non retardata executione rei iudicatæ, & n. 175. 176., & 177.
173 Statutum quando aliquid comprehendit non dicitur extendi.
174 Reſtitutio in integrum eſt ſpecies appellationis, & reponit in priſtinum, ac ſi ſententiæ non emanaſſent, & n. 177.
178 Declaratur, quando non procedat in terminis ſtatuti Vrbis 50.
179 Taxatio expenſarum eſt articulus ſeparatus à negocio principali, & n. 180. & 181.
182 Taxatio expenſarum eſt mera declaratio illius, quod eſt in ſententia, & non nouum iudicatum.
183 Iudex appellatione pendente poteſt taxare expenſas, & n. 184.
185 Taxatio expenſarum pendente reſtitutione in integrum de ſtylo Signaturæ non fit, quouſque non adſit Clauſula Parito Iudicato.
186 Secùs ex ſtylo Curiæ Capitolij vigore ſtatutorum Vrbis.
187 Probatio releuans facienda per teſtes admittitur in gradu reſtitutionis in integrum.
188 Procedit licèt detur ſumus materiæ articulatæ ſolum per vnum teſtem.
189 Et admittitur probatio per teſtes etiam contrà probationem alterius partis, cum probatio probationem non excludat.
190 Admittuntur etiam de directo contrarij illis partis.
191 Examen in Curia faciendum faciliùs admittitur.
192 Reſtitutio, ac reuocatio ſententiarum in gradu reſtitutionis in integrum ex iuribus examinatis in alijs inſtantijs, de facili non conceditur.
193 Reſtitutio in integrum ob rem minimam non conceditur.
194 Reſtitutio Minori ſemper conceditur, niſi expreſsè à lege, vel ſtatuto illi ſit denegata.
195 Statutum Vrb. 50. lib. 1. de reſtitutionibus comprehendit etiam minores.
196 Reſtitutio ſemel denegata, ampliùs non conceditur non docto de læſione ex nouis Iuribus.
197 Declara ſi expreſsè ſit denegata, ſecùs ſi tacitè per proceſſum ad vlteriora.
198 Reſtitutio datur pluries ex noua cauſa, vide remiſſiuè.
199 Manutentio poteſt concedi etiam in gradu reſtitutionis in integrum.
200 Reſtitutiones in Curia Capitolij hodie practicantur, vel decernendo proceſſum ad vlteriora in executione, vel per reuocationem ſententiarum.
201 Appellatio datur à ſententia ſuper non competentia reſtitutionis in integrum.

202 Fal-

202 *Fallit hodie ex noua reformatione* Sa. mem. Innocentij XI.

203 *De reſtitutionis in integrum materia vide remiſſiuè.*

RESTITUTIO in integrum principaliter eſt petitio
reſciſſionis ſententiarum coràm Iudice Ordinario,
quando victus eſt deſtitutus remedio appellandi
Galles de Reſtit. in integr. cap.9.n.216. & Fenzon. hic n. 72., & ſeqq., Fontanell. deciſ. 115. n.9., & 10., & deciſ.117. ferè per tot.

Hæc reſtitutio conceditur ſolùm à Iudicibus
ordinarijs, & in foro Capitolino, tales ſunt Senator,
ac eius Collaterales, vt de Collateralibus
56 ſingulariter loquitur *ſtatut. Vrb. lib.1. cap.9., & ibidem Fenzon. n.1. cum duobus ſeqq., & ad hoc ſtatutum 50. n.6., & 7. Galleſſ. dict. cap. 9. n.176.*,
vndè prolatis duabus ſententijs conformibus in
foro Capitolino, cum duæ ſententiæ habeant vim
trium, & non liceat amplius appellare ex *ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 180.*, proponitur tale remedium
reſtitutionis in integrum principaliter coram
vno ex dictis Iudicibus Ordinarijs.

Hinc talis reſtitutio principaliter non poteſt
concedi à Capitaneo Appellationum, cum non
ſit Iudex Ordinarius, ſed ſolùm coram eo cogno-
57 ſcantur cauſæ reſtitutionis in integrum incidenter
Luc. Pet. in prax. for. Capitol. lib. 7. cap. vnico de Reſtit. in integr. n.4. verſic. ex hoc tu, Fenzon. ad ſtatut. Vrb. lib.1. cap.9 n 4., & hic n.29.

Si tamen coram Capitaneo per imperitiam illius,
qui petijt reſtitutionem loco petendi reſtitutionem
incidenter petierit reſtitutionem prin-
58 cipaliter, *& aliàs omni meliori modo* fuit per Aſſettamentum
reſolutum ſuſtineri reſtitutionis incidenter
remedium, & illud cenſeri intentatum,
cum quis cenſeatur per dictam clauſulam, *& omni alio meliori modo* deduxiſſe omne remedium ſibi
59 competens, & proficuum, & quod pro actus validitate
erat exprimendum *Cyriac. controu. 205. n.117., & ſeqq. Ridolphin. in prax. part.1. cap. 2. n.162., Rot. deciſ.248. n 8., & 9. apud Poſt. de manut, & deciſ 66. n. 9. par.14. recent.* præci-
60 puè dum adeſt Copula, & addita clauſula *omni meliori modo*, quæ Copula operatur, vt etiam
non expreſſa ſub tali clauſula veniant *Ridolphin. dict. capit. 2. num 163. Rota deciſion. 224. part.1. coram Verall. deciſ. vnica de verb. ſignificat coram Achill. de Graſs., & deciſ.439.n.13. part.9. recent.*

Fuit meo tempore dubitatum, dum eram Primus
Collateralis an poſſent Collaterales in gradu
reſtitutionis in integrum principaliter inhibere
Senatori in foro Capitolino gerenti figuram
primarij Magiſtratus, & dicebatur, quod non,
61 cum inferior non poſſit concedere reſtitutionem
in integrum aduersùs id, quod fecit ſuperior,
Scacc. de appellat. quæſt.19. Remed. 2. n.31.; Ego
autem licèt admitterem maioritatem dignitatis in
Senatore reſpectu Collateralium, attamen tale
dubium dixi non debuiſſe excitari contrà anti-
62 quam praxim Tribunalis, quæ docebat, ſemper
inconcuſsè Collaterales tali caſu inhibuiſſe Senatori,
ac cognouiſſe cauſas reſtitutionis in integrum
principaliter aduersùs duas conformes, licèt
harum vltima fuiſſet prolata à Senatore, &
63 talis praxis erat Iuri innixa, quia licèt Senator
dignitate præcellat Collaterales, attamen quoad
iuriſdictionem ordinariam Collaterales ſunt Senatori
æquales, *Galganett. ad ſtat. Vrb. lib.1. c.4. §. Collaterales dicuntur*, vbi etiam, quod tales
dicuntur quia à latere Senatoris ſedent, & ampliùs,
quia in cauſis in quibus à Capitaneo Appellationum
appellatur ad Senatorem, hic ad in-
64 ſtar Capitanei, & cum omnibus facultatibus per
ſtatuta Vrbis conceſſis Capitaneo procedit, & in
illius locum ſubrogatur, vt diſponit *ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 181.*, vndè ſicut quando Capitaneus
ipſe protulit ſecundam ſententiam, aduersùs illam
reſtitutio in integrum principaliter proponitur
coram Senatore, vel Collateralibus, ità
etiam aduersùs ſecundum ſententiam Senatoris
repræſentantis Capitaneum in illis cauſis, in quibus
à Capitaneo appellatur ad Senatorem, cum
65 idem Iudicium ſit de repræſentante, ac repræſentato
l. oſſa ff. de Relig., & ſumpt. funer., Rot. deciſ.248. n.5. part.19. recent., & quia non inconuenit,
quod perſona Senatoris in hoc caſu repræſentans
Capitaneum ſubijciatur Collaterali-
66 bus, cum eadem perſona diuerſis reſpectibus diuerſas
poſſit repræſentare figuras *Card de Luc. de credit. & debit. diſc.11. n.1.*, & ſic licet tanquam
Senator ſit maior, adhuc tanquam repræſentans
hoc caſu perſonam Capitanei eſt minor.

Et ob prædictas rationes dixi, quod ſi Senator
in aliqua cauſa pronunciet tanquàm Iudex
Ordinarius, & ab eius ſententia fuerit appellatum
ad Capitaneum, (ad quem deuoluuntur omnes
cauſæ appellationum à ſententijs prolatis per
67 quoſuis Iudices Capitolij,) ſi cauſa appellationis
fuerit declarata deſerta, quia vel non appellatum
in tempore, vel non reproducta appellatio
tempore debito, vel non proſecuta in terminis
præſcriptis à *ſtatut. Vrb. lib.1. cap.168., & ſeqq.*
tali caſu ſi petatur reſtitutio principaliter coram
Collateralibus, illa ritè ab illis conceditur, & hoc
caſu faciliùs eſt concedenda, cum tendat ad ſe
præcauendum à præiudicio vnicæ ſententiæ in
iudicatum tranſactæ, & ſuper cuius viribus, meritis,
ac iuſtitia Capitaneus non cognouit, dum
ſolùm ſuper deſertione appellationis iudicauit.

Sed quæritur, ſi prolata ſententia in prima inſtantia
per aliquem Iudicem Ordinariũ fori Capitolini,
victus loco appellandi petat reſtitutionem
in integrum principaliter coram alio Iudice
Ordinario eiuſdem fori, an talis reſtitutio ſit
admittenda dic, quod non, ſed illa venit reijcienda,
nam dum victus habet ſuum remedium
68 ordinarium appellationis, eo vti debet, & non
remedio extraordinario reſtitutionis, quod datur
ſolum in ſubſidium, in defectum appellationis,
vt tradit in puncto Fontanell. deciſ.113.n.4., & ſeqq.; quod declara non habere locum, ſi ſententia
tranſitum feciſſet in iudicatum, cum tunc
ſolùm ſuperſit remedium reſtitutionis.

Effectus autem huiuſmodi reſtitutionis principaliter
præcipuus eſt, quod ſtatim, ac illa fuit
legitimè petita coram Iudice Ordinario compe-
69 tente impeditur executio ſententiarum ad lictetam
noſtri ſtatuti hic, *& de praxi ſuper eodem ſtatuto
teſtatur Scacc. de Appell. qu.19. remed.2. n.64. & de iure Fontanell. deciſ.114. n.2., & ſeqq.*

Fallit ſi petita ſit poſt ceptam, vel petitam
executionem ex lictera eiuſdem ſtatuti hic, tunc
enim

70 enim admittitur reſtitutio in deuolutiuo tan-
tùm, & ſine præiudicio duarum conformium, &
rei iudicatæ.

Ceſſat ex hoc ſtatuto diſcuſſio, quando nunc
dicatur coepta executio ad effectum reijciendi
reſtitutionem in integrum, & quod hæc non re-
tardet executionem factam, vel ceptam, ſuper
71 quo præciſo hoc ſtatuto iuxta diſpoſitionem Iu-
ris communis *videantur Fenzon. hic n. 21., & ſeq.
Galleſ. de Reſtit. in integr. cap. 9. n. 187., & infrà,
Fontanell. deciſ. 116.* dum ſtatutum ſuſtulit hanc
diſputationẽ, ex quo expreſsè ſanciuit, ſolam pe-
72 titionem executionis duarum conformium, &
rei iudicatæ ſat eſſe adhoc, vt reſtitutio non retar-
det, & ſolùm inhibeatur ſine præiudicio rei iu-
dicatæ, & indeuolutiuo tantùm.

Hinc vt talis reſtitutio impediat executionem
duarum conformium, & rei iudicatæ debet peti
ſtatim prolatis duabus ſententijs antequam Vi-
73 ctor præueniat in petitione executionis duarum
conformium, quæ prænentio in Curia Capitoli-
na inducitur per petitionem monitorij de paren-
do, tunc reſtitutio admittitur ſolùm in deuolu-
tiuo, & non retardata executione duarum con-
formium, vt diſponit ſtatutum hic, & *ibidem
Fenzon. num. 18.* & hæc eſt praxis inconcuſſa
Tribunalis Capitolij, de qua teſtari poſſum,
quia per octo annos ibi iuridicundo, præ-
fui.

Talis diligentia in præueniendo in petitione
reſtitutionis fit, vt timens ſecundam ſententiam
conformem coram Capitaneo, vel Senatore,
quando hic in tertia inſtantia procedit cum fa-
74 cultatibus Capitanei habeat Nuncium, ſeù Man-
datarium promptum in loco, vbi debet proferri
dicta ſecunda ſeutentia cum citatione ad dicen-
dum contra libellum reſtitutionis in integrum
principaliter, & inhiberi, èxequenda coram vno
ex Collateralibus, vel Senatore (ſi ſecunda ſen-
tentia ſit Capitanei) Iudicibus Ordinarijs, qui
mandatarius ſit diligens in huiuſmodi citationis
exeqnutione contrà Procuratorem Victoris, qui
obtinet ſententiam, vel ipſum Victorem, ſi præ-
ſens ſit in loco, vbi legitur ſententia, antequam
proferautur vltima verba ſententiæ, itaut Victor,
antè illam non poſſit præuenire in petitione mo-
nitorij de parendo duabns conformibus, & dicta
citatio reproducitur die prima iuridica, & ſuper
ea obtinetur decretum.

Secundò poteſt ille, qui timet ſecundam ſen-
75 tentiam contrariam anticipare cum tali citatio-
ne illi ſolùm addendo verba *ad dicendum (quate-
nus contra inſtantem proferatur ſententia nunc pro
tunc nulla interpoſita mora, & antè petitionem mo-
nitorij de parendo) contra libellum reſtitutionis in
integrum principaliter, videndum illum admitti, &
mandari afficere, & inhiberi, &c.* quæ citatio die
prima iuridica poſt prolatam ſententiam, vna
cum libello reproducitur coram Iudice Ordina-
rio coram quo executa fuit, & obtinetur decre-
tum admiſſionis eiuſdem reſtitutionis cum inhi-
bitione.

Et hæc praxis me ſuadente introducta in foro
Capitolino ad tollendas diſcuſſiones ſuper præ-
76 uentione, & quia per ſæpè committebantur frau-
des, vt infrà oſtendam, ne victi poſſent præuenire
in petitione reſtitutionis, non arridebat alijs Iu-
dicibus fori Capitolini, qui dicebant, illam eſſe
contra ſcripta *per Fenzon. hic n. 44.*, qui firmat
dictam citationem præuentiuam non ſuffragari,
vti nullam, & ſupponentem ſententiam latam,
quando reuera prolata non eſt, & quia Victor elu-
deretur in prænentiua petitione executionis dua-
rum conformium; at ego reſpondebam, per di-
ctam citationem conditionalem non ſupponi ſen-
tentiam prolatam, ſed proferendam, & quatenùs
proferretur contra citantem, & ſolùm ex tali præ-
uentiua citatione deſumitur diligentia timentis
ſententiam contrariam, quæ non præiudicat Vi-
ctori, nam ſi poteſt victus illum præuenire cum
petitione reſtitutionis in vltimis verbis ſententiæ,
cur non poteſt hoc facere etiam priùs, dum cita-
tionis præuentiuæ effectus eſt collatus ad vltimum
temporis momentum, quo proferuntur vltima
verba ſententiæ, nec in tali diligentia de Iure li-
cita poteſt conſiderari aliqua fraus, dum victo li-
77 citum eſt præuenire, & ſemper in dubio in con-
curſu Victoris, qui petit executionem duarum
conformium, & victi, qui petit reſtitutionem,
pro huius præuentione eſt reſpondendum, nec
victus dum habet remedium certum in præue-
niendo debet Iura ſua ſub dubio relinquere, ſicue
videmus in Tribunali Sacræ Rotæ, in quo ti-
mens ſententiam contrariam, licèt adhuc non
prolatam, ab ea appellat præuentiuè, quatenùs
contra ipſum Appellantem proferatur, & licet
prima facie prædicta viderentur mea ratiocinia,
adhuc in congreſſu ſuper hac materia habito in-
ter alios Coniudices Tribunalis Capitolij, illa
non diſplicuerunt, nec *Fenzonij* contraria opinio
ex dictis poterat refragari, cum eſſet deſtituta ra-
tione.

Ad hoc autem vt talis reſtitutio principaliter
petita ſuffragetur debet libellus, ac citatio ſuper
78 reſtitutione reproduci à principali met, vel à
Procuratore ad illam petendam ſpeciale manda-
tum habente *l. illud 26. §. ſi talis l. Patri 28. ff. de
minor. cap. coram de in integr. Reſtit., & ibidem
Galleſ. n. 28. ad 31., & Fenzon. hic n. 8. Galganett.
hoc loco n. 30., & plenè Rolan. conſ. 26. n. 1., &
ſeqq. lib. 2.*

Sat tamen eſt mandatum generale ad facien-
79 dum omnia, & ſingula, quæ ipſemet conſtituens
facere poſſet, etiamſi mandatum ſpeciale requi-
rerent *Galleſ. in dict. cap. coràm n. 35., & de reſtit.
in integr., & cap. 9. n. 179., Fenzon. hic n. 8. verſic.
& multò magis*; Cauendum tamen eſt *à Galleſ.
qui dict. cap. 9. n. 178.* tenet, ſat eſſe mandatum
datum ad cauſam principalem, ex quo hoc ex-
tendatur ad reſtitutionem in integrum petendam
80 tanquàm de appendicijs primæ inſtantiæ, nam
Galleſius confundit terminos reſtitutionis in in-
tegrum principaliter, & incidenter, nam hæc eſt
de appendicijs primæ inſtantiæ, & tendit ad ſe
defendendum cum proponatur per viam exce-
ptionis, vel replicationis, *vt per Fenzon. hic n. 62.*
illa verò principaliter petita proponitur ex fir-
matis ſupra per viam actionis, & conſtituit no-
uum Iudicium ſeparatum, vndè pro illa obtinen-
da non ſufficit ſimplex mandatum datum in
81 principio cauſæ ad illam defendendam ex au-
ctoritatibus ſuprà allegatis, & contra *Galleſium*
aliàs iudicaui, & re delata ad Aſſettamentum
tanquam Signaturam Iuſtitiæ, ad hoc vt mihi
de-

demandaret reintegrationem inhibitionis vigo-
re reſtiturionis in integrum petiræ à Procuraro-
re cum tali mandato dato in prima inſtantia ſine
facultate, nec ſpeciali, nec generali petendi ta-
lem reſtitutionem, Aſſettamentum cenſuit, inhi-
bitionem non eſſe reintegrandam.

Aduerte ramen, quod maudatum Procuræ hu-
iuſmodi debet adeſſe de tempore petitæ reſtitu-
tionis in integrum, nam poſteà ſuperueniens non
ſuffragatur etiam cum ratificarione geſtorum, ſi
81 interim Victor petijt monitorium de parendo
ſententijs, & rei indicatæ, cum ratificatio actus
nulli non retrotrahatur iu præiudicium tertij,
cui medio tempore fuit ius queſitum *ex tradit per*
Oudend. conſ.38. n. 23., & ſeqq. lib. 1. Oſaſch. de-
ciſ. 119. n. 28., & deciſ. 166. n.6., Rota deciſ.25.
n.60., & infrà coram Arguell. deciſ.34. n.36., &
37. part.8. recent., & deciſ. 72. n.7. part. 18., &
ſic in caſu occurrenti iudicaui, & meum iudica-
tum approbauie Aſſettamentum.

At ſi demandato Procuræ anteriori conſtaret
82 per publicum inſtrumentum enuneiatum in pe-
titione reſtitutionis, tunc dic, quod reſtiturio
ſuffragatur, licèt mandatum procuræ enuncia-
tum poſteà prodncatur, ſecùs ſi de illo conſtaret
per productionem ſimplicis chirographi à ſolo
victo, cuius nomine fuit petita reſtitutio, ſub-
ſcripti, nam poſſet illud ſubſcribi cum antidata,
niſi aliundè huius ſuſpicio exclndatur.

In pluribus tamen caſibus ſine mandato ſpecia-
83 li dato ab homine poteſt peti reſtitutio cum
mandato dato à lege, & ſic poſſunt illam petere
Pater pro filio, Turor pro pupillo, Curator pro
Minore, Furioſo, Mentecapto, vel Prodigo, Cu-
rator hęreditatis iacentis pro hęreditate, & aliæ
ſimiles perſonæ habentes plenam adminiſtratio-
nem pro alijs *Fenzon. hic n.8. in fine*, prout frater
pro fratre, quando inter ipſos adeſt ſocietas om-
nium bonorum, vel ſunt conſortes in eadem lite,
in qua petitur reſtitutio, cum tunc cauſam pro-
priam non alienam proponant *l. 2. Cod. de conſort.*
eiuſdem lit. Galleſ. in cap. coram n. 31. de reſtitut.
in integr.

Pariter poteſt illa.n petere, cum tali mandato,
84 dato à lege Maritus in bonis dotalibus *ad text.*
in l. Maritus Cod. de procur. Onded. conſ.66. n. 23.
& 87. lib.1. ſecùs in extradotalibus *Honded. dict.*
n.78., Bich. deciſ.179. n.16.

Non poteſt tamen coniunctus pro coniuncto
85 talem reſtitutionem petere ſine ſpeciali mandaro
Galleſ. in dict. cap. coram n.30. de reſtit. in integr.,
ex quo coniunctus pro coniuncto non admittirur
86 in ijs, quæ reqnirunt ſpeciale mandarum *Surd.*
conſ. 190. n. 1., & ſeqq., Antonell. Inn. conſ. 15.
n.22., Ludouic. deciſ. lucen. 41. n.4., Magon. deciſ.
Lucen. 6. n.12., Chartar. deciſ. Iannen.54. n.6.

Prout talis reſtitutio, ad hoc vt ſuffragetur,
debet peti citato Victore, vel eius legitimo Pro-
curatore in cauſa, vnde alias acriter fuit contro-
uerſum, an fuiſſet legitimè petita cum Procura-
tore, qui fuerat conſtitutus ad obtinendam ſen-
tentiam, & pto qua obtinenda comparuerat, ſed
poſteà fuit inuentum, talem Procuratorem fuiſſe
conſtitutum ad obtinendam ſententiam *dumtaxat*
& non ad alia, & cum prętenderetur, reſtiturio-
nem citato tali Procuratore petitam, & à me
runc ſecundo Collaterali ad miſſam, non ſuffra-
87 gari ob mandati defectum, & propterea eſſe mo-
deraudam inhibitionem vigore reſtitutionis in
inregrum per me conceſſam, ego illam nolui mo-
derari, & cum fuerit habitus recurſus ad Aſſetra-
mentum, tanquam Signaturam Inſtitiæ, pro ha-
benda moderatione, fuit reſponſum vnanimi vo-
to ſub die 12. Octobris 1683. inhibitionem non
eſſe moderandam ex rarionibus, & fundamentis
per me tunc in particulati voto perpenſis cuius
tenor eſt, qui ſequitur.

Obtentis per fratres de Ronchis duabus ſen-
tentijs conformibus contrà Iulianellum, hic ad
euadendam illarum executionem obtinnit pręuio
libello admitti etiam in ſuſpenſiuo ad benefi-
cium Reſtitutionis in integrum principaliter co-
ram me Secundo Collaterali, & cum ſub prętextu
quod talis reſtitutio nulliter petita fuiſſet, citato
Procuratore illorum de Ronchis, qui facultatem
limitaram habebat ſolùm ad comparendum pro
obrinenda ſentenria, petebatur moderario inhi-
bitionis conceſſæ vigore Reſtitutionis in inte-
grum, & cum illam moderari noluiſſem, illi de
Ronchis adiuerunt Aſſettamentum, ſed ab hoc
prodijt reſolutio meo iudicato conformis, *Inhi-*
bitionem non eſſe moderandam.

Et fundamentum reſolurionis fuit, quia cum
88 in tempore in ſtaturo Vrbis pręſcripto *lib.1. cap.*
50. Iulianellus petierit reſtitutionem in integrum
principaliter, & illa fuerit admiſſa, ſilet effectus
duarnm conformium ante rerminatum Iudicium
reſtitutionis ex littera eiuſdem *ſtatuti cap.50., &*
ibi aduertit Fenzon. n.16., & hęc eſt praxis incon-
cuſsa Tribunalis Capitolij.

Non obſtitit vnicum obiectum deductum per
informantes pro illis, de Ronchis, quod ſcilicet
reſtitutio in integrum, ac inhibitio illius vigore
obtenra per Iulianellũ emananerie citaro Procu-
ratore fratrum de Ronchis, qui habebar ab illis
mandatum ad audieudum ſolùm ſententiam D.
Capitanei, & ſimul ad petendum monitorium
de parendo dictæ ſentenriæ *dumtaxat, & non ad*
alia, & ſic cũ à tali Procuratore limitatam facul-
tarem habente, & deſtituto preter dicta duo, omni
alia facultate, non potuerit valide peti reſtitutio
89 actus tanquam diuerſi non comprrhenſi in man-
dato limitaro *Adden. ad Magon. deciſ. lucen. 51.*
litt. B. Rota deciſ.284. n.2. part.3. coram Verall.,
& deciſ.312. n. 4. part.4. recent., & pręcisè *Fen-*
zon. ad dict. ſtatut. 50. n. 44.; attentis pręcipuè
verbis reſtrictiuis poſitis in mandato *ſolamente*
latinè *dumtaxat*, & illis *non ad altro*, per quę, vl-
90 trà facultates conceſsas pro obtinenda ſententia,
& monirorio de parendo eidem ſententię, omnis
alia poteſtas, ac facultas fuir adempta *ad text.*
in l. quod ſi tantum 14. de pact. Surd. conſ.403. n.63.
lib.3. Rota deciſ.335. n.16. part.11. recent. deciſ.341.
n.9. part.12., & deciſ.183. n.6. part.14., itaut ex
tali dictione *dumtaxat* non ſolum racitè, ſed
91 expreſsè Procuratori ſublata fuerit omnis alia
faculeas; *Amat. deciſ. Marchiæ 104. n.49. verſic.,*
& omnes alias Rota deciſ.131. n. 18. coram Cardin.
Cerr., & deciſ.204. n.3. p.7. recent.

Et pręciſo etiam dicto mandato procuræ adcò
limirato adhuc de Iure Procurator primæ inſtan-
tiæ non remanebat ralis in ſecunda, vel alia vl-
teriori inſtantia, & ſic cum eo tanquam non le-
gitimo Proeuratore non poterat peti talis reſtitu-
tio

Digitized by Google

92 tio tanquam principium inſtantiæ diuerſæ *Mareſcott var. reſolut. lib. 2. cap.62. n.7., & 8. Gratian. cap. 152. à n. 42. ad finem idem, deciſ. Marchiæ 2. n. 1. in addit. Rot. coram Achill. de Graſs. deciſ. 12. de Procur., deciſ. 319. n. 2. coram Coccin., & deciſ. 321. n. 32., & 33. part. 10. recent.*

Siquidem pro reſponſione huiuſmodi obiecto præmittebatur, quod præfatum mandatum procuræ ſic limitatè factum fuerat in fraudem colli-
tigantis, & ad tollendam eidem defenſionem, nàm cum in prima, & ſecunda inſtantia vſque ad ſententiam in hac prolatam excluſiuè, in cauſa adeſſet alter Procurator cum amplo mandato, dum alter fuit conſtitutus in termino proferendæ ſecundæ ſententiæ ad ſolos duos actus, ſcilicèt ad
93 obtinendam ſententiam, & ad monitorium de parendo, & ad nihil aliud, ex hoc inſurgit animus decipiendi victum, ad hoc vt inſcius talis *gabbalæ* non poſſet petere reſtitutionem in integrum cum legitimo Procuratore, quæ patens machinatio, fraus, & dolus non debet opitulari doloſo, & dolus hic re ipſa apparet ex actu inſolito, & inſolitis Cauthelis, & Clauſulis *Gargiar. patrocin. 21. n. 9. Centulin. in addit. ad deciſ. 42. ſub litt. A. poſt 1. lib. conſ. Farinacc.*; nam talia mandata procuræ ſic limitata, & quidem in termino ferendæ ſententiæ cum reuocatione alterius Procuratoris, qui benè cauſam tractauit, vſque ad finem non ſolent fieri; & ampliùs fraus dete-
94 gitur, ex quo ille, qui actiuè conſtitutus eſt Procurator, ad obtinendam ſententiam, eſt etiam talis paſſiuè, ad hoc vt poſſit cum eo appellari, & peti reſtitutio in integrum, quæ eſt ſpecies appellationis, vndè dum Victus citauit pro habenda reſtitutione Procuratorem, qui obtinuit ſententiam benè fecit, ſicut enim Procurator primæ
95 inſtantiæ poteſt de Iure, quinimmò debet appellare *cap. iniuſtè 14. §. potuit, & ibi gloſ. de Procur. l. inuitus 17. Cod. eodem, Cancer. var. reſol. part. 2. cap. 14. n. 47.*, ità etiam cum illo poteſt appellari
96 & peti reſtitutio in integrum, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, & ne Victor, vt dicitur *ſtia à Cauallo al foſſo, ad benè tradit per Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 31. n. 66., & præciſè Rota deciſ. 2. de Procurat. apud Caſſad.*, vbi firmat, quod Procurator conſtitutus ad agendum in cauſa in
97 prima inſtantia, eſt etiam Procurator ad defendendum in gradu reſtitutionis in integrum, & quod mandatum ſpeciale requiratur tantùm in Procuratore petente reſtitutionem in integrum principaliter, non autem in illo, contra quem talis reſtitutio petitur, *Marcheſan. de Commiſs. part. 2. de reſtit. in integr. §. 1. n. 61. fol. 97.*

Quod facilius in pręſenti admitti debebat, attentis machinatione, & dolo conſtituentis Pro-
98 curatorem nouum ſine aliqua cauſa, niſi ad effectum decipiendi collitigantem, cum enim talis reſtitutio principaliter non poſſit proponi coram D. Capitaneo, ſed ſolùm coram Senatore, ac Collateralibus Iudicibus Ordinarijs *Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 50. n. 39.*, & reſtitutio in integrum incidenter coram Capitaneo fuiſſet prorſus inutilis; dum pronunciauerat de voto Conſul-
99 toris, à cuius voto non poterat recedere *ex ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 186., & 188.*, nec Conſultor Votum datum poterat corrigere *vt in dicto Statuto* 188., vndè nec Capitaneus poterat ſententiam de Voto Conſultoris prolatam reuocare, ideoque remanebat fauore Victi ſolùm remedium reſtitutionis in integrum principaliter coram me intentatæ citato Procuratore, qui obtinuit ſententiam
100 & quod non poterat priùs intentare, niſi in actu prolatæ ſecundæ ſententiæ iuxtà *tradit. per Fenzon. ad dict. ſtat. 50. n. 32., & ſeqq.*, vndè ſi admitteretur hęc noua praxis dandi huiuſmodi mandata procuræ obtruncata, paſſim Victi eluderentur, nec poſſent vti remedio reſtitutionis, dum Procurator Victoris ſemper præueniret cum petitione monitorij de parendo, & ſic Victus illo citato peteret reſtitutionem, reſponderetur, quod erat Procurator illegitimus, quod vt ſenſui patet, præſefert ex dictis manifeſtam fraudem,
101 nec eſt permittendum, quod praui cauſarum Patroni, parùm Deum timentes, contrà quos inuehit *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. part. 4. quæſt. 15. n. 23., & ſeqq.* introducant praxim malitioſam ſimilium mandatorum Procuræ obtruncatorum in calculo ferendæ ſententiæ ad ſolum finem pręcludendi remedium reſtitutionis.

Quæ interpretatio eo magis facienda eſt, quia reſtitutionis remedium eſt ſpecies appellationis,
102 & ſic defenſionis, vnde in dubio pro reſtitutionis validitate, & admiſſione reſpondendum, *Fenzon. ad dict. ſtat. cap. 50. n. 34*, præcipuè in terminis ſtatuti Vrbis, ex quo illius vigore, reſtringitur numerus ſententiarum, dum de iure pro conſtituenda re iudicata requiruntur tres ſententiæ, & ſtatutum mandauit, quod binæ ſententiæ
103 illam conſtituant, vndè tale ſtatutum eſt contrà Ius, & propterea odioſum, & ſtrictè intelligendum *Fenzon. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap 180 n. 36. & 37.*, ideoque *Statut.* 50. tribuens remedium reſtitutionis in integrum aduerſus duas ſententias adheret diſpoſitioni Iuris, & conſequenter largè interpretandum, itàut in dubio reſtitutionis remedium admittatur.

Non obſtat, quod Mandatarius in relatione executæ Citationis ad dicendum contra libellum reſtitutionis in integrum dixerit, illam præſentaſſe *dum legebatur ſententia* coram Capitaneo appellationum, & ſic non ſit attendenda reſtitutio petita antè promulgatam ſententiam, cum per illam tollatur Victori facultas præueniendi in
104 petitione monitorij de parendo duabus ſententijs, & rei iudicatæ ex *firmatis per Fenzon. ad idem ſtatut. 50. n. 44.*, quia ad ſuſtinendam reſtitutionem dicta verba *dum legebatur ſententia* ſunt intelligenda dum proferebantur vltima verba ſententiæ cum poſſint tam primis, quàm medijs, quam finalibus verbis ſententiæ adaptari, vndè ad ſuſtinendam citationem, debet præſumi illius executio dum proferebantur verba finalia
105 ſententiæ, cum pro actus validitate debeat pręſumi, & fieri interpretatio, & talis pręſumptio eſt omnibus potentior, *vt per Rot. deciſ. 119. n. 13. coram Mantic.*; & dicta verba *dum legebatur ſententia* non ſine miſterio fuere appoſita, ad tollendam ſcilicèt occaſionem diſputandi, an fuiſſet præuentum in petitione reſtitutionis, vel pótiùs
106 monitorij de parendo, ſuperquo loquitur *Fenzon. ad dict. ſtat. 50. n. 33., & infrà*, ex dictis namque verbis dilucidè apparet, quod Victus præuenit in petenda reſtitutione, non Victor in petendo executionem ſententiæ cum monitorio de pa-

rendo,dum non poteſt peti executio ſententiæ,niſi
priùs fuerit totaliter promulgata etiam quo ad
vltimam ſyllabam .

Et licet in conflictu petitionis reſtitutionis in
107 integrum, & monitorij de parendo præſumatur
præcepiſſepetitionem reſtitutionis *vt per Fenzon.*
in ſæpè alleg. cap.50. n.33., & ſeqq., tamen loqui-
tur, quando oretenùs petuntur eodem tempore
reſtitutio, & monitorium de parendo, at cum
fuerit petita reſtitutio coram me Secundo Colla-
terali abſente à loco, vbi proferebatur ſententia,
requirebatur in petitione reſtitutionis citatio,
& vt appareret, illam fuiſſe petitam antè moni-
nitorium de parendo, benè fuere in citatione ad-
dita dicta verba, *dum legebatur ſententia*, per quæ
conſtat poſt prolata vltima verba ſententiæ,
nullum alium actum etiam momentaneum præ-
ceſſiſſe, & ſic excluditur, quod præceſſerit moni-
torium de parendo, & poſita tali interpretatione
non officit *Fenzon. ad dict. ſtat.50. n.44.*, quia
ipſe loquitur in reſtitutione petita ante ſenten-
tiam.

Quæ fortiùs procedere exiſtimabam, ex quo
108 Iulianellus Victus ſciebat, contrà ſe eſſe pro-
ferendam ſententiam per Capitaneum, dum præ-
ceſſerat lectura Voti Conſultoris Secundùm,
quod Capitaneus debebat iudicare, vndè vt re-
ſtitutionis remedio ſe muniret,voluit quod Man-
datarius in relatione diceret,quod illa exequutus
fuerat, dum legebantur vltima verba ſententiæ,
quam ſciebat contrà ſe proferri, eoque magis
erat ſuſtinenda reſtitutio, quia D. Marchio Ni-
grellus Senator Vrbis per annos vltrà viginti te-
ſtabatur fuiſſe practicatas reſtitutionis in inte-
grum petitiones tali modo, non expectata totali
lectura vſque ad vltimam ſyllabam ſententiæ, &
109 hoc ad effectum tollendi diſputationes ſuper
præuentiua petitione reſtitutionis, vel monitorij
de parendo, qui ſtylus, & obſeruantia Tribunalis
plurimum attendi debet præcipuè cum verſetur
circà ordinatoria Iudicij, non deciſoria, *Ludo-*
uic. deciſ.Lucen.36.n.24. Intrig.deciſ.Sicil.15.n.87.
Aſflict. deciſ. 135. n.3. & ibi Vrſill. n.2.

Addebam, quod poterat Victus præuenire
110 cum citatione conditionali ad videndum ad-
mitti ad beneficium reſtitutionis in integrum,
quatenus contra ſe ferretur, ſententia, vndè mul-
tòmagis potuit præuenire, dum legebantur vlti-
ma verba ſententiæ.

Demùm pro ſuſtinenda reſtitutione vrgebat,
quod ſententiæ prolatæ fauore illorum de Ron-
111 chis erant euidenter iniuſtæ (vt euentus poſteà
docuit, dum tanquam tales fuere reuocatæ,) &
ſic *Statutum Vrbis* 180. de duabus conformibus
non intrabat,cum intelligatur de duabus ſenten-
tijs validis, & iuſtis *Fenzon. ad ſtatut. Vrbis 180.*
n.54., & 55., nec enim ſententiæ iniuſtæ conſti-
tuunt rem iudicatam,cum non mereantur nomen
ſententiæ, & ſic non poterat pro exequutione ta-
lium ſententiarum prætendi monitorium de pa-
rendo, ſed potiùs attenta læſione ex illarum in-
iuſtitia reſultante,erat concedenda petita reſtitu-
tio, licèt aliqualiter circa modum petitionis de
ea factæ poſſet diſcuti.

Hæc in materia adeò ſterili credo, quod ſuffi-
ciant pro ſubſtinenda reſtitutionis petitione in
caſu, in quo non poteſt negari patens dolus Vi-
ctoris, qui dedit conſulto vt noceret Victo man-
datum Procuræ adeò limitatum in calculo feren-
dæ ſententiæ, poſtquam vtiliter vſus fuerat opera
alteriùs Procuratoris per duas inſtãtias illi dan-
do ampliſſimum mandatum,alias Iudices contra
omnia iuris principia eſſent doli fautores, quod
horret dicere, cum potiùs ſint per illos reciden-
dæ verſutiæ malorum Procuratorum, qui inſi-
nuant huiuſmodi ſubterfugia. Et ità cenſeo ſal-
uo, &c. *Hactenus votum*.

Aduertendum eſt autem, quod adſunt plures
caſus, in quibus non admittitur talis reſtitutio in
integrum, ad retardandam executionem ſenten-
tiæ, & rei iudicatæ. Et primò non admittitur
aduersùs obligationem Cameralem, vndè ſicuti,
quando illius vigore actum fuit, & relaxatum
mandatum executiuum de Iure, & ſtylo, ac ex
112 *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 179.* non datur appellatio
in ſuſpenſiuo, ſed ſolùm in deuolutiuo ità nec re-
ſtitutio in integrum *Fenzon. hic n.15. Galleſ. de*
reſtit. in integr. cap. 9. n.183. Rota deciſ.134. n.3.
poſt Zacch. de oblig. Camer., & eſt ratio, quia ſi
ſtatutum in *dict. cap. 179.* verbis adeò præciſis
reiecit appellationem, quando actum fuit in vim
obligationis Cameralis, ita & reſtitutio in inte-
grum debet denegari, nam aliàs ſtatutum rema-
neret eluſorium,cum prohibitus appellare per in-
directum frueretur commodo appellationis me-
diante reſtitutione in integrum, quod eſſet con-
trà mentem ſtatuentium, qui præcisè denegarunt
appellationem in ſuſpenſiuo, & mandarunt,
quòd in deuolutiuo tantùm admitteretur,non re-
tardata executione obligationis Cameralis.

Declara concluſionem procedere in obligatio-
113 ne Camerali pura, ſecùs autem ſi illius execu-
tio dependeat à probatione extrinſeca facienda
per teſtes, hoc enim caſu ſicut obligatio Camera-
lis, quoad reiectionem appellationis non eſt pri-
uilegiata, cum Iudex in rimandis dictis teſtium
à quibus eſt verificandus effectus obligationis
Cameralis, poſſit decipi, ità etiam debet com-
petere remedium reſtitutionis.

Pariter conceditur reſtitutio in obligatione
Camerali, ſi illa fuerit vulnerata per ſententiam
contrariam, licèt enim poſteà adſint duæ ſenten-
tię conformes, attamen virtus viæ executiuę non
prouenit ab obligatione Camerali iam vulnerata,
ſed ab effectu duarum conformium,aduersùs quas
datur reſtitutio ex hoc ſtatuto, dum enim obli-
gatio Cameralis fuit vulnerata per ſententiam,ſi-
cut licuit appellare illi, qui habebat obligatio-
nem Cameralem pro ſe poſtea vulneratam, ità ſi
Iudex in ſecunda inſtantia pronunciet pro obli-
gatione camerali, licitum eſt alteri parti appel-
114 lare, cum cauſa ſit effecta appellabilis, nec adſit
amplius proceſſus executiuus vt plenè firmauit
Rota in Beneuentana Pecuniaria 25. Iunij 1599. co-
ram Corduba, nam ſemper ſententia vulnerans ſtat
in ſuo robore, & tollit viam executiuam quouſ-
que per ſententias, & rem iudicatam, non fue-
rit firmatum contrarium *Gonzal. ad Reg. 8. Can-*
cellariæ gloſ.6. n.122., & 136. Gratian. cap.765.
num.44., & 45., Rot. deciſ.168. n.3., & 4. p.13.
recen., & dixi ad dict. ſtat. 167. artic. 1. ſect. 7. à
n.435., & ſeqq.

Prout ſi actum ſit vigore obligationis Came-
115 ralis in concurſu Creditorum conceditur ap-

pella-

Digitized by Google

pellatio, ac reſtitutio *Thomat. deciſ. 57. n. 2., & ſeqq., & n. 8.*

Non datur reſtitutio in ſummarijſſimo poſſeſ-
ſorio manutentionis cum ſit modici præiudicij,
116 ſecùs in alijs poſſeſſorijs *Fenzon. hic n. 77., &*
ſeqq. quem laudat *Galleſ. de reſtit. in integr. cap. 9.*
num. 217., & infra.

Nec competit in cauſis infrà ſcuta decem mo-
117 netæ Romanæ, dum ex *ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 96.*
tales cauſæ ratione modicæ ſummæ ſunt inappel-
labiles etiam in deuolutiuo, *Scacc. de appellat.*
quæſt. 17. limit. 42. n. 3. Fenzon. ad dict. ſtatut. 96.
num. 13., & 14., vndè etiam debet intelligi re-
iecta reſtitutio, quæ eſt ſpecies appellationis
Fontanell. deciſ. 115. n. 7. & ſeqq. nam alias reie-
cta appellatione etiam in deuolutiuo per indire-
ctum illam admitteretur, mediante reſtitutione,
quod non eſt permittendum, attenta præcipuè
viua ratione ſtatuti in eo conſiſtente, quod in
huiuſmodi cauſis modicis infra ſcuta decem,
ideò fuit prohibita appellatio etiam in deuoluti-
uo, quia non conuenit, quod in talibus cauſis
partes grauentur expenſis neceſſarijs in proſe-
quendo cauſam appellationis, ac reſtitutionis.

Reijcitur pariter reſtitutio in integrum in om-
118 nibus illis cauſis, in quibus proceditur execu-
tiuè, & remota appellatione, alias fruſtratoria
remaneret reiectio appellationis, ſi illius loco
poſſet prodeſſe remedium reſtitutionis; non ob-
ſtante, quod reiecta omni appellatione, non
cenſeatur reiecta reſtitutio in integrum, nam hoc
vrgeret ſi ageretur de reijciendo prorsùs appella-
119 tionem etiam in deuolutiuo, cum ſimilia ſtatu-
ta exorbitent à diſpoſitione Iuris, ideò reiecta
ſimpliciter appellatione, non cenſetur reiecta
reſtitutio in integrum, quæ eget ſpeciali nota,
& expreſſa diſpoſitione *Fontanell. deciſ. 22. n. 2.,*
120 *& ſeqq.*, at ſtatutum in cauſis executiuis, poſ-
ſeſſorijs, & ſimilibus reſpuit appellationem in
ſuſpenſiuo tantùm, firmo remanente appellatio-
nis robore in deuolutiuo.

An autem reſtitutio prædicta competat aduer-
sùs duas ſententias prolatas fauore Aromatario-
rum Vrbis pro creditis medicinalium dicebatur,
quod non, *ex conſtit. 47. Clementis VIII. Bullar.*
121 *nou. tom. 3.*, *per quam in §. neminique licitum ſit,*
ſancitur ſemel tantùm licere appellare, vel recur-
rere, & cum talis conſtitutio ſit poſt *ſtatutum Vr-*
bis lib. 1. cap. 180. volens duas ſententias habere
vim trium, colligitur, quod Clemens voluit ali-
quid plus indulgere fauore Aromatariorum, &
ſic tollere reſtitutionem, alias priuilegium fuiſſet
ineptum pro Aromatarijs, cum ſat fuiſſet *dictum*
ſtatut. 180., & hæc opinio in praxi recepta dice-
batur.

Ego verò in hoc puncto ſatis dubito de veri-
tate talis opinionis, cum enim Conſtitutio non
fecerit mentionem de reſtitutione, illamque
122 non reiecerit, credendum eſt, quod Pontifex
noluerit illam reijcere *Fontanell. deciſ. 22. num. 2.*
ad 5. præcipuè, quia Pontifex ſubſtulit recurſum,
de eo expreſſam mentionem faciendo, vndè ſi
voluiſſet tollere etiam reſtitutionem in integrum,
123 de qua eſt facienda ſpecialis mentio, illam ex-
preſſiſſet, maximè dum ſumus in Pontifice viro
doctiſſimo, dum Clemens VIII. fuit priùs Aduo-
catus Conciſtorialis, Inſignis Rotæ Auditor, ac
Sixti V. Datarius, & Summus Pœnitentiarius,
vndè tantus Princeps expreſſiſſet reſtitutionem,
ſi illam tollere voluiſſet.

Argumentum contrarium deductum à ſuper-
fluitate, quòd ſcilicèt Conſtitutio Clementis VIII.
alias eſſet ſuperflua, quia ſat erat ſtatutum, non
124 releuat, vel quia tale argumentum à ſuperflui-
tate in omni materia reputatur leue, & infir-
mum *Caſanatt. conſ. 61. num. 1., & ſeqq. Ramon.*
conſ. 37. n. 34. Caren. reſol. 119. n. 3. Rota deciſ. 249.
n. 20. par. 7. recent., & deciſ. 442. nu. 12. par. 13.,
125 vel quia non eſt talis Conſtitutio ſuperflua, quia
maiorem declarationem, & magis expliciram
facit pro ipſis Aromatarijs *Ramon. conſ. 10. n. 10.,*
& 11., & conſ. 37. dict. n. 34. Rota deciſ. 442. n. 13.
par. 13. recent; & demum talis Conſtitutio non
eſt ſuperflua, dum poteſt deſeruire pro forenſibus,
qui eſſent debitores, qui non erant ſubiecti ſta-
tutis Vrbis.

Hæc in certa cauſa in gradu reſtitutionis in
integrum coram me pendente pro iuſtitia moti-
uabam, ſed obſtrepente Collegio Aromatario-
rum, & inſtante pro moderatione inhibitionis
126 vigore reſtitutionis in integrum, dum illis non
adhæſi, adiuere Senatorem tanquam Præfectum
Signaturæ in foro Capitolino pro habenda mo-
deratione, quid Senator in illa cauſa fecerit eſt
mihi ignotum, tu, ſi caſus occurret, cogita,
ego exiſtimo ſaniorem eſſe opinionem contrà
Aromatarios.

At reſtitutio in integrum in foro Capitolino
datur etiam in ſuſpenſiuo, & retardata executio-
ne etiamſi præceſſerit monitorium de parendo,
127 quando res iudicata prouenit ab vnica tantum
ſententia, à qua non ſit appellatum, vel non in
tempore, vel non proſecuta appellatio, ex quo
ſtatutum hic loquitur de duabus conformibus,
non autem quando res iudicata reſultat ab vni-
ca tantùm ſententia. *Fenzon. hic n. 17. Galleſ. de*
reſtitut. in integr. cap. 9. nu. 186. & hæc eſt praxis
inconcuſſa fori Capitolini.

Si fuerint petita ſcuta centum, & factis proba-
tionibus concludentibus ſolum pro ſexaginta,
ſi Iudex protulerit ſententiam pro ſolis ſcutis 60.
cum clauſula *ex hactenus deductis*, ſi dicta ſenten-
tia confirmata, fuerit petita reſtitutio in inte-
grum principaliter, an hæc debeat admitti etiam
in ſuſpenſiuo, ſi illam præceſſit monitorium de
parendo, hic caſus mihi in facto euenit, & præ-
tendebatur reſtitutionem ad vtrumque effectum
eſſe admittendam, cum dictæ duæ ſententiæ pro-
128 latæ *ex hactenus deductis* dicerentur potiùs in-
terlocutoriæ, quam definitiuæ, vti non deciden-
tes totum negocium principale *Rota deciſ. 813.*
n. 6., & ſeqq. coram Vbald., & ſtatutum hic pro-
cedit ſolum in ſententijs definitiuis, non inter-
locutorijs, *vt ibidem aduertit Fenzon. num. 20.*

At ego cenſui, quod ſententiæ eſſent definiti-
uæ, & terminantes negocium principale in ſcu-
129 tis 60., & clauſula *ex hactenùs deductis* reſpi-
ciebat maiorem ſummam petitam, & per ſenten-
tias non deciſam, ex quo non aderant ſuper ma-
iori ſumma concludentes probationes, vndè dum
præceſſerat monitorium de parendo ſententijs
conformibus, non poterat inhiberi, niſi in deuo-
lutiuo ex præſcripto noſtri ſtatuti hic, & noua
Iura, quæ pretendebantur deduci in gradu reſti-

tutio-

tutinnis in integrum ad euertendam rem indica-
tam non erant clara, quæ reſultarent ex Inſtru-
mento, vel confeſſione partis, ſed conſiſtebant in
ſimplici fide extraiudiciali teſtium formiter re-
coguoſcenda, & ſic requirebant altiorem inda-
ginem.

Fuit alias magna diſſenſio in Aſſettamento, an
eſſet admittenda reſtitutio etiam in ſuſpenſiuo,
licèt præceſſiſſet monitorium de parendo ſenten-
tijs, & rei iudicatæ, quando ſententiæ eſſent no-
totiè iniuſtæ, & prætendebant alij DD. de Aſſet-
tamento non poſſe admitti reſtitutionem niſi in
130 deuolutiuo, & ſine præiudicio rei indicatæ,
quod dicebant determinari ex verbis præciſis ſta-
tuti hoc *cap.* 50. ibi -- *Sine præiudicio duarum con-
formium inhibeatur, & inhibitum eſſe cenſeatur* --
& per Fenzon. ibidem n.26., & ſeqq. at ego acer-
timè, & cum omui Iuſtitiæ fuudamento contra-
rinm ſentiebam, quoties enim de iniuſtitia ſen-
tentiarum clarè conſtat, vel ex Iure, vel ex facto,
131 illæ non dicuntur ſententiæ, nec ſententiæ no-
men merentur, nec comprehenduntur ſub *ſtatut.
Vrb.* 180. de duabus conformibus, cum illud in-
telligatur de validis, & iuſtis, non autem de in-
ualidis, & iniuſtis, quæ non merentur executio-
nem *Fenzon. ad dict. ſtatut.* 180. *n.*54., & 55., &
millies hoc dixit Rota, quando enim ſenrentiæ
ſunt iniuſtæ, omnis ratio, omniſque æquitas po-
ſtulat, quod non exequantur; bene verum eſt,
quod ad effectum retardandi executionem dua-
rum conformium ſub prætextu iniuſtitiæ; illa de-
132 bet eſſe clara, & notoria *Rot. deciſ.*145. *num.*3.
par.9. recen; vndè ſi ſit turbida, & requirae ma-
gnam diſcuſſionem, tunc debent exequi duæ
conformes, pro quarum executione fuit præuen-
tum antè petitam reſtitutionem.

Quando enim ſententiæ ſunt notoriè iniuſtæ,
133 non eſt credendum, quod ſtatuentes voluerint
illis dare executionem, nam ſatis incongruum
eſſet, quod ſtatutum voluiſſet, teſtringere nume-
rum ſententiarum, & ſimul, quod illæ ſi eſſent
iniuſtæ executioni demandarentur reiecta cogni-
tione cauſæ iu gradu reſtitutionis in integrum,
nam monitorium de parendo non poteſt com-
prehcudere ſententias iniuſtas, cum illis non ſit
parendum ex quo ſententiæ nomen non me-
rentur.

Fuit meo tempore hæſitatum in Aſſettamento,
an detur reſtitutio in integrum ex capite nullita-
134 tis, ſicut datur ex capire iuiuſtitiæ ſententia-
rum, & prætendebatur per aliquos ex DD. de
Aſſettamento, quod non, *ex Fenzon. hic num.*82.
ea ratione, quia remedium reſtitutionis in inte-
grum eſt extraordinatium, & ſic non neceſſa-
135 rium, quando ſententiæ ſunt nullæ, dum po-
teſt procedi ex remedio ordinario nullitatis *ex
Fenzon. allegat. text. in l. in cauſæ n. 2. in principio
ff. de minor. Odd. de reſtitut. in integrum quæſt.* 17.
*artic.7. n.62., & 70. Rota deciſ.*731. *n. 2. part. 2.
diuerſ.*, quam deciſionem non inueni, ſed pro
dicta opinione poteſt allegari *deciſ.*180. *n.2. p.1.,
& deciſ.* 807. *num. fin. par. 4. diuerſ., & nouiſſimè
Galleſ. in cap.1. num.* 129. *de reſtitut. in integr.* vbi
quod beneficinm reſtitutionis in integrum non
habet locum in actu, ipſo Iure nullo.

At quicquid ſit qnoad nullitates contractuum
geſtorum à Minoribus, vel alijs, qui prohibiti
ſunt contrahere ſine certa forma, de quibus nul-
litatibus loquuntur ferè omucs authoritates ſu-
136 prà allegatæ, ego dicebam eſſe locum reſtitu-
tioni in integrum etiam ex capite nullitatis ſen-
tentiæ, & non ſolùm ex capite iniuſtitiæ, vt
probat *Galleſ. de reſtitut. in integr. cap.1. nu.*130.,
qui allegat Rotam deciſ. 333. *n.1. par. 4. recen., &
deciſ.40. n.1., & 2. p. 6.*, in quibus deciſionibus
ad licteram firmatur reſtitutionem concedi ex
eapite nullitatis ſententiæ, cum læſio procedat
non minùs à nullitate, qnam ab iniuſtitia ſen-
tentiarum, ſat enim eſt, quod Iudex reſtitutio-
nis ſe abſtineat ab executione ſententiarum nul-
litate laborantium, ſi non vult illas reuocare
prout poteſt, & ſi victor videt ſententias nullas,
poteſt illis renuuciare, & ſic victus non erit ad-
ſtrictus proſequi Iudicium reſtitutionis ſuper
nullitate.

Vndè authoritas *Fenzon. hic nu.* 82. in contra-
137 rium allegata non obſtat, tum quia allegat
authoritates non loquentes ad hoc propoſitum,
tum quia pro contraria opinione ſtant indiui-
duales deciſiones relatæ per *Galleſ.*, quæ Rotæ
authoritas debet præualere authoritati *Fenzonij*,
qui perſæpè in materijs pertractandis ſicco pede
138 pertranſiſe illis non examinatis, vndè in hoc, &
in multis alijs agnoui verum aſſertum *Card. de
Luc. de alienat., & contract. prohibit. diſcurſ.* 24.
*n.*4., quod ſtatuta Vrbis infelices ſortita fuere
gloſatores excepto *Pico*, qui gloſas ad *ſtatut.*151.
*lib.*1. ſedulò exarauit.

Aduertendnm tamen eſt, qnod de Iure petens
reſtitutionem in inregrum principaliter ad effe-
ctum vt audiatur non requiritur plena probatio
139 iniuſtitiæ, ſed ſufficit de illa dare fumum, cum
tali caſu potiùs agatur de præambulo reſtitutio-
nis, quam de ipſa reſtiturione *Barz. deciſ.* 107.
*n.1., & ſeqq. Fontanell. deciſ.*114. *n. 6., & 7., &
deciſ.*115. *n.4. Adden. ad Gregor. deciſ.*459. *n* 11.

At ex praxi fori Capitolini, quando ſumus
140 in caſibus, in quibus reſtitutio venit admit-
tenda quoad præambulum admiſſionis nullus
fumus iniuſtitiæ ſententiarum probari ſolet, ſed
ſtatim admittitur libellus ſuper reſtitutione, &
inhibetur ad formam ſtatuti.

Quando verò fuit ſuper iudicio reſtitutionis
firmata Iuriſdictio per tranſportationem acto-
rum, ac litis conteſtationem, eunc ſuper meri-
141 tis ſit plena cauſæ cognitio, & debet plenè pro-
bari iniuſtitia ſententiarum, ad hoc vt ſit locus
reſtitutioni in integrum, ac ſeutentiarum reuo-
cationi *Fontanell. deciſ.*114. *n.6., & 7. Adden. ad
Gregor. deciſ.*459. *n.* 11. *Rota deciſ.* 323. *n.3., &
ſeqq. coram Buratt., & deciſ.85. n.5. poſt Vrceol. de
tranſact.*

Sed pro reſtitutione concedenda, ac renoca-
tione ſententiarum ſat eſt, quod adſit iniuſtitia,
non tamen reqniritur, quod hæc ſit notoria
Fenzon. hic n.84. Rota deciſ. 251. *n. 2. coram Sera-*
142 *phin.* illa tamen non conceditur in articulo Iuris
dubio *plenè Turrett. conſ.* 54. *n.* 20. vbi refert plu-
ties ſic deciſum *per Rotam Florentinam lib.3.*

Admiſſo libello reſtitutionis in integrum prin-
143 cipaliter, dum ſtatutum hic mandat iu illa pro-
cedi ſicuti in eauſis ordinarijs, propterea requi-
runtur litis conteſtatio, Iuramentum Calumniæ,
ac alia præſcripta *à Stat.*59. *lib.*1. iu eauſis ordi-
narijs,

Digitized by Google

natijs, & ſic inconcuſsè practicatur in dicta Cu-
ria Capitolina, hinc ſi lis non ſit conteſtata, &
poſt tempus *à Stat. Vrb. lib. 1. cap. 81. de inſtantijs*
prætendatur inſtantia perempta ob Cauſæ non
proſecutionem fuit per Aſſettamentum *ſub die* 21.
Februarij 1684. reſponſum eſſe procedendum ad
vlteriora in proſecutione Cauſæ corā Primo Col-
laterali Iudice reſtitutionis in illa cauſa, ex quo
inſtantia durabat, dum lis non fuerat conteſtata,
& terminus præſcriptus inſtantiæ incipit currere
144 ſolùm à die litis conteſtatę ex verbis *ſtatuti* 81.,
& ſuper eodem ſtatuto *id probant Luc. Pet. in prax.*
For. Capitol. lib. 7. Cap. 15. cum duobus ſequen. Aldo-
brand. conſ. 28. num. 4. lib. 2., *Aldouin conſ. 54. n. 5.*
& ſeq. & num. 12., vbi adducit rationes, & ſi-
145 gnanter illam quod antè litem conteſtatam nõ
datur verè lis nec Iudicium, ſed potiùs præpara-
tio ad litem futuram & rurſus *conſ. 55. nu. 7. ad 9.*,
146 adeovt ſi partes per mille annos litigauerint,
adhuc antè litis conteſtationem numquam inci-
pit currere inſtantia *Luc. Pet. lib. 2. cap. 14. num. 4.*
Scacc. de appell. quæſt. 15. num. 345. Fenzon. ad dict.
Stat. Vrb. 181. num. 16., litis tamen conteſtatio,
& alia præſcripta *à ſtat. Vrb lib. 1. cap.* 59. in cau-
ſis ordinarijs procedunt, quando cauſa princi-
palis, ſuper qua prodierunt ſententiæ, & aduer-
sùs quas fuit intentatum remedium reſtitutionis,
fit ordinaria, ſecùs autem ſi ſummaria (& cau-
147 ſæ ſummariæ quæ ſint diſtribuuntur à *Stat. Vrb.*
lib. 1. cap. 88.) nam cauſæ Summariæ in omni in-
ſtantia, & ſic etiam in gradu reſtitutionis in in-
148 tegrum remanent tales vt obſeruant *Fenzon. ad*
hoc ſtatutum 50. num. 9., & Galles de reſtit. in integr.
cap. 9. num. 180. cum duob ſeq. cum inſtantiæ varia-
tio non mutet naturam cauſæ, & propterea in
Cauſis Summarijs, quæ in gradu reſtitutionis in
integrum cognoſcuntur non proceditur cum litis
conteſtatione, nec cum alijs formalitatibus præ-
149 ſcriptis in cauſis ordinarijs *à ſtat. Vrb. lib. 1. cap.*
59., ſed ſat eſt, quod procedatur iuxtà formam
traditam *à ſtat. 89. lib. 1.* in cauſis Summarijs, &
ità ſe habet praxis Fori Capitolini.

Cum reſtitutionis in integrum iudicium ſit
ſpecies appellationis ex ſuprà firmatis, hinc Iu-
dex reſtitutionis antè actorum tranſportationem
(excepta inhibitione, quam concedit abſque
150 cognitione Iuſtitię, vel Iniuſtitiæ ſententiarum)
non poteſt ſuper meritis cauſæ cognoſcere ex de-
fectu Iuriſdictionis, cum actis deficientibus ca-
reat omni iuriſdictione *Rota deciſ. 1463. num. 21.*
coram Coccin., *& in Sulmonen. Bonorum 8. Februa-*
rij 1675. § Domini dixerunt coram Calatain., hinc
in quadam cauſa Romana Pecuniaria inter D.
Cinciam, & Petrolinum, dixi illam non teneri
reſpondere certis poſitionibus datis pro parte
Petrolini in gradu reſtitutionis in integrum ad-
uerſus duas conformes, antequam Petrolinus
Victus, & Appellans tranſportaſſet acta, dum
carebam iuriſdictione circa cognitionem meri-
torum, & etiam quia ex actis per Petrolinum
tranſportandis poterat innoteſcere aliquod ius
fauore D. Cinciæ, ob quod non teneretur reſpon-
dere poſitionibus.

Vnum aduertè hic notabile, quod licèt ſtatu-
tum hic in cauſis reſtitutionis in integrum prin-
cipaliter mandet procedi ſicut in cauſis ordina-
rijs, & in his non poſſit procedi durantibus ferijs
151 Meſſium, & Vindemiarum *ex ſtatut. Vrb. lib. 1.*
cap. 58., nihilominùs Cauſæ reſtitutionis in inte-
grum licèt ordinariæ durantibus huiuſmodi fe-
rijs poſſunt tractari, & in illis poteſt Ius reddi, ſi
hoc petatur, vt diſponitur *in eodem ſtat.* 58.

Ad materiam Reſtitutionis prædictæ non eſt
ommittendus articulus meo tempore etiam de
mandato ſanctæ mem. Innocentij XI. diſcuſſus in
152 pleno Aſſettamento, & in quo ego iuſſu bon.
mem. Marchionis Iulij Ceſaris Nigrellij Senato-
ris prò veritate efformaui votum hic inſerendũ,
& eſt, an Senator, vel Capitaneus in caſu dua-
rum conformium, aduersùs quas ſit ab aliquo
ex Collateralibus admiſſus libellus reſtitutionis
in integrum in deuolutiuo tantùm, & ſine præ-
iudicio rei iudicatæ, ex quo præceſſerat petitio
executionis duarum conformium per petitionem
monitorij de parendo, poſſent deuenire ad taxa-
tionem expenſarum non terminata cauſa reſtitu-
tionis in deuolutiuo, vel potiùs deberent ſe à
tali taxatione abſtinere ad effugiendum attenta-
ta; & ego cenſui, eſſe locum taxationi expenſarũ
abſquè aliqua attentatorũ labe, & Aſſettamentum
concordi ſuffragio meum votum approbando,
idem cenſuit, & Votum tunc exaratum, & datum
DD. de Aſſettamento eſt ſequentis tenoris.

Ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap.* 50. poſt captam,
153 vel petitam executionem duarum conformium
admittitur reſtitutio in integrum principali-
ter ſine præiudicio duarum conformium, &
& rei iudicatæ, & Senator ſeù Collaterales fori
Capitolini, ad quos ſpectat dictam reſtitutionem
concedere tali caſu ex inconcuſſa praxi eiuſdem
fori inhibent tantum ad formam ſtatuti, & ſic in
deuolutiuo dumtaxat, & non retardata executio-
ne duarũ conformium, & rei iudicatæ, vt aduer-
tit *Fenzon.* olim in eodem foro priùs Capitaneus
Appellationum, & posteà Senator *ad dict. ſtat. 50. n.*
26., & conſonant verba ſatis præciſa *eiuſd. ſtat.* 50.

Hoc poſito fuit dubitatum, an admiſſa reſti-
tutione in deuolutiuo, vt ſuprà ab aliquo ex
Collateralibus, vel à Senatore, poſſet Capitaneus
Appellationum Iudex tali caſu executor duarum
conformium, ac rei iudicatæ in illis contentæ
deuenire ad taxationem expenſarum, quarum
condemnatio continebatur in dictis duabus con-
154 formibus, & cum bon. mem Lanfrancus Zac-
chias, tunc Capitaneus appellationum digniſſi-
mus ob ſingularem eius doctrinam, & in admi-
niſtranda Iuſtitia notam integritatem, non ob-
ſtante reſtitutione in integrum principaliter co-
ram me pendente in deuolutio dumtaxat, deue-
niſſet ad taxationem expenſarum, Victus præten-
debat, talem taxationem, pendente cauſa reſti-
tutionis in integrum, non potuiſſe fieri, & ſub-
iacere vitio attentatorum, & cum ſuper hoc pun-
cto Curiales etiam antiqui, & practici in Foro
Capitolino diuerſimodè ſentirent, & ageretur de
articulo futuris etiam negocijs normam præbi-
turo, ideò de mandato Sanctiſſimi D. N. Inno-
centij XI., fuit iudicio Aſſettamenti remiſſa ar-
155 ticuli determinatio in Memoriali eidem Ponti-
fici porrecto, in quo aſſerebatur, quod aderat
ſtylus illas non taxandi, niſi terminato Iudicio
reſtitutionis in integrum, & quod huiuſmodi ſty-
lum (gratis tamen aſſertum) nolueram attende-
re, & cauſa in eodem Aſſettamento propoſita

ſub

ſub die 29. *Februarij* 1684. fuit vnanimi D.D.
ſuffragio reſolutum, poſſe in caſu propoſito
Capitaneum deuenire ad taxationem expenſa-
rum.

Fundamenta reſolutionis quoad me fuere ſe-
156 quentia (ab alijs D.D. meis de Aſſettamento
faciliter amplexa,) quod ſcilicèt à *Statuto Vrbis*
lib. 1. *cap.* 180. per duas ſententias conformes
157 conſtituitur res iudicata omninò exequenda,
& ab eodem *ſtat. lib.* 1. *cap.* 50. diſponitur quod
quando illarum executio fuit præuentiuè cœpta
vel petita, ante petitam à Victo reſtitutionem
in integrum principaliter, hæc non admittatur,
158 niſi in deuolutiuo ſine pręiudicio duarum con-
formium, & rei iudicatæ, vt in puncto *dicti Sta-*
tuti 50. *aduertit. Fenzon. ad idem ſtatutum* 180. *n.* 56.
& Rota deciſ. 370. *n.* 2. *p.* 1. *recen.*, vnde ſicuti de-
uenitur ad executionem duarum conformium, &
rei iudicatæ circà negocium principale in illis
159 terminatum, ità etiam debeat exequi quoad ex-
penſas acceſſorias in re iudicata compræhenſas
Fenzon ad Stat. Vrb. 196. *num.* 120. *& ſeq. Rota de-*
ciſ. 43. *num.* 7. *&* 8. *coram Martin. Andr., deciſ.*
3268. *num.* 2. *ad* 4. *coram Coccin, deciſ.* 544. *num.* 18.
160 *coram Bich. & deciſ.* 319. *nu.* 15. *p.* 18. *recen.*, & in
puncto ſtatuti Vrbis, quod quando duæ ſenten-
tiæ fecerunt tranſitum in iudicatum ſint exequē-
dæ etiam quoad expenſas *Rota deciſ* 370. *num.* 9.
par. 1. *recen.*

Fortiùs, quia Statutum per duas conformes
executioni demandandas per reſecationem ter-
tiæ inſtantiæ voluit occurrere litium longitudini,
vndè dum reſtitutionem in integrum principali-
ter aduerſus duas conformes indulſit ſine præiu-
dicio rei iudicatæ, quando illarum cœpta, vel
161 petita eſſet executio, ex hoc ſequitur, quod non
poſſit impediri taxatio expenſarum, pro quibus
etiam adeſt res iudicata *Rot. in punct. dec.* 1326. *n.* 5.
coram Coccin. & præcisè id reperitur diſpoſitum
à Statut. Vrb lib. 1. *cap.* 196. *circa finem*, vbi habe-
162 tur, quòd quando condemnatio in expenſis fa-
cta fuit in ſententia, tunc illarum taxatio, & pro
ijſdem executio fit coram Iudice ſententiam exe-
quente, qui eſt Capitaneus Appellationum, quan-
do protulit ſententiam confirmatoriam primæ
Fenzon. ad d. ſtatutum 196. *num.* 120. *ad* 123. *qui*
ex punctuali deciſ. 891. *num.* 4. *&* 5. *coram Se-*
163 *raph.* probat, quod expenſæ litis ſunt acceſſo-
riæ, & dependentes à lite ſuper negocio princi-
pali, & de illis quoad condemnationem, & exe-
cutionem idem cenſendum eſt, ac de ſorte princi-
pali, ideoque ſicut res iudicata, & illius execu-
tio ſuper negocio principali contento in duabus
conformibus terminatur à Capitaneo Iudice
duarum conformium, ità etiam debet ab eodem
executioni demandari iudicatum ſuper expenſis,
ad quod conferunt *tradita per. Luc. Pet.* magnum
practicum Fori Capitolini, ex quo interfuit vti
compilator Statutorum Vrbis, quibus nunc vti-
164 mur, & poſteà illa ſua praxi in pluribus illu-
ſtrauit, *qui Luc. Pet. in prax. lib.* 7. *cap.* 2. *de execut.*
rei iudic. num. 14. poſt traditam formam monito-
rij de parendo duabus ſententijs conformibus
(quod monitorium de parendo, vt notum eſt in
dicto foro præfefert petitionem executionis dua-
rum conformium) ponit etiam formulam man-
dati relaxati in vim duarum conformium, in qua
ponitur executio ne dum pro negocio principali,
165 ſed etiam pro expenſis cui *Luc. Pet.* ſtatutorum
compilatori, vt apparet ex Conſtitutione Gre-
gorij XIII. ſuper confirmatione ſtatutorum Vrbis
emanata, & illorum poſtea gloſatori multum
deferendum eſt ſuper mente Statuti à ſe com-
pilati.

Congruit etiam prædictis, quod ex ſtylo Si-
166 gnaturæ Iuſtitiæ ſi cauſa reperitur commiſſa
cum clauſula *Parito Iudicato*, quis non auditur
niſi priùs refectis etiam expenſis *Rota deciſ.* 182.
num. 2. *p.* 8. *recen.*, *& deciſ.* 412. *num.* 1. *part.* 19.,
ideoquè dum ex ſtatuto Vrbis duę ſententiæ con-
formes habent vim trium, & rei iudicatæ, &
omninò executioni demandari debent, ſi peti-
tionem reſtitutionis in integrum præceſſit moni-
torium de parendo ſententijs, talis paritio fa-
cienda eſt in omnibus tàm ſuper negocio prin-
167 cipali quam ſuper expenſis, alias in parte tan-
tùm exequerentur, & illis fieret paritio, vt in
puncto firmat *Rot. deciſ.* 2267. *num.* 2. *ad* 5. *coram*
Coccin, vbi quod ſtante ſtatuto Vrbis de duabus
conformibus intrat clauſula *parito iudicato* etiam
ſuper expenſis, ſi etiam ſuper illis adſit iudi-
catum.

Non obſtant contraria; & primo, quod ex-
168 penſæ non debeantur, niſi in fine litis, & lis
non dicatur extincta, ſi non ſit terminata etiam
in gradu reſtitutionis in integrum *Ridolphin. in*
prax. par. 1. *cap.* 13. *num.* 613. *Rota deciſ.* 191. *num.* 2.
coram Cardinali Caualer. & deciſ. 214. *num.* 3. *p.* 1.
recen., quia reſpondetur, quod lis dicitur termi-
nata per rem iudicatam reſultantem, ex duabus
conformibus, quando reſtitutio in integrum
non fuit petita ante cœptam, vel petitam il-
169 larum executionem ex litterali diſpoſitione
Statut. Vrb. lib. 1. *cap.* 50., quo circa res iudicata
hoc caſu debet plenè terminari, & Iudicium re-
ſtitutionis tanquam ordinarium tendens ad re-
ſciſſionem rei iudicatæ non poteſt huius execu-
tionem retardare, & ſic etiam quo ad expenſas
in ipſa re iudicata comprehenſas.

Non obſtat ſecundo, quod ſtatutum Vrbis de
170 duabus conformibus ſit contrà Ius, quia de Iu-
re licet ſecundo, quamuis non tertio appellare
cap. tua nobis 65. *de appell. l.* 1. *C. quand. appellan.*
ſit l. 1. *C. ne lic. in vna ead. cauſ. tert. appellar.*, &
ſic tanquam Correctorium, & odioſum ſit ſtrictè
171 interpretandum *Dec. conſ.* 49. *n.* 1. *Crauett. conſ.*
183. *n.* 4. *verſic. poſtremò Iura*, *Surd. conſ.* 163. *n.*
25., *& conſ.* 181. *n.* 17. *in fine*, *& n.* 18. *lib.* 2., *Gabr.*
conſ. 56. *n.* 11. *lib.* 1., *Galganett. ad Stat. Vrb. lib.* 1.
cap. 180. *col.* 1. *verſic. huiuſmodi ſtatutum*, *& col.* 2.
verſic. & ſtrictè intelligendum fol. 412., *Fenzon. ibi-*
dem n. 36. *&* 37., quo circà dum tale ſtatutum
poteſt operari ſuper executione duarum confor-
mium in negocio principali, non debet extendi
172 ad expenſas, ad hoc vt minùs quàm fieri poſſit
deroget Iuri communi *ad tradit. per Rotam deciſ.*
398 *n.* 4. *coram Gregor.*, nam reſpondetur, ſtatu-
tum porrigi ad expenſas per viam comprehenſio-
nis, non extenſionis, vndè licèt agatur de ſtatu-
to Correctorio Iuris communis, adhùc operatur
etiam circà expenſas, dum illæ veniunt tanquàm
acceſſoriæ, & dependentes à negocio principali,
& vti expreſsè nominatæ in duabus conformibus,
quas ſtatutum voluit habere vim rei iudicatæ, &

quod

quod executioni demandentur, eademque viget
ratio finiendi lites conſiderata à ſtatuentibus, tam
ſuper negocio principali, quam ſuper expenſis,
vndè non agitur de extenſione ſtatuti, ſed de
173 comprehenſione ſub ſtatuto *Redenaſch. conſ. 41. nu. 4. & 5. Cyriac. contr. 137. nu. 6. & 7. Caneer. var. reſolut. p. 1. cap. 1. n. 6. verſic. hoc ego verùm cænſeo Rota deciſ. 253. n. 5. & 6. coram Buratt.*

Nec officit, quod Reſtitutio in integrum regulariter ſit ſpecies appellationis, & illi ęquiparetur
174 *Lancellott. de attentat. p. 2. cap. 18., de Attent. Reſt. in Integr. penden. n. 11. & ſeqq., Odd. de Reſtitut. in Integr. p. 1. qu. 1. artic. 6. n. 64. Rota deciſ. 190. n. 6. coram Duran.*, & expreſsè hoc ſancitum fuit *in vltima Reformat. Tribunal. Vrbis ędita ſub Sanctiſſimo D. N. Innocentio XI. in Rubr. de Capitolio eiuſque Official. §. quinto, impreſſa poſt Vbert. de Citat. p. 6. fol. 159. in vltima ædit.* vndè ſicut appellatione pendente, & admiſſa non eſt locus taxationi expenſarum, ità nec pendente reſtitutione in integrum; nam reſpondetur, quod ſtante ſtatuto de duabus conformibus non eſt locus vlteriori appellationi, ſed executioni rei iudica-
175 tæ, quæ recipit complementum per taxationem expenſarum, quæ ſunt pars rei iudicatæ, & reſtitutio in integrum indulta aduersùs duas conformes per *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 50.*, quando eſt cæpta, vel petita executio duarum conformium procedit tantùm non retardata executione rei iudicatæ ex duabus conformibus reſultantis, & ſic non remorata expenſarum indicta re indicata
176 contentarum taxatione, ac ſolutione, nàm aliàs res iudicata non retineret ſuam naturam, quæ eſt imponere finem liti *cap. 1. de lit. conteſt. in 6., Rot. deciſ. 168. num. 14. coram Dunoz. ſen.*, nam pars rei iudicatæ circà expenſas remaneret, in ſuſpenſo, quod eſt abſurdum, cum expenſæ debeant taxari, & ſolui quando adeſt res iudicata *Rot. deciſ. 270. n. 8. p. 16. rec.*

Non vrget replicatio, quod per reſtitutionem
177 in integrum lis inſtauretur, ac ſi res iudicata non emanaſſet *l. 1. C. de Reſt. in integr. Rot. deciſ. 282. n. 30. p. 18. recen.*, cum per illam reducatur titulus ad non titulum, & operetur, vt omnia à die primi Iudicij in priſtinum reponantur *l. filio 16. §. fin. ff. de inoff. teſtam. Rot. deciſ. 1245. nu. 1. & ſeqq. coràm Seraphin., deciſ. 2. n. 13. & 14. p. 11. recen., & deciſ. 450. n. 4. & 5. p. 17.*, etenim allegata in obiecto procedunt, quando reſtitutio fuit admiſſa, ſecùs dum fuit à Statuto reiecta, &
178 ſolùm ſinè præiudicio rei iudicatæ admiſſa, hoc namque caſu reſtitutio operatur ſolùm, quod nouo Iudicio, & via ordinaria terminando poſſint reuocari ſententiæ, ſi iniuſtę detegantur, & ſimul tali via poſſit demandari, quod reſtituatur, totum id, quod per dictas ſententias læſiuas fuit ablatum, vna cum expenſis ſolutis in vim rei iudicatæ, non autem, quod per ipſam ſuſpendatur huius effectus contrà præſcriptum *in dict. Statut. Vrb. 50. lib. 1.*

Nec refragatur, quod taxatio expenſarum ſit
179 articulus ſeparatus à Negocio principali *Abb. in cap. ſignificauerunt n. 8. & ibidem Felin. num. 5. verſic. præterea non video de except. Rot. deciſ. 1277. n. 2. coram Coccin.*, vbi quod hoc eſt veriſſimum, & propterea Victus in illarum taxatione debet
180 citari, quia eſt diuerſa cauſa à negocio principali *Petr. Barboſ. in l. cum qui temerè 79. n. 267. ff., de Iudic.*, & ideò non poſſit talis taxatio fieri
181 à Iudice à quo poſt appellationem, vel reſtitutionem in integrum pendentem, tanquam quid diuerſum à negocio principali contento in duabus conformibus *latè Dec. in cap. Paſtoralis §. verùm num. 29. ad 33. de appell.*, *vbi adducit optimas rationes, Lancellott. de Attentat. appell. penden. p. 2. cap. 12., limit. 11. n. 2. & infrà & n. 7., Gratian. cap. 349. ferè per tot.*, reſpondetur namque, quod
182 Iudex taxando expenſas aliquid non innouat, ſed tantùm declarat id, quod eſt in ſententia *Lap. alleg. 82. n. 7., & alij in addit. litt. K. Gratian. cap. 698. n. 13. & 14.*, vbi quod Iudex appellatio-
183 ne pendente poteſt taxare expenſas, & opinionem Lapi dici veriorem *Marant. in ſuo ſpeculo p. 6. §. & quandoque appellatur n. 167. Fenzon. ad Stat. Vrb. 175. n. 1. ad 5. lib. 1.*, *vbi declarat contrarium tenentes, Fontanell. deciſ. 314. n. 8.*, & hæc opinio eſt veriſſima, nàm quoad condemnationem in expenſis iam adeſt res iudicata, & Victus nihil
184 poteſt opponere *Gratian. diſcept. 349. nu. 8.*, & noua citatio in expenſarum taxatione requiritur ſolùm ad hoc, vt Victus audiatur circà illarum quantitatem, & quoad liquidationem illarum ſolùm eſt nouus actus, at expleri rectè poteſt per Iudicem à quo dum ipſe eſt Executor rei iudicatæ, & quoad negocium principale, & quoad expenſas ex ſuprà firmatis.

Demùm non obſtat, quod translata cognitione cauſæ in gradu reſtitutionis in integrum, quoad deuolutiuum in Iudicem Reſtitutionis intempe-
185 ſtiua ſit taxatio expenſarum, Iudicio reſtitutionis non terminato ex firmatis *per Marchesan. de Commiſſ. p. 3. de Commiſſ. nullitat. ſanat. §. 4. n. 20. & infrà fol. 141.* vbi quod antè taxationem expenſarum præcedit Commiſſio ſuper moderatione reſtitutionis in Integrum, *& facit Rota deciſ. 270. in figuratione caſus ante n. 1. p. 16 recen.*, vbi fuit deuentum ad taxationem expenſarùm, non poſt tres ſententias conformes, ſed poſt quartam ſententiam in gradu Reſtitutionis in Integrum, & poſt quàm Signatura Iuſtitiæ poſt quatuor ſententias vlteriorem appellationem reiecerat, quia *Marcheſanus* loquitur de ſtylo Signaturæ, quæ quouſque non committat cauſam cum Clauſula *Parito Iudicato*, nunquàm poſſunt taxari expenſæ, licèt de rigore Iuris quando fuit reſcriptum cum *Clauſula ſine præiudicio trium conformium*, vel duarum ex ſtatuto, vel *ſine præiudicio rei iudicata* eſſent taxandæ, cum in re iudicatæ reſultante ex tribus ſententijs de Iure, vel duabus ex Statuto inſint etiam expenſæ.

186 Sed quicquid ſit de ſtylo ſignaturæ, ex illo fori Capitolini innixo *Stat. Vrb. 50. & 188. lib. 1.* quando adeſt res iudicata ex duabus conformibus, aduerſus quas per Victum non fuerit petita reſtitutio in integrum principaliter, antequam Victor petierit monitorium de parendo duabus ſententijs, tunc ſententiæ exequuntur in omnibus, & ſic etiam quoad expenſas, ex quo dictum monitorium de parendo in foro Capitolino præſefert, quod Victus non poſſit gaudere beneficio petitæ reſtitutionis, niſi parito iudicato contento in duabus ſententijs, quæ vtique comprehendunt expenſas.

Innoteſcit ex prædictis, optimam eſſe praxim ſer-

Digitized by Google

ſeruatam à D. Capitaueo in taxando expenſas
poſt reſtitutionem iu integrum in ſolo deuoluti-
no admiſſam à Senatore, vel Collateralibus, &
hic eſt meus ſenſus in præſenti vnto explanatus
ſub ſaniori tamen Cænſura D.D. meutum de Aſ-
ſettamento. *Hactenus Votum*.

Prò coronide ad materiam Reſtitutionis in In-
tegrum, de qua in præſenti ſtatuto noranda ſunt
aliqua corollaria.

Et primo, quod in gradu reſtitutionis in in-
tegrum admittitur quælibet probatio, *Fenzon.*
187 *hic n. 47. & ſeqq.* & ſic etiam probatio per te-
ſtes, ſi materia articulata ſit releuans, & detur
fumus, *plenè Rota deciſ. 69. p. 14. recen.*, etiamſi
detur fumus per vnum teſtem *plenè Rota in Cameri-*
188 *neum Bonorum 9. Februarij 1683. coràm Paulutio.*

Quod procedit etiamſi pars aduerſa in alijs In-
189 ſtantijs, & ipſa fecerit probationes per teſtes,
nam probatio probationem non excludit, & in
progreſſu cauſæ, ac illius diſcuſſione videbitur
quænam probatio ſit præferenda *Rota dict. deciſ.*
69. n. 7. & 8. p. 14. recen.

Et articuli etiam de directo contrarij ſunt ad-
190 mittendi ex dicta ratione, quia probatio pro-
bationem non excludit, & probatione hinc indè
facta, videbitur, quæ ſit melior, quæque præua-
leat, & ſit attendenda *Rot. deciſ. 503. num. 13. co-*
ràm Pentinger. deciſ. 573. num. 7. coràm Bich., de-
ciſ. 93. n. 5. & 6. coràm Zarat. deciſ. 359. num. 7.
& 8. par. 14. recen., Romana hæreditatis 27. Iunij
16 81. §. finali coram Albergato.

Facilius prædicta procedunt dum examen te-
191 ſtium fieri deber in Curia, tunc enim quoties
materia articulata eſt releuans, de facili admitti-
tur *Rota deciſ. 521. n. 10. p. 5. tom. 2. recen., deciſ.*
63. num. 1. coram Vbag. Romana Pecuniaria 4. Iuly
1664. circà principium coràm Beuilaqua.

Secundò aduerte, quod ſi in gradu reſtitutio-
192 nis in integrum prætendatur ſententiarum
euerſio eo Iuribus examinatis per priores Iudi-
ces, non ex nouis, tunc cum præſumatur pro
ſententijs, non ità de facili conceditur reſtitutio
plenè Bim. conſ. 305. & 306. lib 4.

Tertiò aduertè quod ob rem minimam non
193 conceditur reſtitutio in ſuſpenſiuo, ſed remane-
bit ſaluum ius in Iudicio deuolutiuo *cap. ſciſcitata*
de in Integr. reſt. plenè Bim. conſ. 305. n. 23. & 24.
& num. 29. & 30. lib. 4., Odd. de reſtit. in integr.
p. 1. qu. 43. artic. 2. n. 56., & 57., & artic. 5. n. 69.
& ſeq. & ſignanter n. 77.

Tertiò aduertè, quod licèt minori ſemper con-
194 cedatur reſtitutio, niſi illa expreſsè à lege, vel
ſtatuto denegetur *Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. ca-*
pit. 98. num. 6., tamen ſtatutum hic voluit com-
195 prehendere ſub ſua diſpoſitione etiam minorem
ſub illis verbis • *à quacumque perſona etiam priui-*
legiata - Vndè ipſe minor quoad modum petendę
reſtitutionis ſubiacet dicto ſtatuto, & deducitur
hoc etiam à Rubrica huius ſtatuti, quæ eſt conce-
pta de cauſis reſtitutionis in integrum *etiam Ma-*
iorum, ex qua dictione etiam augumentatiua, &
ampliatiua deducitur Comprænhenſio Minorum.

Quarto notandum, quod reſtitutione in Inte-
196 tegrum ſemel denegata, alia non conceditur
non docto de læſione ex nouis Iuribus, *Marche-*
ſan. de Commiſs. par. 2. §. 1. num. 64. ... 68. fol. 68.

Intellige, quando expreſsè fuit denegata, ſecùs
197 ſi ſolùm tacitè per decretum procedi ad vlte-
riora in executione *Fenzon. hic n. 73. cum duobus*
ſeqq., vt hodie ex noua Reformatione San. Mem.
Innocentij XI. hoc non credo verum, dum non
pronunciatur amplius expreſsè ſuper reſtitutio-
ne, ſed ſolum illa tacitè reijcitur per proceſſum
ad vlteriora ſuper executione rei iudicatæ vt fuit
dictum *infra hic* 200.

Et quando pluries detur reſtitutio ex noua
198 cauſa *vide Federic. de ſen. conſ. 285. Prat., diſcept.*
Forenſ. tom. 4. cap. 44. n. 4. & ſeqq.

Quintò nota quod in gradu reſtitutionis in in-
tegrum etiamſi res non ſit integra & adſit execu-
tio rei iudicatæ, ſi concurrat illius Iniuſtitia po-
199 teſt concedi manutentio, illi, qui poſſeſſionem
amiſit per rem iudicatam etiam exequutam *Poſt.*
de manut. obſeruat. 8. num. 94. & 95., Rota deciſ.
458. & ibi adden. n. 10. coram Gregor., plenè deciſ.
277. & 295. coram Pentinger., & in Romana Cen-
ſus 26. Maij 1664. §. Sed etiam coram Albergato,
eadem 21. Iunij 1677. §. fin. coràm Emerix.

Sextò nota, quod hodie in foro Capitolino,
quando pronunciatur ſuper Competentia Reſti-
tutionis in integrum, vel illius denegatione non
pronunciatur poſitiuè, vt fiebat antiquitus, reſti-
tutionem eſſe concedendam, vel denegandam,
ſed ſi eſt locus reſtitutioni, pronunciatur ſuper
200 meritis, & reuocantur ſententiæ, ſi verò illa
non competit, tunc proceditur ad vlteriora in
executione, ſic diſponente *Reformat. edita ſub*
Sanct. Mem. Innocentio XI. in Rubr. de Capitolio
eiuſque Officialibus §. quarto quod in cauſis impreſs.
poſt Vbert. de Citat. lib. 6. fol. 59., & in hoc Re-
formatio voluit ità practicari, proùt practicatur
in Tribunali A.C., & alijs Tribunalibus Vrbis, &
ſic in Rota practicari ex decifionibus Rotæ rela-
tis probat *Fontanell. deciſ. 115. n. 8.*

Septimò finaliter nota, quod à ſententia pro-
lata ſuper non Competentia reſtitutionis in in-
tegrum aduerſus duas ſententias datur appella-
tio, ex quo talis ſententia non facit numerum
201 cum duabus alijs, ſed dicitur prima in gradu
reſtitutionis in integrum, quæ eſt remedium di-
uerſum, & Iudicium diſſimile *Fontanell. deciſion.*
119. num. 12.

Ego verò in terminis noſtri ſtatuti ſatis dubi-
to de hac opinione attenta noua Reformatione
Innocentiana, de qua ſupra, dum enim in gra-
du reſtitutionis in integrum amplius non pro-
202 nunciatur ſuper ipſa reſtitutione concedenda,
ſeù deneganda, ſed ſolùm ſuper meritis proce-
dendo ad vlteriora in executione, ſi reſtitutioni
non ſit locus, hinc clarè patet, quod cum tali
decreto tanguntur merita primarum ſententia-
rum dum decernitur eſſe procedendum ad vlte-
riora, & ſic non videtur eſſe locus vlteriori ap-
pellationi, ne in infinitum creſcant appellatio-
nes, cui malo voluit occurrere Reformatio, hinc
perſępè in Aſſettamento poſt dictam Reforma-
tionem vidi reiectas appellationes, aliàs inepta
fuiſſet prouiſio facta ad effectum tollendi tot ſen-
tentias ſuper reſtitutionibus concedendis. vel de-
negandis.

Plura alia ſi deſideras de materia reſtrictionis
203 in integrum principaliter, vel incidenter *vide*
Gratian cap. 762. Florez. de Men. var. quæſt. lib. 1.
quæſt. 5., Scacc. de Appellat. q. 19. remed. 2. num. 53.
& ſeq.

Digitized by Google

& ſeq. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 420. & ſeqq. Luc. Pet. in prax. For. Capitol. lib. 7. cap. vnic. de Reſtit. in Integr. per tot. Galganett.. & Fenzon. ad hoc Stat. Vrb lib. 1. cap. 50. Galleſ. de Reſtit. in integr. c. 9. Fontanell. plenè deciſ. 113. cum pluribus deciſ. ſeqq.

De Reconuentione. CAP. LXVII.

SI Reus actorem antè litis conteſtationem, ſeù habitam pro Conteſtata, tam in ordinarijs, quam Summarijs (vbi de iure reconuentio fieri poteſt) reconuenerit, in vtraque cauſa pari paſſu procedatur; & dilationes datæ in vna currant in alia: & vtraque vna, eademque ſententia proùt iuſtum fuerit terminetur.

ARGVMENTVM.

Reconuentio quid ſit, quo tempore, & coram quibus Iudicibus proponatur oſtenditur; quando illa ſimultaneo proceſſu cum cauſa conuentionis terminetur, & quando non. Clericus, quando poſſit nec ne reconueniri coram Iudice ſeculari, plenè examinatur: Referuntur plures caſus, & cauſæ, in quibus reconuentio non procedit, & præcipuè illa non admittitur in cauſis executiuis, Summarijs, Depoſiti, Doris, Spolij, quod declaratur procedere ad effectum ſimultanei proceſſus in dictis cauſis, non autem ad effectum quod illa non debeat admitti, pro proroganda Iuriſdictione Iudicis; & quando cauſa conuentionis priùs terminata poſſit Iudex procedere ad terminationem cauſæ reconuentionis dilucidatur. Et demum enucleatur, quando nec ne cauſa reconuentionis quoad probationes, proceſſus ſtructuram, & alia fruatur priuilegijs cauſæ conuentionis.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentionis materia eſt in foro frequens, & vtilis.*
2 *Reconuentio eſt mutua petitio facta per Reum aduersùs Actorem.*
3 *Sportulæ debentur Iudici in cauſa reconuentionis, ſicut in illa conuentionis.*
4 *Reconuentio expræſſe fieri poteſt vtendo verbo re-*conuentio, *& tacitè faciendo mutuam petitionem.*
5 *Reconuentio de iure, & ex Statuto hic debet proponi antè litem conteſtatam, vel prò conteſtata habitam, & num. 6.*
7 *Concluſio procedit ad effectum ſimultanei proceſſus tam in cauſa conuentionis, quam reconuentionis, & num. 12.*
8 *Secùs ad effectum prorogandæ Iuriſdictionis Iudicis cauſæ Conuentionis, cum tunc poſſit proponi vſque ad ſententiam.*
9 *Idem procedit ex ſtatuto hic.*
10 *Cauſa reconuentionis habet priuilegium prorogationis Iuriſdictionis ſimultanei proceſſus, & adæquationis cauſarum Conuentionis, & reconuentionis.*
11 *Declara, ſi vtraque cauſa poſſit inſimul terminari, & ſit eiuſdem qualitatis, & naturæ, & num. 13., & 16.*
14 *Cauſa Conuentionis ſi eſt executiua, vel ſummaria, & illa reconuentionis ordinaria non poſſunt terminari eadem ſententia.*
17 *Reconuentione excluſa poſt litem conteſtatam, vel terminum à ſtatuto præſcriptum, non cenſetur excluſa compenſatio.*
18 *Reconuentione oppoſita poſt litem conteſtatam, ſi pars non oppoſuerit poterit Iudex ſuper illa pronunciare.*
19 *Reconuentionis cauſa ſi priùs liqueat, quam illa conuentionis poterit Iudex ſuper illa priùs pronunciare, & num. 20.*
21 *Reconuentio poteſt proponi coram quouis Iudice, qui non reperiatur expreſsè prohibitus.*
22 *Poteſt proponi coram Iudice ordinario, ac delegato.*
23 *Intellige quoad delegatum, ſi delegatio ſit obtenta ab Actore, ſecus ſi de conſenſu partium quo ſecundo caſu delegatio debet eſſe etiam ſuper reconuentione, & num. 24.*
25 *Reconuentio non poteſt proponi coram Iudice à Principe delegato motu proprio.*
26 *Nec coram Iudice præcisè delegato ad certam cauſam.*
27 *Reconuentio coram delegato in caſibus prædictis poteſt proponi, ſi accedat facultas Principis.*
28 *Poteſt proponi etiam coràm Iudice Deputato ad certum genus cauſarum, & n. 29. 30. & 31.*
32 *Iudex qui cognoſcit de cauſis vſque ad certam ſummam, poteſt cognoſcere ſuper cauſa reconuentionis maioris ſummæ.*
33 *Reconuentio coram Iudice Mercenariorum campeſtrium Vrbis, pro qua ſumma poſſit proponi, & num. 34. & 35.*
36 *Reconuentionis cauſa non poteſt proponi in cauſa Mercedis non facto priùs mercedis depoſito, & num. 37.*
38 *Reconuentio poteſt proponi coram Iudice prorogato de conſenſu partium ſi illius iuriſdictio potuit prorogari.*
39 *Pariter coram Arbitris in vim ſtatuti electis.*
40 *Fallit ſi eorum facultas ſit reſtricta ad certas differentias.*
41 *Fallit etiam in Arbitris electis de conſenſu Partium, cum tunc eorum Iuriſdictio pendeat ab arbitrio illis à partibus dato.*
42 *Reconuentio coram Arbitris quando poſſit proponi vidè remiſſiuè.*
43 *Reconuentio poteſt proponi coram Iudice appellationis.*
44 *Contrarium eſt verius.*
45 Camill. de Larat. *author contrariæ opinionis, reprobatur, & num. 46. & 47.*
48 *Reconuentio poteſt proponi coram Iudice appellationis ab interlocutoria ante litem conteſtatam, & num. 50. 51.*
49 *Secus ſi appellatio ab interlocutoria ſit poſt litem conte-*

conteſtatam, & num. 50.

52 Reconuentio datur coram Iudice appellationis ſi agatur de appellatione extraiudiciali, & quando ſecus num. 53.

54 Reconuentio Clerici coram Iudice ſeculari fieri poteſt, & num. 55.

56 Clericus recuſans reſpondere coram Iudice ſeculari ſuper cauſa reconuentionis poteſt reijci ſuper Cauſa Conuentionis ab eo propoſitæ.

57 Clericus coram Iudice laico ad effectum prorogandæ Iuriſdictionis, non ſimultanei proceſſus poteſt conueniri vſque ad ſententiam, & n. 61.

58 Etiam ſuper re diuerſa in cauſa conuentionis poteſt Clericus reconueniri coram Iudice Laico.

59 Procedit licèt Clericus renunciaret iudicio Conuentionis coram Indice Laico.

60 Renunciatio iudicio conuentionis poteſt fieri per Clericum antè propoſitam reconuentionem.

62 Clericus non poteſt reconueniri coram Iudice laico poſt terminatam cauſam conuentionis.

63 Nec quando Clericus renunciauit iudicio conuentionis antè propoſitam reconuentionem.

64 Nec reconuentio coram Iudice Laico procedit, ſi ſit ſuper re ſpirituali, vel ſpiritualitati annexa.

65 Nec quando Clericus dolo, & fraude, vel coactè fuit inductus ad agendum coram Iudice Laico.

66 Nec quando Clericus egit nomine ſuæ Eccleſiæ, & reconuenitur nomine proprio, & è contrà, & num. 67.

68 Fallit ſi reconueniretur nomine Eccleſiæ, quando Clericus huius nomine egit.

69 Nec poteſt Clericus reconueniri coram Indice Laico in cauſa criminali, licèt ciuiliter ageretur, & num. 70.

71 Clericus coram Indice Laico non poteſt reconueniri prò honorario ab Aduocato vel Procuratore, cum non ſit reconuentio.

72 Executio realis contrà Clericum condemnatum à Iudice Laico in iudicio reconuentionis, poteſt fieri per Iudicem Laicum, ſecus perſonalis, & num. 75.

73 Contrarium eſt verius, quod Iudex Laicus nec realiter poſſit exequi ſententiam à ſe prolatam contrà Clericum, & num. 74. vbi de praxi, & num. 76.

77 Cauſa Clerici reconuenti coram Iudice ſeculari, quoad deciſoria debet definiri ſecundum leges Canonicas, non ſecundum ſtatuta laicorum, & num. 78.

79 Secus quoad ordinatoria, in quibus ligatur à ſtatuto laicali.

80 Laicus conueniens Clericum coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt ibi reconueniri à Clerico.

81 Clerico minori agenti contrà laicum coram Iudice Seculari deputatur Curator à Iudice Seculari.

82 Reconuentio non admittitur contrà obligationem Cameralem, & cauſam executiuam & n. 83.

84 Fallit ſi vtraque cauſa conuentionis, & reconuentionis, ſit executiua.

85 Cauſa Conuentionis ſi ſit executiua, & illa reconuentionis ſummaria non admittitur reconuentio.

86 Non admittitur aduersùs mulierem repetentem dotem, niſi reconueniatur de adulterio, & num. 87.

88 Nec aduersùs depoſitum illicò reſtituendum.

89 Nec contrà executionem ſchedulæ Pagherò.

90 Reconuentio non admittitur contrà depoſitum ad effectum retardandi illius reſtitutionem, ſecùs quod Actor non teneatur ſtare coram Iudice Conuentionis.

91 Reconuentio in petitorio non admittitur aduersùs Conuentionem motam in poſſeſſorio.

92 Nec quando cauſa Conuentionis eſt ſummaria, & illa reconuentionis ordinaria.

93 Secùs ſi cauſa reconuentionis ſit & ipſa ſummaria.

94 Declara ſi cauſa ſummaria reconuentionis ſit liquida prout illa conuentionis.

95 Reconuentio propria cadit, quando in illa concurrit parilitas proceſſus, & aliarum qualitatum.

96 Reconuentio non admittitur aduersùs ſpoliatum, non facta, priùs reſtitutione rei ablatæ vna cum expenſis.

97 Nec competit Authori laudato vocato ad defendendum Emptorem.

98 Reconuentio quando non habet locum, procedit vt non retardetur proceſſus in cauſa conuentionis, non quod non poſſit proponi ad effectum prorogandæ iuriſdictionis & n. 99. & 100.

101 Conuentio, & reconuentio ſimul petitæ debent ſimul terminari, alias ſententia eſt nulla.

102 Sententia non eſt nulla ſi vtraque cauſa conuentionis, & reconuentionis non fuerit ſimul terminata, ſed appellari debet.

103 Cauſa reconuentionis debet ſimul terminari cum illa conuentionis, ſi hoc fieri poteſt, & cauſæ ſint eiuſdem naturæ.

104 Iudex terminata cauſa conuentionis, à qua fuit appellatum, non impeditur poſteà procedere ad expeditionem cauſæ reconuentionis, & n. 105.

106 Cauſa reconuentionis aſſumit naturam cauſæ conuentionis, & ſi hæc non eſt appellabilis, nec in illa appellari poteſt, & quando ſecus n. 109., 110 & 111.

107 Declara ſi vtraque cauſa ſit executiua, & eiuſdem naturæ, vt eodem ſimultaneo proceſſu tractari, & definiri poſſit ſecus è contra, & nu. 108.

110 Text. in cap. 2. de mutu. petit. declaratur non procedere, quando cauſa conuentionis eſt executiua illa verò reconuentionis ordinaria, & ſeparato proceſſu expedienda & nu. 111.

112 Galganett. hic in verſic. & ideò volens, non dari reconuentionem, quando non poteſt expediri eodem proceſſu reprobatur.

113 Deciſ. 142. num. 3. coram Ceſar. de Graſſis declaratur.

114 Cauſæ reconuentionis gaudet priuilegijs cauſæ conuentionis ſi vtraque ſit eiuſdem natura.

115 Probationes leuiores ſi requirantur in cauſa conuentionis, & pleniores in cauſa reconuentionis debent in vtraque fieri iuxtà naturam cauſæ.

116 Inſtantia perempta in cauſa conuentionis perit etiam in cauſa reconuentionis.

117 In dubio an reconuentio ſit admittenda, reſpondendum eſt prò illius admiſſione.

118 Reconuentio eſt actio, non exceptio, & illam proponens dicitur actor.

119 Reconuentionem tamen proponens reſpectu totius negocij principalis vertentis in iudicio, dicitur Reus, & reconuentio eſt exceptio.

120 Reconuentio eſt ſpecies compenſationis.

121 Contrarium firmatur tanquam verius.

122 Debitor pulſatus prò debito coram certo Iudice non

Digitized by Google

non poterit durante Iudicio actorem conuenire coram alio Iudice,

123 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non conceditur fauore Debitoris Rei conuenti, poſtquam in iudicio fuit pulſatus ad ſoluendum.*

124 *Referuntur Doctores loquentes de materia reconuentionis.*

BReuibus verbis, ſed ſucco plenis Statutum hic
diſponit ſuper materia reconuentionis, quæ
1 cum ſit in foro frequens, vtilis, ac ſcitu digna,
vt notant inter alios Trentacinq. var. reſol lib 2. tit.
de mutu. petit. reſol. 1. nu. 1. Carleual. de Iudic. lib. 1.
tit. 2. diſput. 7. num. 1. tom. 1., Pellegrin. in prax.
Vicar. p. 1. ſect. 1. ſubſect. 6., interſecat. 3. num. 11.,
hinc ſuper hoc ſtatuto, ac etiam ad ſenſum Iu-
ris communis, ad quod Statutum ſe refert, ali-
qua practicabilia hic ponere congruum eſſe
duxi.

Et primò notandum eſt, quod reconuentio
2 nihil aliud eſt, quam mutua petitio facta per
Reum aduersùs Actorem l. cum Papinianus, &
Auth. & conſequenter C. de ſent., & interloc. omn. Iu-
dic., Tondut. de præuent. Iudic. p. 2. cap. 58. num. 1.,
vbi quod reconuentio eſt mutua petitio, etidem probat
Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 13. num. 1., vbi quod
3 propterea Iudici debetur ſalarium ex petitione
facta per viam reconuentionis, ſicut ex petitione
facta per Actorē per viā conuentionis, quæ recō-
uētio poteſt fieri tacitè, & expreſsè; expreſsè vtē-
4 do verbo reconuentio, tacitè faciendo mutuam
petitionem, hoc eſt ſecundam conuentionem nar-
rando factum, ex quo reſultat reconuentio, &
hæc habet eamdem vim, ac ſi eſſet expræſſa Can-
cer. dict. cap. 13. num. 21. Fontanell. deciſ. 342. nu. 7.
& deciſ. 345. n. 8., & 17., Tryſtan. deciſ. Cathalon. 7.
n. 26. & 34. p. 1.

Secundò aduerte, quod reconuentio ex hoc
5 ſtatuto debet proponi antè litem conteſtatam,
vel prò conteſtata habitam, & in hoc ſtatutum
progreditur cum diſpoſitione Iuris Ciuilis ſecun-
dum quod pariter debet proponi antè litem con
6 teſtatam, vel in ipſa litis conteſtatione, vel il-
licò poſt illam Fenzon. hic num. 5. & ſeq. Carleual.
de Iudic. alleg. diſput. 7. num. 4. & 5. Tondut. dict.
cap. 58. nu. 3. Conciol. ad ſtat. Eugubin lib. 2. Rubr.
15. num. 2., Peregrin. deciſ. Patauin. 142. num. 24.,
Tryſtan. deciſ. Cathalon. 47. nu. 6. Rota deciſ. 375.
nu. 21. coram Durano, & in Romana nullitatis cen-
ſuum 21. Februarij 1631 coram Cardinali Hierony-
mo Veroſpio in §. & hæc, verſ. & poſt litis conteſta-
tionem.

Quod intellige verum ad effectum vt procedat
ſimultaneus proceſſus tam in cauſa conuentio-
7 nis, quam reconuentionis, & in vtraque pari
paſſu procedatur, & eadem ſententia poſſit vtra-
que definiri iuxta litteram ſtatuti hic, & de Iu-
re hoc idem probant de Marin. ad Reuert. deciſ.
413. n. 1. Oſaſch. deciſ. 1. num. 11., Maſtrill. deciſ. 41.
n. 1. Giurb. deciſ. 74. n. 3. verſic. non vt ſimultaneo,
Caſtill. deciſ. 19. n. 1. Rot. deciſ. 170. n. 24., & 25.,
& deciſ. 209. n. 8. & infrà p. 6. recen., & in allegata
Romana nullitatis cenſuum §. & hæc verſ. deducebat
enim coram Veroſpio.

At ſi non agatur ad effectum ſimultanei pro-
ceſſus, & vt cauſa tam conuentionis, quam re-
conuentionis vnica ſententia terminetur, ſed ſo-
lum ad effectum prorogandæ iuriſdictionis Iu-
dicis cauſæ conuentionis, & quod non poſſit
recuſari Iudex dictæ conuentionis, coram
8 quo fuit propoſita etiam cauſa reconuentionis
tunc poteſt reconuentio proponi etiam poſt li-
tem conteſtatam vſque ad ſententiam præcipuè
de iure Canonico Petr. Barboſ. in l. qui prior. 29.
num. 28. & infrà ff. de Iudic., alter Barboſ. in cap. 2.
num. 6. de mutu. petit. Cancer. alleg. cap. 13. num. 9.
Tondut. dict. cap. 58. num. 4. & 5.. Carleual. vbi
proximè num. 4., Conciol. dict. Rubr. 15. num. 3. Fen-
zon. hic num. 5. 35. & ſeq. Oſaſch. deciſ. 1. num. 11.
circa finem, Giurb. deciſ. 74. num. 3., vbi plures cu-
mulat iuxtà morem Peregrin. deciſ. 142. n. 20. Fon-
tanell. deciſ. 345. num. 8. verſic. quarto. Tryſtan. deciſ.
Cathalon. 7. num. 39. tom. 1. & facit Rota deciſ. 209.
num. 8. & ſeqq. p. 6. recen.

Et præfata diſtinctio procedit etiam in termi-
nis noſtri ſtatuti hic, nam dum reconuentionem
mandat proponi antè litem conteſtatam de-
bet intelligi de reconuentione propria tractan-
da, ac terminanda ſimultaneo proceſſu, ac ſen-
tentia, vna cum cauſa conuentionis, vbi de Iure
talis reconuentio taliter tractari, ac definiri po-
teſt, vnde quando agitur de reconuentione im-
propria ad effectum ſolùm prorogandi Iuriſdi-
9 ctionem, ſtatutum de hoc non loquitur, & de-
bet procedi cum diſpoſitione Iuris communis,
& cum ſupra firmata diſtinctione, vt tradit Fen-
zon. hic num. 5. & 35.

Vndè licet reconuentio habeat tria priuilegia
10 ſcilicet illud prorogationis Iuriſdictionis, ſi-
multanei proceſſus, & adequationis cauſarum
conuentionis, & reconuentionis, vt poſt Abba-
tem cap. 1. num. 4. Imol. idibem n. 14. de mutu. petit.
Tryſtan. deciſ. Cathalon. 47. nu. 5. tom. 2., nihilomi-
nus hoc intelligitur, & procedit ſi cauſæ tam
conuentionis, quàm reconuentionis ſint eiuſdem
11 qualitatis, & eodem tempore poſſint termi-
nari, alias ſecus Tryſtan. dict. deciſ. 47. num. 6. &
ſeqq.

Nam quod in cauſa conuentionis, & recon-
uentionis debeat eſſe ſimultaneus proceſſus, de-
beant probationes eodem tempore recipi, & vtra-
12 que Cauſa vnica ſententia terminari, vt innuit
noſtrum ſtatutum, & idem ſit de Iure Cancer. var.
reſol. alleg. cap. 13. num. 9 & ſeq., Peregrin. deciſ. Pa-
tauin. 142. n. 9. Giurb. deciſ. 2. & 3. per tot. Caſtill.
deciſ. Sicul. 19., latè Rota deciſ. 639. à num. 3. p. 1.
recen., procedit in terminis huius ſtatuti, ac iu-
ris communis, quoties cauſa reconuentionis ſit
eiuſdem naturæ, & qualitatis, vt poſſit ſimul cum
cauſa conuentionis eodem proceſſu tractari, ac
eadem ſententia definiri, secùs ſi cauſa conuen-
tionis ſit executiua, vel ſummaria, & contineat
13 ſummam certam, & liquidam reſultantem ex
Inſtrumento, vel confeſſione partis, vel alia pro-
batione clara, & cauſa reconuentionis ſit ordina-
ria, requirat probationes, per teſtes, & ſit altio-
ris indaginis plenè Barboſa in dicta l. qui prior 29.
num. 34. & ſeq. ff. de Iudic., Decian. reſponſ. 98. lib. 2.
Cammill. de Larat. conſ. 21. num. 5. & 6., Giurb.
deciſ. 3. n. 3., & deciſ. 74. num. 5., & infrà, plenè
ac benè Tryſtan. deciſ. 47. num. 7. & ſeq. Rot. deciſ.
209. num. 9. ad 11. par. 6 recen.

Quando verò cauſa Conuentionis eſt executi-
ua, vel Summaria, ac creditum in illa conten-

tum eſt clarum, & liquidum, & illa reconuen-
tionis eſt ordinaria, & continet creditum, &
14 actionem turbidã,& altioris indaginis,tunc talis
reconuentio eſt impropria, & ſolum ſuffragatur
ad prorogandam Iuriſdictionem eiuſdem Iudi-
cis, coram quo pendet cauſa conuentionis *Fon-
tanell.deciſ. 344.num.19., & ſeq. Tryſtan. deciſ.7.
num.25.verſic.hoc tamen, & plenè idem deciſ. 47.
num.9. & ſeq. latè Giurb. deciſ. 74. per tot., & ſi-
gnanter n.8. & 9.* non autem ad hoc vt poſſit eo-
dem proceſſu, ac ſententia terminari vna cum
conuentione, cum hoc ſolum procedat in recon-
15 uentione propria, & eiuſdem naturæ cum cauſa
conuentionis, & ità procedunt *text.in c. 1., & 2.
de mut.petit., plenè Palm.nepos allegat. 12.n.23., &
probant cæteri ſuprà relati.*

Dum enim Iudici prius liquet de cauſa con-
uentionis, quam reconuentionis poteſt tunc ferre
16 ſententiam ſuper conuentione omiſſa recon-
uentione *Tondut. alleg. cap.58. num 6., & 7. Rot.
deciſ.44. n.12. coram Martin. Andr.*

Aduerte tamen, quod ſi cauſa reconuentionis
non fuerit à reo propoſita antè litem conteſtatam
de Iure, & ex hoc ſtatuto, vel in tempore ab alijs
ſtatutis locorum præfixo, adhuc ſi reus ſit credi-
tor liquidus Actoris poterit deducere per viam
compenſationis ſuum creditum, & obtinere, nam
17 excluſa per ſtatutum reconuentione non cenſetur
excluſa compenſatio, cum illa propriè ſit actio,
hæc exceptio *Cancer. alleg. cap.13. n.9.*

Etſi poſt litem conteſtatam fuerit propoſita re-
conuentio, & ſuper ea admiſſæ fuerint probatio-
18 nes parte non contradicente, tunc poteſt Iudex
ſuper ea iudicare, licèt propoſita poſt tempus à
ſtatuto præfixum *Cancer. alleg. cap. 13. n. 20., &
21. de Franch. deciſ 376.*

E contra autem ſi cauſa reconuentionis ſit præ-
iudicialis cauſæ conuentionis, & ſit liquida, non
19 ſic illa conuentionis, poterit Iudex priùs expe-
dire cauſam reconuentionis *Azeued. ad leg. Reco-
pill. lib.4. tit.5. leg.1. n.62. tom.2.*, vt ſi Admini-
ſtrator petat ſalarium, & reconueniatur ſuper
redditione rationis adminiſtrationis, quoties
exactor oſtendat clarè generalem quietantiam, ac
ſolidationem computorum poterit Iudex ferre
20 ſententiam abſolutoriam fauore Adminiſtratoris
ſuper legitima adminiſtrationis redditione, an-
tequam pronunciet ſuper ſalario contento in
cauſa conuentionis *plenè Rota deciſ. 220. part. 8,
recent.*

Nunc breuiter videndum, coram quibus Iudi-
21 cibus reconuentio proponi poſſit, & dic quod
poteſt proponi coram quocumque Iudice, qui
expreſsè prohibitus non reperiatur *per regul. tex.
in l. cum Papinianus C. de ſentent., & interloc. omn.
Iudic. Azeued. alleg. leg.1. num.63.*, & tam ordi-
22 nario, quàm delegato *ad text. in cap.1., & 2. de
mutu petit.*, & ibi Canoniſtæ, & ſignanter *Barboſ.
in dict. cap.2. n.5. Honded. conſ.21. num. 4., & 16.
lib.1. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap.44. num.77.
par.1. Viu. deciſ.128.n.1, par.1. Peregrin. dec.142.
n.22. Rota deciſ.39. par.2. recen.*

Declara quoad delegatum, hoc procedere ſi
23 delegatio fuerit obtenta ab Actoro, ſecùs ſi de
conſenſu partium *Honded. dict. conſ.21.n.16. lib.1.
de Ponte conſ. 5. nu. 36. lib. 2. Trentacinq. allegat.
reſol.1. de mutu. petit. num.46., & 47. Cancer. dict.
cap.13. n.49. Scialoy. de for. competen. cap.13. n.5.
verſic. ſecus ſi ipſe Iudex. Tondut. de præuent. dict.
cap.58. n. 13. §. in hac quæſtione, verſic. ſi autem
Iudex*, vbi teſtatur de communi, & veriori opi-
nione *Anſald de iuriſdict. par. 3. tit. vnic. cap. 9.
num.66. ad 69.*, vbi de ratione *Peregrin. deciſ.142.
n.22. verſic. in delegatis.*

Quo circa ſi delegatio fuerit obtenta de con-
ſenſu partium, debet reus curare, quod in reſcri-
pto, delegationis fiat etiam mentio de intereſſe,
ſuper quo prætenditur reconuentio contra Acto-
24 rem, etſi hoc non fecerit à principio, poterit ex
poſt ante litis conteſtationem, vel in illa obtine-
re à Principe, vt eidem Iudici delegato reſcriba-
tur cum facultate procedendi etiam ſuper arti-
culo reconuentionis *Galganett. ad hoc ſtat. verſic.
commiſſa cauſa, Tondut. dict. cap. 58. n. 13. verſic.
& ideò cautela Rot. deciſ.2. alias 598. de mutu.petit.
in antiqu.*

Non poteſt tamen reconuentio proponi co-
25 ram Iudice Delegato à Principe eius motu pro-
prio *Petr. Barboſ. in l. qui prior. 29. n. 50. ff. de
Iudic. Anſald. de Iuriſdict. par. 3. tit. vnic. cap. 9.
n. 70. Scialoy. de for. competen. cap. 13. n.5. verſic.
dicit quod reconuentio, Tondut. dict. n.13. verſic. ſi
autem.*

26 Si verò Iudex ſit delegatus præciſè ad certam
cauſam tantum, tunc ſi cauſa reconuentionis,
ſit ſeparata, hoc caſu non poterit fieri coram eo
reconuentio etiam de conſenſu partium *Scialoy.
dict. cap. 13., d. n.5. verſic. ſed tunc.*

At in caſibus prædictis licèt reus non poſſit
coram Iudice delegato proponere reconuentio-
27 nem, nihilominùs poterit adire Principem, qui
det facultates eidem Delegato etiam ſuper arti-
culo reconuentionis *Rot. allegat. deciſ. 2. de mutu.
petit. in antiq.*

Poteſt pariter reconuentio proponi coram Iu-
dicibus deputatis ad certum genus cauſarum
28 puta coram Iudicibus Mercatorum, etiamſi re-
conuentio fiat extra cauſam mercaturæ, vt pro
mutuo, fideiuſſione, & ſimilibus *Surd. conſ.392.
num.32. verſic. vbi infert. lib.3. Coſt. remed. ſubſid.
120. n.2. verſic. aliud ponitur exemplum, Schradrer.
de feud. par.10. ſect.6. nu 236. tom.2. Trentacinq.
alleg. reſol.1. n. 5.* vbi ex *Maranta* teſtatur de ve-
riori opinione.

Vndè coram Paribus Curiæ Iudicibus feuda-
29 lium cauſarum poteſt proponi reconuentio
etiam ſuper cauſa non feudali (quicquid in con-
30 trarium teneant *Myſinger. ſingular. obſer. centur.4.
obſeru. 90. per tot., & Roſenthal. de feud. cap. 12.
concluſ.5. n.34.*) firmant *Soccin. ſen. conſ.41. nu. 9.
lib.1. Gaill. obſer. 1. n. 57. lib. 1. Trentacinq. dict.
reſol.1. n.57. Cancer. cap.13. n. 65., & ſeq. Schra-
drer. de feud. par. 10. ſect.6. n. 237. tom. 2. Scialoy.
de for. compet. dict. cap.13. n. 10.*, quæ opinio vti
verior videtur retinenda ob rationes conſidera-
tas à *dicto Cancer.*

Hinc alias dicebam, dum eram Iudex paupe-
rum mercenariorum Campeſtrium Almæ Vrbis,
eiuſque diſtrictus, quod licèt facultates tali iu-
dicaturæ attributæ per litteras Apoſtolicas in for-
ma Breuis ſint reſtrictæ ad cauſas mercedis cam-
peſtris, non excedentes in valore ſcuta quinque
monetæ pro quolibet mercenario, nihilominùs
poſſe coram tali Iudice proponi reconuentionem

contra

31 contra mercenarium Actorem, nam licèt eius Iuriſdictio ſit coarctata, & limitata ad dictas cauſas mercedum campeſtrium, non ob hoc impediebatur eius Iuriſdictio in cognitione cauſarum ſuper reconuentione ex benè firmatis *per Soccin. ſen. conſ. 43. n. 8. lib. 1.* vbi adducit optimas rationes, *Surd. conſ. 396. n. 32. verſic. & In hac ratione lib. 3. Scialoy. de for. competen. allegat. cap. 13. n. 9.*, vbi quod hæc eſt vera opinio, & ſic paſſim practicaui, dum per aliquos annos dictæ Iudicaturæ præfui.

Et licèt Iudex habeat Iuriſdictionem limitatam cognoſcendi cauſas ſolùm vſque ad certam ſummam, & non vltrà, nihilominùs poterit co-
32 gnoſcere cauſas reconuentionis etiam maioris ſummæ, ex quo lex in tali Iudice prorogat Iuriſdictionem in cauſa reconuentionis maioris ſummæ *ad l. ſi idem cum eodem §. quod ſi mutuæ ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Scial. de for. competen. cap. 13. n. 7. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 1. Rubr. 11. n. 8.*

In Iudice tamen præfato mercenariorum, cum eius Iuriſdictio ſit reſtricta ad ſola ſcuta quinque, ex quo manu regia extraiudicialiter, & nihil ponendo in ſcriptis, & non vtendo opera Notarij procedit, hinc etiam in cauſa reconuen-
33 tionis vltrà dictam ſummam ſcutorum quinque non poterit procedere, ex eo motiuo, quia cum coram ipſo non fiant proceſſus cauſarum, ſed extraiudicialiter procedatur, non poſſunt propterea cauſæ maioris valoris ex forma Breuis ei conceſſi ab eo cognoſci, ſed omninò debet illas remittere ad Tribunal Gubernatoris Vrbis.

Non obſtat, quod neque quoad ſummam ſcutorum quinque poſſit coram dicto Iudice Mercenariorum proponi reconuentio, aduersùs Mercenarium Actorem petentem mercedem, cum hæc petatur ſummariè, executiuè, ac manu regia, ex eodem Breui, quibus priuilegijs non pollet
34 cauſa reconuentionis, cum enim ex dictis coram dicto Iudice poſſit reproponi reconuentio ſolùm quoad cauſas ſcuta quinque non excedentes, & cauſæ quæcumque, & cuiuſuis qualitatis quoad ſummam ſcutorum quinque in Alma Vrbe cognoſcantur pariter ſummariè, executiuè, ac manu regia, partibus tantùm oretenùs audi-
35 tis, ac nihil ponendo in ſcriptis ex diſpoſitione *Reformat. Pauli V. eius conſtit. 71. Rubr. de Iudicib. in cauſis Ciuil. §. expediant cauſas*, hinc benè poteſt ſtatim parilitate proceſſus, & decreto eodem terminari cauſa mercedis deducta in conuentione, ac ſimul illa reconuentionis eadem manu regia, ac ſummariè decidenda, & ſic cauſæ executiuæ mercedis nullum paratur præiudicium per cauſam reconuentionis, ſimilis naturæ *ex conſtit. Pauli V.*

Hoc tamen benè animaduerſo, quod licèt vtraque cauſa tam conuentionis ſuper mercede campeſtri, quam alia reconuentionis ſit ſummaria, & executiua, & ſine ſcriptis cognoſcenda,
36 & decidenda, nihilominùs ſuper reconuentione non debet audiri reus conuentus pro mercede, niſi priùs facto illius depoſito, & poſt depoſitum illicò oretenùs auditis partibus, tam ſuper articulo mercedis contentæ in conuentione, quam ſuper illo reconuentionis, Iudex quod iuſtum fuerit, iudicabit, ſi enim reus non fouet bonum Ius in reconuentione ſtatim conſignabitur depoſi-
37 tum Mercedis Actori, & è contrà ſi reus in Iudicio reconuentionis obtinebit, eidem fiet reſtitutio depoſiti, & ita ſæpiſſimè in praxi habui, dum munus dictæ Iudicaturæ, ſubſtinui ſub ſ. m. Innocentio XI.

Reconuentio poteſt proponi etiam coram Iudice prorogato de conſenſu partium, quoties
38 agatur de Iudice, cuius Iuriſdictio prorogari poſſit, ſecùs è contrà bene *Peregrin. deciſ. 142. n. 14., & infra, Trentacinq. dict. reſol. 1. n. 5. ad 7. Petr. Barboſ. in l. 1. art. 2. n. 69., & ſeqq. de Iudic.* quos videas.

Pariter coram Arbitris Iuris, & electis coactè
39 ex forma ſtatuti mandantis cauſas in Arbitros compromitti *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 44. n. 88. Trentacinq. dict. reſol. 1. n. 51., & ſeq. Cancer. cap. 13. n. 46. par. 2. Scial. cap. 11. n. 62. verſic. ſecùs ſi cauſa, Manſ. conſult. 161. n. 12., & 13. Peregrin. deciſ. Patauin. 142. n. 23. verſic. limita in arbitris.*

Si tamen arbitris Iuris fuerit reſtricta facultas
40 iudicandi circa certas differentias tantùm, tunc nec etiam coram illis poterit proponi reconuentio *Cancer. alleg. cap. 13. num. 36., & ſeqq. Manſ. conſult. 161. n. 37.*

Nec reconuentio habebit locum coram Arbitris non coactè in vim ſtatuti, ſed voluntariè de
41 conſenſu partium electis etiam cum ampliſſimis facultatibus *cap. cum dilectus de arbitr. Cephal. conſ. 778. n. 90. lib. 5. Cancer. dict. cap. 13. nu. 45. Andreol. contron. 432. num. 9. Graſſ. de effectibus Cleric. effect. 1. n. 779., & ſeq. Scial. d. c. 11. n. 62., & cap. 13. n. 6. Tondut. de præuent. par. 2. cap. 58. num. 13. verſi. & ex prædictis Peregrin. deciſ. 142. n. 23.*, eo quia tali caſu Arbitri nihil poſſunt vltrà facultates, ac arbitrium eis à partibus datum *cap. cum dilectus de arbitr. Cancer. dict. n. 45.*

Super quo puncto, quando nec ne coram Ar-
42 bitris poſſit proponi reconuentio, vide apud *Petr. Barboſ. in l. 1. artic. 1. num. 62., & ſeq ff. de Iudic. Scacc. de ſenten., & re iudic. gloſ. 7. quæſt. 4. Special. 3. n. 40., & ſeqq.*

An autem reconuentio poſſit proponi coram
43 Iudice appellationis *Cammill. de Larat. conſ. 92. per tot.* latè concludit quod ſic.

At contrarium tenent alij, quod videtur tan-
44 quam verius tenendum, ex quo Iudex appellationis non poteſt pronunciare niſi ſuper his, ſuper quibus iudicauit Iudex primæ Inſtantiæ, & ſuper quibus lis fuit conteſtata *Innocent. in cap. 1. de mut. petit. Petr. Barboſ. in l. qui prior 29. n. 49. ff. de Iudic. Honded. conſ. 21. n. 14. lib. 1. Carpan. cap. 44. n. 107., & 108. Coſt. remed. ſubſid. 120. n. 28. Carleual. de Iudic. allegat. diſput. 7. num. 8. Cancer. cap. 13. n. 61., & infra, Scialoy. dict. cap. 13. n. 23. Tondut. alleg. cap. 58. n. 8., & 9. Andreol. contron. 432. n. 10. Conciol. ad ſtat. Eugubin. lib. 2. Rub. 15. n. 9. Barz. deciſ. Bonon. 106. num. 14. Mut. deciſ. 12. n. 20., & 21. Caſtill. deciſ. 31. n. 1. Maſtrill. deciſ. 136. per tot. Peregrin. deciſ. 142. n. 8. vbi plenè Fontanell. deciſ. 145. n. 19. Rota deciſ. 1. alias 61. de mut. petit. in antiq., & in Romana nullitatis cenſuum 21. Februarij 1631. §. & hac in fine, vbi adducitur ratio coram Cardinali Hieronymo Veroſpio.*

Nec curandum de authoritate *Cammilli de La-*
45 *rat. in alleg. conſ. 92.* cum contra ipſum ſtent tot Doctores grauiſſimi, ac plura Tribunalium Iudicata,

dicata. & malè *idem de Larat.* nititur euertere
ſolida fundamenta, ac viuas rationes, quæ fa-
ciunt contra ipſum, & eiuſdem opinio poteſt
ſaluari, quia in ſuo caſu coram Iudicibus appel-
lationis petebatur ſolum executio rei iudicatæ,
implorando officium Iudicis, ob quod datur re-
conuentio, quæ concluſio eſt vera, ſed non eſt
46 verum, quod contra executionem ſententiæ de-
beat admitti reconuentio, *vt per Merlin. Pigna-
tell. contron. forenſ. centur. 2. cap. 23. num. 25.* vbi
quod contrarium nulla lege, & authoritate repe-
titur firmatum.

Quinimmò aſſertum firmatum à *Larath.* eſt con-
trà ſubſtantialem naturam reconuentionis, cum
47 hæc non poſſit proponi finito iudicio conuentio-
nis, dum illa ſupponit petitionem cui debeat ad-
herere, qua terminata non eſt agendum de recon-
uentione *Alba. conſ. 785. n. 4.*

At poteſt reconuentio proponi coram Iudice
appellationis, quando appellatio fuit interpoſita
48 ab interlocutoria, & antè litem conteſtatam
*Natt. conſ. 155. n. 4. Honded. conſ. 21. n. 6. ad 8.
lib. 1. Cancer. dict. cap. 13. num. 60. verſic. ſi tamen
& n. 62., Scial. alleg. cap. 13. n. 23. verſic. intellige
quando, Peregrin. deciſ. 142. n. 18., Maſtrill. deciſ.
136. n. 7. & ſeq.*

Secùs, ſi appellatio ab interlocutoria fuit pro-
49 poſita poſt litem conteſtatam tunc enim ſtat fir-
ma principalis concluſio ſuprà firmata, quod
reconuentio non poſſit deduci, & cognoſci coram
Iudice appellationis *Honded. dict. conſ. 21. n. 15.,
vbi de ratione Maſtrill. deciſ. 136. n. 7.*

Et quamuis *Natt. conſ. 155. nu. 4. & poſt eum*
50 *Tondut. dict. cap. 58. n. 9.* firment, quod poſſit
in gradu appellationis proponi reconuentio quo-
ties Actor, & Reus ſint eiuſdem fori, attamen
illorum dictum debet intelligi, quando fuiſſet
appellatum ab interlocutoria antè litem conte-
ſtatam, ſecùs ſi poſt, vt præcisè *declarat Maſtrill.
deciſ. 136. n. 7.*

Aduertè tamen, quod ſi Iudex appellationis
confirmat interlocutoriam, à qua fuit appellatum
antè litem conteſtatam, hoc caſu non habet lo-
cum coram eo reconuentio, ex quo cauſa recon-
uentionis redit ad Iudicem à quo, ſi verò Iudex
appellationis reuocauit dictam interlocutoriam,
cum tunc totum negocium principale ſit deuolu-
51 tum ad ipſum Iudicem appellationis, hinc ha-
betur pro Iudice primæ inſtantiæ, & propterea
cum agatur ante litem conteſtatam habet locum
coram eo reconuentio *Cancer. dict. cap. 13. n. 62.
verſic. ſi autem Peregrin. deciſ. 142. n. 18.*

Si verò agatur de appellatione extraiudiciali,
52 cum tunc Iudex appellationis adeatur princi-
paliter, coram eo habebit locum reconuentio
*Cancer. dict. cap. 13. n. 63. Peregrin. alleg. nu. 18.
in fine.*

Quando tamen Iudex fuit aditus non in for-
ma Iudicij, ſed extraiudicialiter pro habenda
familia, pro donationis inſinuatione, & ſimili-
53 bus, tunc coram eo licèt alias competente non
habebit locum reconuentio, *Soccin. Sen. conſ.
167. n. 26. lib. 2., de Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap.
179. num. 5., qui dicit hoc eſſe extrà controuerſiam
Franch. deciſ. 193. n. 11.*

Reconuentio autem Clerici coram Iudice Se-
culari an habeat locum, quando priùs ipſe Cle-
ricus conuenit laicum coram eo, affirmatiua
54 opinio eſt tenenda tanquam verior & praxi vni-
uerſalis omnium Tribunalium recepta, quam ori-
ginaliter tenuit *gloſ. in cap. 1. verſic. ſuperfluis de
mut. petit., Alb. conſ. 785. n. 1., vbi teſtatur de
magis communi opinione Surd. conſ. 222. n. 19. lib. 2.,
& conſ. 392. n. 32. lib. 3. Carpan. dict. cap. 44. n. 94.
Coſt. remed. 120. n. 4., Cancer. cap. 13. nu. 54. &
ſeq. Tondut. cap. 58. n. 12. & 13., Bellett. diſquiſit.
Cleric. par. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 3. n. 1. &
ſeq., Mart. de Iuriſd. par. 4. centur. 2. cap. 107.,
Petr. Barboſ. in l. qui prior 29. n. 82. & ſeq. ff. de
Iudic. Vin. deciſ. 49. n. 4. Thor. Vot. 99. n. 19. tom. 1.,
Pilsia deciſ. Pontific. lib. 1. deciſ. 11. n. 73., Fonta-
nell. deciſ. 334. n. 10. & 11., & deciſ. 335. num. 4.,*
qui ſubdit quod licèt hoc nullo iure expreſsè pro-
55 betur, tamen communi traditione, & generali
conſuetudine omnium Tribunalium receptum
eſt, quod Clericus reconueniatur coram Iudice
laico, & quod ineptiſſimum eſt hoc ponere in
controuerſiam *plenè Peregrin. deciſ. 142. num. 12. &
13., vbi de rationibus, Triſtan. deciſ. Cathalon. 7. n.
29. & 31.*

Quod adeò procedit, vt Clericus licitè recon-
56 uentus coram Iudice laico ſi nollet coram eo re-
ſpondere in iudicio reconuentionis, poſſet Iudex
laicus eidem Clerico denegare audientiam in
cauſa conuentionis *Franch. deciſ. 193. n. 15. & 16.*

Et talis Reconuentio Clerici coram Iudice
laico poteſt fieri etiam vſque ad ſententiam, non
ad finem ſimultanei proceſſus, cum cauſa conuen-
57 tionis, ſed ſolùm, ad hoc vt Clericus teneatur
ſtare coram Iudice laico, quem ritè elegit in ſua
cauſa, quam habet contrà laicum *Coſt. remed.
120. n. 21. Franch. deciſ. 276. n. 1. & 2. Fontanell.
deciſ. 345. n. 8., Tryſtan. deciſ. 7. n. 9.*

Habetque locum dicta reconuentio Clerici co-
58 ram Iudice laico, etiamſi agatur de re diuerſa,
& nullam habente connexitatem cum cauſa con-
uentionis mota à Clerico *Viu. deciſ. 49. n. 5., Fon-
tanell. deciſ. 319. num. 10. verſic. magna limitatio*,
vbi dicit, hanc opinionem eſſe apud ipſos rece-
ptam.

Proceditque pariter Concluſio etiamſi Cleri-
cus iudicio moto contrà laicum ſuper conuentio-
ne coram Iudice laico renunciaret, nam in præ-
59 iudicium reconuentionis contrà ipſum propoſi-
tæ talem renunciationem facere nequit *Petr. Bar-
boſ. in l. qui prior. 29. n. 92. ff. de Iudic., alter Bar-
boſ. in cap. 2. n. 11. de mut. petit Coſt. dict. remed.
120. n. 23. Tondut. alleg. cap. 58. nu. 13., Carpan.
dict. cap. 44. n. 95., Scacc. de Iudic. par. 2. capit. 11.
n. 37. Afflict. & ibi Vrſill. deciſ. 173. vterque n. 4.
& 5., Franch. deciſ. 193. nu. 13., Peregrin. deciſ.
142. n. 13. Fontanell. deciſ. 344. nu. 21., Tryſtan.
deciſ. 7. n. 31. p1.*

Hanc Concluſionem declara, ſi Clericus vellet
iudicio conuentionis renunciare poſt propoſitam
reconuentionem, ſecùs ſi fiat renunciatio priuſ-
60 quam hæc fuerit allegata *Coſt. ibidem nu. 24. Can-
cer. var. reſol. par. 2. cap. 13. n. 38. & 39., Tondut.
cap. 58. num. 23. verſic. ſed dubitare poteſt Marcian.
diſput. 73. n. 3. lib. 2. Franch. deciſ. 349. nu. 3. vbi
teſtatur ſic deciſum, & Carol. Ant. de Luc. in obſer.
ad deciſ. Franch. 349. n. 1. & 2. Palm. Nepoſ. alle-
gat. 301. n. 17. & alleg. 303. n. 30. & 31.*

Amplia quod talis reconuentio Clerici coram
Iudi-

Indice laico habeat locum, etiamſi agatur iu iudicio ſummarijſſimo manutentionis, & laicus Clericum reconueniat in iudicio peritorio, non tamen ad eff:ctum retardandi terminationem
61 poſſeſſorij ſummarijſſimi, & cumulandi petitorium cum poſſeſſorio, ſed ſolum ad effectum prorogaudi Iuriſdictionem Iudicis laici contrà Clericum agentem poſſeſſorio, ſi tamen reconuentio proponatur antè terminationem poſſeſſorij, hoc namque terminato, non poteſt laicus ampliùs proponere reconuentionem, ſed actionem ex integro, cum reconuentio ſupponat exiſteutiam Iudicij conuentionis *Vin. deciſ. 49. n. 4., plenè Fontanell. deciſ. 330. n.14. & deciſ. 345. per tot., Franch. deciſ.193., qui Franch., & Fontauell. dicunt, tex. in cap. fin. de Indic.* ex quo contrarium videtur elici; loqui ſi reconuentio in petitorio proponatur poſt terminatum iudicium poſſeſſorium, *& plenè Tryſtan. deciſ.7. & ſignanter n.41. & 42., vbi dicit hanc Concluſionem eſſe in foro certam, & refert deciſionem ſui Senatus*.

At in pluribus caſibus Clericus non poteſt reconueniri coram Iudice laico, & primo, quando reconuentio proponitur poſt terminatam cauſam
62 conuentionis, cum hoc caſu non poſſint intrare termini reconuentionis, ex quo hæc ex ſæpè dictis ſupponat conuentionem præexiſtentem *Alb. conſ.785. n.4., Barboſ. in dict. cap.2. nu. 13. in fine de mut. petit., Graſs. de effect. Cleric. effect.1.num. 784., Franch. deciſ.193. n.9.*

Secundo non habet locum ex firmatis, ſi Cleri-
63 cus renunciauerit iudicio conuentionis antè propoſitum contrà ipſum reconuentionis Iudicium *Cancer. dict. cap. 13. nu. 38. & 39. & probant alij ſupra allegati n.60.*

Tertio uou habet locum ſi reconuentio ſit ſu-
64 per re ſpirituali, vel ſpiritualitati annexa, cum tunc Iudex laicus ſit omninò incompetens, etiam in cauſa reconuentionis *Barboſ. in dict. l. qui prior n.90. & 91. ff. de Iudic., Myſinger. obſer. Forenſ. centur.2. cap.67. n.6. verſic. vbi limitat Coſt remed. 120. n. 5. Cancer. n.58., Tondut. cap.58. n.11. Fontauell. deciſ.319. n.4. ad 8.*

Quartò nec poteſt Clericus reconueniri coram
65 Iudice laico, quando coactè vel per machinationes, & fraudem fuiſſet ductus ad agendum corâm Iudice laico *Barboſ. in alleg. l. qui prior. n. 49. & ſeq. ff. de Iudic., & alter Barboſ. in cap. 2. in fine de mut. petit., Myſinger. allegat. obſeru. 67. n.6. Coſt. remed. 520. n.5. de Marin. alleg. cap.179. num. 7. & infrà*, qui benè tradit quando dicatur coactè, vel per fraudem ductus ad agendum coram Iudice laico.

Quintò non habet locum reconuentio Clerici,
66 quando hic egit nomine ſuæ Eccleſiæ, & reconueniretur nomine proprio, vel è contrà, ſi ageret nomine proprio, & reconueniretur nomine Eccleſiæ *Caſt. ibidem n.30., Bellet. dict. §. 3. n. 1. in fine*; hinc Tutor etiam proponens actionem ex propria perſona, non poteſt reconueniri tanquam
67 tutor, ac nomine alterius *Cancer. dict. cap.13. n. 22. & ſeq. Rota Lucen. apud Palm. Nepot. allegat. 12. n. fin.*

Si tamen Clericus iudicium conuentionis in-
68 tentaret nomine Eccleſiæ, & tanquam illius Prælatus, & tali nomine fieret contrà illum reconuentio, tunc ſuper hac Iudex laicus ritè procederet, *plenè Fontauell. deciſ. 335. n.6. & ſeq., qui hoc probat per optimas rationes*.

Sextò non poteſt Clericus reconueniri coram
69 Iudice laico in cauſa Criminali licèt ciuiliter ageretur *Cancer. dict. cap. 13. nu. 60. Tondut. cap. 58. n. 10., Borell. in ſumma deciſ. tit.7. n.84. par.1.*, quod procedit ſiue Clericus agat ciuiliter, ſiuè
70 criminaliter, & reconueniatur ciuiliter *Tondut. dict. n.10. verſ. & procedit*.

Aduertè tamen, quod Clericus coram Iudice laico non poteſt reconueniri à Procuratore, vel
71 Aduocato pro honorario ipſis debito pro patrocinio præſtito in cauſa corâm Iudice laico agitata, quia hæc non eſt reconuentio, dum præſupponit conuentionem, quam Clericus contrà Procuratorem, vel Aduocatum non propoſuit coram Iudice laico *benè de Mariu. quotid. reſolut. lib.2. cap. 52. per tot., & facit idem cap. 179. n.2. & infrà eodem lib.2., & ſequitur Pilaia deciſ. Pontific. lib.2. deciſ.11. n.72.*

Quando tamen eſt locus reconuentioni Clerici coram Iudice laico, ſi ab hoc condemnetur, executio ſententiæ realis, & in bonis temporali-
72 bus ipſius Clerici poteſt fieri ab ipſo Iudice laico, non tamen executio perſonalis iuxtà opinionem *Carpan. cap.44. n.98. & ſeq., Coſt. d. remed. 120. n.20., Bellet. alleg. cap. 3. in fine, Barboſ in l. qui prior 29. n.98. ad 100. ff. de Iudic. Vrſill. ad ad Afflict. deciſ. 173. in fine, qui omnes*, & plures alij ab his relati tenent, Iudicem laicum quoad diſtractionem perſonæ Clerici non eſſe competentem, ſecùs quoad executionem realem.

At quod Iudex laicus ſit ſolum competens in cauſa reconuentionis vſque ad ſententiam, ſed hac prolata debeat pro illius executione nedum per-
73 ſonaliter, ſed etiam realiter facienda, adiri Iudex Eccleſiaſticus, & Epiſcopus loci pro licentia, & exequatur ſententiæ prolatæ, ac mandati relaxati per Iudicem laicum tenent *Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. par. 1. cap.39. §. 2. n.156., Tondut. dict. cap.58. n.23., vbi quod hæc opinio eſt communis, & veriſſima, & quod ità tenendum eſt indiſtinctè, Genuen. in prax. Curiæ Archiepiſc. cap. 112. n. 1. vbi teſtatur de veriori opinione Vin. deciſ. 49. n. 6., vbi quod ità vidit practicari in pluribus locis & cauſis*, & cum hac opinione paſſim vidi Romæ
74 proceſſum dum Clerici vel reconuenti, vel Authores laudati corâm Iudicibus Capitolij, qui ſunt Iudices mere laici & ab his condemnari non patiebantur executionem nec perſonalem, nec realem cum mandatis dictorum Iudicum laicorum, non præcedente licentia Cardinalis Vicarij Vrbis, vel Viceſgerentis, ſeù Locumtenentis Ciuilis eiuſdem Vicarij.

Eſt benè verum, quod *Fontanell. deciſ. 309. &*
75 *310., Barboſ. Tondut., & Vin. vbi proximè* tenent quod poſſit fieri executio realis contrà Clericum etiam per Iudicem laicum, & dictus *Fontanell.* pro hac opinione non leues adducit rationes, & Doctores prædicti allegant authoritates pro eorum opinione, quarum maior pars facit diſtinctionem inter executionem realem, & perſonalem, vt hæc ſemper Iudici laico ſit prohibita contrà Clericum, illa verò permiſſa in Caſibus, in quibus idem Iudex laicus potuit procedere contrà Clericum; nihilominùs cum ſecunda opinio denegans Iudici laico facultatem faciendi

etiam

76 etiam executionem realem ſit magis fauorabilis
OrdiniClericatus, & in praxi ſit certè Romæ re-
cepta, hinc illi libenter adhæreo.
Notandum tamen eſt, quod cauſa reconuen-
77 tionis Clerici propoſita coram Iudice laico quo-
ad deciſoria debet definiri ſecundum leges Cano-
nicas, non autem ſecundum ſtatuta laicorum
Sperell. deciſ 100. n. 37., & ſeq. quod tenè pro
certo etiam in terminis ſtatutorum Vrbis, quæ
73 ſecundum veriorem, ac ſolidiorem opinio-
nem hodie à Rota firmatam non comprehendunt
Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi de illis in
ſtatuto aliquo particulari non fuerint ſpecificè
79 nominati, ſecùs quoad ordinatoria, & modum
procedendi *Rolan. conſ. 48. n.18., & 19. lib. 3.,
Surd. conſ 204. n.14. lib. 2. Io. Ant. ab Eccleſ. ob-
ſer. foren. 1. n.25. part.1.*.
Et aduerte, quod ſicut Clericus poteſt recon-
80 ueniri coram Iudice laico à laico ibi per Cleri-
cum Conuento, ità laicus conueniens Clericum
coram Iudice Eccleſiaſtico poteſt ibidem à Cleri-
co per reconuentionem pulſari *Coſta. dict. remed.
120 n.7. & ſeq.*
Quando autem Clericus minor agit contrà
81 laicum coram Iudice Laico, ſi illi opponatur le-
gitimatio eius perſonæ, tali caſu illi deputatur
Curator à Iudice laico, qui eſt Iudex cauſæ prin-
cipalis *Rot. deciſ. 14. de Iudic. in antiqu. Mart.
de iuriſdict. part.4. Centur.2. Caſ. 110. n. 12.* & ſic
practicaui dum eram Secundus, & poſtea Primus
Collateralis Capitolij.
Reconuentio an admittatur aduersùs obliga
82 tionem Cameralem, dic quod non *Fenzon. hic
n.21., & ſeqq. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib. 2. rubr.
15. n. 15. Zacch de obligat. Camerali q.18. n. 30.
Tondut. dict. cap.58. n. 22.*
Idem dic in quauis cauſa conuentionis exe-
83 cutiua vigore guarentigiæ, vel ex ſtatuto, vel
conſuetudine, vel priuilegio, vel alias quouis
modo *Soccin. ſen. conſ.41. n 6. lib. 1. Crauett. conſ.
826. n.4. Palm. Nepoſ. plenè alleg.11. n.2., & ſeq.
Merlin. Pignatell. controu. forenſ. centur.2. cap.24.,
Scial. de for. competen. cap.13. n.25., Anſald. de
Iuriſd. part. 3. tit. vnic. cap. 9. n. 137., & ſeqq.
Cancer. dict. cap.13. n.40., & infrà, Maſtrill. de-
ciſ.41., n.7. Rot. lucen. apud Palm. Nepot. allegat.
52. n 11. Caſſador. deciſ. vnic. de mut. petit.*
Fallit Concluſio ſi vtraque cauſa tam conuen-
84. tionis, quàm reconuentionis ſit executiua *Car-
leual. de Iudic. alleg. diſput. 7. n. 10. Anſald. al-
legat. cap. 9. n. 141. Chart. deciſ. Ianuen. 3. fere
per tot.*
Si tamen cauſa conuentionis ſit executiua, &
illa reconuentionis ſolùm ſummaria, adhùc non
admittitur reconuentio, licèt creditum in cauſa
85 reconuentionis ſummaria poſſet liquidari intra
terminum cauſæ executiuæ, cum non adſit pari-
tas naturæ inter cauſam executiuam, & ſumma-
riam, ſed valdè differant inter ſe, *Tondut. dict.
cap.58. n.13. §. in hac quæſtione verſic. quod intelli-
gendum, Thor. vot.99. n.30., & 31., Maſtrill. de-
ciſ. 41. n.7. Rota lucen. apud Palm. Nepot. allegat.
12. n.26., & ſeqq. vbi plene, & reijcit Chart. de-
ciſ. Ianuen. 3. n.12., & ipſe Palm. alleg.11. n.11.*
Nec, reconuentio admittitur in cauſa dotis
86 contra Mulierem repetentem dotem *Camill. de
larath. conſ.21. n. 7. ad 11. Palm. Nepoſ. dict. al-*
87 *legat. 11. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 8.
gloſ. vnica cap. 1. n.11.* nisi reconueniatur de adul-
terio *Larath. dict. conſ.21.*
Neque admittitur aduerſus depoſitum, quan-
88 do agitur ad illius repetitionem, quia depoſita-
rius illicò, & incontinenti debet depoſitum reſti-
tuere *Surd. conſ.322. n 8., & 9. lib.3., Scial. alleg.
cap. 13. n. 26. Maſtrill. deciſ. 41. n.5.* & ob hoc,
89 nec admittitur aduerſus pagellas nuncupatas *pa-
gherò* noſtrorum temporum, cum habeant vim
depoſiti, ac celerem executionem ex firmatis per
me plenè ſuper talibus *pagherò in annot. ad ſtatut.
Vrb. lib.1. cap.85.*
Quod intellige procedere ad effectum non re-
90 tardandi reſtitutionem depoſiti, ſecùs ad effe-
ctum, vt actor non teneatur ſtare Iuri coram eo-
dem Iudice in cauſa reconuentionis *Scial. dict.
cap. 13. n 26. verſic. conciliat has opiniones Cancer.
pariter cap.13. n.33.*
91 Pariter non admittitur reconuentio in peti-
torio quando conuentio mota fuit ſuper poſſeſſo-
rio *Honded. conſ. 21. n. 26., & ſeq. lib. 1. Maſtrill.
deciſ.41. n.6., & 8.*
Idem dic ſi cauſa conuentionis ſit ſummaria, &
92 illa reconuentionis ordinaria, & ordinario iu-
dicio tractanda, *Caualcan. deciſ.28. n.12., & in-
frà lib.2. Carthar. deciſ. Ianuen.3. n.9., & 10. Ma-
ſtrill. dict. deciſ 41. n.4. Giurb. deciſ.74. n.5.*
Fallit ſi etiam cauſa reconuentionis ſit ſum-
93 maria *Soccin Iun. conſ.60. n.7. lib.1. Chart. deciſ.3.
n.7. ad 9.* ea ratione, quia tunc adeſt paritas in
vtraque cauſa ſubſtantiali, requiſitum veræ, & pro-
priæ reconuentionis.
Declara hanc fallentiam non procedere ſi adſit
94 illiquiditas in cauſa reconuentionis, & liquida
ſit illa conuentionis, cum tunc non retardetur,
proceſſus in cauſa conuentionis, ac illius expe-
ditio *Chart. deciſ.3. n 9., & 10.*, & confert ad hoc
95 concluſio, quod reconuentio propria aſſumit
naturam cauſæ conuentionis, quando in vtraque
concurrit paritas proceſſus, & probationum ſe-
cùs è contra *Tryſtan. deciſ. Cathal.47. n.7. p.2.*
Nec admittitur reconuentio propoſita à ſpo-
96 liante contra ſpoliatum non facta priùs reſtitu-
tione rei ablatæ fructuum, ac expenſarum *An-
ſald. de Iuriſd. alleg. cap. 9. n. 97., & ſeqq. Scial.
dict. cap.13. n.31., & ſeq.* ſuper quo videantur de-
clararione factæ *per Tondut. alleg. cap.58. n. 16.,
& infrà.*
Prout reconuentionem pro alia cauſa non po-
97 teſt proponere Auctor laudatus ab Emptore ad
illum defendendum, ſed ſi aliquid prętendit de-
bet conuenire emptorem in foro ſuo *Cancer. al-
leg. cap.13. n.72., & ſeq. Scial. dict. cap.13. n.28.*
Quæ autem firmata ſunt de non admittenda
reconuentione in caſibus prędictis poſſeſſorij, viæ
executiuæ, ſummariæ, dotis, ſpolij, depoſiti, &
ſimilium, procedunt vt denegetur admiſſio recon-
uentionis ad effectum ſimultanei proceſſus, &
terminationis vtriuſque cauſæ tam conuentionis
quam reconuentionis eodem tempore, itaut in
98 huiuſmodi cauſſis poſſit Iudex terminare illas
conuentionis abſque illa reconuentionis, non
autem, quod debeat admitti reconuentio ad effe-
ctum prorogandi Iuriſdictionem Iudicis cauſæ
conuentionis, ſed adhunc effectum admitti de-
beat non retardato tamen proceſſu, ac expeditio-
ne

Digitized by Google

ne cauſæ executiuæ, ſummariæ, poſſeſſoriæ, vel
aliàs priuilegiatæ, *vt benè diſtingunt Iacob. Gall.
conſ. 119. n. 8., & ſeq. Cancer. dict. cap. 13. n. 43.
Scial. cap. 13. n. 12., & 25. Barboſ. de Iur. Ecleſ.
vniuerſ. part. 1. cap. 39. §. 2. n. 136., & infrà, Ho-
diern. ad Surd. deciſ. 26. n. 24., & ſeqq., Chart. de-
ciſ. 3. n. 6., & infrà Giurb. deciſ. 74. n. 9. plenè Pal-
ma Nepoſ. allegat. 11. n. 10., & 11., & ibi Rota
Lucen. allegat. 12. n. 21. 24. 29., & infrà, apud
ipſum Palm. Tondut. cap. 58. n. 22. (qui refutat
Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 2. cap. 23.
à n. 7.) Peregrin. deciſ. Patanin. 142. n. 19., & 20.
& magiſtraliter doctiſſimus Fontanell. deciſ. 345. per
tot. Tryſtan. deciſ. 7. n. 25. par. 1., & deciſ. 47. n. 9.
part. 2.*; ſat namque eſt, quod non admittatur
reconuentio in caſibus prędictis cum priuilegio
ſimultanei proceſſus, & terminationis eiuſdem
eodem tempore, quo terminatur cauſa conuen-
tionis, non autem, quod non debeat admitti ad
effectũ prorogandi iuriſdictionem Iudicis cauſæ
99 conuentionis, cũ per hoc non præiudicabatur iu-
dicio conuentionis priuilegiato, cum cauſa con-
uentionis & recõuentionis tali caſu ſit diuidua, &
nihil impedit, quominus ab eodem Iudice pro-
nuncietur priùs ſuper cauſa conuentionis execu-
tiua, ſummaria, liquida, ac aliàs priuilegiata,
& differatur Iudicium ſuper reconuentione non
priuilegiata *Cammill. de Iarath. conſ. 21. n. 14., &
pleniſſimè Palm. Nepoſ. dict. allegat. 11., & ibi
Rota Lucen. alleg. 12. omninò ad materiam viden.,*
100 *Fontanell. deciſ. 345.* qui ex hoc infert, quod in
cauſis executiuis, & ſummarijs poteſt Clericus
reconueniri coram Iudice laico ad effectum pro-
rogandæ Iuriſdictionis, non ad effectum retar-
dandi iudicium conuentionis.

Nec turbat obiectum, quod cauſa conuentionis,
101 & reconuentionis debeat ſimultaneo proceſſu,
ac eadem ſententia terminari, ſi eodem proceſſu
fuerit petita, aliàs ſententia ſit nulla *Barboſ. in
cap. 1. n. 9. de mut. petit., Galganett. hic in prin-
cipio Giurb. deciſ. 2. n. 3. & 4. Peregrin. deciſ. 142.
n. 9., Rota deciſ. 39. num. 3. part. 1. recent.* quia ve-
102 rius eſt, quod ſententia non ſit nulla, ſed ſolum
competat appellatio ob non terminatam vtram-
que cauſam *Fenzon. hic n. 16. Conciol. ad ſtatut.
Engub. lib. 2. Rubr. 15. n. 13., Giurb. deciſ. 2. n. 7.,
& deciſ. 3. n. 10. Peregrin. deciſ. 142. n. 9. verſic.,
quod ſi Iudex.*

Quod maximè procedit, quando de cauſa re-
103 conuentionis non liquet, cum tunc non coga-
tur Iudex ſuper illa pronunciare *Iacob. Gall.
conſ. 119. n. 4. ad 6., Andreol. contr. 188. n. 2. Con-
ciol. dict. n. 13. Rot. deciſ. 142. n. 3. coram Cæſar. de
Graſſ.*, vbi pręciſè tenet debere terminari ſimul
cauſa conuentionis, & reconuentionis, ſi hoc
fieri poteſt, ſcilicèt ſi ſint eiuſdem naturæ.

Quo circa ſi à cauſa conuentionis per Iudicem
terminata, non deciſa ſimul illa reconuentionis
fuerit appellatum, poteſt idem Iudex procedere
104 ad expeditionem cauſæ reconuentionis, non
obſtante appellatione interpoſita à ſententia pro-
lata ſuper cauſa conuentionis priùs terminata
*Fenzon. hic n. 36., Conciol. n. 13. Coſt. remed. ſub-
ſid. 120; n. 29. Giurb. deciſ. 2. n. 8., Fontanell. de-
ciſ. 344. n. 20.*

Pręterea obiectum prędictum, quod ſententia
ſit nulla, ſi non ſit ſimul cum cauſa conuentionis
terminata illa reconuentionis, procedit, quando
vtraque cauſa tàm conuentionis, quàm recon-
uentionis eſt executiua, vel ſummaria, & habet
æquale priuilegium, vt poſſit eodem proceſſu, eo-
demque tempore expediri, ſecùs ſi non adſit pa-
ritas priuilegij, vel ſi reconuentio fuerit propo-
ſita poſt litem conteſtatam, his namque caſibus
reconuentio debet ſolum admitti ad effectum
prorogandi Iuriſdictionem, itaut poſſit Iudex
105 conuentionis quando eſt executiua, poſſeſſo-
ria, ſummaria, vel aliàs priuilegiata illam ex-
pedire, relicta cauſa reconuentionis, quæ non eſt
talis poſtea iudicio ſeparato cognoſcenda, non
obſtante terminatione priùs facta cauſæ conuen-
tionis *Barboſ. in l. qui prior 29. n. 34., & ſeq. ff. de
Iudic., Honded. conſ. 21. n. 4. ad 6. lib. 1. Carpan.
cap. 44. num. 116., & ſeqq. Coſt. remed. 120. n. 29.
Giurb. deciſ. 74. n. 5., & ſeqq., Peregrin. deciſ. 142.
n. 19., & 20. Fontanell. deciſ. 344. n. 17., & ſeq.*

Ideò concluſio illa paſſim per Doctores recepta,
106 quod ſi cauſa conuentionis eſt inappellabilis,
talis etiam ſit illa reconuentionis, cum reconuen-
tio aſſumat naturam cauſæ principalis *ad text. in
cap. 2. de mut. petit., Fenzon hic n. 37., Conciol. dict.
Rubr. 15. n. 14. plenè Giurb. deciſ. 3. n. 1., & infrà*
107 venit declaranda, vt procedat quoties cauſæ
conuentionis, & reconuentionis ſint eiuſdem
naturæ executiuæ, & priuilegiatæ, quæ ſimulta-
neo proceſſu tractari, ac definiri poſſint, *poſt alios
benè Rota Lucen. apud Palm. Nepot. alleg. 12. n. 23.
Giurb. deciſ. 3. n. 3.*; ſecùs ſi cauſa reconuentionis
108 ſit ordinaria, ac eodem proceſſu cum cauſa
conuentionis executiua, & inappellabili tractari
non poſſit, ſed ſolùm admiſſa fuit ad prorogan-
dam Iuriſdictionem Iudicis cauſę conuentionis,
hoc namque caſu ſi illa ex interuallo poſt iam ter-
minatam cauſam conuentionis terminetur ab eo-
dem Iudice, dabitur appellatio, cum non aſſum-
pſerit naturam cauſę conuentionis executiuę, &
non appellabilis, priùs ſeparato proceſſu termi-
natę, & executioni demandatæ.

Nec pręfatę diſtinctioni aduerſatur *textus in
109 cap. 2. de mut. petit.* per Doctores contrarios al-
legatus, nam ibi Actor obtinuerat cauſam con-
uentionis committi appellatione remota, & Reus
coràm Iudice delegato oppoſuerat reconuentio-
nem, & terminata ſimul cauſa reconuentionis
prętendebat Actor ab illa appellare, & Papa re-
ſcripſit non eſſe locum appellationi, ex quo Acto-
ris, & rei par debet eſſe conditio, vnde ſicut Actor
in cauſa conuentionis obtinuerat per reſcriptum
tolli appellationem, ità ęquum erat, quod idem
pateretur in cauſa reconuentionis ad ſeruandam
æqualitatem, & hoc in dicto *textu* deciditur, non
ex priuilegio reconuentionis, ſimili cauſę con-
uentionis, & ex intrinſeca natura cauſarum
conuentionis, & reconuentionis, ſed ex quo ibi
cauſa conuentionis de ſui natura appellabilis fue-
rat ad petitionem Actoris per reſcriptum Princi-
110 pis effecta inappellabilis, vndè iuſtum erat,
quod in cauſa reconuentionis contrà ſe mota, pro-
cederetur pariter appellatione remota, ex regula
ccx. in l. 1. ff. quod quiſque Iur. ibi -- *quis aſperna-
bitur idem Ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel di-
ci effecit* -- ideoque *diſpoſitio text. in dict. cap. 2. de
mut. petit.* non poteſt procedere quando agitur de
cauſa conuentionis executiua, & inappellabili

111 ex intrinſeca eius natura, illa verò reconuen-
tionis eſt ordinaria, & expedienda ex poſt ſepa-
rato proceſſu *ex plenè firmatis per Palm. Nepot.
allegat 11. & ibi Rota Luceu. alleg. 12.*

Subſequitur ex prędictis non eſſe veram tradi-
112 tionem *Galganett. in verſic., & idcò* volentis
non dari reconuentionem, quando hęc ſimul cum
cauſa conuentionis non poteſt terminari, cum
contrarium ſit verius ex Doctoribus ſupra relatis
113 ad effectum tamen prorogandæ Iuriſdictionis,
*& decis.142. n.3. coram Caſar de Graſs. allegata per
Galganett.* illi non fauet, dum ibi Rota paucis
verbis, (vt fuit mos antiquus adeò excelſi Tribu-
nalis) benè conſiderauit non poſse quandoque
cauſam reconuentionis cum illa conuentionis ſi-
mul expediri, dum dixit non ſine miſterio, cau-
ſam reconuentionis eſse terminandam cum illa
conuentionis *ſi hoc fieri poſſit*. & ſic conſiderauit
dari caſus, in quibus hoc fieri non poteſt.

Subſequitur etiam, & fuit ſuprà tactum, quod
concluſio illa paſſim per Doctores firmata, cau-
ſam reconuentionis gaudere ijſdem priuilegijs,
quibus gaudet illa conuentionis, procedit ſolùm
114 quando in vtraque poteſt procedi ſimultaneo
proceſſu, & ſententia, ſecùs ſi ſint diuerſæ natu-
ræ, & eodem proceſſu tractari, & definiri non
poſſint *Coſt. remed. 120. n. 35. verſic. inſuper cau-
ſa Maſtrill. deciſ.41. la 1. ferè per tot., Giurb. de-
ciſ.3. plenè dictus Palm. Nepoſ. allegat.11., & ibi
Rota Lucen. alleg.12.*

Prout quoad effectum probationum priuilegia
cauſæ conuentionis, non ſuffragantur cauſæ re-
115 conuentionis, vt ſi in illa conuentionis ſuffice-
rent leuiores probationes, & in illa reconuentio-
nis requirerentur pleniores, debent illæ fieri iuxta
naturam cauſę reconuentionis *Paitell. in annot. ad
expedit.16. n.29. Cancer. dict. cap.13. n.52. Giurb.
deciſ 3 n.3. verſic. quod verum.*

Quo vero ad lapſum, & peremptionem inſtan-
116 tiæ, nota, quod illa perempta in cauſa conuen-
tionis perit etiam in cauſa reconuentionis *Pai-
tell. vbi proximè n. 19. Fenzon. hic n. 33. Conciol.
Rubr.15. n.15. Giurb. deciſ. 3. n.3. verſic., & ideò
perempta*, declara tamen *prout per Fenzon. ibi-
dem.*

Quando autem ſumus in dubio, an reconuentio
ſit nec ne admittenda, cum agatur de materia
fauorabili, & fundata ſuper ratione naturali, quod
ſicut Actor voluit certum Iudicem pro ſe, ità co-
gatur illum contra ſe habere, ideò in dubio re-
117 ſpondendum pro reconuentionis admiſſione,
quoties non reperiatur expreſsè prohibita *Cam-
mill. de larath. conſ.92. n.25. Trentaciuq. alleg.re-
ſol.1. de mut.petit. n.44. lib.2. Conciol.alleg.Rubr.15.
n.16. Fenzon. hic n.10.*

An autem reconuentio ſit actio, vel exceptio,
& illam proponens dicatur Actor, vel Reus, eſſe
118 Actorem, & illam proponentem dici Actorem,
cum ſit ſeparata petitio ab illa conuentionis *Soc-
cin. iun. conſ 34. n.2., & 3. lib.1. Cephal. conſ.775.
n.88. lib.5. ab Eccleſ. obſer. forenſ. 49. n.26. par.1.*
& licet reſpectu reconuentionis dicatur Actor,
attamen reſpectu totius negocij dicitur Reus ori-
119 ginarius *Soccin. ibidem, & facit benè Rota dec.30.
n. 10. part. 5. recent. Cancer. tamen alleg. cap. 13.
n.36. tenet etiam eſſe ſpeciem exceptionis.*

Et an ſit ſpecies compenſationis affirmant *Pa-
120 riſ. conſ 100. n.32. lib.2. Decian. reſponſ.99. n.2.
lib.2., Coſt. remed, 120. n. 35. in fine* negat ta-
men *Scacc. de ſentent. & re iudic. gloſ. 7. quæſt. 4.
ſpecial. 3. n. 6. ad 47.* vbi adducit decem diffe-
rentias inter reconuentionem, & compenſatio-
nem, & vna pręcipua eſt, quod ſi ob illiquidita-
tem crediti compenſandi reijciatur compenſatio,
non ob hoc erit reiecta reconuentio coram eodem
121 Iudice, ſi non ad effectum ſimultanei proceſſus,
ſaltem ad hoc ne Reus pro ſuo credito, quod ha-
bet contra Actorem cogatur adire diuerſum Iudi-
cem, *vt benè per Scacc. ibidem n. 13. ad 19.*

Vnum tandem aduerte hic contra malos debi-
tores, quod ſi debitor fuerit coram certo Iudice
conuentus ad ſoluendum certum debitum,
non poterit, durante tali iudicio, pulſare Actorem
coram alio Iudice, ſed ſi aliquid prætendit con-
trà illum, debet per viam reconuentionis Acto-
122 rem pulſare coram eodem Iudice, vel ſi nolit
hoc facere debebit expectare finem iudicij contrà
ſe moti per Actorem *Auth & conſequenter Cod. de
ſent. & interloc. omn. Iudic. Barboſ. in allegat. leg.
qui prior 29. n.19. ff. de Iudic., Peregrin. deciſ. Pa-
tauin. 14. n.6. ad 8.*, & hac forte ratione inualuit
praxis in Curia Romana, vt mandata etiam ſu-
ſpicionis fugæ regulariter non concedantur fauo-
123 re rei contrà Actorem, quando ille fuit ab hoc
pręuentus ad ſoluendum, pręcipuè ſi innoteſcat
in fraudem hoc fieri, qua poſita arbitrio Iudicis
poterit etiam decerni, quod non ſit pręſtanda
cautio *Scial. de for. compet. cap. 13. n.33. Franch.
deciſ.311. n.4.*

Ceterum ſi de materia Reconuentionis plus
124 deſideras Conſule *Soccin. ſen. conſ.41. lib.1. Natt.
conſ.155. Decian. reſponſ.98. lib.2. Honded. conſ.21.
lib. 1. Iacob. Gall. conſ. 119. Cammill. de Larath.
conſ. 21., & 92. Petr. Barboſ. in l. 2. §. legatis a
n.230., & infrà, & in l. qui prior 29. ff. de iudic.
alter Barboſ. in cap.1., & 2. de mut. petit., Idem
de Iur. Eccleſ. vniuerſ. part.1. cap.29. §.2. à n.136.
Azeued. ad leg Recopill. tom.2. lib.4. tit.5. leg 1.,
Anſald. de Iuriſd. p.3. tit. vnic. cap. 9., Scial. de
foro competen. cap.13. Carleual. de Iudic. lib.1. tit.2.
diſput.7. tom.2. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 44.
tom. 1. Trentacinq. var. reſolut. lib. 2. tit. de mut.
petit., Coſt. remed. ſubſid. 120. Cancer. var. re-
ſol. part. 2. cap. 13. de Reconuent. Merlin. Pigna-
tell. contr. Forenſ. centur. 2. cap. 23., & 24. de
Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 179. Tondut. de
præuent. iudic. part. 2. cap.58., Mart. de Iuriſdict.
par.4. conſ.107., Ripoll. var. reſol. c.4 à n.56. Salgad.
Labyrinth. Credit. part.1. cap.14., Conciol. ad ſtatut.
Eugub. lib.2. Rubr. 15. Scacc. de ſent., & re iudic.
gloſ.7. quæſt.4. ſpecial.3. Palma Nepos allegat.11.,
& 12. benè Peregrin. deciſ. Patauin. 142. Borgnin.
deciſ. 28. part.2. Chriſtin. deciſ. Belgic.280. par.1.
Thor. vot. 99. part.1., & in compend. deciſ. part.1.
verbo reconuentio. Maſtrill. deciſ.41. & 136. Giurb.
deciſ.23., & 74. Chart. deciſ. Ianuen.3. Fontanell.
deciſ. 309. 310. 319. 335. 343. ad 345. 449., &
450. Caſtill. deciſ. 19. Rota Lucen. apud Palm. al-
legat. 12. Triſtan. deciſion. Cath. 7. part. 2. Larea
deciſ. Granaten. 4. Rota deciſ. 209. part. 6. recent.*

De

Digitized by Google

De Poſitionibus, & Confeſſis.

CAP. LXVIII.

Actor quandocumque antè lapſum tertiæ dilationis à Reo reſponſum habere voluerit, ſuas poſitiones, ſeù articulos diſpoſitiuè, & ponendo conceptas ſuo iuramento, parte ad id citara exhibeat, quas Notarius parti contrà quam producuntur, nullatenùs antè factam reſponſionem oſtendat, alioquin de falſo puniri poſſit. Quibus productis moneatur Reus perſonaliter, vel domi dimiſſa copia, vt ſuprà, vt infrà triduum, illis per verbum credit, vel non credit ſimpliciter, & explicitè, ſingulariter ſingulis, medio iuramento debeat reſpondiſſe, cum comminatione, quod eo reſpondere ceſſante, habebitur pro confeſſo ſuper omnibus, quibus de iure reſpondere tenetur, prout ſibi deterius fuerit. Quo contumace exiſtente, dicto triduo elapſo, & eo iterum citato, Iudex eas poſitiones, quibus Reus de iure reſpondere tenetur pro confeſſatis, & Reum in illis pro confeſſo haberi, prout ſibi deterius erit, pronunciet: & ſi ea die Reus comparear, reſpondendo ſimpliciter, & explicitè, vt dictum eſt, & expenſas reficiat, eo ipſo contumaciam purgaſſe cenſeatur: eo autem die elapſo, vlterius ad moræ purgationem admitti non debeat, & idem fiat ſi Reus reſponſum ab Actore habere velit, quo caſu ſi Actor in reſpondendo Rei poſitionibus moram fecerit, ipſe donec ſua contumacia durauerit, non audiatur, & tempora dilationum, & termini ad ipſius præiudicium currant, & nihilominus ſi Reus maluerit eum pro confeſſo vt ſupradictum eſt haberi, ad ipſius quoque inſtantiam contrà Actorem, vt dictum eſt procedatur, & vnius viæ electio, alteri non præiudicet. Reſponſio autem credulitatis habeatur pro confeſſione, & non credulitatis pro negatione, nec confeſſio ex partis alterius abſentia impugnari poſſit, ſed perindè teneat ac ſi parte præſente, & acceptante facta fuiſſet. Si verò pars, à qua reſponſum deſideratur tempore cæptæ litis, vel poſt motam litem ſine fraude, à iudicio abeſſe ceperit, ſi per quadraginta milliaria, & vltrà abſens ſit, nec illius reditus de proximo ſperetur, de qua abſentia Procurator ſuo iuramento fidem faciat; tunc Procurator ſi plenè ſe inſtructum iurauerit, & mandatum ad reſpondendum poſitionibus ſaltem in genere habeat, ad reſpondendum admittatur. Si autem per calumniam aut intrà quadraginta milliaria abſens fuerit, & aduerſarius Dominum vti legaliorem, & cius omninò reſponſum deſideret, poſſit Iudex Notarium ſumptibus abſentis ad reſponſum accipiendum deſtinare, qui ſi reſpondere ceſſauerit, aut aliter reſpondiderit, quàm de iure, & ex præſentium ſtatutorum forma reſpondere tenetur, pro confeſſo, ſiuè Actor, ſiuè Reus ſit, vt ſuprà dictum eſt, habeatur. Illa autem reſponſio, credit, ſi de iure probetur, nullatenùs admittatur, & qui taliter reſponderit prò non reſpondente, habeatur, ſicut & is, qui ignorare, aut neſcire reſponderit.

PRÆLVDIVM.

1 *Poſitionum materia diuiditur.*

Nvlla certè in Vrbe, ac fere vbique locorum in forenſi paleſtra reperitur materia magis practicata, quàm illa poſitionum, de qua latè diſponit ſtatutum noſtrum hic, & dum iuridicundo in varijs Vrbis ſubſellijs ſpatio plurium annorum præſui, ſuper ea in dies aliquod emergens diſcentiendum fuit, hinc ſuper materia illarum, adeò vtili, & in dies neceſſaria ad ornatum huius ſtatuti laciori calamo erit procedendum, & ne in illa diſcutienda oriatur ex longitudine confuſio, in quatuor articulos materia diuidetur.

Et in primò agetur de origine poſitionum, ac de illarum eſſentia, in quo differant ab articulis, & interrogatorijs actionibus, quibus, & à quibus dentur, quo tempore, & qua forma, & quomodò illis ſit reſpondendum; & an à Procuratore, & quo mandato ad reſpondendum hic debeat eſſe fultus; Poſitionum copia quado nec ne dari debeat; & an terminus ad deliberandum ſuper reſponſione faciendа; quando poſſit fieri reſponſio cum præſentia Aduocati, vel Procuratoris. Confeſſio qualificata quando poſſit diuidi nec ne, & in quibus caſibus longè diſcentitur. Ponitur ſimul cuius expenſis, debeat fieri reſponſio poſitionibus, ſi pro illis habendis, poſitiones ſint tranſmittendæ abſentibus, vel egregijs perſonis.

In ſecundò articulo diſcutitur, quibus poſitionibus non ſit reſpondendum, & quando debeat illis denuò reſponderi nec nè; an reſpondendum poſitionibus concernentibus factum alienum; & an poſitio partim vera, & partim falſa poſſit tota negari; An reſpondere teneatur poſitionibus Author laudatus; & quando, Tutor, Curator, Prælatus, ac adminiſtratores locorum Piorum teneantur illis reſpondere.

In tertiò erit ſermo de ficta confeſſione reſultante ex poſitionibus habitis pro confeſſatis, tam ex ſtatuto hic, quam ex Iuris Canonici diſpoſitione, & quando talis confeſſio ficta præiudicet, & quando attendatur, nec ne, & quando quis poſſit, purgare moram, & admitti ad reſpondendum, & quando ſecùs.

In quartò demùm aliqua libabuntur ſupereffectibus Confeſſionis explicitæ, factæ in reſponſione ad poſitiones, quando illa poſſit nec nè reuocari; ex falſitate commiſſa in reſponſione, an poſſit quis puniri de periurio, & falſitate, quando ſuper poſitione negata poſſit quis ſe fundare, Mendax in reſponſione, ad aliquas poſitiones, an præſumatur mendax in omnibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Ponitur origo poſitionum, illarum quidditas, in quo differant ab articulis, & interrogatorijs actionibus, quibus, & à quibus dentur, quo tempore, & qua forma, & quomodo illis ſit reſpondendum, & an poſſit illis reſponderi à Procuratore, & cum quo maudato. Poſitionum copia, ac terminus ad deliberandum ſuper reſponſione facienda poſitionibus, quando nec ne dari debeat; & quando reſponſio ſit indulgenda, vt fiat cum præſentia Aduocati, vel Procuratoris reſpondere debentis, confeſſio qualificata cum qualitate quando nec ne recipi debeat. Demùm dilucidatur ſi poſitiones pro reſponſione habenda tranſmittantur ad abſentes, vel egregias perſonas, cuius expenſis hoc fiat.

SVMMARIVM.

1 *Poſitionum vſus fuit introductus ab vſu ad faciliorem litium terminationem.*

2 *Non fuit introductus à Iura Ciuili*, & Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 2. cap. 14. 5. cœteræ n. 3. *contrarium volens reprobatur.*

3 *Iura allegata à* Boetino *in quibus Caſibus loquantur, explicatur.*

4 *Poſitionum vſus cæpit practicari à tempore Gregorij IX.*

5 *Poſitionum vſus ſucceſſit in locum Interrogatoriorum.*

6 *Interrogatoria hodie ſunt in vſu quoad præparatoria, & emergentia iu iudicijs.*

7 *Interrogatoria circa merita cauſæ, quando à Iudica hodie fieri poſſint.*

8 *Interrogatoria in pluribus differunt à poſitionibur, & in quibus n.9., & 10.*

10 *Poſitiones faciens ponendo fatetur, non ſic interraganr, & poſitionibur aſſertinè factis, & medio iuramento non productis, non tenetur quir reſpondere, & n.11., & 12.*

13 *Ponens ponendo fatetur contenta in poſitionibur.*

14 *Poſitiones plenè probant contra producentem.*

15 *Poſitioner medio Iuramento datæ habent vim confeſſionir iudicialis, obligant, & non poſſunt reuocari.*

16 *Poſitiones differunt ab Articulir, & quomodò, & num.20.*

17 *Articulans non fatetur contenta in articulir.*

18 *Articulos danr medio iuramento, fatetur contenta iu illis.*

19 *Articuli dati abſque iuramento, faciunt probationem præſumptiuam.*

21 *Poſitiones, vt dicantur de actis, requiritur illarum admiſſio facta à Iudice.*

22 *Poſitiones eliciuntur ex ſubſtantia libelli, & ſi quid iu hoc fuit omiſſum, poteſt ſuppleri in poſitionibur.*

23 *Poſitiones à Procuratore dari non poſſunt ſine mandato procuræ ſpeciali ad ſic, & ſic ponendum.*

24 *Poſitioner productæ à Procuratore, ſi non ſint inſertæ ſpecificè in mandato, nou nocent principali.*

25 *Poſitiones admiſſæ à Iudice cum clauſula* ſi, & in quantum, *habentur pro reiectis, ſi à Procuratore ſine ſpecialiſſimo maudato ſint productæ.*

26 *Mandatum generale ad ponendum, ac iurandum non ſufficit, cum requiratur ſpecialiſſimum ad certas poſitiones.*

27 *Procedit tam in Procuratora ad ponendum, quam ad reſpondendum.*

28 *Procurator non poteſt reſpondere poſitionibus ſine mandato ſpecialiſſimo ad ſic, & ſic reſpondendum.*

29 *Procurator non habens tale mandatum non poteſt cogi ad reſpondendum.*

30 *Poſitionibus datis ſine tali mandato procuræ ſpecialiſſimo, non tenetur parr reſpondere.*

31 *Poſitiones productæ à Procuratore ſine tali mandato non poſſunt haberi pro confeſſatis.*

32 *Poſitiones datæ à tali Procuratore poſſunt reuocari etiam non docto de errore.*

33 *Reſponſio facta à Rectora Eccleſiæ huiuſmodi poſitionibur, vti voluntaria, non præiudicat Eccleſiæ.*

34 *Procurator carens mandato ad ſic, & ſic reſpondendum ſi ſit contumax iu reſpondendo, eiur contumacia non nocet Domino.*

35 *Procuratori carenti tali mandato, debet dari terminus ad certiorandum principalem, ſuper reſponſione facianda.*

36 *Poſitiones datæ à Procuratore diſtinctæ ſuper facta controuerſo, præiudicant Domino, ſi hic illis vſus ſit, & confeſſionem Procuratoris nou reuocauit.*

37 *Confeſſio emiſſa à Procuratore per modum contentioſæ iuriſdictionis præiudicat ſi non ſit reuocata.*

38 *Mandatum ſpeciale ſufficere ad reſpondendum poſitionibus, nec requiri ſpecialiſſimum teuent plures Doctores.*

39 *Statutum* Vrb. *68. ſtatuit, Domino abſente, poſſe Procuratorem poſitionibus reſpondere, ſi habeat mandatum generale ad reſpondendum.*

40 *Ex ſtatuto Vrbis Procurator admittitur ad reſpondendum cum certir requiſitir.*

41 *Hoc ſtatutum vti correctorium Iuris communis, non procedit, quod Procurator generalis ad reſpondendum poſitionibus poſſit dare poſitioner.*

42 *Poſitioner poſſunt fieri tam ab Actore, quàm à Reo ad fundandam propriam intentionem.*

43 *Poſitionibus Actoris eſt priùs reſpondendum, quàm illis Rei, num. 44.*

45 *Poſitionibur Rei, perimentibus actionem Actoris deductam iu libello eſt priùs reſpondendum, & num. 46.*

47 *Poſitiones non poſſunt produci in iudicio, loco principij litis antè litem conteſtatam.*

48 *Fallit in ſummarijs.*

49 *Poſitioner poſſunt produci etiam poſt dicta teſtificata, & concluſum in cauſa, & illis eſt reſpondendum, & n. 54. quando hoc non procedat.*

50 *Poſitioner ſemper debent admitti antè ſententiam ad effectum eruendi veritatem, & n.63. & 64.*

51 *Præcipuè in cauſis iu quibus agitur ſummariè.*

52 *Poſitiones ſunt admittendæ, etiam quando quis ſe*

adſtrin-

adſtrinxit ad probandum per Inſtrumenta, vel teſtes.

53 Poſitionibus non tenetur quis reſpondere poſt publicatas atteſtationes, ſi habet fundatam ſuam intentionem in Inſtrumentis, vel teſtibus.

55 Poſitiones non admittuntur poſt præfixum, & elapſum terminum ad probandum, & quando ſecùs n.57. 58., & 59.

56 Idem ſi poſitiones eſſent irrelenantes, vel ex reſponſione quis poſſet incidere in contrarietatem, & periurium.

60 Poſitiones ex ſtatuto Vrbis, elapſo termino probatorio non ſunt admittendæ, & admiſſæ cum clauſula ſi, & in quantum cenſentur reiectæ, & num.61.

62 Terminus nouus ad probandum ſi obtineatur, poſitiones admittuntur in foro Capitolino, non obſtante lapſu termini probatorij.

65 In dubio pro admiſſione poſitionum, & coactione ad illis reſpondeadum iudicandum eſt, & n.78. & 278.

66 Poſitionis vnius relenantia ſat eſt pro cæterarum admiſſione, & ad hoc, vt illis ſit reſpondendum, & num.285.

67 Poſitionibus datis etiam in cauſis ſummarijs, & executiuis eſt reſpondendum.

68 Etiamſi datæ ſint aduersùs obligationem Cameralem, & in Iudicio ſummariſſimo manutentionis, & num 69.

70 In cauſis executiuis, & poſſeſſorijs admittuntur ad effectum habendi reſponſionem tantùm.

71 Poſitiones faciliter in quacumque cauſa admittuntur, quia tendunt ad habendam probationem ex confeſſione partis.

72 In cauſa non poteſt ad vlteriora procedi, non facta priùs reſponſione poſitionibus.

73 Terminus ad probandum non currit, dum diſputatur an poſitiones ſint admittendæ, & n. 286. & 287.

74 Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ.23.n.13., & 14., & diſc.34.n.17., aſſerens, vſum poſitionum non eſſe proficuum, reprobatur.

75 Iudices debent eſſe ſolliciti, vt poſitiones non deſeruiant ad calumniam.

76 Poſitiones debent admitti licèt, deſeruiant etiam indirectè, & ſolùm pro leui coniectura, & adminiculo, & n.77.

79 Si impertinentia poſitionum, non eſt notoria, debent admitti cum clauſula ſaluo Iure impertinentium, & non admittendarum, & n.80.

81 Poſitiones notoriè impertinentes, & irreleuantes debent omninò reijci.

82 Poſitiones contra Inſtrumentum admittuntur, quando tendunt ad declarationem animi contrahentium, vel cum eo conciliari poſſunt, & num.83.

84 Poſitiones ſuper exiſtentia publicorum Inſtrumentorum penès Reum ſunt admittendæ.

85 Ponens licèt ſit creditor vigore publici Inſtrumenti, adhuc poteſt poſitiones facere ſuper credito, vt ſe liberet ab expenſis extractionis Inſtrumenti.

86 Poſitiones debent admitti contra Reum habentem fundatam intentionem ſuper præſcriptione, & num. 87.

88 Præſcriptio interrumpitur per interpellationem extraiudicialem, factam à creditore pro habenda ſolutione.

89 Cedens debet reſpondere poſitionibus datis à Reo conuento per ceſſionarium.

90 Ceſſionarius tali caſu debet præſentare cedentem, ad hoc vt reſpondeat.

91 Procedit licèt poſitiones concernant ſimulationem ceſſionis.

92 Sed contrarium, quod cedens non teneatur tali caſu poſt ceſſionem reſpondere, & n. 93. diſtinguitur n.95., & 96.

94 Ceſſionarius eſt Procurator in rem ſuam, & habet facultatem reſpondendi pro cedente.

97 Poſitioni continenti ſibi deberi centum, & ſi non credit de tanto, dicat de quanto, non tenetur quis fateri ſuper ſumma minore.

98 Contrarium eſt verius, & ſeruatur in praxi, & n.99. ad 101.

102 Poſitio ſi dicat vlterius deſcendendo vſque ad minimam ſummam, tunc debet reſponderi ſuper ſumma præciſa, & n.103., & 104.

105 Poſitiones ſunt inuentæ ad hoc, vt quis releuetur ab onere probandi.

106 Reſponſio poſitionibus ita debet fieri, vt ex illa quis releuetur ab onere probandi.

107 Reſponſio poſitionibus debet eſſe clara, & non obſcura.

108 Reſponſio ſi non eſt clara, & præciſa, debet denuò reſponderi.

109 Paria ſunt non reſpondere poſitionibus, ac obſcurè reſpondere.

110 Poſitionibus ex ſtatuto Vrbis debet reſponderi ſimplicitèr, & explicatè per verbum credit, vel non credit.

111 Reſponſio facta poſitionibus per verbum credit, eſt expreſſiua veritatis, & plenè probat.

112 Idem procedit in reſponſione per verbum credit de auditu.

113 Andreol. contr. 268. tenens contrarium reprobatur.

114 Reſponſio facta poſitionibus ſub duabus negatiuis non credit vt ponitur, & neque ad effectum ad quem ponitur eſt præciſa, & num. 117., & 118.

115 Procedit etiam in terminis ſtatuti Vrbis hic requirentis præciſam reſponſionem, & n 116.

119 Reſponſio facta poſitioni continenti factum certum expreſſum, prout in tali Inſtrumento non eſt præciſa ſi dicatur credit ſi appareat de Inſtrumento, & num.121.

120 Eſt tamen præciſa ſi dicatur credit prout in Inſtrumento.

122 Reſponſio facta poſitioni relatiuæ ad libros, vel Inſtrumenta, non eſt præciſa, niſi reſpondens producat libros, vel Inſtrumenta.

123 Fallit ſi confeſſio relatiua contineret, & ipſa certam diſpoſitionem.

124 Reſponſio relatiua ad Inſtrumentum in eo, quod in illo non continetur, eſt irreleuans.

125 Secùs ſi in poſitione ſit poſitum Inſtrumentum, vel aliud ſpeciale, ad quod ſit relatio.

126 Reſponſio credit prout in Inſtrumento, eſt limitata, & vltrà id, quod in Inſtrumento continetur non præiudicat.

127 Reſponſio credit prout in Inſtrumento, ſi hoc aliter diſponat, habetur poſitio pro negata.

128 Et ſi Inſtrumentum ſit nullum, confeſſio tali caſu non præiudicat.

129 Reſponſio credit prout in Inſtrumento, eſt ſufficiens

ciens, ſi Inſtrumentum ſit apud acta cauſæ.

130 Secùs ſi Inſtrumentum non ſit in actis.

131 Reſpondens poſitioni ſe referendo ad examen factum in iudicio Criminali, examen approbat.

132 Reſponſio facta poſitioni credit poſſidere ad formam Inſtrumenti, non eſt bona, ſi poſitio contineat factum contrarium Inſtrumento.

133 Reſponſio facta poſitioni per verbum non recordari, in facto proprio, non admittitur.

134 Idem procedit in reſponſione per verbum neſcire in facto proprio.

135 Intellige in facto proprio, ſecus in alieno pænitùs ignoto, & n.299.

136 Reſponſio per verbum neſcire, etiam ſuper facto alieno non eſt ſufficiens, ſi in poſitione dicitur, quod reſpondens habet ſcientiam talis facti alieni, & n.137.

138 Reſponſio qualificata non admittitur, vbi ex ſtatuto vt Romæ, vel ex ſtylo ſimpliciter, & explicitè debet reſponderi.

139 Statutum, & ſtylus in hoc æquiparantur.

140 Reſpſonſio qualificata admittitur, ſi poſitio ſit & ipſa qualificata, non attento tali ſtatu.

141 Reſponſio qualificata Idiotæ, admittitur, & ad quem effectum, & n.174.

142 Idem in reſponſione Ruſtici, Mulieris, vel Minoris, ſi non ſint ſagaces.

143 Reſponſiu qualificata, ſi qualitas ſit veriſimilis, debet acceptari cum ſua qualitate.

144 Pariter ſi ita ſuadeat qualitas rei, & negocij, de quibus agitur.

145 Confeſsio qualificata debet acceptari cum ſua qualitate, quando qualitas non habet præſumptionem Iuris contrà ſe, & n.149.

146 Secùs ſi qualitas habeat præſumptionem Iuris contrà ſe.

147 A confeſsione reijcitur qualitas habens præſumptionem iuris contra ſe.

148 Poteſt tamen reſpondens probare qualitatem, & num.167.

149 Qualitas adiecta confeſsioni, non habens præſumptionem, nec prò, nec contrà ſe, non poteſt diuidi.

150 Confeſsio qualificata continens vnicum factum connexum non poteſt diuidi.

151 Fallit ſi contrà qualitatem vrgeat Iuris præſumptio.

152 Confeſsio qualificata ſi ſit ſuper factis ſeparatis, & non connexis, poteſt diuidi.

153 Confeſsio poſſeſsionis, ſed cum qualitate ſpolij, vel Iure familiaritatis, diuiditur, & qualitas reijcitur.

154 Confeſsio debiti cum qualitate ſolutionis diuiditur reiecta qualitate ſolutionis, & num.161. 164. 165., & 166., vbi de qualitate adiecta cum dictione ſed.

155 Contrarium tenent alij, & n.159. 160., & 169., & de ratione n.170.

156 Prima opinio videtur verior.

157 Secunda opinio retinetur, ſi confeſsio continens qualitatem ſolutionis, habet verba alias non credit, vt ponitur, vel ſi dictum ſit non alias, nec alio modo, & n.158., & 173.

162 Reſponſio facta recepiſſe, ſed pro ſua mercede, talis qualitas non poteſt diuidi.

163 Contra confeſſum aliud non expectatur, niſi condemnatio.

168 Solutio non præſumitur, ſed tanquam quid facti probanda eſt, ſed non habet præſumptionem Iuris contra ſe, n.172.

171 Qualitas ſolutionis appoſita licèt cum dictione ſed non poteſt ſcindi, quando iiſdem oratione, & tempore appoſita eſt.

175 Reſponſio qualificata admittitur, quando ponens in actis nihil habet pro ſe, præter confeſsionem debiti cum qualitate ſolutionis.

176 Reſponſio dicitur præciſa, licèt cum qualitate, quando poſteà ſubſequuntur in reſponſione verba alias non credit &c. & n.177.

178 Reſponſio facta poſitioni, non credit habuiſſe aliquid, ad quod teneatur admittitur ex iuſta cauſa arbitrio Iudicis.

179 Confeſsio qualificata, quando poſsit nec ne ſcindi, vide remiſsiuè.

180 Copia poſitionum, quando in Capitolio non detur reſpondere debenti, & dentur clauſæ; & ſigillatæ, & n.181.

182 Copia poſitionum, nec de iure dari debet.

183 Copia Poſitionum de ſtylo Rotæ, & A.C. datur, & vndè proceſſerit talis ſtylus, & n. 184.

185 Copia poſitionum in Tribunali A. C. poteſt in aliquo caſu denegari ex iuſta cauſa, ſi reſpondere debens ſit præſens in Curia, & n.186.

187 Copiam poſitionum dare, eſt in arbitrio Iudicis, etiam in Tribunali A.C., in aliquo caſu ex iuſta cauſa, & n.188.

189 Copia poſitionum de Iure datur mulieribus, minoribus, ruſticis, ac alijs perſonis idiotis.

190 Pariter ſi illa concernant factum alienum.

191 Similiter Seni decrepito, & n.198.

192 Senex adeò decrepitæ ætatis, itaut ſit extrà mentem, nec tenetur reſpondere poſitionibus.

193 Poſitiones ſi datæ ſint ſuper facto alieno, & etiam proprio intricato, debet dari terminus ad deliberandum ſuper reſponſione facienda, & n.195. & 196.

194 Fallit in facto proprio, etſi talis terminus non petatur, cum contineatur in monitorio ad reſpondendum intra triduum.

197 Terminus ad deliberandum ſuper reſponſione facienda, datur etiam ſi poſitiones ſint ſuper facto proprio poſt decennium.

198 Limita ſi intra decennium ſuper tali facto ſint natæ lites.

200 Copia poſitionum nunquam conceditur in Curia Capitolij.

201 Mulier, Minor, Ruſticus, vel idiota poſſunt reſpondere poſitionibus cum præſentia eorum Aduocati, vel Procuratoris, ſi id petant, & num. 207.

202 Mulier ad hunc effectum venit ſub nomine perſunæ idiotæ.

203 Fallit ſi agatur de facto proprio, claro, & de recenti, Ruſtici, vel Mulieris, & n.207.

204 Mulier, Minor, vel Ruſticus ſagaces reſpondere debent ſine præſentia Aduocati, vel Procuratoris, præcipuè, quando habuerunt copiam poſitionum, & n.205.

206 Ruſticus, quando ſit ſagax, vel idiota remittitur arbitrio Iudicis.

208 Poſitionibus in Curia Capitolij reſpondetur coram Iudice, & ſine præſentia Aduocati, vel Procuratoris, & n.209.

209 Veritas à reſpondere debente difficiliter, habetur, ſi aſſiſtat Aduocatus, vel Procurator.

210 Ad-

Digitized by Google

210 *Aduocati, vel Procuratores malè conſulunt, quod negentur poſitiones.*

211 *Debent potiùs conſulere, vt fateantur veritatem, aliàs tenentur etiam parti ad damna, & n. 213.*

212 *Ruſticus malè inſtructus à Procuratore, quomado coram Authore, Iudice certæ cauſæ negauerit poſitiones.*

214 *Reſponſio poſitionibus de iure, ac etiam in Rota recipitur à ſolo Notario cauſæ & n. 215.*

216 *Prò habenda reſponſione poſitionibus facienda à perſonis egregijs, debet mitti ad illorum Domum,*

217 *Idem dic de Viduis, puellis, ac mulieribus licèt Ruſticis, aliàs tamen honeſtis.*

218 *Ad Domum Senis decrepiti debet mitti Notarius pro habenda reſponſione poſitionibus.*

219 *Valetudinarij etiam in hoc æquiparantur egregijs perſonis.*

220 *Egregia perſona quæ ſit, Iudex arbitrabitur ex qualitate perſonæ, & loci.*

221 *Expenſa facienda prò habenda reſponſione ab egregia perſona ſpectat ad petentem reſponſionem.*

222 *Conſtitutio Marchiæ idem determinat.*

223 *Contrarium tenent alij, quod reſponſio fiat in Domo egregiæ perſonæ, proprijs expenſis, & num. 224.*

225 *Prior opinio fauore egregiæ perſonæ retinetur, & num. 227.*

226 *Expenſæ huiuſmodi ſunt erogandæ communiter, tam à ponente, quam à reſpondente, ſecundum aliquos.*

227 *Abſens, quando mittitur notarius ad ipſum pro reſponſione, an & quo caſu teneatur ad expenſas.*

228 *Actor voluntariè litigans per Procuratorem debet ipſe ſubire expenſas pro habenda reſponſione.*

229 Fenzon. hic num. 23. & Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 10. *declarantur cum alijs ab ipſis relatis, & n. 230. & 231.*

230 *Statutum Vrbis mandat fieri reſponſionem ab abſente per calumniam, vel intra 40. milliaria, expenſis reſpondere debentis.*

231 *Expenſas reſponſionis ex praxi fori Capitolini ſubit dans poſitiones, ſi reſpondere debens comparcat Statim citatus ad reſpondendum.*

POſitiones ad faciliorem litium terminationem,
vt ponens releuetur ab onere probandi longe-
1 geuus vſus introduxit vt probatur *ex text. litterali in Clementina ſæpè 5. verum, verſic. & quia poſitiones de verb. ſignific., gloſ. in cap. 1. de confeſ. in 6. Cauagnol. ad decret. Montisferr. decret. 11. §. 1. num. 2. Fagnan. in cap. cum olim num. 90. de litis conteſt., Azeued. ad leg. recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 1. num. 1. Ludouic. decif. Peruſ. 8. num. 28. & decif. Lucen. 40. num. 2.*

Decipitur proptereà *Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 2.*
2 *cap. 145. cætera verò num. 3.*, dum dicit, quod
talis vſus emerſit etiã ex legibus Ciuilibus nempè *ex l. offidius 95. ff. de leg. 3., & ex Auth. de ijs, qui ingred. ad appell. § fin.*, quia dicta iura non
probant aſſumptum Bottini, dum in *l. Offidius*
3 agitur tantum de interrogatoria petitione, facta
per Imperatorem, non per partem à legatario,
quæ Interrogatoria, ſiuè interrogatoriæ actiones,
tantùm fuere cognitæ de Iure Ciuili; *in Auth. verò de ijs*, fuit ſolum ſancitus modus faciendi recognitionem ſcripturæ per comparationẽ, quod
nihil commune habet cum poſitionibus noſtri temporis.

Proptereà veritas eſt, quod poſitionum vſus,
& nomen fuit in Iure ſpecificatum ac ad praxim
4 deductum tempore Gregorij IX., qui fuit creatus Papa de Anno 1227. vt vltrà *text. in alleg. Clement. ſæpè de verb. ſignif. id teſtatur gloſſ. ibi in verbo longeuus*, vbi dicit quod incepit tempore *Gregorij IX. in cap. vnic. de litis conteſt.*, & quod
priùs de illis aliquid in iure non eſſet expreſſum.

5 Et talis vſus poſitionum ſucceſſit in locum
Interrogatoriorum, quæ antiquitùs ex diſpoſitione Iuris ciuilis fiebant, & per quæ interrogans nihil fatetur, benè tamen interrogatus illis reſpondens, quæ interrogatoria hodie ſœrè in deſuetudinem abierunt quoad probationem faciendam ſuper meritis, ac negocio principali, & ad dandam actionem interroganti, licet adhuc vigeant, & ſiut in vſu, quoad præparatoria Iudiciorum, quando agitur de legitima-
6 tione perſonæ, & ad interrogandum, an quis ſit
hæres, & pro qua parte, & ad effectum eruendi veritatem ſuper alijs interrogatorijs præparatorijs, vel etiam emergentibus in ipſo iudicio, de quibus interrogatorijs benè agunt *Neuizzan. conſ. 5. Spad. conſ. 254. lib. 2., & ibi decifio Rotæ coram Coccin, quæ eſt inter illius impreſſ. decif. 178. coram Priolo.*

At etiam hodie (licet frequentior ſit vſus poſitionum) Suadente æquitate poteſt Iudex ex officio in quacumque parte Iudicij facere huiuſmodi interrogatoria, pro habenda veritate tam ſuper negocio principali, quam ſuper declaratione actorum, & tam in cauſis ſummarijs, quam ordinarijs, vſque ad prolationem ſententiæ præcipuè dum reſponſio talibus interrogatorijs petitur ab hærede non informato, qui proptereà
7 non eſt arctandus ad ponendum aſſertiuè per
viam poſitionum medio iuramento, id quod non benè ſcit ob periculum periurij *Neuizzan. conſ. 5. num. 23. & ſeqq. Spad. dict. conſ. 254. lib. 2. & præclarè in dict. decif. 1081. coram Coccin. & decif. 178. coram Priolo*, ſuper quo tamen videatur magiſtralis *decif. in Romana Caſalium 15. Iunij 1685. per tot. coram D. Cardinali Caccia impreſſa decif. 9. poſt tract. de Inconſt. in Iudic. Cardinalis Albitij*, vbi pro reiectione Interrogatoriorum quando illa ſunt ſuper meritis.

Differunt poſitiones ab interrogatorijs, pluri-
8 bus modis, relatis *per Cauagnol. ad decret. Montis Ferr. decret. 11. §. 2.*, & ſignanter, quia illæ proponuntur per modum aſſertiuum, & fiunt à
9 Iudice, prout ponens debet iurare contenta in
poſitione, non ſic interrogans *Rauit. ad Pragmat. 8. de ordin. n. 4. fol. 598.*, & ampliùs ponens po-
10 nendo fatetur contenta in poſitionibus, non ſic
interrogans *Cauagnol. dict. decret. 11. §. 2. num. 1. & 2.*, & ſi ponens illas non exhiberet aſſertiuè factas, & quidem medio iuramento, non teneretur altera pars illis reſpondere *Luc. Pet. in prax. lib. 2. cap. 4. num. 9. Caroc. de Iuram. dec. 13. q. princip. n. 5. poſtb. de manut. obſeru. 83. n. 11. Ridolph. in prax. p. 1. c. 10. n. 6.*, nam ſi ponerentur per modum interrogandi ponens nihil fateretur, quod iuſtum non eſt, ſicut enim ponens ponendo vult releuari ab onere probandi per confeſſionem ſui Aduerſarij, ità
11 æquum eſt, quod ipſe ponens per ſuam Confeſ-
ſionem

ſionem in ponendo releuet reſpondentem à ſimi-
li onere, ne Iudicium claudicet, & in eo ſerue-
tur æqualitas ad text. clarum in cap. 2. de confeſſ. in
6., & cap fin. de Iure iur. pariter in 6., Caroec., de
Iuram. decis 13. q. princip. num. 6., Luc. Pet. dict.
cap. 4 num. 10, Ridolphin. in praxi p. 1. cap. 10. n. 58.
Vbert. de citat. cap. 15. num. 111. iuxtà vltim. im-
preſſ., Fagnan. in cap. cum olim nu. 57. & ſeqq. de li-
tis conteſtat., Azeued. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4.
leg. 1. num. 9 ad 11., Poſth. de manut. obſer. 83. num.
35. Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. num. 7., Rot.
deciſ. 3. alias 31. de ſequeſtrat. poſſeſſ., & fruct. in
nouis.

Vndè ſi non fiant per modum aſſertiuum illis
22 non reſpondens, non poterit haberi pro confeſ-
ſo, etiamſi adſit decretum cum iuſſu Iudicis, Aze-
ned. vbi proximè num. 9. & 11. verſic. & ideò po-
ſitio.

Hinc ponens fatetur explicitè contenta in po-
33 ſitionibus ab eo datis Aſin. in praxi §. 19. cap. 24.
num. 4. & infrà Ridolph. in prax. par. 1. cap. 10 n. 19.
Thomat. deciſ. 123. n. 8. Rota Bonon. diuerſ. dec. 104. n.
23. Rot. dec. 198 coram Verall. lib. 1., deciſ. 575. n. 6.,
& 10. coram Caualer. deciſ. 143. & ibi Add. num. 4.
coram Greg. deciſ 227. n. 2., & deciſ. 779. n. 1. verſ.
eſt enim effectus par. 2. recen. & deciſ. 326. n. 10. p. 10.
34 vbi quod poſitiones plenè probant contra pro-
ducentem.

Quinimmò poſitiones medio iuramento datæ
15 habent vim confeſſionis iudicialis, & obligatio-
nis, itàvt non poſſint reuocari Granat. ad Veſtr.
lib. 5. cap. 14. n. 16 & ſeq., Poſth. de manut. obſer. 83.
n. 11. de Angel de Confeſſ. lib. 2. q. 1. num. 43. verſic.
quid denique, Pellegrin. in praxi Vicar. p. 1. Sect. 2.,
ſubiect. 4. nu. 3., Scaec. de Iudic. lib. 1. cap. 60. num. 7.
Mel. ad Gizzarell. deciſ. 48. n. 21. Rota deciſ. 217.
n. 2. & infra par. 4. recen. & deciſ. 385. num. 3. co-
ram Gregor.

Sicut poſitiones differunt ab interrogatorijs,
ità differunt etiam ab Articulis, qui dantur ad
probandum incumbentia per teſtes, quia poſi-
tio eſt pars intentionis continens id, ſuper quo
16 quis petit reſponderi ab Aduerſario, articulus
verò eſt pars intentionis continens id, quod quis
probare intendit per teſtes, vel ſcripturas Bald.
in l. generaliter § ſed Iuramento n. 6., & 7. C. de reb.
cred. SanFelic. in ſua prax. ſect. 48. n. 1.; & vlterius
differunt, quia ponens ex dictis fatetur contenta
17 in poſitionibus, quas producit, non ſic articu-
lans contenta in articulis, Michalor. de poſit. c. 4.
n. 15., Ronit ſuper pragm. 8. de ordin. Iudic. n. 13., Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. num. 2. Rota deciſ. 198.
num. 3. coram Mantic., & deciſ. 314. num. 9. co-
ram Duran.

At ſi articuli dati fuerint medio Iuramento,
28 tunc probant, & confeſſio ex illis reſultans præ-
iudicat confitenti Thomat. deciſ. 116. num. 43. ad-
den. ad Gregor. deciſ. 143. num. 5.

Licet etiam dati abſque Iuramento probent
præſumptiuè; & faciant adminiculum, ex quo
19 articuli non ſolent ab articulante dari, ſine ma-
gna conſideratione, dum articulans illa producit
ad probandum ſua incumbentia, & ſic cenſen-
dum eſt vera, & ſubſiſtentia in illis propoſuiſſe,
Michalor. de poſit. cap. 4. n. 19. Adden. ad Gregor. de-
ciſ. 143. n. 5. Rota deciſ. 309. num. 4. part. 4. recen.,
& deciſ. 672. num. 8. coram Amat. Dunozzett.,

20 & ſuper pluribus alijs differentijs, ac con-
uenientijs inter articulos, & poſitiones vide-
ri poteſt plenè Cauagnol. ad decret. montis Ferr.
decr. 11. §. 3.

Poſitiones autem adhoc vt fiant de actis requi-
21 ritur admiſſio illarum facta à Iudice Michalor.
de poſit. cap. 3. nu. 47. Rota deciſ. 383. num. 4. & 5.
par. 14. recen.

Cum poſitiones tendant ex dictis ad proban-
dum id, quod in illis aſſertiuè, ponitur ideò illa-
rum ſubſtantia debet elici ex libello, ſeu peti-
tione, & ſi aliquid in libello de circumſtaneijs
22 facti omiſſum ſit, poterit in poſitionibus poni
& exprimi Luc. Pet. in praxi lib. 2. cap. 4. n. 6.

Et dum poſitiones debent probare, tam contra
illas producentem, quàm contra illis reſponden-
tem, & debeat ab vtroque tàm ponente, quàm
reſpondente ſuper illis iurari, hinc non ſunt at-
tendendæ, nec admittendæ, ſi producantur à
Procuratore non habente mandatum ſpecialiſſi-
mum ad ſic, & ſic ponendum, & iurandum ſu-
23 per illis: vnde in mandato debent eſſe ſingula-
riter expreſſę poſitiones dandæ, cum facultate
illas ſic indiuidualiter expreſſas iurandi cap. præ-
ſentium de teſtib. in 6. Nenizzan. conſ. 7. num. 12.,
Gratian cap. 772. nu. 26. Poſth. de manut. obſer. 83.
num. 12. & ſeq. Pigant. ad ſtat. Ferrar. Rub. 47. n. 5.,
Canaguol ad decret. Montis Ferr. decret. 12. §. 2. n. 1.
& 2. Oſaſch. deciſ. 113. num. 10., Caſtald. conſult.
Forenſ. 69. num. 6. Thomat. deciſ. 70. n. 5., Rota deciſ.
779. num. 1., & ſeq. p. 2. recen., & pleniſſimè deciſ.
217. p. 4., deciſ. 282. n. 5. & 9. coram Gregor. deciſ.
566. nu. 1. coram Buratt., & deciſ. 240. nu. 5. & infrà
coram Merlin.

Nec confeſſio aliqua prȩiudicialis poteſt de-
duci à poſitionibus productis à Procuratore
24 ſine dicto mandato ſpeciali, cum non ſit obli-
gatoria principalis Thomat. deciſ. 70. num. 6.,
& ſeqq., Rota deciſ. 779. num. 2., & infrà par. 2.
recen. deciſ. 217. num. 1. & ſeq. p. 4., & deciſ. 245.
num. 40. p. 8.

Quinimmò admiſſio poſitionum producta-
tum ſine ſpecialiſſimo mandato facta à Iudice
25 cum clauſula Si, & in quantum habetur prò non
facta, ex quo admitti non debebant Rota deciſ.
27. num. 7., & 8. part. 9. recen., Paſſerin. in cap. 2.
nu. 13., verſic. vndè eſt. de confeſſ. in. 6. in 2. par. 6. lib.
decretal.

Nec ſufficit mandatum generale ad ponen-
dum, ac iurandum, quia tale mandatum licet
26 ſit ſpeciale, attamen non eſt ſpecialiſſimum, ac
indiuiduum ad certas poſitiones, prout requiri-
tur, adhoc vt ſequatur effectus confeſſionis irre-
uocabilis à lege deſideratus, Rota deciſ. 217. p. 4.
tom. 2., & plenè deciſ. 678. n. 3. & per tot. p. 4. tom. 3.
recen., vbi id firmatur tam in Procuratore ad po-
nendum, quàm ad reſpondendum, Paſſerin. in
dict. cap. 2. num. 7. de confeſſ in 6.

Vndè ſimiliter Procurator reijcitur à reſpon-
28 dendo poſitionibus, ſi non habeat mandatum
ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic reſpondendum Ne-
nizzan. conſ. 7. nu. 14. Menoch. conſ. 84. nu. 64. lib. 1.
Ronit. ſuper Pragm. 8. de ordin. iudic. nu. 21., Ridol-
phin. in praxi par. 1. cap. 10. nu. 70. Paſſerin. in dict.
cap. 2. n. 9. de Confeſſ. in 6. Poſth. de manut. obſer. 83.
num. 17. & ſeq. Rota deciſ. 779. n. 3. verſic. ſed parte
opponente p. 2. recen., repetita deciſ. 217. p. 4. tom. 2.
deciſ.

deciſ. 512. num.1.& 2. part.4.tom.3., deciſ.82.n.2. & deciſ.240.num.3.& ſeq.coram Merlin. & ſi non habet mandatum ſpecialiſsimum ad ſic, & ſic re-
29 ſpondendum, non poteſt cogi reſpondere *Rota deciſ.62. n.1.& 2.p.3.recen.*

Nec tenetur pars reſpondere poſitionibus ſine
30 tali procura ſpecialiſſima datis *Rota deciſ.779.n. 1.& ſeqq. par. 2. recen., deciſ. 678. num. 4.& infrà par.4. tom.3., & deciſ.723. num.6., & deciſ. 840. num.6. coràm Vbald. ſen. Paſſerin. in allegat. cap.2.n.7.de Confeſs.in 6.*

Minuſque poſſunt poſitiones productæ à Procuratore carente ſpecialiſſimo mandato, ad ſic &
31 ſic ponendum, haberi pro confeſſatis *Poſt. reſol. 90. num.45., Rot. deciſ.314. num.10. apud Poſt. de manut.*

Et poſſunt poſitiones, datæ à tali Procuratore,
32 etiam non docto de errore, reuocari à principali *Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. num. 6. Rota deciſ.170. num. 6. & 7. coram Coccin.*, & ampliùs reſponſio facta à Rectore Eccleſiæ ſuper huiuſmodi poſitionibus productis à Procuratore, non habente mandatum Procuræ vt ſuprà, & ſuper qui-
33 bus Iudex non decreuit reſponderi, dicitur voluntariè emiſſa, & non præiudicat *Rota deciſ. 27. n.5.& 6.p.9.recen.*

Ideoque Procurator, non habens ſpecialiſſimum mandatum ad ſic, & ſic reſpondendum,
34 non nocet Domino, ſi ſit contumax in non reſpondendo, ſecùs ſi tale mandatum habeat *Paſſerin. in dict. cap.2. num.10. & 11. de Confeſs. in 6. Rota deciſ.779.n.3.& 4.p.2. recen.*

Et eidem Procuratori habenti ſolum manda-
35 tum generale, debet dari terminus ad certiorandum principalem, ad hoc vt det mandatum ſpeciale ſuper reſponſione facienda, *gloſ. in capit. 2. verbo abſque rationabili cauſa de Confeſs. in 6., & ibidem Paſſerin.n.12.*

At ſi Procurator dedit poſitiones diſtinctas cum præciſis circumſtantijs facti, quæ ſolum à principali ſubminiſtrari potuerunt, tali caſu præſumitur ſcientia principalis, ſi hic illis poſtea vſus ſit, & confeſſionem Procuratoris non reuo-
36 cauerit, cum hoc caſu factum Procuratoris præiudicet principali, etiam deficiente mandato vt ſuprà *Pigant. Rubr.47. num.5., Rota deciſ.566. num. 12.& ſeq. coram Buratt., & facit Cauagnol. ad decret. Montiſferr. decret.12.§. 2. nu.2. verſic. veruntamen & n.3. & ſeq.*

Proue ſi Procurator per modum contentioſæ
37 Iuriſdictionis, fecerit Confeſſionem ſine tali mandato, illa præiudicabit principali ſi confeſſionem non reuocauerit *Rota deciſ. 96. num.4. par.4. tom. 2. recen.*

Nec in terminis ſtatuti noſtri hic requiritur tale ſpeciale mandatum, ad ſic & ſic reſponden-
38 dum, dum per illud fuit ſublata omnis altercatio Doctorum relatorum *per Ronit. deciſ. 34.*, volentium, ſat eſſe mandatum ſpeciale ad reſpondendum poſitionibus, nec requiri ſpecialiſſimum, & indiuiduum, ad ſic & ſic reſpondendum, dum per
39 hoc ſtatutum mandatur, quod ſi pars reſpondere debens de tempore motæ litis, vel poſt ſine fraude abeſſe contingerit vltrà 40., & vltrà milliaria ab Vrbe, & illius reditus de proximo non ſperetur, de qua abſentia Procurator, ſuo iuramento fidem faciat, idem Procurator ſi ſe plenè

inſtructum iurauerit, & mandatum ad reſpondendum poſitionibus ſaltem in genere habeat, ad reſpondendum admittitur, & ſic ex hoc ſtatuto ſat eſt mandatum ſimplex & generale ad reſpondendum.

At ex lectura ſtatuti, vt Procurator admittatur ad reſpondendum poſitionibus, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicèt, quod iuret, ſe plenè in-
40 ſtructum eſſe ſuper contentis in poſitionibus, & ſimul doceat de mandato tribuente facultatem in genere ad reſpondendum, vndè ſi vnum ex illis deficiat, Procurator non admittitur ad reſpondendum.

In vim tamen dicti ſtatuti Procurator habens mandatum generale, etiamſi medio iuramento aſſerat, ſe inſtructum, non poteſt dare poſitiones, vt in caſu contingenti iudicaui, cum enim hoc ſtatutum determinans, poſſe à Procuratore reſponderi cum mandato generali ad reſpondendum poſitionibus, ſit correctorium Iuris communis, ſecundum quod ex firmatis requiritur
41 ſpeciale & indiuiduum ad ſic, & ſic reſpondendum, ideo, dum loquitur de reſponſione facienda poſitionibus, non debet extendi ad illas dandum ex plenè firmatis *per Redenaſc. conſ.1.nu.19. & ſeq. lib. 1. Cyriac. contr. 291. n. 76. Poſt. reſol. 130. n.42. & ſeqq. Thomat. deciſ.68. n.92.& 95., Rota deciſ.167. n.6. coràm Buratt.,& deciſ.114.n.6. & 7.poſt Merlin. de legit.*

Huiuſmodi poſitiones poſſunt fieri tàm ab Actore, quam à Reo ad fundandam propriam
42 intentionem *Clem. ſæpè 5.& quia de verb. ſignific. in 6. Fagnan. in cap. olim num. 89. de litis conteſt., Azeued. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg.2. n.89.*, Vbi quod Actor, & Reus in hoc pari paſſu ambulant, & conſonat ſtatutum hic.

An autem poſitionibus Actoris, vel Rei ſit priùs
43 reſpondendum *Azeued. vbi proximè n.89.* articulum relinquit indeciſum; at eſſe priùs reſpondendum poſitionibus Actoris tenent *Michalor. de poſit. cap.5. n. 6. & ſeq. Poſt. de manut. obſeruat. 83. n.28. Anton. Queſad. quæſt. Iur. cap.30. n. 6., Galup. in prax. par.2. cap.19. num. 10., Carol. Ant. de Luc. in ſua praxi cap. 54. n. 11. verſic. ad complementum Pigant. ad ſtat. Ferrar. Rubr. 47. n.4.*,
44 & huic opinioni aſſiſtit ratio, quia Actor intentat Actionem, & debet priùs ipſe Iudicium à ſe motum probationibus ſtruere, & hoc videtur ſic determinatum à ſtatuto hic.

At ſi Reus vellet cum ſuis poſitionibus elidere
45 illud, quod in libello perijt Actor, interimendo eius Actionem, tunc eſſent præferendæ eius poſitiones *Michalor. dict. cap. 5. n. 12., & facit Carol. Anton. de Luc. in ſua praxi iudic. cap. 54.n.11. verſic. ad complementum*, vbi quod ſi Reus vellet
46 ponere directò contrà contenta in poſitionibus Actoris, tunc præferretur Reus *Poſt. de manut. obſeruat. 83. n. 39.*, nàm aliàs ſi hic priùs fateretur contenta in poſitionibus Actoris, eſſet ſibi contrarius, ſuper quo videatur *Paſſerin. in cap. 2. num. 4. de Confeſs. in 6., & Poſt. alleg. obſeru. 83. num.30.*

Non poteſt tamen Iudicium inchoari à poſitionibus, cum enim illæ loco probationum ſuccedant, ſicut antè litem conteſtatam reijciuntur
47 probationes, ità & poſitiones, vt *in puncto probat Ruin. conſ. 30. num. 10. lib. 4., & ſequitur Caſtald.*

ſtald. conſult. Forenſ. 69. n.5., quod non procedit
48 in ſummarijs, & in cauſis, in quibus non requi-
ritur litis conteſtatio, cum tunc paſſim Iudicia
inchoentur à poſitionibus, quæ concludunt, quid
Actor petat.

Poſitiones autem poſſunt produci etiam poſt
concluſum in cauſa, & publicatas teſtium atte-
49 ſtationes, ac dicicita teſtificata, & pars illis co-
gitur reſpondere Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 14. n.
12., benè Michalor. de poſit. cap. 26. n. 14. & ſeqq.
Cauagnol. ad decret. Montisferr. decret. 11. §. 3. num.
122. Azeued. vbi proximè leg. 1. numer. 12., vbi
quod ſemper antè ſententiam, ne iuſtitia pereat,
50 & veritas habeatur, admittuntur, & teſtatur de
praxi, de Angel. de Confeſs. lib. 2. qu. 1. n. 40. &
infra, Peregrin. deciſ. Patauin. 126. num. 8. ad 11.,
qui adducit optimas rationes Rota deciſ. 334. n.
14. p. 11. recen.

Quæ Concluſio facilius procedit, quando agi-
tur de cauſis, in quibus proceditur ſummariè, &
51 ſine figura iudicij Oſaſch. deciſ. 10. n. 6. de Angel.
d. q. 1. n. 43.

Et poſſunt dari poſitiones, etiam quando quis
52 ſe adſtrinxit probare per Inſtrumenta, vl teſtes
Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 83. n. 67., Rot.
deciſ. 448. n. 7. coram Priolo.

Quando tamen pars, à qua petitur reſponſio,
habet fundatam ſuam intentionem ſuper Inſtru-
53 mentis, vel teſtibus, non poteſt cogi poſt publi-
catas atteſtationes ad reſpondendum poſitioni-
bus Oſaſch. deciſ. 10. n. 7. & ſeq. Hodiern. ad Surd.
deciſ. 17. n. 3. & ſeq., & benè Rota deciſ. 334. n. 15.
per 11. recen., vbi quod non admittuntur poſt
publicatas atteſtationes, quando vtraque pars
54 fecit ſuas probationes per teſtes, vel alia docu-
menta, & addit rationem, ſecus ſi intentio non
ſit fundata in probationibus factis Oſaſch. dict. de-
ciſ. 10. Theſaur. deciſ. 93. Peregr. deciſ. 126. n. 8.
& 9. qui videantur, & etiam Michalor. de poſit. cap.
26. n. 14. & 15.

Prout ſi fuerit præfixus terminus ad faciendas
55 omnes probationes, tunc eo elapſo non admit-
tuntur, nec etiam poſitiones Veſtr. in prax. lib. 5.
cap. 14. n. 12. verſic. quod tamen, Ab Eccleſ. obſer.
Forenſ. 56. n. 24. tom. 1., Fontanell. deciſ. Catha-
lon. 25. n. 11.

Idem dicendum, ſi reſponſio eſſet ſuperflua,
56 & irreleuans, vel ex illa reſpondens poſſet eſſe
ſibi contrarius, & incidere in periurium Rota de-
ciſ. 334. n. 15. par. 11. recen. & faciunt Oſaſch. deciſ.
10. n. 7. & 8., Surd. deciſ. 17. nu. 5., & ibi Ho-
diern. n. 3. & ſeqq.

Sed quod etiam elapſo termino probatorio re-
mittatur arbitrio Iudicis, an poſitiones ſint ad-
57 mittendæ, & an tali tempore ſine nec ne datæ
calumnioſè Maſcard. de probat. concluſ. 1235. n.
73. dict. Ab Eccleſ. obſer. 56. n. 25., vbi teſtatur
de obſeruantia ſui Senatus, ſed hoc dicit fieri cum
abbreuiatione temporis.

Pacian. verò de probat. lib. 1. cap. 32. num. 17.
58 refert tenentes, non eſſe locum admiſſioni poſi-
tionum poſt elapſum terminum ad probandum,
cum poſitiones ſint ſpecies probationis; ſed po-
ſteà refert contrarium tenentes pro illarum ad-
59 miſſione, at demum n. 38. conciliat dictas opi-
niones, vt prima pro non admiſſione procedat
ad inſtantiam partis, ſecunda quod admittantur
officio Iudicis, & æquitate ſuadente, & idem in
ſubſtantia firmat Fontanell. deciſ. 25. num. 2. &
ſeq.

In punctò tamen Statut. Vrb. lib. 1. cap. 59. cum
Iudex terminis, ac dilationibus ad probandum
elapſis, debeat cauſam expedire, tali ſtatuto at-
60 tento, videntur reijciendæ poſitiones datæ poſt
elapſas dilationes ſtatutarias, & ſic ſemper pra-
cticaui, hinc, poſitiones productæ poſt terminum
ad probandum præfixum à ſtatuto, non debent
61 admitti, & Iudex ſi illas admittat cum clauſula
ſi & in quantum videtur tali caſu illas reieciſſe
Rota deciſ. 354. n. 2. 3. 6. & ſeqq., confirmata deciſ.
763. n. 3. ad 5. p. 18. recen. tom. 2.

At ſolet elapſis dilationibus ſtatutarijs præfi-
xis à ſtatuto in dict. cap. 59. lib. 1. à Papa obtineri
commiſſio, vt non obſtante lapſu termini pro-
62 batorij Iudex cauſæ nouum terminum ad pro-
bandum concedat, qua commiſſione attenta Iu-
dices Capitolini admittunt poſitiones, ac articu-
los, non obſtante lapſu temporis, dilationibus, ac
terminis à ſtatuto præſcriptis.

Extrà verò Tribunal Capitolij, in alijs Tribu-
nalibus, vbi rigor dilationum non ſeruatur, ſed
ſemper ex ſtylo Curiæ admittuntur probationes
facientes ad cauſam, quouis tempore antè ſen-
63 tentiam, quoties ſint releuantes, dum tendunt
ad faciliorem litium expeditionem, ſemper ad-
mittuntur cum magna facilitate Vrceol. conſult.
forenſ. 62. n. 15., qui ſtylus ſummæ æquitati niti-
64 tur, cum enim probatio, quæ elicitur ex reſpon-
ſione facienda poſitionibus, ſit ex Confeſſione iu-
diciali partis, quæ reſpondere debet, hinc ſem-
65 per in dubio pro illarum admiſſione eſt iudican-
dum, & pro coactione partium ad reſponden-
dum Poſt. de manut. obſeru. 83. n. 9., Ridolphin. in
prax. p. 1. cap. 10. num. 87., Fagnan. in dict. cap.
olim num. 83. de litis conteſt., Seſs. deciſ. Aragon. 84.
num. 3., Rota deciſ. 92. num. 11. coram Merlin., &
deciſ. 783. num. 14. par. 18. tom. 2. recen., itaùe ſuf-
66 ficiat, aliquam ex poſitionibus eſſe releuantem,
ad hoc vt cœteræ omnes admitti debeant Rot.
deciſ. 1255. n. 3. coràm Pæn., & deciſ. 286. n. 7. co-
ram Vbald. ſen.

Hinc propterea illis reſpondendum eſt, etiam
67 ſi datæ ſint in cauſis ſummarijs, & etiam execu-
tiuis, & in quacumque parte iudicij Fenzon. hic
num. 10. & 11. Poſt. alleg. obſeru. 83. num. 6. Vr-
ceol. conſult. Forenſ. cap. 62. num. 16., licèt agatur
68 in iudicio ſummariſſimo manutentionis Poſt.
alleg. obſeru. 83. num. 7., pariter aduerſùs obliga-
catus Speculat. in tit. de poſit. §. 3. aute finem., &
ego ſuper hoc ſum teſtis ocularis, dum Procura-
tores capite annuentes pro facienda negatione
corripui, & à loco reſponſionis non ſemel ab
hoc reieci.
Et licet Romæ adſint probatiſsimi Procurato-
res Deum timentes, iuſtitiamque colentes, &
ſic non ſit credendum, quod velint inſtruere ad
negandam veritatem, nihilominùs pace bono-
rum, non deſunt mali, qui quandoque ſuadent
reſpondere debentes, quod negent poſitiones,
210 nam alias cauſam perdent, & cum tali prauo
conſilio incidunt in manus Diaboli, vt benè no-
tar. Veſtr. in ſua praxi lib. 5. cap. 14. nu. 7 & 8. ibi
Grauat. in addit. num. 29. Michalor. de Poſit. cap.
64. num 4. & 5. Pigant. ad ſtat. Ferrar. rub. 47. n. 46.
Poſth. de manut. obſer. 83. num. 47., & hi miſeri
211 dum dicunt Clientibus, ſi confiteberis, perdes
cauſam, deberent potiùs dicere ſi negaueris ve-
ritatem, perdes Animam, vt poſt gloſ. in cap. 1.
verſic. ſcire tamen debes. de confeſſ. in 6., aduertit
Fagnan. in cap. olim nu. 97. de litis conteſt. in 6. &
doctè, ac efficaciter contra Aduocatos conſulen-
tes quod negentur poſitiones verè inuehit Fonta-
nell deciſ. 25. n. 22. & ego pluries expertus ſum,
quanti noceat veritati inſtructio facta à Pro-
curatoribus prò negatione poſitionum, & vna
vice recordor, Ruſticum Vineatum Cultorem,
licterarum quidem ignarum, ſed apprimè Saga-
212 cem. peximè inſtructum à ſuo Procuratore ad
negandum poſitiones, illas à prima ad vltimam
negaſſe per hæc verba præciſa illi accomodata à
ſuo Procuratore -- Non crede come pone, ne all' ef-
fetto, che ſi pone -- quæ verba volui, quod per
Notarium adnotarentur, proùt prolata fuerunt
Italico idiomate, qui poſteà per probationes
fuit conuinctus de mendacio, & amiſit cauſam,
nec cum dicto Ruſtico profuerunt meæ monitio-
nes præambulæ, & ſucceſsiuæ pro dicenda verita-
te, & quod nõ debebat illam celare, nam promptè
reſpondidit, quod ipſe non credebat contenta
in poſitionibus, niſi cum dictis verbis, vt ſuprà
relatis, vndè cauere debent Aduocati, & Procu-
213 ratores noſtri temporis, nè ità faciles ſint ad
perſuadendum, quod negentur poſitiones veræ,
quia tenentur ad damna illis, contra quos nega-
tæ fuerunt Canagnol. ad decret. Montis Ferr. decret.
12. §. 1. n. 46. verſic. cauere tamen debent.
Excepta Curia Capitolij in Vrbe, & alibi ſi
non adſit ſtatutum, vel ſtylus in contrarium, re-
214 ſponſiones, quæ fiunt poſitionibus recipiuntur
coram Notario ſolum Azeued. ad leg. Recopil.
tom. 2.

Digitized by Google

215 *tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 1. num. 7. in fine*, & etiam
in Rota recipiuntur à ſolo Notario, abſque com-
miſsione Iudicis *Rot. deciſ. 40. num. 5. p. 13. recen.*
vbi reſtatur de ſtylo Tribunalis Rotæ.

Si verò reſponſio poſirionibus ſit facienda per
perſonas egregias, putà Cardinales, Epiſcopos,
Prælatos, inter quas connumerantur etiam Sa-
216 cerdotes, ac Doctores, debet mitti ad illarum
Palaria, ac Domos prò habenda reſponſione
*Ab Eccleſ. obſer. Forenſ. 65. par. 1. Pigant. rubr. 47.
num. 62. Leoncill. deciſ. Ferrar. 150. n. 1. & ſeqq.*

Idem dicas in Mulieribus nobilibus, ac hone-
ſtis, quæ quales ſint, remitritur arbitrio Iudicis
217 *dict. Ab Eccleſ. ibidem num. 10. & infrà, Leoncill.
deciſ. 150. num. 3.*, nec contrarium ſeruandum eſt
in Viduis ac Puellis honeſtis *Ab Eccleſ. vbi ſupra
n. 16. & infrà. qui n. 30. & ſeq.* contrarium firmat
in Mulieribus Ruſticis, dummodò illarum hone-
ſtas, ac diuitiæ contrarium non ſuadeant.

Prout ad Domnm Senis debet mitti Nota-
218 rius prò habenda reſponſione, ſi tamen
agatur de Sene valde decrepito, & infirmo, ſe-
cùs, è contrà, *Leoncill. deciſ. Ferrarien. 151. per
tot.*, tu verò dic, quod ſi ſit ità decrapitæ etatis,
vt eius memoria ampliùs non vigeat, tnnc nec
tenetur reſpondete, vt fuit firmatum *ſuprà n. 191.
& 192.*

Et in propoſito firmata in egregijs perſonis
219 procedunt etiam in valetudinarijs *dict. Ab Ec-
cleſ. obſer. 65. nu. 22.*, *& facit text. in cap. ſi quis
teſtium de Teſtib.*

Quæ autem dicatur, & ſit egregia perſona
220 Iudicis arbitrio hoc remittitur, qui ex qualita-
te perſonæ, & loci debet id determinare *Menoch.
de arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 80. num. 2. 3. 11., & 12.,
Leoncill. deciſ. Ferr. 150. num. 5.*

Quando autem mittitur ad Domum egregiæ
perſonæ prò habenda reſponſione, expenſæ ſuper
221 hoc neceſſariæ fiunt à petente reſponſionem,
ne inducta in fauorem egregiæ perſonæ retor-
queantur in eius odium *ad text. in cap. 2. de iure-
iur. in 6. Gutier. pract. q. lib. 1. q. 63. nu. 3.*, *vbi te-
ſtatur de veriori opinione Poſth. de manut. obſer. 83.
num. 22. Noal. conſ. 83. num. 2. & 3. Tort. ad ſtat.
Pap. 28. num. 54. & ſeq. Pigant. ad Stat. Ferrar.
rubr. 47. num. 62. verſic. ſecundo eſt obſeruandum,
Leoncill. deciſ. 150. num. 2.*, nec viderur diſſentire
Michalor. de poſit. cap. 65. num. 6. & in Prouincia
222 Marchiæ ità ſtatutum repetitur *per Conſt. lib. 5.
cap. 19. circa finem.*

Sed quod rales expenſæ debeant ſolui per ipſas
egregias Perſonas, & quod illarum ſumptibus
223 debeat tranſmitti Notarius ad DomumPerſo-
næ egregiæ tenent *Noal. conſ. 83. num. 1. verſic.
qui pariter loquuntur Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.
2. centur. 3. caſ. 228. n. 12. Scacc. de Iudic. lib. 2. c. 7.
quæſt. 19. n. 579., dict. Ab Eccleſ. obſer. 66. n. 17. p. 1.
Ludouic. deciſ. Peruſ. 74. num. 10. & ſeqq. vbi dicit,
quod hæc opinio eſt verior*, , & quod ipſe cum illa
pertranſiuit, & huius opinionis ratio eſt ſatis
conuincens, quod ſcilicet rale priuilegium con-
ceſſum egregijs Perſonis debet intelligi ſine præ-
iudicio tertij, & collitigantis, & quia nobilitas
vnius in hoc non debet afferre detrimentum alte-
ri, *Noal. vbi proximè.*

At primæ opinionis ſectatores dicunt, quod in
224 hoc nullum infertur præiudicium collitiganti,
cum egregia Perſona, non teneatur accedere ad
Tribunal pro facienda reſponſione, & ſic expenſæ,
quæ fiunt pro tranſmiſſione Notarij ad Domum,
non proueniunt ex culpa eiuſdem egregiæ Perſo-
næ, vt aduertit ſignanter *Michalor. de poſit. cap.
65. num. 6.*, at ſecundam opinionem vidi in praxi
receptam in Tribunali Capitolij, dum expenſas
Notarij ac Iudicis, vel deputati ab eo ad intereſ-
ſendũ reſponſioni ſoluebat egregia Perſona, ſed ſi
ſuper hoc naſceretur altercatio, ego reſponderem
225 fauore egregiæ Perſonæ, pro qua *facit text. in
cap. 2. de Iudic. in 6. perpenſus per Leoncill. deciſ.
Ferrar. 150. num. 2., verſic. & ità expreſsè, & hoc
idem tenet Poſt. de manut. obſeru. 83. num. 22.*, & in
puncto Fœminarũ, & Infirmorum, qui ob matrona-
lem pudorem, vel infirmitatem non poſſunt acce-
dere ad Tribunal, quod pro reſponſione habendæ
fiant expenſæ à ponente tenet *Noal. conſ. 83. n. 2.*
qui benè hoc probat.

Vel ſaltem exiſtimarem, quod dictæ expenſæ
226 communiter erogari deberent tàm à Ponente,
quàm à reſpondente, vt per *Boer. deciſ. 305. n. 3.
& refert Carol. Ant. de Luc. in ſua praxi cap. 54. n.
5. verſic. media eſt, qui num. 6.* videtur inclioare
227 eſſe tales expenſas erogandas à petente reſpon-
ſionem.

Quando verò reſpondere debens eſt abſens à
loco Iudicij, ſi abſentia aderat antè moram litem,
tunc expenſæ neceſſariæ pro habenda reſponſione
facienda ab abſente, fiunt à petente reſponſio-
228 nem, ſi verò quis ſe abſentauerit voluntariè,
pendente iudicio, vel aliàs reſpondere debens
tenetur comparere perſonaliter ad reſponden-
dum, & tunc fit reſponſio expenſis abſentis *Mi-
chalor. de poſit. cap. 65. num. 3. & infrà, Luc. Pet.
in Prax. lib. 2. cap. 4. num. 24. Poſt. de manut ob-
ſeru. 83. num. 21. Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 10.
num. 73. Pigant. Rubr. 47. num. 48. verſic. addit ſta-
tutum*, & ralis diſtinctio videtur praxi recepta,
pronr ſi Actor abſens voluntariè litigaret per
Procuratorem, tunc expenſis ipſius deberent
fieri reſponſio, & mitti literæ pro habenda reſpon-
ſione *Michalor. de poſit. cap. 65. Pigant. d. Rubr. 47.
num. 48.*

Vndè non placet opinio *Fenzonij hic num. 123.*
229 ſimpliciter relata, & non examinata per *dict.
Ridolphin. cap. 10. num. 74. Noal. conſ. 83. num. 1.*
volentes, quod poſitiones tranſmittantur ſumpti-
bus abſentis, quia hoc non eſt verum ex opinione
ſuprà firmata à tot Doctoribus, inter quos benè
illam tuetur *Michalor. alleg. cap. 65.*, *& idem Ri-
dolphin. prius num. 73., vndè num. 74. ſibi contradi-
cit vt aduertit Carol. Anton. de Luc. in ſua praxi
cap. 54. num. 4.*, qui licèt referat ſuper hoc varias
authoritates, *nihilominùs num. 6.*, & ipſe videtur
230 inclinare cum noſtra opinione, quando abſen-
tia eſt rationabilis, & agitur de Muliere hone-
ſta, quæ non tenetur venire ad Tribunal pro fa-
cienda reſponſione, vt in Muliere honeſta conclu-
dit *Noal. dict. conſ. 83. num. 2.*, & quod quando
litigatur in Curia, & petitur quod poſitionibus
debeat reſpondere principalis abſens, tunc tranſ-
mittatur Notarius, vel remiſſoria cum poſitioni-
bus ſumptibus petentis firmauit. *Rot. in Fulgina-
ten. fideicommiſ. ſuper mobilibus 11. Maij 1682. §. ex
illis verſic. ſed debebat coram bon. mem. Guaxardo.*

Nec *deciſ. 177. Afflict. allegata per Fenzon.* ob-

ſtat noſtræ opinioni, dum in caſu *deciſ. Afflicti*, ille Nobilis qui debebat reſpondere ſe abſentauetar poſt motam litem quo caſu verum dicit, quod reſponſio fiat expenſis abſentis.

Attento tamen noſtro ſtatuto hic in verſiculo *ſi autem propter calumniam*, remanet ſuper hoc particulariter prouiſum, quod ſi quis per calumniam, aut infra 40. milliaria ab Vrbe abſens fuerit, & quis deſideret reſponderi poſitionibus ab ipſo principali ſic abſente, mittatur Notarius ſumptibus abſentis.

Et vlterius in terminis præſentis ſtatuti, & ad praxim fori Capitolini aduerte, quod ſi quis
231 compareat reſponſurus poſitionibus in termino primę citationis ad dicendum contrà poſitiones, non expectato monitorio ſuper illarum reſponſione, non tenetur ſubite expenſas neceſſarias pro Notario, qui recipit coram Iudice reſponſiones, ſed illas patitur inſtans pro reſponſione, ſi verò compareat poſt factũ decretũ ſuper reſpõſione, & illas ſubire cogitur, vnde in illo foro ſolẽt litigantes eſſe vigiles, & in termino primæ citationis in audientia ſe offerunt promptos ad reſpondendum, & hæc praxis in dicto foro Capitolij videtur deſumpta eſt Statuto hic ibi-- *& expenſas reficiat*.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Ponitur hic quando necnè poſitiones ſint impertinentes, irreleuantes captioſæ, contrariæ, criminoſæ, & aliàs de Iure non ſint admittendę, nec illis veniat reſpondendum. Examinatur ſimul, quando poſitionibus ſit nec nè denuò reſpondendum, ob inſufficientiam primæ reſponſionis. Poſitionibus concernentibus factum alienum quando, & quomodò reſpondendum ſit. Examinatur an poſitio quæ eſt in parte vera, & in alia falſa poſſit in totum negari. Author laudatus Tutor, Curator; Prælatus, Syndicus, ac Adminiſtratores Loci Pij, quando teneantur reſpondere poſitionibus.

SVMMARIVM.

232 *Poſitioni continenti crimen reſpondere debentis, non debet reſponderi.*

233 *Fallit in crimine notorio, & quando tale ſit, & num 234.*

235 *Fallit etiam ſi ex crimine reſpondere debens, locupletaretur cum aliena iactura.*

236 *Limitatio pradicta reijcitur, & non placet.*

237 *Iudex tamen poteſt ipſe interrogare ſuper crimine, ſed hoc non eſt per viam poſitionum, & n. 238.*

239 *Poſitioni criminoſæ quando ſit reſpondendum vide remiſſiuè.*

240 *Poſitionibus non eſt reſpondendum, quando quis illis reſpondendo poſſet incidere in periurium, & num. 257.*

241 *Reſpondere non tenetur poſitionibus ſuper eodem facto, qui ſemel reſpondidit.*

242 *Super eodem facto non tenetur quis iterato iurare, ne detur occaſio peierandi, & num. 243. & 244.*

245 *Genus, qui negauit non tenetur iurare denuò ſuper ſpecie contenta ſub tali genere.*

246 *Dictio* Nihil *eſt vniuerſalis negatiua, omnia excludens.*

247 *Poſitiones ſunt inuentæ ad hoc, vt quis releuetur ab onere probandi, & n. 249.*

250 *Poſitionibus etiam indirectè, ac leuiter facientibus ad cauſam eſt reſpondendum.*

251 *Contrà recuſantem reſpondere poſitionibus malè præſumitur.*

252 *Reſponſio facta poſitionibus per verba non credit, vt ponitur, & neque ad effectum ad quem ponitur eſt præciſa etiam in terminis ſtatuti Vrbis, & n. 253.*

254 *A decreto mandante denuò reſponderi omnibus poſitionibus datur appellatio.*

255 *Iuramentum litis deciſiuum non tenetur quis ſuſcipere ſuper eo, quòd alias iurauit.*

256 *Fallit ſi poſitionibus fuit prius reſponſum per ſola verba* non credit vt ponitur *ſi non ſint addita alia*, & neque ad effectum, ad quem ponitur.

258 *Poſitionibus ſi non fuit ſufficienter reſponſum debet iteratò reſponderi in illis partibus, in quibus non fuit ſufficienter reſponſum.*

259 *Reſponderi debet magis præcisè, ſi primò loco aliquibus poſitionibus non fuit præcisè reſponſum.*

260 *Reſponſio prima ſi ſit obſcura peti poteſt, vt declaretur.*

261 *Reſponſioni vlteriori quis dicitur renunciaſſe per reproductionem poſitionum loco articulorum.*

262 *Poſitiones nouæ dilucidantes, magis clarè materiam controuerſam ſunt admittendæ, & quando ſecùs n. 263.*

264 *Noua reſponſio poſitionibus facienda eſt ſi prima fuerit amiſſa, vel aliquod nouum emergens inſurrexerit poſt primam reſponſionem.*

265 *Idem dic de poſitione concernente factum alienum, & quare.*

266 *Non tenetur quis reſpondere poſitionibus ſuperfluis & pluries ſuper eodem facto repetitis.*

267 *Superfluitas poſitionum debet plenè oſtendi ab illam allegante.*

268 *Poſitioni negatiuæ non eſt reſpondendum.*

269 *Fallit ſi negatiua ſit coarctata loco, & tempore, vel ſi alio modo non poteſt probari, & n. 271.*

270 *Idem ſi negatiua concernat factum proprium reſpondere debentis.*

272 *Poſitionibus Iuris non eſt reſpondendum, & quandoſecùs n. 273. & 274.*

275 *Poſitioni, continenti ius conſuetudinarium, eſt reſpondendum.*

276 *Poſitionibus calumnioſis, & non facientibus ad cauſam non eſt reſpondendum, & n. 277.*

279 *Nec poſitionibus impertinentibus, & nullo modo facientibus ad cauſam, etiam ſtante ſtatuto, quod omnes poſitiones debeant admitti, & num. 280.*

281 *Poſitiones ſi ſuper illarum impertinentia adſit dubietas, admittuntur cum clauſula ſine præiudicio impertinentium, & non admittendarum.*

282 *Reſponſio facta poſitionibus admiſſis cum tali clauſula non præiudicat, in poſitionibus impertinentibus.*

283 Poſi-

283 *Poſitiones debent admitti etiamſi indirectè, & pro leni adminiculo faciant ad cauſam.*

284 *Poſitionibus ſolùm euidenter impertinentibus quis non tenetur reſpondere.*

285 *Poſitionis vnius pertinentia ad cauſã, operatur, vt aliæ debeant admitti.*

287 *Terminus ad probandum non currit, donec diſcutiatur ſuper admiſſione poſitionum, nec ſuper hoc requiritur declaratio Iudicis.*

288 *Poſitionibus incertis, & vagis, ſi de hoc opponatur non eſt reſpondendum.*

289 *Non eſt reſpondendum poſitionibus contrarijs illis datis ab alia parte, ad euitandum periurium.*

290 *Fallit ſi poſitiones poſſunt diſtinctione concordari.*

291 *Fallit etiam quando poſitiones contrarias primo loco factas produxit Procurator ſine ſpeciali mandato.*

292 *Poſitionibus datis non aſſertiuè, ſed per modum interrogandi non eſt reſpondendum.*

293 *Reſpondens tamen poſitioni factæ per modum interrogandi ſibi præiudicat.*

294 *Reſpondere non debet poſitionibus, qui habet pro ſe Inſtrumentum, vel alias probationes in contrarium.*

295 *Fallit ſi poſitio non impugnat directo probationes factas, ſed ſolùm quod reſtitutum fuit mutuum contentum in Inſtrumento, vel probatum per teſtes.*

296 *Poſitionibus concernentibus factum alienum non eſt reſpondendum.*

297 *Poſitiones concernentes factum alienum non poſſunt pronunciari pro confeſſatis.*

298 *Poſitionibus ſuper facto alieno eſt reſpondendum præciſè, & non per verbum* neſcio, *quando illud eſt notum reſpondere debenti.*

299 *Reſponſio per verbum* neſcio *facta poſitioni ſuper facto alieno, in quo ignorantia eſt veriſimilis valet.*

300 *Reſponſio facta poſitionibus, per verbum* neſcit, *vel* ignorat, *ex ſtatuto Vrbis non eſt bona nec de iure, & quando ſecus, & n.301. & 302.*

303 *Reſponſio per verbum* ignorat, *vel* neſcit *ſufficit etiam poſt datum terminum ad deliberandum ſi ſuper facto alieno non potuit habere notitiam.*

304 *Poſitionem partim veram, & partim falſam, non debet quis totam negare, ſed ſolùm partem falſam.*

305 *Contrarium, quod poſſit totam poſitionem ratione partis falſæ negare, & hæc opinio ſeruatur in praxi.*

306 *In foro animæ prior opinio eſt amplectenda, & num. 308.*

307 *In foro fori ſecunda opinio eſt recepta ſaltem ad effectum euadendi periurium.*

309 *Emptor habens Authorem laudatum non tenetur reſpondere poſitionibus, & quare, & n.310.*

310 Scappucc. de Saluian. interdict. lib. 1. cap. 32. *contrarium tenens reprobatur.*

311 Surdi opinio deciſ. 22., *quod emptor habens authorem laudatum non teneatur reſpondere poſitionibus, approbatur.*

312 Scappucc. *opinio poteſt admitti vocato ad cauſam venditore authore laudato.*

313 *Emptor reſpondens poſitionibus poteſt contra Venditorem agere de euictione, quando venditori non competebat defenſio.*

314 *Emptor tamen ſi non denunciauit debet ipſe clarè docere de malo iure venditoris.*

315 *Poſitionibus non cogitur quis reſpondere in omnibus illis caſibus, in quibus non tenetur iuramentum litis deciſiuum ſubire.*

317 *Tutor tenetur reſpondere poſitionibus datis contrà Pupillum, & confitendo illi præiudicat, non docto de errore Confeſſionis, & n.319.*

318 *Tutor quando non teneatur reſpondere pro pupillo Infante, & pupillus doli capax debet reſpondere ſimul cum Tutore.*

320 *Pupillus vel minor læſi per confeſſionẽ Tutoris reſtituuntur.*

321 *Confeſſio facta per Prælatum, ac Rectorem Eccleſiæ per viam contentioſæ Iuriſdictionis illi præiudicat.*

322 *Religioſus ſuper facto proprio tenetur reſpondere poſitionibus, & an Abbas, Prior, Guardianus Abbatiſſa pro Monaſterio.*

323 *Etiam Adminiſtratores Loci Pij, & quomodo, & n.325. & 326.*

324 *Etiam Syndici Vniuerſitatum, & Cuſtodes Confraternitatum.*

326 *Syndici Vniuerſitatum æquiparantur Tutoribus.*

PRimò non eſt reſpondendum poſitioni cri-
232 minoſæ, quæ contineat crimen reſponde-
re debentis *Faguan. in cap. cum olim n. 85. de litis conteſt. Neguſant. reſponſ. 442. n. 29. Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 58. n. 21., & ſeqq. part. 1., plenè Michalor. de poſit. cap. 18. n. 7. & infrà Ridolph. in prax. part. 1. cap. 10. n. 59. Oſaſch. deciſ. 66. n. 2., & 11. Rota deciſ. 377. n. 6. part. 2 recent.*
Fallit concluſio in crimine notorio, *Neuizzan.*
233 *conſ. 6. n. 10. Negaſant. dict. reſponſ. 442. n. 29. Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 58. n. 21., & ſeqq. part. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 17. n. 58., & infra,*
234 & videatur quomodò talis notorietas habeatur
apud Paſſerin. in cap. 2. n. 69. de confeſſ. in 6. in 2. part. 6. decretal.
Fallit etiam, quando aliàs ex crimine conten-
235 to in poſitione reſpondere debens locupletare-
tur cum aliena iactura *Pacian. dict. cap. 17. n. 54. Tort. ad ſtat. Pap. Rubr. 28. n. 17. verſic. item licèt, Sola ad Conſt. Saband. de poſit. tit. 16. gloſ. 11. n. 2.,*
236 *& 3.* licèt hæc limitatio non placeat *Michalor.*
de poſit. cap. 18. num. final., prout illam non admittunt Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 241., vbi plures refert concordantes Paſſerin. in dict. cap. 2. n. 67. de Confeſſ. in 6. vbi adducit rationem.
Fallit etiam ſi ad inſtantiam Iudicis, & non
partis peteretur reſponſio ſuper poſitione crimi-
237 noſa *Oſaſch. deciſ. 66. n. 11. ſed Michalor. de poſit.*
cap. 18. n. 18. dicit, hoc eſſe extrà propoſitum,
238 quia tunc eſſet potiùs interrogatio Iudicis, qui
in interrogando habet latiores habenas, non autem intrant termini reſponſionis ad poſitiones.
Cæterùm quando quis teneatur nec nè reſpon-
239 dere poſitioni criminoſæ videatur *Michalor. dict.*
cap. 18. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 17. à n 54. Ab Eccleſ. obſer. 58. à n. 21., & infrà part 1. Scacc. de Iudic. lib. 2. q. 7. à n. 233. & ſeqq. Paſſerin. in dict. cap. 2. n. 63., & infrà de confeſſ. in 6.
Secundò non eſt reſpondendum poſitionibus,
240 quando quis illis reſpondendo poſſet incidere
in periurium &, ſibi contrariari *Ab Eccl. obſer. 58. num. 8.*

num. 8. *part.* 1. *Rota deciſ.* 334. *num.* 15. *part.* 11.
recent.

Vndè non tenetur iterato iurare, ac reſponde-
re, qui ſemel reſpondidit ſuper eodem facto,
241 quia poſſet incidere in periurium, & contrarie-
tatem, *Michalor. de poſit. cap.* 50. *n.* 4., *& ſeqq.*
*Cyriac. controu.*38. *n.*7. *Pigant. ad ſtatut. Ferrariæ*
Rubr. 47. *n.* 26. *verſic. ſimili Iure*, *Surd. deciſ.* 17.
*n.*9. *Thomat. deciſ.*54. *n.*3., *&* 4., & ſic aliàs iu-
dicaui præcedente voto ſequentis tenoris.

Prætendebat D. Rignanus Notarius, ſe eſſe
creditorem D. N. Nobilis Romani prò mercede
rogituum Inſtrumentorum, ac publicarum co-
piarum eorumdem illi datarum, & cum dictus N.
ære alieno præſſus ſe contuliſſet ad domum Petri
cum omnibus ſuis mobilibus, hæc Rignanus ſe-
queſtrauit in manibus Petri, & poſteà coram me
inſtetit pro illorum conſignatione, ad effectum
aſportandi ad Depoſitariam Vrbanam, & illa
ſubhaſtandi, at Petrus medio iuramento negauit
in actis, aliquid habere in manibus, quod ſpe-
ctaret ad dictum N., quocirca Rignanus exhibuit
poſitiones contrà dictum Petrum, ad effectum
probandi aſportationem mobilium factam ad
huius domum, & quod in illa de præſenti repe-
riebantur; at Petrus recuſabat illis reſpondere,
eo quia cum Iuramento aſſertorio, iam reſpon-
diſſet, nihil habere in manibus, quod ſpectaret
242 ad dictum N. & ſic non tenebatur ſuper eodem
facto denuò iurare, ne daretur occaſio peierandi,
*Marin. de Iuram. par.*2. *art.*5. *n.*12., *&* 13. *Oſaſch.*
*deciſ.*11. *n.*3. *Surd. deciſ.*196. *n.*8., *& ſeqq. Cyriac.*
*contr.*116. *n.* 15. *cum duobus ſeqq.*, *idem priùs con-*
trou. 38. *n.* 1. *& infrà*, vbi reddit rationem quia
243 aut iurare debens iurabit idem quod priùs, &
Iuramentum, tanquam non profuturum ad cau-
ſam eſt actus fruſtratorius, & ſic non multiplican-
dum, aut iurabit contrarium, & quia poſſet in-
cidere in periurium, nam vel prima, vel ſecunda
244 vice iuraſſet falſum, propterea ad euadendum,
periculum periurij, non eſt cogendus denuò iu-
rare, cum non debeat quis induci ad peierandum,
& benè Michalor. de poſit. cap. 51. *n.*1. *Ab Eccleſ.*
*obſer. forenſ.*68. *n.*14. 22., *&* 23., *& obſeruat.*73.
*n.*16. *&* 17. *part.*1.

Et dum Petrus iurauit ſuper genere, nihil ſci-
licèt penès ſe habere ſpectans ad D.N. non poteſt
amplius cogi ad iurandum ſuper ſpecie contenta
245 ſub illo genere, *Carpan. ad ſtat. Mediolan. c.*83.
n. 26., *&* 27. *part.* 1. *Maſcard. de probat. concluſ.*
1183. *n.*67. *Michalor. de poſit. cap.*53. *n.*14. *&* 15.
dicta enim dictio *Nihil* eſt vniuerſalis negatiua
246 omnia excludens *ex firmatis per Barboſ. dict.*219.
n. 1., *& ſeqq.*, vndè dum Petrus vniuerſaliter
medio Iuramento dixit, nihil habere ſpectans ad
N. non poteſt cogi ad reſpondendum poſitioni-
bus continentibus ſpecies mobilium ſub vniuer-
ſali negatiua comprehenſas; ex quibus inclina-
bam fauore Petri, quod non eſſet cogendus ad
reſpondendum.

Ac apertis poſitionibus datis prò parte Ri-
gnani, illiſque conſideratis, mandaui illis re-
ſponderi, licèt enim veræ eſſent concluſiones ſu-
pra firmatæ, nihilominùs in facto inueni, in po-
ſitionibus contineri duas partes, in prima ſpeci-
ficabantur mobilia dicti N. tranſportata ad Do-
mum Petri, & in ſecunda ponebatur, quod nun-
quam à Petro fuerant reſtituta eidem N. & quod
de præſenti apud ipſum Petrum remanebant, vn-
de reſponſio facienda primæ parti poſitionum
releuabat ponentem ab onere probandi mobilium
quantitatem, & qualitatem expreſſam in poſitio-
247 nibus, & illorum aſportationem factam ad do-
mum Petri, à qua probatione Rignanus Actor
debebat releuari, cum poſitiones ad hoc inuentæ
fuerint *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 81. *n.*1., *&* 21. *Fen-*
*zon. ad ſtat. Vrb. lib.*1. *cap.*68. *n.*1., *& ſeqq.*, *Rota*
*deciſ.*245. *num.*1., *&* 2. *part.*14. *recent. deciſ.*783.
*num.*1., *&* 2. *confirmata deciſ.*803. *num.*13. *par.*18.
*tom.*2.

Nec poterat Petrus affirmando, vel negando
dictam primam partem poſitionum euadere per-
iurus, cum Iuramentum primum per ipſum pre-
ſtitum ſolùm dicat, nihil habere ſpectans ad N.,
& ſic reſpicit tempus præſens, ſed prima pars
poſitionum ponit habuiſſe de tempore præterito,
quæ non implicant, nec contrariantur, nam pó-
teſt eſſe, quod priùs mobilia habuerit, prout
continetur in poſitionibus, & de tempore præ-
ſenti illa non habeat, vndè ſi Petrus fatebitur in
reſponſione, illa habuiſſe, talis confeſſio reſpi-
248 ciens actum præteritum, nihil commune habet
cum tempore præſentaneæ retentionis, & benè
inter ſe compatiuntur, tanquam diuerſa, & ſic
eſt reſpondendum *Rota deciſ.*783. *num.* 9., *&* 10.
par. 18. *tom.* 2. *recen.*, dixi tamen ex motiuo ſu-
pra firmato euitandi periculum periurij, quod
Petrus non tenebatur reſpondere poſitionibus in
ſecunda parte ponente exiſtentiam mobilium de
præſenti penès ipſum, dum hoc medio Iuramen-
to priùs negauerat.

Non obſtat, quod inutilis remaneat reſponſio
primæ parti poſitionum ſuper aſportatione, &
exiſtentia mobilium de præterito in Domum Pe-
tri, cum iam ipſe negauerit exiſtentiam de præ-
ſenti, nam reſpondetur, quod ſi negabitur pri-
ma pars, poterit Rignanus illam probare per te-
ſtes; ſi verò illam Petrus in reſponſione facienda
249 fatebitur, ab onere talis probationis Rignanus
Actor releuabitur *Rota deciſ.*783. *n.*7. *p.*18. *tom.*2.
recent., & non erit inutilis confeſſio, quia tunc
Petrus tenebitur oſtendere reſtituiſſe mobilia N.
debitori Rignani, & ſi non oſtendet reſtitutio-
nem illorum, cogendus erit ad illa exhibendum,
ad hoc, vt poſſint ſubhaſtari; vndè reſponſio pe-
tita per Rignanum nedum non eſt inutilis, ac ſu-
perflua, & irreleuans, ſed releuans, ac faciens
ad cauſam, vt ſenſui patet, & nihilominus ad
250 effectum vt poſitionibus reſponderi debeat, ſat
eſt, quod illæ quomodocumque facere poſſint ad
cauſam, ſiue directè, ſiue indirectè, etiam leui-
ter *Michalor. de poſit. cap.*19. *ferè per tot. & ſignan-*
*ter à n.*6. *ad* 13. *Fagnan. in cap. olim à n.*82. *de litis*
conteſt. 2. *par. decret. fol. mihi* 110. *Seſſ. deciſ. Ara-*
gon. 84. *num.*4. *Rot. deciſ.*92. *nu.* 10. *coram Merlin.*
*deciſ.*448. *n.*3., *& ſeqq. coram Priol.*, *& dec.*783.
*n.*13., *&* 14. *par.*18. *tom.*2. *recen.*

Quod faciliùs procedere exiſtimabam, ex quo
Petrus, adeò mordicus recuſabat reſpondere po-
ſitionibus continentibus aſportationem mobi-
251 lium ad eius Domum, ex qua recuſatione in-
ſurgebat non leuis præſumptio ſuper reali aſpor-
tatione, & quod illa non reſtituerat *Rota deciſ.*
783. *n.*15. *par.* 18. *tom.*2. *recent.*

Aquie-

Acquieuit tandem Petrus meo Iudicato,& co-
ram me reſpondidit poſitionibus continentibus
aſportationem mobilium ad eius Domum, ac
eorum quantitatem, & qualitatem, ſed reſpon-
ſionem omnibus poſitionibus fecit per hæc ver-
252 ba -- *Non credit vt ponitur, neque ad effectum ad
quem ponitur* -- ſed tali reſponſioni non acquie-
ſcens Rignanus, prætendebat illam importare
aliquam credulitatem ſpecificè explicandam, &
ſic non eſſe puram, & ſimplicem prout expoſcit
*Stat. Vrb. cap 63. lib. 1. ex notat. per Fenzon. ad
dict. Stat. 63. n.46., & 52. Rota deciſ.245. num.3.
cum duobus ſeqq. par. 14. recent.*, at ego cenſui,
reſponſionem ſub prædictis verbis factam eſſe
præciſam, ac ſufficientem, nec teneri Petrum
253 ad aliam magis præciſam reſponſionem, & in
puncto firmat *Rot. deciſ. 846. n. 2. verſic. ad ter-
tium part. 4. diuerſ. & in terminis Statut. Vrb. 63.
Fenzon. ibi n.47., & ſeqq., & Rot. deciſ. 40. n. 1.
cum duobus ſeqq. par.13. recen., & deciſ. 245. n.6.
par.14.*, quæ pariter loquitur in terminis Statuti
Vrbis.

Hactenùs Votum.

Et à decreto mandante denuò reſponderi om-
nibus poſitionibus datur appellatio, etiam ſtante
254 ſtatuto, quod ab Interlocutorijs non poſſit ap-
pellari *Thomat. plenè deciſ.54. n.8., & infrà.*

Ampliùs, qui ſemel iurauit ſuper facto con-
255 tento in poſitionibus non tenetur ſuper eodem
facto ſuſcipere iuramentum litis deciſiuum *Poſt.
obſer.83. n.39. Cyriac. contr.38. Pigant. alleg. n.26.
Surd. deciſ.17. n.9. Thomat. deciſ.54. n.3. ad 5.*, &
ita pluries hoc habui de facto, & ſic iudicaui.

Si tamen poſitionibus fuiſſet reſponſum per
verba *non credit vt ponitur*, tunc poſſet quis cogi
256 ad reſpondendum ſuper partito litis deciſiuo,
Pigant. dict. Rubr. 47. n.26., quæ traditio *Pigan-
tij* videtur tali caſu amplectenda, quia per talia
verba *non credit vt ponitur* non inducitur præciſa
reſponſio negatiua, cum debeat reſponſio eſſe
ſimplex per verbum *credit*, *vel non credit*, vel ſal-
tem ſi poſitio negetur verbo *non credit*, debent eſſe
addita hæc verba -- *vt ponitur, & ad effectum ad
quem ponitur* -- quo caſu reſponſio negatiua facta
poſitionibus eſt ſimplex, & præciſa *ex ſuprà fir-
matis n. 252.*, vndè hoc ſecundo caſu non poſſet
doctrina *Pigantij* procedere, cum verſemur in re-
ſponſione ſimplici negatiua facta cum Iuramen-
257 to, & ſic ſuper eodem facto in reſponſione ad
poſitiones iurato, non tenetur quis iteratò iura-
re ſuper partito deciſiuo, quod tene menti, quia
poterit occurrere, prout non ſemel iudicare
habui.

Atſi poſitionibus non fuit ſufficienter reſpon-
258 ſum, debet iteratò reſponderi in illis partibus,
in quibus non fuit benè, ac ſufficientèr reſpon-
ſum *Rot. deciſ.383. n. fin. par.13. recen.*, vel quan-
do non fuit præcisè reſponſum *Michalor. de poſit.
cap.50. n.9. Thomat. deciſ.54. n.5.*, & tali caſu ci-
tatur ille, qui præcisè non reſpondidit ad reſpon-
dendum magis præcisè, & Iudex agnita inſuffi-
cientia primæ reſponſionis, mandat reſponderi
magis præcisè poſitionibus, quibus ipſe exiſti-
mat non fuiſſe ſufficienter reſponſum, & hoc vel
259 ſub pœna grauaminis, vel confeſſi *Poſt. de ma-
nut. obſer.83. n.56. in fine, Thomat. deciſ.54. n.5.*
260 Debet pariter reſponderi eidem poſitioni, &
poteſt peti, quod illa declaretur, ſi prima reſpon-
ſio ſit obſcura *Azeued. ad leg. Recopill. tom.2. lib.4.
tit.7. leg.1. n.54., & 55.*

At ſi habita reſponſione, ponens reproduxerit
261 poſitiones loco Articulorum, ad effectum ſuper
illis examinandi teſtes, videtur habuiſſe reſpon-
ſiones pro ſufficientibus, & renunciaſſe Iuri no-
uæ reſponſionis faciendæ *Ab Eccleſ. obſer.57. num.
fin. par.1.*

Itidem debet reſponderi nouis poſitionibus
262 magis clarè, & ſpecificè materiam controuer-
ſam dilucidantibus *Poſt. dict. n.56. verſic. vel niſi
in ſecundis*, ſuper quo tamen cautus Iudex vigi-
let, ne ſub prætextu poſitionum nouarum, & ad
ditionalium, admittat poſitiones continentes in
263 ſubſtantia materiam poſitam in primis, qui-
bus fuit reſponſum, & in nouis, ac additionali-
bus ſit tantùm mutatus cortex verborum, & hoc
ad euitandum periurium, ac contrarietatem ſu-
per eodem facto.

Pariter debet denuò reſponderi, ſi aliquid noui
264 poſt primam reſponſionem emerſerit, vel prio-
res reſponſiones fuiſſent deperditæ *Michalor. de
poſit. cap.50. n.10. Poſt. dict. cap.83. n.57., & 58.*

Idem dic in poſitione de facto alieno, quia
265 quod hodie quis non credit, poteſt cras melius
informatus credere *Fenzon. hic num.129., & 130.
Poſt. obſer.83. n.50. verſic. niſi agatur.*

Tertiò inſurgit, quod quis non tenetur reſpon-
266 dere poſitionibus ſuperfluis, & ſuper eodem
indiuiduo facto ſæpius repetitis, *Sola ad Conſt.
Sabaud. tit.16. de poſit. gloſ.12. num. 5. Ab Eccleſ.
obſer.57. per tot. par.1.*, vbi plenè oſtendit, quan-
do ſint necne ſuperfluæ, *Michalor. de poſit. cap.11.
per tot., & plenè Paſſerin. in cap.2. n. 34. ad 37. de
confeſſ. in 6.*

Ad effectum tamen reijciendi poſitiones ex
267 capite ſuperfluitatis, debet de hac plenè, & clarè
conſtare *Michalor. dict. cap.11. n.13.*

Quartò non debet reſponderi poſitioni negati-
268 uæ, *Fagnan. in cap. cum olim n. 62., & infrà de
litis conteſt. Maſcard. de probat. concl. 1177. n.29.
Michalor. de poſit. cap. 15. n.1., & ſeqq. Cappucc.
in ſua praxi tom.1. par.2. cap.2. art.5. n.44. Ridolph.
in prax. par.1. cap.10. num. 61. Rot. Bonon. diuerſ.
deciſ.90. n.5.*

Sed contraria opinio eſt verior, & recipienda
269 in praxi, ſi negatiua non poteſt probari per alia
genera probationum, vel eſt coarctata loco, &
tempore *Fagnan. in dicto cap. olim num.68., & 69.
Michalor. alleg. cap.15. n.12., & ſeqq.*

Prout debet reſponderi, etiamſi negatiua non
ſit coarctata, quando poſitio negatiua reſpicit
270 factum proprium, non alienum reſpondere de-
bentis *Fagnan. in dict. cap. cum olim n. 70. & infra
Michalor. alleg. cap.15. n.9,*

Quinimmò hodie de conſuetudine tales poſi-
tiones negatiuas admitti, quoties æquitas hoc
271 ſuadeat, & quando negatiua non poteſt pro-
bari, niſi per confeſſionem partis, tenent *Fagnan.
ibidem n.75. Pacian. de probat. lib.1. cap.16. n.10.
& 11., & videatur pleniùs lib. 1. cap. 38. Bottin.
ad Stat. Gen. lib. 2. cap. 14. §. cæteræ num. 2. Rot.
deciſ.309. n.3. poſt 2. vol. conſ. Farin.*
272 Quintò nec debeat reſponderi poſitionibus
Iuris *gloſ. in cap. 2. de conſuetud. in 6. Neuizzan.
conſ.30. n.14. Mynſinger. ſingular. obſer. centur. 5.
obſer.88.*

obſer.88. n.4. Fagnan. in dict. cap. cum olim nu. 79.
de litis conteſt. Pacian. de probat. lib.1.cap.52.n.14.
Tort. ad ſtat. Pap. Rubr. 28. n. 17., vbi explicat,
quæ ſit poſitio Iuris, Ab Eccleſ. obſer. 58. nu. 24.
par. 1. Cappucc. in prax. tom. 1. par. 2. cap. 2. art. 5.
n.58. Rota Bonon. diuerſ. deciſ.90. n.9.

Fallit ſi poſitioni Iuris ſit admixtum factum
273 dict. Ab Eccleſ. ibidem n. 25., & licèt ex Baldo
contrarium teneat Pacian. dict. cap. 52. in addit.
274 littera C. Nihilominus non recedas à prima
opinione, quoties Ius oritur ex facto articulato,
Myſinger. dict. obſer.88. n. 6., prout ſi agatur de
Iure conſuetudinario tenetur quis reſpondere,
275 cum conſuetudo ſit facti, & ideò probanda
Myſinger. dict. obſer.88. n.5. Gaill. pract obſer.lib.1.
cap.82. nu.14. Tort. Rubr.29. nu.32. Pacian. dict.
cap.52. n.15. Fagnan. in alleg. cap. cum olim n. 80.

Sextò non debet reſponderi poſitionibus irre-
276 leuantibus, calumnioſis, & non facientibus ad
cauſam, & ſolùm datis ad retardandam expedi-
tionem cauſæ Fenzon. hic n.91. Ridolphin. in praxi
par.1. cap.10. n.67. Adden. ad Pamphil. deciſ.359.
n.9. verſic. non tenetur, Rota deciſ.561. n. 8. coram
Rembold., & deciſ.334. n.16. par.11. recen.

Hinc in quadam cauſa inter duos fratres ger-
manos vertente, in qua datæ fuerunt tercentum,
& vltra poſitiones, pro maiori parte illas recuſa-
277 ui, ex quo concernebant ortum, vitam, ſtudia,
ac geſta annalia reſpondere debentis, quæ nihil
conferebant ad merita cauſæ, & potiùs oſtende-
bant calumniam ponentis, vndè in hoc pluri-
mum exuberauit arbitrium Iudicis, qui ex re
petita in cauſa, & expreſſa in poſitionibus pote-
rit facillimè cognoſcere, quæ poſitiones ſint irre-
leuantes, & extrà merita cauſæ; nec conducant
ad illius deciſionem.

Sub prætextu tamen irreleuantiæ non eſt retar-
278 danda reſponſio, quotiès clarè de illa non con-
ſtet, & in dubio ſunt admittendæ, & illis eſt re-
ſpondendum, vt fuit firmatum ſupra art.1. n.65.
& 78.

Septimò, nec ob id tenetur quis reſpondere po-
ſitionibus impertinentibus, quæ tales ſunt, quan-
do ex illis nullus ſequi poteſt effectus pro deci-
279 ſione cauſæ, nec ponentem iuuare poſſunt Seſſ.
deciſ.84. n.2., nam quando ſunt notoriè imperti-
nentes, licèt ſtatutum dicat, quod omnes poſi-
280 tiones debeant admitti, adhuc Iudex poteſt
illas reijcere parte opponente Neuizzan. conſ. 30.
n.16. Fagnan. in dict. cap. cum olim num.83. de litis
conteſt. Paſſerin. in cap. 2. n. 32., & 33. de confeſſ.
in 6. Sola ad Conſt. Sabaud. de Poſit. tit.16. gloſ. 10.
per tot. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib. 2. Rubr. 6.
n.20., & 21. plenè Michalor. de poſit. cap.19. n.14.,
& ſequen.

Si tamen adſit dubietas ſuper pertinentia, vel
impertinentia, communis praxis eſt, quod ad-
mittantur cum clauſula ſaluo Iure impertinentium,
281 & non admittendarum Rolan. cap.24. n.5., & ſeq.
lib. 3. Fagnan. in dict. cap. cum olim n. 83. in fine,
Fontanell. deciſ.25. n.20. verſ. ſi tamen, Rot. deciſ.
286. n.3. coram Vbald. ſen.; & attenta dicta clau-
282 ſula appoſita in decreto admiſſionis, reſponſio
facta poſitioni impertinenti, non præiudicat Fa-
gnan. dict. n.83. Poſt. obſer.83. num.9., & 10. Mi-
chalor. de poſit. cap. 57. n. 9., & 10. Ridolphin. in
praxi par.1. cap.10. n. 87. Grauet. ad Veſtr. lib. 5.
cap.14. n.26. Paſſerin. in cap.2. n. 30. verſ. ſed ta-
men de confeſſ in 6. Pigant. ad Stat Ferrar. Rubr.
47. n. 14. §. ſi verò, verſic. quod tunc confeſſio, &
plenè Rot. deciſ.27. n.7., & ſeq. par.9., & dec.783.
par.18. recent.

Ad effectum autem, vt poſitiones admitti de-
283 beant, ſat eſt, quod aliquo modo licèt indirectè
faciant ad cauſam, etiam pro aliqua leui præ-
ſumptione, & adminiculo plenè Paſſerin. in dict.
cap.2. n.29. de confeſſ. in 6. Rota deciſ.286. num. 2.
& 3. coram Vbald. deciſ. 92. n. 10. & 11. coram
284 Merlin., & deciſ.448. n.3., & ſeq. coram Priolo,
vbi quod ſolùm euidenter impertinentibus quis
285 non cogitur reſpondere, & ſufficit, vnam eſſe
pertinentem, & facere ad cauſam ad hoc, vt aliæ
admittantur Rot. deciſ.286. num. fin. coram Vbald.
Sen.

At ſuper pertinentia, vel impertinentia poſi-
tionum, recurrendum eſt ad ſupra tradita art. 1.
n.76., & ſeqq., hoc tantum addendo, quod do-
286 nec diſputatur ſuper articulo pertinentiæ, vel
impertinentiæ poſitionum, & an ſint nec ne ad-
mittendæ, non currit tempus ad probandum
Natt. conſ. 172. n. 16. Michalor. de poſit. cap. 35.
per tot. Neguſant. reſponſ. 442. n. 66. ad 69. Tort.
ad Stat. Pap. Rubr. 28. n. 33. Pigant. ad Stat. Fer-
rar. Rubr. 47. n.64. Azeued. ad leg. Recopill. to. 2.
lib.4. tit.7. leg.1. n.52. Poſt. obſer.83. n.15. ad 17.,
vbi addit, quod interim denegatur audientia.

Nec requiritur ad effectum, vt tempora ad
probandum non currant ſuper hoc aliqua poſiti-
ua declaratio Iudicis, licèt cautius ſit, quod Iu-
287 dex ſuper huc interloquatur Neguſant. dict. re-
ſponſ. 442. num. 66. & 69., & ſic fieri vidi, ac
feci, dum ſemper dixi; quod interim tempus, &
tempora non currerent.

Octauò, nec debet reſponderi poſitionibus in-
certis, & vagis, ſi tamen de hoc opponatur, ſe-
288 cùs ceſſante oppoſitione, cum poſitio incerta
non ſit nulla ipſo Iure, ſed ope exceptionis Rot.
deciſ.9. num. 12. coràm Vbald. ſen., ſuper quo plenè
videatur Paſſerin. in dict. cap. 2. num. 39. & ſeqq.
de Confeſs. in 6.

Nono nec tenetur quis reſpondere poſitionibus
contrarijs illis datis ab Aduerſario, ne aperiatur
289 via peiurijs Surd. deciſ.17. Pigant. Rubr.47. n.17.
Cappuc. in prax. tom. 1. par.2. cap.2. art. 5. n. 45.
plenè Michalor. cap.17.

Si tamen poſſent poſitiones aliqua diſtinctio-
ne concordari, tunc eſſet illis reſpondendum Mi-
290 chalor. dict. capit. 17. num. 18. Surd. deciſ. 169.
circà finem.

Admitterentur pariter poſitiones contrariæ,
quando illas primo loco productas non princi-
291 palis, ſed Procurator ſine ſpeciali mandato iu-
raſſet, nam tunc poſſet principalis met contra-
tium ponere, Michalor. de poſit. cap.17. n.19.

Decimò nec debet reſponderi poſitionibus da-
tis per modum interrogandi, cum debeant eſſe
292 datæ aſſertiuè, ac poſitiuè Saluſt. Tyber. in pra-
xi A.C. lib.2. cap.13. num. 21. & 22. Cappucc. in
praxi tom.1. par.2. cap. 2. art.5. num.45. Paſſerin.
in alleg. cap.2. num.25. de Confeſs. in 6., Rota deciſ.
840. n.7. coràm Vbald. Sen.

Si tamen quis ad poſitiones per modum inter-
rogandi conceptas reſponderet, & coſiteretur, ſibi
293 præiudicaret Luc. Pet. in Prax. lib.2. cap.4. n.10.
verſic.

*verſic. ſi tamen Fagnan. in cap. cum olim num. 61. de
litis conteſt.*

Vndecimò, nec tenetur quis reſpondere poſi-
tionibus, quando habet fundatam intentionem
294 in Inſtrumentis, vel teſtibus, & pretenderetur,
quod deberet reſpondere poſitionibus de directo
contrarijs, *vt benè probant Carocc. de Iuramen. de-
ciſ. qu. 13. princip. num. 12. verſic. ſed ad tollendam
Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 58. n. 14. p. 1., Rota deciſ.
334. n. 15. p. 11. recen.*

At hæc concluſio non procedit, ſi cum poſi-
tionibus contrarijs non impugnetur directò in-
tentio habentis illam fundatam ſuper teſtibus, vel
Inſtrumentis, vt quia quis ſuper mutuo habeat
fundatam intentionem ex teſtibus, vel Inſtru-
mentis, & cum poſitionibus altera pars non in-
tendat probare directò contrà ipſum mutuum,
ſed ſolùm ſuper illius reſtitutione, quod non eſt
295 de directo contrarium probationi factæ ſuper
mutuo, *vt bene explicat Carocc. vbi proximè verſic.
quod nota*, vbi conqueritur de quodam Iudice, qui
hanc diſtinctionem non intelligebat vti neſcius
de brodio Iuris, *Ab Eccleſ. dict. obſer. 58. n. 16.
par. 1.*

Duodecimò, nec debet reſponderi poſitioni-
bus concernentibus factum alienum *Socin. ſen.
296 conſ. 55. n. 8. lib. 1. Cyriac. contr. 13. num. 1. Ab
Eccleſ. obſeru. 69. num. 1. par. 1., Rota deciſ. 356.
nu. 6. & 7. coram Pamphil.* (vbi quod propterea
297 tales poſitiones non poſſunt pronunciari pro
confeſſatis) quicquid contrarium ſentiat *Cyriac.
dict. contr. 13. n. 6. & ſeq.*

Fallit ſi agatur de poſitionibus ſuper facto
alieno, quod quis præſumitur ſcire, vt quia aga-
tur de facto Conſanguinei, ſeù Vicini, vel alio,
quod veriſimiliter ſcire poteſt, cum tunc habean-
298 tur, ac ſi eſſent poſitiones de facto proprio, &
illis nedum quis tenetur reſpondere, ſed reſponſio
debet eſſe præciſa, & non per verbum *neſcio Natt.
conſ. 59. per tot., Michalor. de poſit. cap. 16. nu. 12.
& infrà, Ab Eccleſ. dict. obſer. 69. num. 3. par. 1.,
Paſſerin. dict. cap. 2. num. 47. & ſeqq. de Confeſs.
in 6.*

Quando tamen agitur de facto alieno, de quo
veriſimilis eſt ignorantia, tunc poteſt reſponderi
299 per verbum *neſcit gloſ. in l. 2. §. quod obſeruari
verb. exiſtimat, C. de Iuramen. Calumniæ Bertrand.
conſ. 376. per tot. par. 1. vol. 1.*, vbi ex dicta gloſa
dicit, quod ſolum imperiti Iudices talem reſpon-
ſionem non admittunt, & ſequitur *Rouit. ſuper
pragmat. 8. de ordin. Indic. n. 10. verſ. proùt etiam.*

Ex ſtatuto autem noſtro hic in fine, reſponſio
300 per verbum *neſcit, vel ignorat*, non eſt bona,
proùt nec de Iure *Natt. conſ. 59. Neguſant. reſponſ.
442. num. 5. & ſeq., Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr.
47. n. 32. verſic. certè ſatis.*

Attamen cenſeo, ſtatutum hoc poſſe intelligi
iuxtà Iuris communis diſpoſitionem, quatenùs
ſcilicèt agatur de facto alieno, de quo reſponde-
301 re debens habet, vel habere poteſt notitiam *iu-
xtà conſ. Natt. 59., & diſtinctionem Neguſant, dict.
reſponſ. 442. num. 8. & infrà*, vel eſt intelligendum,
vt procedat, quando in poſitione ſuper facto
alieno ponens expreſsè poſuit ſuper ſcientia reſ-
302 pondere debentis, *vt per dict. Ab Eccleſ. obſeru.
Forenſ. 69. n. 26. ad 39 p. 1.*, & conferunt tradita ſu-
prà hic *art. 1. n. 136., & 137.*

Hoc tamen declaratur rursùs, vt ſi petito, ac
conceſſo termino ad deliberandum ſuper reſpon-
ſione facienda poſitioni ſuper facto alieno, non
potuit in tali termino per reſpondere debentem
haberi certa notitia facti alieni in poſitione con-
303 tenti, poterit reſponderi cum dubitatione an-
nexa, & per verba *ignorare, vel neſcire Sola ad Conſt.
Sabaud. de poſit. tit. 16. gloſ. 18., num. 4. & 5. Ab
Eccleſ. alleg. obſer. 69. num. 17., & infrà, Rot. Bo-
non. diuerſ. deciſ. 23. n. 45.*

Decimotertiò poſitioni partim veræ, & partim
falſæ an quis teneatur reſpondere, illam diuiden-
do, partem veram credendo, & partem falſam
negando, affirmatiuam opinionem *tenent Soccin.
304 ſen. conſ. 111. num. 2. lib. 4. Luc. Pet. in Prax. lib.
2. cap. 4. n. 20.*, vbi teſtatur de communi opinio-
ne, *Gratian. cap. 109., Cappucc. in prax. tom. 1. p. 2.
cap. 2. art. 2. num. 15. in fine, Cauagnol. ad decret.
Montisferr. decret. 12. §. 1. num. 48. & 49. Azeued.
ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 2. num. 91.*
qui dicunt, quod reſpondere debens, poſitionem
partim veram, & partim falſam, non poteſt in to-
tum negare, ſed debet illam in parte vera fateri.

Sed quod reſpondens non teneatur, poſitio-
nem diuidere, & partem veram fateri, & partem
falſam negare, ſed poſſit impunè ratione partis
305 falſæ negare totam poſitionem, cum non tenea-
tur confiteri verum, quod tunc non eſt ex omni
ſui parte *tenent Bald. in l. 2. §. quod obſeruari C. de
Iuramen. Calumn. Fagnan. in cap. cum olim n. 76.
& 77. de litis context., Poſt. de manut. obſer. 83. n.
37., Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. qu. 22. num. 689.
& ſeq.*, vbi reſpondet contrarijs, *Pigant. ad Statut.
Ferrar. Rubr. 47. num. 67., Fenzon. hic num. 66. &
infrà Rouit. ſuper pragm. Regn. Neapol. 8. de ordin.
Iudic. num. 40., & Nauarr. ſuper eadem pragm. 8.
collect. 8. num. 7. Myſinger. obſer. 55. centur. 2.*, &
cum hac opinione vltimo loco relata eſt ponēdus
*Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 28. n. 18. & 19. Conciol. ad
ſtat. Eugubin. lib. 2. Rubr. 9. num. 25., de Angel. de
Confeſs. lib. 2. qu. 1. num. 37. Ludouic. deciſ. Peruſ.
51. num. 6. Surd. deciſ. 58. num. 3. Amat. deciſ. Mar-
eb. 58. num. 7. Gratian. deciſ. 227. num. 15.*, vbi
quod hodie eſt magis communis, & in praxi ſer-
uata opinio *Theſaur. deciſ. 231. n. 1. Fontanell. deciſ.
Cathal. 25. num. 21. verſ. quod ego intelligo Rota deciſ.
1039. n. 3. coram Seraphin.*

At dictæ opiniones contrariæ, diſtinctionis fœ-
dere conciliantur, vt ſecunda procedat poſt fa-
ctam reſponſionem ad euadendum periurium,
quod ſcilicèt non poſſit puniri vti periurus, qui
poſitionem partim veram, & partim falſam in
totum negauit, ſed antè reſponſionem, & in fo-
306 ro Animæ debemus eligere primam opinionem,
vt quis debeat poſitionem pro parte veram, &
pro parte falſam fateri pro parte vera, non autem
illam negare in totum *Gratian. cap. 109. num. 24.,
& benè Surd. deciſ. 58. num. 4. & 5., & per tot.*,
& non diſſentat *Theſaur. deciſ. 231. num. 1.* quæ
307 diſtinctio licèt veriſſima, & pro Anima ample-
ctenda, nihilominùs in foro fori litigantes li-
benter adhærent ſecundæ opinioni, ſub ſuppoſito,
quod sicùt licuit ponenti poſitionem partim ve-
ram, & partim falſam indiſtinctè ponere, ac iu-
rare pro vera, ità etiam ſit permiſſum reſponden-
ti in parte tantùm falſam, in totum negare, tu ve-
rò conſule tuum Clientem, vt Animæ ſuæ fauens

308 partem veram fateatur, & partem falſam neget,
ſi enim ponens Animæ & veritatis oblitus iurauit
in parte falſum, non ob hoc reſpondens debet
idem facere, cum allegare inconueniens, præci-
puè in foro poli, non tollat legem, & debitum
faciendi, quod fieri debet.

Decimoquartò emptor habens authorem lau-
datum, à quo ſibi debetur euictio, non tenetur
reſpondere poſitionibus concernentibus domi-
nium, vel poſſeſſionem authoris, ne ſibi præiudi-
cet in euictione antè factam denunciationem litis
309 venditori, vt illi aſſiſtat, nàm ſi illas negat po-
teſt incidere in periurium, ſi reuera res empta eſt
euincere volentis, vel fuit ab eo poſſeſſa; ſi verò
illas fatetur, ſibi præiudicat, & amitteret Ius
ſuum ac regreſſum contrà emptorem, *plenè Mi-
chalor. de poſit. cap. 49. per tot., Mangil. de euict.
qu. 9. num. 43. & infrà, Pacific. de Saluian. Inſpect.
1. cap. 7. n. 28., Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 28. n. 31.,
Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. n. 16., Conciol. ad
Stat. Eugubin. lib. 2. Rubr. 6. n. 16., Galganett. hic
n. 50. §. quando agitur, Sanſelic. in ſua praxi ſect. 48.
n. 17. Carol. Anton. de Luc. pariter in praxi cap. 54.
n. 11. verſic. dices, Ab Eccleſ. obſer. 58. n. 9. & infrà
par. 1., Surd. plenè deciſ. 22. Rot. deciſ. 39. §. tertia
poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. Andreol. controu. 344. n.
28.*, qui ſubdit, quod de hoc ab emptore debet
fieri oppoſitio.

Non obſtante *Scappucc. de Saluian. Interdict.
310 cap. 32. lib. 1.* contrarium ſentiens, & qui re-
probat *Surdum in allegata deciſ. 22.*, quia & ipſe
agnoſcit, ſe natare contrà torrentem Doctorum,
ac rationum, & contrà veritatem, *ideo n. 7. verſ.
hæc tamen* cogitur dicere, quod ipſe ſuam ſenten-
tiam aperuit per modum diſcurſus, & ampliùs
opinio *Surdi à Michalorio*, & alijs laudata, *placet
etiam Pacific. de Saluian. Interdict. inſpect. 1. cap. 7.
n. 39. & ipſi Rota in allegat. deciſ. 39. verſic. tertio
quia poſt Fenzon. ad Stat. Vrb., & in addit. ad ip-
311 ſum Scappucc. eodem cap. 32. approbatur opinio Se-
natus Mantuani apud Surd. dict. deciſ. 22.*

Et opinio *Scappucc.* poteſt procedere, quando
312 iam eſt vocatus ad cauſam venditor author lau-
datus, tunc enim poteſt emptor reſpondere, &
ſibi non præiudicat in euictione petenda contrà
Venditorem *Ab Eccleſ. allegat. obſeru. 58. num. 11.
12. & 13.*

Atſi emptor non vocato Venditore ad cauſæ
defenſionem, de facto reſponderet poſitionibus,
adhuc venditor illi teneretur de euictione, quando
ius agentis contrà emptorem erat clarum, &
313 nulla venditori competebat defenſio *Ab Eccleſ.
obſer. 58. n. 13. verſic. ſi Ius enim, & facit plenè
Rot. deciſ. 390. n. 1. & ſeqq. par. 5. tom. 1. recen., &
deciſ. 4. n. 6. & 7. coram Vbag.*, & in hoc emptor
ſit cautus, nam ſi omiſſa denunciatione litis reſ-
ponderet poſitionibus, & vellet agere de euictio-
ne contrà venditorem, ſub prætextu, quod hic
malum Ius foueret, deberet ipſe docere, de cla-
314 ra, ac notoria Iniuſtitia venditoris, *vt probat
Peregrin. deciſ. Patauin. 89. n. 7. verſic. attamen
communis opinio.*

Decimoquintò. Non tenetur quis reſpondere
poſitionibus in omnibus illis caſibus, in quibus
315 non poteſt cogi Iuramentum litis deciſiuum
ſubire *Ab Eccleſ. obſer. Forenſ. 58. n. 26. & 27. p. 1.
Oſaſch. deciſ. 10. n. 7.*, prout nec tenetur reſpon-
dere quando aliàs fuit aliquid deciſum per viam
316 Iuramenti *Cappucc. in prax. tom. 1. p. 2. art. 5. n.
41. verſ. tertio quando.*

An autem poſitionibus datis Pupillo teneatur
317 Tutor reſpondere *negant Michalor. de poſit. cap.
68. Maucin. de Iuram. par. 2. artic. 2. n. 107. Lu-
douic. deciſ. Lucen. 41.* at ſi reſpondeat, confeſſio ab
hoc facta ſuper poſitionibus præiudicat Pupillo
*Ronit. ſuper Pragm. 8. de ordin. Iudic. n. 32., Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. n. 36. Leoncill. deciſ.
Ferrarien. 47. n. 7. & 8. Capicc. latr. deciſ. 88. n. 1.
& ſeqq., Manfrell. ad ipſum deciſ. 88. n. 1. & 2.*

At ſi Pupillus ſit Infans, & infrà ſeptennium,
non tenetur nec ipſe, nec eius Tutor reſpondere,
ſi verò ſimus in Pupillo doli capace, & pubertati
proximo, tunc tenetur ipſe Pupillus reſpondere
cum authoritate Tutoris; ſi verò minor ſit ſuprà
318 pubertatem, & habeat Curatorem cum huius
ità reſponſio interpretari debet, vt prima trahatur ad vltimam, & è contra vltima ad primam,
prout opus fuerit pro ſaluanda contrarietate
benè Dec. conſ.118. num. 6. Neguſant. reſponſ.442.
400 n.54., & 55., & reſponſiones præcedentes, &
ſubſequentes declarant medias Neguſant. ibidem
num.56.
Itaut ſi confeſſio ſit ambigua, ita facienda
401 eſt interpretatio, vt non naſcatur contradictio
Neguſant. n.57. Surd. deciſ. 291. n. 23., & infra.
Ideoque quando fieri poteſt, ſemper interpre-
402 tanda eſt reſponſio fauore confitentis, itaut
illi minùs præiudicet Surd. deciſ. 291. n. 24. Rot.
deciſ. 136. n.5. coram Cerr.
Vndè ad hunc effectum, ne reſpondens incidat
403 in cnntrarietatem, poteſt ab eodem dubia confeſſio declarari Surd. deciſ.291. n.27.
Non ſemel fuit coram me, dum Iuridicundo
præeram, prætenſum, quod ſi reſpondens poſitionibus reperiatur mendax in aliqua ex poſitio-
4n4 nibus, præſumatur mendax in nmnibus, & habeatur pro confeſſo etiam quoad alias poſitiones
ex Caſtrenſ. conſ.302. lib.2. Natt. conſ.59. n.16., &
ſeqq., & ex his Fenzon. hic n. 131., quibus addi
poſſunt Veſtr. in prax. lib.5. cap.14. n.25. Cappucc.
in prax. tom.1. par.2. cap. 2. art. 3. n. 23. Sola ad
Conſt. Saband. de poſit. tit. 16. gloſ. fin. n. 2. verſic.
quinimmò reſpondens, Pigant. ad Statut. Ferrar.
Rubr.47. n.69.

At

At ego proceſſi cum contraria opinione, quæ
05 videtur verior, & retinēda, quàm *contrà Caſtrenſ., & Natt. Anteſignanus primæ opinionis tenent Andreol. contr. 104. per tot.*, qui reſpondet omnibus
fundamentis *Caſtrenſis*, ſuper quo ſe fundane
*Natta, Rot. Bonon. diuerſ. deciſ 21. num. 80. Scain.
deciſ. Bonon. 92. n. 57., & ſeqq., qui n. 58.* dicit,
quod *Caſtrenſis* in ſuo dicto fortè fuit animo-
sior, & cum *dicta deciſ. 21. pertranſire videtur Pi-
gant. Rubr. 47. num 69.*, hancque opinionem vti
ſecundo loco relatam videtur amplecti *Petra ſu-
per Rit. Magn. Curiæ, Rit. 79. n. 34. verſ. quos im-
probant.*

Vel *Caſtrenſis*, & *Nattæ* opinio poteſt ſolùm
406 admitti si eſſent negatæ poſitiones notoriæ, &
omninò veræ *Rot. dict. deciſ. Bonon. diuerſ. 21. n. 88.*
407 vel si poſitiones omnes continerent idem fa-
ctum indiuiduum, ſecùs si diuiduum *Andreol.
dict. controu. 104. n. 2. Gratian. deciſ. Marcb. 227.
num. 14., & 15.*

Confeſſio emiſſa in poſitionibus, non poteſt
reuocari ex interuallo, non docto concludenter
408 de errore, præcipuè si concernat factum pro-
prium, non alienum, *Rot. deciſ. 4., & 9. coram
Vbald. Sen.*, & debet reuocatio fieri re integra,
& antè partis acceptationem, *Rot. deciſ. 170. per
tot. coram Coccin.*, vbi quando dicatur facta re-
uocatio re integra.

Et quod poſſit fieri reuocatio confeſſionis,
etiam non docto de errore, si fiat incontinenti
Soccin. Sen. conſ. 97. per tot. lib. 4., si facta ſit
409 intrà triduum, & antequam confeſſio sit à par-
te acceptata, *Gabr. tit. de confeſſ. concluſ. 6. num. 4.
10., & 12. Pellegrin. in prax. Vicarior. p. 2. ſect. 3.
ſubſect. 4. n. 25. Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 10.
num. 108.*

At *Rot. deciſ. 4. n. 11. coram Vbald. Sen.* dicit
410 non poſſe reuocari, etiamsi pars non accepta-
uerit confeſſionem emiſſam in reſponſione ad
poſitiones, cum ſat ſie non contradictio factæ
411 reſponſioni, & quod non docto de errore non
poſſit fieri reuocatio confeſſionis iuratæ factæ
ſuper poſitionibus contrà *Soccin. Sen. alleg. conſ.
97. lib. 4.*, latè probat *Canagnol. ad decret. Montiſ-
ferr. decret. 12. § 8. quæſt. 3. per tot.*, vbi reſpondet
contrarijs, & videantur *Neguſant. reſponſ. 442.
n. 101., & ſeqq. Pigant. dict. Rubr. 47. n. 72. Rot.
deciſ. 319. coram Duran.*

Et ex ſtatuto noſtro hic ceſſat hæc diſcuſſio,
412 dum confeſſio facta etiam parte abſente, ha-
betur, ac si illa præſente, & acceptante facta
eſſet.

Quando verò ex capite erroris poſſit reuocari
413 confeſſio emiſſa in reſponſione ad poſitiones
*latè agit Neguſant. reſponſ. 442. n. 101., & infra,
& n. 109., & ſeq.*, vbi quod error in facto pro-
prio non releuat, nisi ſit talis, qui remoueat in-
tellectum reſpondentis ab ipſa reſponſione, ſecùs
in facto alieno, si non præceſſit deliberatio, cum
tunc ſufficiat docere, rem aliter ſe habere, ſuper
414 quo puncto quando poſſit nec ne reuocari con-
feſsio *videantur Tort. Rubr. 28. n. 17. Pigant. Rubr.
47. n. 73. Poſt. de manut. obſer. 83. n. 53., & infra
de Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 1. n. 32., & ſeqq.,
& lib. 3. quæſt. 20., & ſeqq. Rota deciſ. 319. coram
Duran. deciſ. 4., & 9. coram Vbald. Sen., & deciſ.
158. n. 2. par. 2. recen.*

Prout reuocatio confeſsionis ſemper admitti-
415 tur, quoties quis poſitionibus reſpondere non
tenebatur, *Michalor. de poſit. cap. 64. n. 32. Paſſe-
rin. in cap. 2. n. 90. in fine de confeſſ. in 6.*

Hæc pauca libare placuit in hac vtili, & fre-
quenti materia poſitionum, si quis plura ſuper
416 illis ſcire cupit adeat *Canoniſtas in cap 2. de con-
feſſ. in 6., vbi latè Paſſerin., Fagnan. in cap. olim
de litis conteſt. in 2. lib. decretal. Honded. conſ. 52.
lib. 1. Surd. conſ. 360. Azeued. ad leg. Recopill to. 2.
lib. 4. tit. 7. leg. 1., & ſeq. Veſtr. in praxi lib. 5. cap.
14., & ibi Grauat., Luc. Pet. in prax. Fori Capitol.
lib. 2. cap. 4. Saluſt. Tiber. in prax. A. C. lib. 2.
cap. 13. Sanfelic. in ſua praxi Iudic. ſect. 48. per tot.
Carol. Ant. de Luc. pariter in prax. cap. 54. Cana-
gnol. ad decret. Montisferr. decret. 7. 11., & 12.
Caſtald. conſult. for. 69. Ridolphin. pariter in praxi
par. 1. cap. 10. Capuce. in praxi tom. 1. par. 2. Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 83., & 84. tom. 1.
Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 28. Pigant. ad Stat. Fer-
rar. Rubr. 47. Conciol. ad Stat Eugub. lib. 2. Rubr. 6.
Fenzon., & Galgauett. ad hoc Statutum Vrbis, Ma-
rant. in ſua praxi par. 6. de poſition. 4. act. fol. mihi
389. Maſcard. de probat. concluſ. 1182., & 1183.
plenè Neguſant. reſponſ. 442. Caballin. ad Conſtitut.
Marchiæ lib. 5. cap. 19., & ibi ipſa Conſtitutio,
Ronit., & Nonar. ſuper Pragmat. Regni Neapol.
Pragm. 8. de ordin. Iudic. Petr. ſuper Rit. Magnæ
Cur. Vicar. Rit. 79. Rebuff. ad Conſt. Gall. tom. 3.
de reſponſ. per credit, gloſſ. vna fol. mihi 357. Sol.
ad Conſt. Sabaud. tit. 16. de poſit gloſ. 1., & ſeqq.
fol. mihi 388. Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 2. cap. 14.
de Angel. de confeſſ. lib. 2 quæſt. 2. Anton. del Rè de
Iurament. Calumn. cap. 14. à n. 72. ad 157. Scacc.
de Iudic. lib. 2. cap. 7. quæſt. 7., & ſeqq Pellegrin.
in prax. Vicar. par. 2. ſect. ſubſect. 4. Aut Queſad.
diuerſ. quæſt Iuris cap. 30. Io: Anton. ab Eccleſ ple-
niſsimè obſer. forenſ 57. ad 67. par. 1. Poſt. de manut.
obſeru. 83. Zanl. ad Statut. Fauent. Rubr. 8. lib. 3.
tom. 1. Theſaur. deciſ. 18. Oſaſch. deciſ. 10., & 176.
Thomat. deciſ. 54., & 70. Surd. deciſ. 17. 58. 196.,
& 291. Rota deciſ. 240. coram Merlin. deciſ. 359.
coram Pamphil. deciſ. 40. par. 13. deciſ. 245. par. 14.
& deciſ. 803. part. 18. tom 2. recent. Fulginaten.
fideicommiſsi ſuper mobilibus 11. Maij 1682. coram
Guaxardo.*

De Interrogatorijs in Teſtium examine dandis.

CAP. LXXIV.

Citatus ad dandum Interrogatoria ad primam, & ſequentem diem, ſi poſt habitam copiam articulorum, vel alterius actus, ſuper quo teſtes examinari petitur, vel lapſum terminum ad illam recipiendam per illam, & ſequentes dies interrogatoria non dederit, ſibi imputetur, & teſtes ſine interrogatorijs ſub religione tamen Notarij, & iuxtà ſuprà traditam formam de Notarijs moroſis, diligenter examinentur, nec ſit opus alia pronuncia ſuper interrogatorijs dandis, & terminus prædictus cenſeatur per hanc le-

Digitized by Google

gem datus ſine iudicantis miniſterio. Quocumque autem tempore (examine nedum perfecto) interrogatoria producantur, teſtes qui nondum examinari fuerint ſuper illis interrogentur, nec admittatur ad teſtium repetitionem, qui in dandis interrogatorijs contumax fuerit, etiamſi illos ſuis ſumptibus repeti petat: Interrogatoria autem ſi exceſſiua, aut impertinentia ſint, Iudicis arbitrio reſecentur.

ARGVMENTVM.

Interrogatoria, quæ fiunt pro examinandis teſtibus; ad quid inuenta: quomodo concipi debeant; & ſuper quibus fundari; an breuia, & pauca, vel multiplicia ſint concipienda; an debeat dari terminus ad illa conficienda; Quando ſint ſuperflua, vel captioſa, ſintque reſecanda, & an reſecatio fiat extrà Curiam coram Iudice Remiſſoriali, ſi data ſint in Curia; quibus Interrogatorijs teſtes reſpondere debeant nec ne. Examen factum ſine Interrogatorijs quando validum, & per illorum dationem nullitas examinis quando conualidetur; & quando à Principe ſanetur nec ne; & quando Teſtes examinati ſine Interrogatorijs, ſuper his repetantur; Examen an priùs fiat ſuper Interrogatorijs, vel articulis; Appellatio an detur à decreto reſpuente Interrogatoria in examine, vel mandante illa reſecari. Interpres in examine quando adhibeatur, quis eſſe non poſſit, de eius officio in interrogandis teſtibus, & quomodo teſtium dicta debeat curare, quod ſcribantur: ſi Interpretes inter ſe diſcordent; quando Iudex poſſit eligere vnum ex officio pro vtraque parte; nec eſt neceſſe, quod in Curia deputetur pro Interprete Procurator ex ordine Patronorum Collegij Rotalis.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria fiunt teſtibus ad erucudam veritatem, vt cum illis præſſidicant veritatem, & vt euitetur illarum falſitas.*

2 *Interrogatoria non debent eſſe ſuperflua, & longa, nec minùs defectuoſa, ità vt naſcatur præiudicium illa danti.*

3 *Interrogatoria debent fieri ex viſceribus articulorum, ità vt tendant ad ſubſtantiam, & cohærentes circumſtantias materiæ articulatæ.*

4 *Copia articulorum petita danda eſt pro conficiendis Interrogatorijs, aliàs eſt locus repetitioni teſtium.*

5 *Nomina Teſtium debent ſpecificari, ſi hoc petatur, ad hoc vt ſuper illis poſſint fieri congrua Interrogatoria.*

6 *Si ſpecificatis nominibus teſtium alij Teſtes diuerſi prætendantur examinari, debet parti intimari.*

7 *Specificatio prædicta Nominum teſtium non eſt neceſſaria, quando pars dedit interrogatoria.*

8 *Interrogatoriorum copia non datur parti articulanti.*

9 *Interrogatoria in Vrbe dantur ſigillata, & ſolùm aperiuntur in actu examinis.*

10 *Appellatio datur ſi Iudex decerneret dari articulanti copiam interrogatoriorum.*

11 *Iudicis officium proprium eſt interrogare teſtes ſi velit & num. 12. & 13.*

14 *In cauſa non excedente in valore ſcuta quinque teſtes examinantur à Iudice ſine ſcriptis, & n. 15.*

16 *Interrogatorium vnicum in cauſis valoris ſcutorum decem vel 12. ſolet admitti in examine teſtium.*

17 *Interpres in huiuſmodi cauſis modici valoris non admittitur, nec poteſt interrogare teſtes niſi cum Interrogatorio dato.*

18 *Interrogatoria multiplicari poſſunt etiam in cauſis modicis, ſi detur odor falſitatis teſtium examinandorum.*

19 *Interrogatoria generalia, quæ ſint referuntur.*

20 *Interrogatoria ſpecialia ſunt illa, quæ conueniunt tantùm illi negotio, ſuper quo Teſtes fuere inducti.*

21 *Interrogatoria ſuperflua, impertinentia, vel captioſa ſunt reſecanda.*

22 *Iudex ex officio debet reſecare Interrogatoria captioſa, vel impertinentia, & num. 23.*

24 *Interrogatariorum reſecationem petens, debet citare partem, & adducere cauſam reſecationis faciendæ.*

25 *In dubio an ſit locus reſecationi, prò non reſecatione iudicandum.*

26 *Reſecatio fit à Iudice eius arbitrio.*

27 *Prò reſecatione facienda Iudex quandoque deputat Curialem, & ità eſt praxis præcipuè Rotæ.*

28 *Interrogatoria extrà materiam articulatam reſecantur.*

29 *Sunt reſecanda illa cum quibus Interrogans vult probare ſuam intentionem ſine articulis cum teſtibus articulantis.*

30 *Interrogatoria concernentia Solutionem mutui quod articulatur, reſecantur.*

31 *Teſtes examinati ſuper Interrogatorijs datis, & admiſſis parte non opponente, etiam ſuper exceptionibus interrogatoria dantis probant etiam exceptiones.*

32 *Interrogatoria continentia infamiam, vel crimen teſtis reſecantur.*

33 *Etiamſi agatur de Crimine notorio, & reijcitur* Scaccia *Contrarium tenens.*

34 *Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur an ſit confeſſus, vel communicatus in Paſchate admittitur de conſuetudine, & ſtylo Curiæ.*

35 *Reſecãtur Interrogatoria, an tempus eſſet ſerenum, vel nubilatum, & quomodò quis eſſet veſtitus.*

36 *Fallit in teſte ſuſpecto, nàm tunc poteſt interrogari etiam ſuper circumſtantijs accidentalibus.*

37 *Reſecatur Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur, an ſit debitor.*

38 *Arbitrium Iudicis præponderare debet, an Interrogatoria ſint reſecanda, & quid aduertere debeat.*

39 *Reſecatio interrogatariorum poteſt fieri coram Iudice Remiſſoriali.*

40 *Contrarium firmatur, & quod pro reſecatione debeat*

beat adiri Index delegans examen.

41 *Prima opinio procedit, ſi interrogatoria data ſint coram Iudice Remiſſionali ſecunda ſi data ſint coram Indice Delegante, & num.* 42.

43 *Index remiſſoriæ,non poteſt reſecare interrogatoria incluſa in Rotulo Remiſſoriæ non obſtante clauſula,&* aliàs iuxtà diſcretionem veſtram.

44 *Index remiſſorialis debet omninò examinare teſtes cum interrogatorijs incluſis in remiſſoria, aliàs examen eſt nullum.*

45 *Pars; quæ dedit Interrogatoria in Curia, & quæ transmittuntur in remiſſoria,tenetur contribuere pro expenſis.*

46 *Talis expenſa euitatur ſi tranſmittantur Interrogatoria ad partes, & ibi producantur.*

47 *Interrogatoria dari debent in termino præfixo à ſtatuto, vel Iudice, aliàs examen factum ſine illis eſt validum, & num.*48.

49 *Iudex debet aſsignare de Iure tempus congruum ad dandum interrogatoria.*

50 *Terminus prædictus in cauſis modici momenti ſat eſt vnius, vel duorum dierum.*

51 *Terminus datus ad dandam Interrogatoria non currit, niſi à die ſpecificationis nominum Teſtium.*

52 *Terminus præſcriptus ad dandum interrogatoria currit etiam minori.*

53 *Interrogatoria poſſunt produci etiam poſt elapſum terminum antè tamen examen, & examen tunc factum ſine illis eſt nullum, & num.*69.

54 *Intellige ſi ſint producta cum proteſtatione, quod ſine illis non fiat examen.*

55 *Coram Indice Remiſſoriæ ſat eſt ſola productio ſine dicta proteſtatione.*

56 *Examen factum ſine interrogatorijs ſolùm productis de ſtylo Rotæ,licèt ſit validum, tamen non ſolet illis adhiberi fides ſine repetitione.*

57 *De nullitate examinis, quia facti ſine interrogatorijs, ſemper dari poteſt.*

58 *Repetitio teſtium fit expenſis illius, qui nulliter fecit examen ſine interrogatorijs productis, & quando ſecus.*

59 *Examen factum ſine interrogatorijs eadem die, qua producta ſunt interrogatoria, eſt nullum, vti factum ſine illis.*

60 *Contrarium eſt verius, & impugnatur* Niger. de execut.rei iudicatæ cap.8.§.45.num.50. *contrarium ſentiens, & num.*61.

62 *Teſtium repetitio cum interrogatorijs poſtea datis ex iuſta cauſa conceditur ſumptibus petentis.*

63 *Fallit ex ſtatuto hic, quod tamen non procedit ceſſante contumacia.*

64 *Interrogatoriorum datio in manibus Interpretis non cauſat nullicatem examinis facti ſine illis.*

65 *Examen debet fieri cum Interrogatorijs productis in actis,licet Interpres prò interrogatorijs hora intimata non ſit præſens.*

66 *Interrogatoria non dicuntur realiter producta ſi extraiudicialiter in manibus Notarij data ſint.*

67 *Sat eſt productio facta in actis vt non poſſit fieri examen ſine illis.*

68 *Negatiua non productionis probatur,ex quo non reperiuntur producta in Broliardo.*

70 *Repetitio teſtium quando fit cum interrogatorijs non eſt neceſſarium nouum examen.*

71 *Teſtes in repetitione poſſunt petere, quod ipſis legatur primum examen.*

72 *Fallit ſi à die primi examinis modicū tempus interceſſit, vel ſi contrà teſtes vrgeat aliqua ſuſpicio.*

73 *Nullitas examinis, ex quo teſtes non iurarunt in tēpore ſanatur per dationem interrogatoriorum.*

74 *Per dationem Interrogatariorum præſumitur notitia examinis, ac ſi facta fuiſſet citatio.*

75 *Ex interrogatoriorum datione præſumitur ſcientia materiarum, ac teſtium examinandorum.*

76 *Intellige ſi interrogatoria data ſint a perſona legitima.*

77 *Per dationem interrogatoriorum cenſetur receſſum à recuſatione Iudicis.*

78 *Contrarium tenet* Rota deciſ.153.num.7.coram Priolo.

79 *Prior opinio approbatur, & ratione firmatur.*

80 *Per dationem interrogatariorum non ſuſtinetur examen factum extrà locum Remiſſoriæ, & intimati examinis, & de diuerſis teſtibus à ſpecificatis.*

81 *Secus, ſi interrogatoria data reſpiciant etiam teſtes in ducendos.*

82 *Examinis nulli ex aliquo capite,committitur à Papa ſanatio arbitrio,Rota,ſecus ſi factum ſit ſine Interrogatorijs.*

83 *Examen factum cum interrogatorijs ſi ſit nullum ex aliquo capite,faciliter committitur illius ſanatio.*

84 *Sanatio examinis nulli faciliùs committitur ſi teſtes ſint mortui.*

85 *Interrogatoriorum datio non ſanat defectum examinis quoad Tertium, qui habet intereſſe diuerſum non contentum in interrogatorijs.*

86 *Examen factum priùs ſuper articulis, quam ſuper interrogatorijs ſuſtinetur & num.*87.

88 *Eſt nullum examen factum prius ſuper articulis ſi remiſſoria contrarium dicat, vel pars proteſtata fuerit.*

89 *Examen de ſtylo, & praxi Curiæ priùs fit ſuper interrogatorijs.*

90 *Teſtis debet euacuare omnia Interrogatoria aliàs non probat.*

91 *Teſtis non interrogatus ſuper certa qualitate contenta in interrogatorio debet repeti ſuper illa, etiam publicatis atteſtationibus.*

92 *Secùs ſi Interrogatorium ſuper tali qualitate datum non fuerit.*

93 *Teſtis tenetur reſpondere interrogatorio continenti an poſſit eſſe contrarium illius, quod ipſe teſtis depoſuit, & num.*94.

95 *Teſtis non tenetur reſpondere Interrogatorio, an fuerit carceratus.*

96 *Nec interrogatorio continenti crimen, & infamiam ipſius Teſtis.*

97 *Teſtis tamen ſi ſponte reſpondeat, & fateatur crimen, illi ſuper tali crimine creditur.*

98 *Teſtis (excepto proprio crimine) tenetur reſpondere alijs, quæ illum reddunt inhabilem ad teſtificandum.*

99 *Teſtium depoſitio facta ſuper interrogatorijs attenditur, & non illa ſuper articulis licet contraria.*

100 *A Decreto Iudicis mandante fieri examen ſine interrogatorijs datur appellatio.*

101 *Secùs à reſecatione Interrogatariorum ſi non fuerint reſecata ſubſtantialia.*

102 *Materia Interrogatariorum per quos D.D. tractetur vide remiſſiuè.*

gem datus ſine iudicantis miniſterio. Quocumque autem tempore (examine nedum perfecto) interrogatoria producantur, teſtes qui nondum examinati fuerint ſuper illis interrogentur, nec admittatur ad teſtium repetitionem, qui in dandis interrogatorijs contumax fuerit, etiamſi illos ſuis ſumptibus repeti petat: Interrogatoria autem ſi exceſſiua, aut impertinentia ſint, Iudicis arbitrio reſecentur.

ARGVMENTVM.

Interrogatoria, quæ fiunt pro examinandis teſtibus; ad quid inuenta: quomodo concipi debeant; & ſuper quibus fundari; an breuia, & pauca, vel multiplicia ſint concipienda; an debeat dari terminus ad illa conficienda; Quando ſint ſuperflua, vel captioſa, ſintque reſecanda, & an reſecatio fiat extrà Curiam coram Iudice Remiſſoriali, ſi data ſint in Curia; quibus Interrogatorijs teſtes reſpondere debeant nec ne. Examen factum ſine Interrogatorijs quando validum, & per illorum dationem nullitas examinis quando conualidetur; & quando à Principe ſanetur nec ne; & quando Teſtes examinati ſine Interrogatorijs, ſuper his repetantur; Examen an priùs fiat ſuper Interrogatorijs, vel articulis; Appellatio an detur à decreto reſpuente Interrogatoria in examine, vel mandante illa reſecari. Interpres in examine quando adhibeatur, quis eſſe non poſſit, de eius officio in interrogandis teſtibus, & quomodo teſtium dicta debeat curare, quod ſcribantur: ſi Interpretes inter ſe diſcordent, quando Iudex poſſit eligere vnum ex officio pro vtraque parte; nec eſt neceſſe, quod in Curia deputetur pro Interprete Procurator ex ordine Patronorum Collegij Rotalis.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria fiunt teſtibus ad eruendam veritatem, vt cum illis preſſi dicant veritatem, & vt euitetur illarum falſitas.*

2 *Interrogatoria non debent eſſe ſuperflua, & longa, nec minùs defectuoſa, ità vt naſcatur præiudicium illa danti.*

3 *Interrogatoria debent fieri ex viſceribus articulorum, ità vt tendant ad ſubſtantiam, & cohærentes circumſtantias materiæ articulatæ.*

4 *Copia articulorum petita danda eſt pro conficiendis Interrogatorijs, aliàs non eſt locus repetitioni teſtium.*

5 *Nomina Teſtium debent ſpecificari, ſi hoc petatur, ad hoc vt ſuper illis poſſint fieri congrua Interrogatoria.*

6 *Si ſpecificatis nominibus teſtium alij Teſtes diuerſi prætenderentur examinari, debet parti intimari.*

7 *Specificatio prædicta Nominum teſtium non eſt neceſſaria, quando pars dedit interrogatoria.*

8 *Interrogatoriorum copia non datur parti articulanti.*

9 *Interrogatoria in Vrbe dantur ſigillata, & ſolùm aperiuntur in actu examinis.*

10 *Appellatia datur ſi Iudex decerneret dari articulanti copiam interrogatoriorum.*

11 *Iudicis officium proprium eſt interrogare teſtes ſi velit & num. 12. & 13.*

14 *In cauſa non excedente in valore ſcuta quinque teſtes examinantur à Iudice ſine ſcriptis, & n. 15.*

16 *Interrogatorium vnicum in cauſis valoris ſcutorum decem vel 12. ſolet admitti in examine teſtium.*

17 *Interpres in huiuſmodi cauſis modici valoris non admittitur, nec poteſt interrogare teſtes niſi cum Interrogatorio dato.*

18 *Interrogataria multiplicari poſſunt etiam in cauſis modicis, ſi detur odor falſitatis teſtium examinandarum.*

19 *Interrogatoria generalia, quæ ſint refertur.*

20 *Interrogatoria ſpecialia ſunt illa, quæ conueniunt tantùm illi negocio, ſuper quo Teſtes fuere inducti.*

21 *Interrogatoria ſuperflua, impertinentia, vel captioſa ſunt reſecanda.*

22 *Iudex ex officio debet reſecare Interrogatoria captioſa, vel impertinentia, & num. 23.*

24 *Interrogatariorum reſecationem petens, debet citare partem, & adducere cauſam reſecationis faciendæ.*

25 *In dubio an ſit locus reſecationi, prò non reſecatione iudicandum.*

26 *Reſecatio fit à Iudice eius arbitrio.*

27 *Prò reſecatione facienda Iudex quandoque deputat Curialem, & ità eſt praxis præcipuè Rotæ.*

28 *Interrogatoria extrà materiam articulatam reſecantur.*

29 *Sunt reſecanda illa cum quibus Interrogans vult probare ſuam intentionem ſine articulis cum teſtibus articulantis.*

30 *Interrogatoria concernentia Solutionem mutui quod articulatur, reſecantur.*

31 *Teſtes examinati ſuper Interrogatorijs datis, & admiſsis parte non opponente, etiam ſuper exceptionibus interrogatoria dantis probant etiam exceptiones.*

32 *Interrogatoria continentia infamiam, vel crimen teſtis reſecantur.*

33 *Etiamſi agatur de Crimine notorio, & reijcitur* Scaccia *Contrarium tenens.*

34 *Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur an ſit confeſſus, vel communicatus in Paſchate admittitur de conſuetudine, & ſtylo Curiæ.*

35 *Reſecatur Interrogatoria, an tempus eſſet ſerenum, vel nubilatum, & quomodò quis eſſet veſtitus.*

36 *Fallit in teſte ſuſpecto, nàm tunc poteſt interrogari etiam ſuper circumſtantijs accidentalibus.*

37 *Reſecatur Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur, an ſit debitor.*

38 *Arbitrium Iudicis præponderare debet, an interrogatoria ſint reſecanda, & quid aduertere debeat.*

39 *Reſecatio interrogatariorum poteſt fieri coram Iudice Remiſſoriali.*

40 *Contrarium firmatur, & quod pro reſecatione debeat*

beat adiri Index delegans examen.

41 *Prima opinio procedit, ſi interrogatoria data ſint coram Iudice Remiſſionali ſecunda ſi data ſint coram Iudice Delegante, & num. 42.*

43 *Index remiſſoriæ, non poteſt reſecare interrogatoria incluſa in Rotulo Remiſſoriæ non obſtante clauſula, &* aliàs iuxtà diſcretionem veſtram.

44 *Index remiſſorialis debet omninò examinare teſtes cum interrogatorijs incluſis in remiſſoria, aliàs examen eſt nullum.*

45 *Pars; quæ dedit Interrogatoria in Curia, & quæ tranſmittuntur in remiſſoria, tenetur contribuere pro expenſis.*

46 *Talis expenſa euitatur ſi tranſmittantur Interrogatoria ad partes, & ibi producantur.*

47 *Interrogatoria dari debent in termino præfixo à ſtatuto, vel Iudice, aliàs examen factum ſine illis eſt validum, & num. 48.*

49 *Iudex debet aſſignare de Iure tempus congruum ad dandum interrogatoria.*

50 *Terminus prædictus in cauſis modici momenti ſat eſt vnius, vel duorum dierum.*

51 *Terminus datus ad dandam Interrogatoria non currit, niſi à die ſpecificationis nominum Teſtium.*

52 *Terminus præſcriptus ad dandum interrogatoria currit etiam minori.*

53 *Interrogatoria poſſunt produci etiam poſt elapſum terminum antè tamen examen, & examen tunc factum ſine illis eſt nullum, & num. 69.*

54 *Intellige ſi ſint producta cum proteſtatione, quod ſine illis non fiat examen.*

55 *Coram Iudice Remiſſoriæ ſat eſt ſola productio ſine dicta proteſtatione.*

56 *Examen factum ſine interrogatorijs ſolùm productis de ſtylo Rotæ, licèt ſit validum, tamen non ſolet illis adhiberi fides ſine repetitione.*

57 *De nullitate examinis, quia facti ſine interrogatorijs, ſemper dari poteſt.*

58 *Repetitio teſtium fit expenſis illius, qui nulliter fecit examen ſine interrogatorijs productis, & quando ſecus.*

59 *Examen factum ſine interrogatorijs eadem die, qua producta ſunt interrogatoria, eſt nullum, vti factum ſine illis.*

60 *Contrarium eſt verius, & impugnatur* Niger. de execut. rei iudicatæ cap. 8. ſ. 45. num. 50. *contrarium ſentiens, & num. 61.*

62 *Teſtium repetitio cum interrogatorijs poſtea datis ex iuſta cauſa conceditur ſumptibus petentis.*

63 *Fallit ex ſtatuto hic, quod tamen non procedit ceſſante contumacia.*

64 *Interrogatoriorum datio in manibus Interpretis non cauſat nullitatem examinis facti ſine illis.*

65 *Examen debet fieri cum Interrogatorijs productis in actis, licet Interpres prò interrogatorijs hora intimata non ſit præſens.*

66 *Interrogatoria non dicuntur realiter producta ſi extraiudicialiter in manibus Notarij data ſint.*

67 *Sat eſt productio facta in actis vt non poſſit fieri examen ſine illis.*

68 *Negatiua non productionis probatur, ex quo non reperiuntur producta in Broliardo.*

70 *Repetitio teſtium quando fit cum interrogatorijs non eſt neceſſarium nouum examen.*

71 *Teſtes in repetitione poſſunt petere, quod ipſis legatur primum examen.*

72 *Fallit ſi à die primi examinis modicũ tempus interceſſit, vel ſi contrà teſtes vrgeat aliqua ſuſpicio.*

73 *Nullitas examinis, ex quo teſtes non iurarunt in tẽpore ſanatur per dationem Interrogatoriorum.*

74 *Per dationem Interrogatariorum præſumitur notitia examinis, ac ſi facta fuiſſet citatio.*

75 *Ex interrogatoriorum datione præſumitur ſcientia materiarum, ac teſtium examinandorum.*

76 *Intellige ſi interrogatoria data ſint a perſona legitima.*

77 *Per dationem interrogatoriorum cenſetur receſſum à recuſatione Iudicis.*

78 *Contrarium tenet* Rota deciſ. 153. num. 7. coram Priolo.

79 *Prior opinio approbatur, & ratione firmatur.*

80 *Per dationem Interrogatariorum non ſuſtinetur examen factum extrà locum Remiſſoriæ, & intimati examinis, & de diuerſis teſtibus à ſpecificatis.*

81 *Secus, ſi interrogatoria data reſpiciant etiam teſtes inducendos.*

82 *Examinis nulli ex aliquo capite, committitur à Papa ſanatio arbitrio, Rotæ, ſecus ſi factum ſit ſine Interrogatorijs.*

83 *Examen factum cum interrogatorijs ſi ſit nullum ex aliquo capite, faciliter committitur illius ſanatio.*

84 *Sanatio examinis nulli faciliùs committitur ſi teſtes ſint mortui.*

85 *Interrogatoriorum datio non ſanat defectum examinis quoad Tertium, qui habet intereſſe diuerſum non contentum in interrogatorijs.*

86 *Examen factum priùs ſuper articulis, quam ſuper Interrogatorijs ſuſtinetur & num. 87.*

88 *Eſt nullum examen factum prius ſuper articulis ſi remiſſoria contrarium dicat, vel pars proteſtata fuerit.*

89 *Examen de ſtylo, & praxi Curiæ priùs fit ſuper interrogatorijs.*

90 *Teſtis debet euacuare omnia Interrogatoria aliàs non probat.*

91 *Teſtis non interrogatus ſuper certa qualitate contenta in interrogatorio debet repeti ſuper illa, etiam publicatis atteſtationibus.*

92 *Secùs ſi Interrogatorium ſuper tali qualitate datum non fuerit.*

93 *Teſtis tenetur reſpondere interrogatorio continenti an poſſit eſſe contrarium illius, quod ipſe teſtis depoſuit, & num. 94.*

95 *Teſtis non tenetur reſpondere Interrogatorio, an fuerit carceratus.*

96 *Nec interrogatorio continenti crimen, & infamiam ipſius Teſtis.*

97 *Teſtis tamen ſi ſponte reſpondeat, & fateatur crimen, illi ſuper tali crimine creditur.*

98 *Teſtis (excepto proprio crimine) tenetur reſpondere alijs, quæ illum reddunt inhabilem ad teſtificandum.*

99 *Teſtium depoſitio facta ſuper interrogatorijs attenditur, & non illa ſuper articulis licet contraria.*

100 *A Decreto Iudicis mandante fieri examen ſine interrogatorijs datur appellatio.*

101 *Secùs à reſecatione Interrogatariorum ſi non fuerint reſecata ſubſtantialia.*

102 *Materia Interrogatariorum per quos D.D. tractetur vide remiſſinè.*

103 *Interpretis officium eſt aſſiſtere examini, & dicta teſtium candidè dictare Notario.*

104 *Interpres curare debet, vt teſtes omnia interrogatoria euacuent, & facere interrogatoria ex officio ad eruendam veritatem.*

105 *Interpres pro interrogatorijs, examine ſuper his expleto non poteſt ſe ingerere ſuper articulis, ſi teſtis in his aliquid non addat.*

106 *Teſtis qui reſpondidit interrogatorio ſuper certa re non debet denuò ſuper eadem iterrogari.*

107 *Interpres parte inſtante poteſt cogi ad iurandum de calumnia, & de fideliter interpretando.*

108 *Interpretes noſtri temporis per ſæpè gloriantur in tergiuerſationibus, & ſophiſticis interrogatorijs.*

109 *Iudices debent occurrere malitijs interpretum.*

110 *Interpretes ſi ſint diſcordes, quia ſolent parare confuſionem, recurritur ad Iudicem cauſæ.*

111 *Iudex in diſcordia interpretum, deputat vnum Interpretem pro vtraque parte.*

112 *Interpres prò vtraque patre poteſt deputari alter Curialis extrà Collegium Procuratorum Rotæ, & num. 113.*

114 *Procuratores extrà Collegium quoad praxim interpretandi per ſepè ſunt meliores Interpretes.*

115 *Interpres vnicus à Iudice prò vtraque parte deputari non poteſt ſi Interpretes partium non diſcordat.*

116 *Interpretes ſi diſcordent ſuper verbis prolatis à teſte quomodo illa ſcribi debeant, Iudex ſuper hoc prouidet.*

117 *Teſtis poteſt ſe corrigere, & declarare, eius tamen dictum erit ſcribendum prout prolatum fuit.*

118 *Teſtis peracto examine incontinenti, poteſt petere ſibi legi ſuum examen, vt poſſit errorem corrigere,*

119 *Interpres, verba Ruſtici barbarè dicta debet in bono ſenſu deſcribi facere, & melius eſt ſi ſcribantur, vt prolata ſunt.*

120 *Teſtis externus ſi eius lingua non intelligatur debet eligi Interpres, qui calleat illius linguam, & quomodò n. 123.*

121 *Notarius callens linguam exteri puta Galli, vel Germani, poterit ipſe examinare, & in linguam Italicam tranſcribere.*

122 *Iudex tamen non poteſt ipſe tali caſu eſſe Interpres.*

124 *Interpres non poteſt eſſe Aduocatus, vel Procurator in cauſa.*

125 *Idem de Sollicitatore.*

126 *Prohibitio huiuſmodi eluditur, per prauos Procuratores, qui à principio cauſæ ſupponunt alium Procuratorem.*

127 *Interpretes poſſunt reuelare eorum principalibus dicta teſtium.*

128 *Fallit in Interprete prò vtraque parte.*

129 *Fallentia impugnatur, & reijcitur* Poſth. de manut, obſer. 92. n. 9. in fine.

130 *Interpreti prò vtraque parte debetur merces communiter ab vtroquè collitigante.*

131 *Interpretis aſſiſtentia de iure in examine non requiritur, & examen ſine eo factum eſt validum.*

132 *Examen ceptum cum Interprete, & poſtea continuatum per Notarium cum Interrogatorijs de conſenſu Partium eſt validum.*

133 *Stylus vbi adeſt adhibendi Interpretem in examine Teſtium, eſt ſeruandus.*

Matetia interrogatariorum, quæ dantur teſtibus prò eruenda veritate ex eorum depoſitionibus eſt in foro frequens, & de ea diſponit Statutum hic, & cum in dies circà illam diſceptari contingat, hinc ad ornatum præſentis ſtatuti parumper ſuper illius explanatione inſiſtendum.

Et primò notandum, quod talia interrogatoria fiunt teſtibus, vt illis mediantibus, vel veritatem cum ſuis circumſtantijs ſuper negocio, de quo iudicialiter agitur, ſincere deponant,
1 vel ſi falſi ſunt, & ſubornati, quia de re, ſuper qua deponere debent non ſint informati, factum referendo vaccillent, itàvt per interrogatoria extenuetur intenſio articulantis, & detegatur falſitas, ex variatione teſtium, & vt ex illis cognoſcatur an teſtes benè ſciant id, ſuper quo deponunt, *Gail. pract. obſer. 95. num. 3. lib. 1. Seacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. n. 868. ad 871. Niger. de execut. rei indicata cap. 8. §. 45. num. 12. cum duobus ſeqq., Poſth. de manut. obſeru. 91. num. 1. & ſeqq. Palm. Nepoſ. alleg. 134. n. 13.*

Ad hoc autem vt talis effectus deſideratus ex Interrogaroriorum vſu habeatur, debet in illorum confectione cautè procedi, & ſicut in illis ſe dilarare vltrà cauſæ neceſſitatem præiudicium afferre poteſt illa danti, ità è conuerſo, ſi illa faciens, in neceſſarijs deficiat; Hinc iudicioſus Aduocatus, vel verſatus cauſarum Patronus debent inuigilare, ne in illorum confectione præiudicent parti danti Interrogatoria, eo tempore, quo illi prodeſſe ſtudent, & proſint articulanti, dum illi damnum parare ſatagunt, cum non ſemel ex verboſis Interrogatorijs, & non benè
2 conceptis eliciatur pro articulante probatio releuans, quæ ex articulis non benè factis non fuiſſet habita, vt appoſitè aduertunt *Gaill. dict. obſer. 95. num. 5., Poſth. de manut. obſer. 91. num. 14., Niger. dict. §. 45. n. 18. ad 22.*, vbi adducit ad hoc exempla practica, *Ab Eccleſ. obſer. Forenſ. 89. num. 18. part. 1.*

Et cum ſuper modo conficiendi interrogatoria non poſſit dari certa regula, cauſarum defenſores debent eſſe valdè circumſpecti, vt ex viſceribus articulorum illa faciant ſufficientia, & ten-
3 dentia ad ſubſtantiam, coherentiam, & circumſtantias intrinſecas, & cohærentes materiæ articulatæ *ex theorica Baldi in l. teſtium num. 6. & ſeqq. C. de teſtib.*, qui ſubriliter, & ſubſtantialiter more ſuo hanc rem enucleat, & cuius theoricam ſequuntur Doctores practici mox allegati.

Cumque Interrogatoria fieri debeant ex viſce-
4 tibus articulorum vti materia præexiſtente, ex qua debet fieri probatio, hinc illorum copia petita tradi debet, aliàs examen eſſet nullum, vel ſaltem teſtes eſſent repetendi *Farinace. de teſtib. q. 73. num. 16. ad 18. Ventrigl. in prax. Eccleſiaſt. p. 1. Annot. 11. §. vnico num. 15.*, & conſonat noſtrum ſtatutum hic.

Provt ſtante proteſtatione partis, debent ab articulante ſpecificari nomina teſtium examinandorum, ex quo Interrogatoria fieri debent, non ſolùm ſecundùm circumſtantias facti cauſæ, de
5 qua agitur, ſed etiam ſecundum conditionem teſtium examinandorum, quæ propreteà benè efformari non poſſunt ſi ignorentur nomina teſtium *Capuec. in prax. par. 2. cap. 1. art. 4. num. 63.*

Ven-

Ventrigl. alleg Annot. 11. §. vnico n. 18. Rota deciſ. 153. n. 3. coram Priolo.

Quod eſt adeò verum, vt ſi fuerint ſpecificata
nomina certorum teſtium, prò quibus fuere data
interrogatoria, ſi prætendantur examinari teſtes
6 diuerſi è ſpecificatis, debet parti intimari, ad
hoc vt poſſit ſi velit dare noua Interrogatoria.
Vbert de citat. cap. 13. nu. 520. iuxtà modern. impreſ. Rota deciſ. 726. num. 5. coram Buratt.

At ſi pars citata ad dandum interrogatoria,
7 illa dederit, nihil opponendo ſuper ſpecificatio-
ne nominum teſtium examen erit validum, cum
cenſeatur, quod pars non habuerit, quod oppo-
neret contrà Perſonas teſtium, etiamſi ignoraue-
rit qui illi eſſent *Rota deciſ. 1484. num. 3. coram Coccin.*

E conuersò autem copia Interrogatoriorum
8 non debet dari parti articulanti ne detur occa-
ſio ſuper illis inſtruendi teſtes ad falſitatem
Gaill obſeruat. 95. num. 6. lib. 1., vbi teſtatur hanc
eſſe veram, & communem opinionem *Farinacc. qu. 76. num. 19. Fenzon. hic num. 16. Poſth. de manut. obſer. 91. num. 25. verſ. qua communicari, Scacc. dict. cap. 8. num. 896. & 875., Conciol. reſol. Criminal. verbo Interrogatoria reſol. 2., Vbert. de citat. c. 13. n. 510. Ventrigl. dict. Annot. 11. §. vnico n. 17.*
vbi quod ita obſeruat praxis, & hæc eſt praxis
Tribunalium Vrbis, in quibus vlterius practica-
9 tur, vt dentur ſigillata, & quod non aperian-
tur, niſi in actu examinis, & hoc peracto denuò
clauduntur, itàvt numquam pars poſſit illa ha-
bere ſub oculis, quinimmo adeò rigoroſè hoc
vidi practicatum, vt illa quandocumque daren-
tur in manibus Iudicis, ad hoc ne haberi poſſent
niſi tempore examinis, quando adeſt ſuſpicio,
quod poſſint à Notario communicari, qui Iudex
ſi copiam Interrogatoriorum parti traderet da-
10 retur appellatio *Poſth. dict. obſer. 91. n. 25. verſic. prout non negaretur.*

Quia verò interrogare teſtes ſpectat ad offi-
11 cium Iudicis, qui de ſingulis circumſtantijs te-
ſtes interrogare, & omnia conſcribi facere de-
bet *Gaill. dict. obſer. 95. num. 8. lib. 1. Farin. de teſtib. quæſt. 73. num. 9. & 10. Nigrr. allegat. §. 45. num. 31. ad 34., Vbert. de citat. dict. cap. 13. num. 503.*
hinc ſi Iudex vellet (in quo benè faceret, ſi poſ-
ſet tali teſtium examini intereſſe) ipſe interroga-
12 re, & examinare, hoc facere poſſet, reiecto
etiam Interprete, nedum quia proprium ipſius
officium eſt teſtes interrogare, verùm quia ſi ip-
ſe debet ſuper negocio principali cauſæ iudicare,
13 multò magis poteſt procedere ſuper examine
præambulo ad deciſionem cauſæ, & vtinam Iudi-
ces poſſent ipſi examen facere, nam certè cuncta
meliori modo procederent, at hoc illis ob mul-
tiplicitatem negociorum, & alia impedimenta
iudicaturæ non permittitur, ſed in aliquibus cau-
ſis grauiſſimis, & præcipuè quando agitur de
recognitione caracteris, ac ſubſcriptionis con-
tentæ in priuata ſcriptura, ſuper qua adeſt ſuſpi-
cio falſitatis, vidi quandoque Iudices fuiſſe præ-
ſentes examini, & per duas vices, dum Iudex
eram, ipſe examini interfui.

Et quando agitur de cauſis modici valoris,
& vt dicitur breuioribus, non excedentibus va-
lorem ſcutorum quinque monetæ Romanæ, cum
illæ cognoſcantur in Vrbe per Iudices oretenus,
14 nihil ponendo in ſcriptis, & manu Regia *ex Reformat. Pauli V. eius Conſtit. 71. in Rubr. de Iudicibus in cauſis Ciuil. §. expediant cauſas*, hinc tali
caſu ſi ille decidendæ ſine ex dictis Teſtium, hi
examinantur coram Iudice, & audiuntur orete-
nus, & Iudex ad eruendam veritatem faciet in-
terrogatoria neceſſaria, ac etiam multiplicia, ſi
hoc cenſuerit opportunum prò habenda veritate,
15 licèt enim agatur de modica ſumma, nihilomi-
nùs ſi ex circumſtantijs facti appareat, teſtes eſſe
ſuſpectos; erunt plenis interrogatorijs oretenus
faciendis fatigandi, cum hoc deſeruiat ad veri-
tatem eruendam, nec partibus fit aliquod præiu-
dicium, nec generatur aliquod diſpendium,
dum nihil ponitur in ſcriptis, & nulla impenſa
prò examine erogatur.

Si verò agatur de cauſis vltra ſcuta quinque li-
16 cèt examen fiat in ſcriptis, attamen ſi non ex-
cedat ſcuta decem, vel ſit in paulò maiori ſum-
ma ex praxi Curiæ præcipuè Capitolij, non ſo-
let admitti, niſi vnicum, & breue interroga-
torium, nè alias plus impendatur in examine,
quam importet valor cauſæ, & tali caſu non ſolet
adhiberi Interpres, & quando, adhibetur ſolet
illi imponi lex, ne excedat tenorem interroga-
torij dati prò examine, aliàs ſi Interpres poſſet
17 Interrogatoria ſuo arbitrio facere eluderetur
praxis, quod in ſimilibus cauſis modici valoris
non ſoleat permitti, niſi vnum interrogatorium;
cum declaratione tamen, quod ſi agatur de ma-
teria inuериſimili, & de teſtibus ſuſpectis tunc
poſſit Iudex arbitrio ſuo plura etiam interroga-
toria in huiuſmodi cauſis admittere, cum ad
Iudicis munus ſpectet veritatē inuenire, & quan-
18 do in teſtibus adeſt ſuſpicio falſitatis, vel ſubor-
nationis, tunc poſſunt multiplicari Interrogato-
ria, & etiam interrogari ſophiſticè, & captioſè,
ad hoc vt varient in re, quam neſciunt, & in
qua falſum tantum deponere volunt *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 893. Niger. alleg. §. 45. num. 16. & 17.*, vbi quod teſtem falſum licet in-
terrogatorijs illaqueare, & artem arte eludere
Cyriac. cont. 80. num. 13. Farinacc. de teſt. quæſt. 73 num. 52.

In cauſis verò arduis, & magni valoris multi-
plicitas interrogatoriorum permittitur, cum enim
Interrogatoria ſint inducta ad defenſionem, quo
magis cauſa eſt grauis de maiori agitur periculo
& ſic maior requiritur defenſio.

Interrogatoria autem alia ſunt generalia, &
alia ſpecialia, illa dicuntur talia, quia deſer-
uiunt pro omni cauſa, quæ ſunt, an teſtis co-
gnoſcat partes litigantes; an ſit illarum,
19 Conſanguineus, Affinis, Amicus, Domeſticus,
Famulus, Aduocatus, Procurator, Factor, an
ſit Pauper, vel Diues, & cuius expenſis viuat,
quid poſſideat; an fuerit citatus ad examen, an
ſciat ſuper quo examinandus ſit, an ſibi lecti ſint
articuli, & alia generalia quæ poſt *Speculat. de teſt. §. 6. num. 8., & ſeq. refert. Niger. de execut. rei iudicatæ cap. 8. §. 45. num. 10. & 11., Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 905., & Rolandin in ſumma Artis Notariatus plura refert Pax. Iordan. var. Lucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 18. de teſtib. num. 156.*

Specialia verò Interrogatoria ſunt illa, quæ
conueniunt tantum illi negocio, ſuper quo
20 teſtes fuerunt inducti, & ſuper illis faciendis
non

Digitized by Google

præſcriptum à ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 51.) alias vi-
dendum pronunciari pro confeſſatis, & dicto
termino trium dierum elapſo, ſi citatus fuerit
contumax in reſpondendo, rurſus citatur ad vi-
dendum pronunciari poſitiones pro confeſſatis
ad primam diem, & fit decretum ſuper pronuncia
pro confeſſatis, & ſi ea die reſpondere debens
compareat ad reſpondendum, admittitur reſectis
expenſis (hoc eſt ex ſtylo faciat reſponſionem
proprijs expenſis) & cenſeatur eo ipſo purgaſſe
328 contumaciam, ſed dicta die, elapſa, & non
facta reſponſione, vlteriùs ad moræ purgationem
non admittitur, vt de tali praxi teſtatur *Luc. Pet.
in prax. fori Capitolij lib. 2. cap. 4. n. 12. & 14.*, &
de eadem praxi ſum teſtis ocularis, dum per octo
annos, quibus in eodem foro iuridicundo præſui
329 in munere priùs Secundi Collateralis, poſteà
Primi, ſemper vidi ſic practicatum, ſecùs de iure,
iuxtà quod re integra antè ſententiam, debet quis
admitti ad reſpondendum, non obſtante, quod
Iudex pronunciauerit poſitiones pro confeſſatis,
*Ridolphin. part. 1. cap. 10. n. 107. Paſſerin. in cap. 2.
n. 89. de confeſs. in 6. in 2. part. lib. 6. decretal.*

Qua ſtatuti forma attenta non eſt opus in dicto
330 foro, quod copia poſitionum communicetur
parti reſpondere debenti, nec quod aperiantur
dum ex ſtatuto, & ſtylo inconcuſſo eiuſdem fori
dantur clauſæ, & non aperiuntur, niſi in actu re-
ſponſionis *Luc. Pet. dict. cap. 4. n. 10., & 11.* nec
diſsentit *Sola ad conſt. Saband. de poſit. tit. 16. gloſ.
5. n. 1. & 2.*; ſed elapſo tempore dato ad reſpon-
dendum, poſitiones pronunciatæ pro confeſsatis
aperiuntur, & ex illis habetur perfecta probatio
in damnum illius, qui illis non reſpondidit; &
331 ſtante hoc ſtatuto non eſt ſeruanda forma præ-
ſcripta *in cap. 2. de Confeſs. in 6. vt ibi notat Paſſe-
rin. num. 81. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. quæſt. 11.
à n. 476.*

Quia non eſt æquum, quod poſitiones, vel ir-
releuantes, vel captioſæ, vel de facto omni-
nò alieno, vel ex alia cauſa non admittendæ,
quæ per reſpondere debentem non poſsunt videri
(cum dentur clauſæ, ac de illis non poſſit inſtrui
332 ex copia) habeantur pro confeſsatis ex traditis
*per Rot. decis. 359. n. 7. ſuper hoc ſtatuto loquentem
coràm Pamphil.* hinc ille, qui debet reſpondere,
ſolet in dicta Curia Capitolina, vel proteſtari,
quod non cenſeantur admiſsæ impertinentes, vel
alias non admittendæ, vel quod priùs per Iudi-
333 cem inſpiciantur, & reſecentur, vt *docet Luc.
Pet. in prax. lib. 2. cap. 4. n. 11.*, & ſic practicatur
nam aperiuntur per Iudicem, & inſpiciuntur, ac
examinantur, & ſi aliquas reſecatione dignas re-
perit, illis ſua manu regulariter notat, non eſse
reſpondendum, & poſteà illas denuò claudit, &
tenetur quis reſpondere poſitionibus non reſeca-
tis, alias pronunciantur pro confeſsatis.

Tale autem ſtatutum circa contumaciam in
non reſpondendo, intelligitur prout de iure,
quatenus ſcilicet reſpondere debens non ſit iuſtè
334 impeditus, quia abſens, infirmus, carceratus,
vel alio legitimo impedimento detentus, non di-
citur contumax *argum. text. in cap. 2. de Confeſs.
in 6., & ſuper hoc ſtatut. aduertit Rota decis. 359.
n. 6. coram Pamphil.*, vbi quod quælibet cauſa
335 etiam probabilis, & colorata excuſat à contu-
macia, & in ſimili lege Hiſpanica hoc probat
*Azeued. ad leg. Recapill. tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 1.
num. 38. Amat. decis. March. 75. in fine. Fenzon. hic
n. 80. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 10. n. 99. Paſ-
ſerin. in alleg. cap. 2. n. 28. de confeſſ. in 6.*

Hinc etiam inſurgit, quod dicta ficta confeſſio
ex ſtatuto inducta, non procedit in poſitionibus,
336 quibus quis de iure non tenetur reſpondere ex
littera ſtatuti hic, *Luc. Pet. in prax. dict. cap. 4.
n. 17., & ſuper hoc eodem ſtatuto Rot. decis. 359. n. 7.
coram Pamphil.*, & generaliter de Iure communi,
quod ſi ex aliquo capite poſitionibus productis
337 non ſit reſpondendum, quod talis confeſſio fi-
cta non præiudicet non reſpondenti, *Sola ad Conſt.
Saband. de poſit. tit. 16. gloſ. 3. n. 1., & 2. Tort. ad
ſtatut. Pap. Rubr. 28. num. 29., & 30. Pigant.
ad ſtatut. Ferrar. Rubr. 47. n. 56., Scacc. de iudic.
lib. 2. cap. 7. n. 493., Michalor. de poſit. cap. 57.
num. 11.*

Vndè ſi agitur de cauſa ordinaria, tunc ante
productionem poſitionum requiruntur libellus,
338 litis conteſtatio, Iuramentum calumniæ, & alia
præſcripta *à ſtatut. Vrb. cap. 59. lib. 1.* aliàs ficta
confeſſio ob pronunciationem poſitionum pro
confeſſatis non afficit *Caſtald. conſult. forenſ. 69.
n. 5. Sola dict. tit. 16. gloſ. 1. n. 8. Azeued. alleg. leg. 1.
n. 26., & infra, Rota ſuper hoc ſtat. decis. 359. n. 2.
& 3. coram Pamphil.*

Et quod ex hoc ſtatuto requiratur monitorium
339 pro forma, ad hoc, vt quis habeatur pro confeſ-
ſo *Galganett. hic n. 30. verſic., & ad hoc. Ridolph.
in prax. p. 1. cap. 10. n. 91., & 92.* vbi hoc limitat
in cauſis executiuis.

Nec poſſunt pronunciari pro confeſſatis, quan-
do ſine Iuramento fuerunt in actis productæ *Ca-
340 ſtald. Conſult. forenſ. 69. n. 2. ad 4.*, vbi id probat,
attento ſtatuto tale Iuramentum expoſcente, vt
341 facit ſtatutum noſtrum hic *Rota decis. 779. n. 1.
& 2. part. 2. recent., & decis. 210. num. 8. coram
Celſ.*

Prout ſi iudicium ſit nullum poſitiones non
poſſunt haberi pro confeſſatis *Tort. ad ſtat. Pap.
342 dict. Rubr. 28. num. 29., & 30., Pigant. allegat.
Rubr. 47. n. 56.*, vndè ſi non fuerit facta citatio
iuxta formam *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 51.* talis pro-
nuncia ex capite nullitatis non habet locum *Rota
decis. 359. n. 5. coram Pamphil.* hinc ſi fuerit pro-
ceſſum contrà minores, illis non deputato Cura-
tore, contra carceratum, non citato illo perſo-
343 naliter in Carceribus, prout pro Vrbe ſancitum
fuit per Reformationem Pauli V. vel ex alia cauſa
nulliter, talis ficta confeſſio non procedit, & ſic
pluries habui de facto.

Amplius in terminis huius ſtatuti ficta confeſ-
ſio ob contumaciam, non procedit, niſi citatis
344 copulatiuè principali, & Procuratore *ex ſtatut.
Vrb. lib. 1. cap. 53. &* præciſè firmat *Rot. decis. 359.
n. 4. coram Pamphil.* cum in hoc debeat ſeruari
preciſè forma ſtatuti *Pigant. dict. Rubr. 47. n. 60.
Leoncill. decis. Ferrarien. 15. n. 4., & 5.* & quod
debeat citari principalis, & contra ipſum exequi
monitorium *Poſt. de manut. obſer. 63. n. 44. Amat.
decis. March. 74. num. 2., & 3. Thomat. decis. 54.
num. 2.*

Contumacia tamen contrà non reſpondentem
in terminis huius ſtatuti non debet accuſari, dum
aſſignat ad reſpondendum terminum trium die-
345 rum, & ſic terminus præfixus à ſtatuto facit ceſ-
ſare

Digitized by Google

ſare neceſſitatem accuſationis contumaciæ *Rolan. conſ. 90. num. final. lib. 3. Azeued. dict. leg. 1. num. 21.*

Confeſſio ficta ob contumaciam in non re-
346 ſpondendo inducta à ſtatuto hic, plenè probat contra non reſpondentem, & habet executionem paratam, & tale ſtatutum in hoc eſt rationabile *Fenzon. hic n. 76., & infrà, Pigant. Rubr. 47. n. 55. verſic. ſecundò caſu, Adden. ad Pamphil. deciſ. 297. n. 7. verſic. cæterum ficta. Rot. deciſ. 875. n. 1. coram Coccin.*

Hoc ſtatutum eſt ordinatorium pro Curia Ca-
347 pitolina, vt ex lectura, & licèt alias diceretur eſſe deciſorium *ex deciſ. 882. n. 5., & 6. coram*
348 *Buratt.* attamen dicta deciſio loquitur circa formam, & modum reſpondendi præcisè, ſecùs quod poſitiones habeantur pro confeſſatis, cum in hoc Rota, ac etiam Tribunal A.C. contrarium ſeruent, etiam inter Romanos Ciues, & Incolas, cum poſitiones dentur apertè, ac illarum copia
349 detur, talemque fictam confeſſionem non admittant, *latè Leoncill. deciſ. Ferrar. 67. n. 12., & ſeqq. Rota deciſ. 276. n. 6. part. 3. recent., & deciſ. 811. n. 13. part. 4. tom. 3. deciſ. 673. n. 3. coram Pamphil., deciſ. 92. n. 13. ad 16. coram Merlin. deciſ. 1575. n. 2. coram Coccin. deciſ. 51. n. 7. & 8. poſt Salgad. Labyrin. credit. Fulginaten. Fideicommiſſi ſuper mobilibus 11. May 1682. §. iniuſtitia coram Gnaxardo.*

At crederem, quod ſi Rota procederet in cauſis fori Capitolini, conſulta pro voto, tali caſu, quia procedit cum facultatibus fori Capitolini, ſi in illo in prima inſtantia fuit ritè proceſſum ad
350 pronunciam poſitionum prò confeſſatis, Rota deberet attendere talem fictam confeſſionem, & hoc colligitur *ex deciſ. 359. coram Pamphil.*, vbi ſimilis confeſſio ficta emiſſa in iudicio coram Secundo Collaterali Capitolij fuit reiecta, ſolum, ex quo nulliter fuerat proceſſum, licet *ex dec. ſupra allegatis, & ſignanter ex deciſ. ſi poſt Salgad.* appareat, quod Rota tenet hac opinionem etiam in cauſis ad eam deuolutis à Tribunali, in quo viget ſtylus, quod poſitiones habeantur pro confeſſatis.

At licet coram A. C. non procedat ficta confeſſio inducta ab hoc ſtatuto, nihilominùs ſi fuit
351 in dicto Tribunali proceſſum ſeruata forma, de qua *in cap. 2. de confeſſ. in 6.* & cum requiſitis, de quibus infrà, talis ficta confeſſio etiam coram A. C. probat *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 10. num. 105.*

Prout ſi coram A. C. pendeat cauſa in gradu appellationis à ſententia de partibus, debet in
352 hoc ſeruari ſtylus, ac ſtatutum illius loci, vbi eſt prolata ſententia *Ridolphin. ibidem n. 106., & ſequitur Paſſerin. in c. 2. n. 84. de confeſſ. in 6.* ex quo ſtylus Vrbis non debet extendi ad ſtylum contrarium alterius Ciuitatis, vbi iudicatum fuit, vt in his terminis aduertit *de Angel. de confeſſ. lib. 3. quæſt. 1. n. 27.*

Hinc ſaluo ſemper ſaniori iudicio ipſius ſacræ Rotæ, cui me reuerenter ſubijcio, crederem, idem eſſe ſeruandũ in Rota, quoties ageretur de cauſa in gradu appellationis in illa pendente, & alibi iudicata, ex dicta confeſſione ficta legitimè inducta per ſtatutum, vel ſtylum legitimum il-
353 lius loci, in quo ſententia prolata fuit, vt tenent in praxi *Ridolphin. part. 1. cap. 10. n. 101., & ſeqq. & Paſſerin. in cap. 2. de confeſſ. in 6. n. 82., verſic. ſed ſtylum Rota*, nam ſtylus Rotæ deuians in hoc à diſpoſitione Iuris Canonici talem fictam confeſſionem admittentis *in cap. 2. de confeſſ. in 6.* poterit habere locum in poſitionibus datis in ipſo Tribunali Rotæ, non in datis extrà Rotam in locis vbi adeſt ſtatutum vel ſtylus admittendi dictam fictam confeſſionem, & ſecundum, quam iam fuit iudicatum, & hanc credo eſſe puram veritatem, licet ipſa Rota contrarium ſenſerit in deciſionibus ſupra relatis *n. 349. & 350.*

Prout ex dictis, A. C. licet non attendat huiuſmodi fictas confeſſiones, nihilominus ſi procedit in gradu appellationis à ſententia prolata in partibus in vim dictæ confeſſionis ex ſtylo, vel ſtatuto admiſſæ, nec ipſe reſpuit talem confeſſionem fictam, *vt per Ridolphin., & Paſſerin. vbi proximè.*

Nec Minor aduersùs dictam pronunciationem
354 quod poſitiones habeantur pro confeſſatis ex diſpoſitione præſentis ſtatuti, vel alterius ſimilis, poteſt prætendere excuſationem, etiamſi Curatore careat, cum ſuppleat ſtatuti authoritas *Natt. conſ. 541., & 542., & præcisè Sola ad Conſtit. Saband. de poſit. tit. 16. gloſ. 1. n. 20., Oſaſch. deciſ. 87. n. 4., & ſeq., & Galganett. hic n. 10. in fine*, vbi
355 quod Minor, & Mulier non reſtituuntur, quia poſſunt appellare, & probare contrarium *Oſaſch. dict. deciſ. 87. vbi idem etiam dicit de Ruſtico.*

De Iure vero Canonico, ad hoc vt talis confeſſio ficta ex contumacia, ob non reſponſionem factam poſitionibus probet, debent interuenire requiſita, de quibus *per Franch. in cap. 2. de confeſſ. in 6. n. 9.* nempe, primo quod quis ſit iuſſus à Iudice reſpondere, ſecundo quod poſitiones ſint ei lectæ, & tertio, quod contumax in non reſpon-
356 dendo non poſſit aliquo modo ſe excuſare, nec aliquod impedimentum adducere, *Ridolphin. in praxi part. 1. cap. 10. n. 98., & infrà Ab Eccleſ. obſer. 59. part. 1.*; & vt poſitiones habeantur pro confeſſis debet præcisè ſeruari forma tradita *in*
357 *dict. cap. 2. de confeſſ. in 6. Gratian. deciſ. March. 171. qui loquitur in cauſa Aſculana, Rot. deciſ. 408. in fine coram Seraphin., & deciſ. 1575. n. 2. coram Coccin.*; quæ forma conſiſtit in requiſitis mox relatis, & ſimul, quod monitio facta à Iudice ad reſpondendum, emanauerit in faciem, & non ſufficit facta per Nuncium, & quod fuerit accuſata contumacia Rei in termino non reſpondentis, & demum quod fuerit ſequuta interlocutoria iudicialis facti declaratoria, ſuper quibus requiſitis *plenè agit Paſſerin. in dict. cap. 2. n. 14., & ſeq. de*
358 *confeſſ. in 6.*, & ideò dicta requiſita pro forma ſunt præcisè ſeruanda, quia talis confeſſio ficta prouenit à diſpoſitione Iuris Canonici, Iuri Ci-
359 uili penitùs incognita, & ſic odioſa *Azeued. allegat. leg. 1. n. 15. verſic. præſertim cum contumacia. Triuiſan. deciſ. 38. n. 4. in fine*, vnde ex quauis cauſa probabili, & colorata, ob quam quis non reſponderit excuſatur, ad hoc vt talis ficta confeſſio illi non præiudicet *Crauett. conſ. 319. n. 20. Gratian. cap. 639. n. 15., & 16. Fenzon. hic n. 80. Amat. deciſ. March. 74. in fine Rota deciſ. 359. n. 6. coram Pamphil., & in alleg. Fulginaten. Fideicommiſſi §. tertium coram Gnaxardo.*

Aduertas tamen, quod habitis poſitionibus in

con-

contumaciam pro confeſſatis, adhuc non reſpon-
dens poreſt antè ſententiam prolatam probare
360 contrarium illius, quod continetur in ficta con-
feſſione reſultante ex pronuncia facta poſitionum
pro confeſſatis Azeued. alleg. leg. 1. n. 15. Negu-
ſant, reſponſ 442. n. 85., & 86. Sola ad Conſt. Sa-
baud. dict tit. 16. gloſ. 1. n. 1. Pigant. ad ſtat. Ferrar.
Rubr. 47. n 55. Poſt de mannt. obſer. 83. n 61., Ri-
dolphin in praxi part 1. cap. 10. n. 115. verſic. pote-
rit nihilominus Magon. deciſ. lucen. 25. num. 24.,
& deciſ. 44. num. 46., & ſeqq., qui larè probat
huiuſmodi fictam confeſſionem non eſſe haben-
dam in conſideratione, quando conſtat de veri-
tate in contrarium.

Quod procedit etiam in terminis noſtri ſtatu-
361 ti, dum contrarium in eo ſuper hoc non repe-
ritur diſpoſitum, & ſic remaner ſub diſpoſitione
Iuris Communis Galganett. hic n. 50. il 2.

Talis confeſſio ficta reſultans ex contumacia;
& ob pronunciationem poſitionum pro confeſſa-
362 tis, an pereat perempta inſtantia à ſtatuto præ-
ſcripta terminationi cauſæ affirmant poſt relatos
Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 59. n. 36. part. 1. Ridolphin.
in prax. part. 1. cap. 10. n. 95. Paſſerin. in ſæpè alleg.
cap. 2. n. 87. in fine de confeſſ. in 6., & ſic dum poſt
biennium ex ſtatut. Vrb. lib. 1. inſtantia perit, per
lapſum biennij, prætendebatur poſt dictum tem-
pus perijſſe etiam dictam confeſſionem fictam, at
363 ego tenui contrarium ex firmatis per me in an-
not. ad dict. ſtat. 81. artic. 1. n. 120., vbi quod ta-
lis confeſſio licet ficta, reſpicit deciſoria cauſæ, &
ſic probationes, vnde perempta Inſtantia, talia
acta probatoria non pereunt, & quatenus etiam
reſpiceret ordinatoria, adhuc ex eodem Stat. 81.
etiam acta ordinatoria non pereunt, & partes in
hoc, meo ſenſui acquieuerunt.

Nec talis ficta confeſsio tranſit in hæredem ſi
364 ſuper illa non fuerit prolata ſententia contra
contumacem, antequam hic decedat Ridolphin. in
prax. p. 1. cap. 10. n. 96. Paſſerin. in cap. 2. n. 88. de
confeſſ. in 6.

A dicto decreto, quod poſitiones habeantur
365 pro confeſſatis non poteſt Iudex reponere Mi-
chalor. de poſit. cap. 47. n. 12., & 13.

An autem ab illo detur appellatio, negant Tort.
366 ad ſtat. Pap. Rubr. 28. n. 45. Scacc. de Iudic lib. 2.
cap. 7. quæſt. 16. n. 545. Ridolph. in prax. part. 1.
cap. 10. n. 109. Michalor. de poſit. cap. 47. num. 13,
Conciol. ad ſtat. Engub. lib. 2. Rubr. 6. n. 13. Pellegr.
in praxi Vicar. part. 2. ſect. 2. ſubſect. 4. n. 24., qui
eam adducunt rationem, quia agitur de mero de-
creto interlocutorio, à quo non datur appellatio
& Galganett. hic n. 50. §. an pronuncia refert vtram-
que opinionem.

At verior eſt opinio cõtraria, quod detur appel-
367 latio, cum contineat grauamen irreparabile, &
illa pendente nihil eſt innouandum Franch. in cap.
cum ſpeciali §. porro de appell. Scacc. de Iudic. lib. 1.
cap. 97. n. 45. ad 48. Ab Eccleſ. obſer. 59. n. 22., &
hanc ſeruari in foro Capitolino teſtatur Luc. Pet.
in prax. lib. 2. cap. 4. n. 16. ſed ſatis mirandum eſt,
quod Luc. Pet. dicat Decium conſ. 34. tenere contra-
rium, dum hic Doctor ibi n. 2. & per tot. conſ. tenet
pro appellatione & , latè pro appellatione omnibus
contrarijs reiectis ſequendo Dec. dict. conſ. 34. ſtant
Cauagnol. ad dec. Montisferr. decret. 12. §. 8. q. 2. à n. 1.
14. ad 23. per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 10.
n. 110., & ſeqq. Fenzon. hic n. 18., & Galganett.
368 n. 30. qui poſt relatam vtramque opinionem
concludit pro appellatione, & quod dum erat Ca-
pitaneus appellationum Vrbis pluries inhibuit
Adden. ad Pamphil. deciſ. 297. n. 7. verſic. ſed an à
decreto, vnde Paſſerin. in cap. 2. n. 92. de confeſſ. in 6.
fallitur, contrarium tenens ex Sccac. de Indic. lib. 2.
cap. 7. n. 546., dum in dicto Tribunali Capitolij
ex inconcuſſa praxi datur appellatio, & in termi-
369 nis Iuris Canonici dari appellationem Dec. dict.
conſ. 34. Gratian. deciſ. March. 171., Adden. ad
Pamphil. vbi proximè Rot. in Fulginaten. fideicom-
miſſi ſuper mobilibus 11. Maij 1682. §. altera coram
bo: mem: Gnaxardo, & eſt ratio quia Reus appel-
370 lans à tali pronunciatione, poterit allegare, &
probare aliquam iuſtam cauſam, per quam oſten-
der, non pòtuiſſe ad dictam pronunciationem de-
uenire, vt benè aduertit dict. Cauagnol. poſt alios
n. 16., & quando denegetur in aliquibus caſibus
appellatio videndus Ridolphin. dict. cap. 10. n. 111.
& ſeqq.

Eſtque adeò verum, quod in Curia Capitolina
detur à tali decreto appellatio, vt debeat expe-
371 ctari lapſus octo dierum præſcriptus ad appel-
landum à ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 168., & ſic intra
dictum tempus à pronuncia poſitionum pro con-
feſſatis, non fuerit appellatum, illa tranſit in iu-
dicatum, & fit citatio pro obtinenda ſententia
ex confeſſione ficta ob contumaciam non reſpon-
372 dentis, cum ex poſitionibus pronunciatis pro
confeſſatis quis habeat fundatam intentionem
Luc. Pet. in prax. lib. 2. cap. 4. n. 29.

Aduerte demum hic, quod dicta confeſſio fi-
373 cta ob contumaciam plus operatur, quam vera
cum hæc poſſit reuocari, non illa Galganett. hic n.
50. verſic. confeſſio ficta.

At contra dictam confeſſionem inductam per
374 ſtatutum ob non reſponſionem factam, admitti-
tur probatio in contrarium Franc. Aret. conſ. 146.
n. 4., & ſeqq., Cauagnol. decret. 12. § 8. quæſt. 5.
n. 5., & ſeqq. vbi reſpondet contrarijs Pigant. dict.
Rubr. 47. n. 55. Sabell. var. reſol. cap. 78. n. 21. Poſt
obſer. 83. n. 61. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 10.
n. 115. Magon. deciſ. lucen. 25. n. 25.

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Effectus aliqui à confeſſione expreſſa emiſſa in
reſponſione ad poſitiones recenſentur, di-
ſcutitur quando talis confeſſio poſſit nec ne
reuocari. Puniri an quis poſsit de periurio
incurſo in reſponſione facta poſitionibus.
Quando mendax quis eſt repertus in re-
ſponſione aliquibus poſitionibus, cenſeatur
etiam talis in alijs; Et ſimul diſcutitur, quan-
do ſuper poſitione negata, poſsit quis ſe
fundare.

SVMMARIVM.

375 Super poſitione negata non poteſt quis ſe fun-
dare.

376 Nec

376 *Nec ſuper poſitione, cui recuſauit reſpondere, & num. 377.*
378 *Iudex ſi vult poteſt ſe fundare ſuper poſitione negata ad fauorem negantis.*
379 *Negans poteſt ſe fundare ſuper probatione facta ſuper poſitione negata, cum talis probatio ſit communis.*
380 *Similiter ſi fuit negata, quia erat falſa in parte, vel ſi non ſit negatio ſimplex.*
381 *Negans poteſt reuocare negationem, & tali caſu poteſt vti poſitione negata.*
382 *Idem dic in ponente, qui poteſt reuocare poſitionem, & iuuari negatione partis.*
383 *Reſpondens poſitionibus cum Iuramento, etiam per verba credulitatis in facto proprio ſi dixerit mendacium, ac falſum poteſt puniri, & num. 384.*
385 *Fallit ſi fuerit facta reſponſio per verba* non credit vt ponitur, *& quare.*
386 *Referuntur Doctores tenentes non puniri de periurio.*
387 *Contraria opinio eſt verior, ſi agatur in facto proprio, ſecùs ſi alieno.*
388 *Contrà negantem poſitiones de facto proprio conuictum de periurio, iuratur in litem.*
389 *Periurij pœna ceſſat in facto alieno, & poſt decennium.*
390 *Pœna, quæ inflicta ſit per ſtatuta Vrbis contrà negantes, vide remiſſiuè.*
391 *Negans ſolutionem debiti conuictus de ſolutione, quomodo puniatur.*
392 *Pœnam per ſtatuta Vrbis impoſitam non poſſunt Iudices remittere, alias tenentur de proprio.*
393 *Periurus non poteſt puniri, niſi pœna præſcripta* à Stat. Vrbis.
394 *Pœna ſtatutaria inflicta periuro, vt habeat locum quid requiratur.*
395 *Pœnæ præſcriptæ à ſtatutis contra negantes poſitiones ſunt infligendæ, non illæ Iuris Communis.*
396 *De periurio puniri non poteſt negans in totum poſitionem, partim veram, & partim falſam.*
397 *Ad euadendum periurium poteſt etiam poſt acceptatam reſponſionem illa declarari, & reuocari antè factam probationem, & n. 398., & 403.*
399 *Reſponſio facta poſitionibus ſi videatur contrariari alteri reſponſioni, eſt ita interpretandà, vt euitetur contrarietas, & periurium, & n. 400.*
401 *Confeſſio ſi ſit ambigua ità facienda eſt interpretatio, ne naſcatur contradictio.*
402 *Facienda eſt ſemper interpretatio fauore reſpondentis, ſi fieri poteſt.*
404 *Mendax in reſponſione ad aliquas poſitiones habetur pro confeſſo etiam quoad alias.*
405 *Contraria opinio eſt verior, & magis recepta, &* Caſtrenſ. conſ. 302. lib. 1. *reijcitur.*
406 *Prima opinio poteſt admitti ſi eſſent negatæ poſitiones notoria, vel omninò veræ.*
407 *Prout ſi omnes poſitiones continerent idem factum indiuiduum, ſecùs ſi diuiduum.*
408 *Confeſſio emiſſa ſuper facto proprio non poteſt reuocari ex internallo, niſi docto de errore.*
409 *Fallit ſi fiat incontinenti, & antequàm ſit à parte acceptata.*
410 *Non eſt neceſſaria acceptatio ad effectum vt non poſſit reuocari, & n. 411. reijciuntur contrarij.*
412 *Confeſſio ex ſtatuto hic etiam emiſſa parte abſente habetur pro acceptata.*
413 *Confeſſio ex capite erroris quando poſſit reuocari in facto proprio, vel alieno, & de erroris probatione vide remiſſiuè, & n. 414.*
415 *Confeſſionis reuocatio ſemper fieri poteſt quoties quis poſitionibus reſpondere non tenebatur.*
416 *De Poſitionum materia vide Doctores relatos remiſſiuè.*

NOn poteſt quis ſe fundare ſuper poſitione
375 negata *Azeued. ad leges Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 2. n. 51., & ſeq. Neguſant. reſponſ. 442. n. 3. Grauat. ad Veſtr. lib. 5. cap. 14. num. 23. Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 28. n. 20., & infra, Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. n. 68. Fenzon. hic n. 35. Bottilier. diſſert. forenſ. 2. n. 5. Michalor. de poſit. cap. 25. n. 9. Amat. deciſ. March. 58. num. 53. Rot. deciſ. 101. n. 10. p. 2. diuerſ.*

Prout nec poteſt quis ſe fundare ſuper poſitio-
376 ne cui reſpondere recuſauit, *Neguſant. dict. reſponſ. 442. n. 64. Pigant. num. 68. Surd. deciſ. 196. n. 4.*, & eſt ratio, quia cum poſitiones pariformiter tam ponenti, quàm reſpondenti præiudicare
377 debeant, & vtraque pars fateri debeat, nempè ponens ponendo, & reſpondens reſpondendo, non eſt iuſtum, quod ponens tantùm fateatur, & reſpondens reſpondere recuſans ſe fundet in confeſſione emiſſa à ponente in ſuis poſitionibus, nam in Iudicijs debet ſeruari æqualitas.

At poteſt Iudex ſi velit ſuper poſitione negata
378 ſe fundare ad fauorem negantis *Azened. vbi proximè n. 62. Suarez. alleg. 27. n. 4. verſic. ad vnum tamen, Michalor. de poſit. cap. 25. n. 9. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rub. 6. num. 23. in fine, Leoncill. deciſ. 64. n. 54. Rota deciſ. 101. n. 15. p. 2. diuerſ.*

Pariter poteſt negans ſe iuuare ſuper proba-
379 tione poſtea facta, ſuper poſitione negata, eo quod probatio iſta eſt communis; *Iaſ. in l. poſsideri n. 25. ff. de acquir. poſſeſſ. Franch. in cap. 2. ad finem de confeſſ. in 6. Azened. in dict. lib. 2. n. 64.*

Similiter poteſt quis in poſitione negata ſe
380 fundare; quando erat falſa in parte, ob quod potuit negari tota *Amat. deciſ. March. 58. n. 7.*, prout ſi negatio non ſit ſimplex, ſed per verba non credit vt ponitur, neque ad effectum, ad quem ponitur *Gratian. cap. 559. n. 54.*

Et qui negauit poſitionem poteſt reuocare ne-
381 gationem, cum ſit locus pœnitentiæ, & poteſt tali caſu vti, & iuuari poſitione priùs negata; *Tort. Rubr. 28. n. 8., & 9. Rot. deciſ. 164. n. 4. co-*
382 *ram Coccin.* vbi idem firmat de ponente, quod poſſit reuocare poſitionem, & iuuari negatione partis.

Quando ſuper poſitionibus negatis reſpondens, mendacium dixit medio iuramento, euadit periurus, & punitur pœna periurij, ſi per probatio-
283 nes oſtendatur, falſum dixiſſe, etiamſi per verba credulitatis fecerit reſponſionem *Sard. deciſ. 17. n. 9., & infrà, & deciſ. 58. n. 14., & 15. Thomat. deciſ. 70. n. 4., & plenè Fagnan. in cap. cum olim n. 95. verſic. ego verò, & n. 96. de litis conteſt.*, vbi quod ſi reſponſio facta ſit per verbum *credit*, vel *non credit* incurritur periurium, ſicut ſi à ponente iuretur falſum.

Et quod iurans falſum ſuper poſitionibus etiam per verbum *credit*; puniatur de periurio
384 in facto proprio, ſecùs in alieno non noto, ex

quo

Digitized by Google

quo, verbum credo in reſponſione ad poſitiones
ſuper facto proprio importat veritatem *Surd.
deciſ.17. n. 11. ad 13. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 62.
n.21. & 22. Poſt. de manut. obſer. 83. n. 28. & benè
Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. n. 7., & ibi Granat.
n.15. cum alijs per Thomat. deciſ. March. 54. n. 7.*,
& hoc idem diſpoſitum fuit per *Conſt. March. lib. 4.
cap. 73.*

At quod reſpondens per verba *non credit vt po-
nitur*, non puniatur aliqua pœna periurij, etiamſi
385 probetur contrarium illius, quod fuit nega-
tum, ex quo talis negatio non eſt ſimplex, nec
abſoluta tenent *Gratian. cap. 109. num. 14. ad 19.
Hodiern. ad Surd. deciſ. 58. n. 2. Pigant. dict. Rubr.
47. n. 28. verſic. & maximè, Vbert. de Citat. c. 15.
n. 112. verſic. ad euitandum, iuxtà modern. impreſſ.
Rot. deciſ. 34. n. 1., & ſeqq. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

Et quod de Iure communi ob periurium in-
curſum neganti poſitiones nulla pœna tempora-
386 lis ſit inflicta, & ſolum Deum habeat vltorem,
ne detur anſa calumnijs ob accuſationes, vel In-
quiſitiones tenent *Bald. conſ. 299. n. 1. lib. 5. Scacc.
de Iudic. lib. 2. cap. 7. quæſt. 27. n. 275.*, vbi teſtatur
de praxi *Paſſerin. in cap. 2. n. 95. verſ. ſed in foro
fori de confeſſ. in 6. in 2. par. 5. lib. decretal. Scain.
deciſ. Bonon. 92. n. 61. Cappucc. in praxi p. 2. cap. 2.
num. 64. fol. 134.*

Sed veritas eſt, quod pœna periurij habet
387 locum in negatione ſimpliciter facta per verba
non credit, ſi agatur de negatione falſa ſuper facto
proprio, ſecùs ſuper facto alieno, quoties tamen
certioratus de facto alieno non perſiſtat in nega-
tione, vltrà ſuprà relatos tenent *Scain. dict. deciſ.
92. n. 62. Paſſerin. in dict. cap. 2. n. 95. verſic. ſi ta-
men conſtet de Confeſſ. in 6. Pellegrin. in praxi Vicar.
p. 2. ſect. 2. ſubſect. 4. n. 4. in fine, & n. 5.* vbi ſi aga-
tur de proprio facto, ſecùs ſi de alieno, reſpon-
denti ignoto, & quod ſcire non poteſt, nec præ-
ſumitur ſcire ad euitandum periurium.

Et reſpondens negando conuictus circa poſi-
tiones in facto proprio, & cuius veriſimilem no-
388 titiam habere poterat, patitur pœnam, vt con-
trà eum iuretur in litem *Granat. ad Veſtr. in prax.
lib. 5. cap. 14. n. 29. Michalor. de poſit. cap. 40. n. 16.
Sola ad conſt. Sabaud. de Poſit. tit. 16. gloſſ. 14. n. 1.*

At omninò reijcitur periurium in facto alieno,
389 & poſt decennium, cum per tale tempus præ-
ſumatur obliuio præcipuè in muliere *Rot. dec. 34.
per tot. poſt 2. vol. conſ. Farin.*

Ex Statuto tamen Vrbis *lib. 1. cap. 69.* negans
poſitiones continentes filiationem, maternita-
tem, fraternitatem, matrimonium, digni-
tatem, officium, Tabellionatum, Communio-
390 nem, vitam, vel mortem alicuius, ſi contra-
rium fuerit probatum, condemnatur in certa
pœna pecuniaria fiſco applicanda, *vt aduertit
Luc. Pet. in prax. lib. 2. cap. 4. n. 30.*, & in ſimili
Statuto Mediolani *Carpan. ad Statut. Mediolan.
cap. 84. par. 1.*

Prout negans poſitionem ſibi factam ſuper ſa-
tisfactione debiti, ſi hæc probetur per teſtes,
391 quoties ſolutio facta ſit ipſi neganti, punitur
pariter certa pœna pecuniaria *ex dict. Stat. Vrb.
69. lib. 1., vt notat Luc. Pet. dict. cap. 4. n. 9.*

Quam condemnationem ad pœnam ſi Iudex
requiſitus de tempore ferendæ ſententiæ, facere
392 ceſſet de ſuo tenetur, vt ex eodem *Stat. 69. dict.
Luc. Pet. num. 30. in fine*; at in praxi dum Iudex
eram in Curia Capitolij, nunquam vidi inſtitum
ſuper dicta pœna, vndè nunquam adfuit occaſio
393 condemnandi; benè vidi porrectas quærelas in
iudicio Criminali ſuper periurio, at ego, qui
tanquam Iudex interueniebam etiam in Aſſetta-
mento, ſeu Congregatione Criminali, dicebam
non poſſe periuros puniri alia pœna, quàm illa
contenta *in Stat. Vrb. lib. 1. cap. 69.*

Ad hoc autem vt huiuſmodi pœna ſtatutaria
394 habeat locum, debent duo concurrere, primum
probatio veritatis poſitionis negatæ, & ſecun-
dum quod neganti notum fuerit contentum in
poſitione *Scain. deciſ. Bonon. 92. n. 63.*, & *infra*.

Aduerte. quod dum ſtatutum determinauit
395 pœnam contra perperam negantes poſitiones,
illa eſt attendenda, & non ſunt attendendæ pœnæ
Iuris communis *Rota Bonon. diuerſ. deciſ. 21. n. 89.,
& ſeq. Pigant. dict. Rubr. 47. n. 66. verſic. & iſta
ſolùm.*

At pro excluſione periurij nota hic, quod ſi
396 poſitio partim falſa ſit, & partim vera, etiamſi
tota negata ſit, non poteſt prætendi periurium
*Surd. deciſ. 58. num. 3., & ſeqq. Gratian. deciſ. 217.
n. 12., & 13. Fenzon. hic n. 66., & ſeqq. Pigant.
dict. Rubr. 47. n. 66. verſic. vel ſi poſitio, & n. 67.,
& latè firmatum fuit ſuprà art. 2. n. 305., & ſeqq.*

397 Prout ad euadendum periurium, poteſt à reſ-
pondente etiam poſt acceptatam reſponſionem
declarari reſponſio *Gratian. cap. 109. n. 40. Caren.
398 reſol. 42. n. 12. Surd. deciſ. 291. n. 27.*, & illa re-
uocari antè factas probationes *Pigant. Rubr. 47.
n. 66. verſ. cas autem.*

Et ſi in vna poſitione fuerit vnum negatum,
quod poſteà in alia prætenditur creditum, & è
contrà, ſi prætendatur ex hoc, reſpondentem
incidiſſe in periurium, tunc ad euadendam con-
399 trarietatem, contradictionem, ac periurium,
ità reſponſio interpretari debet, vt prima traha-
tur ad vltimam, & è contra vltima ad primam,
prout opus fuerit pro ſaluanda contrarietate
*benè Dec. conſ. 118. num. 6. Neguſant. reſponſ. 442.
400 n. 54., & 55.*, & reſponſiones præcedentes, &
ſubſequentes declarant medias *Neguſant. ibidem
num. 56.*

Itaut ſi confeſſio ſit ambigua, ita facienda
401 eſt interpretatio, vt non naſcatur contradictio
Neguſant. n. 57. Surd. deciſ. 291. n. 23., & infra.

Ideoque quando fieri poteſt, ſemper interpre-
402 tanda eſt reſponſio fauore confitentis, itaut
illi minùs præiudicet *Surd. deciſ. 291. n. 24. Rot.
deciſ. 136. n. 5. coram Cerr.*

Vndè ad hunc effectum, ne reſpondens incidat
403 in contrarietatem, poteſt ab eodem dubia con-
feſſio declarari *Surd. deciſ. 291. n. 27.*

Non ſemel fuit coram me, dum Iuridicundo
præeram, prætenſum, quod ſi reſpondens poſi-
tionibus reperiatur mendax in aliqua ex poſitio-
404 nibus, præſumatur mendax in omnibus, & ha-
beatur pro confeſſo etiam quoad alias poſitiones
*ex Caſtrenſ. conſ. 302. lib. 2. Natt. conſ. 59. n. 16., &
ſeqq., & ex his Fenzon. hic n. 131.*, quibus addi
poſſunt *Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. n. 25. Cappucc.
in prax. tom. 1. par. 2. cap. 2. art. 3. n. 23. Sola ad
Conſt. Sabaud. de poſit. tit. 16. gloſ. fin. n. 2. verſic.
quinimmò reſpondens, Pigant. ad Statut. Ferrar.
Rubr. 47. n. 69.*

At

At ego proceſſi cum contraria opinione, quæ
405 videtur verior, & retinẽda, quàm contrà Caſtrenſ., & Natt. Anteſignanus primæ opinionis tenent Andreol. contr. 104. per tot., qui reſpondet omnibus fundamentis Caſtrenſis, ſuper quo ſe fundant Natta, Rot. Bonon. diuerſ. deciſ 21. num. 80. Scain. deciſ. Bonon. 92. n. 57., & ſeqq., qui n. 58. dicit, quod Caſtrenſis in ſuo dicto fortè fuit animoſior, & cum dicta deciſ. 21. pertranſire videtur Pigant. Rubr. 47. num 69., hancque opinionem vti ſecundo loco relatam videtur amplecti Petra ſuper Rit. Magn. Curiæ, Rit. 79. n. 34. verſ. quos improbant.

Vel Caſtrenſis, & Nattæ opinio poteſt ſolùm
406 admitti ſi eſſent negatæ poſitiones notoriæ, & omninò veræ Rot. dict. deciſ. Bonon. diuerſ. 21. n. 88.
407 vel ſi poſitiones omnes continerent idem factum indiuiduum, ſecùs ſi diuiduum Andreol. dict. controu. 104. n. 2. Gratian. deciſ. Marcb. 227. num. 14., & 15.

Confeſſio emiſſa in poſitionibus, non poteſt reuocari ex interuallo, non docto concludenter
408 de errore, præcipuè ſi concernat factum proprium, non alienum, Rot. deciſ. 4., & 9. coram Vbald. Sen., & debet reuocatio fieri re integra, & antè partis acceptationem, Rot. deciſ. 170. per tot. coram Coccin., vbi quando dicatur facta reuocatio re integra.

Et quod poſſit fieri reuocatio confeſſionis, etiam non docto de errore, ſi fiat incontinenti Soccin. Sen. conſ. 97. per tot. lib. 4., ſi facta ſit
409 intrà triduum, & antequam confeſſio ſit à parte acceptata, Gabr. tit. de confeſſ. concluſ. 6. num. 4. 10., & 12. Pellegrin. in prax. Vicarior. p. 2. ſect. 3. ſubſect. 4. n. 25. Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 10. num. 108.

At Rot. deciſ. 4. n. 11. coram Vbald. Sen. dicit
410 non poſſe reuocari, etiamſi pars non acceptauerit confeſſionem emiſſam in reſponſione ad poſitiones, cum ſat ſit non contradictio facta
411 reſponſioni, & quod non docto de errore non poſſit fieri reuocatio confeſſionis iuratæ factæ ſuper poſitionibus contrà Soccin. Sen. alleg. conſ. 97. lib. 4., latè probat Cauagnol. ad decret. Montiſferr. decret. 12. § 8. quæſt. 3. per tot., vbi reſpondet contrarijs, & videantur Neguſant. reſponſ. 442. n. 101., & ſeqq. Pigant. dict. Rubr. 47. n. 72. Rot. deciſ. 319. coram Duran.

Et ex ſtatuto noſtro hic ceſſat hæc diſcuſſio,
412 dum confeſſio facta etiam parte abſente, habetur, ac ſi illa præſente, & acceptante facta eſſet.

Quando verò ex capite erroris poſſit reuocari
413 confeſſio emiſſa in reſponſione ad poſitiones latè agit Neguſant. reſponſ. 442. n. 101., & infra, & n. 109., & ſeq., vbi quod error in facto proprio non releuat, niſi ſit talis, qui remoueat intellectum reſpondentis ab ipſa reſponſione, ſecùs in facto alieno, ſi non præceſſit deliberatio, cum tunc ſufficiat docere, rem aliter ſe habere, ſuper
414 quo puncto quando poſſit nec ne reuocari confeſsio videantur Tort. Rubr. 28. n. 17. Pigant. Rubr. 47. n. 73. Poſt. de manut. obſer. 83. n. 53., & infra de Angel. de confeſſ. lib. 2. quæſt. 1. n. 32., & ſeqq., & lib. 3. quæſt. 20., & ſeqq. Rota deciſ. 319. coram Duran. deciſ. 4., & 9. coram Vbald. Sen., & deciſ. 158. n. 2. par. 2. recen.

Prout reuocatio confeſsionis ſemper admitti-
415 tur, quoties quis poſitionibus reſpondere non tenebatur, Michalor. de poſit. cap. 64. n. 32. Paſſerin. in cap. 2. n. 90. in fine de confeſſ. in 6.

Hæc pauca libare placuit in hac vtili, & frequenti materia poſitionum, ſi quis plura ſuper
416 illis ſcire cupit adeat Canoniſtas in cap 2. de confeſſ. in 6., vbi latè Paſſerin., Fagnan. in cap. olim de litis conteſt. in 2. lib. decretal. Honded. conſ. 52. lib. 1. Surd. conſ. 360. Azened. ad leg. Recopill to. 2. lib. 4. tit. 7. leg. 1., & ſeq. Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 14., & ibi Grauat., Luc. Pet. in prax. Fori Capitol. lib. 2. cap. 4. Saluſt. Tiber. in prax. A. C. lib. 2. cap. 13. Sanfelic. in ſua praxi Iudic. ſect. 48. per tot. Carol. Ant. de Luc. pariter in prax. cap. 54. Canagnol. ad decret. Montisferr. decret. 7. 11., & 12. Caſtald. conſult. for. 69. Ridolphin. pariter in praxi par. 1. cap. 10. Capucc. in praxi tom. 1. par. 2. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 83., & 84. tom. 1. Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 28. Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 47. Conciol. ad Stat Eugub. lib. 2. Rubr. 6. Fenzon., & Galganett. ad hoc Statutum Vrbis, Marant. in ſua praxi par. 6. de poſition. 4. act. ſol. mihi 389. Maſcard. de probat. concluſ. 1182., & 1183. plenè Neguſant. reſponſ. 442. Caballin. ad Conſtitut. Marchiæ lib. 5. cap. 19., & ibi ipſa Conſtitutia, Ronlt., & Nouar. ſuper Pragmat. Regni Neapol. Pragm. 8. de ordin. Iudic. Petr. ſuper Rit. Magnæ Cur. Vicar. Rit. 79. Rebuff. ad Conſt. Gall. tom. 3. de reſponſ. per credit, gloſſ. vna ſol. mihi 357. Sol. ad Conſt. Sabaud. tit. 16. de poſit gloſ. 1., & ſeqq. ſol. mihi 388. Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 2. cap. 14. de Angel. de confeſſ. lib. 2 quæſt. 2. Anton. del Rè de Iurament. Calumn. cap. 14. à n. 72. ad 157. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 7. quæſt. 7., & ſeqq Pellegrin. in prax. Vicar. par. 2. ſect. ſubſect. 4. Ant Queſad. diverſ. quæſt. Iuris cap. 30. Io: Anton. ab Eccleſ pleniſsimè obſer. forenſ 57. ad 67. par. 1. Poſt. de manut. obſeru. 83. Zaul. ad Statut. Fauent. Rubr. 8. lib. 3. tom. 1. Theſaur. deciſ. 18. Oſaſch. deciſ. 10., & 176. Thomat. deciſ. 54., & 70. Surd. deciſ. 17. 58. 196., & 291. Rota deciſ. 240. coram Merlin. deciſ. 359. coram Pamphil. deciſ. 40. par. 13. deciſ. 245. par. 14. & deciſ. 803. part. 18. tom 2. recent. Fulginaten. fideicommiſsi ſuper mobilibus 11. Maij 1682. coram Guaxardo.

De Interrogatorijs in Teſtium examine dandis.
CAP. LXXIV.

Citatus ad dandum Interrogatoria ad primam, & ſequentem diem, ſi poſt habitam copiam articulorum, vel alterius actus, ſuper quo teſtes examinari petitur, vel lapſum terminum ad illam recipiendam per illam, & ſequentes dies interrogatoria non dederit, ſibi imputetur, & teſtes ſine interrogatorijs ſub religione tamen Notarij, & iuxtà ſuprà traditam formam de Notarijs moroſis, diligenter examinentur, nec ſit opus alia pronuncia ſuper interrogatorijs dandis, & terminus prædictus cenſeatur per hanc le-

gem datus ſine iudicantis miniſterio. Quocumque autem tempore (examine nedum perfecto) interrogatoria producantur, teſtes qui nondum examinati fuerint ſuper illis interrogentur, nec admittatur ad teſtium repetitionem, qui in dandis interrogatorijs contumax fuerit, etiamſi illos ſuis ſumptibus repeti petat: Interrogatoria autem ſi exceſſiua, aut impertinentia ſint, Iudicis arbitrio reſecentur.

ARGVMENTVM.

Interrogatoria, quæ fiunt pro examinandis teſtibus; ad quid inuenta: quomodo concipi debeant; & ſuper quibus fundari; an breuia, & pauca, vel multiplicia ſint concipienda; an debeat dari terminus ad illa conficienda; Quando ſint ſuperflua, vel captioſa, ſintque reſecanda, & an reſecatio fiat extrà Curiam coram Iudice Remiſſoriali, ſi data ſint in Curia; quibus Interrogatorijs teſtes reſpondere debeant nec ne. Examen factum ſine Interrogatorijs quando validum, & per illorum dationem nullitas examinis quando conualidetur; & quando à Principe ſanetur nec ne; & quando Teſtes examinati ſine Interrogatorijs, ſuper his repetantur; Examen an priùs fiat ſuper Interrogatorijs, vel articulis; Appellatio an detur à decreto reſpuente Interrogatoria in examine, vel mandante illa reſecari. Interpres in examine quando adhibeatur, quis eſſe non poſſit, de eius officio in interrogandis teſtibus, & quomodo teſtium dicta debeat enarare, quod ſcribantur: ſi Interpreres inter ſe diſcordent, quando Iudex poſſit eligere vnum ex officio pro vtraque parte; nec eſt neceſſe, quod in Curia deputetur pro Interprete Procurator ex ordine Patronorum Collegij Rotalis.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria fiunt teſtibus ad eruendam veritatem, vt cum illis præſſi dicant veritatem, & vt euitetur illarum falſitas.*

2 *Interrogatoria non debent eſſe ſuperflua, & longa, nec minùs defectuoſa, ità vt naſcatur præiudicium illa danti.*

3 *Interrogatoria debent fieri ex viſceribus articulorum, ità vt tendant ad ſubſtantiam, & cohærentes circumſtantias materiæ articulatæ.*

4 *Copia articulorum petita danda eſt pro conficiendis Interrogatorijs, alias eſt locus repetitioni teſtium.*

5 *Nomina Teſtium debent ſpecificari, ſi hoc petatur, ad hoc vt ſuper illis poſſint fieri congrua Interrogatoria.*

6 *Si ſpecificatis nominibus teſtium alij Teſtes diverſi prætendantur examinari, debet parti intimari.*

7 *Specificatio prædicta Nominum teſtium non eſt neceſſaria, quando pars dedit interrogatoria.*

8 *Interrogatoriorum copia non datur parti articulanti.*

9 *Interrogatoria in Vrbe dantur ſigillata, & ſolùm operiuntur in actu examinis.*

10 *Appellatia datur ſi Iudex decerneret dari articulanti capiam interrogatoriorum.*

11 *Iuditis officium proprium eſt interrogare teſtes ſi velit & num. 12. & 13.*

14 *In cauſa non excedente in valore ſcuta quinque teſtes examinantur à Iudice ſine ſcriptis, & n. 15.*

16 *Interrogatorium vnicum in cauſis valoris ſcutorum decem vel 12. ſolet admitti in examine teſtium.*

17 *Interpres in huiuſmodi cauſis modici valoris non admittitur, nec poteſt interrogare teſtes niſi cum Interrogatorio dato.*

18 *Interrogatoria multiplicari poſſunt etiam in cauſis modicis, ſi detur odor falſitatis teſtium examinandorum.*

19 *Interrogatoria generalia, quæ ſint refertur.*

20 *Interrogatoria ſpecialia ſunt illa, quæ conueniunt tantùm illi negocio, ſuper quo Teſtes fuere inducti.*

21 *Interrogatoria ſuperflua, impertinentia, vel captioſa ſunt reſecanda.*

22 *Iudex ex officio debet reſecare Interrogatoria captioſa, vel impertinentia, & num. 23.*

24 *Interrogatariorum reſecationem petens, debet citare partem, & adducere cauſam reſecationis faciendæ.*

25 *In dubio an ſit locus reſecationi, prò non reſecatione iudicandum.*

26 *Reſecatio fit à Iudice eius arbitrio.*

27 *Prò reſecatione facienda Iudex quandoque deputat Curialem, & ità eſt praxis præcipuè Rotæ.*

28 *Interrogatoria extrà materiam articulatam reſecantur.*

29 *Sunt reſecanda illa cum quibus Interrogans vult probare ſuam intentionem ſine articulis cum teſtibus articulantis.*

30 *Interrogatoria concernentia Solutionem mutui quod articulatur, reſecantur.*

31 *Teſtes examinati ſuper Interrogatorijs datis, & admiſsis parte non appauente, etiam ſuper exceptionibus interrogatoria dantis probant etiam exceptiones.*

32 *Interrogatoria continentia infamiam, vel crimen teſtis reſecantur.*

33 *Etiamſi agatur de Crimine notorio, & reijcitur* Scaccia *Contrarium tenens.*

34 *Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur an ſit confeſſus, vel communicatus in Paſchate admittitur de conſuetudine, & ſtylo Curiæ.*

35 *Reſecãtur Interrogatoria, an tempus eſſet ſerenum, vel nubilatum, & quomodò quis eſſet veſtitus.*

36 *Fallit in teſte ſuſpecto, nàm tunc poteſt interrogari etiam ſuper circumſtantijs accidentalibus.*

37 *Reſecatur Interrogatorium, in quo teſtis interrogatur, an ſit debitor.*

38 *Arbitrium Iudicis præponderare debet, an Interrogatoria ſint reſecanda, & quid aduertere debeat.*

39 *Reſecatio interrogatoriorum poteſt fieri coram Iudice Remiſſoriali.*

40 *Contrarium firmatur, & quod pro reſecatione debeat*

beat adiri Iudex delegaus examen.

41 *Prima opiuio procedit, ſi interrogatoria data ſint coram Iudice Remiſſiouali ſecunda ſi data ſint coram Iudice Delegante, & unm. 42.*

43 *Iudex remiſſoria, non poteſt reſecare interrogatoria incluſa iu Rotulo Remiſſoria uon obſtante clauſula, &* aliàs iuxtà diſcretionem veſtram.

44 *Index remiſſorialis debet omniuò examinare teſtes cum iuterrogatorijs incluſis iu remiſſoria, aliàs examen eſt nullum.*

45 *Pars; quæ dedit Interrogatoria in Curia, & quæ transmittuntur in remiſſoria, tenetur contribuere pro expenſis.*

46 *Talis expenſa euitatur ſi tranſmittantur Interrogatoria ad partes, & ibi producantur.*

47 *Interrogatoria dari debent in termino præfixo à ſtatuto, vel Iudice, aliàs examen factum ſine illis eſt validum, & num.*48.

49 *Iudex debet aſsiguare de Iure tempus congruum ad daudum iuterrogatoria.*

50 *Terminus prædictus in cauſis modici momenti ſat eſt vnius, vel duorum dierum.*

51 *Terminus datus ad daudam Interrogatoria uen currit, uiſi à die ſpecificationis nomiuum Teſtium.*

52 *Terminus præſcriptus ad dandum iuterrogatoria currit etiam minori.*

53 *Interrogatoria poſſunt produci etiam poſt elapſum terminum anè tamen examen, & examen tunc factum ſine illis eſt nullum, & num.*69.

54 *Intellige ſi ſint producta cum proteſtatione, quod ſine illis non fiat examen.*

55 *Coram Iudice Remiſſoriæ ſat eſt ſola productio ſine dicta proteſtatione.*

56 *Examen factum ſine iuterrogatorijs ſolùm productis de ſtylo Rotæ, licèt ſit validum, tamen uon ſolet illis adhiberi fides ſine repetitione.*

57 *De nullitate examinis, quia facti ſine iuterrogatorijs, ſemper dari poteſt.*

58 *Repetitio teſtium ſit expenſis illius, qui uulliter fecit examen ſine interrogatorijs productis, & quaudo ſecus.*

59 *Examen factum ſine interrogatorijs eadem die, qua producta ſunt interrogatoria, eſt nullum, vti factum ſine illis.*

60 *Contrarium eſt verius, & impugnatur* Niger. de execut.rei judicatæ cap.8,§.45.num.50. *contrarium ſentieus, & uum.*61.

62 *Teſtium repetitio cum interrogatorijs poſtea datis ex iuſta cauſa conceditur ſumptibus petentis.*

63 *Fallit ex ſtatuto hic, quod tamen uon procedit ceſſante contumacia.*

64 *Iuterrogatoriorum datio in manibus Interpretis non cauſat nullitatem examinis facti ſine illis.*

65 *Examen debet fieri cum Interrogatorijs productis iu actis, licet Interpres prò iuterrogatorijs hora intimata non ſit præſens.*

66 *Interrogatoria nou dicuntur realiter producta ſi extraiudicialiter iu manibus Notarij data ſint.*

67 *Sat eſt productio facta iu actis vt non poſſit fieri examen ſine illis.*

68 *Negatiua non productionis probatur, ex quo non reperiuntur producta in Broliardo.*

70 *Repetitio teſtium quando fit cum iuterrogatorijs non eſt neceſſarium nonum examen.*

71 *Teſtes iu repetitione poſſunt petere, quod ipſis legatur primum examen.*

72 *Fallit ſi à die primi examinis modicũ tempus interceſſit, vel ſi contrà teſtes vrgeat aliqua ſuſpicio.*

73 *Nullitas examinis, ex quo teſtes non iurarunt in tẽpore ſanatur per dationem Interrogatoriorum.*

74 *Per dationem Interrogatariorum præſumitur notitia examinis, ac ſi facta fuiſſet citatio.*

75 *Ex iuterrogatoriorum datione præſumitur ſcientia materiarum, ac teſtium examiuandorum.*

76 *Intellige ſi interrogatoria data ſint a perſona legitima.*

77 *Per dationem iuterrogatoriorum cenſetur receſſum à recuſatione Iudicis.*

78 *Contrarium tenet* Rota deciſ.153.num.7.coram Priolo.

79 *Prior opiuio approbatur, & ratione firmatur.*

80 *Per dationem interrogatariorum non ſuſtinetur examen factum extrà locum Remiſſoria, & iutimati examinis, & de diuerſis teſtibus à ſpecificatis.*

81 *Secus, ſi interrogatoria data reſpiciant etiam teſtes iu ducendos.*

82 *Examinis uulli ex aliquo capite, committitur à Papa ſanatio arbitrio Rotæ, ſecus ſi factum ſit ſine Interrogatorijs.*

83 *Examen factum cum interrogatorijs ſi ſit uullum ex aliquo capite, faciliter committitur illius ſanatio.*

84 *Sanatio examiuis nulli faciliùs committitur ſi teſtes ſint mortui.*

85 *Iuterrogatoriorum datio non ſanat defectum examinis quoad Tertium, qui habet intereſſe diuerſum non conteutum in interrogatorijs.*

86 *Examen factum priùs ſuper articulis, quam ſuper iuterrogatorijs ſuſtinetur & uum.*87.

88 *Eſt nullum examen factum prius ſuper articulis ſi remiſſoria contrarium dicat, vel pars proteſtata fuerit.*

89 *Examen de ſtylo, & praxi Curiæ priùs ſit ſuper interrogatorijs.*

90 *Teſtis debet euacuare omnia Iuterrogatoria aliàs non probat.*

91 *Teſtis non interrogatus ſuper certa qualitate conteuta iu interrogatorio debet repeti ſuper illa, etiam publicatis atteſtationibus.*

92 *Secùs ſi Interrogatorium ſuper tali qualitate datum non fuerit.*

93 *Teſtis tenetur reſpondere interrogatorio continenti an poſſit eſſe contrarium illius, quod ipſe teſtis depoſuit, & num.*94.

95 *Teſtis uon tenetur reſpondere Interrogatorio, an fuerit carceratus.*

96 *Nec iuterrogatorio continenti crimen, & infamiam ipſius Teſtis.*

97 *Teſtis tamen ſi ſponte reſpondeat, & fateatur crimen, illi ſuper tali crimine creditur.*

98 *Teſtis (excepto proprio crimine) tenetur reſpondere alijs, quæ illum reddunt inhabilem ad teſtificandum.*

99 *Teſtium depoſitio facta ſuper iuterrogatorijs attenditur, & non illa ſuper articulis licet contraria.*

100 *A Decreto Iudicis mandante fieri examen ſine interrogatorijs datur appellatio.*

101 *Secùs à reſecatione Iuterrogatariorum ſi non fuerint reſecata ſubſtantialia.*

102 *Materia Iuterrogatariorum per quos D.D. tractetur vide remiſſiuè.*

103 *Interpretis officium eſt aſſiſtere examini, & dicta teſtium candidè dictare Notario.*

104 *Interpres curare debet, vt teſtes omnia interrogatoria euacuent, & facere interrogatoria ex officio ad eruendam veritatem.*

105 *Interpres pro interrogatorijs, examine ſuper his expleto non poteſt ſe ingerere ſuper articulis, ſi teſtis in his aliquid non addat.*

106 *Teſtis qui reſpondidit interrogatorio ſuper certare non debet denuò ſuper eadem iterragari.*

107 *Interpres parte inſtante poteſt cogi ad iuraadum de calumnia, & de fideliter interpretando.*

108 *Interpretes noſtri temporis per ſæpè gloriantur in tergiuerſationibus, & ſophiſticis interrogatorijs.*

109 *Iudices debent occurrere malitijs interpretum.*

110 *Interpretes ſi ſint diſcordes, quia ſolent parare confuſionem, recurritur ad Iudicem cauſæ.*

111 *Iudex in diſcordia interpretum, deputat vnum Interpretem pro vtraque parte.*

112 *Interpres prò vtraque patre poteſt deputari alter Curialis extrà Collegium Procuratorum Rotæ, & num.113.*

114 *Procuratores extrà Collegium quoad praxim interpretandi per ſepè ſunt meliores Interpretes.*

115 *Interpres vnicus à Iudice prò vtraque parte deputari non poteſt ſi Interpretes partium non diſcordat.*

116 *Interpretes ſi diſcordeat ſuper verbis prolatis à teſte quomodo illa ſcribi debeant, Iudex ſuper hoc prouidet.*

117 *Teſtis poteſt ſe corrigere, & declarare, eius tamen dictum erit ſcribendum prout prolatum fuit.*

118 *Teſtis peracto examine incontinenti, poteſt petere ſibi legi ſuum examen, vt poſſit errorem corrigere.*

119 *Interpres, verba Ruſtici barbarè dicta debet in bono ſenſu deſcribi facere, & melius eſt ſi ſcribantur, vt prolata ſunt.*

120 *Teſtis exterus ſi eius lingua non intelligatur debet eligi Interpres, qui calleat illius linguam, & quomodò n. 123.*

121 *Notarius callens linguam exteri puta Galli, vel Germani, poterit ipſe examinare, & in linguam Italicam tranſcribere.*

122 *Iudex tamen non poteſt ipſe tali caſu eſſe Interpres.*

124 *Interpres non poteſt eſſe Aduocatus, vel Procurator in cauſa.*

125 *Idem de Sollicitatore.*

126 *Probibitio huiuſmodi eluditur, per prauos Procuratores, qui à principio cauſæ ſupponuat alium Procuratorem.*

127 *Interpretes poſſunt reuelare eorum principalibus dicta teſtium.*

128 *Fallit in Interprete prò vtraque parte.*

129 *Fallentia impugnatur, & reijcitur* Poſth. de manut. obſer. 92. n. 9. in fine.

130 *Interpreti prò vtraque parte debetur merces communiter ab vtroquè collitigante.*

131 *Interpretis aſſiſtentia de iure in examine non requiritur, & examen ſine eo factum eſt validum.*

132 *Examen ceptum cum Interprete, & poſtea continuatum per Notatium cum Interrogatorijs de conſenſu Partium eſt validum.*

133 *Stylus vbi adeſt adhibendi Interpretem in examine Teſtium, eſt ſeruandus.*

MAteria interrogatatiorum, quæ dantur teſtibus prò eruenda veritate ex eorum depoſitionibus eſt in foro frequens, & de ea diſponie Statutum hic, & cum in dies circà illam diſceptari contingat, hinc ad ornatum præſentis ſtatuti parumper ſuper illius explanatione inſiſtendum.

Et primò notandum, quod talia interrogatoria fiunt teſtibns, vt illis mediantibus, vel veritatem cum ſuis circumſtantijs ſuper negocio, de quo iudicialiter agitur, ſincere deponane, 1 vel ſi falſi ſunt, & ſubornati, quia de re, ſuper qua deponere debent non ſint informati, factum referendo vaccillent, itàvt per interrogatoria extenuetur intenſio articulantis, & detegatur falſitas, ex variatione teſtium, & vt ex illis cognoſcatur an teſtes benè ſciant id, ſuper quo deponunt, *Gail. pract. obſer. 95. num. 3. lib. 1. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. n. 868. ad 871. Niger. de execut. rei iudicatæ cap. 8. §. 45. num. 12. cum duobus ſeqq., Poſth. de manut. obſeru. 91. num. 1. & ſeqq. Palm. Nepoſ. alleg. 134. n. 13.*

Ad hoc autem vt talis effectus deſideratus ex Interrogatoriorum vſu habeatur, debet in illorum confectione cautè procedi, & ſicut in illis ſe dilatare vltrà cauſæ neceſſitatem præiudicium afferre poteſt illa danti, ità è conuerſo, ſi illa faciens, in neceſſarijs deficiat; Hinc iudicioſus Aduocatus, vel verſatus cauſarum Patronus debent inuigilare, ne in illorum confectione præiudicent parti danti Interrogatoria, eo tempore, quo illi prodeſſe ſtudent, & proſint articulanti, dum illi damnum parare ſatagunt, cum non ſemel ex verboſis Interrogatorijs, & non benè 2 conceptis eliciatur pro articulante probatio releuans, quæ ex articulis non benè factis non fuiſſet habita, vt appoſitè aduertunt *Gaill. dict. obſer. 95. num. 5., Poſth. de manut. obſer. 91. num. 14., Niger. dict. §. 45. n. 18. ad 22.*, vbi adducit ad hoc exempla practica, *Ab Eccleſ. obſer. Forenſ. 89. num. 18. part. 1.*

Et cum ſuper modo conficiendi interrogatoria non poſſit dari certa regula, cauſarum defenſores debent eſſe valdè circumſpecti, vt ex viſceribus articulorum illa faciant ſufficientia, & ten- 3 dentia ad ſubſtantiam, coherentiam, & circumſtantias intrinſecas, & cohærentes materiæ articulatæ *ex theorica Baldi in l. teſtium num. 6. & ſeqq. C. de teſtib.*, qui ſubtiliter, & ſubſtantialiter more ſuo hanc rem enucleat, & cuius theoricam ſequuntur Doctores practici mox allegati.

Cumque Interrogatoria fieri debeant ex viſce- 4 ribus articulorum vti materia præexiſtente, ex qua debet fieri probatio, hinc illorum copia petita tradi debet, aliàs examen eſſet nullum, vel ſaltem teſtes eſſent repetendi *Farinacc. de teſtib. q. 73. num. 16. ad 18. Ventrigl. in prax. Eccleſiaſt. p. 1. Annot. 11. §. vnico num. 15.*, & conſonat noſtrum ſtatutum hic.

Prout ſtante proteſtatione partis, debent ab articulante ſpecificari nomina teſtium examinandorum, ex quo Interrogatoria fieri debent, non ſolùm ſecundùm circumſtantias facti cauſæ, de 5 qua agitur, ſed etiam ſecundum conditionem teſtium examinandorum, quæ propterea benè efformari non poſſunt ſi ignorentur nomina teſtium *Capuct. in prax. par. 2. cap. 1. art. 4. num. 63.*

Ven-

Digitized by Google

Ventrigl. alleg Annot. 11. §. vnico n. 18. Rota deciſ. 153. n. 3. coram Priolo.

Quod eſt adeò verum, vt ſi fuerint ſpecificata
nomina certorum teſtium, prò quibus fuere data
interrogatoria, ſi prætendantur examinari teſtes
6 diuerſi è ſpecificatis, debet parti intimari, ad
hoc vt poſſit ſi velit dare noua Interrogatoria.
Vbert de citat. cap. 13. nu. 520. iuxtà modern. impreſ. Rota deciſ. 726. num. 5. coram Buratt.

At ſi pars citata ad dandum interrogatoria,
7 illa dederit, nihil opponendo ſuper ſpecificatio-
ne nominum teſtium examen erit validum, cum
cenſeatur, quod pars non habuerit, quod oppo-
neret contrà Perſonas teſtium, etiamſi ignoraue-
rit qui illi eſſent *Rota deciſ. 1484. num. 3. coram Coccin.*

E conuersò autem copia Interrogatoriorum
8 non debet dari parti articulanti ne detur occa-
ſio ſuper illis inſtruendi teſtes ad falſitatem
Gaill. obſeruat. 95. num. 6. lib. 1., vbi teſtatur hanc
eſſe veram, & communem opinionem *Farinacc. qu. 76. num. 19. Fenzon. hic num. 16. Poſth. de manut. obſer. 91. num. 25. verſ. quæ communicari, Scacc. dict. cap. 8. num. 896. & 875., Conciol. reſol. Criminal. verbo Interrogatoria reſol. 2., Vbert. de citat. c. 23. n. 510. Ventrigl. dict. Annot. 11. §. vnico n. 17.*
vbi quod ita obſeruat praxis, & hæc eſt praxis
Tribunalium Vrbis, in quibus vlterius practica-
9 tur, vt dentur ſigillata, & quod non aperian-
tur, niſi in actu examinis, & hoc peracto denuò
clauduntur, itàvt numquam pars poſſit illa ha-
bere ſub oculis, quinimmo adeò rigoroſè hoc
vidi practicatum, vt illa quandocumque daren-
tur in manibus Iudicis, ad hoc ne haberi poſſent
niſi tempore examinis, quando adeſt ſuſpicio,
quod poſſint à Notario communicari, qui Iudex
ſi copiam Interrogatoriorum parti traderet da-
10 retur appellatio *Poſth. dict. obſer. 91. n. 25. verſic. prout non negaretur.*

Quia verò interrogare teſtes ſpectat ad offi-
11 cium Iudicis, qui de ſingulis circumſtantijs te-
ſtes interrogare, & omnia conſcribi facere de-
bet *Gaill. dict. obſer. 95. num. 8. lib. 1. Farin. de teſtib. quæſt. 73. num. 9. & 10. Niger. allegat. §. 45. num. 31. ad 34., Vbert. de citat. dict. cap. 13. num. 503.*
hinc ſi Iudex vellet (in quo benè faceret, ſi poſ-
ſet tali teſtium examini intereſſe) ipſe interroga-
12 re, & examinare, hoc facere poſſet, reiecto
etiam Interprete, nedum quia proprium ipſius
officium eſt teſtes interrogare, verùm quia ſi ip-
ſe debet ſuper negocio principali cauſæ iudicare,
13 multò magis poteſt procedere ſuper examine
præambulo ad deciſionem cauſæ, & vtinam Iudi-
ces poſſent ipſi examen facere, nam certè cuncta
meliori modo procederent, at hoc illis ob mul-
tiplicitatem negociorum, & alia impedimenta
iudicaturæ non permittitur, ſed in aliquibus cau-
ſis grauiſſimis, & præcipuè quando agitur de
recognitione caracteris, ac ſubſcriptionis con-
tentæ in priuata ſcriptura, ſuper qua adeſt ſuſpi-
cio falſitatis, vidi quandoque Iudices fuiſſe præ-
ſentes examini, & per duas vices, dum Iudex
eram, ipſe examini interfui.

Et quando agitur de cauſis modici valoris,
& vt dicitur breuioribus, non excedentibus va-
lorem ſcutorum quinque monetæ Romanæ, cum
illæ cognoſcantur in Vrbe per Iudices oretenus,
14 nihil ponendo in ſcriptis, & manu Regia *ex Reformat. Pauli V. eius Conſtit. 71. in Rubr. de Iudicibus in cauſis Ciuil. §. expediant cauſas*, hinc tali
caſu ſi illæ decidendæ ſint ex dictis Teſtium, hi
examinantur coram Iudice, & audiuntur orete-
nus, & Iudex ad eruendam veritatem faciet in-
terrogatoria neceſſaria, ac etiam multiplicia, ſi
hoc cenſuerit opportunum prò habenda veritate,
15 licèt enim agatur de modica ſumma, nihilomi-
nùs ſi ex circumſtantijs facti appareat, teſtes eſſe
ſuſpectos; erunt plenis interrogatorijs oretenus
faciendis fatigandi, cum hoc deſeruiat ad veri-
tatem eruendam, nec partibus fit aliquod præiu-
dicium, nec generatur aliquod diſpendium,
dum nihil ponitur in ſcriptis, & nulla impenſa
prò examine erogatur.

Si verò agatur de cauſis vltra ſcuta quinque li-
16 cèt examen fiat in ſcriptis, attamen ſi non ex-
cedat ſcuta decem, vel ſit in paulò maiori ſum-
ma ex praxi Curiæ præcipuè Capitolij, non ſo-
let admitti, niſi vnicum, & breue interroga-
torium, nè alias plus impendatur in examine,
quam importet valor cauſæ, & tali caſu non ſolet
adhiberi Interpres, & quando, adhibetur ſolet
illi imponi lex, ne excedat tenorem interroga-
torij dati prò examine, aliàs ſi Interpres poſſet
17 Interrogatoria ſuo arbitrio facere eluderetur
praxis, quod in ſimilibus cauſis modici valoris
non ſoleat permitti, niſi vnum interrogatorium;
cum declaratione tamen, quod ſi agatur de ma-
teria inuerìſimili, & de teſtibus ſuſpectis tunc
poſſit Iudex arbitrio ſuo plura etiam interroga-
toria in huiuſmodi cauſis admittere, cum ad
Iudicis munus ſpectet veritatē inuenire, & quan-
18 do in teſtibus adeſt ſuſpicio falſitatis, vel ſubor-
nationis, tunc poſſunt multiplicari Interrogato-
ria, & etiam interrogari ſophiſticè, & captioſè,
ad hoc vt varient in re, quam neſciunt, & in
qua falſum tantum deponere volunt *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 893. Niger. alleg. §. 45. num. 16. & 17.*, vbi quod teſtem falſum licet in-
terrogatorijs illaqueare, & artem arte eludere
Cyriac. cont. 80. num. 13. Farinacc. de teſt. quæſt. 73 num. 52.

In cauſis verò arduis, & magni valoris multi-
plicitas interrogatoriorum permittitur, cum enim
Interrogatoria ſint inducta ad defenſionem, quo
magis cauſa eſt grauis de maiori agitur periculo
& ſic maior requiritur defenſio.

Interrogatoria autem alia ſunt generalia, &
alia ſpecialia, illa dicuntur talia, quia deſer-
uiunt pro omni cauſa, quæ ſunt, an teſtis co-
gnoſcat partes litigantes; an ſit illarum,
19 Conſanguineus, Affinis, Amicus, Domeſticus,
Famulus, Aduocatus, Procurator, Factor, an
ſit Pauper, vel Diues, & cuius expenſis viuat,
quid poſſideat; an fuerit citatus ad examen, an
ſciat ſuper quo examinandus ſit, an ſibi lecti ſint
articuli, & alia generalia quæ poſt *Speculat. de teſt. §. 6. num. 8. & ſeq. refert. Niger. de execut. rei iudicatæ cap. 8. §. 45. num. 10. & 11., Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 905., & Rolandin in ſumma Artis Notariatus plura refert Pax. Iordan. var. Lucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 18. de teſtib. num. 156.*

Specialia verò Interrogatoria ſunt illa, quæ
conueniunt tantum illi negocio, ſuper quo
20 teſtes fuerunt inducti, & ſuper illis faciendis

non

non poteſt dari certa regula, cum pro negocio-
rum qualitate natura, & ſubſtantia fieri debeant
iuxtà ſuprà firmata hic *n.3., & ſeqq.*, *& aduer-
tit Niger.alleg.§.45.num.12.& ſeqq.*

Et quia perſæpè fiunt Interrogatoria volumi-
noſa inter quæ adſunt illa, quæ ſunt extrà mate-
riam articulatam, ſuperflua, captioſa, imperti-
nentia, & non facientia ad cauſam, & potiùs fa-
cta ad dextruendam, quam ad eruendam verita-
tem, vt benè aduertunt *practicus Scacc. dict. cap.
8.n.872.& 873.*, *Ventrigl. in prax. Eccleſiaſt. p. 1.
Annot.11.§.vnico n. 8.*, ideò parte inſtante ſuper
21 illorum reiectione, vel reſecatione, debent reijci,
vel reſecari, *Scacc. dict. cap.8. num.888. & ſeqq.*,
Farinacc. qu.73. n.58., *Poſt. de manut. obſer.91.n.9.
Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 88. n.23.par.1.*, *Rot.deciſ.
512.n.3.& 5. coram Pamphil.*, vbi de Interogato-
rijs impertinentibus, quinimmò Iudicem debere
ex officio inutilia interrogatoria, tam generalia,
22 quam ſpecialia reijcere, & reſecare, ex quo Ad-
uocati ac cauſarum Patroni in illis faciendis cum
magno dipendio partium ſolent implere cartas
*docet Gaill. alleg. obſer.95. n.1.lib.1.Scacc. de Iudic.
lib. 2. cap. 8. n. 878.*, *& 879.*, *vbi adducit ratio-*
23 *nem*, quia cum Interrogatoriorum non detur
copia, & ſic quis non poſſit videre, an ſint ſuper-
flua, captioſa, vel impertinentia, hinc ſpectat
ad Iudicem ſuo arbitrio facere reſecationem.

Quando tamen fit talis reſecatio, debet citari
pars, quæ dedit Interrogatoria, ad hoc vt poſſit
24 deducere cauſas, cur non ſit locus reſecationi, &
reſecationem prætendens debet oſtendere cauſam,
& Iuſtitiam reſecationis faciendæ *Vermigliol.conſ.
20.n.7.& 8.*

Quinimmò ſi dubium ſit, an illa ſint reſecanda
25 potiùs inclinandum eſt pro non reſecatione *Scac.
dict. cap.8. n.880.*, *Vermigliol. dict. conſ.20. n. 9.*,
Niger. alleg. §. 45. n. 2. Farin. qu. 73. n.50., vbi
quod in dubio ſunt admittenda, & non iudican-
da impertinentia *Ventrigl. allegat. Annot. 11. §.
vnico n.8.*

Et quando reſecationi illorum eſt locus, ex
ſtatuto hic reſecantur arbitrio Iudicis, & ſic ſpa-
26 tio plurium annorum, quo Iudex fui propria
opera ferè ſemper illa vidi, & reſecaui, vel reſe-
cationem non feci, meo arbitrio, à Iure tamen
regulato, cum Iudex Iuris peritus, per ſe talem
reſecationem faciat, *Sola ad Conſt. Sabaud. Rubr.
de tempore quo trad. debent Interrogat. gloſ.3. n.4.*

Quandoque Iudex deputat aliquem probum
27 Curialem pro facienda reſecatione, & hæc eſt
praxis Rotæ, de qua teſtatur *Niger. alleg. §. 45.
n. 5.* & etiam Iudices extrà Rotam multoties de-
putant pariter Curiales ad eumdem effectum.

Reſecantur autem Interrogatoria, quæ non
28 pertinent ad articulos, & ſunt extrà materiam
articulatam *Scacc. dict. cap. 8. n. 882. Farin. qu.
73. n. 72.*, *Poſt. de manut. obſeru.91. n.7. Niger. de
execut. rei iudic. cap. 8. §. 39. nu. 10.*, *& præclarè
Rota in Tullen. Matrimonij 8. Februarij 1574. co-
ram Clemente VIII. relata* (mutilatè tamen) *per
Farin. dict. qu. 73. n. 48.*, in qua deciſione firma-
tur, quod reſecatio Interrogatatiorum faciliter
29 admittitur in his, quæ ſunt extrà articulos, &
tendunt ad probandam exceptionem partis dan-
tis Interrogatoria, cum illam debeat probare
per articulos, ad hoc vt etiam altera pars poſſit
dare ſua Interrogatoria, aliàs indirectè abſque
Interrogatorijs ſuas faceret probationes ſuper
articulis partis; & ob prædictam rationem ſi
30 dati ſint articuli, & inducti teſtes ad proban-
dum mutuum, non ſunt admittenda Interroga-
toria ſuper ſolutione, *Sola ad Conſt. Saband. Rubr.
de tempore, quo tradi deb. Interrog. gloſ. 3. n. 7. &
8. Scacc. dict. cap. 8. n. 882. & ſeqq.*, *Niger. dict.
cap 8.§.39. n.10. Farinacc. de teſtib. qu.73. nu. 72.
Ventrigl. dict Annot. 11.§.vnico n.12.*

At ſi pars non opponat reſecationem cum te-
31 ſtis iurauerit deponere ſuper tota cauſa, debet
reſpondere omnibus Interrogatorijs, etiam con-
cernentibus exceptionem dantis interrogatoria,
& depoſitio facta ſuper exceptione tali caſu tenet
Scacc. dict. cap.8. n. 883., *Theſaur. deciſ. 261. nu.
2. & 3.*

Prout reſecantur Interrogatoria concernentia
32 crimen vel Infamiam teſtis, cum non teneatur
teſtis reſpondere Interrogatorijs ſuper proprio
delicto *Scacc. dict. cap.8. n.883. Farin. qu.73.num.
58. & ſeqq.*, *Niger. alleg. cap.8.§.45. n.64.*, *Cap-
pucc. in prax. par. 2. capit. 3. num. 141. verſic. ſed
huic malo.*

Et licèt *Scacc. dict. cap. 8. n. 889. & ſeqq.* con-
33 cluſionem limitet in crimine notorio, attamen
limitatio reijcitur *à Farin. qu.73. n.59. & infrà*,
dum dicit, quod ſi crimen eſt notorium per ſen-
tentiam, vel alio modo poteſt, ac debet illud ali-
undè probari, quàm ex ore teſtis.

De conſuetudine tamen, & Stylo Romanæ Cu-
riæ, quidquid ſit de rigore Iuris, non reſecatur
34 Interrogatorium, in quo à teſte requiritur, an
ſit confeſſus, vel communicatus in Paſchate
Fenzon. hic n.21., *Vbert. de citat. cap.13. num.514.*,
vbi quod ſi teſtis non reſpondeat tali Interroga-
torio non probat *Rota deciſ.434. d n.8. coram Mil-
lin.*, & de tali praxi teſtatur *Ventrigl. in ſua prax.
Eccleſ. par. 1. Annot. 11. §. 1. n. 7. verſic. verum
quicquid ſit*, ex quo teſtes poſſunt interrogari de
omni eo, propter quod repelli poſſunt, vt poſt
Speculator, benè probat *Ventrigl. vbi proximè
num. 6.*

Pariter reſecantur Interrogatoria non facien-
tia, nec ſubſtantialiter, nec accidentaliter ad
35 cauſam, puta an tempus eſſet ſerenum, vel nu-
biloſum, & quomodo partes eſſent veſtitæ, cum
ſimilia Interrogatoria deſeruiant ſolùm ad im-
plendum inutiliter cartas *Scacc. dict. cap.8. n894.*

Fallit in teſtibus ſuſpectis, tunc enim talia
36 Interrogatotia non reſecantur, cum etiam ex
huiuſmodi accidentalibus circumſtantijs poſſit
haberi vacillatio & variatio teſtis ſuſpecti *Scacc.
dict. cap.8. n.894. in fine & n.904.*, *& facit Cyriac.
contr.80. num.13.*, vbi quod, quando teſtis eſt ſu-
ſpectus poteſt per opportunas circumſtantias in-
terrogari ad eruendam veritatem *Farinacc. de Te-
ſtib. qu. 73. n. 52. Ventrigl. dict. Annot. 11. §. vni-
co num.11.*

Reſecatur Interrogatorium, in quo teſtis in-
terrogatur, an ſit debitor, cum non prohibetur
37 Debitor teſtificari pro Creditore, & ſic eſt ſu-
perfluum *plenè Scacc. dict. cap. 8. n. 897. cum duo-
bus ſeqq.*, *licèt poſtea n. 900. cum Farinacc.*, con-
trarium videatur concludere cum diminuatur de
fide teſtis debitoris.

Cumque ex ſtatuto hic, & etiam ex Iuris com-
mu-

Digitized by Google

munis diſpoſitione repoſitum ſit in arbitrio In-
38 dicis videre, qualia Interrogatoria ſint imperti-
nentia, ſuperflua, non facientia ad cauſam, ca-
ptioſa, criminoſa, & alijs de cauſis reſecanda,
hinc ſuper hoc non poteſt tradi certa regula, ſed
oculatus Iudex penſata qualitate cauſæ, ac te-
ſtium an ſint ſuſpecti, nec ne omnibus facti, ac
negocij circumſtantijs contrutinatis indicabit,
an ſit locus reſecationi, ità tamen, quod in du-
bio reſpuat reſecationem, maximè quando con-
trà teſtes, ac materiam articulatam vrget ſuſpi-
cio falſitatis, vel inueriſimilitudinis, cum hæc
habeat imaginem falſitatis.

Aduertè hic, quod ſi prætendatur reſecatio
Interrogatoriorum coram Iudice remiſſoriali,
39 poſſe ab hoc fieri reſecationem tenent poſt alios
*Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 12. n. 163. Rota deciſ.
529. n. 13. apud Poſt. de manut.*

Sed quod Interrogatoria pro reſecatione ſint
remittenda ad Iudicem cauſæ principalis dele-
40 gantem, *firmant Cappucc. in praxi par. 2. c. 3. art. 2.
n. 141. & 142. tom. 1. Rot. deciſ. 434. n. 9. verſic. &
ideo Iudex à n. 10. coràm Millin. deciſ. 370. n. 2. par.
14. recen. Adden. ad Pamphil. deciſ. 512. n. 8., verſic.
vnum hic.*

Conciliantur hæ diſſidentes opiniones, vt pri-
ma procedat quoties Interrogatoria data ſint co-
41 ram Iudice Remiſſoriali, & non in Curia, quæ
certè coràm illo dari poſſunt, dum non fuere da-
ta in Curia, nec introcluſa in rotulo remiſſoriæ
tali enim caſu Iudex remiſſorialis habet faculta-
tem recipiendi Interrogatoria, ac illa admit-
tendi proùt de Iure, ſcilicèt pertinentia, & de
Iure admittenda, ſecùs autem alia de Iure im-
pertinentia, ac reſecatione digna; ſecunda verò
opinio procedat, quando Interrogatoria data
ſunt in Curia coràm Iudice cauſæ principalis, &
illa ab hoc fuere tranſmiſſa ad Iudicem remiſſo-
rialem incluſa in rotulo remiſſoriæ, hoc enim
caſu reſecatio debebat opponi in Curia coram
Iudice cauſæ, etſi non fuerit in Curia, facta petitio
reſecationis, non congruit, quod Iudex remiſſo-
rialis ſe ingerat in reſecatione, dum Iudex in Cu-
42 ria admiſit interrogatoria, & pars contrà illa
non oppoſuit *vt benè diſtinguit* vtrumque caſum
Vbert. de citat. cap. 13. n. 510. in fine.

Et quod Iudex remiſſorialis non poſſit inter-
rogatoria accluſa in rotulo remiſſoriæ reſecare
43 procedit, licèt in literis remiſſorialibus directis
pro examine faciendo ſit appoſita clauſula, *&
alias iuxtà diſcretionem veſtram*, quia illa intelli-
gitur vltrà expreſſa *Vbert. dict. cap. 13. n. 511., Ro-
ta deciſ. 214. n. 5. poſt 2. vol. conſil. Farin.*

Debet tamen Iudex remiſſorialis ſuper Interro-
44 gatorijs accluſis in remiſſoria teſtes examinare,
aliàs examen eſſet nullum ob non ſeruatam for-
mam remiſſoriæ *Vbert. vbi proximè n. 513., Rot.
dict. deciſ. 214. n. 5. & 6. poſt. 2. vol. conſ. Farin.*

Aduerte hic, quod quando quis dedit Interro-
gatoria in Curia coràm Delegante, & illa tranſ-
mittuntur introcluſa in rotulo remiſſoriæ, vna
cum articulis, tunc pars, quæ dedit interrogato-
ria, cum per hec creſcat volumen rotuli remiſ-
45 ſoriæ, & illius expenſa, tenetur contribuere in
expenſis *Ventrigl. alleg. Annot. 31. §. vnico n. 23.
Gonzal. ad Reg. Cancellariæ in Adnot. gloſ. 9. n. 82.,
qui n. 83.* addit, quod Procuratores ad euitandas
expenſas ſolent prudenter facere non dando talia
46 Interrogatoria in Curia, ſed illa tranſmittunt
ad partes, vt coram Iudicibus remiſſorialibus
producantur cum proteſtatione, quod cum illis
fiat examen.

Quando producuntur articuli ad probandum,
an ſit dandus terminus ad conficiendum Interro-
gatoria dic, quod ex ſtatuto hic fuit ſancitum,
quod citatus ad dandum Interrogatoria, ſi per
totam illam diem, vel ſequentem illa non dede-
rit, poterit ſine illis procedi ad examen, & hoc
licet Iudex ſuper tali citatione nullum fecerit de-
cretum, cum vigore ſtatuti cenſeatur datus ter-
minus prædictus abſque Iudicis miniſterio, &
47 ſibi imputet pars ſi Interrogatoria non dedit in
termino præfixo *Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 88. n. 8.
par. 1.*, vndè examen factum poſt dictum termi-
num non poteſt prætendi nullum ex quo factum
48 ſine Interrogatorijs *Rota deciſ. 49. num. 2. coram
Pen., deciſ. 351. n. 47. coram Gregor., & ibi ad-
den. litt. E. deciſ. 217. n. 5. coram Celſ. deciſ. 256. n. 6.
par. 5. recen. deciſ. 86. n. 18., & deciſ. 317. num. 26.
par. 12.*

Præciſa tamen diſpoſitione ſtatuti hic, debet
49 à Iudice ad dandum Interrogatoria aſſignari
tempus congruum *gloſ. in cap. 2. verb. Interroga-
toria de teſt. in 6. Ventrigl. alleg. Annot. 11. §. vnico
n. 16.*, & de generali conſuetudine, & ſtylo Vrbis
Rota deciſ. 672. n. 4. par. 4. tom. 3. recen., & in
50 cauſis modici momenti ſat eſt terminus vnius,
vel duorum dierum *Rota dict. deciſ. 672. n. 6. p. 4.
tom. 3. recen.*, & cum talis termini datio pendeat
ab arbitrio Iudicis, ideo hic attenta qualitate
cauſæ, modo breuiorem, modo longiorem termi-
num concedit.

In terminis etiam noſtri ſtatuti hic poteſt Iu-
dex ex iuſta cauſa prorogare terminum ad dan-
dum Interrogatoria, & ſic ſeruat praxis, nàm ſi
petitur prorogatio citata parte, paſſim concedi-
tur; & aduerte quod terminus datus, ac præſcri-
ptus ad dandum Interrogatoria, non priùs inci-
51 pit currere, quam ſint ſpecificata nomina teſtium
Scacc. dict. cap. 8. n. 866. in fine, & eſt ratio, quia
Interrogatoria debent adaptari teſtibus, qui ſi
ignorentur, illa concipi non poſſunt.

Talis terminus præſcriptus ad dandum Inter-
52 rogatoria currit etiam minori, vndè ſi illa non
dedit, non docto de læſione illi non datur reſti-
tutio in integrum aduersùs illorum non datio-
nem *Fenzon. hic num. 19. Ridolphin. in praxi p. 1.
cap. 11. n. 111., & 112. Gratian. cap. 391. n. 36.
ab Eccleſ. obſer. 88. n. 14. par. 1. Farinacc. de teſtib.
quæſt. 73. n. 72. dictus Ventrigl. alleg. §. vnico n. 25.
Adden. ad Buratt. deciſ. 100. n. 28.*

At ſi in termino à ſtatuto hic, vel à Iudice
præfixo antè cœptum examen fuerint in actis
producta Interrogatoria cum proteſtatione, ne
teſtes examinentur ſine illis, ſub pœna nullitatis
examinis, tunc nulliter proceditur ad examen,
53 ſi teſtes examinentur ſine Interrogatorijs *Fenzon.
hic n. 15. Farin. quæſt. 73. n. 3. & 6. Poſt. de manut.
obſer. 91. n. 24. Ridolphin. in praxi par. 1. cap. 11.
n. 103. Ventrigl. alleg. annot. 11. §. vnico num. 13.
verſic. tamen verior, Adden. ad Gregor. deciſ. 331.
n. 22. in fine, Rota deciſ. 886. num. 8. coram Amat.
Dunozett., & deciſ. 370. n. 15. par. 14. recen.* licèt
ſecùs ſit, ſi illorum ſit facta ſolum productio abſ-
que

Digitized by Google

que proteſtatione, quod non fieret examen ſine
54 illis, hoc namque caſu examen eſt validum,
Vbert. de Citat. cap 13. n. 512. Adden. ad Gregor.
deciſ 331. n. 22. circa med. Adden. ad Buratt. deciſ.
100. n. 26. Rot. deciſ. 176. n. 2. coram Coccin.

At licet non fiat talis proteſtatio, qnando
55 examen fit coram Iudice remiſſoriali, ſufficit,
quod in actis fuerint producta interrogatoria,
ad hoc, vt cum illis teſtes debeant examinari,
aliàs examen redditur nullum ob non ſeruatam
formam remiſſoriæ Vbert. de Citat. cap. 13. n. 513.
Rot. deciſ. 214. n. 5., & 6. poſt 2. vol. Farin., &
deciſ. 886. n. 8. coram Amat. Dunozett.

Attamen licèt Rota teneat, tali caſu examen
teſtium factum ſine interrogatorijs eſſe validum,
56 nihilominus non ſolet dictis teſtibus fidem ad-
hibere, niſi fuerint repetiti cum interrogatorijs
Adden. ad Buratt. deciſ. 100. n. 27. Rota deciſ. 434.
n. 1. coram Millin., & deciſ. 886. n. 8. in fine coram
Amat. Dunozett.

Et quando examen eſt nullum, ex quo factum
57 ſine interrogatorijs, ſemper de tali nullitate,
durante lite poteſt opponi Rota deciſ. 434. n. 10.
verſic. non obſtat qnod Pallauicini coram Millin., &
deciſ. 370. n. 8. par. 14. recen.

Et talis repetitio teſtium cum interrogatorijs
58 fit expenſis illius, qui nulliter proceſſit ad exa-
men abſque interrogatorijs productis Gonzal. ad
Reg. Cancell. gloſſ. 9. in Adnot. n. 31. Niger. alleg.
§. 45. n. 54. Cappuce. in praxi tom. 1. par. 2. cap. 1.
num. 104. Sol. ad Conſt. Saband. Rubr. 2. de tempor.
quo tradi deb. interrog. gloſ. 3. n. 6. in fine Poſt. de
manut. obſer. 91. n. 22. Gratian. cap. 391. n. 27. Ri-
dolphin. alleg. cap. 11. n. 101., & ſeqq. Ab Eccleſ.
obſer. 88. n. 11. Adden. ad Buratt. deciſ. 512. num. 8.
verſ. ſed adhuc, ſecus autem ſi docto de læſione de-
cernatur ex gratia repetitio ſuper interrogatorijs
poſt ritè completum examen ſuper ſolis articu-
lis, tunc namque fit repetitio expenſis illius, qui
fuit contumax in dandis interrogatorijs Gratian.
cap. 391. n. 27. Ventrigl. alleg. §. vnico n. 26. verſic.
& ſi de facto.

Vnum hic aduertendum, quod habui de facto,
Fuerant poſt primam, & ſequentem diem citatio-
nis ad dandum interrogatoria, terminum præ-
ſcriptum à ſtatuto hic ad illa dandum, exami-
nati teſtes eadem die, qua in actis reperiebantur
59 producta interrogatoria, dicebatur examen eſſe
nullum, vti factum ſine illis, & allegabatur Ni-
ger. in puncto hoc firmans de execut. rei iudicatæ
cap. 8. §. 45. n. 50., qui dicit interrogatoria præ-
ſumi data antè examen, & cum Nigri authoritas
licèt magni practici, & elaborati Doctoris, & in
Alma Vrbe verſari per annos trigintaquatuor, vt
60 vt ipſe teſtatur alleg. §. 45. n. 74. meum intelle-
ctum non captiuaret, ex quo ad ſuſtinendum
examen potiùs præſumi debebat illud præceſſiſſe,
volui videre Alex. conſ. 172. n. 7. verſic. opponitur
etiam lib. 2. à Nigro allegatum, qui Alexand. fir-
mat contrarium, & conſtanter tenet, quod præ-
tendens, priùs fuiſſe data interrogatoria, debet
hoc probare, vndè non parùm miratus fui, quod
Niger cum authoritate Alexandri contrarium
expreſsè tenentis firmauerit ſuam opinionem ir-
rationabilem, & pro opinione Alexandri vrge-
61 bat, quod idem Notarius, qui receperat exa-
men ſuper articulis, eadem die ſcripſerat produ-
ctionem interrogatoriorum in Broliardo Acto-
rum, qui veriſimiliter vt ſuum munus in
examinando ritè expleret ſuper interrogatorijs
etiam examen recepiſſet, ſi fuiſſent producta antè
examen, maximè quia ab examine facto etiam
cum interrogatorijs Notarius percipit longè
maius emolumentum burſale, quam ab illo facto
ſuper ſolis articulis, vndè ex his etiam compro-
batur, quod examen eadem die præceſſerit pro-
ductionem interrogatoriorum.

Quando verò examen prodijt ſine interroga-
torijs, quia non fuere data in tempore, tunc ex
62 rationabili cauſa Rota ſolet concedere repeti-
tionem cum interrogatorijs ſumptibus ipſius in-
terrogantis, niſi repetitio petatur calumnioſè
poſt longam contumaciam Poſt. dict. obſerat. 91.
n. 2. Gratian. cap. 391. n. 37. dict. Ab Eccleſ. obſer.
88. n. 11. in fine, Fenzon. hic n. 15. Ridolphin. dict.
cap. 11. n. 102. Cappuce. in prax. tom. 1. p. 2. cap. 1.
n. 104.

Repetitio teſtium examinatorum ſine interro-
gatorijs in vim præſentis ſtatuti non fit, quando
quis fuit contumax in illis dandis, licèt vellet
teſtes repetere proprijs ſumptibus, vt patet ex
63 littera ſtatuti, & notat Seacc. dict. cap. 8. n. 911.,
ſi tamen ceſſet contumacia ex aliqua cauſa pro-
babili, ac iuſto impedimento, vel illa data fue-
rint in actis; & tunc erit locus repetitioni iuxtà
formam ſuprà traditam, cum ſtatutum loquatur
ſolum, quando quis fuit contumax.

Ad effectum tamen inducendi nullitatem exa-
minis, ex quo ſine interrogatorijs in actis exi-
ſtentibus factum ſit, debent illa in termino com-
64 petente à ſtatuto, vel Iudice præfixo, eſſe reali-
ter producta in actis, nec ſat eſt, quod ſint con-
ſignata Interpreti, Rota deciſ. 176. n. 1., & ſeqq.,
& deciſ. 226. num. 1. §. Nec releuat coram Coccin.
Vbert. de Citat. cap. 13. num. 512. Ventrigl. alleg.
§. vnico n. 20.

Vndè ſi hora examinis legitimè intimata illa
non reperiantur in actis producta, vel non ſint
apud Interpretem præſentem in loco, & tempore
examinis, qui illa exhibeat examen, ſine illis erit
65 validum, ſecùs ſi illa reperiantur producta in
actis, tunc enim etiamſi interpres pro interro-
gatorijs non accedat ad locum examinis hora
intimata, adhuc teſtes debent examinari ſuper
interrogatorijs productis, vt innuit Rota dec. 226.
n. 1. verſic. nec releuat coram Coccin.

Non dicuntur tamen producta ad effectum
prædictum, ſi fuerint ſolùm relicta extraiudicia-
66 liter in manibus Notarij cauſæ, quoties à tergo
illorum non fuerit adnotata productio, prout
fieri ſolet Rota deciſ. 18. n. 8. par. 7. recen., & deciſ.
392. par. 9., at ſi in Broliardo Actorum reperian-
tur realiter producta cum clauſula tenoris &c.
tunc ſatis dicitur conſtare de illorum productio-
67 ne reali, quamuis talis adnotatio productionis
à tergo interrogatoriorum non legatur, cum No-
tarius ex incuria illam non fecerit, dum vis rea-
lis productionis conſiſtit in productione reali
facta in Broliardo, non in tali adnotatione, &
68 volens examinare, debet percunctari tale Bro-
liardum, & ſi illa non reperiantur in eo produ-
cta, tunc probatur negatiua non factæ productio-
nis Rot. deciſ. 226. n. 3. coram Cocein.

Et licèt ex ſtatuto hic elapſo termino ab illo
præ-

præſcripto ad dandum interrogatoria legiti-
69 mè procedarur ad examen ſine illis, nihilominus
ſi re integra, examine nondum cœpto fuerint
producta interrogatoria, debet cum illis fieri
examen, & ſi examen fuerit cœptum, debent te-
ſtes non examinati, & qui remanent examinandi
ſupee illis interrogari, vt legitur in ſtatuto no-
ſtro hìc.

Aduerte autem, quod in caſibus, in quibus eſt
locus repetitioni teſtium ſuper interrogatorijs
ommiſſis in primo examine, repetitio illorum
70 fit ſine nouo iuramento, cum ſat ſit iuramentum
præſtitum in primo examine, cum tunc iuraue-
rint deponere ſuper tota cauſa *Poſt. de manut.
obſer. 91. n. 23. Ab Erclef. obſer. forenſ. 88. n. 29.
par. 1.*, quod fallit ſi primum Iuramentum ſit ſo-
lùm reſtrictum ſuper articulis *Poſt. ibid.*

Quando autem teſtes repetuntur, poſſunt pe-
71 tere, quod ipſis legatur primum examen *Ab
Erclef. obſer. forenſ. 87. n. 18. Theſaur. deciſ. 255.
n. 18.*, ſed ſi à die primæ depoſitionis modicum
72 tempus ſit elapſum, vel contra teſtes vrgeat ali-
qua ſuſpicio, tunc Iudex non debet permittere,
vt illis legatur prima depoſitio, & quod ad il-
lam ſe referant, ſed debent per extenſum depone-
re *dict. Ab Erclef. ibidem n. 19.*

Nunc videndum, quando nullitas examinis
teſtium ex defectu citarionis per dationem inter-
rogatoriorum ſanetur, & quidem nullitas exa-
73 minis, ex quo teſtes non iurarunt in tempore
ſanetur, & per dationem interrogatoriorum, ac
electionem Interpretis *Rota deciſ. 974. n. 23. coram
Amat. Dunozett.*, & *deciſ. 85. n. 15. par. 17. recen.*

Quinimmò per dationem interrogatoriorum
illa dans, nę dum videtur conſentire examini,
74 ſed habuiſſe ſimul illius noticiam, quam vigore
citationis habiturus fuiſſet, *Niger. alleg. §. 45.
num. 73. Vbert. de Citat. cap. 13. n. 516. Rota deciſ.
1222. n. 2. coram Pænia*; & quod defectus citatio-
nis non ſit conſiderabilis, quando fuere data in-
75 terrogatoria, cum pars illa dando præſumatur
habuiſſe ſcientiam teſtium examinandorum, &
materiarum, ſuper quibus erat faciendum exa
men, & quod ſimul videatur receſſiſſe à contra-
rijs proteſtationibus *Rota deciſ. 467. n. 6.*, & *deciſ.
1216. n. 2.*, & *3. coram Pan.*

Quod intellige ſi interrogatoria data fuerint
76 à legitima perſona *Niger. de ſentent.*, & *re iudic.
cap. 8. §. 45. n. 78.*

Et per dationem interrogatoriorum cenſetur
77 quis etiam receſſiſſe à recuſatione Iudicis *Rota
deciſ. 897. n. 7.*, & *8. coram Seraphin.*

Et licet *Rota deciſ. 153. n. 7. coram Priolo*, con-
78 trarium firmare videatur, quando in interroga-
toriorum productione fuit proteſtatum, quod
non deueniretur ad examen, niſi ſpecificatis no-
minibus teſtium, & alijs adimpletis, attamen
ego non recederem ab opinione firmata *in dict.
deciſ. 897. Seraphin.*, cum pro illa aſſiſtat palpa-
79 bilis ratio, quia dum per dationem interrogato-
riorum inſurgit conſenſus in examen, non poſ-
ſunt ſtare ſimul recuſatio Iudicis, & conſenſus
in examen, cum implicent in adiecto, vt aduer-
tunt pariter *Niger. dict. §. 45. num. 79.*, & *præciſè
Vbert. de Citat. alleg. cap. 13. n. 517.*, *vbi approbat
dict. deciſ. Seraphin.*

At per dationem interrogatoriorum non con-
validatur examen factum extrà locum, & tem-
pus remiſſoriæ contenrum in decreto, ac in in-
80 timarione examinis, & de diuerſis teſtibus, pro
quibus fuere data interrogatoria, cum dicto-
rum diuerſorum teſtium pars non habuerit noti-
tiam, vt illis dare potuerit noua interrogatoria
*Vbert. de Citat. dict. cap. 13. num. 520. Rota coram
Buratt. deciſ. 726. n. 5.*, & *deciſ. 60. n. 7. coram Du-
nozett. Sen.*

Sed *Rota coram Put. deciſ. 300. num. 2. lib. 3. in
81 correct.* dixit, quod ſi interrogatoria data re-
ſpiciunt tam teſtes inductos intra loca, & tem-
pora remiſſoriæ, quàm in futurum inducendos,
ita quod nihil aliud poſſit circa illos teſtes rele-
uans adduci, quod non fuerit adductum in illis
interrogatorijs primo datis, tali caſu debet ſu-
ſtineri examen per commiſſionem, quod illud
ſanetur arbitrio.

Et quando examen eſſet nullum ex aliquo capi-
te, quoties illud factum ſit cum interrogatorijs,
ſanatio committitur à Papa arbitrio Rotæ, ſe-
82 cùs ſi factum ſit ſine Interrogatorijs *plènè Rota
deciſ. 249. per tot. part. 4. tom. 2. recent.*; quando
enim examen cum Interrogatorijs factum fuit, ex
illorum datione inſurgit quidam conſenſus, &
83 ſic ſanatio examinis nulli commiſſa arbitrio Ro-
tæ faciliter conceditur *Rota deciſ. 587. n. 3. verſic.
tanto magis part. 2. recent. deciſ. 85. n. 15. part. 17.
deciſ. 349. num. 2.*, & *3. coràm Caualer. deciſ. 1484.
n. 2. coram Coccin. deciſ. 127. n. 1.* & *2. coram Man-
zaned. deciſ. 118. n. 10. cum duobus ſeqq. coram Bu-
ratt. deciſ. 143. n. 1.* & *2.* & *ibi Adden. n. 16. ad 18.*
& *deciſ. 512. n. 1.*, & *2. coram Pamphil.*

Quæ dicta ſunt de ſanatione examinis teſtium
nulli arbitrio Rotæ commiſſa, facilius procedunt
84 ſi teſtes examinati ſint mortui, & ſic reddatur
impoſſibile reiteratum eorum examen *Poſt. de
manut. obſer. 91. n. 29.*

At quod ſit locus arbitrio pro ſanatione exa-
minis ex eo capite, quia facti cum interrogato-
rijs, non procedit reſpectu illorum, qui habebant
85 in cauſa intereſſe diuerſum ab eo, qui dedit in-
terrogatoria, & qui hæc non dederunt, quod in-
tereſſe non fuit deductum in interrogatorijs da-
tis à collitigante *Poſt. dict. obſer. 91. n. 32. Rota
deciſ. 1838. n. 4.* & *5. coràm Coccin.* & *deciſ. 60. n. 7.
coram Dunozett. ſen.*

Ad materiam interrogatoriorũ notandum eſt,
quod examen teſtium receptum priùs ſuper arti-
86 culis, quam ſuper interrogatorijs non redditur
ex hoc capite nullum *Rota deciſ. 663. n. 12. par. 4.
recen.*, & *deciſ. 86. n. 11. coram Priolo.*

Et eo minùs nullitas ex hoc capite deducta,
venit attendenda, & protsùs tollitur, ſi examini
87 facto priùs ſuper articulis fuit præſens Interpres
vtriuſque partis *Rota dict. deciſ. 86. n. 12. coram
Priolo.*

Fallit Concluſio, & examen redditur nullum
88 ſi in litteris miſſiuis fuerit datus ordo, priùs
examinandi ſuper interrogatorijs, vel ſi pars pro-
teſtata fuerit, quod priùs ſuper interrogatorijs
fieret examen *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ. 9.
in Adnot. n. 80. Vbert. de citat. cap. 13. n. 523.*

Prout de ſtylo, & praxi præcipuè Curiæ Ro-
manæ ſeruatur, quod priùs recipiatur examen
ſuper interrogatorijs, & deindè ſuper articulis,
89 vt de tali praxi Curiæ teſtatur *Gonzal. dict. gloſ. 9.*

in Annot. n.79. Scacc. de Iudic. lib.2. cap.8. n.912. & ſeqq., vbi adducit rationem dictæ praxis. Pax Iordan. var. lucubr. tom.3. lib.14. tit.18. n.154. Niger. alleg. §.45. n. 74. vbi teſtatur de ſtylo Curiæ Romanæ, & quod in illa ſic vidit ſeruari per triginta quatuor annos, & idem ego teſtari poſſum, etiam per annos triginta, & de eadem praxi Curiæ Romanæ teſtatur *Ventrigl. alleg. annot. 11. §. vnico n.22.*

Quando vero interrogatoria fuere in actis producta, & per Iudicem admiſſa tenetur teſtis ſu-
90 per illis interrogatus reſpondere & illa omnia
euacuare, aliàs nedum non probat in aliquo, ſed redditur ſuſpectus *Farinacc. de teſtib. q. 73. n. 14. Niger. dict. §.45. n. 58. Vbert. de citat. cap. 13. n.521. Ventrigl. allegat. Annot. 11. §. vnico n.19. Rota decis. 353. n. 10., & ibi Adden. n.17. coram Gregor., & decis. 836. n.2. coram Seraphin.*

Quinimmò ſi teſti fuerit datum interrogatorium ſuper aliqua qualitate, & ſuper illa non fuerit interrogarus, parte petente, poterit teſtis
91 ſuper dicto interrogatorio repeti etiam publica-
tis atteſtationibus *Rota decis. 127. num.6. coram Manzaned.*

Contrarium tamen dicendum eſt ſi interrogatorium, ſuper tali qualitate datum non fuerit,
92 tunc enim pars ſibi imputare debet ſi illud non
dedit *Rota dict. decis. 127. n.6. verſic. quod ſecus erit coràm Manzaned.*

Et tenetur teſtis reſpondere etiam interroga-
93 torio, in quo interrogatur, an poſſit eſſe contra-
rium illius, quod articulatur, & quod ipſe teſtis depoſuit, cum tale intertogatotium non dicatur captioſum *Niger. dict. §.45. n.72. Theſaur. plenè*
94 *decis. 261.*; nam ſi fatetur, quod poteſt eſſe poſ-
ſibile rem aliter ſe habere, non videtur teſtis concludere per neceſsè *Scacc. dict. cap.8. n.907.*

Non tamen tenetur reſpondere interrogatorio, in quo teſtis interrogatur, an vnquam fuerit car-
95 ceratus, cum contineat materiam obiectiuam
Fenzon. hic n.20. Rot. decis. 58. n.9. p.15. recent.

Nec interrogatorio continenti crimen infa-
96 miam, & turpitudinem ipſius teſtis, cum nemo
cogatur detegere propriam turpitudinem *Farinacc. de teſtib. quæſt.73. n.53.*, vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & poſt alios ſequitur *Conciol. reſol. Criminal. verbo interrogatoria reſol.3. n.1. Ridolphin. in praxi part.1. cap.11. n. 105., & 106. Capucc. pariter in praxi tom. 1. part. 2. cap. 3. artic. 2. num. 141. verſic. prout neque.*

Licet tamen teſtis non teneatur reſpondere ſu-
97 per proprio crimine, infamia, & turpitudine,
nihilominùs ſi ſponte reſpondeat, & illud fateatur, ſibi imputare debet, cum teſtimonium valeat, & eidem credatur contrà ſe ipſum *Farinacc. dict. q.73. n.67. Conciol. allegat. reſol. 3. n.5.*

Prout teſtis (excepto proprio crimine, vt ſupra) teneatur reſpondere ad omnia alia, quæ
98 illum reddunt inhabilem ad teſtificandum *Fa-
rinacc. quæſt. 73. num. 70., & ſeqq. Conciol. dict. reſol.3. n. 6.*

Effectus autem interrogatoriorum mirabilis eſt, quia cum illa fiant ex firmatis, ad eruendam veritatem à teſtibus, hinc horum depoſitio facta ſuper interrogatorijs magis attenditur, quam facta ſuper articulis, cum in his cenſeantur de-
99 poſuiſſe ad complacentiam partis, & propterea
ſi teſtis ſuper articulis dicat contrarium eius, quod depoſuit ſuper interrogatorijs, attenditur id, quod ſuper his dixit *Vbert. de citat. cap. 13. num. 522. Rota decis. 1073. n.9. coram Seraph. decis. 774. num. 3. part 3. recent., decis. 312. nu. 4. part. 9. decis. 169. num.6. part. 14., & decis. 263. n.4. part. 18.*

Finaliter ſuper materia interrogatoriorum aduertè, quod ſi Iudex illa reijciat, & nolit quod ſuper illis teſtes interrogentur, datur appel-
100 latio (cum tollatur defenſio reſultans in
eruenda veritate à teſtibus, quam melius pateſaciunt ſub torculari interrogatoriorũ, quam ſuper leuitate articulorum, in quibus vt complaceant parti illos inducenti faciliter deponunt omnia contenta in articulis eſſe vera) *vt poſt Felin. in cap. per tuas n. 5. & 6. extrà de teſt. firmat Caball. conſ. decis. 50. n.2. lib. 1.*

At contrarium teneas in reſecatione interrogatoriorum, quæ ſint impertinentia, vel exceſſi-
101 ſiua, cum enim talis reſecatio ex ſtatuto hic in
arbitrium Iudicis ſit repoſita, aduersùs arbitrium illi datum in reſecando non videtur concedenda appellatio, quod tamen non admitterem, quando in arbitrio ius læſerit, quia interrogatoria pertinentia ad cauſæ defenſionem circa ſubſtantialia ac illi coherentia reſecaſſet, tali nemque caſu intrarent termini reiectorum interrogatoriorum, & ſic daretur appellatio.

Poſſent plura alia ſuper hac materia interrogatorium dici, & adnotari hic, ſed prædictis ma-
102 gis ſubſtantialibus, & practicabilibus adnotatis,
ſi quis maiorem dotem habere voluerit, illa exigenda eſt ab infraſcriptis *D.D. nempè Gall obſer. 95. lib. 1. Farinacc. de teſtib. quæſt. 73. Scacc de Iudic. lib. 2. cap. 8. à n. 865., & infrà latiſſimè, Nigr. de execut. re iudic. cap. 2. § 45. Tuſch. litt. I. concluſ. 322. Poſt de manut. obſer. 91. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.2. Rubr.9., & reſol. Criminal. verbo interrogatoria reſol. 1., & ſeqq. Ridolphin. in prax part. 1. cap.11. n.98., & infra Vbert. de citat. cap. 13. n. 506. & ſeqq. ſecundum modern. impreſſ. Capucc. in prax tom. 1. part.2. cap.1. n.95., & ſeq. Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 38. part. 1., & obſer. 67. part.2. Sola ac Conſt. Sabaud. de tempore, quo tradi deb. interrog. gloſ.1. cum duabus ſeqq. fol.379. Ventrigl. in prax. Eccleſ. p.1. annot.11. §. vnico per tot.*

Quia ad materiam interrogatoriorũ, cum quibus examinantur teſtes, tanquam valdè connexa pertinet alia Interpretum, qui aſſiſtunt examini teſtiũ, & illos interogãt, ne dum ſuper interrogatorijs in actis productis, ſed etiam ſuper alijs quæ ipſis teſtibus faciunt ex officio ad veritatem eruendã, hinc pertractata aliqualiter materia interrogatoriorũ aliqua libanda ſunt ſuper illa Interpetũ, quale videlicet ſit eorũ munus, & à quibus ſe abſtinere debeant, qui officio Interpretis fungi prohibeantur, & quando examen factum ſine Interprete ſit validum, vel nullum.

Et quidem munus Interpretis eſt aſſiſtere examini teſtium, ac illud dictare Notario candidè,
103 nihil addendo, vel diminuendo, quod alteret
ſubſtantiam depoſitionis eorumdem *Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 67. n.7. part.2.*

Simulque curare debet, vt teſtis euacuet omnia interrogatoria, & etiam, quod reddat ratio-

nem

Digitized by Google

nem ſui dicti, & ſi quid interrogatorijs datis deficiat ad habendam veritatem à teſte, vel ad detegendam eius falſitatem, poſſit noua interrogatoria ex officio facere iuxtà facultates, quæ ei-
104 dem Interpreti attribui ſolent, vel in calce interrogatoriorum, vel in Broliardo, quando illa producuntur *Scacc. de Iudic. cap.8.n.925. Poſt de manut. obſer. 92. num. 3., Vbert. de citat. cap. 13. num.524.*

Quæ facultas interrogandi, & noua interrogatoria faciendi durat in Interprete pro interrogatorijs, quouſque ſuper his fit examen, non verò poſt, quando fit ſuper articulis, dummodò teſtis ſuper articulis aliquid non deponat extra articulata, quod non potuit præuideri, quando
105 fiebat examen ſuper interrogatorijs, tunc enim poteſt Interpres aſſiſtens ſuper interrogatorijs interrogare ex officio, etiam dum fit examen ſuper articulis *Poſt. dict. obſer.92. n.3.*

Et quando teſtis ſemel fuit interrogatus ſuper
106 aliquo, & cathegoricè reſpondit, non eſt vlterius ſuper eodem faticandus, nec tenetur iteratò reſpondere *Poſt. de manut. obſer.92. n.6.*

Quia Interpres poteſt committere fraudem, & cauillationes in interrogando teſtes, & in dictando examen Notario cauſæ, hinc parte inſtante
107 poteſt cogi ad iurandum de calumnia de fideliter interpretando *Poſt. dict. obſer. 92. n. 2.*; & licèt de ſtylo Tribunalis A. C. tale iuramentum non ſit multum in vſu, *teſte Ridolphin. in prax. part.1. cap.2. n. 28.*; & talis praxis vigeat etiam in alijs Vrbis Tribunalibus, nihilominùs noſtris temporibus Interpretes (ſit dictum pace bono-
108 rum) adeò gloriantur in calumnijs tergiuerſationibus, & cauillationibus in damnum Iuſtitiæ, & veritatis, quam, non queunt, ſed ſæpè confundunt, & dextruunt, non ſolùm eſſet præſtandum tale iuramentum, ſed deberet fieri lex peculiaris arctius Interpretes ad tale iuramentum ſubeundum, nam hodie illi tantum appellantur boni Interpretes, qui ſciunt ſophiſticis, & cauilloſis interrogatorijs ſæpè repetitis teſtes etiam verum doponentes illaqueare, & in contradictiones trahere, & quandoque vnici teſtis examen cum triginta, & vltrà ſeſſionibus non perficitur, qui mali Interpretes non habent ſcopum eruendi ſed dextruendi veritatem, & eodem tempore implendi crumenas cum pecunijs ex iniqua mercede partis, at in fine eorum vitæ fumoſa gloria
109 ſimilium Interpretum, qui gloriantur eſſe meliores in arte interpretandi, & decipiendi teſtes, reſoluetur in ignem æternum; quò circa Iudices debent ſedulò, ac ſeriò incumbere, ne tales Interpretes glorientur in malitia, ſed quoties ex eorum modo interrogandi parantur fraudes, calumniæ, & longitudines miſeris litigantibus, tenentur illas eorum fortitudine erumpere.

Cum quandoque Interpres pro interrogatorijs diſcordet ab alio interueniente pro articulis, vel quia prætendantur fieri interrogatoria intentionalia, impertinentia, vel ſuperflua, & alias facta, vel quia depoſitiones teſtium candidè non dictentur Notario cauſæ, vel quia oculis, geſtis
110 manuum, vel capitis, & alijs, ac quandoque verbis fiant ſuggeſtiones teſti ſuper eo, quod debet dicere, vel negare, ideò tali caſu, vt tollatur talis diſcordia, & ſimul iniquitas, & confuſio, quæ vt plurimum naſcitur à dictis Interpretibus *teſte Cappucc. in praxi tom. 1. part. 2. cap. 3. artic. 2. n. 84.*, Iudex debet dictos Interpretes
111 remouere, & deputare vnum Curialem practicum, & probum qui pro vtraque parte aſſiſtat examini, *vt admonet Cappucc. in prax. tom.2. c.3. artic.3. n.61. fol. mihi 81.*, qui licèt aſſerat, huiuſmodi Interpretem deputandum pro vtraque
112 parte debere eſſe de Collegio Procuratorum Rotalium, attamen praxis eſt contrà ipſum *Cappuccium*, nam licèt Procuratores Collegij ſint in Curia magnæ exiſtimationis, cum ad illud aſſumi ſoleant Iuris vtriuſque Doctores rerum gerendarum vſu, & Iuris peritia clari, & inter quos reperitur cooptatus D. Emygdius frater meus dilectiſſimus olim clar. mem. Cardinalis Federici Columnæ Auditor, nihilominùs etiam extra hoc
113 Collegium non deſunt in Curia cauſarum Patroni diſertiſſimi, & probatiſſimi, qui in dies eliguntur à Iudicibus pro Interpretibus, ac etiam pro Peritis, vt omnibus notum eſt, & talis praxis ideò fortè inualuit; vel quia Procuratores Collegij circa maiora impediti, nollent huiuſmodi munus Interpretis ſubire, præcipuè in cauſis extrà Rotam, vel quia Iudicis arbitrium in hoc non eſt reſtrictum ad eligendos in Interpretes cauſarum Patronos ex dicto ordine Collegij, maximè extrà Rotam; vel demum quia peritia in inter-
114 pretando, ſiuè examinando teſtes in multis magnis Viris, quantumuis ſcientia, & praxi Iuris præditis, non ità exuberat ſicuti in pluribus alijs Cauſidicis non adeò ſcientificis, ſed in interpretando ob longam praxim apprimè verſatis.

Quando tamen Interpretes in faciendo examine teſtium non diſcordant, tunc Iudex ob ſolum
115 timorem diſcordiæ non poteſt deputare vnum ſolum Interpretem pro vtraque parte *Rot. dec.139. n. fin. part.4. diuerſ.*

Si autem Interpretes circa modum ſcribendi verba prolata à teſte diſcordent, vel quia hic ali-
116 qua verba ex ſe protulerit ſubdens ex ſe poſt interrogationem, quæ non placeant alicui ex Interpretibus, tali caſu ſolet adiri Iudex, qui auditis vtroque Interprete, & Notario mandabit deſcribi verba teſtis, prout illa protulit, vel ſi illa addidit poſt factum interrogatorium, & dum ſcribebatur prima depoſitio ſolet mandare, quod talia verba ſcribantur vti prolata per verba *ſubdens ex ſe*, vel facta demonſtratione in illorum deſcriptione, ex qua appareat talia verba fuiſſe addita poſt interrogationem, & prudens Iudex, quando in meritis diſcutientur depoſitiones talium teſtium, diiudicabit an illæ releuent nec ne, & ità in diſcordia interpretum pluries ſic decreui.

Prout non ſemel vidi altercatum inter Interpretes ſuper eo, quod dum dictum teſtis deſcribebatur à Notario dictatum ab Interprete ſuper interrogatorijs idem teſtis ſe corrigebat declarādo ſuum dictum, an talis declaratio, & correctio eſſet admittenda, dicebam quod ſic, & in eadem ſententia nunc perſiſto, ex quo teſtis poteſt nedum incontinenti, ſed etiam ex interuallo antequam recedat à loco examinis ſe corrigere, &
117 ſuum dictum declarare illi addendo, vel detrahendo, & in deciſione cauſæ in meritis, quando erunt ſcrutandæ depoſitiones integræ teſtium, tunc per Iudicem erit cognoſcendum an talis

correctio, vel declaratio reddat teſtem ſic depo-
nentem ſuſpectum, ſed interim illius depoſirio
erit ſcribenda, nihil addendo, vel diminuen-
do, *vt apposité firmat Rota deciſ. 139. n. 4. part.4.
diuerſ.*

Prout in terminis fortionibus, quod poſſit te-
ſtis peracto examine antequam ſe ſubſcribat pe-
118 tere, quod ſibi legatur ſua depoſitio, vt erro-
rem, ſi qui irrepſit, in ſua depoſitione, poſſit
corrigere, *vt poſt Bald.* de praxi laudabili,& om-
ninò in foro retinenda teſtatur *Rota dict.dec.139.
n.1. part.4. diuerſ. omuinò perlegenda*.

Quia verò Interpretis munus quaſi præcipuum
eſt, vt dicta teſtium in ſcriptis à Notario po-
nantur, non mutata illorum ſubſtantia *,vt ſuprà
firmatum fuit unm.*102., ideò ſi examinetur teſtis
Ruſticus, qui vtatur in narrando factum, ſuper
quo inrerrogatur verbis barbaris, & non bene
exprimentibns,poteſt Interpres depoſitionem Ru-
ſtici ſcribi facere melioribus, & elegantioribus
119 verbis, non mutata tamen ſubſtantia depoſi-
tionis, & quia poteſt naſci periculum in muta-
tione ſubſtantiæ depoſitionis, ideò ſi fieri po-
teſt verba Ruſtici barbarè, & cum ſimplicita-
te ab eo prolata ſimpliciter ſcribenda ſunt, ne
eius dicta extendantur vltra, & præterquam de-
ponunt, *Ab Eccleſ. obſeru. forenſ. 67. num. 9.
part. 2.*

Si verò agatur de examine teſtis Galli, Hiſ-
pani, Angli, vel alteriùs nationis exteræ, qui
non calleat linguam Latinam, vel Italicam, &
Interpres linguam illius non intelligat, tunc eſt
120 eligeudus Interpres, qui linguam nationis ex-
teræ, & loci teſtis calleat *dict. Ab Eccleſ.obſer.67.
num.* 10. *part.* 2., ſi verò Notarius cauſæ, &
121 Actorum intelligeret idioma teſtis exteri poſ-
ſet ille ſolus eum examinare, & eius depoſitio-
nem in linguam Italicam transfundere ſine alio
Interprete *Ab Ecelеſ. ibidem u.11.*

At licet Iudex cauſæ habeat notam linguam
teſtis exteri, adhuc non poteſt ipſe eſſe Interpres,
nec eius interpretationi ſtandum eſt, ex quo ſicut
Iudex non poteſt eſſe teſtis, & Iudex in eadem
122 cauſa,ità non poteſt eſſe Iudex, & Interpres
*Chart. de execut. ſeuten. capt. baunit. cap. 2. n. 54.
dict. Ab Eccleſ. obſer.67. n.12.*

Debent tali caſu adhiberi duo Interpretes, &
vnus ſolus partibus non conſentientibus non ſuf-
ficit, & tunc, quando Notarius ſcribit verba vul-
garizata teſtis exteri mediante Iuterprere, id fa-
123 cit dicendo ſic interpretata per N. Interpretem
deputatum per Iudicem, vel de conſenſu partium
& debet deindè Intetpres, vel Interpretes, ſi
ſint duo, ſubſcribere, & atteſtare in calce exa-
minis, ſic fuiſſe interpretatum *Chart. dict. cap.
2. num. 56., Ab Eccleſ. dict. obſeru. 67. num. 13.
& 16.*

Interpretis munus non poteſt exercere Aduo-
124 catus, vel Procurator in cauſa, in qua eſt fa-
ciendum examen *Cyriac. contr. 143. u.9. Poſt.
de manut. obſer. 92. num. 5., Ab Eccleſ. dict. ob-
ſer. 67. num. 14.* hoc idem dic in Sollicitatote
qui eamdem immò maiorem habet effectionem
125 ad cauſm, quam ſollicitat, cum iura loquentia
de Procuratore circa affectionem extendantut
ad Sollicitatorem *Rota deciſ. 52. num. 15. part.
15. recent.*, vbi ad propoſitum authotitates lo-
quentes de Ptocuratote cauſæ extendit ad Solli-
citatorem.

At huiuſmodi prohibitio non ſemel à malitia
Procuratorum remanet eluſa, nàm ad hoc, vt
non arceantur à munere Interpreris in cauſis, in
126 quibus ſunt renera Ptocuratores, ſupponunt
alium à principio cauſæ, qui illam agant, ſcù
defendant, & peracto ab ipſis examine, vti In-
terpretibus, non erubeſcunt catſas proſequi tan-
quam Proeutatores, cui malo moralitet impoſſi-
bile eſt remedium querere,debet ſolum cautus Iu-
dex maiori diligentia, dicta teſtinm ſi examina-
torum percunctari.

Interpretes autem, qui adſtiterunt examini te-
ſtium poſſunt eorum principalibus illorum dicta
pandere, cum adhibeantur non ſolum, ad hoc
vt melius à teſtibus habeatur veritas, & in illa
dictanda, vel deſcribenda fraus non committa-
tut, ſed etiam ad effectum ſciendi à proprio In-
terprete, quantum teſtes examinati probent, &
an egeat alijs reſtibus, ac meliori probatione,
127 nec per talem reuelationem quis dicitur diſcere
teſtificata *Scacc. de Iudic.lib.2.cap.8.n.225. verſic.
reſpondetur huic oppoſitioni, Poſt. de manut. obſer.
92. uum.9.*

At ſi quis ſit Interpres pro vtraque parte, quod
128 non poſſit pandere partibus dicta teſtium *tenet
Poſt. dict. n.9. in fiue*, qui tamen neminem addu-
cit pro ſua opinione; Ego vetò probabilius cen-
ſeo, talem Interpretem pro vrtaque parte poſſe
pandere dicta teſtium vtrique collitigauti,ſi enim
129 quãdo in cauſa ſunt duo Interpretes poteſt qni
libet illorum parti, quæ illum deputauit dicta
teſtium ex dictis reuelare,cut idem non poteſt fa-
cere Interpees pro vtraque parte electus, dum
vtrique parti illa pandit, & dum dictus Interpres
pro vtraque parte ſuccedit in locum vtriuſque
Interpretis, & hanc credo eſſe puram veritatem,
rationi innixam, nec *Poſtio* contrarium tenenti,
ſed nihil pro ſe adducenti eſt credendum, dum
contra illum ſtat ratio palpabilis.

Quando verò Interpres examinat pro vtraqne
parte mercedem pro aſſiſtentia examini recipie
130 ab vtroque collitigante *Galganett. ad hoc ſtatutũ
74. §. de Iure verſic. & ſi fuit datus Carpan.ad ſtat.
Mediolau. cap.403 u.18. part.1. Ludouic. deciſ. Pe-
ruſ. 74. n.9.*

Tandem adnerte, qnod Interpretis aſſiſtentia
131 in examine de Iure non requiritur,vndè examen
ſine illo factum non ſubiacet nnllitati, *Poſt. de
manut. obſer. 92. uum. 11., & ſeqq., Ab Ecclеſ.
dict. obſer. 67. uum. 14. part. 2.*, & requiritur ſo-
lum de ſtylo Curiæ *Ridolphiu. in praxi, part. 1.
cap.11. num.85. Rota deciſ.222. uum. 2., & 3. co-
ram Triol.*

Et vlterius quando examen fuit cæptum cum
132 Interprete, & poſteà partes conuenerunt, quod
continuaretur per Notarium cum ineerrogato-
rijs eſt validum *dict. deciſ.222.num.4., & 5. coram
Triolo*.

Si tamen adſit in alijs locis extra Curiã ſtylus
133 adhibendi Interptetem, tunc eſſet ſeruandus,
& prout in Curia ptacticatut, examen ſine illo
fieri uon poſſet.

De

Digitized by Google

De Aſſettamento, illiuſque Voto.
CAP. LXXIX.

ITem ſtatuimus, quod in omibus ſententijs,& articulis, & in his in quibus per præſentia ſtatuta appellare permittitur, & quando quis à poſſeſſorio ad ſuſpenſum petitorium parte opponente tranſire vellet, de conſilio, & voto totius Aſſettamenti, ſi id ab altera partium petitum fuerit, pronuncietur, & iudicetur; Et de tali Aſſettamento, & voto cauſæ Notarius rogari debeat, aliàs prædictis non ſeruatis, ſententia ipſo iure non valeat, & omnes Iudices teneantur ſine aliqua mercede, ſeù ſportulis votare, pœna vigintiquinque aureorum ipſo facto incurrenda, imminente: & ſi quid datum, vel receptum fuerit, aut promiſſum pro tali Aſſettamento, & voto, vni, vel pluribus Iudicibus, ſententia ſit ipſo iure nulla, reſpectu tantum committentis huiuſmodi corruptelam,& Iudicibus imputetur in corruptelā & pro corruptelæ delicto irremiſſibiliter in ſyndicatu puniatur, & poſſit is Iudex ab officio remoueri arbitrio Conſeruatorū. Senator autem Iudices pro Aſſettamentis faciendis, ſaltem ter in hebdomada de mane congregare teneatur, volumus etiam, quod in cauſis, in quibus à partibus votum Aſſettamenti non fuerit petitum, ſi Iudex aliquod conſiliū, ſuper aliquo ab aliis Iudicibus petat, teneantur illud gratis tradere, vt ſupra, quo caſu Notarij ſcriptura neceſſaria non ſit, nec tale votū in ſcriptis redigatur.

ARGVMENTVM.

Aſſettamentum, ac illius votum in Curia Capitolij quid ſit, & per quos Iudices componatur; Quando nec ne illi locus ſit, & in quibus cauſis, & in quo tale votum conueniat cum conſilio Sapientis.

SVMMARIVM.

1 *Votum aſſettamenti in Curia Capitolij eſt in quadruplici, differentia, & referuntur omnes illius ſpecies.*

2 *Aſſettamentum Capitolij in cauſis ciuilibus componitur ex quatuor Iudicibus, & qui ſint refertur.*

3 *Procurator Fiſcalis fori Capitolini non interuenit in Aſſettamento in cauſis Ciuilibus.*

4 *Interuenit dictus Fiſcalis in Aſſettamēto Criminali.*

5 *Iudices deputati extrà Capitolium debent proponere cauſas appellabiles coram ipſis pendentes in Aſſettamento, ſi petitur illius votum.*

6 *Aſſettamentum quibus diebus, & quo loco fiat refertur.*

7 *In Aſſettamento Iudices, qui præcedunt, & quis eorum primo det votum.*

8 *Votum in Aſſettamento primus dat cauſæ Ponens, ſiue Relator.*

9 *Votum regulariter dant ſeniores, ac digniores in Senatibus, ac Concilijs.*

10 *Votum alibi prius dant Iuniores, & quare, & num. 11.*

12 *Iudices deputati extra Capitolium eorum cauſas prius proponunt.*

13 *Iudices deputati extra Capitolium, in quo loco ſedeant in Aſſettamento refertur.*

14 *Iudex Criminalis in cauſis Criminalibus refert cauſas, ac primus dat votum in Aſſettamento.*

15 *Procurator fiſci Populi Romani dat votum in Aſſettamento in cauſis Criminalibus vna cum alijs Iudicibus Capitolij.*

16 *Reſolutiones captæ per Aſſettamentum in cauſis Criminum referuntur per Senatorem Papæ.*

17 *Reſolutiones in Aſſettamento non capiuntur, ſi non conueniant ſaltem tres ex quatuor Iudicibus.*

18 *In votorum paritate ſolet elegi alter Iudex extra illos quatuor Capitolij, ſi in ſecunda propoſitione tres ſaltem non concordent.*

19 *Reſolutio in Aſſettamento, ſi non capiatur concordantibus omnibus Iudicibus, fit cum expreſſione* pro maiori parte fuit votatum.

20 *Votum plurium vbi requiritur, ſi aliquis diſcordet capitur reſolutio, vbi maior pars conuenit.*

21 *Relator cauſæ ſi diſcordauit ab alijs in voto tenetur ſubſcribere ſententiam latam de voto aliorum.*

22 *Sententia prolata ſine voto Aſſettamenti eſt nulla, quando fuit petitum votum in cauſis appellabilibus.*

23 *Et prolata ſine tali voto in actis petito circumſcribitur tanquam nulla.*

24 *Votum Aſſettamenti pro conſilio non redigitur in ſcriptis à Notario, nec Iudex tenetur illud ſequi de neceſſitate, ſed bene ex vrbanitate, & num. 25.*

26 *Votum Aſſettamenti pro conſilio hodie in Capitolio peti non poteſt per Iudices, niſi in cauſis appellabilibus, vel ſi vtraque pars conſentiat, & renunciet appellationi.*

27 *Aſſettamentum procedens vti Signatura Iuſtitiæ in commiſſione cauſarum, vel in declaratione, ad quos Iudices illæ ſpectent, quomodo reſcribat.*

28 *Signaturæ Iuſtitiæ, illius Præfectus, ac Regens Cancellariæ non ſe ingerunt, nec reſcribunt in cauſis fori Capitolini.*

29 *Aſſettamentum antiquitus poterat fieri cum tribus Iudicibus, ſi alter illorum abeſſet, vel egrotaſſet.*

30 *Contrarium eſt verius ex hoc ſtatuto, & Reformatione* Innocentij XI., *dum Aſſettamentum debet eſſe plenum, & integrum, & num. 32. ad 37.*

31 *Verbum* totum *denotat idem, quod* integrum.

35 *Plurium conſenſus, vbi requiritur, debent omnes eſſe præſentes, licet omnes non conſentiant.*

38 *Suſpectus ſi allegetur aliquis ex Iudicibus componentibus Aſſettamentum, tunc deputatur alter Iudex extra Capitolium.*

39 *Aſſettamentum in cauſis, in quibus procedit tanquam Signatura non attendit recuſationem Iudicum.*

40 *Cauſæ omnes de Iure ſunt appellabiles, ſi contra-*

rium

rium non oſtendatur, & in illis eſt locus Aſſettamento, & num. 41., & 50.

42 *Votum Aſſettamenti habet locum, etiam in cauſis reſtitutionis in integrum principaliter, & n. 43. & 44.*

45 *Nullitates tantum ex defectu Iuriſdictionis, citationis & mandati attenduntur in Curia Romana.*

46 *Nullitas ex capite non conceſſi voti Aſſettamenti in cauſis appellabilibus præſefert defectum Iuriſdictionis, & num. 47.*

48 *Votum Aſſettamenti debet dari etiam in cauſis ſummarijs, cum in illis detur appellatio, & numer. 49.*

50 *Cauſa ſi ſit dubium anſpectet ad Aſſettamentum, per hoc ſit declaratio.*

51 *Aſſettamentum non intrat in cauſis à ſcutis decem, infra, cum in illis reiciatur appellatio, & numer. 52.*

52 *Nec intrat in cauſis obligationis Cameralis.*

53 *Intrat in cauſis concurſus Creditorum, non attenta obligatione Camerali.*

54 *Intrat in cauſis obligationis Cameralis purificandis per probationes extrtuſecas faciendas per teſtes.*

55 *Intrat quando agitur de obligatione Camerali contenta in Inſtrumento celebrato per minores, vel mulieres ſine ſolemnicatibus ſtatutarijs, & quando ſecus n. 56.*

56 *Intrat ſi agatur de obligatione Camerali exequenda poſt triginta, vel quadraginta annos.*

57 *Aſſettamentum non conceditur in cauſis Notariorum Curiæ Capitolinæ, niſi prius parito iudicato per Senatorem, vel Collaterales Iudices in eorum cauſis.*

58 *Reuiſio in Aſſettamento in cauſis Notariorum datur parito prius iudicato per Senatorem, vel Collaterales.*

59 *Votum Aſſettamenti datur quando petitur exequatur contrà perſonam, & bona propria hæredis beneficiati, qui oſtendidit Inuentarium, & reddidit rationem.*

60 *Statuta Vrbis non comprehendunt Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas.*

61 *Statutum ſuper conſilio Sapientis, & voto Aſſettamenti eſt ordinatorium, & comprehendit Clericos in foro laico litigantes.*

62 *Comprehendit forenſes in foro Capitolino litigantes.*

63 *Votum Aſſettamenti debet peti antè factum decretum, & non poſt concluſum in cauſa, & numero 64.*

64 *Iudex poſt factum decretum, vel concluſum in cauſa poteſt Votum Aſſettamenti concedere, & num. 65. & 66.*

67 *Votum Aſſettamenti non debet dari poſt factum decretum, licet Iudex mandauerit poſtea ſuperſederi.*

68 *Votum Aſſettamenti ſemel peti non ſufficit, ſed debet repeti illius petitio in qualibet Inſtantia.*

69 *Contrarium, & quod ſufficiat ſemel eſſe petitum, & reycitur* Fenzon. hic num. 11., & ſeq. contrarium tenens, & num. 69. & 70. & 71.

72 *A recuſatione Iudicis cenſetur receſſum per comparitionem factam coram eo poſt recuſationem.*

73 *Referuntur DD. agentes de materia voti Aſſettamenti, & conſilij Sapientis.*

HOc ſtatutum mandat, quod in ſententijs, & articulis, in quibus per Statuta Vrbis appellare permittitur, non pronuncietur per Iudices Capitolij, niſi de voto Aſſettamenti, ſi tale votum per alteram ex partibus litigantibus fuerit petitum, & ſententia alias lata ipſo Iure non valeat.

Materia huius ſtatuti eſt ſatis ſterilis, ſed in illa procedi poteſt cum regulis Conſilij Sapientis, vel voti Aſſeſſoris, & quia dum Iuridicundo præfui in foro Capitolino plures ſuper tali voto concedendo, vel denegando vidi exortas controuerſias, quæ nec inueniuntur deciſæ, nec de facili haberi poſsunt perſonæ circa praxim fori Capitolini verſatæ, quæ ſuper illis conſuli poſſint, cum defecerint ſeniores Curiales, & Iuniores parum talem praxim calleant, propterea commentando hoc ſtatutum primo, noto, quod tale votum in Curia Capitolina ſtat in quadruplici differentia.

Primo votum Aſſettamenti ex ſtatuti litera hic datur in cauſis appellabilibus, ſi ab altera
1 partium petatur; ſecundo votum huiuſmodi quandoque etiamſi à partibus non petatur, petitur ab ipſo Iudice cauſæ; Tertio tale votum datur in cauſis criminalibus fori Capitolini *ex Stat. Vrb. lib. 1. capit.* 80. Quarto votum præfatum à moderno tempore *ex Reformat. S. Mem. Innocentij XI. redacta in Conſtitutionem in Rub. de Capitol. eiuſque Official. § primo*, datur in declaratione cauſarum Curiæ Capitolinæ, ad quos Iudices in ea ſpectent, & an & quomodo appellationes, ac reſtitutiones in integrum ſint admittendæ, ſi enim partes non acquieſcant in his materijs prouiſionibus captis à Senatore figuram Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ gerente in foro Capitolino ex præfata Reformatione Innocentiana, tunc plenum Aſſettamentum Iudicum eiuſdem fori Capitolini repreſentans ex eadem Reformatione figuram, ac vices plenæ Signaturæ Iuſtitiæ ſuper prædictis reſcribit.

Huiuſmodi Aſſettamentum in cauſis ciuilibus & in prima ſecunda, & quarta ſpecie mox relatis componitur ex quatuor Iudicibus fori Capitolini, nempè Senatore, Primo, ac Secundo Collate-
2 ralibus, & Iudice Maleficiorum, vt apparet ex motu proprio Pij IV. impreſſo apud *Fenzon. fol. mihi* 622., & teſtatur *Luc. Pet. in prax. lib. 2. cap. 13. num. 2. Cardin. de Luc. de Relat. Curiæ forenſ. diſt. 37. num.* 10. qui perperam addit pro quinto Iudice Procuratorem Fiſcalem Romani Populi,
3 cum hoc deuiet à veritate, & ab antiqua, & moderna praxi per me ſpatio octo annorum oculariter viſa, dum ſolum interueniunt in Aſſettamento quatuor Iudices ſupra relati, non autem Fiſcalis, qui ſolum habet ſuum votum deciſiuum in cauſis criminum in Aſſettamento, ac Congre-
4 gatione Criminali, de quibus in ſequenti *ſtatut.* 180.

Si tamen in aliqua cauſa fuerit allegatus in prima Inſtantia ſuſpectus aliquis ex Collateralibus Iudicibus ordinarijs fori Capitolini, & fuerit deputatus aliquis Iudex extra Capitolium, tùnc cum talis Iudex deputatus in locum Iudicis Ordinarij in omnibus, & per omnia ſuccedat *ex*
5 *Stat. Vrb. lib. 1. cap.* 12., propterea ſi coram tali Iudice deputato petatur votum Aſſettamenti in

cau-

Digitized by Google

cauſis appellabilibus ad formam huius *Stat. 79.*
debebit cauſas, in quibus eſt deputatus in Aſſet-
tamento proponere, & hæc eſt praxis fundata
in dict. ſtat. 12. vbi talis Iudex in omnibus, & per
omnia repreſentat Collateralem Iudicem Ordi-
narium, in cuius locum eſt deputatus, & propte-
rea ſicut Collaterales tenentur dare tale votum
Aſſettamenti in cauſis appellabilibus, itá & Iu-
dices illos repreſentantes vti deputati in illorum
locum.

In Aſſettamento prædicto, quod congregatur
in ædibus Senatoris illi à publico deſtinatis in
Capitolio (prout fieri debent in loco publico
huiuſmodi congreſſus Iudicum *Theſaur. in præfat.*
ad ſuas deciſ. n. 36.) conueniunt omnes dicti qua-
6 tuor Iudices ter in hebdomada ſi adſint cauſæ,
quæ in illo ſint proponendæ nempè Martis, Io-
uis, & Sabbathi, vt teſtatur *Luc. Pet. in prax. li-*
br. 2. cap. 13. num. 3., ſed meo tempore cum non
adeſſet illa quantitas cauſarum, quæ aderat an-
tiquis temporibus, ferè ſemper vidi illud tentum
die Martis de mane, & die Iouis antecedentis
poſt prandium in ijſdem ædibus Senatoris in
Capitolio præfati Iudices ſimul congregari au-
diebant in cauſis Informationes oretenus Aduo-
catorum, & Procuratorum, & in diebus ſubſe-
quentibus à die Iouis ad illam Martis habebant
congruum tempus examinandi informationes fa-
cti, ac Iuris, quæ dabantur pro parte litigan-
tium.

Congregati propterea præfati Iudices dicta
die Martis, vel ſi numerus, ac neceſſitas cauſarum
ità expoſcat, etiam die Iouis, vel Sabbati in ædi-
bus Senatoris ſedent circum menſam inſtructam,
itaut à capite Menſæ ſedeat in primo loco Sena-
tor, ſecundo loco à manu dextera ſedet Primus
Collateralis, à ſiniſtra Secundus Collateralis, &
ſubtus primum Collateralem in eadem manu de-
xtera ſedet Iudex Maleficiorum, & quiſque pro-
7 ponit cauſas coram ſe pendentes, ſuper quibus
omnes quatuor Iudices votant, & primus om-
nium proponit Senator, ſi habet cauſas propo-
nendas & poſteà Primus Collateralis, tertio loco
Secundus Collateralis, & vltimus omnium Iudex
Maleficiorum ſi habet aliquam cauſam tanquam
Iudex deputatus à Senatore in locum alterius ex
Collateralibus ſuſpecti allegati.

Votum dicti Iudices perhibent hoc modo,
cauſæ Relator, & Ponens, quiſque ille ſit, etiam
8 Senator, primus eſt in notando cauſam à ſe rela-
tam, & in hoc *Garon. de Senator. lib. 1. tit. 4. capit.*
11. num. 50. teſtatur de ſimili praxi Senatus Me-
diolani, poſtea primo loco dat votum Iudex Ma-
leficiorum tanquam vltimus in ſedendo, ſecun-
do votum exhibet Secundus Collateralis, tertio
illud profert Primus Collateralis, & demum Se-
nator, & licet de Iure deberent poſt cauſæ Rela-
torem votare Senator, & exindè Primus Colla-
teralis, mox Secundus, & demum Iudex Malefi-
9 ciorum, & ſic digniores iuxtà eorum ordinem ex
traditis *plenè per Mut. ſuper capit. Regn. Sicil. tom.*
6. cap. 11. num. 107., *& ſeqq.*, attamen cum in
hoc attendatur conſuetudo Tribunalium, vt prius
votent Iuniores, & Inferiores, adhoc vt poſſint
liberius votum proferre, & non ſint timoroſi in
10 redarguendo vota prolata à Senioribus, & di-
gnioribus, *vt per dict. Mut. ibid. num. 110.*, pro-
pterea talis conſuetudo in hoc tanquam rationa-
nabilis eſt attendenda, vt in ſimili in Senatu Sa-
baudiæ poſt Relatorem priùs votant illi, qui po-
11 ſtremo in ordine Senatus ſunt cooptati, *vt poſt*
Fabr. in ſuo Cod. lib. 1. tit. 7. definit. 4. refert Garon.
de Senator. lib. 1. tit. 4. cap. 11. num. 51.

Si verò aliquis Iudex deputatus extra Capito-
lium, ſiuè ſit Prælatus, ſiuè Aduocatus, vel cauſa-
rum Patronus proponat cauſam in Aſſettamento,
cum hic ſolum in cauſa, in qua eſt deputatus,
votum proferat, & propterea non ſit congruum,
quod expectet quouſque decidantur omnes cau-
ſæ, quæ proponuntur per dictos quatuor Iudices
ordinarios Aſſettamenti, hinc ex vrbanitate ſem-
12 per vidi, quod tales Iudices deputati extra Ca-
pitolium fuere admiſſi ad proponendum antè Iu-
dices ordinarios, qui Iudices deputati in Aſſetta-
mento cauſas ipſis delegatas referunt, & primi
tanquam cauſæ Ponentes, & Relatores dant pro-
prium votum, & exinde votant cæteri quatuor
Iudices ordinarij Aſſettamenti, excepto tamen,
ſi adſit ille, qui fuit allegatus ſuſpectus in cauſis
delegatis extrà Capitolium, in quibus tanquam
recuſatus non votat, & tali caſu Iudices deputati
13 in Aſſettamento ſedent in vltimo loco poſt alios
quatuor Iudices ordinarios Aſſettamenti, ſi ſint
Aduocati, vel cauſarum Patroni licet inſignes, ſi
tamen ſint Prælati vtriuſque Signaturæ Referen-
darij, vel Aduocati Conciſtoriales, tunc excepto
Senatore præcedunt omnes circa locum ſedendi
in Aſſettamento, & ſic vidi practicatum.

Quàndo verò agitur de Aſſetamento in cauſis
criminalibus Iudex Maleficiorum refert proceſſus
14 criminales contra Reos, & dat prius ſuum vo-
tum circa pænam illis infligendam, vel circà eo-
rum abſolutionem, & excarcerationem, & in tali
Aſſettamento dat ſuum votum etiam Procurator
15 Fiſcalis Incliti Populi Romani, ſedens vltimus
in Aſſettamento, & poſteà dant votum Secundus,
indè Primus Collateralis, & demùm Senator, &
cum tale Aſſettamenti votum in criminalibus
detur, quando agitur de pœna vltimi ſupplicij
triremium, vel alia corporis afflictiua pro deli-
ctis, vel de tortura, ac alia ſpecie tormentorum,
ad ernendam veritatem à Reo conſtituto ſuper
delicto, hinc in hac materia cautè procedendum
eſt, & multoties, dum habebam ſuper cauſa dif-
ficultates, licet Iudex Maleficiorum eſſet Vir ver-
ſatus, & integer, volui videre in fonte proceſſus
informatiuos, & defenſiuos, vt exactiùs cauſas
diſcurrere poſſem, & Iuſtitiam melius admini-
ſtrare.

Super quo voto Aſſettamenti criminalis, nota
hic, quod reſolutiones, quæ in illo capiuntur
16 pro condemnatione, vel abſolutione Rei carce-
rati referuntur per Senatorem Papæ, dum Senator
habet qualibet die Mercurij audientiam à Papa,
& hic ferè ſemper mandat expediri carceratos
iuxtà reſolutionem captam ab Aſſettamento, ſeù
eius Congregatione criminali, & ſi quandoque
reſolutio illi non ſatisfacit, mandat illam denuò
reuideri per idem Aſſettamentum, vel gratiam
facit, vel minorat pænam, ſed raró eius arbitrio
pleno, vti Rex, ac Supremus Princeps etiam in
temporalibus.

Vt reſolutio in Aſſettamento ciuili capi poſſit
17 requiritur, quod ſaltem tres ex quatuor Iudici-
bus

Digitized by Google

bus conueniaut in idem votum, nam ſi dno tan-
tum conuenirent, adeſſet paritas votorum, &
cauſa remaneret indeciſa, & teſcriberetur *dilata*,
vel *Iterum proponatur*, & ſi in cauſæ repropoſitio-
ne, quod raro euenit, iterum vota eſſent paria
in tertia cauſæ propoſitione deputatur aliquis
18 alius extrà Capitolium pro adiuncto in Aſſetta-
mento, ad hoc ve ex præponderantia voti poſſit
capi reſolutio, ſed hoc meo tempore nunquam
accidit.

Quando capitur reſolutio in Aſſettamento con-
uenientibus omnibus votis, tunc fit reſolutio ſim-
19 pliciter, ſi verò ſolum tres conueniant, & vnus
diſcrepet à reſolutione, ſolent addi reſolutioni
hæc verba *pro maiori parte fuit votatum*.

Quæ expreſſio *pro maiori parte* non ſine funda-
mento ponitur in traditione voti, quia licet in
illis, quæ decidi debent de voto plurium præua-
lere debet maioris partis Iudicum in vnum aſ-
ſenſus, licet alij diſſentiane, non tamen diſſen-
tientes coguntur ſe ſubſcribere contra propriam
20 conſcientiam reſolutioni captæ à maiori parte
Iudicum, vt diſerte probat *Bim. conſ.* 105. *n.* 15.
& ſeqq. lib. 2., vbi adducit authoritates, ac ra-
tiones magni ponderis.

Si tamen ille, qui diſſentit ſit cauſæ Ponens, &
Relator, & qui propterea pronunciare debet de
21 voto Aſſettamenti, adhuc tenetur ſubſcribere
ſententiam, quam profert de tali voto Aſſetta-
menti, & ita ſe habet praxis Fori Capitolini, &
de Iute hoc idem probat *Bim. dict. conſ.* 105. *n.* 30.
& 31., & ſic vna vice mihi euenit ſpatio octo
annorum, dum contra proptium votum protuli
ſententiam de voto Aſſettamenti pro maiori par-
te, me diſſentiente prolatum.

Votum Aſſettamenti in cauſis appellabilibus
22 ſi ſit petitum, omninò dari debet, & ſine illo per
Notarium publicando, ſententia prolata eſt nulla
ex hoc *Statuto* 79., & in ſimili probat *Burſatt.
conſ.* 90. *num.* 44., *&* 45. *lib.* 1., & alias dum qui-
dam Prælatus votum petitum, ac in omni actu
repetitum in cauſa appellabili denegaſſet, & ſen-
tentiam ex ſe protuliſſet, conſulto Aſſettamento
tanquam Signatura Iuſtitiæ ex Reformatione
23 S. Me. Innocentij XI. prodijt reſolutio *circum-
ſcripta ſententia R. P. D. N. Senator deputet alium
Iudicem*, & licet fuerit à tali reſolutione reclama-
tum, & aditus Auditor S. M. Innocentij XI. hic
partibus perſæpè auditis approbauit reſolutio-
nem Aſſettamenti, quia erat innixa claræ diſpo-
ſitioni *Statuti Vrb. hoc cap.* 79.

At quando agitur de voto Aſſettamenti pro
conſilio, hoc eſt, quando illud non petitur à par-
tibus, ſed Iudex ex ſe in aliqua cauſa ſiue articulo
petit conſilium, ſeu votum Aſſettamenti, tali
caſu conſilium, ſeu votum datum ab Aſſettamen-
to non redigitur in ſcriptis à Notario ex verbis
huius *Statut.* 79., nec illud producitur coram Iu-
24 dice cauſæ, cum tale votum, ſeu conſilium, non
præſtet Iudici, qui illud voluntariè petijt, neceſ-
ſitatem iuxtà illud iudicandi *Vant. de nullit. tit.
de nullit. ex defectu Iuriſd. n.* 152., bene verum eſt,
quod nunquam ipſe vidi in iudicando receſſum
25 à dicto voto petito per Iudices pro conſilio, nam
eſſet ſatis incongruum, quod ille Iudex, qui in
illa cauſa, in qua fuit anceps, & propterea pe-
tijt votum Aſſettamenti pro conſilio, velit poſtea
conſilio habito contra illud iudicare, ſed ſolet,
ſi ſibi ſuperuenit difficultas ſuper reſolutione ca-
pta per Aſſettamentum, denuò illud conſulere.

At hodie dictum votum pro conſilio parum eſt
26 in vſu in Capitolio, ex allegata quippè *Reforma-
tione Innocentiana in Rubr. de Capitol. eiuſque offi-
cialibus* §. *ſecundo* fuit ſancitum, quod dictum
votum pro conſilio poſſint Iudices Capitolini
petere ſolum in cauſis appellabilibus ad vtrum-
que effectum, vel quoties vtraque pars collitigans
expreſsè conſentiat in votum Aſſettamenti, cum
renunciatione cuicumque appellationi, reſtitu-
tioni in integrum, & alteri cuicumque recurſui,
itaut partes dare velint finem liti cum dicto voto
Aſſettamenti.

Dictum fuit ſupra quod circa competentiam
Iuriſdictionis inter ipſos Iudices Capitolinos,
vel circa modum admittendarum appellatio-
num, vel reſtitutionum in integrum, Senator tan-
27 quam Præfectus Signaturæ in cauſis Fori Capi-
tolini ex ſe prouidet, ſin minus hoc facere nolit,
vel ſi proceſſerit, & eius prouiſio non ſatisfaciat
alteri ex partibus litigantibus, tunc Aſſettamen-
tum loco plenæ Signaturæ Iuſtitiæ in Foro Capi-
tolino reſcribet prout de Iure, vel canonizando
geſta à Senatore cum reſcripto *Nihil*, *& ſeruetur
decretum D. Senatoris*, vel ſi Senatoris prouiſio
non apparet Iuris conſona, reſcribitur ſecundum
facti contingentias, cauſam ſpectare ad D. Capi-
taneum, vel ad Secundum, vel Primum Collate-
ralem, Appellationem, vel reſtitutionem in in-
tegrum eſſe admittendam ad vtrumque effectum,
vel in deuolutiuo tantum, vel ſi Capitaneus ad-
miſerit appellationem non admittendam in ſu-
ſpenſiuo, vel reiecerit admittendam, aliquis ex
Collateralibus noluerit admittere inhibitionem
vigore reſtitutionis in integrum in ſuſpenſiuo ad-
mittendam, vel admiſerit reijciendam, ſolet Aſ-
ſettamentum reſcribere D. Capitaneus, vel D. Pri-
mus, vel Secundus Collateralis procedat in deuo-
lutiuo tantum, vel procedat ad vtrumque effe-
ctum iuxtà facti, & cauſarum particularium cir-
cumſtantias.

Reformatio autem Innocentiana, ideo Aſſetta-
mẽto Fori Capitolini attribuit facultates, & præ-
eminentias Signaturæ Iuſtitiæ pro cauſis intro-
ductis in illo foro, quia ex motu proprio *Iulij II.
28 impreſſo apud Fenzon. ad Stat. Vrb. fol. mihi* 628.
in cauſis legitimè introductis in Foro Capitoli-
no, Siguatura Iuſtitiæ, illius Præfectus, Regens
Cancellariæ non habent aliquam Iuriſdictionem
reſcribendi, ſed cauſæ in omnibus inſtantijs in
eodem foro terminari debent, iuxtà formam Sta-
tutorum Vrbis, & ſolum per Signaturam ipſius
met Papæ poſſunt à dicto Foro auocari, & cum
perſæpè prouiſiones captæ à Senatore, vel Capi-
taneo circa appellationes, non ſatisfacerent par-
tibus, opus erat recurrere ad Papam, hinc me-
diante dicta Reformatione Innocentiana non eſt
opus amplius recurrere ad Papam, ſed Senator
gerens vices Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ in Capi-
tolio, & Aſſettamentum plenum Signaturam Iu-
ſtitiæ in omnibus procedere debet, vt ſupra, &
prout in eadem Reformatione præſcribitur.

Diximus, quod Aſſettamentum componitur
ex quatuor Iudicibus ſupra numeratis, nempè
Senatore, duobus Collateralibus, ac Iudice ma-
leſi-

Digitized by Google

lſficiorum, quæritur quid ſi vnus ex illis ægrotet,
vel abſit de licentia Papæ, vel tanquam ſuſpectus
ſit recuſatus, an Aſſettamentum poſſit fieri cum
29 tribus Iudicibus, & quidem antiquitus antè hoc
Stat. 79. potuiſſe fieri Aſſettamentum cum tribus
Iudicibus patet *ex conſtit. 34. §. 6. Pij IV. Bullar. nou. tom. 2.* regiſtrata etiam *apud Fenzon. ad Stat. Vrb. fol. mihi 622.*

At contrarium ipſe exiſtimo attenta diſpoſitione præſentis ſtatuti conditi poſt dictam Con-
30 ſtitutionem Pij IV. ex illis verbis *de voto totius Aſſettamenti*, vt expreſsè hoc firmat *Luc. Pet: in prax. lib. 2. cap 13. n. 10.*, vbi quod ſi quis Iudicum ægrotet, vel abſens ſit, ſi diù abſentia ſit duratura, Senator alium Iudicem etiam extra Capitolium eligere debet pro tempore, quo impedimentum durabit, & certè hoc colligitur ex illo verbo *totius Aſſettamenti*, cum tale verbum *to-*
31 *tum* denotet, Aſſettamentum integrum conſtans ex quatuor Perſonis pro eo faciendo deputatis *Barboſ. dict. 403. n. 2. Monach. deciſ. Florent. 72. n. 1.*, & ibi *Rot. in Ilcinen. Iuriſpatronatus coram Rembold. num. 35. impreſſa etiam in recent. part. 1. deciſ. 697.*

Idque clarè voluiſſe videtur dictam *Reformatio-*
32 *nem Innocentij XI. in Rubr. de Capitol., eiuſque Officialibus §. 3.*, vbi præcisè fuit declarata præfata Conſtitutio Pij IV., & diſpoſitum, quod in caſum abſentiæ, vel infirmitatis, vel allegationis ſuſpecti vnius ex quatuor Iudicibus conſtituentibus Aſſettamentum, ad hoc vt illud ſit plenum, Senator debeat ſubrogare alium, vel alios in locum illorum, qui impediti ſunt, & quatenùs
33 partes habeant ſuſpectum Senatorem, tunc Auditor Papæ prouidebit, vndè dicta Reformatio clarè adhærens ſtatuto oſtendit ad oculum, quod Aſſettamentum debet eſſe plenum ex quatuor Iudicibus, & dum de hoc fuiſſem interrogatus à bo. mem. Marchione Iulio Cęſare Nigrellio meo tempore Senatore, dixi hoc eſſe clarum, licet meus ſenſus non placuerit ſub prætextu, quod praxis fuiſſet in contrarium etiam poſt ſtatutum, & ego dixi praxim aberrare à claris verbis ſtatuti, & ab illius ratione mox referenda, & proptereà Reformatio Innocentiana agnoſcens ſtatutum in hoc eſſe clarum, denuò ſanciuit, quod Aſſettamentum in caſum impedimenti alicuius ex Iudicibus componentibus fieret cum adiuncto, vel adiunctis, ad hoc vt eſſet plenum.

Et quidem ratio ſtatuti, ac illa Reformationis Innocentianæ eſt fundata in eo, quia votum Aſ-
34 ſettamenti ſolum in tribus perſonis, ſi vnus ex illis diſſentiret, remaneret in duabus perſonis, & ſic partes litigantes, non poſſent dici ſatisfactæ in deciſionibus cauſarum cum plurimorum voto, dum duorum tantum Iudicio terminarentur.

Idque amplius roboratur, ex quo ſi plurimorum Iudicum conſenſu debet aliquid definiri, ſufficit quidem, quod maior pars illorum in vnam ſententiam deueniat, licet minus pars con-
35 tradicat, dummodò omnes ſint præſentes, nam ſua pręſentia poteſt quis faciliter trahere alios in propriam ſententiam, ſed non ſufficit, quod plures in vnam ſententiam concordent, ſi aliquis ſit abſens, vt præcisè, ac benè probat doctiſſimus *Bim. conſ. 105. n. 2., & ſeqq. lib. 2.*

Et eſt conſideratione digna etiam alia ratio, quod dum ex dictis totum Aſſettamentum con-
36 ſtat ex quatuor Iudicibus, ſi omnes interueniant, & tres non conueniant in vnam ſententiam, votum cauſæ non datur ob paritatem votorum, vndè petenti Aſſettamentum non eſt præcludenda defenſio cum voto omnium, & non debet pati votum, & cauſæ iacturam cum duobus votis tantum; ſi fieret Aſſettamentum cum tribus Iudicibus.

Hic eſt meus ſenſus, cum quo conſtanter perſiſto, & alias requiſitus ſic retuli bo. me. Cardi-
37 nali de Luca tunc Auditor S. Me. Innocentij XI. qui dixit me benè ſentire cum ſtatuto, & cum Reformatione, ſed ob venerationem magnam debitam præfato Senatori Nigrellio, nihil tunc fuit reſolutum, quia dum ſuper prædictis diſputabatur, Aſſettamentum non fuit tentum, & interim ceſſauit impedimentum Iudicis, qui non poterat illi interuenire.

Prædicta ceſſant, quando alter ex quatuor Iudicibus Aſſettamenti recuſatur ſuſpectus, dum
38 cauſa proponitur in Aſſettamento, tunc enim, cum non agatur de impedimento abſentiæ, vel infirmitatis temporalis, ſed de impedimento ſemper excludente Iudicem recuſatum ſuſpectum in illa cauſa, propterea erit locus tali caſu ſine difficultate deputationi alterius in locum ſuſpecti allegati, ad hoc vt Aſſettamentum ſit plenum ex motiuis ſupra allegatis.

Quando tamen votum Aſſettamenti non expoſcitur ad deciſionem cauſarum in meritis, iuxtà
39 formam huius *Statuti 79.*, ſed ſolum illud procedit in cauſis tanquam Signatura Iuſtitiæ, ad effectum decernendi an, & quando cauſæ ſint appellabiles, vel ad quos Iudices ſpectent, tunc non ſolet admitti allegatio ſuſpecti, ſed omnes Iudices procedunt, ea fortè ratione, quia non agitur de magno præiudicio, prout eſt in deciſionibus cauſarum in meritis.

Dicit noſtrum ſtatutum, quod Aſſettamenti
40 Voto locus ſit in omnibus ſententijs, & articulis, & in his, in quibus per ſtatuta Vrbis appellare permittitur, nunc videndum, quæ cauſæ ſint appellabiles, & quæ non, & in quibus proptereà ſit locus dicto voto, vel potiùs illud ſit denegandũ.

Et quidem dic, quod omnes cauſæ de Iure præſumuntur appellabiles (& ſic eſt locus Aſſettamento,) nam cum appellatio ſit fauorabilis,
41 ſemper cenſetur permiſſa, niſi expreſsè reperiatur prohibita, vndè prætendens cauſam non eſſe appellabilem debet ipſe hoc oſtendere, *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 167. n. 28., & 29. plenè Scace. de appell. quæſt. 17. n. 1., & infra.*

Vndè habet locum etiam in cauſis reſtitutionis in integrum principaliter, & ſententia lata à Iudice reſtitutionis in integrum ſine tali voto per vnam ex partibus petito nulla eſt, & ſic cenſuit
42 Aſſettamentum in Romana legati inter D. Franciſcum Cincium, & Vgolinos pendente coram R.P.D. Bẽntiuolo Iudice deputato in gradu reſtitutionis in integrum in locum Secundi Collateralis ſuſpecti allegati, dum Aſſettamentum ne-
43 dum circumſcripſit eius ſententiam prolatam ſine dicto voto per reiteratas vices petito, ſed cum idem Pręlatus ſe declarauerit nolle accedere ad Aſſettamentum, fuit etiam per hoc reſponſum pro deputatione alterius Iudicis.

Et dum ſcribentes contra oullitatem ex defe-
ctu voti Aſſettamenti dicerent, illud non requiri
iu gradu reſtitutionis in integrum, ſuit reſpon-
ſum praxim antiquiſſimam Tribunalis eſſe in
44 contrarium, & ſic de Iure probari, dum in cauſis
pendentibus in gradu reſtitutionis iu integrum
principaliter proceditur prout in ordinarijs *ex
Stat. Vrb. lib.1. cap.50.*, & ibi nos obſeruauimus.
Nec poterat tolli nullitas ex defectu voti Aſſet-
tamenti, ex quo per *Conſt. Py IV. 34. §. quod pro
45 celeriori, Bullar. nou. tom.2. & Conſt.71. Pauli V.
Rubr. de Iudicibus in cauſ. Ciuil. Bullar. nou. tom.3.,
& per Reformat. Innocentij XI. Rubr. de Capitol.,
eiuſque official. §. final.* ſint reiectæ omnes nullita-
tes, vltra tres, ſcilicet ex defectu Iuriſdictionis,
citationis, & mandati, & per conſequens non
eſſet attendenda nullitas ex defectu voti Aſſetta-
menti, nam teſponſum ſuit, talem nullitatem
reduci ad vnam ex dictis tribus nullitatibus,
nempè ad illam ex deſectu Iuriſdictionis, dum
Stat. Vrb. hoc cap. 79. declarat nullam ipſo Iure
46 ſententiam latam ſioe tali voto, dum ſuit in tem-
pore petitum in cauſa appellabili, vndè Iudex
procedens tali voto non adhibito dicitur carere
Iuriſdictione per ſtatutum ſublata, vt in proximis
termiois *Luc. Pet. in praxi lib. 6. cap. 1. de cauſ.
reſtitut. in integr. n. 30.*, & præcisè *Vant. de nullit.
tit. de nullit. ex defectu Iuriſdict. num. 152. verſ. ſi
verò fuerimus, & ſeqq.*, & ad hoc facit dicta Re-
47 formatio Innocentiaua *allegat. Rubr. de Capitol.
§. ſecundo*, vbi ſuper voto Aſſettamenti, & modo
obſeruandi noſtrum ſtatutum hic ſuper tali voto
præſcribitur certa ſorma, quæ eſſet fruſtratoria,
ſi non poſſet allegari nullitas ſententiæ, ac decreti
Iudicis procedeus ex deſectu talis voti Aſſetta-
menti.

Tale votum Aſſettamenti ſi ſuerit petitum de-
bet adhiberi etiam in cauſis ſummarijs ex ſtatu-
tis Vrbis, vel de Iure, nam quod in cauſis pro-
cedatur ſummariè præſefert tantum, quod circa
48 modum procedendi, & ordinem iudicij non ex-
tendantur apices iuris, non autem tollitur ap-
pellatio *Luc. Pet. in prax. lib.3. cap.2. nu.16., Scacc.
de appell. quæſt. 17. num.7., & 8.* vbi loquitur in
terminis *Stat. Vrb.* 88. de cauſis ſummarijs, vndè
ex ſola ſummarietate cauſę non procedit via exe-
cutiua, nec inappellabilitas illius, niſi ex alio
titulo ſit executiua, & propterea in cauſis ſum-
marijs appellabilibus eſt locus Aſſettamento ex
firmatis in ſimili in Conſilio Sapientis, quod ha-
49 beat locum etiam in cauſis ſummarijs *Tort. ad
Stat. Pap, Rubr. de ordin cauſ. ciuil. nu.657. fol.199.
Cauagnol. ad Decret. Montisferr. decret.16. quæſt.4.
num.1., & benè Scacc. de appell. qu.17. num9. & dixi
plenius ad Stat. Vrb. 88. lib.1. artic.3. à nu,162.*

Sufficit illi, qui petijt votum Aſſettamenti ad
effectum, vt illud ſit concedendum, dicere quod
50 cauſa ſit appellabilis, cum omnis cauſa præſu-
matur talis, & qui prætendit inappellabilitatem
debet hoc oſtendere per limitationem *Scacc. de
appel. alleg. quæſt.17. num. 1. verſic. & quod appel-
latio, & num.4.*, & ſi naſcatur ſuper hoc dubium
poterit, vel adiri idem Aſſettamentum tamquam
Signatura Iuſtitiæ pro declararione, an cauſa
51 ſpectet ad Aſſettamentum, vel Iudex, coram
quo cauſa pendet, & à quo petitur, vt proce-
dat cum tali Voto, poterit vt fieri conſueuit ex
ſe remittere cauſam ad Aſſettamentum, & ſi pars
directans Votum Aſſettamenti non acquieſcat, po-
terit ipſa adire Aſſettamentum tanquam Signa-
turam, ad hoc, vt Iudex cauſæ procedat ad vlte-
tiora in cauſa ex ſe, & ſine dicto Voto, ex quo
cauſa non ſpectet ad Aſſettamentum.

In pluribus tamen cauſis, & caſibus, non eſt
locus voto Aſſettamenti, & primò in omnibus
caſibus, vbi non intrat appellatio ex ſtatuto no-
ſtro hìc.

Secundò in cauſis à ſcutis decem inſrà, quia
in illis ex *Statuto Vrb. lib.1. cap.96.* non datur ap-
52 pellatio, ſi fuerint deciſæ à Senatore, vel eius
Collateralibus, & quidem nec datur appellatio
in deuolutiuo *Fenzon. ad dict. Stat. 96. num.13. &
14. Scacc. de appellat. qu.17. limit.42. num.3.* ob il-
la verba ſtatuti effrenata, & vniuerſalia ibi --
omni prorſus appellatione remota, quæ dictio voi-
uerſalis *omnis* omnem appellationem excludit
53 *Rot. deciſ.221. num.10. part.17. recen.* & illa *dictio*,
prorſus -- quæ importat idem quod *penitus* pari-
ter omnem appellationem remouet, vt io pun-
cto appellationis reijciendæ firmat *Gratian. deciſ.
March. 188. num.8.* & hæc eſt praxis, cum in hu-
iuſmodi cauſis, & inappellabilibus, & modicis
non ſit exquirendum Iudicium plurimorum.

Tertiò nec Aſſettamentum datur in cauſis obli-
54 gationis Cameralis, ex quo in illis proceditur
executiuè, & reiecta appellatione ſuſpenſiua
ex Stat. Vrb. 279. lib.1., & ibi *Fenzon. num.15. cum
duobus ſeqq.*, & conſonat *alleg. Reform. Innocentia-
na ſub Rubr. de Capitolio §. ſecundo*, & ſic ſeuerè ob-
ſeruatur.

Fallit in concurſu plurium creditorum, li-
cet enim habeant obligatum in forma Cameræ
communem debitorem, ſuper eius bonis ſit coo-
curſus, adhuc vnus creditor non habet obligatum
alium in forma Cameræ, & ſic datur appellatio,
ſi conſignatio pecuniarum concurſus fiat potiùs
vni quàm alteri creditori ex plenè firmatis per
*Thomat. deciſ.57. ferè per tot. Rot. deciſ.503. num.1.
& 2. part.14. recen., & deciſ.76. num.1. part.15.*, &
ſic ſe habet praxis Fori Capitolini, quinimò non
modica pars cauſarum, quæ proponuntur in Aſ-
ſettamento eſt ſuper concurſibus creditorum, &
qui illorum ſint præferendi.

Pariter in obligatione Camerali non pura in
ſe, ſed purificanda à probatione extrinſeca per
55 teſtes cum in probationibus ſaciendis per teſtes,
& in illis diſcernendis poſſit naſci deceptio Iudi-
cis, & ità partibus acriter inſormantibus ſuit
reſolutum per Aſſettamentum de anno 1681. in
Cauſa Romana Afflictus inter Dominum Ducem
de Matthæis, & Carolum Morellum, nam renu-
ente Morellio ſubire Iudicium Aſſettamenti, ex
quo ageretur in vim obligationis Cameralis, ad-
huc ſuit teſponſum cauſam ſpectare ad Aſſetea-
mentum, ex quo purificatio, & executio obli-
gationis Cameralis in illo caſu pendebat à pro-
batione facta per teſtes, ac peritos ſuper articulo,
an certum terrenum eſſet nec ne explanatum, ac
ad planitiem redactum, itàvt eſſet aptum ad vſum
falciandi, ſeù ſecandi in eo fœnum.

Similiter eſt locus Aſſettamento non obſtaute
56 obligatione Camerali ſi agatur vigore Inſtru-
menti, ac obligationis carencis ſolemnitatibus
Stat Vrb. lib.1. cap.151. in contractibus minorum,

vel mulierum , vel ſi agatur vigore obligationis
factæ à filijs familias contrà ſormam *Statut. Vrb.
lib. 1. rap. 152.*, cum enim tales obligariones ſine
nullæ, & inexequibiles, propterea non obſtante
obligatione Camerali ſi petatur votum Aſſetta-
57 menti debet illud concedi, & ſic ſe habet praxis,
niſi eſſemus in aliquo caſu clarè deciſo, quod ſo-
lemnitatibus non ſit locus in illo contractu cum
obligatione Camerali, euius vigore agitur, vel
in aliquo contractu clarè excepto à diſpoſitione
præfati *Statut.* 152.

Pariter poſt lapſum 30., vel 40. annorum eſt
locus voto Aſſettamenti, ſi illud petatur, licet
agatur vigore obligationis Cameralis, cum poſt
tale tempus, quatenus non ſit præſcriptum ipſum
58 creditum ob aliquam excuſationem legalem, in-
tret tamen præſcriptio viæ executiuæ *Giurb. ob-
ſer. 74. num. 3., & ſeqq. Carlenal. de Iudit. lib. 1.
tit. 3. diſput. 4. num. 1. & 15. Cardin. de Luc. de credit.
& d. bit. diſc. 117., & diſt. 131. vtrobique num. 4., &
5. Rot. deciſ. 296. num. 5. & ſeqq. coram Buratt.*, &
propterea paſſim Signatura Iuſtitię cõmittit cau-
ſas appellationum à mandatis relaxatis pro cre-
ditis poſt lapſum triginta annorum, & in ſpecie
ità fuit ſeruatum per Aſſettamentum in Sabinen.
Cenſus inter illos de Serangelis de anno 1685.,
vbi agebatur pro fructibus cenſus poſt ſexaginta
annos, qui etiam ſuerat extinctus per fratrem,
qui prætendebatur in communione, & ſocietate
omnium bonorum vixiſſe cum alio fratre, qui
non fuit præſens extinctioni, & cuius hæres pe-
tebat portionem ſuam, nam fuit conceſſum Aſſet-
tamentum, & reſolutum abſoluendum eſſe à pe-
titis Reum conuentum pro ſolutione fructuum.

Quartò (& hoc pluries fuit practicatum) non
conceditur Aſſettamentum in cauſis, in quibus
aliquis ex triginta Notarijs Collegij Notariorum
Curiæ Capitolij habet intereſſe, ex motu pro-
59 prio Sixti V. fauore dicti Collegij emanato, in
quo ſancitum fuit, quod in illorum cauſis Sena-
tor, vel eius Collaterales procedant priuatiuè
quo ad alios Iudices, appellatione, reſtitutione
in integrum, ac recurſu remotis, & quod pars
victa in dictis cauſis non audiatur, niſi priùs pa-
rito iudicato, & refectis expenſis, & tunc ſemel
reuiſio detur in Aſſettamento, vndè reiecta ap-
pellatione non poteſt habere locum votum Aſſet-
tamenti ex Statuto hic; & ampliùs hoc redditur
magis euidens, quia ſi iudicatum à Senatore,
vel Collateralibus debet executioni ſtatim de-
mandari, & non poſſunt partes audiri, niſi pa-
60 rito priùs iudicato, & refectis expenſis, & tunc
detur ſemel reuiſio in Aſſettamento, ſi hoc da-
retur in prima Inſtantia, non poſſet habere locum
in reuiſione poſt executionem iudicati, vt ſenſui
patet, & Motus proprius Sixtinus ſeuerè practica-
tur, nec vnquam ab illius diſpoſitione ſolet re-
cedi.

An autem quando petitur exequatur contra
perſonam, & bona propria hæredis illius, qui
erat obligatus in forma Cameræ ſub prætextu
Inuentarij non confecti legitimè, vel non benè
redditæ rationis de bonis hæreditarijs inuenta-
riatis, ſi petatur ab hærede beneficiato votum
Aſſettamenti, eo quia prætendat inuentarium à
ſe factum legitimum, ac benè reddidiſſe rationem
an ſit concedendum, hìc caſus mihi occurrit de
facto, & dixi eſſe locum Aſſettamento; quia
tali caſu cauſa dicitur appellabilis, dum enim
hæres beneficiatus producit Inuentarium, & red-
dit rationem licet prætendatur nullitas Inuenta-
rij, vel quod ratio de bonis inuentariatis non ſit
perfectè reddita, talis exceptio nullitatis, & non
61 benè redditę rationis debet reijci ad petitorium,
ac Iudicium ordinarium, & interim hæres debet
perfrui beneficio Inuentarij, quouſque non fue-
rit plenè in iudicio ordinario diſcuſſum de vali-
ditate Inuentarij, ac perfecta, & valida reddi-
tione rationis *Rot. deciſ. 151. num. 3. coram Coccin.
deciſ. 70. num fin. coram Cerr., & latè hoc firmatum
fuit in Romana de Pratis 6. Iunij, & 12. Nouembris
1629. coram Cardin. Hieronymo Veroſpio*, & ſuper
hoc mihi videtur, quod non poſſit cadere dubium
ſuper quo latè dixi *ad ſtat. Vrb. cap. 167. artic. 1.
num. 330., & 331.*

Non ſemel vidi dubitatum, an hoc ſtatutum
ſuper voto Aſſettamenti comprehendat Clericos
in Foro Capitolino litigantes, & licet hodie ſit
concluſio certiſsima, quod ſtatuta Vrbis tan-
quam laicalia, quamuis à Papa confirmata in
62 forma ſpecifica non comprehendant Clericos
Eccleſias, ac Eccleſiaſticas Perſonas quoties de
illis in ſtatuto non ſit facta expreſſa mentio *ex
deciſ. 490. 542. 773., & 900., coram Cardin.
Cerr. confirmatis deciſ. 252. par. 16. recen. & rurſus
deciſ. 377. par. 17.*, & ego plenè dixi *in Prælud.
ad ſtat. Vrb. artic. 3.* nihilominus cum hoc ſtatu-
tum ſuper voto Aſſettamenti (quod votum idem
importat, ac conſilium Sapientis) ſit ordinato-
63 rium ideò ligat Clericos in Foro Capitolino lai-
co litigantes, vt in puncto aduertit *Tort. ad ſtat.
Pap. Rubr. de ordin. in cauſ. ciuil cap. de Commiſs.
cauſ. facien. Conſultor. num. 661. fol. 199.*, præcipuè
dum agitur de ſtatuto euidenter fauorabili, cum
exactius cauſæ plurium quam vnius voto deci-
dantur, & quia dum Clericus Actor tenetur con-
uenire Reum laicum in foro laico, perneceſſe
ſubijcitur circà ordinatoria legibus, & ſtatutis
fori laici, cum paria ſint forum ſortiri, & ſta-
tutis ligari quoad ordinatoria.

Comprehendit etiam Forenſes in Foro Capi-
64 tolino litigantes *Tort. vbi proximè n. 664. fol. 199.*
& ità fuit ſeruatum in quadam cauſa quorum-
dam de Comitatu Piſtorij litigantium in Foro
Capitolino.

Aduerte, quod tale Votum Aſſettamenti de-
65 bet peti re integra, & antè factum decretum
Fenzon. hic num. 22. & ſancitum fuit *per Conſt.
34. Pij Quarti §. quinto verſic. in alijs verò cauſis*,
vbi quod in litis conteſtatione duntaxat peti
poteſt, & facit *Aldobrand. conſ. 71. à num. 3. lib 2.*,
vbi de conſilio Sapientis petendo vigore ſtatuti
quod non debeat concedi poſt concluſum in cau-
ſa, & idem firmat *Fenzon. hic num. 22. verſic. qui
loquitur*.

Eſt benè verum, quod licet Iudex non tenea-
tur dare votum Aſſettamenti poſt factum decre-
tum, tamen ſi velit ſpontè illud dare non prohi-
bebitur, cum quilibet poſſit proprio fauori re-
66 nunciare, nihilominùs ſi concurrat diſſenſus,
ac præiudicium partis colliligantis, & appareat,
quod petitur per calumniam poſt diſcuſſam cau-
ſam, ac factum decretum, tunc non erit conce-
dendum ex traditis in puncto conſilij Sapientis

per Aldobrand. conſ.71. num.3. lib. ſecundo.

Super quo nota vnum, quod alias mihi euenit, Feceram decretum in certa cauſa, & cum pars poſteà petierit reuocationem talis decreti, ego agnita turbiditate materiæ non reuocaui decretum, ſed ſimpliciter mandaui ſuperſederi, petebatur poſteà votum Aſſettamenti, pars dicebat non eſſe dandum ſtante decreto facto, & altera pars replicabat de decreto non eſſe amplius ha-
67 bendam rationem, dum fuerat ſuſpenſum per ſimplicem ſuperſeſſoriam, ſuper hoc fuit decíſum non eſſe locum Voto Aſſettamenti, quia iam factum fuerat decretum, quod per ſuperſeſſoriam etiam ſimplicem fuerat ſuſpenſum non ſublatum.

An autem petitio Voti Aſſettamenti, ſemel facta in principio cauſæ debeat replicari in omnibus actibus, qui poſteà fiunt coram Iudice in producendis ſcripturis, vel faciendis alijs com-
68 paritionibus pro ſtructura proceſſus cauſæ, vel ſat ſit, quod tale Votum fuerit petitum in principio cauſæ *Fenzon hic n.21., & ſeqq.* plenè firmat debere repeti in omni actu Inſtantiam pro Voto Aſſettamenti.

69 At *Galganett. ad hoc ſtatutum 79. n.30. verſ. ſed illis non obſtantibus* tenet contrarium, & quod ſufficiat ſemel eſſe petitum, qui *Galganett.* dicit, quod ſepè ità iudicauit, & dum meo tempore ſuper hoc fuerit denuo actum, dixi eſſe procedendum cum ſeniori, & veriori opinione *Galganett.* quia proteſtatio ſemel facta ad vlteriora non procedi in cauſa, niſi de Voto Aſſettamenti, continet verba denotantia tempus futurum, & ſic extenditur etiam ad actus futuros, cum talis petitio Voti non importet allegationem ſuſpecti quoad Iudicem à quo illud petitur, ſed ſolum, quod teneatur iudicare etiam de voto aliorum D.D. de Aſſettamento, dum ipſe Iudex cauſæ, coram quo fuit petitum votum remaneat in Cauſa Iudex, & illius Relator in Aſſettamento, ac
70 primus omnium in illa votum perhibeat, & contraria adducta *per Fenzon.* procedunt quando Iudex in principio Cauſæ recuſatur tanquam ſuſpectus, & poſteà coram ipſo fiunt plures actus & comparitiones non repetita allegatione ſuſpicionis, tali namque caſu cenſetur à recuſatione receſſum, in puncto autem voti Aſſettamenti cum remaneat idem Iudex cauſæ, & coram eo formari debeat proceſſus, idemque debeat cauſam referre in Aſſettamento, & ſic debeat priùs eſſe benè inſtructus de meritis cauſæ, hinc comparitiones, & probationes cenſentur factæ ad hoc,
71 vt Iudex inſtruatur antequam faciat illius relationem in Aſſettamento, quod non euenit, quando Iudex eſt allegatus ſuſpectus, dum tunc non eſt amplius Iudex, nec coram eo fiunt probationes, & comparitiones, & ſi fiunt non repetita proteſtatione, quod non vult recedere à recuſatione, ex hoc per neceſſe deducitur receſſus à recuſatione, & nouus conſenſus in Iuriſdictionem Iudicis recuſati, cum non poſſit ſtare
72 ſimul recuſatio, & quod recuſans compareat, & procedat coram Iudice recuſato, eum per talem comparitionem coram illo factam inſtando coram eo aliquid fieri cenſeatur à recuſatione receſſum *Fontanell. deciſ. 8. n.16. Rot. deciſ. 188. n.2. coram Vbald.*, hinc dum diſparitas notabilis eſt inter votum Aſſettamenti, & recuſationem Iudicis malè ab hoc ad illud arguit *Fenzon.*, & ſic meliùs ſentijt, & iudicauit *Galganett.*, & cum huius opinione alias pertranſiuit meo tempore Aſſettamentum.

Cæterum ſuper hac materia voti Aſſettamenti congruunt adnotata per nos ad *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 186.* cum plura ibi de Conſultore dicta poſſint adaptari voto Aſſettamenti, & quia votum Aſſettamenti in multis, ac ferè in omnibus ſymbolizat cum conſilio Sapientis, ideò de materia conſilij Sapientis *vide plenè Lancellot. de Attentat. 2. part. cap. 9. Tort. ad ſtat. Pap. Rubr. de ordin. in cauſ. ciuil. fol. 198., Vant. de Nullit. ex defect. iuriſdict. num. 145. ad 156. Aldobrand. conſ. 71. lib. 2. Burſatt. conſ. 90. à num. 38. lib. 1. Cauagnol. ad decret. Montisferr. in obſeru. ad decret. 19. q. 1., & ſeqq.*

De Inſtantijs, & Fatalibus.
CAP. LXXXI.

CVpientes quantum poſſumus finem litibus imponere, ſtatuimus, vt Cauſæ omnes Ciuiles, etiam executiuæ, & ſummariæ, coram quibuſcumque Iudicibus, & magiſtratibus, & Ius dicentibus Capitolinæ Curiæ intrà biennium à die litis conteſtationis, ſeù pro conteſtatæ habitæ, computandum terminentur, quo biennio elapſo Inſtantia pereat, & actor condemnetur in expenſis, & Iudex pęnam vigintiquinque aureorum incurrat, & nihilominus poſt lapſum Inſtantiæ teneatur Iudex ad inſtantiam Rei cauſam expedire. Volumus etiam, quod inſtantia perempta omnia acta præſertim ordinatoria in dicta inſtantia facta probationem faciant in quocunque Iudicio, & hæc in prima. In ſecunda autem inſtantia fatalia ſint menſium ſex à die appellationis interpoſitæ; in tertia vero vbi eſſe contigerit, ſint menſium quatuor à die appellationis vt ſupra, quibus fatalibus elapſis appellatio deſerta remaneat, & nihilominus ſi appellatus petierit, cauſam appellationis per Iudicem terminari poſſit, & debeat.

SVMMARIVM PRÆLVDIJ.

1 *Leges voluerunt lites cito terminari.*
2 *Inſtantiæ peremptio quando detur, & illius materia diuiditur, & n.3.*

PRÆLVDIVM.

CVm ex litium longitudine, ac immortalitate humana quies turbetur, ac ſubſtantiarum
1 perditio procedat, hinc leges celerem illarum terminationem voluerunt, *vt in l. properandum, C. de Iudic. cap. finem litibus de dolo, & contumac., c. iurgantium de ſenten., & re iudic.*, & propterea *in dict. l. ſancimus* fuit ſtatutum, quod Cauſæ Ciuiles in prima Inſtantia triennio terminarentur,

cri-

criminales biennio, & ſic per dictam legem fuit datum tempus cauſarum Inſtantiæ, intra quod
2 terminari debeant, quam inſtantiam ſtatutum hic ad breuius tempus biennij reduxit, & quoad tẽpora, ſeu fatalia, in quibus Cauſæ in gradu appellarionis eſſent expediendæ, fuit ſancirum quod in ſecunda Inſtantia dicta fatalia eſſent ſex menſium, & in tertia menſium quatuor à die appellationis.

Materia huius ſtatuti ſatis vtilis, & frequens latiori calamo examinanda proponitur il-
3 lam diſtinguendo in duos articulos; In primo agetur de Inſtantiæ, ſeù cauſæ termino in prima Inſtantia, tam de Iure communi, quam ex ſtatuto hic, quando illa nec ne perimatur, & reſtauretur; In ſecundo erit ſermo de fatalibus cauſarum ſecundæ, & tertiæ Inſtantiæ, tàm ex diſpoſitione noſtri ſtaturi hic, quàm Iuris Ciuilis, & Canonici, & ſimul iuxtà ptaxim, ac ſtylum Curiæ Romanæ, ac Rotæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Tempus Inſtantiæ tàm à Iure communi, quàm à ſtatuto hic præſcriptum quantum ſit, & quando illo elapſo Inſtantia pereat, quidque operetur peremptio Inſtantiæ, & quomodò, & à quibus Inſtantia perempta reſtauretur; latè diſcutitur.

SVMMARIVM.

4 Inſtautia definitor, & u.6., & 7.
5 Inſtantiæ peremptio importat peremptionem Iudico facti pro deciſione cauſæ.
8 Inſtantiæ tempus de Iure Ciuili in Cauſis Ciuilibus eſt triennium.
9 Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua, & o.11. 12., & 13.
10 Ius Ciuile circa tempus Inſtantiæ eſt correctum à Iure Canonico.
14 Ex taciturnitate per longum tempus non deſeritur cauſa de Iure Canonico, ſi ex actis conſtet de bono Iure tacentis.
15 Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua, nedum in caoſis ſpiritualibns, ſed etiam prophaois in ſtatu Eccleſiaſtico.
16 Idem extra Statum Eccleſiaſticum in locis vbi ſeruatur Ios Canooicum.
17 Diſpoſitiò Iuris Canonici circa inſtantiam procedit tam in iudicibus ordinarijs, quàm in delegatis.
18 Ioſtantiæ perpetuitas ceſſat, ſi cum taciturnitate concurrat aliquod factum poſitiuum indicans, quod qnis habuit litem pro derelicta.
19 Inſtantiæ perpetuitas de Iure Canonico cor indocta.
20 Conc. Trident. Seſſ. 24. cap. 20. ſuper Inſtaotia quid diſponat, & num. 21.
22 Inſtantia perempta ex S. Concilio non pereunt acta cauſæ, quæ ſuot tranſportanda coram Iudice ad quem.
23 Iudex Eccleſiaſticos elapſo bieonio poteſt cauſam terminare, ſi non ſit habitus recurſos ad ſuperiorem.
24 Diſpoſitio Sacri Concilij circa inſtantias procedit in omnibus cauſis quomodocumque ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum.
25 Diſpoſitio Concilij ſuper expeditione cauſæ intra biennium quando non procedat.
26 Tempus Inſtantiæ ex Statuto Vrbis eſt bienoij, & potuit triennium à Iure Ciuili præſcriptum à ſtatuto abbreuiari
27 Statutum abbreuians tempus Inſtantiæ eſt fauorabile, & latè interpretandum.
28 Tempus nimis breue ſi ſtatutum præfigat inſtantiæ non eſt fauorabile.
29 Statutum Vrbis 81. de Inſtantijs eſt ordinatorium pro Curia Capitolij.
30 Ligat litigantes io foro Capitolino etiam Clericos, & num. 31.
32 Caſtill. deciſ. 11. n. 57., & ſeqq. in addit. tenet non ligare Clericos.
33 Prima opinio probatur, qood liget Clericos.
34 Inſtantia à ſtatuto Cauſis definiendis præſcripta regulatur ſecundum illam à Iure præſcriptam, & num. 35.
36 Tempus Inſtantiæ currit continuò etiam diebus feriatis.
37 Currit de momento ad momeotum, & cootiouè ſicut flumen.
38 Currit etiam tempore peſtis, & belli, licet detur reſtitutio.
39 Si Iudex mutetor, habet ſucceſſor integram Inſtantiam pro definienda cauſa.
40 Tempus Inſtantiæ ex Statuto Vrbis procedit etiã in cauſis ſummarijs, & executiuis, & n. 42.
41 De Iure plures tenent contrarium, licet, & ipſæ habeant propriè inſtantiam, & oum 43.
44 Cauſa dotis comprehenditur ſub hoc ſtatuto de Ioſtantijs, & num. 46.
45 Contrarium tenentes referuntur.
47 Statut hoc 81. noo comprehendit Cauſas Criminales.
48 Inſtantia biennij ex ſtat. Vrb. 81. non incipit currere niſi à die litis conteſtatæ, & nu. 49. & .50.
51 Inſtantia non currit etiamſi litigaretur per plures annos ſuper aliquo emergenti ante litem conteſtatam.
52 Dies conteſtationis litis ſtat excluſiuè à biennio, & in illo non comprehenditur ex Statuto Vrbis.
53 Dictio A die denotat ſeparationem.
54 Inſtantia currit etiam à die habita litis pro conteſtata.
55 Si erat locus conteſtationi litis.
56 In ſummarijs, & executiuis lis habetur pro conteſtata à die primæ oppoſitionis, & quando ceptum fuit agi ſuper meritis, & num. 57.
58 Litis conteſtatio verè fit per oegationem petitorum.
59 Lis ao ſit conteſtata colligitur ex proceſſu.
60 Inſtantiæ tempus non currit in cauſa pendente in Conſiſtorio Principis quouſque ab ipſo non fuerit delegata, & num. 61.
62 Inſtantiæ tempus non currit io cauſis pendeotibus in Sacris Congregationibus Cardinalium.
63 Inſtantia non perit in Cauſis pendentibus in Sacr. Conc. Neapol., cum ibi cauſæ expediantur nomine Regis.
64 Contrarium firmatur verius etiam de praxi.
65 Perempta Inſtantia in Cauſis pendentibus io Sac.

Con-

Digitized by Google

Concil. Neapol. Præſes Sacr. Conc. *illam reſtaurat.*

66 *Inſtantia non perit ſi fuerit petitum Votum Aſſettamenti, ac conſilium Sapientis.*

67 *Votum Aſſettamenti æquipollet conſilio Sapientis.*

68 *Inſtantia tamen currit ſi petito voto Aſſettamenti illud non procuretur.*

69 *Non currit ſi quis litem proſequi ſit impeditus facto Aduerſarij.*

70 *Intellige ſi ſuper impedimento ſit ſacta proteſtatio, & recurſus ad ſuperiorem.*

71 *Impedimentum ſi eſt notorium, talis proteſtatio non requiritur.*

72 *Aduersùs lapſum Inſtantiæ ſtante impedimento datur reſtitutio in integrum.*

73 *Inſtantia perempta culpa Iudicis, qui interpellatus cauſam non expediuit, datur pariter reſtitutio.*

74 *Inſtantiæ peremptio non intrat contra notorium, vel iudicialiter confeſſum, & n. 75., ad 79.*

80 *Inſtantiæ peremptio non intrat inter pupillos, & perſonas miſerabiles.*

81 *Contrarium refertur ſignanter in terminis Statuti Vrbis n.83.*

82 *Datur reſtitutio in intigrum pupillis, licet Inſtantia curriſſet.*

84 *Non dari reſtitutionem fauore minorum tenent aliqui.*

85 *Contrarium firmatur tanquam verius.*

86 *Non datur reſtitutio minoribus ſi Curatores quorum culpa periit inſtantia ſint ſoluendo.*

87 *Contrarium quod detur reſtitutio etiam tali caſu ſi minores illam petant.*

88 *Eccleſiæ an detur reſtitutio aduersùs lapſum Inſtantiæ vide remiſsiuè.*

89 *Inſtantia non perit in cauſis fiſcalibus.*

90 *Concluſio procedit licet Fiſcus ſit hæres defuncti, cum quo cauſa cœpta fuit.*

91 *Fiſcus ſuccedens perempta inſtantia, tenetur proſequi cauſam appellationis.*

92 *Priuilegium Fiſci circa inſtantiam ſuffragatur etiam cum eo collitiganti.*

93 *Cauſæ omnes ciuiles ex Statuto Vrbis ſubiacent Inſtantiæ biennali, & qui prætendit cauſam aliquam non ſubiacere debet probare.*

94 *Inſtantia ſtatutaria poteſt partium conſenſu abbreuiari.*

95 *Poteſt de conſenſu ſuſpendi.*

96 *Non poteſt prorogari.*

97 *Poteſt prorogari inſtantia in gradu appellationis de conſenſu Partium.*

98 *Inſtantiæ biennium à ſtatuto præfixum poteſt prorogari ad triennium, ſi biennium non ſit elapſum.*

99 *Secus biennio elapſo.*

100 *Iudex poſt tempus Inſtantiæ elapſum, non poteſt procedere abſque nullitate.*

101 *Sententia lata poſt peremptam Inſtantiam eſt nulla.*

102 *Declara ſi tempus Inſtantiæ ſit directum cauſæ, ſecus ſi Iudici, & n.103.*

104 *Tempus Inſtantiæ à Statuto Vrbis non eſt præfixum cauſis, ſed Iudici.*

105 *Contrarium eſt verius, & n. 106. 107., & 108.*

109 *Tempus Inſtantiæ in dubio per ſtatutum cenſetur præſcriptum cauſæ non Iudici.*

110 *Sententiæ nullitas, quia latæ poſt peremptam Inſtantiam, poteſt opponi per viam exceptionis.*

111 *Sententia nulla, quia prolata poſt peremptam Inſtantiam poteſt confirmari, ſi ſit iuſta.*

112 *Declara hoc verum de Inſtantia perempta in gradu appellationis, ſecus ſi deſertio ſit in prima Inſtantia.*

113 *Subdeclara ſi Iudex velit confirmare, non quod teneatur, vel ſi pars proteſtetur pronunciari ſuper nullitate.*

114 *De nullitate ſententiæ ex capite peremptæ Inſtantiæ dari non poteſt, ſi ſuper peremptione fuit cognitum, & proceſſum ad vlteriora, & pars acquieuit.*

115 *Nec quando ſententia fuit prolata in Conſiſtorio Principis poſt peremptam Inſtantiam.*

116 *Inſtantia perempta, pereunt acta ordinatoria, ſecus ea, quæ concernunt merita, & cauſæ deciſionem.*

117 *Acta ordinatoria etiam remanent illæſa ex ſtatuto hic.*

118 *Acta probatoria facta in Inſtantia perempta, poſſunt reproduci in Inſtantia, quæ fit de nouo.*

119 *Confeſſio ficta ex poſitionibus habitis pro confeſſatis perit, Inſtantia perempta de Iure communi.*

120 *Secus* ex Statutis Vrbis 68., & 81. lib. 1.

121 *Acta cauſæ, & probationes de Iure pereunt perempta inſtantia, ſi Iudex abſoluerit ab obſeruatione Iudicij.*

122 *Contrarium reſoluitur tanquam verius in actis deciſorijs.*

123 *Litigioſi vitium non tollitur Inſtantia perempta.*

124 *Contrarium tenentes referuntur.*

125 *Prima opinio retinetur.*

126 *Opinio contra vitium litigioſi retinetur ſi conſtat de malo Iure opponentis vitium litigioſi.*

127 *Inſtantia perempta ſi fuerit inſtaurata fructus, à ſuccumbente non debentur à die primæ Inſtantiæ, ſed ab illa, qua Inſtantia reſtaurata fuit, contrarium eſt verius n.129.*

128 *Inſtantia inſtaurata non eſt eadem cum prima.*

130 *Si in prima Inſtantia perempta ex Iuribus in ea productis, conſtat de bono Iure, debentur fructus à die primæ Inſtantiæ, & n.131.*

132 *Inſtantia perempta Iudex illam talem declarat, & condemnat Actorem in expenſis.*

133 *Actor refectis expenſis poſt declaratam peremptam Inſtantiam, poteſt nouum Iudicium inſtituere coram eodem Iudice.*

134 *Inſtantiam non eſſe peremptam in dubio debet fieri interpretatio.*

135 *Inſtantiam peremptam ſolus Princeps ſupremus poteſt reſtaurare, & n.142.*

136 *Inſtantiam peremptam non poſſunt reſtaurare Barones, cum ſit de Regalibus ſupremi Principis, & n.137., & 138.*

139 *Inſtantiam peremptam in cauſis Fori Capitolini, non poteſt inſtaurare Cardinalis Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ, nec Regens Cancellariæ, & num.140.*

141 *Regens Cancellariæ, ac Cardinalis Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ non poſſunt ſignare commiſſiones pro cauſis Capitolij, ſed ſolus Papa.*

143 *Legi Papali ſolus Papa poteſt derogare, & n.142.*

144 *Statutis Vrbis ſola Signatura Papæ derogare poteſt.*

145 *Obſeruantia dat interpretationem literis Apoſtolicis.*

146 *Obſeruantia contra clauſulam* ſublata, & decretum irritans *non operatur,*

147 *Ob-*

147 *Obſeruantia Anteceſſorum non præiudicat, qnando quis metitur Ius particnlare ex propria perſona.*

148 *Obſeruantia ſi ſit difformis, præualet illa, quæ eſt conformis Conſtitutionibus Pontificijs.*

149 *Obſeruantia tollitur per quemlibet actnm contrarium, cnm debeat eſſe in omnibus vniformis.*

150 *Obſeruantiæ vis tollitnr etiam per vnicnm actum contrarium.*

151 *Obſeruautia non inducitur ex actibus facultatiuis.*

152 *Ceſſat materia facultatiua ex coactione, & acquieſcentia coactioni.*

153 *Regens Cancellariæ, ac Cardinalis Præfectus Siguaturæ Iuſtitiæ non poſſunt ordinare Iudicibus Capitolinis, quod concedant uouum terminum probatorium, quando dilationes ad probandum ſunt elapſæ.*

154 *Inſtantiam etiam pluries peremptam poteſt Princeps reſtaurare.*

155 *Multiplicatas reſtaurationes Inſtantiæ Princeps non debet facere.*

156 *Citatio Partis non requiritur, quando Princeps reſtaurat Inſtantiam, & de ratione n. 157., & 158.*

159 *Reſtauratio Inſtantiæ poteſt obtineri etiam à creditore pro ſuo intereſſe.*

160 Seſſ. deciſ. 89. n. 3., & 4. *contrarium tenens reijcitur, & declaratnr n. 161.*

162 *Inſtantiæ reſtauratio non nocet fideiuſſori.*

163 *Fallit ex Statuto Vrbis hic, & qnare.*

164 *Teſtes ſuper ijſdem, vel directo contrarijs non poſſunt examinari Inſtantia reſtaurata.*

165 *Iuſtantia perempta culpa Actoris ſi reſtanretur, debet Actor reficere expenſas.*

166 *Expenſæ debent refici, licet Princeps in reſcripto reſtaurationis de illis non fecerit mentionem.*

167 *Expenſas Princeps in reſtauratione non remittit ſine iuſta cauſa.*

168 *Expenſis non refectis non auditur ille, qui obtinuit Iuſtantiam reſtaurari.*

169 *Expenſæ debent tali caſu refici, antequam quis audiatur, & n. 170.*

171 *Expenſis effectiuè non refectis, quando fuit proceſſum, & pars non oppoſuit, proceſſus eſt validus.*

172 *Expenſæ debentur ſolum, quando Actor petit reſtaurationem Inſtautiæ, ſecus ſi Reus.*

173 *Expeuſæ non debent refici quando Inſtantia perijt ob cauillationes, & dolum Rei.*

174 *Non reficiuntur ſi Inſtantia peryt culpa Iudicis.*

175 *Contrarium reſoluitur ſi pars nou interpellauerit Iudicem pro expeditioue cauſæ, & n. 176.*

177 *Expenſas reficit etiam minor, & mulier.*

178 *Fallit ſi veniant per viam reſtitutionis in integrum.*

179 *Expenſas ſolntas occaſione Iuſtantiæ reſtauratæ Actor non recuperat, licèt obtineat poſteà in negocio principali.*

180 *Reſtauratio Inſtantiæ eſt noua cauſa, & ideò priuilegium ſuperueniens poſt Inſtantiam peremptam prodeſt.*

181 *Inſtantia cœptæ cnm defuncto regnlariter continuatnr iu hæredem.*

182 *Fallit in Inſtautia cœpta cum laico, quæ nen continuatur in Clericum eius hæredem.*

183 *Pœna impoſita Iudici nou expedienti cauſam intra tempus Inſtantiæ non debetur, ſi non petatur.*

184 *Super Inſtantiæ peremptioue, ac illius reſtanratione vide* DD., ac deciſ. *remiſſiuè.*

PRius prænotandum, quod Inſtantia *eſt actio-*
4 *nis exercitatio à litis conteſtatione in definiti-*
uam ſenteutiam certo tempore coarctata, vt notat
Alciat. in l. ſi diuerſa n. 16. C. de tranſact., & ex eo
Fenzon. hic n. 2. Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 1. n. 171.
Altimar. de nullit. tom 2. Rubr. 9. quæſt. 36. n. 1.

Vndè dum dicimus Inſtantiam eſſe perem-
ptam, hoc eſt intelligendum de illa tela Iudicij
5 ordinata pro inſtructione, ac deciſione cauſæ,
quæ habetur pro non facta, quia ſuper illa Inſtan-
tia perempta non poteſt ferri ſententia *Ioſeph.*
Seſſ. deciſ. Aragon. 89. n. 7. tom. 1.

Et propriè Inſtantia dicitur totus diſcurſus
6 proceſſus, ac corporis Iudiciarij, cum Iudicium
ſit quaſi corpus humanum, in quo caput, eſt Iu-
dex, ſanguis eſt veritas, caro eſt cauſa, oſſa ſunt
teſtes, nerui ſunt rationes, pedes ſunt executio,
vt perbellè hoc aduertit *Fermoſin. in cap. venera-*
bilis 20. quæſt. 1. n. 37. de Iudic., qui ad hoc alle-
gat *Bald. in cap. cum cauſam de probat.*, qui tamen
7 ſatis pauca de his dicit; in dicto autem Iudicio,
ac corpore Iudiciario reperitur triplex cauſa, ma-
terialis nempè, formalis, & finalis; cauſa ma-
terialis eſt primum factum legitimum, de quo
agitur, cauſa formalis eſt ordo ſubſtantialis iu-
dicij, cauſa finalis eſt victoria, & ſpes in illo ob-
tinendi *Fermoſin. ibid. n. 38. ad 40.*

Tempus Inſtantiæ cauſis ciuilibus finiendis à
8 Iure ciuili præfinitum eſt triennium *ex l. prope-*
9 *randum C. de Iudic.* at de Iure Canonico inſtan-
tia eſt perpetua *cap. venerabilis 20. de Iudic., & ibi*
Cabarell. n. 1., & alij Canoniſtæ communiter Pigant.
ad ſtat. Ferrar. Rubr. 63. n. 22. verſic. de Iure Ca-
nonico Rot. deciſ. 1792. n. 1. coram Coccin. dec. 249.
n. 11., & deciſ. 544. num. 14. coram Bich. deciſ. 15.
n. 37. coram Priol. deciſ. 52. n. 26. par. 12. recen., &
deciſ. 388. n. 1., & 8. par. 18.

Quinimmò ex *dicto tex. in cap. cnm venerabilis*
10 eſſe correctam diſpoſitionem Iuris ciuilis circa
tempus inſtantiæ firmant *Caſtill. deciſ. Sicil. 11.*
n. 51., & benè *Fagnan. in dict. cap. cum venerabilis*
n. 1., & infra, vbi reſpondet contrarijs *in 2. par.*
decretal.

Itaut de Iure Canonico inſtantia non præſcri-
11 batur ſpatio triginta, & vltra annorum *Rot. deciſ.*
486. *n. 19., & 20. coram Peutinger., & deciſ. 52.*
n. 26., & infra par. 12. recen., & ſolum reſtringi-
12 tur ad 30. annos, quando copulatiuè concurrit
bonum Ius clarum Rei conuenti, vt declarando
contraria reſpondit *Rot. deciſ. 203. num. 7. coram*
Carill., & deciſ. 15. n. 38. coram Priol.

Eſtque adeo verum, quod Inſtantia de Iure
13 Canonico ſit perpetua in Rota, ac Romana Cu-
ria, vt lite ſemel cœpta nunquam extinguatur,
niſi per deſertionem, & ſententiam ſuper deſer-
tione latam *Rot. deciſ. 379. n. 10. par. 17. recen.*

Et per taciturnitatem etiam longi temporis,
14 in quo nihil actum ſit, non inducitur cauſæ de-
ſertio, ſi in actis non conſtet notoriè de non iure
tacentis *Rot. deciſ. 452. num. 5., 8. part. 14. recen.*
deciſ. 202. n. 3., & 4. p. 15., & deciſ. 481. n. 46.,
& 47. coram Peutinger.

Quæ perpetuitas inſtantiæ de Iure canonico
15 procedit, nedum in cauſis ſpiritualibus, ſed
etiam in ciuilibus, & prophanis, vbi agitur in
terris, ac locis ſubiectis in temporalibus Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ, *Imol. in cap. venerabilis num. 3.*
verſic.

Digitized by Google

verſic. ideò communiter de Iudic., vbi quod in foro
Eccleſiaſtico, & in terris ſubiectis Eccleſiæ in
temporalibus eſt correcta *l. properandum C. de
Iudic. Veſtr. in prax. lib.3. cap.5. n.2.*, & ibi *Gra-
uat. in addit. lit. A*, *Tort. ad ſtatut. Pap. Rubr. 1.
n.187. Barz. deciſ.30. n.7. Rot. deciſ.1792. num. 2.
coram Cocein.*
Idem dic procedere etiam extra ſtatum Eccle-
16 ſiaſticum in illis locis, in quibus vigore particu-
larium Conſtitutionum eſſet ſeruanda diſpoſitio
Iuris Canonici.
Et dicta diſpoſitio Iutis Canonici procedit
17 tam in cauſis ordinarijs, qnàm delegatis, nam
non obſtante lapſu triennij poteſt Iudex delega-
tus procedere *Abb.*, *& Felin.*, *Fagnan. in dict.
cap. cum venerabilis n.6. de Iudic.*
At dicta perpetuitas non habet locum quando
18 cum negligenria Actoris in litigando copulatiuè
concurrit factum aliquod poſitiuum indicans,
quod litem habuit pro derelicta, & quod ſui non
Iuris notitiam habuit, *Rot. deciſ.395. n.18., & 19.
coram Bich.*, *& deciſ.388. n.7. par.18. recen.*
Inſtantia autem de Iure Canonico ideò eſt per-
petua, & non triennalis, ſicut de Iure Ciuili, quia
ex Iuris Ciuilis diſpoſitione ab interlocutorijs,
& emergentibus non datur appellatio, quæ poſſit
remorari expeditionem cauſæ intra triennium,
ſecus de Iure Canonico, ſecundum quod etiam
ab interlocutorijs, & à quocumque grauamine
datur appellatio, ad quas appellationes tollen-
19 das, ſæpè intercedunt anni, & ſic nunquam po-
tuiſſent Iudices Eccleſiaſtici terminare cauſas in
meritis, & ob hoc emanauit perpetuitas Inſtan-
tiæ, *Hoſtien. In d. cap. cum venerabilis n. 3. verſic.
ſed non placet*, *Io: Andr. ibid. n.8.*, *verſic. ſed quæ
erit ratio*, *& Imol. n.4. de Iudic.*, *& Fermoſin. ibid.
quæſt.1. n.14.*, *& ſeq.*
At *Fermoſin. alleg. quæſt.1. n.25.* exiſtimat in di-
20 ſpoſitione *Sacr. Concil. Trident. ſeſs.24. cap.20. de
Reform.* fuiſſe diſpoſitioni tam Iuris Ciuilis, quàm
Canonici conſultum quadam media via, nempè
Iuri Ciuili volenti cauſam terminari intra trien-
nium, nam ſi Iudex Eccleſiaſticus intra biennium
cauſam non terminet poteſt adiri Iudex ſuperior,
ve agnita Iudicis negligentia cauſam in ſtatu, &
terminis, in quibus reperitur coram Iudice Ec-
cleſiaſtico, reaſſumat, & terminet; Iuri verò
Canonico fuit etiam ſuccurſum, quia inſtantia
perpetua ab hoc inducta per talem recurſum non
perit, ſed durar, cum per *Saer. Concil. Trident.*
partibus, vel alteri illarum ſit indultum Iudices
ſuperiores adire, qui ſuo tempore Iuſtitiam ad-
miniſtrent, hinc media via Iuri Ciuili, & Ca-
nonico eſt ſatisfactum, & concordat *Fagnan. in
dict. cap. venerabilis n.11.*, *& infrà de Iudic.*, qui
amplius notat, quod diſcrepar *Sacr. Concil.* à di-
21 ſpoſitione Iuris Ciuilis, circa inſtantiam, ex
quo de Iure Ciuili poſt lapſum triennij Iudici pe-
tit inſtantia, ſed non perit iuriſdictio ſuper noua
cognitione cauſæ, quæ eſt perpetua, ideò coram
illo iterantur acta, & omnia fiunt de nouo, inde-
que fit, vt lites euadant prolixiores, & ferè
immortales; *at ex Concil. Trident.* inſtantia pe-
rit quidem Iudici, cuius iuriſdictio partibus
reclamantibus expirat lapſo biennio, ſed non
perit partibus, immò liberum eſt eis, vel alteri
illarum adire ſuperiores Iudices, qui cauſam
terminare debent, nec pereunt acta, cum ipſi
Iudices ſuperiores debeant cauſam reaſſumere in
ſtatu, & terminis, & propterea coram ipſis ex
diſpoſitione eiuſdem *Concil.* ſunt traſportanda
22 omnia acta geſta coram Iudice à quo, & ſic poſt
lapſum bienij acta non pereunt, ſicut pereunt de
Iure Ciuili perempta inſtantia triennali, *Fer-
moſin. in cap. venerabilis 2. quæſt.9. nu 5. de Iudic.
Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 2. n.65. ad 67.*;
& ſic hoc ceſſat motiuum immortalitatis litium
emanans à diſpoſitione Iuris Ciuilis, à quo dum
pro abbreuiatione litium datur inſtantiæ tem-
pus triennij, eodem tempore inducitur illarum
eternitas.
Aduerte hic quod ſi biennio elapſo Iudex Ec-
cleſiaſticus non terminauit cauſam coram ſe pen-
23 dentem, ſi partes nolint iuxtà ſupradictam di-
ſpoſitionem *Saer. Concil.* recurrere ad ſuperiorem,
ſed malint terminari ab eodem Iudice Eccleſia-
ſtico, poſſunt hoc facere, cum *Concil.* in partium
arbitrium repoſuerit ad ſuperiores recurrere, vt
ex verbis *Concil.* elicitur, *& notat Bottin. ad ſtat.
Genu. lib.2. cap. 22. §. inſtantia in additione circa
finem.*
Aduerte etiam, quod dicta diſpoſitio *Sacr.
24 Concil.* procedit generaliter nedùm in cauſis Ci-
uilibus, & beneficialibus, ſed etiam in quibus
alijs, quæ ſunt de foro Eccleſiaſtico, ſiue Cri-
minales ſint, ſiue matrimoniales, *plenè Monald.
conſ.96. per tot. lib.2. Fermoſin. in dict. cap. venera-
bilis quæſt 2. n.8. de Iudic.*
Nota inſuper, quod ſi non ſtetit per Iudicem
25 Eccleſiaſticum, quominus intra biennium cauſa
expediretur, ſed vel ob qualitatem cauſæ intrica-
tæ, ac grauiſſimæ, vel partium cauillaciones,
diſpoſitio *Concil.* non procedit, nec partes poſ-
ſunt recurrere ad Superiores, *Salgad. de Reg protect.
part.2. cap.17. n.35.*, qui teſtatur ſic declaratum
per Sacr. Cong. Concil., & quod talis declaratio
digito ligata habenda eſt.
Præmiſſa differentia circa tempus inſtantiæ
inter Ius Ciuile, & Canonicum, ac libara ſuper
hoc determinatione *Sacr. Concil. Trident.*, pro
priùs accedendo ad noſtrum ſtatutum hic, fuit
per illud determinatum, ad hoc vt cauſæ citius
26 terminentur, vt tempus inſtantiæ ſit bienij, &
ſic in hoc diſcrepat à Iure Ciuili, & Canonico,
dum ex dictis Iuribus inſtantiæ tempus eſt trien-
nale, ac perpetuum reſpectiuè, & tempus in-
ſtantiæ per hoc ſtatutum potuit abbreuiari *Tort.
ad Statut. Pap. Rubr.1. n.192. & 193.*
Hoc ſtatutum tendens ad abbreuiandas lites
27 eſt fauorabile, & ſic larè venit interpretandum,
*Caſtrenſ. in l. properandum n.2. C. de Iudic. Fenzon.
hic n.5. & 6.*
Tale quippe tempus biennij eſt ſatis congruũ, &
ſufficiens pro expeditione cauſarum, ſed ſi verſa-
remur in ſtatutis tempus inſtantiæ nimis breue
28 præſcribentibus, in quo non poſſet haberi cau-
ſæ cognitio, & expeditio, tunc non eſſet fauo-
rabile *Caſtrenſ. ibid.*
Ordinatorium eſt hoc ſtatutum de inſtantijs
29 pro foro Capitolino tantùm, cum illius verba
directa ſint Magiſtratibus, ac Iudicibus Curiæ
Capitolij, & de Iure hoc probat *Rot. Bonon. di-
uerſ. deciſ.120. n.3.*
Hinc ligat omnes litigantes in Curia Capito-
lina

Digitized by Google

30 lina Conciol. ad ſtat. Engnb. lib. 2. Rubr. 20. n.4.
etiam Clericos, & Eccleſiaſticos, cum hic ligen-
tur ſtatutis laicorum reſpicientibus ordinatoria
31 Iudicij, & limitantibus inſtantiæ tempus Butr.
in cap. venerabilis n. 9. verſic. aduerte tamen de In-
dic. Tort. dict. Rubr.1. n.187. in fine, Pigant. Rubr.
63.n.27. Nouar. ſuper pragm. Regn. Neapol. pragm.1.
de inſtan. cauſ. collect.1. n.18. Chart. deciſ. Iannen.
78. per tot.

At Caſtill. deciſ. Sicil.11. n.57., & ſeq., & in
32 addit. in §. fuit deuentum tenent contrarium
quando ſtatutum omnibus cauſis præſcribit tem-
pus inſtantiæ, & non aliquibus tantum.

Mihi videtur probabilis prima opinio pro
33 comprehenſione Eccleſiarum, Clericorum, &
Eccleſiaſticorum, vt notat Butr. in cap. quod ſi
Clericis n.10. verſic. circa quod, & verſic. quando-
que agitur cauſa de foro competen., & tenent alij ſu-
pra relati.

Inſtantia hæc biennalis à ſtatuto præſcripta
34 ſuccedit loco inſtantiæ à Iure Communi defini-
tæ, & ſecundum eam regulatur Nenizz. conſ.42.
num. 1., & 2. Honded. conſ. 24. nu. 12., & 13.
lib. 1. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 21. num. 4.
tom. 1. Paitell. fil. in annotat. ad expedit. cauſ. Ci-
uil. 16. n. 1., & ſeqq. Anton. de Amat. reſol. 66.
n. 14. Contr. diſcept. 59. n. 5. Altimar. de nullitat.
tom.2. Rubr.9. quæſt.35. n.1. Marcheſan. de commiſ.
35 part. 3. de commiſ. prorog. fatal. §. 1. n.15., vbi
quod in omnibus parificatur cum inſtantia Iuris
Communis.

Taliſque inſtantia, ſiue tempus illi præfixum
36 currit continuo etiam diebus feriatis, & ſiue co-
pia Iudicis haberi poſſit, ſiue non Marcheſ. vbi
proximè n.16.

Ec cum tale tempus inſtantiæ ſit continuum,
37 & currat de momento ad momentum ſicut flu-
38 men Tapia deciſ. 38. num. 4., ideò currit etiam
tempore peſtis, & belli, ſed datur tali caſu re-
ſtauratio inſtantiæ, ac reſtitutio in integrum
aduersùs illius lapſum, Tort. dict. Rubr.1. n.184.
& videantur Grammatic. deciſ.69., & Ludouic. de-
ciſ. Peruſ..36.

Si tamen Iudex mutetur, Iudex ſucceſſor ha-
39 bet integram inſtantiam ad finiendam cauſam,
leg. properandum §. ſin autem in medio Cod. de Iu-
dic. Pigant. Rubr. 63. nu. 21. verſic. ſecundus eſt
caſus.

Inſtantia biennalis, de qua in hoc ſtatuto pro-
40 cedit in omnibus cauſis, tam ordinarijs, quàm
ſummarijs, & etiam executiuis, ex verbis eiuſ-
dem ſtatuti, & cauſæ ſummariæ, & executiuæ
fuere particulariter expreſsè ad tollendas ſuper
hoc diſcuſſiones, cum plures Doctores teneant in
41 talibus cauſis non intrare inſtantiam, & propte-
rea non ſubiacere peremptioni, vt aduertit Fen-
zon. hic num. 11., & ſeqq. Petra ſuper Rit. Magn.
Curia tom. 2. Rit.248. n.23., & infra.

At pro comprehenſione cauſarum ſummaria-
rum, & executiuarum in noſtro ſtatuto abſque
alia ſpecificatione ſat fuiſſet generalitas ipſius
ſtatuti in illis verbis -- cauſæ omnes Ciuiles præci-
42 puè, dum in illis ineſt maior ratio celerioris ex-
peditionis, & quod, & ipſæ quoque habeant in-
43 ſtantiam, plenè Carpan. alleg. cap.21. n.28. & 29.
vbi de magis communi.

Cauſa quoque dotis comprehenditur ſub hoc
ſtatuto, & ſic etiam in illa perit, inſtantia, ſi non
44 terminetur intra biennium, attenta generalitate
ſtatuti Luc. Pet. in prax. for. Capitol. lib.2. cap.14.
num.7. vbi dicit ita eſſe vſu receptum, Ferrer. ad
Conſtit. Cathalon. tom. 2. 3. tempor. num.77., & in-
ſta vbi reſpondet contrarijs fol. mihi 389. Carpan.
alleg. cap.21. n.8. & 9., Scacc. de appell. quæſt.15.
n. 247. vbi teſtatur de magis communi, Ciarlin.
contr. forenſ. lib.1. cap.55. n.3.. vbi plures refert
concordantes.

Et licet contrarium teneant Paitell. fil. ad ex-
45 pedit. Ciuil. 16. in fine, Altimar. dict. Rubr. 9.
qu.35. n.33. Petr. dict. Rit.248. n. 27. Thor. Vot.
deciſ.42. n.51.

Attamen in terminis noſtri ſtatuti, qui cauſas
46 omnes vniuerſaliter etiam ſummarias, ac execu-
tiuas ſub inſtantia biennali voluit comprehende-
re, non eſt recodendum à prima opinione tan-
quam magis conſona verbis, & menti ſtatuen-
tium, & contrarijs egregiè ſatisfacit Ferrer. vbi
ſupra n.79., & ſeqq.

Atttamen cum ſtatutum noſtrum hic loquatur
47 tantum de cauſis ciuilibus, hinc non compre-
hendit cauſas criminales, Fenzon. hic n.7. Conciol.
ad ſtat. Engnb. lib.2. Rubr.20. n.5.

Inſtantia biennalis, de qua in hoc ſtatuto non
currit niſi à die litis conteſtationis, ex littera
48 eiuſdem ſtatuti, & in hoc ſtatuentes proceſſerunt
cum diſpoſitione Iuris Ciuilis, de qua in l. prope-
randum C. de Iudic., vbi inſtantia triennalis cau-
ſis ciuilibus præſcripta, computatur à die litis
conteſtationis, vnde de peremptione inſtantiæ
tractari nequit, lite cæpta, ſed non conteſtata,
ex quo litis conteſtatio eſt fundamentum totius
Iudicij, & ante illam non dicitur quis agere, vel
49 petere, ſed agere, vel petere velle, vnde non in-
trat iudicium, vt benè firmant Aldouin. conſ. 54.
n.5., & infra, & conſ.55. n.7., & ſeqq. Tort. dict.
Rubr. 1. num. 175., & 256., Pigant. Rubr. 63.
num. 7., Scacc. de appell. quæſt. 15. num. 345.,
Trentacinq; var. reſol. lib. 2. de Iudic. reſol. 4.
num. 2. Thor. Vot. 42. num. 5. & ſeqq. Milaneſ.
50 deciſ. 20. num. 20. lib. 1., vnde etiamſi per mille
annos fuiſſet litigatum, ſed nunquam fuiſſet con-
teſtata lis, talis inſtantia nunquam currit, Scacc.
de appell. quæſt.15. n.345.

Ideoque ſi altercaretur ſuper aliquo emergenti
vt ſuper legitimatione perſonarum antè litis con-
51 teſtationem etiam per decem, vt vltra annos,
non curreret inſtantia, Felin. in cap. venerabilis
n.23. in addit. verſic. dicas tamen de Iudic. Scacc. dict.
n. 345. Nouar. ſuper Pragmat. 1. de inſtant. cauſ.
collect.1. n.2.

Cum ſtatutum dicat, biennium datum inſtan-
tiæ à die conteſtationis litis eſſe computandum,
52 hinc talis dies ſtat excluſiuè, & non comprehen-
ditur in biennio, vt aduertit in puncto Luc. Pet. in
prax. lib.2. cap.14. n.6. Pigant. Rubr.63. n.6. ver-
ſic. dies autem, cum talis dictio, ſiue præpoſitio
53 à die denotet ſeparationem diei litis conteſtatio-
nis à biennio præſcripto inſtantiæ, vt notat Caua-
gnol. ad decret. Montisferr. decret. 2. §.11. n.6., &
decret.3. §.2. n.4.

Subdit ſtatutum, vel à die habita litis pro con-
54 teſtata, & ſic inſtantia biennalis currit, ne-
dum à die conteſtationis litis, ſed etiam pro
conteſtata habitæ, Socinn. ſen. conſ. 47. num.4.,

& ſequent. lib. 4. Aldouin. conſ. 54. n. 4. 9., & infra.

Quod intellige ſi lis de Iure erat conteſtanda,
55 ſecus ſi non etat conteſtanda, & partes diſſen-
tiant ſuper conreſtatione, cum Iudex non poſſie
habere litem pro conteſtata partibus diſſentien-
tibus Soccinn., & Aldouin. vbi proximè.

Et in ſummarijs, ac executiuis, cum lis pro-
priè non conteſtetut, in illis habetur pro conte-
56 ſtatioue prima oppoſitio poſt petitionem, vel
cum de meritis cauſæ incipit diſcurri, cum illi
actus diſcuſſionis ſuper meritis ſuccedane loco
conteſtationis litis Alex. conſ. 50. n. 6., & 7.
lib. 2. Aldobrand. conſ. 28. n. 2. ad 4. lib. 2. Tort.
dict. Rubr. 1. n. 258., Cauagnol. allegat. decret. 2.
§. 10. n. 8., & ſeqq. Petr. dict. Rit. 248. n. 24.,
Fenzon. hic n. 28., Salgad. de Reg. protect. part. 4.
cap. 2. n. 55., & 56.

Quinimmò in ſummarijs non ſolum inſtantia
perit, ſed facilius, cum citius cauſæ ſummariæ
57 terminari debeane, & cutrit ſtatim ſequuta
contradictione partis, & ab ea die, qua cæpit
tractari de meritis cauſæ, cum hic actus habeae
vim litis conteſtationis, Canagnol. ad decret. Mon-
tisferr. decret. 8. §. 2. n. 2., & 3. Luc. Pet. dict. cap. 14.
n. 4. Andreol. contr. 79. n. 34., & 35. Altimar. de
nullit. tom. 1. Rubr. 9. qu. 36. n. 19.

Vera autem litis conteſtatio in propoſito tunc
58 dicitur facta, quando fuere uegata, narrata,
prout narrantur, & petita prout petuutur Al-
douin. allegat. conſ. 54. n. 8. Peregr. conſ. 82. n. 1. lib. 1.

Litem autem fuiſſe conteſtatam, vel pro con-
59 teſtata habitam nec ne, colligitur ex proceſſu
Aldouin. conſ. 54. n. 7., & conſ. 55. n. 9.

Iuſtantia autem iu pluribus caſibus, & cauſis,
etiam lite conteſtata, vel pro conteſtata habita
nou currit, & primo ſi cauſa pendeat in Conſiſto-
60 rio Principis, uam quouſque non fuerit ab eo
alteri delegata, ſeu commiſſa ſuis Proceribus,
Senatui, vel alteri Iudici, ſemper eius inſtautia
viget, plenè Molfes. conſ. 47. poſt 2. vol. ad conſuetud.
Neapol. Rolan. conſ. 15. n. 3., & ſeqq. lib. 2. Soccin.
ſen. conſ. 1. n. 5., & 6. lib. 5., Carpan. alleg. c. 21. n. 14.
& 69. tom. 1. Pigant Rubr. 63. n. 32. Petr. alleg. Rit.
248. n. 33. part. 2. Altimar. dict. q. 36. n. 47. Theſaur.
deciſ. 10. n. 26. Capicc. latr. deciſ. 68. n. 10.

Hinc nunquam perit inſtantia cauſarum peu-
dentium in ſacris Congregationibus Cardina-
lium, cum dicantur pendere coram ipſo Papa, &
iu eius Conſiſtorio, & nunquam tranſeuut in rem
iudicatam, & ſemper quouis tempore elapſo poſ-
61 ſunt ab iiſdem Cardinalibus cognoſci, & reui-
deri, vt firmat Rota deciſ. 536. n. 10. coram Amat.
Dunozzett., & præciſè eadem Rot. in Bononien Af-
francantionis coram Sacrato n. 2. poſt Marcheſan. de
commiſſ. part. 2. fol. 81.

At poſtquam à Principe fuerunt alteri Iudici
62 delegatæ cauſæ, quæ pendebanc in eius Conſiſto-
rio, tunc currit inſtantia, & parti imputandum
eſt, ſi illam non proſequitur Rolan. conſ. 14. n. 7.
& ſeqq. lib. 2. Odd. conſ. 11., Theſaur. deciſ. 10. n. 3.

In cauſis autem pendentibus in Sacro Conſ.
63 Neapol., à quo proferuntur ſententiæ ſub nomi-
ne Regis non perire inſtantiam tenent Molfeſ al-
legat. conſ. 47., & alios congerie Altimar. ad deciſ.
Ronit. 29. n. 14., Capicc. latr. deciſ. 68. n. 11., & 12.

Sed tu tene contrariam opinionem, vti verio-
tem, quod ſcilicet etiam inſtantiæ cauſarum
64 peudentium in Sacro Conſil. Neapol. ſubiaceant
peremptioni per text. clarum in §. at hæc Auth. de
appell, & intra quæ tempor., & per dict. text. hoc
probat Petr. alleg. Rit. 248. n. 34. verſic. hac tamen
aſſertio, & per optimas rationes idem concludit
Altimar. dict. q. 36. n. 54., & infra, vbi quod hæc
opinio eſt verior, & communior, & reijcit Molfeſ.
& alios contrarium tenentes ab ipſo Altimaro
prius adductos n. 49. ad 53. vbi teſtatur in ſimul
de obſeruantia Sacti conſilij, quod inſtantia in
65 illo perimitur, & poſtea obtiuetur à Præſide
eiuſdem Sacr. Conſil. inſufflatio ſpiritus, ac reſtau-
rario iuſtantiæ, quæ non eſſet neceſſaria, ſi in-
ſtantia in eo non curreret, & nou periret, Capicc.
latr. deciſ. 68. n. 13., & infra, & ibi Manfrell. in
obſeru. n. 2., vbi quod hæc opinio crebrius in
praxi procedit.

Secundo non perit inſtantia ſi fuerir petitum
66 conſilium Sapientis (quod in foro Capitolino
eſt votum Aſſettamenti, de quo voto diſponit ſtat.
Vrb. lib. 1. cap. 79.; & ſuper quo ibi aliqua adno-
taui) quod votum æquipollet conſilio Sapientis
67 ex traditis per Ruin. conſ. 77. n. 1., & 2. lib. 5. vbi
de ratione, Thor. vot. 42. n. 17. tom. 1.

At quando Reus petijt votum Aſſettamenti,
de quo in dicto ſtat. 79., cum multoties illud pe-
ratur ad protrahendas expeditiones cauſarum,
cum ſic in arbitrio Actoris adire Aſſettamentum
à Reo peritum, ex quo poſtquam illud petitum
68 fuit, & conceſſum poteſt tam Reus, quàm Actor
illud adire, propterea ſi in primo Aſſertamento,
vel ſecundo non curat in illo fieri propoſitionem
cauſæ, & non tollit impedimentum, quod facili
remouere poteſt, inſtanria currit, & perit, Thor.
vot. deciſ. 42. n. 29. tom. 1. Maſtrill. deciſ. 185. n. 4.,
& faciuut tradita per Conciol. allegat. Rubr. 20.
num. 20.

Tertiò Inſtantia ſtatutaria non currit, ſi facto,
69 & culpa Aduerſarij quis ſit impeditus, etiam
ſtante ſtatuto ſuper Inſtantiæ curſu. Io. Franc. de
Ponte conſ. 142. n. 8. & infra lib. 2., Thor. dict. Vot.
42. n. 29., & ſeq., Maſtrill. deciſ. 185. n. 2., & deciſ.
275. n. 9.

At hæc concluſio procedit, ſi quis de impedi-
mentis fuerit proteſtatus, & ſuper illis habuerit
70 recurſum ad Superiorem, Carpan. alleg. cap. 21.
n. 64. & 65., & facit. Barz. deciſ. 32. n. 35. verſic.
denique.

Quando tamen impedimentum eſt notorium,
tunc proteſtatio non eſt neceſſaria, ac etiam ea
71 non facta inſtantia non currit ex traditis per Ruin.
conſ. 77. n. 2. lib. 5. benè Gratian. deciſ. March. 22.
per tot., & ibi Scopp. in obſeru.

Vel ſaltem tali caſu datur reſtitutio in inte-
grum aduerſus lapſum inſtantiæ Odd. de reſt. in
72 integr. qu. 67. artic. 3. n. 21. Tort. dict. Rub. 1. n. 182.
Pigant. Rubr. 63. n. 24. Maſtrill. deciſ. 185.

Proue ſi culpa Iudicis iuſtantia pereat, ſi con-
tra ipſum fuerit proteſtatum pro expeditione
cauſæ, datur reſtitutio in integrum aduerſus la-
73 pſum inſtantiæ, etiamſi Iudex eſſet ſoluendo,
cum periculoſum ſit, ac difficile contra Iudicem
obtinere Odd. de reſt. in integr. qu. 67. artic. 5., benè
Tort. dict. Rubr. 1. n. 178., & infra.

Quartò non intrat peremptio inſtantiæ quan-
do agitur de notorio, & contra iudicialiter con-
feſſum,

74 feſſum, *Coſt. remed. ſubſid. 94. n. 11. Pigant. Rubr.*
63. n. 32. verſic. prout quando, Tort. dict. Rubr. 1.
n. 242., & 243. vbi dicitur hoc procedere, quia
per confeſſionem res efficitur notoria.

Et ob hoc de anno 1682. in Aſſettamento in
quadam cauſa Romana ſocietatis officij inter
Renam, & Marcheſettum dicebam, non intrare
terminos peremptionis inſtantiæ, ex quo poſt re-
75 laxatum mandatum pro Marcheſetto contra Re-
nam, & ab hoc ſuſceptum terminum ad ſoluen-
dum Marcheſettus vigore decreti Iudicis, qui re-
laxauerat mandatum, recepit certam ſummam
tantum contentam in decreto relaxationis man-
dati, & in termino ad ſoluendum ſuſcepto, ſed
dictum decretum, in quo Iudex mandauit recipi
certam ſummam, erat cum clauſula *ſine præiudi-*
cio Iurium partium, ac prætenſi reſidui, vnde licet
poſt dictum decretum Marcheſettus Creditor ſi-
luerit per quinque annos, non ob hoc erat locus
peremptioni inſtantiæ, cum cauſa eſſet iam expe-
dita, & terminata per decretum relaxationis
76 mandari, ac ſuſceptionem termini ad ſoluendum,
per cuius termini ſuſceptionem aderat confeſſio
Partis ſuper Credito *per tex. clarum in l. ad ſolu-*
tionem C. de re Iudic. Rot. deciſ. 354. nn. 5. coram
Mantic., & deciſ. 273. n. 17., & 19. coram Duran.,
77 vndè ſuper re deciſa, & vlterius effecta notoria
per confeſſionem Partis non poterat prætendi
peremptio inſtantiæ, *vt firmant Pigant., Tort., &*
Coſt. ſupra allegati.

Nec decretum prouiſionale poſtea factum per
Iudicem ſuper receptione certæ ſummæ ſuſtulit
relaxationem mandati priùs factam, ac terminum
78 ſuſceptum, maximè dum dictum decretum fa-
ctum ſuper receptione erat cum clauſula *ſinè præ-*
iudicio iurium partium, & prætenſi reſidui, & ſic
paret quod Iudex noluit tollere decretum relaxa-
tionis mandari, nec confeſſionem debiri reſul-
tantem ex ſuſceptione termini.

Et licet in meo Voto acceſſerim ſingularis in
Aſſettamento, attamen quia rationi innixum
vnus receſſit à ſua opinione, quam habebat pro
peremptione inſtantiæ, vndè ob paritatem Vo-
79 torum fuit dilata reſolutio, at ſi cauſa fuiſſet de
nouo repropoſita ego exiſtimabam, quod vnani-
mi voto fuiſſet capienda reſolutio pro non per-
emptione inſtantiæ.

Quintò inſtantiæ peremptio non procedit in-
ter perſonas miſerabiles, & tales ſunt pupilli
80 *Thor. Vot. 42. n. 49.*

81 At contrarium tenet *Ciarlin. contr. forenſ lib.*
1. cap. 55. n. 9. & ſeq.

82 *Contr. verò diſcept. 59. n. 4. & ſeq.* tenet quod
tempus inſtantiæ currat, ſed quod datur reſtitu-
tio in integrum. Inſpecto tamen noſtro ſtatuto hic
generaliter loquente de omnibus cauſis verior,
83 ac magis probabilis eſt opinio *Ciarlini*, quod
procedat contra minores, magis tamen æqua eſt
illa *Contrij* pro reſtitutione in integrum.

Sed contra reſtitutionem in integrum fauore
minorum *tenet Marcian. conſ. 45. n. 16., qui teſtatur*
84 *ſic deciſum per Regiam Cameram*, ea adducta ra-
tione, quia agitur de modico præiudicio, ex quo
non obſtante peremptione inſtantiæ minor po-
teſt iterum agere *Petr. Rit. 248. nu. 46. verſic. ſed*
neceſsè concedendum.

85 De hac tamen opinione *Marciani* dubitat
Tom. I. dictus *Petr.* prout illa non placet, *Pigant. Rubr.*
63. n. 11. verſic. quod mihi non placet, & dari reſti-
tutionem minori firmat expreſsè *Odd. de reſt. in*
integrum qu. 67. art. 2.

Quando verò inſtantia fuit perempta culpa Tu-
86 torum, vel Curatorum, ſi ſint ſoluendo, tunc non
datur reſtitutio *Caſtrenſ. in l. properandum §. hæc*
autem n. 4. verſic. vltimo opponitur C. de Iudic. Tort.
Rubr. 1. n. 253. Caſtill. deciſ. 11. n. 41. & ſeq.

Sed æquior eſt opinio contraria fauore mino-
rum, vt habeant optionem petendi reſtitutionem
in integrum, vel agendi contra eorum Tutores,
87 vel Curatores, etiamſi ſint ſoluendo, *Butr. in cap.*
venerabilis n. 9. verſic. nunquid autem reſtituatur de
Iudic. Surd. conſ. 95. n. 21., & ſeq. Coſt. remed. ſub-
ſid. 48. n. 1. & 4., & facit addit. ad deciſ. 11. Caſtill.
in verſic. moti fuerunt, vbi quod datur reſtitutio
in integrum, quando per illam pinguius prouide-
tur, quam per Iudicium ordinarium.

Quid autem ſit dicendum in Eccleſia, an ad-
uerſus illam currat, & pereat inſtantia, vel detur
88 eidem reſtitutio in integrum, *videantur Coſt.*
remed. ſubſid. 48. Caſtill. deciſ. 11., & ibi plenè in
addit.

Sextò inſtantia hæc ſtatutaria non perimitur in
89 cauſis Fiſcalibus *l. properandum C. de Iudic. Car-*
pan. alleg. cap. 21. n. 16. tom. 1., Fenzon. hic n. 8. &
9., Petr. Rit. 248. n. 22. Cauagnol. ad decret. Mon-
tisferr. decret. 8. §. 5. nn. 1. & ſeq., Beuinten. de-
ciſ. 76.

Hoc procedit licet Fiſcus ſit hæres defuncti,
cum quo inſtantia cępta fuit, *Cauagnol. vbi pro-*
90 *ximè.*

At ſi Fiſcus ſuccedat priuato terminata iam,
& perempta prima inſtantia, tunc tenetur pro-
91 ſequi appellationem, *Cauagnol. vbi proximè n. 3.*
verſic. limitatur.

Dictumque priuilegium competens Fiſco, quod
contra eum non currat, nec pereat inſtantia ſuf-
92 fragatur etiam litiganti cum Fiſco ratione ęqua-
litatis ſeruandæ, *Cauagnol. n. 4. & 5., Altimar.*
de nullitat. tom. 1. Rubr. 9. qu. 36. nu. 45. & 46. vbi
quod procedit tàm in Fiſco Actore, quàm Reo.

Omitto recenſere alios caſus, quando nec ne
ſubiaceant noſtro ſtatuto, hoc ſolum admonendo,
quod ſtante eius generalitate ob illa verba - *cauſæ*
omnes ciuiles - ob illam dictionem vniuerſalem
omnes nulla cauſa ciuilis dicitur excepta à perem-
93 ptione inſtantiæ, & qui contrarium prætendit
in aliqua cauſa debet probare illam eſse excep-
tam à caſu ſtatuti, ex traditis *plenè per Barboſ.*
dict. 241. n. 1. & ſeq. Rot. deciſ. 221. n. 10. par. 17.
recen.

Nunc ſuper dicta inſtantia ſtatutaria aduerte,
94 quod poteſt per partes proprio conſenſu dimi-
nui, & abbreuiari, *Scacc. de appellat. qu. 15. num.*
298. Pigant. Rubr. 63. n. 15. verſic. planè illud.

95 Prout poteſt partium conſenſu ſuſpendi *Ca-*
ſtill. deciſ. 11. n. 23. verſic. vbi ait.

96 Non poteſt tamen prorogari, *plenè Tort.*
Rubr. 1. n. 206. & ſeq., & 224., & infra, Caſtill.
dict. deciſ. 11. n. 23. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 139. à
num. 30.

Fallit in inſtantia appellationis, quæ poteſt
prorogari de conſenſu partium, & ratio diuerſi-
tatis inter primam inſtantiam, & illam appella-
tionis eſt, quia in hac perit omne Ius appellantis,

Digitized by Google

& ſic verſatnt maius præiudicium, ſecus in prima
97 inſtantia, cum illa perempta remaneat remedium denuò agendi, Caſtrenſ. in l. properandum n. 10. verſic. tertium tempus, C. de Iudic., Tor. dict. Rubr. 1. n. 209., & ſeq., benè Altimar. alleg. Rubr. 9. qu. 37. nu. 75., & infra, & videatur latè Barz. deciſ. 32.

Quando tamen inſtantia biennalis ab hoc ſtatuto præſcripta adhuc non eſt elapſa, quod poſſit
98 de conſenſu partium prorogari vſque ad triennium, tempus inſtantiæ à Iure ciuili præſcriptum, Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 21. n. 90. tom. 1., Petra dict. Rit. 248. n. 64. & 65., Capicc. deciſ. 11. n. 16. verſic. ſecunda vero, plenè Amat. deciſ. March. 83. n. 37. & ſeq., Thor. Vot. 42. n. 40. & infra.

Si tamen inſtantia biennalis eſt perempta non
99 poteſt amplius prorogari etiam vſque ad triennium, cum prorogatio ſupponat durationem primæ inſtantiæ, Palma ſen. conſ. 43. n. 10. Barz. deciſ. 32. n. 4. Amat. dict. deciſ. 83. n. 7., & 8. vbi de ratione.

Tempus autem biennij à ſtatuto hic præſcriptum inſtantiæ, vel triennij, vbi ſeruatur Ius ciuile, ſi ſit elapſum, poſt illud Iudex ſinè Iuriſdi-
100 ctione procedit, & quidquid operatur non tenet, Imol. in cap. venerabilis n. 6. de Iudic., Tort. dict. Rubr. 1. n. 241., Altimar. alleg. Rubr. 9. qu. 35. n. 52., Cornaz. deciſ. Lucen. 97. num. 4., Franc. Merlin. deciſ. Lucen. 64. n. 5., Thor. Vot. 42. num. 10.
101 ad 12., vndè ſi poſt peremptionem inſtantiæ feratur ſententia, hæc eſt ipſo Iure nulla, March. de Commiſs. par. 3. de Commiſs. proroog. fatal. §. 1. n. 18. fol. 399. Pigant. Rubr. 63. n. 10. Paitell. filius in annot. ad expedit. 16. n. 7. & ſeq., Petr. Rit. 248. n. 3. & 4. Maſtrill. deciſ. 70. n. 4. & 5., Ludouic. deciſ. Lucen. 24. n. 14., & deciſ. 43. n. 20., & 21., Thor. Vot. 42. n. 13. & 14., Armenzan. deciſ. Genuen. 51. n. 14.

Quod in inſtantia ſtatutaria eſt declarandum, vt procedat, ſi ſtatutum dicat, quod inſtantia
102 duret tanto tempore, & ſic verba dirigantur ad cauſam, non ad Iudicem, Socinn. ſen. conſ. 1. n. 4. & 5. lib. 5. vbi quod hæc opinio communiter ſeruatur in practica. Fenzon. hic n. 17., ſecus ſi à ſtatuto tempus inſtantiæ ſit directum Iudici, quia
103 ſtatutum dicat, quod Iudices teneantur intra certum tempus cauſam expedire, tunc enim ſententia prolata poſt dictum tempus valet, Socin. ſen. dict. conſ. 1. n. 5. Fenzon. hic n. 26., & cum dicta diſtinctione procedit, Tort. alleg. Rubr. 1. n. 173. & 174., & melius n. 244.

An autem ſtatutum noſtrum hic ſtatuat tempus inſtantiæ cauſarum, vel Iudici, nunc viden-
104 dum Fenzon. hic breuiter, ſed malè concludit, eſſe præſcriptum Iudici, & ſic quod ſententia ab eo prolata perempta, inſtantia non ſit nulla.

At contra Fenzon., credo quod ſtet veritas, & quod tempus inſtantiæ cauſis, & non Iudicibus
105 Capitolinis ſit præfixum, cum ſtatutum loquatur in rem ibi - cauſæ omnes terminentur - iuxta punctualem Theorie. Felin. in cap. venerabilis n. 19. verſic. tamen in hoc de Iudic., & facit Bald. in l. properandum n. 8. C. eod., Socin. dict. conſ. 1. n. 4. lib. 5.

Quod vlterius comprobatur ex eodem ſtatuto hic, dum perempta inſtantia, poſt lapſum biennij
106 dat tantum Iudici facultatem expediendi cauſam fauore Rei, & ſic eius Iuriſdictio fuit ſublata quoad Actorem, qui non curauit cauſam expediri intra biennium.

Non obſtat quod ſtatutum hic imponat certam pœnam Iudici cauſam non terminanti intra biennium ibi - & Iudex pœnam viginti quinque aureorum incurrat - & ſic dici ex hoc poſſit, ſtatutum reſpexiſſe in hoc perſonam Iudicis, & non cauſas; nam cum prius verba direxerit ad cauſas, & inſtantiam, vt ex ſtatuti lectura dignoſcitur, hinc talis pœna poſtea addita Iudici non
107 tollit metam inſtantiæ prius præfixam cauſis expediendis, vt in puncto aduertit Rot. Genuen. deciſ. 13. n. 9. verſic. adhuc tamen.

Quam opinionem contra Fenzon. iudicando tenui, & mandaui quod perempta inſtantia, illa per Commiſſionem ſignandam manu Papæ re-
108 ſtauraretur, nec volui inſtantia perempta procedere ad ſententiam fauore Actoris ex proceſſu bonum Ius fouentis, niſi prius reſtaurata per Principem Supremum inſtantia perempta.

Præterea pro mea opinione contra Fenzon. dum hæc ſcribo ponderandum eſſe vlterius exiſtimo, quod quando eſſemus in dubio an tempus datum
109 inſtantiæ à ſtatuto ſit præfixum cauſæ, vel Iudici, præſumitur potius datum cauſæ, ſeù inſtantiæ, quam Iudici Felin. in cap. venerabilis n. 19. de Iudic. Caſtrenſ. in l. properandum nu. 4. C. eod. vbi hanc opinionē profitetur veriorē, & communiorem Carpan. dict. cap. 21. n. 22. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defectu Iuriſd. n. 120. Canagnol. ad decret. Montisferr., decret. 2. §. 13. n. 11. Rot. Iannen. deciſ. 13. n. 8. in fine & n. 9.

Et peremptio inſtantiæ poteſt opponi etiam poſt prolatam ſententiam per modum exceptio-
110 nis, quod ſit lata à non Iudice, Nonar. ſuper Pragm. 1. de Inſtan. cauſar. collect. 1. num 12. Petr. alleg. Rit. 248. n. 3. verſic. ita quod, Ludouic. deciſ. Lucen. 45. n. 20.

An autem talis ſententia nulla, ex quo prolata poſt peremptam inſtantiam poſſit confirmari à Iudice appellationis, ſi ſit iuxta in meritis affir-
111 mant Cornazzan. deciſ. Lucen. 194. n. 2., & præcisè Franciſc. Merlin. deciſ. pariter Lucen. 64. n. 6., & refert. Petr. dict. Rit. 245. n. 6., ea ratione adducta, quia Iudex appellationis poteſt ſententiam nullam ex defectu citationis, vel ex alio quocumque defectu confirmare in meritis, ſi ſit iuſta.

At dict. Petr. alleg. n. 6. verſic. verum dicit, te-
112 net præfatos Doctores, eorumque dicta procedere, ſi ſententia ſit prolata in gradu appellationis, huius inſtantia deſerta, ſecus ſi deſertio, vel lapſus inſtantiæ acciderit in prima inſtantia, & hoc idem Petr. deducit ex eodem Merlin. deciſ. Lucen. 22. n. 18., & ruſus hoc tenet idem Petr. n. 11., & 12.

Quinimmò idem Petr. n. 7., & 8. poſt alios ab eo relatos firmat, quod etiam in gradu appella-
113 tionis poteſt Iudex confirmare ſententiam nullam, ſi ſit iuſta in meritis, ſi velit, non quod teneatur, & quod etiamſi velit, non poteſt facere talem confirmationem, ſi pars proteſtetur, quod prius pronuncietur ſuper nullitate, nam tunc Iudex perperam ſe gerit, ſi prius non pronunciat ſuper nullitate.

Non poteſt tamen opponi de nullitate ſententiæ ex defectu Iuriſdictionis ex capite peremptio-

nis

Digitized by Google

nis inſtantiæ, quando de tali exceptione perem-
114 ptionis fuit oppoſitum, & ſuper ea diſcuſſum,
& reiecta fuit per proceſſum ad vlteriora, & à
tali pronuncia non fuit appellatum, tali namque
caſu ſententia eſt valida, nec poteſt contra eam
opponi defectus Iuriſdictionis, *Soccin. Sen. conſ. 1. num. 8. lib. 5.*

Nec poteſt opponi de nullitate ſententiæ pro-
latæ in Conciſtorio Principis, ac Sacro Conſilio
Neapolit. ex capite peremptionis inſtantiæ, nam
cum ſententia proferatur nomine Regis, ac Prin-
cipis ſupremi; non obſtat propterea defectus
115 Iuris poſitiui, præcipuè cum Rex, & Princeps
ſupremus poſſit inſtantiam reſtaurare, & eo ipſo
quod eius nomine profertur ſententia, cenſetur
reſtaurata, ad hoc vt ſententia valeat, *Tapia decif. 38. n. 5. Capicc. latr. decif. 68. n. 21., & ſeq., & Manfrell. in obſer. ad dict. decif. 68. n. 14., & 15.*

Effectus inſtantiæ peremptæ ſingularis eſt,
quod cum illa pereant ſimul acta ordinatoria Iu-
dicij, ſcilicet libellus, litis conteſtatio, iura-
mentum calumniæ, fideiuſſiones de iudicio ſiſti,
de repræſentando, ac iudicatum ſoluendo, & alia
ſimilia, quæ tendunt ad litis ordinationem, non
116 tamen pereunt acta cauſæ, ſeu litis, quæ ten-
dunt ad litis, & cauſæ deciſionem, vt ſunt inſtru-
menta, ſcripturæ, depoſitiones teſtium, confeſ-
ſiones, & alia acta probatoria, *Bald. in l. prope-
randum §. & ſi quidem n. 20. C. de Indic. Partell. expedit. Ciuil. 16. n. 15., & ſeqq., & ibi Partell. filius in annot. n. 32., & 33.*, benè *Salgad. de Reg. Protect. par. 4. cap. 3. n. 59., & ſeq. dict. de Petr. Rit. 248. à n. 32. Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 63. n. 12. Scacc. de appellat. quæſt. 15. n. 348., & 360. & infra Tort. dict. Rubr. 1. n. 232., & ſeq. Conciol. ad Stat. Eugub. alleg. Rubr. 20. n. 11., & 12. Altimar. de nullit. Rub. 9. quæſt. 36. n. 8., & 9. tom. 1. Luc. Pet. in prax. lib. 1. cap. 14. n. 14. Ridolph. pariter in prax. p. 3. cap. 2. n. 12. Cabed. decif. Luſitan. 15. n. 16. par. 2. Rot. decif. 1792. n. 6. n. 6. & infra coram Coccin.*

Dicta concluſio procedit inſtantia perempta
de Iure communi, nam ſtatutum noſtrum hic
voluit pinguius prouidere, dum præſeruauit poſt
117 inſtantiam peremptam, etiam acta ordinato-
ria, vt ex eius lectura, & aduertunt ſuper eo
Luc. Pet. dict. cap. 14., & n. 14. Fenzon. hic n. 29., & ſeq., qui *Luc. Pet. n. 15., & 16.* ſubdit, quod
debent dicta acta ordinatoria poſt reſtauratio-
nem inſtantiæ citata parte, vnico contextu repeti.

Et poſſunt perempta inſtantia, quando alia
incipitur de nouo, in vim probationis reproduci
118 atteſtationes, ac probationes receptæ in prima
inſtantia iam perempta, & faciunt fidem *Salgad. de Reg. protect. alleg. cap. 2. n. 63. Rot. decif. 1792. n. 9. coram Coccin.*

Acta tamen probatoria reſultantia ex confeſ-
ſione ficta, eo quia quis in contumaciam habitus
119 fuit pro confeſſo pereunt inſtantia perempta *d. Petr. Rit. 248. n. 32. verſic. verum nota Amendol. ad Franch. decif. 250. n. 17., & 18.*

Hoc poteſt fortè procedere ſecundum termi-
nos Iuris communis, & ſecundum diſpoſitionem
noſtri ſtatuti hic, & alterius *68. lib. 1.* contrarium
conſtanter tenendum eſſe exiſtimo, nam ſeruata
120 forma, de qua in dicto *Stat. 68.* confeſſio ficta
ob contumaciam non reſpondentis poſitionibus
habetur pro vera, nec quis in Tribunali Capitolij
admittitur ad purgationem moræ, & ad reſpon-
dendum poſitionibus pronunciatis legitimè pro
confeſſatis ob non factam illis reſponſionem in
tempore, vndè cum talis cofeſſio ficta ex dicto
Stat. 68. ſit vera probatio, ac noceat vti vera con-
feſſio, quoties non oſtendatur legitimum impe-
dimentum, ob quod non fuit illis facta reſpon-
ſio, ex benè firmatis *per Fenzon. ad dict. Stat. 68. n. 100., & ſeq.*, propterea ex dicti ſtatuti diſpo-
ſitione, talis confeſſio ficta, vti præſeferens ve-
ram probationem, venit ſub actu deciſorio, &
ſic perempta inſtantia non perit; & amplius in
terminis noſtri ſtatuti hic hoc caret dubio, cum
præſeruet nedum acta deciſoria, & probatoria,
ſed etiam ordinatoria, & ſic quando etiam talis
confeſſio non eſſet ponenda inter acta deciſoria,
prout poni debet, ſed inter acta ordinatoria,
adhuc remaneret in ſuo robore vigore præſentis
ſtatuti, quod nota, quia ſuper hoc habui iudi-
care, & dixi etiam ad *Stat. Vrb. 68. n. 363.*

Si verò perempta inſtantia Iudex vlterius ab-
121 ſolueret Reum ab obſeruatione Iudicij, quod
tunc pereant etiam acta cauſa cauſæ, ac proba-
tiones *poſt Marant., & Cancer.* tenet *Petr. dict. Rit. 248. n. 32. in fine.*

At talis concluſio cum mihi non arrideret vo-
122 lui videre *Cancer. var. reſol. par. 3. cap 16. n. 15.*
allegatum pro ſua opinione *à dicto Petr.* qui *Can-
cer. ibi cum Maranta ab eo relato* non probat in-
tentum *dicti de Petr.*, cum ſolum dicat, quod
pereunt acta ordinatoria, non autem deciſoria,
& probatoria, quæ dicit durare, & quod in quo-
cumque iudicio produci poſſunt, quod in termi-
nis noſtri ſtatuti hic caret dubio, dum non ob-
ſtante quod elapſa, ac perempta ſit inſtantia, de-
bet Iudex ad inſtantiam Rei cauſam expedire, &
nihilominus remanent in ſuo robore omnia acta
facta in illo Iudicio, etiam ordinatoria.

An autem perempta inſtantia duret vitium
123 litigioſi contractum per litem motam in actio-
ne reali, & ſic nulla ſit alienatio facta rei in iu-
dicium deductæ affirmant *poſt gloſ. in l. properan-
dum §. in verbo Iudicij C. de Iudic.*, plenè *Molfeſ. conſ. 47. à n. 17. Montan. contr. forenſ. 49. num. 4., & 5.* qui reſpondet contrarijs, *Fermoſin. in cap. venerabilis quæſt. 8. n. 3. in fine de Indic. Viu. decif. 385. à n. 1., & ſeq.*

Et licet contrarium placeat, *Altimar. in addit.*
124 *ad Rouit. decif. 1. n. 19. verſic. limitatur quinto, & idem ad decif. 29. num. 19. verſic. tertius effectus, Sanfelic. decif. 144. num. 10. Cabed. decif. Luſit. 15. n. 16. par. 2.*, nihilominus mihi placet prior opi-
125 nio tanquam verior, & melius fundata, quia
nititur ſolido fundamento, quod ſcilicet perem-
pta inſtantia, vt mox fuit firmatum, pereunt
tantum acta ordinatoria Iudicij, ſed effectus li-
tigioſi non eſt actus ordinatorius, ſed naſcitur
ſtatim cum ipſa lite, & re in iudicium deducta,
vnde ſemper remanet *Viu. dict. decif. 385. n. 3.*

Et ſecunda opinio poteſt fortè retineri, ſi ex
126 actis clarè conſtet de malo iure illius, qui ni-
titur vitio litigioſi, vt erat in caſu *decif. 15. Cabed.*

Si autem inſtantia perempta fuerit reſtaurata,
& obtineat Actor condemnari Reum in actione
reali, in qua veniant etiam fructus à die motæ
litis, an tales fructus debeantur à die motæ pri-
mæ

Digitized by Google

mæ litis ſuper inſtantia perempta, ac ſublata,
vel à die motæ litis in inſtantia reſtaurata, diſ-
ſentiunt ſuper hoc ſcribentes, nam deberi à die
ſecundæ litis, non à die primæ iam extinctæ, ex
127 quo inſtauria perempta ceſſauit mala fides, &
quia poſt peremptam inſtauriam habetur, ac ſi
lis nunquam mora fuiſſet *Rebuff. ad Conſtit. Gall.
tom. 3. tit. de fruct., & illorum reſtit. art. 1. gloſ. 1.
n. 39., & 40. Peregr. de fideicom. art. 49. n. 139.
Paitell. fil. ad exped. 16. n. 34., & ſeq. Altimar.
ad Rouit. deciſ. 29. num. 19. verſic. quartus effectus,
Theſaur. deciſ. 29. n. 21., & alij relati per Rot. deciſ.*
128 *263. n. 13. coram Bich.*, & pro hac opinione ſtat
ratio, quod inſtantia reſtaurata per inſufflatio-
nem ſpiritus vitæ non eſt eadem cum prima, ſed
alia noua, *Petr. dict. Rit. 248. num. 44. Gramatic.
deciſ. 103. n. 117., & 119. Sanſelic. deciſ. 144. n. 14.*

Ar contraria opinio, quod ſcilicet tales fru-
129 ctus debeantur à die motæ primæ litis in prima
inſtantia, licet perempta placet alijs, & hæc eſt
verior, & retinenda, quam ſequuntur *Redenaſc.
conſ. 9. n. 162., & ſeq., & Fuſar. conſ. 161. n. 15.,
& 16.*, vbi teſtatur de communi, *Andreol. contr.
258. per tot.*, qui reſpondet contrarijs, *Montan.
contr. Forenſ. 49. num. 4., & 5. Altimar. ad Rouit.
deciſ. 29. n. 19. verſic. quamuis contrarium*, qui vlti-
mo loco refert hanc opinionem, *Magrett. ad
Conſtit. Pragm. Regn. Sicil. Ducis Sermonetæ §. 8.
obſer. 3. n. 4. Capicc. deciſ. 11. n. 3., & ſeq. Capicc.
latr. deciſ. 65. n. 21., & 22.*, & hanc opinionem
tenet *Rot. deciſ. 263. n. 14., & infra coram Bich.*

Quæ ſecunda opinio facilius procedit, quando
Actor in Iudicio primæ Inſtantiæ iam peremptæ
130 taliter probauit ſuam intentionem, vt potue-
rit, ac debuerit Reus cognoſcere de Iuribus ſuis,
an ſubſiſterent nec ne, quicquid ſecus ſit ſi Actor
non probaſſet in illo primo iudicio, vt diſtinguit
benè *Caball. conſ. deciſ. 89. per tot. lib. 2. Fuſar.
conſ. 161. n. 17. Magrett. alleg. obſer. 3. n. 6.*

Et quod fructus debeantur à die motæ primæ
131 litis, quando Actor in illa deduxit Iura, ac
probationes, ex quibus Reus potuit agnoſcere
ſuum malum Ius, redditur euidens ex ſupra alla-
ta concluſione, ac ratione, quod inſtantia per-
empta remanent acta deciſoria, & probatoria,
& ſic illud malum Ius Rei reſultans ex probatio-
nibus factis in illa prima inſtantia, ſemper rema-
net vigens, dum adhuc vigent illæ antiquæ pro-
bationes nunquam mortuæ cum peremptione In-
ſtantiæ.

Perempta autem inſtantia, ſolùm remanet of-
132 ficium Iudicis, ad effectum declarandi illam
peremptam, & condemnandi Actorem in expen-
ſis, vt cauetur per ſtatutum noſtrum hic, & pro-
bant *Bald. in l. properandum §. illo proculdubio n. 4.
C. de Iudic. Luc. Pet. alleg. cap. 14. num. 7. Tort.
Rubr. 1. num. 240. Gramatic. deciſ. 91. n. 6. Maſtrill.
deciſ. 70. n. 11.*

Prolata tamen per Iudicem fauore Rei ſenten-
tia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, poteſt
133 Actor illa non reuocata nouum inſtituere iu-
dicium coram eodem Iudice refectis expenſis *de
Petr. alleg. Rit. 248. n. 31. Paitell. filius in annot.
ad expedit. Ciuil. 16. nu. 40., & infra*, vbi quod
peremptio inſtantiæ non facit, quod quis non
poſſit denuò agere, cum ſolum imponat termi-
num Iudicio, non autem actioni.

Si verò dubitetur, an inſtantia ſit necne per-
134 empta, in dubio omnis interpretatio ſumenda
eſt pro non peremptione *Petr. dict. Rit. 248. num.
fin. Altimar. de nullit. tom. 1. Rubr. 9. quæſt. 35.
n. 30. Barz. deciſ. 32. n. 12. Rot. deciſ. 416. n. 7. p. 4.
recent.*

Quando verò inſtantia eſt perempta, non po-
teſt Iudex in cauſa procedere fauore Actoris ſim-
pliciter ex illa prima inſtantia, & ex primis
actis inſtantia non reſtaurata, quam reſtauratio-
nem ſolus Princeps ſupremus poteſt concedere,
135 cum ſit de Regalibus, ſicut enim ſolus Deus
poteſt mortuos reſuſcitare, illiſque nouum ſpiri-
tum vitæ inſufflare, ita ad ſolum Principem per-
tinet reſuſcitare inſtantiam peremptam, plenè
*Rolan. conſ. 4. ferè per tot., & ſignanter n. 11., &
infra lib. 3. Menoch. conſ. 380. n. 37., & ſeq. Surd.
conſ. 199. n. 13., & infra lib. 2. Aldouin. conſ. 54.
n. 1. Coſt. Sicul. conſ. 93. num. 33. Paitell. expedit.
Ciuil. 16. n. 19. Contr. diſcept. 59. n. 7. de Petr. Rit.
248. n. 41. in fine, & n. 42. Luc. Pet. in prax. lib. 2.
cap. 14. n. 10. Gramat. deciſ. 69. n. 1., & deciſ. 103.
n. 16., & 17. Capicc. deciſ. 165. num. 2. Maſtrill.
deciſ. 70. n. 80. Caſtill. deciſ. 11. n. 17. ad 22. Rot.
deciſ. 1792. n. 10. coram Cocciu.*

Nec talem Inſtantiam peremptam poſſunt re-
136 ſtaurare Barones, ac vtiles Domini, *Rolan.
alleg conſ. 4. num. 44 verſic. vlterius dicitur, &
num. 48. verſic. aut volumus lib. 3. Aldouin. conſ. 54.
num. 3., Guazzin. ad Defenſ. Reor. 2. cap. 6. num. 5.
dict. de Petr. Rit. 248. n. 42. Altimar. de nullit. tom. 1.
Rub. 9. q. 37. num. 29. idem ad Rouit. deciſ. 29. n. 17.*
137 *Maſtril. deciſ. 70. nu. 8.*, vbi quod cum ſit de re-
ſeruatis Principi, ſi per inferiores talis reſerua-
tio concederetur, commiteretur crimen læſæ
maieſtatis.

Vndè nec poteſt reſtaurari per quoſcumque
138 Iudices inferiores à Principe, licet magna di-
gnitate præfulgentes, *Menoch. conſ. 388. n. 36. &
ſeq. vbi reſpondet contrarijs.*

Nec in Curia Capitolij Inſtantiam perem-
139 ptam ex diſpoſitione huius ſtatuti, poteſt re-
ſtaurare Regens Cancellariæ, vel Signaturæ Iuſti-
tiæ Præfectus, vt latè alias probaui in particu-
lari voto; iuxtà cuius ſeriem Cardinalis de Lu-
ca, tunc Auditor San. Mem. Innocentij XI. pro-
ceſſit, dum mandauit dari commiſſionem ſignan-
dam manu Papæ, ex quo talis reſtauratio ſpe-
ctat ad Principem, & idem ex dicto voto cenſuit
R. P. D. Marcellus de Aſte Auditor San. Mem Ale-
xandri VIII., qui voluit dictum votum videre,
cuius tenor eſt ſequens, videlicet.

Actor, vt inſtantiam peremptam poſt lapſum
biennij à die litis conteſtatæ per *Stat. Vrb. lib. 1.
cap. 81.*, reſtauraret, obtinuit à R. P. D. Regente
Cancellariæ commiſſionem directam mihi Secun-
do Collaterali fori Capitolini, coram quo cauſa
pendebat, in qua demandabatur, vt quatenus fa-
talia non eſſent elapſa prorogarem, ſi verò eſſent
elapſa nouum terminum concederem, & cum re-
nuiſſem parere dictæ commiſſioni D. Regentis ex
140 defectu Iuriſdictionis, ac poteſtatis eiuſdem,
cum Iudices fori Capitolini teneantur ſolum pa-
rere Commiſſionibus ſignatis manu Papæ, tam
Regens, quàm Actor habuerunt recurſum ad
Eminentiſſimum D. Cardinalem de Luca Audi-
torem S. D. N. Innocentij XI. & cum magnæ con-

tra

tra me factæ fuerint exclamationes, tandem idem Auditor doctrina non minus, quàm Iuſtitia præfulgens, auditis Senatore, ac me, & perſcrutatis rationibus, ob quas parere nolui, quià non potui, citra læſionem mei Magiſtratus, ac præeminentiarum Incliti Populi Romani, idem Auditor mandauit porrigi commiſſionem ſignandam per Sanctiſſimum.

Rationes autem adductæ eidem Auditori in formam Voti redactæ, ſunt, quia in cauſis pendentibus, ac introductis in foro Capitolij Cardinalis Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ, vel illius
141 Regens nullam Commiſſionem poſſunt ſignare, ſed illæ ſolum Signaturæ Papæ attendi debet ex Indulto ſpeciali fauore Incliti Populi Romani conceſſo *per Iulium Secundum de anno 1512. impreſſo apud Fenzon. ad Stat. Vrb. fol. mihi 628. iuxta modernam impreſſ., & in Bullar. veter. tom. 1. Conſt. 16. inter illas Iulij II.*

Et amplius cum ex *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 81.* poſt lapſum bienoij à die litis conteſtatæ, ſi intra dictum tempus cauſa non ſit terminata, inſtantia pereat, & Actor condemnetur in expenſis inſtantiam peremptam reſtaurare non ſpectat ad Regentem Cancellariæ, ſed ad ſolum Papam Principem Supremum, cum hoc ſit facere gratiam inſufflationis ſpiritus vitæ Inſtantiæ peremptæ,
142 ſolo Supremo Principi reſeruatam, ſicut enim ſolus Deus poteſt mortuos reſuſcitare, ità ſolus Princeps inſtantiam peremptam reſtaurare, ac reſtituere *Lut. Pet. in prax. for. Capitol. lib. 2. cap. 14. num. 8., & 10. Capicc. deciſ. 165. per. tot. Caſtill. deciſ. 11. n. 17., & ſeqq. lib. 1. & admittit magiſtrale Vot. D. Seueroli 5. n. 46. poſt deciſ. Remboldi*, quæ peremptio inſtantiæ proueniēs à ſtatuto con-
143 firmato à Gregorio XIII. in forma ſpecifica dicitur prouenire à lege Papæ cui ſolus Papa, & non Regens poteſt derogare.

Quod omni prorſus dubio carere videbatur, attentis verbis confirmationis Statutorum Vrbis factæ per Gregorium XIII. dum poſt illorum con-
144 firmationem factam in forma ſpecifica, & quod cauſæ ſecundum illorum tenorem terminari debeant, habentur in Bulla confirmationis hæc verba -- *nec illius, niſi per Signaturam noſtram, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manu factam, nequeat derogari* -- vndè ex hac lege clara, & præciſa Papæ confirmantis habetur, quod Regens Cancellariæ non poteſt per ſuas commiſſiones derogare Statutis Vrbis, & ſignanter *Stat. 81. lib. 1. de Inſtantijs*, ſed debet adiri Papa, qui Signatura ſua manu facta prouideat.

Quæ literæ Iulij II., & Gregorij XIII. ſunt adeò literales, vt non egeant gloſis, & interpretationibus, & nihilominus illas interpretata fuit viridis, ac conſtans obſeruantia, dum in officijs Notariorum fori Capitolini innumeræ reperiuntur commiſſiones ſignatæ manu Pontificum pro tempore ſuper reſtaurarione inſtantia-
145 rum directæ Iudicibus Capitolinis, per quàm obſeruantiam prædictæ literæ Apoſtolicæ roborantur, *Rot. deciſ. 216. num. 13. part. 13. recen. deciſ. 184. num. 6. & ſeqq. p. 17. & deciſ. 441. num. 9. part. 18. tom. 2.*

Non obſtante quod reperiantur etiam aliquæ commiſſiones ſignatæ manu Regentis, nam cum hæ emanauerint contra dictas literas Apoſtolicas munitas clauſula ſublata, & decreto irritante, non merentur attendi, nec ſuſtulerunt diſpo-
146 ſita in ijſdem literis Apoſtolicis *Rot. deciſ. 200. num. 18. p. 9. recen., deciſ. 192. num. 10. part. 18., & deciſ. 205. num. 6. par. 19.*, & amplius Iudices, quibus dictæ commiſſiones directæ erant, illas exequendo, & contra eas non reclamando non potuerunt inferre præiudicium Populo Romano, ac Tribunali Capitolij, dum Iudices moderni ab
147 illis antiquis Iudicibus, qui dictas commiſſiones admiſerunt, cauſam non habent *ex benè firmatis per Rot. deciſ. 677. n. 6. & 7. coram Cardinal. Cerro.*

Vltra quod cum adſint tot aliæ commiſſiones ſignatæ manu Papę iuxtà diſpoſita in literis Apoſtolicis, illæ ſignatæ à Regente non ſunt attendendæ pro inducenda obſeruantintia, ſed illæ ſignatæ
148 à Papa, ex quo per has habetur obſeruantia conformis Conſtitutionibus Pontificijs *ex benè firmatis per Rot. deciſ. 65. n. 12. & ſeq. p. 15. deciſ. 253. n. 8. part. 16. & deciſ. 134. num. 12. p. 18. recen.* quinimmò ex his commiſſionibus ſignatis à Papa tollitur omnis obſeruantia contraria, cum
149 hęc non proſit, & tollatur per quemlibet actum, licet vnicum in contrarium, adhoc enim vt obſeruantia ſuffragetur, debet eſſe continuata, & in omnibus vniformis, *Rot. deciſ. 647. num. 11. coram Buratt. deciſ. 159. num. 11. & 12. coram Cardin.*
150 *Otthob. deciſ. 593. n. 14. coram Cardinal. Cerr. & deciſ. 65. num. 14. p. 15. recen.* & obſeruantiæ vis tollitur, ex quo contrarium aliquando fuit ſeruatum, etiam per vnicum actum *D. Seuerol. in ſuo Vot. 5. n. 33 ad 35. poſt deciſ. Rembold. Rot. deciſ. 112. n. 5. part. 2. recen. deciſ. 223. n. 13. par. 19. & coram Cardin. Cerr. deciſ. 100. n. 19. deciſ. 662. num. 9., & deciſ. 677. num. 6., & 7.*

Et amplius aduertebam, quod cum Iudices fori Capitolini non teneantur parere commiſſionibus Cardinalis Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ, nec illis Regentis Cancellariæ, ſedeantum ſignatis manu Papæ, ſi nihilominus illi aliquando voluerunt ex vrbanitate, non ex neceſſitate exequi commiſſiones ſignatas à ſolo Regente, ex hoc non poteſt deduci aliqua obſeruantia, ex quo
151 verſamur in actibus facultatiuis, *Rot. deciſ. 393. num. 10. coram Celſ. cum alijs allegatis in deciſ. 308. num. final. par. 17. recen.*, & nunc poſſet obſeruantia in hac materia facultatiua nocere, quando Iudices Capitolij renuiſſent exequi commiſſiones ſignatas à Regente, & ab hoc fuiſſent coacti illas
152 exequi, & coactioni acquieuiſſent, hoc namque caſu ſtante coactione cum acquieſcentia, iuncta tamen ſcientia Populi Romani, ac Papæ fuiſſet forſan inducta obſeruantia præiudicialis priuilegijs, ac literis Apoſtolicis à dictis Iulio Secundo, & Gregorio XIII. Populo Romano conceſſis.

Et dum alia vice fuit mihi præſentata Commiſſio Regentis, in qua demandabatur, quod quatenus termini ad probandum præſcripti *à ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 59.* non eſſent elapſi illos prorogarem; & ſi eſſent elapſi, nouum terminum concederem meo arbitrio, ego ſtante lapſu dilationum ad probandum à Statuto prædicto præſcriptarum, nolui parere huiuſmodi commiſſioni ob rationes allegatas in ſupraſcripto Voto, ex quo dum *in ſtat. prædicto 59.* decernitur, quod elapſis

pſis terminis ſtatutarijs ad probandum præfixis,
153 Iudex debeat determinare cauſam non poterat
contra tale Statutum reſcribi niſi per commiſſio-
nem ſignatam manu Papæ ex claris verbis Con-
ſtitutionis Gregorij XIII., & ex alijs ſupra
allegatis quæ placuerunt illi, qui præſentaue-
rat Commiſſionem Regentis, & faſsus fuit, igno-
raſſe talia priuilegia, vndè obtinuit ſignari com-
miſtoſiem manu Papæ.

Hec pro tuendis dignitate, Iuriſdictione, ac
priuilegijs foroCapitolino conceſſis breuiter exa-
raui, vt illa innoteſcant, & ad hoc vt Iudices iuri-
dicundo in eodem foro præfecri curent Tribuna-
lis priuilegia tecta manutenere, *Hactenus Votum*.

An autem Princeps Supremus poſsit inſtan-
154 tiam ſemel reſtauratam, & poſteà peremptam
iterum inſtaurare *affirmant de Petr. dict. Rit.* 248.
n.47. Coſt.remed.ſubſid.94.n.6. vbi dicit, quod non
eſt depauperandum aurum gratiarum Principis
Tort. ad ſtat.Pap.dict.Rubr.1.n.247., & 248., vbi
quod authoritas Principis nec loco, nec tempo-
re circumſcribitur, *Capicc.deciſ.165.à num.3. Gizz.*
ad Capice.latr.deciſ. 68. num.6.

At laudabile non eſt, quod Principes plures
reſtaurationes inſtantiæ concedant, nam ideò
leges ſtatutæ ſunt pro peremptione Inſtantiæ, vt
lites extinguantur, vndè non congruit, quod
155 lex viua illas æternare velit cum multiplicatis
reſtaurationibus Inſtantiæ, vt aduertunt *Pigant.*
alleg. Rub.63.num.17.dict.de Petr. n.47., & eo re-
lato Manfrell. in obſer. ad deciſ. Capicc.latr. 68.,
n.3., benè Gramatic.deciſ.69. n. 4. qui tenet quod
ad ſummum ſecunda reſtauratio debet concedi.

Quando Princeps concedit talem reſtauratio-
156 nem, Inſtantiæ non eſt neceſſaria Partis citatio
Rolan.conſ. 4.nu.69., & infrà lib.3., Contr. diſcept.
59. nu.9. Petr.Rit. 248.num. 13., ea ratione, quia il-
lius conceſſio non poteſt impediri, etiamſi pars
157 opponat de peremptione *de Pont. conſ.142. n.3.*
& 4. lib. 2., Contr. diſcept. 59.n.9. Francb. deciſ.
643.num.5. & alij, apud Manfrell.ad Capicc. latr.
deciſ.68.n.4., Ius namque quæſitum ex peremptio-
158 ne Inſtantiæ non eſt conſiderabile, cum per re-
ſtitutionem in integrum, ac reſtaurationem poſ-
ſit reſolui, *Capicc. latr.deciſ. 68.n.26., & ſeq., &*
præciſè Rot.deciſ. 134.n.5. verſic.ſicut in ſimili poſt
diſcept.Forenſ.Contr.

Et talis reſtauratio Inſtantiæ poteſt obtineri
pro ſuo intereſſe, etiam à creditore habente obli-
159 gata omnia bona ſui debitoris *de Petr.Rit.248.*
n.52.part. 2. Rouit.deciſ. 29.per tot., & ibi Alti-
mar.in addit. in princip., Magrett.ad Conſt. Pragm.
Duciſ. Sermonetæ §. 8. *obſer. 6. num.1. & ſeq.*

Non obſtante *deciſ. Seſſ. 89. num. 3. & 4.* vbi
160 contrarium tenet, quia malè loquitur, *& in-*
genuè n.4. fatetur contra ſe deciſum per Tribunal
Iuſtitiæ, Aragonum.

Ad tollēdas tamē difficultates, *Magrett. vbi pro-*
ximè n.5. dat cauthelā, quod Creditor ſibi adiudi-
161 dicare faciat Ius debitori competens vna cum
Iure Inſtantiæ, quam poterit poſtea terminare.

Præfata autem reſtauratio Inſtantiæ à Principe
162 conceſſa non præiudicat fideiuſſori dato de Iu-
dicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo in prima In-
ſtantia iam perempta, *Pigant. Rubr.63.nu. 33.,*
Petr.dict.Rot.248.n.60.ad 62; Scacc.de appell q.15.
n.358. Fermoſin. in c.Venerab.20. q.15.n.2.de Iudic.

In terminis ſtatuti noſtri hic talis concluſio
non procedit, quia Inſtantia perempta, adhuc
163 remanent acta ordinatoria, vt ex lectura, & ſic
etiam fideiuſſores, & contraria concluſio proce-
dit, quando verſamur in Inſtantia perempta de
Iure communi, vel ex ſtatutis perimentibus acta
ordinatoria, tunc enim ex Principis facto non
debet fideiuſſor de Iudicio ſiſti, ac iudicatum
ſoluendo ſine nouo conſenſu reincidere in obli-
gationem, à qua fuerat liberatus per Inſtantiæ
peremptionem.

Inſtantia verò reſtaurata non poſſunt exami-
nari teſtes ſuper ijſdem, vel directo contrarijs,
164 ſuper quibus fuerunt examinati, & publicari
teſtes in priori Inſtantia perempta ne fraus com-
mittatur in teſtium examine, patiendo labi In-
ſtantiam *Pigant.Rubr.73. n.14.*

Facta autem per Principem reſtauratione In-
ſtantiæ, quæ perierat culpa Actoris, tenetur hic
165 parti refundere expenſas *Rolan. conſ. 4.n.64., &*
65. lib.3. Aldouin. conſ.54.n.3.

Quæ expenſarum refectio fieri debet, licet
Princeps in reſcripto, ſiuè commiſſione ſuper re-
ſtauratione Inſtantiæ emanatis, de expenſis non
fecerit mentionem, nam adhuc Reus poteſt op-
166 ponere, quod præſentans reſcriptum, ſeù Com-
miſſionem raſtaurare Inſtantiæ, non audiatur,
niſi refectis expenſis, *Rolan. dict. n.65. Marcheſ.*
conſ.388.num.41.lib.4. Bim.conſ.158.n.2.lib.2., vbi
aſſignat rationem Burſatt.conſ. 2.n.7.lib.1., Boer.de-
ciſ. 247.n.10.in fin., Chartar. deciſ. Ianuen.24.n.3.

Nec Princeps remittit tales expenſas, quando
facit reſtaurationem ex ſola gratia, ſecus ſi ex
167 iuſta cauſa, quia ſcilicet Pars inſtetiſſet pro ex-
peditione cauſæ durante tempore inſtantiæ, *Pi-*
gant. Rubr.63. n.16. verſic. immò expenſæ, & n.17.
verſic. tum denique, Caſtill.deciſ.11.n.17.

Et eſt regulare, quod perempta inſtantia, Actor
non audiatur, niſi refectis expenſis, & ſi proce-
168 deretur non facta illarum ſolutione proceſſus
eſſet nullus, *Pigant. Rubr.63. nu. 11. de Petr. Rit.*
248. n.54. & 56. Maſtrill. deciſ. 70. n. 12. Capicc.
latr.deciſ.68.n.17.p.1.

Denegaturque Actori ante illarum refectionem
169 audientia, etiam obtenta inſufflatione ſpiritus
vitæ à Principe aduerſus inſtantiam peremptam,
Tort. Rubr.1. n.246. Maſtrill. deciſ.70. n.13. Char-
tar. plenè deciſ.24.

Quod intellige vt ſupra ſi reſtauratio per Prin-
cipem fuiſſet conceſſa ex mera gratia, ſecus ſi ex
iuſta cauſa.

Taleſque expenſæ debent ab Actore effectiuè
refici, nec ſufficit illarum diſpoſitum, *Dec. conſ.*
170 *34. in fine, Tort. dict. n. 246. Paitell. filius in an-*
not.ad expedit.16.n.14., & 16.

Si tamen fuerit cœptum agi non refectis ex-
penſis, & Pars illas non petendo conſenſerit no-
171 uo Iudicio, & paſſa fuerit procedi ad vlteriora,
proceſſus erit validus, etiam expenſis non refe-
ctis, *Marcheſan. de Commiſs. p.3. de Commiſs. pro-*
rog. fatal. §. 1. *n.117. fol.418., & nouiſſimè Magrett.*
ad Pragm. Sicil. Ducis Sermonetæ §. 8. *obſer. 8. n.2.*

At huiuſmodi expenſæ reficiuntur ſolum quan-
do reſtauratio inſtantiæ obtinetur ab Actore, ſe-
cus ſi à Reo, cum in hoc non poſſit conſiderari
172 mora, vt innuit ſtatutum noſtrum hic, & de
Iure hoc firmant *Paitell. fil. in annot. ad dict. ex-*
ped.

Digitized by Google

ped 16.n.13., Nouar. ſuper Pragmat. 1. de Iuſtan.
cauſ. collect.2. n.9. Gramatic. deciſ.91. per tot.

Nec Actor ad tales expenſas tenetur, quando
Inſtantia ob cauillationes, & ſubterfugia Rei, ac
173 eius dolo, & culpa perijt, Rolan. conſ. 4. n.66.
& 67. lib.3. Gramatic. deciſ.69.n.3.

Sed an ad illas teneatur, ſi inſtantia ſit perem-
pta ex culpa Iudicis negat Rolan. dict. conſ.4.n.63.
174 ex quo tali caſu nulla in Actore poteſt conſide-
rari culpa, ob quam teneatur ad expenſas, vt per
Rolan. ibid.

At Bim. conſ. 158. n.4. & ſeq. lib. 2. reijcit di-
ctum Rolan., & firmat, etiam hoc caſu Actorem
175 teneri ad expenſas, & quod prius habet actio-
nem contra Iudicem, ſi cauſa iam matura, & re-
dacta ad Statum expeditionis illum interpellaue-
176 rit pro expeditione cauſæ, vt plenè per Bim.
ibid., Thor. Vot.42. n. 19. Oſaſch. deciſ. 12. n. 9. &
10., & facit Socinu. ſen.conſ.1.n.5. & 6. lib.5.

A tali expenſarum refectione nec ſunt immu-
nes, minores, & mulieres, quando obtinent re-
177 ſtaurari Inſtantiam, de Petr. dict. Rit.248.n.55.,
Maſtrill. deciſ.70. n.14. & 15., Manfrell. ad Capicc.
latr. obſer.68. n.7., Caſtill. deciſ.11. n.11., & ſeq.,
vbi de minore, & Eccleſia.

Sed ſi minores, & Eccleſia veniant aduerſus
Inſtantiæ peremptionem per viam reſtitutionis
178 in integrum, tunc hoc non procedit ex firmatis
ſupra num.82.

Expenſas tamen, quas Actor patitur, quando
illius fauore reſtauratur Inſtantia, licet poſtea
obtineat in negocio principali ad ſui fauorem
pronunciari, etiam cum condemnatione Partis
in expenſis, non recuperat à Reo, cum illas non
179 ratione boni, vel mali Iuris paſſus fuerit, ſed
ex propria culpa, dum cauſam in tempore à Iu-
re, vel ſtatuto præſcripto non curauit expediri,
Bim. dict. conſ.158. n.26., & 27. lib.2. de Petr. Rit.
248. n.57. tom.2.

Circa hanc reſtaurationem Inſtantiæ nota hic,
quod quando illi inſufflatur Spiritus vitæ per re-
ſtaurationem dicitur noua Inſtantia, ideò Reus
factus alterius fori ex priuilegio poſt peremptio-
nem Inſtantiæ, dùm hæc reſtauratur gaudet pri-
180 uilegio fori adepti, & poteſt declinare Iuriſdi-
ctionem Iudicis, coram quo pendebat cauſa,
cuius Inſtantia iam perempta fuerat, Coſt. Sicul.
conſ.93. ferè per tot., & ſignanter à nu.34., & infra,
Petr. dict. Rit.248. n.45. Altimar. ad deciſ. 29. Ro-
nit. n.19., Saufelic. deciſ.148. n.11., & ſeq.

Et licet Inſtantia cœpta cum defuncto conti-
181 nuetur regulariter in hæredem, vt plenè in his ter-
minis per Carpan. cap.21. n.33., & ſeq., attamen
ſi cœpta ſit contra laicum non tranſit contra
Clericum illius hæredem, vndè ſi cauſa non ter-
minata Clericus ſuccedat laico, ille Inſtantiam
182 metitur ex propria perſona, non autem laici
defuncti Rot. deciſ. 1859. per tot. coram Coccin.,
181 vbi magiſtraliter hoc fuit deciſum, & ſequitur de-
ciſ.434. n.4. coram Amat. Dunozzett.

Demum aduertè quod pœna aureorum vigin-
ti quinque impoſita à ſtatuto hic Iudici non ex-
183 pedienti cauſam intra biennium, intelligitur ſi
Pars illam petierit ſibi ſolui, Abb. in cap. vene-
rabilis n.19., Butr. n.11., & Felin. n. 20. de Iudic.

Cœterum, qui ſuper hac materia Inſtantiæ per-
emptæ, ac illius reſtaurationis plura ſcire exo-
184 ptant in caſibus occurrentibus adeant Bartol.,
Bald. Caſtrenſ., & alios in l. properandum C. de
Iudic., Hoſtienſ., Abb., Bellamer., Io. Andr.,
Butr., Felin., & Imol. in cap. Venerabilis 20. de
Iudic., & ibidem Fagnan., & plenius Fermoſin.,
Socin. ſen. conſ. 1. lib.5., Rolan. conſ.15. lib.2., &
conſ.4. lib.3. Bim. conſ. 158. lib. 2., Aldouin. conſ.
28. lib.2. Odd. conſ.11., Molfeſ. conſ. 47., Aldouin.
conſ.54., & 55. Menoch. conſ.380. lib. 4. de Port.
conſ.142. lib.2., plenè Carpan. ad Stat. Mediol. ca-
pit.21. tom.1. Tort. ad Stat. Pap. Rubr.1. in Ciuil.
Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr.63., Conciol. ad Stat.
Eugub. lib.2. Rubr.20. Bottin. ad Stat. Genu. lib.2.
cap.23., Cauagnol. ad decret. Montisferr. decret. 2.
§. 10., & ſeq., Magrett. ad Conſt. Pragm. Ducis
Sermonetæ §.8. Trentaciuq. var. reſol. lib. 2. de Iu-
dic. reſol.4. Scacc. de appell. qu. 15. latiſſimè Petr.
ad Rit. Magn. Cur. Rit.248. tom. 2., Altimar. de
nullit. tom.1. Rubr. 9. qu. 35. & 36. Amat. reſol.
66., Aſin. in prax. par.1. cap.3., Luc. Pet. in prax.
for. Capitol lib.2. cap. 14. Coſt. remed. ſubſid. 94.,
Paitell. in annot. ad expedit. Ciuil. 16 Antonell. de
de tempor. legal. lib.2. cap.52., Guazzin. ad defenſ.
Reor. defenſ.2. cap.6., Maſtrill. deciſ.70., & 185.,
Caſtill. deciſ.11., 44. & 47., Carocc. deciſ.44. Boer.
deciſ.247., Barz. deciſ.32. Theſaur. deciſ.10., Thor.
Vot.42. tom.1., Rouit. deciſ. 29., & ibi Altimar. in
addit., Capicc. latr. deciſ.68., & ibi Gizz., & Man-
frell. in obſer. ad dict. deciſ. 68., Armenzan. deciſ.
Ianuen.51. Rot. deciſ.1792. coram Coccin.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Fatalium tempora in gradu appellationis, quæ ſint, & quando cauſa appellationis tam de Iure communi, quàm ex ſtatuto hic remaneat deſerta, Idque diſcutitur etiam ſecundum ſtylum, & praxim Rotæ, ac Curiæ, ſimulque latè dilucidatur, quando deſertio cauſæ excludatur, & fatalium tempora non currant.

SVMMARIVM.

185 Fatalia dicuntur tempora data ad appellandum, & appellationem proſequendam, quia fatum, & mortem inferunt appellationi, & n.187.

186 Fatale tempus in prima Inſtantia non dicitur inſtantiæ peremptio.

188 Fatalium tempora ex ſtatuto hic pro cauſis appellationum referuntur.

189 Fatalium tempus datum inſtantiæ in cauſa appellationis eſt breuius.

190 Appellatio per ſtatutum Vrbis debet interponi intra octo dies à die latæ ſententiæ.

191 Appellans in foro Capitolino debet ſuam appellationem repreſentare coram Capitaneo intra quinque dies.

192 Fatalibus elapſis Iuriſdictio Iudicis appellationis euaneſcit.

193 Fatalium tempus in Curia Romana extra forum Capitolinum, eſt biennium,

194 *Primns annus incipit à die appellationis, non à die impetratæ Commiſſionis, & n.232., & 234.*

195 *Fatalia per bienninm in omni appellatione perennt.*

196 *Fatalium tempus breuius à ſtatuto præſcriptnm eſt ſubrogatum in logum fatalium iuris communis.*

197 *Fatalium tempus non currit quando fuit in Capitolio datus Conſultor niſi à die acceptationis conſilij, & n.198., & 199.*

200 *Fatalia currnnt quando non eſt locus Conſultori.*

201 *Fatalibus extinctis poteſt Iudex appellationis pronnnciare ad fauorem appellati ſcutentiam confirmando, ſi conſtet de bono Iure.*

202 *Secus ſi ſententia ſit uulla, vel iniuſta, nam tunc poteſt illam reuocare, ſi ſimul commiſſa ſit cauſa nullitatis, & iniuſtitiæ, & n.213.*

203 *Sententia lapſis fatalibus mandatur executioni, at ſi non eſſet appellatum.*

204 *Sententiam quis approbat facto ſuo per deſertionem appellationis.*

205 *Cauſa deſerta non poteſt Iudex appellationis procedere ſiue gratia Principis, & n.206.*

206 *Cauſa deſerta ſi fuerit per Iudicem pronunciatum, poteſt dici de nnllitate ſententiæ.*

207 *Fatalia ſi adhnc durent poſſunt prorogari in ſecunda Inſtantia de conſenſu partium, & de ratione num. 208.*

209 *Fatalibus expiratis non tenet talis prorogatio facta de conſenſn.*

210 *Iudex appellationis poteſt procedere non obſtante lapſu fatalium, ſi appellans fuit impeditus proſeqni appellationem facto appellati.*

211 *Declara ſi impedimentnm ſit notorium, & ſnper eo fuerit proteſtatum.*

212 *Fatalinm tempora currunt etiam mortuo appellato.*

214 *Cauſa deſerta ſententiam exequitur Iudex à quo, ſi cauſa appellationis non ſit introducta coram Iudice ad quem, & è contra.*

215 *Expenſæ litis de Iure debent Victori refici à victo.*

216 *Expenſa à Victo Victori debentur ex Statuto Vrbis, licet victns in illis non ſit condemnatus.*

217 *Expenſæ debitæ ex ſtatuto petuntur conditione ex ſtatnto.*

218 *Expenſæ debentnr ab obligato in forma Cameræ vti damna, & intereſſe.*

219 *Expenſæ factæ pro habenda declaratione deſertionis cauſæ non debentur Victori.*

220 *Declara qnod procedat, ſi cauſa non ſit introducta coram Iudice ad quem, ſecus ſi coram illo fuerit introducta, & n.224.*

221 *Index à quo non poteſt reuocare geſta per Iudicem ad quem Snperiorem.*

222 *Iudex appellationis ſi inhibuit in deuolutiuo, eſt neceſſe, vt obtineatur moderatio inhibitionis, ad hec vt poſſint taxari expenſæ.*

223 *Expenſa voluntariè factæ non reficiuntur.*

224 *Cauſa declaratnr deſerta per Indicem ad quem, qnando cauſa appellationis fuit coram eo introducta, & n.225.*

226 Fenzon. ad Stat. Vrb. cap.81. n.36. *declaratur.*

227 Maſtrill. deciſ.222. n.8., & 12. *declaratur.*

228 *Sententia confirmata mandatur executioni per Indicem appellationis confirmantem non per Iudicem à quo.*

229 *Fallit ſi prima ſententia ſit ſolum tacitè confirmata per deſertionem, tnnc enim declaratur deſertio per Indicem appellationis, & ſententia executioni demandatnr per Iudicem à quo.*

230 *Taxa expenſarum poteſt reuideri, & corrigi ab eodem Iudice.*

231 *Sportulæ, ſeù propinæ non debentur Capitaneo appellationum, quando pronunciat ſuper ſimplici deſertione cauſa.*

233 *Cauſa remanet deſerta ſi intra decem dies ab illa prolatæ ſententiæ non fuerit appellatum.*

234 *Fatalia incipiunt currere à die appellationis, non à die ſententiæ.*

235 *Tempus decem dierum datum ad appellandum currit à die ſententiæ, non à die habitæ notitiæ ſi præceſſit citatio perſonalis.*

236 *Currit tamen à die habitæ notitiæ, quando citatio facta fuit domi dimiſſa copia.*

237 *Sententia prolata cnm citatione domi dimiſſa copia pro inducenda notitia ſententiæ, ſolent ſeruari in Curia quatnor termini ad docendum de appellatione.*

238 *Deſertio appellationis non intrat, ſi quando fuere ſeruati termini ad docendum de appellatione, non fuit de ea doctum, ſi poſteà illa oſtendatur.*

239 *Deſertio appellationis poſt datos Apoſtolos reuerentiales euitatur per præſentationem Commiſſionis factam Regenti Cancellariæ, vel Reuiſori Commiſſionum & n.240.*

241 *Deſertio euitatur ſi intra decem dies poſt datos reuerentiales Commiſſio appellationis peruenit ad Bancum Curſorum.*

242 *Euitatnr deſertio etiamſi per diem poſt dictos decem dies Commiſſio peruenerit ad Bancum Curſornm.*

243 *Deſertio ceſſat per qnamlibet diligentiam factam intra decem dies pro habenda Commiſſione cauſæ.*

244 *Derſertio intrat ſi intra dictos decem dies cauſa non fuerit commiſſa, vel factæ non fuerint diligentiæ pro illa committenda.*

245 *Iudex ſi appellanti dat terminum Iuris, non ſufficit talis preſentata coram Regente, ſed appellans tenetur redire pro Apoſtolis, & n.246.*

247 *Termino Iuris pendente, ſi cauſa appellationis committatur non tenetur amplius appellans redire pro Apoſtolis.*

248 *Deſertio euitatur ſi pendente termino Iuris, Commiſſio appellationis perueniat ad Baucum Curſorum.*

249 *Commiſſio appellationis ſignata intra terminum Iuris, & peruenta ad Bancum Curſorum, ſufficit etiamſi in Commiſſione non fuerit expreſſum quod non teneatur redire pro Apoſtolis.*

250 *Procedit ſi Apoſtoli fuerint in ipſa appellatione petiti.*

251 *Recurſus ſimplex ad Signaturam ſine actuali Commiſſione appellationis non excuſat à deſertione, quando fnit datus terminns Iuris.*

252 *Apoſtoli refutatorij ſi dati ſint, recurritur ad Signaturam pro habenda Commiſſione cauſæ.*

253 *Fatalium tempora quieſcnnt durante termino recurſus ad Signaturam pro habenda Commiſſione cauſæ.*

254 *Deſertio vt euitetur debet intra annnm incapſari Commiſſio appellationis, & vlterius citari ad dicendum contra Commiſſionem.*

255 *Commiſſione facta de actis per Citationem ad dicendum contra, biennium, ſecundum fatale,* da-

datur abſque alio Iudicis Miniſterio, & n. 260.

256 Commiſſionis ſimplex præſentatio in banco Curſorum, ſi intra annum non fuerit facta de actis cum citatione, non ſufficit pro euitanda deſertione, & n.257.

258 Biennium non conceditur in Curia ad proſequendam cauſam appellationis, ſi in primo anno aliquid actum non fuit, & Commiſſio non fuit facta de actis, & n.259. & 260.

261 Fatalia biennij in cauſis extra Curiam non incipiunt currere à die appellationis, ſed à die, quo veriſimiliter potuit appellans committi facere cauſam.

262 In cauſis extra Curiam conceduntur vlterius ſex Menſes ad illas committendum.

263 Appellanti extra Curiam ſi ſit præfixus terminus ad proſequendam appellationem ſat eſt, quod arripiat iter & quod intra annum obtineat Commiſſionem cauſæ.

264 Deſertio cauſæ intrat ſi cauſa intra biennium non fuit proſequuta, vel non fuere prorogata fatalia.

265 Sent_,tia nulla, & iniuſta nunquam tranſit in Iudicatum.

266 Deſertionem non attendunt Rota, ac Suprema Tribunalia, quando ſententia eſt nulla, vel iniuſta.

267 Acta ſi non tranſportentur intrà biennium cauſa remanet deſerta.

268 Fatalia currunt etiam mortuo appellante.

269 Fatalia ſi cœperunt currere contra appellantem defunctum eius hæredi, dantur alij quatuor Menſes computandi à die aditionis hæreditatis.

270 Fatalia in Rota prorogat Auditor, coram quo cauſa pendet.

271 Fatalia Rotæ Auditores prorogant non citata parte, & licet adſit ſuper prorogatione Commiſſio.

272 Fatalia Rotæ Auditores prorogant in cauſis Rotalibus, non autem in illis commiſſis eiſdem Auditoribus, vti Prælatis, & extra Rotam.

273 Iudices Commiſſarij non poſſunt prorogare fatalia, niſi in vim Commiſſionis, & citata parte.

274 Prorogatio Fatalium per Rotæ Auditores non fit niſi ex iuſta cauſa examinanda, & n.275.

276 Auditores Rotæ poſſunt concedere ex integro Fatalia, & non tantum prorogare, & n.277.

278 Fatalia quando prorogantur durante biennio, tunc dies termini prorogati computatur à die finiti biennij.

279 Fatalia in Curia Capitolina concedit Signatura.

280 Contrarium firmatur remiſſiuè, ſi Fatalia lapſa ſint, cum reſtaurentur à ſolo Papa.

281 Fatalia in Rota non currunt, nec intrat deſertio etiamſi acta ſint tranſportata poſt biennium in termino præfixo.

282 Terminus præfixus ab appellato appellanti ad tranſportandum acta, durante biennio, non afficit.

283 Deſertio ceſſat ſi appellans intra annum incapſauit Commiſſionem, & citauit ad dicendum contra illam.

284 Fatalium curſus quieſcit durante tractatu concordiæ.

285 Contraria opinio refertur.

286 Declara primam opinionem procedere, ſi ſuper concordia factum ſit compromiſſum, & ſecundam ſi adſit ſimplex tractatus extraiudicialis, & num.287.

288 Datur reſtitutio aduerſus lapſum Fatalium ſtante obitu Procuratoris in cauſa, de cuius deſertione agitur.

289 Fatalia non currunt ſtante infirmitate, licet hæc proueniat ex decrepita ætate.

290 Nec illi, qui abeſt ex cauſa Reipublicæ, & ſeruitio Principis.

291 Nec currunt ob peſtem graſſantem, vel datur tali caſu reſtitutio.

292 Si peſtis in aliqua parte anni ceſſauerit, debet oſtendi tali caſu fuiſſe factas diligentias pro commiſſione cauſæ.

293 Fatalia vt non currant ob impedimenta, hæc debent eſſe ineuitabilia, & durare.

294 Fatalia non currunt tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis.

295 Sede Apoſtolica vacante quieſcit Iuriſdictio Iudicum Commiſſariorum, & delegatorum.

296 Si eſſet impedimentum Sedis vacantis in termino durante ad redeundum pro Apoſtolis intrat deſertio.

297 Tempus Sedis Apoſtolicæ vacantis non excuſat à deſertione in Tribunali A. C. etiam durantibus exequijs, ſi non fuit reditum pro Apoſtolis.

298 Fatalia non currunt donec diſputatur ſuper attentatis, & illa ſint purgata.

299 Intellige ſi quis obtineat, ſecus ſi ſuccumbat ſuper attentatis.

300 Fatalia currunt poſt purgationem attentatorum.

301 Fatalia, non obſtante diſcuſſione ſuper attentatis, currunt, quando ſubducto tempore talis diſcuſſionis, adhuc Fatalia expirauerunt.

302 Non currunt ſuper negotio principali, donec diſputatur ſuper poſſeſſorio.

303 Nec pendente recurſu ad Signaturam habito citata parte.

304 Non currunt durante tempore ad habendum conſilium Sapientis, vel pendente reuiſione coram calculatoribus, & n.305.

306 Non currunt ſi cauſa pluries in Rota propoſita non fuit reſoluta ob diſcrepantes D.D. ſententias.

307 Deſertio non intrat, niſi poſt triginta annos quando fuit etiam commiſſa cauſa nullitatis.

308 Lapſis Fatalibus appellationis ſi ſententia ſit notoriè iniuſta poteſt reuocari.

309 Deſerta cauſa appellationis perimitur etiam illa nullitatis, ſi conſtet hanc non adeſſe.

310 Fatalia non currunt donec diſputatur ſuper deſertione cauſæ, & lapſu Fatalium.

311 Nec quando lapſus Fatalium ſucceſſit culpa, & impedimento appellati.

312 In dubio reſpondendum pro non deſertione cauſæ appellationis.

313 Pronuncia ſuper non deſertione operatur, quod ſi ab ea non ſit appellatum, poſſit Iudex appellationis poſtea procedere.

314 Fatalium curſus, ac cauſæ deſertio quando nec ne adſit, vel excludatur, vide D.D. remiſſiuè.

STatutum noſtrum, tempus præſcriptum ad appellandum, ac appellationem proſequendam, appellat fatalia, quæ quid ſint eſt præcognoſcendum cum notitia nominis plurimum conferat ad cognoſcendam rei quidditatem.

Et quidem fatalia dicuntur tempora præſcripta ad appellandum, ac appellationem proſequendum, quia ſi in illorum termino cauſa ap-

lationis non fuerit commiſſa, ac terminata, ap-
pellatio efficitur deſerta, & mortua, quaſi faro
185 ceſſerit, ſicut enim fatum pro morte accipitur,
ira lapſus fatalium indicat mortem appellationis
illam extinguendo, ideò omnis terminus, cuius
lapſu appellatio fit deſerta, dicitur fatalis, om-
niſque terminus ſtatutus à iure pariter dicitur
fatalis, *Marcheſan. de commiſs. part.3. de commiſs.
prorog. fatal.* §.1. n.4. 5. *&* 57. *Altimar. de nullit.
tom.1. Rubr.9. quæſt.37. n.2., &* 3. *Rot. dec.*1528.
per tot. coram Coccin.

Terminus autem datus terminationi cauſarum
in prima inſtantia non appellatur tempus fatale,
ſed ſub nomine inſtantiæ, vt latè *ſupra artic.* 1.
186 dictum fuit, & ideò peremptio inſtantiæ, quan-
do ſumus in prima inſtantia non dicitur fatale,
eo quia peremptio tali caſu propriè fatum, ac
mortem non infert inſtantiæ, cum remaneat no-
ua cauſæ cognitio in alio Iudicio, cum perima-
tur inſtantia, non autem actio, at in gradu ap-
pellatio perit, & ſententia facit tranſitum in Iu-
dicatum; Et quia *ex firmatis ſupra artic.*1. *n.* 4.,
inſtantia eſt exercitatio actionis à conteſtatione
litis vſque ad ſententiam incluſiuè certo tempore
187 præſcripta; fatalia verò reſpiciunt principium
appellationis, ac illius finem, & extinctionem
à ſententia prolata in alia inſtantia, quoties in-
tra tempora fatalibus præſcripta, appellatio non
fuerit interpoſita, ac proſequuta, vel tempora
fatalium non fuerint prorogata *iuxta tradit. per
Scacc. de appellat. quæſt.*15. *n.*241. 303. 330. 339.
& 346., *& per Altimar. de nullit. tom.*1. *Rubr.*9.
*quæſt.*37. n.17., *& infra, & n.*75., *& ſeqq.*, vbi
differentiæ inter inſtantiam, & fatalia plenè exa-
minantur.

Fatalia ex ſtatuto hic pro cauſis appellationum
188 in foro Capitolino ſunt ſex menſium in ſecun-
da inſtantia, & quatuor in tertia à die appella-
tionis interpoſitæ, vt ſuper hoc ſtatuto *aduertit
Altimar. dict. quæſt.*37. n.4.

Et in gradu appellationis tempus inſtantiæ eſt
189 breuius, quam in prima inſtantia, *vt aduertit
etiam Tort. Rubr.* 1. n. 176., quia in hac ex hoc
ſtatuto hic datur biennium, & hoc certè factum
fuit, quia pro inſtructione proceſſus, & faciendis
probationibus in prima inſtantia requiritur ma-
gnum tempus, non ſic in gradu appellationis, in
qua cauſæ ex proceſſibus in prima inſtantia com-
pilatis regulariter cum maiori breuitate termi-
nantur.

Talis appellatio in foro Capitolino debet in-
190 terponi intra octo dies à die latæ ſententiæ
computandos, alias appellans cenſetur renun-
ciaſſe appellationi, & ſententia lata firma manet
ex ſtat. Vrb. lib. 1. *cap.* 168., nec ex dicto *ſtatuto*
poteſt appellans excuſari, quod non habuerit no-
titiam ſententiæ prolatæ, quoties præceſſit cita-
tio ad ſententiam principalis, ac Procuratoris
iuxta formam traditam per idem *Statut. lib.* 1.
*cap.*51., *&* 53.

Prout in eodem foro appellans poſt appella-
191 tionem interpoſitam debet intra quinque dies
ſuam appellationem coram Capitaneo appella-
tionum repreſentare, alias non facta intra dictum
terminum repræſentatione prædicta, cenſetur ap-
pellationi renunciatum, & prima ſententia firma
manet, *vt ex ſtat. Vrb. lib.*2. *cap.*170.

Elapſis autem fatalibus ab hoc ſtatuto præſcri-
192 ptis appellatio remanet deſerta, perindè ac ſi
non eſſet appellatum, cum omnis iuriſdictio Iu-
dicis appellationis expiret, ac redeat ad Iudi-
cem à quo, *Clement. ſi appellatione de appellat.
Amat. deciſ. Marcb.* 83. *num.* 4., *Thomat. deciſ.*
102. *n.* 2.

Fatalium autem tempus in alijs appellationi-
bus extra Curiam Capitolij de Iure eſt biennium,
nempè annus, qui datur ad appellandum, ac
cauſam appellationis incipiendum per commiſ-
ſionem appellationis, ac citationem partis ad di-
cendum contra commiſſionem, & alter annus
193 datur ad proſequendam, ac terminandam
194 cauſam appellationis *ad text. in cap. cum ſit Ro-
mana de appellat. Ridolph. in prax. part.*1. *cap.* 13.
*n.*551. *plenè Scacc. de appellat. quæſt.* 15. *n.*2., *&
ſeqq. Fagnan. in cap. venerabilis n.*8. *de Iudic. in
2. part. decretal. fol. mihi* 37. *Rot. deciſ.*1732. *n.* 6.
& 7., *& deciſ.* 2002. n. 4. *coram Coccin.*, vnde
primum fatale appellationis eſt primus annus,
qui incipit à die interpoſitæ appellationis, non
à die impetratæ commiſſionis cauſæ, *Marcheſan.
de commiſs. prorog. fatal.* §. 1. n. 46. *Ridolph. in
prax. part.* 1. *cap.*13. n. 553., & ſecundum fata-
le eſt alter annus, in quo cauſam appellationis
debet appellans proſequi, & terminare.

Et per tale biennium pereunt fatalia in omni-
195 bus appellationibus etiam de Iure Canonico,
*Scacc. de appellat. quæſt.*15. *n.*3. *& ſeq.*

Aduerte tamen, quod fatalia à ſtatuto hic de-
terminata in cauſis appellationum, licet ſint bre-
uiora, quàm illa Iuris Communis, ſunt tamen
196 ſubrogata in locum fatalium Iuris Communis,
vndè recipiunt omnes limitationes, interpreta-
tiones, & declarationes, quas recipiunt dicta fa-
talia biennij à Iure Communi determinata ad
appellandum, ac appellationis cauſas proſequen-
dum, & terminandum, *Scacc. de appellat. qu.* 15.
*n.*109. *verſic. & quod fatalia.*

Hinc fatalium tempus ab hoc ſtatuto determi-
197 natum non currit quando fuit electus Conſultor
in cauſa appellationis ad præſcriptum *ſtatut.*186.
& 187. *lib.* 1., niſi à die, qua Conſultor acce-
ptauit conſilium, & acceptatio fuit parti inti-
mata ex littera dicti *Stat.*187. *in fine Rot. dec.*494.
n. 3. *verſic. ſed in hoc p.* 3. *recent. Ridolph.* in *prax.
p.*1. *cap.*13. *n.*567.

At poſt declarationem factam per *Paulum V.*
198 *in ſua Conſt.* 71. *Rubr. de Capitolio*, *eiuſque offi-
cial.* §. *& ſi Conſultor*, debet Conſultor intra duos
menſes à die electionis de ſe factæ acceptare, &
intra alios decem dies poſt acceptationem votum
ſeu conſilium dare, vnde fatalia hodie quieſcunt
ſolum durante dicto termino, & non vltra, *&
dicta deciſ.* 294. *part.* 3. *recent.* eſt de anno 1610.
ante Reformationem, vbi Conſultori à ſtatuto
non erat præſcriptus terminus ad acceptandum,
199 & ſic quouſque non acceptaſſet, non currebant
fatalia, at hodie *ex dict. Conſt.*71. *Pauli V.* eſt de-
terminatum ad acceptandum tempus duorum
menſium à die electionis; vnde illis elapſis, ac
alijs decem diebus conceſſis ad dandum votum,
fatalia currunt, cum talis electio Conſultoris vltrà
dictum tempus nullum præſtet impedimentum,
ob quod fatalia non debeant currere.

Quando verò Conſultori non eſt locus, illius
peti-

200 petitio non ſuſpendit curſum fatalium *Roman.*
*conſ.*235.*n.*10.cum talis petitio Conſultoris æqui-
pareter appellationi, *Alex. conſ.*238. *n.*8. *lib.*6.,
vbi quod ſicut appellatio non admittenda non
ſuſpendit Iuriſdictionem, ità nec petitio Conſul-
toris, quando illi locus non eſt.

Expiratis fatalibus prædictis à ſtatuto præſcri-
ptis, deſertione appellationis non obſtante, po-
teſt Iudex appellationis pronunciare ad fauo-
rem appellati, & ſententia ad eius fauorem pro-
201 latam confirmare, ſi conſtat de eius bono iure,
*Gabr. conſ.*54.*n.*2. *lib.*1. *Amat. dec. Mareb.*83. *n.*10.
*Gratian. deciſ.*31. *in addit. n.*6., & hoc idem habe-
tur ex noſtro ſtatuto hic.

Si tamen ſententia prolata fauore appellati ſit
notoriè iniuſta, vel nulla, tunc non obſtante
deſertione, & lapſu fatalium, poteſt Iudex ap-
202 pellationis illam reuocare, præcipuè ſi cum
cauſa appellationis æquè principaliter ſit com-
miſſa cauſa nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, cu-
ius inſtantia durat per triginta annos, *Rot. dec.*30.
*n.*2. *poſt Scacc. de appellat.*

Quando lapſa ſunt fatalia ab hoc ſtatuto data
203 cauſæ appellationis hæc remanet deſerta, ac
ſententia demandatur executioni, ac ſi non fuiſ-
ſet appellatum, *Barz. deciſ.*31. *n.*4., *& deciſ.*32.
*n.*2. *plenè Sperell. deciſ.* 85., *quæ deciſ. eſt repetita*
204 *poſt Scacc. de appellat. deciſ.* 141., vbi etiam,
quod per deſertionem quis facto ſuo approbat
ſententiam.

Nec poteſt cauſa deſerta, per Iudicem appella-
tionis, amplius procedi, etiam per conſenſum
205 partium, cum requiratur gratia Principis ad
hoc, vt iuriſdictio reuiuiſcat, *Amat. deciſ. Marth.*
83. *num.* 4. *Gratian. deciſ.* 31. *num.* 4. *ad* 7., *& ibi*
*Scopp. in obſeruat. n.*7., *Thomat. deciſ.*48. *n.*7., *&*
infra, *& deciſ.*102. *n.*3.

Adeout ſi vtraque pars procedat poſt deſertam
206 appellationem, & ſubquatur ſententia, adhuc
poterit opponi de illius nullitate, & poterit exe-
qui prima in iudicatum tranſacta, *Gratian. de-*
ciſ. 31. *n.*4., *&* 5. *in addit.*, *Thomat. deciſ.* 48.
*n.*10., *& ſeq.*

Hoc tamen non procedit ſi prorogatio de con-
207 ſenſu facta ſit durantibus fatalibus, & adhuc
cauſa non deſerta, *Fenzon. hic n.*23. vbi teſtatur
de veriori, *Scacc. de appellat. quæſt.*15. *n.*188., *&*
194., *Gratian. deciſ.*31. *n.*9., *&* 10. *Thomat. de-*
ciſ. 48. *n.* 13., *& plenè Altimar. de nullit. tom.* 1.
208 *Rubr.* 9. *quæſt.* 37. *n.* 75., *& infra*, vbi addu-
cit rationem diſcriminis cur poſſit prorogari
tempus fatalium non expiratum in gradu appel-
lationis, non ſic tempus præfixum peremptioni
inſtantiæ in prima inſtantia, quia ſcilicet in gra-
du appellationis verſatur maius præiudicium,
nam per lapſum fatalium non ſolum inſtantia,
ſed cauſa, & actio perimitur, & ſic tollitur Ius
appellationis in totum, non ſic in prima inſtan-
tia, vbi per illius lapſum non perimitur, niſi ordo
Iudiciarius illius inſtantiæ, non tamen actio, quæ
remanet experienda in alio iudicio.

Prorogatio verò fatalium facta de conſenſu, il-
209 lis expiratis, & cauſa deſerta, non releuat, ſiue
agatur de fatalibus à Iure Communi, ſiue à ſta-
tuto præſcriptis, *Barz. deciſ.*32. *n.*42., *& ſeqq.*,
*Amat. deciſ. March.*83. *num.*7., *&* 8., vbi addu-
cit rationes, *Gratian. deciſ.*31. *n.*11., *& infra*,
*Thomat. deciſ.*102. *n.*4., *& benè Scacc. de appellat.*
*quæſt.*15. *n.*196., *& ſeqq.*, *Rot. deciſ.*812. *n.*4. *co-*
ram Amat. Dunozett.

Si tamen appellans fuit impeditus appellatio-
nem proſequi facto appellati, hoc caſu non ob-
210 ſtante lapſu fataliũ Iudex communis, vel ſtatuti,
poteſt Iudex ſententiam proferre, cum ſemper ab
appellatione, & fatalium curſu ſint ſubducenda
tempora impedimentorum, *Theſaur. deciſ.*10. *n.*11.
*Thomat. deciſ.*48. *n.*14., *&* 15., præcipuè ſi aga-
211 tur de impedimento notorio, tunc enim ceſſat
deſertio, etiamſi ſuper tali impedimento notorio
proteſtatio facta non fuerit *Ruin. conſ.*77. *n.*2. *lib.*5.
*plenè Gratian. deciſ.*120. *per tot.*, *& ibi Scopp. in*
*obſer. ad dict. deciſ.*120., notorium verò quando
ceſſet *videatur Sperell. deciſ.*85.

Talis inſtantia ſtatutaria, ac tempus fatalium
212 à ſtatuto præſcriptum currit etiam mortuo ap-
pellato, nam appellans debuit cauſam proſequi
cum hærede, in iiſdem ſtatu, & terminis, & ex
eodem iure *Thomat. deciſ.*48. *n.*16., *&* 17.

Ea verò quæ dicta ſunt, quod elapſis fatalibus,
ac cauſa deſerta, non poſſint ea prorogari, etiam
de conſenſu partium, & quod ſententia prolata
213 poſt cauſam deſertam ſit nulla, & quod poſſit
peti executio prioris ſententiæ reuocatæ, debent
intelligi quando deſertio eſt clara, ſecus ſi dubia
& quando prima ſententia eſt valida, ac iuſta,
ſecùs ſi ſit notoriè nulla, & iniuſta, hoc namque
caſu lapſus fatalium non attenditur, & poteſt Iu-
dex appellationis ex ſupra firmatis ſententiam no-
toriè nullam, & iniuſtam reuocare, cum nunquam
tranſeat in rem iudicatam.

Vnum nota hic, quod cauſa deſerta, declaratio
ſuper deſertione non ſit per Iudicem à quo, ſed
per Iudicem appellationis, quando cauſa appel-
lationis fuit coram eo introducta, nedum per ap-
pellationem coram eo interpoſitam, ſed etiam
per inhibitionem vigore appellationis ab eo ema-
natam, ſecus autem quando appellatio fuit ſolum
interpoſita coram Iudice à quo, & nihil fuit fa-
ctum coram Iudice appellationis, hoc enim ſecun-
214 do caſu ſuper deſertione non interloquitur Iu-
dex ad quem, ſed Iudex à quo, qui parte citata
lapſis fatalibus ſuam exequitur ſententiam *iuxta*
diſtinctionem Felin. in cap. ex parte 12. *n.*8. *verſic.*
declara tamen, *& n.*10. *verſic. declara primo de re-*
ſcript., *Fenzon. ad ſtat. Vrb.* 176. *n.*25., *& ſeqq.*
*lib.*1. *Scacc. de appel. quæſt.*11. *n.*151., *& infra*,
Caſtill. deciſ. 83. *per tot.*, & ego deciſiuè hoc fir-
maui particulari voto ſuper hoc elucubrato, quod
hic inſerendum eſſe cenſui tenoris, vt ſequitur.

Cum Vlcia, cauſam appellationis in deuoluti-
uo dumtaxat admiſſam per D. Capitaneum ap-
pellationis à mandato per me relaxato in vim
obligationis Cameralis, non fuiſſet proſequuta
intra ſex menſes præſcriptos *à ſtatut. Vrb. lib.* 1.
cap. 81., idem Capitaneus inſtante Benedicto
appellato illam declarauit deſertam, & ſimul ex-
penſas coram ſe factas taxauit, & cum cauſa re-
dierit ad me Iudicem à quo, ego ad inſtantiam
eiuſdem Benedicti expenſas coram me factas ta-
xandas eſſe, & pro illis, ac alijs contentis in taxa
facta coram D. Capitaneo cenſeri, eſſe relaxan-
dum mandatum executiuum.

Siquidem expenſæ Benedicto erant debitæ tri-
215 plici Iure; primo ex diſpoſitione Iuris Com-
munis,

Digitized by Google

munis, ſecundum quod Victus temere litigans
tenetur ad expenſas *l. properandum*, *C. de Iudic.*,
216 Secundò ex diſpoſitione *Stut. Vrb. lib. 1. cap. 196.*
præcisè mandantis in qualibet cauſa Victum Vi-
ctori illas reficere debere, etiamſi in illis in ſen-
tentia non fuiſſet condemnatus, *Cancer. var. re-
ſol. part. 2. cap. 6. n. 34.*, *Thor. vot. deciſ. 28. ferè
per tot.*, *& ſignanter à n. 18.*, *& ſeqq. tom. 1. Ca-
ſtill. deciſ. Sicil. 86. n. 7. & infra part. 1. Berliech.*
217 *deciſ. 127. n. 3.*, vbi quod tali caſu petuntur
conditione ex ſtatuto, *& in puncto ſtat. Vrb. 196.
Luc. Pet. in prax. for. Capitol. lib. 9. cap. 1. de ex-
penſis n. 23, Fenzon. ad idem ſtatut. 196. n. 61.*, *&
ſeqq.*, Tertiò 1 demum debebantur, ex quo Vlcia
condemnata fuerat in vim obligationis Camera-
218 lis, quæ continet in ſe promiſſionem damno-
rum, & intereſſe, & ſic obligationem reficiendi
expenſas Iure actionis, & ex propria promiſſio-
ne, *Berliech. deciſ. 127. n. 4.*, *Fontanell. deciſ. 95.
n. 12.*, *& 13. Rot. deciſ. 371. n. 8.*, *& 9. coram
Manzaned. repetitu deciſ. 218. poſt Zacch. de oblig.
Camer.*

Non obſtat, quod expenſæ factæ pro habenda
declaratione deſertionis cauſæ coram Capitaneo
219 non debeantur, ex quo Vlcia ſe non oppoſuit
tali declarationi, & ſic tacitè videatur renunciaſſe
appellationi, *vt poſt relatos firmat Scacc. de appell.
quæſt. 11. n. 16. verſic. refero*, *& quæſt. 17. n. 142.*,
quia *Scacc.*, & alij ab eo relati loquuntur quando
appellans ſimpliciter appellauit coram Iudice à
quo, & appellationem non introduxit coram
Iudice ad quem, tunc enim appellatus non habet
neceſſitatem petendi declarationem deſertionis
coram Iudice ad quem, ſecus autem quando ap-
pellans introduxit appellationem coram Iudice
ad quem, tunc enim adhuc ſpectat tollere impe-
dimentum appellationis, & declarare cauſam
deſertam, alias appellatus non poteſt procedere
coram Iudice à quo, ob impedimentum intro-
ductionis cauſæ coram Iudice appellationis, &
ſic tali caſu ſi appellans prætendit euitare expen-
ſas neceſſarias pro habenda declaratione deſer-
tionis, debet expreſsè in actis ante talem declara-
tionem renunciare appellationi, alias non poteſt
auitare refectionem expenſarum factarum pro ha-
220 benda tali declaratione, & in quibus condem-
nauit D. Capitaneus Iudex appellationis coram
ſe introductæ, & firmatæ, *vt bene diſtinguit Fe-
lin. in cap. ex parte 12. n. 10. verſic. declara primo
de reſcript.*, *Guill. obſer. 137. n. 4.*, *& ſeqq. lib. 1.
& ſuper ſtatut. Vrb. 196. hoc notat Galganett. ibid.
n. 50. il primo verſic. ſed de iure, & verſic. ſed dubi-
tatur*, *quinimmò Guill. dict. obſeru. 137. n. final.*
addit, quod ſi Iudex ad quem omiſiſſet facere
condemnationem in expenſis, adhuc illa poſſet
poſtea ex interuallo coram eo peti, & adducit
rationes.

Quod in præſenti carere videbatur difficultate,
tam attento ſtatuto, per quod ſemper debentur
expenſæ, tum accedente obligatione Camerali
continente promiſſionem expenſarum ex ſupra
221 firmatis, tum demum quia Capitaneus taxaue-
rat expenſas factas pro habenda declaratione de-
ſertionis cauſæ, vndè munus meum non erat in
hoc niſi exequi ab eo iudicatum, & ſi Vlcia præ-
tendebat grauamen debebat adire eundem Capi-
taneum, vel Senatorem illi ſuperiorem.

Nec officere viſum fuit, quod talis declaratio
deſertionis coram Capitaneo non eſſet neceſſa-
ria, cum Benedictus Victor iam obtinuiſſet ſuum
creditum; ex quo Capitaneus reiecerat appella-
tionem in ſuſpenſiuo, nam cum appellatio co-
ram eo penderet in deuolutiuo, & mihi Iudici à
quo inhibuiſſet quo ad deuolutiuum, non mo-
derata tali inhibitione, non poterat appellatus
coram me petere taxationem expenſarum ſolum
debitarum poſt terminatam cauſam in deuoluti-
uo, ideo ad hoc vt Victor poſſet conſequi expen-
222 ſas pernecesſè adſtringebatur tollere impedi-
mentum appellationis in deuolutiuo admiſſæ, ad-
hoc vt Iudex à quo poſſet rem iudicatam exequi
etiam quo ad expenſas, *vt præcisè aduertit Caſtill.
deciſ. Sicil. 83. n. 3.*

Minus releuat, quod dicta declaratio deſer-
tionis cauſæ in deuolutiuo ſpectaret ad me Iu-
dicem à quo non verò ad Capitaneum Iudi-
cem appellationis, & ſic expenſæ coram hoc
223 factæ pro habenda declaratione deſertionis,
vti prorius voluntariæ non debeantur, *Angel.
conſ. 130. Scacc. de appellat. quæſt. 11. num. 157.
Fenzon. ad ſtatut. Vrb. 81. num. 36. Maſtrill. de-
ciſ. 222.*, nam reſpondetur, quod recepta eſt
in foro Capitolino, & alibi diſtinctio, quod
aut appellatio fuit tantum interpoſita coram
Iudice à quo, & non introducta coram Iudice
ad quem, & hoc caſu procedunt authoritates
in obiecto allegatæ, aut verò nedum fuit appel-
latum coram Iudice à quo, ſed vlterius cauſa
appellationis fuit introducta coram Iudice ad
quem, eo quia hic inhibuerit, & cœperit cogno-
224 ſcere de appellatione, vt in præſenti caſu, &
tunc cognitio, ac declaratio ſuper deſertione
ſpectat ad Iudicem appellationis *Felin. in cap. ex
parte n. 8. verſic. declara tamen de reſcript.*, *Mu-
ſcatell. in prax. Ciuil. part. 2. gloſa futule n. 23. ad
27.*, *& ibi Additionator Prat. n. 24.*, vbi reijcit
contrarios, & teſtatur, hanc opinionem ſeruari
in praxi, *Rodriguez de execut. ſentent. cap. 1. n. 10.
Granat. ad Veſtr. in prax. lib. 8. cap. final. num. 3.
Scacc. de appellat. quæſt. 11. n. 751.*, *& ſeqq. Ca-
ſtill. deciſ. 83. per tot. lib. 1.*, & præcisè ad pra-
xim ſtatuti Vrbis *idem firmat Galganett. ad cap. 81.*
225 *verſic. conſilium tamen*, vbi quod recepit conti-
nuus vſus, quod cauſa pronuncietur deſerta per
Iudicem ad quem propter inhibitionem ab eo
emanatam, & quia poſſet appellans petere reſti-
tutionem, & repoſitionem aduerſus decretum
factum ſuper declaratione deſertionis oſtenden-
do, cauſam non eſſe deſertam, *prout Fenzon. ad
ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 176. n. 25.*, *& ſeqq. pertranſit
cum eadem diſtinctione.*

Hinc idem *Fenzon.* in contrarium in obiecto
226 allegatus cum alijs ab ipſo relatis *dict. cap. 81.
n. 26.*, vbi non facit talem diſtinctionem, debet
intelligi ſecundum primam partem diſtinctionis,
quando ſcilicet cauſa appellationis ſolum pendet
coram Iudice, à quo, & non fuit introducta
coram Iudice appellationis *iuxtà Felin. vbi ſupra
adductum à Fenzonio*, qui *Felinus* loquitur cum
dicta diſtinctione, & cum eadem procedit *etiam*
227 *Maſtrill. deciſ. 222. n. 8.*, *& 12.*, dum in illo caſu
cauſa appellationis non fuerat introducta coram
Iudice ad quem.

Qua diſtinctione irrefragabili poſita, in oppor-
tuna

tuna videbatur replicatio, quod executio ſen-
tentiæ ſtante declaratione deſertionis cauſæ fiat
per Iudicem à quo, non per Iudicem ad quem,
quicquid ſit, quando Iudex, ad quem confirmat
ſententiam Iudicis à quo ſuper meritis, nam
228 cum hoc caſu agatur ex ſententia confirman-
te, non confirmata executio ſpectat ad Iudicem
appellationis primam ſententiam confirmantem,
*Granat. ad Veſtr. in prax. lib. 8. cap. fin. n. 3. Ro-
driquez. de execut. ſenten. cap. 1. n. 20. circa medium,
Caſtill. deciſ. 84. num. 2. 3. 6., & 7. lib 1. Leoncill.*
229 *deciſ. Ferrarien. 10. n. 3., & 4.* nam ſententia
ſolum tacitè confirmata per ſimplicem deſertio-
nem, non autem in meritis mandatur quidem
executioni per Iudicem à quo, præcedente tamen
declaratione deſertionis facienda per Iudicem ad
quem iuxta diſtinctionem ſupra firmatam, & fir-
mat *Rodriquez. dict. cap. 1. n. 22.*

Non obſtat demum, quod in liſta expenſarum
taxatarum per Capitaneum adſint aliquæ, vel
prorſus indebitæ, vel exceſſiuæ, quia vel hoc cla-
rè non ſubſiſtebat, vel quatenus in hoc Vlcia
230 fuiſſet grauata, debebat redire ad ipſum Capi-
taneum pro correctione taxæ, quam in exceſſu
corrigere poterat, *Peregr. deciſ. Patauin. 142.
n. 12., & 13. cum alijs adductis per me ad Stat. Vrb.
cap. 196. artic. 4. n. 372.*, nec enim ipſe ſimplex
executor quoad taxam factam à Capitaneo Iudi-
ce appellationis debebam me ingerere ſuper illius
correctione.

Hactenus votum, cui patres acquieuere excepta
partita impenſæ ſportularum contenta in liſta
Capitanei, quam hic receperat pro declaranda
cauſa deſerta, ſuper qua Vlcia petijt declaratio-
nem à Congregatione Reformationis Tribuna-
231 lium Vrbis, qua adita de menſe Nouembris
1684. fuit ab illa reſolutum ſportulas in caſu
prædicto non deberi Capitaneo, & hoc prius fue-
rat ſancitum *in Conſt. 71. Pauli V. Rubr. de Capi-
tolio, eiuſque officialibus Bullar. nou. tom. 2.*, in qua
præcisè diſponitur, quod Capitaneus appellatio-
num pro reuocatione, ſeu moderatione quarum-
cumque inhibitionum ſportulas nullo pacto reci-
piat, & ea eſt ratio, quia Capitaneus tali caſu
non cognoſcit de meritis cauſæ, nec reuoluit pro-
ceſſus, & ſic non laborat.

Quia ex dictis inſtantia hæc ſtatutaria, ac tem-
pus fatalium datum cauſis appellationum finien-
dis ab hoc ſtatuto fuere ſubrogata loco biennij
præſcripti de Iure communi, & ſolum ſtatutum
abbreuiauit tempora fatalium, cum in reliquis
hæc inſtantia ſtatutaria recipiat reſtrictiones, de-
clarationes, ac limitationes, quæ dantur inſtan-
tiæ biennij à Iure communi præſcriptæ, hinc in-
congruum non eſt (non tranſgrediendo mate-
riam ſpectantem ad noſtrum ſtatutum) aliquid
hic adnotare ſuper temporibus appellationum,
curſu fatalium, ac deſertione cauſæ, tam ex di-
ſpoſitione Iuris communis, quàm ex ſtylo Curiæ,
& Rotæ.

Et primo obſerua, quod in Curia fatalia, (hoc
232 eſt biennium) incipiunt currere à die interpo-
ſitæ appellationis *Rot. deciſ. 381. n. 1. p. 16. recent.*,
& cauſa remanet deſerta, ſi intra decem dies ab
233 illa promulgationis ſententiæ, vel à die habitæ
notitiæ, ſententiam fuiſſe prolatam, non fuerit
appellatum, *cap. quo ad conſultationem de ſenten.,
& re Iudic. Rot. deciſ. 690. num. 4. coram Pamphil.
deciſ. 177. n. 14. par. 11. recen., & deciſ. 153. n. 1.
par. 15.*

Dictus tamen terminus decem dierum datus
ad appellandum non eſt de fatalibus, niſi ex ea
die, qua interponitur appellatio, quia primum
234 fatale eſt vnius anni, ſecundum alterius anni,
& fatalia incipiunt currere, non à die ſententiæ,
ſed appellationis, *Scacc. de appellat. quæſt. 15.
n. 162.*, vbi quod hæc eſt communis omnium con-
cluſio, quæ non habet contradictorem.

Currit tamen dictum tempus decem dierum
235 datum ad appellandum à die ſententiæ, non
à die habitæ notitiæ, ſi præceſſit citatio perſona-
lis, etiamſi citatus perſonaliter nunquam compa-
ruerit, & fuerit contumax *Rot. deciſ. 50. n. 2., &
deciſ. 139. n. 1. par. 13. recen., & deciſ. 55. n. 3. p. 14.*

Fallit ſi agatur de Reo, qui in iudicio compa-
ruit, ac ſe defendidit, & deindè ad ſententiam
236 fuerit citatus domi dimiſſa copia, tunc enim
tempus prædictum decem dierum datum ad ap-
pellandum, currit à die habitæ notitiæ ſenten-
tiæ prolatæ *Rot. in Bononien. attentatorum coram
Orano n. 2. apud Marcheſan. de commiſſ. p. 2. fol. 62.
deciſ. 180. n. 3. coram Carill. deciſ. 155. n. 10., & 11.
coram Otthob. deciſ. 743. n. 5. coram Cerr. deciſ. 29.
n. 2., & deciſ. 217. num. 16. coram Bich. deciſ. 139.
n. 2., & 3. p. 13. recent., & deciſ. 251. n. 5. p. 15.*,
vbi aliæ deciſiones cumulantur.

Hinc paſſim in Tribunalibus A. C., Vicarij, &
Gubernatoris Vrbis, cum ſententiæ proferantur
præuia citatione ad ſententiam Domi dimiſſa
copia, ad hoc vt victo currat tempus ad appel-
landum, ſolet ſuccumbens per quatuor vices ci-
237 tari ad docendum de appellatione, eiuſque le-
gitima proſecutione, & poſt quartam citationem
currit victo tempus decem dierum ad appellan-
dum, vt eſt omnibus notiſſimum.

Et licet in dictis quatuor terminis non fuerit
doctum de appellatione, ac illius proſecutione,
238 ſi tamen poſteà oſtendatur de diligentijs factis
pro appellatione, & dicta ſeruatione terminorum,
& in illis oſtenſione non facta ſuper proſecutione
appellationis, non intrat deſertio *Rot. deciſ. 56.
n. 8. coram Merlin.*

Quando verò fuit appellatum legitimo tempo-
re, & fuere appellanti dati apoſtoli reuentiales
in Romana Curia pro aliquali diligentia in pro-
ſecutione appellationis, ſufficit quod commiſſio
appellationis ſignata intra terminum decem die-
rum fuerit præſentata in Banco Curſorum, vel
ſaltem quod in dicto termino commiſſio ſignan-
da præſentata fuerit Regenti Cancellariæ, vel
Cardinali Præfecto Signaturæ Iuſtitiæ (licet ex
praxi regulariter talis præſentata fiat ſolo Regen-
ti Cancellariæ,) & ab illis obtenta præſentata
in calce commiſſionis appellationis ſignandæ,
cum adnotatione diei, qua præſentata fuit, quæ
239 præſentatio commiſſionis producta coram Iu-
dice à quo, demonſtrat appellantem feciſſe dili-
gentias pro habenda commiſſione appellationis,
& excuſat à deſertione iuxta praxim antiquam
Curiæ, de qua teſtatur *Veſtr. in ſua praxi lib. 3.
cap. 5. n. 4. verſic. & quia terminus, Marcheſan. de
commiſſ. part. 2. de commiſſ. ſuper deſert. cauſ. §. 1.
n. 40. fol. 72. Lancelott. de attent. par. 2. cap. 12. in
præfato n. 65., & ſeq.* & hæc praxis hodie etiam
viget,

viget, vt de ea teſtantur *Vbert. de Citat. cap. 10.*
iuxta vltim. impreſſ. n.401., & 413., vbi idem
firmat ſi dati ſint reuerentiales in forma *Ridolph.*
in prax. p. 1. c. 13. n. 544., & idem tenet *Cappucc.*
in prax. to. 2. p. 3. cap. 5. n. 36., & ſeq. Rot. dec. 173.
n. 4., & par. 9. recen. deciſ. 153. n. 2., & 3. par. 15.,
240 *& deciſ. 431. num. 2. coram Cerr.*, quinimmò ex
ſola fide Reuiſoris commiſſionum, quod com-
miſſio fuit illi porrecta certa die, quæ præſeferat
eſſe intra terminum datum ad appellandum, ſuf-
ficit pro oſtendenda diligentia facta pro com-
miſſione cauſæ ad effectum euadendi illius de-
ſertionem *Rot. deciſ. 56. num. 1., & 2. coram*
Merlin.

Quodque ad euitandam deſertionem cauſæ
appellationis ſufficiat, quod intra decem dies
poſt datus reuerentiales commiſſio peruenerit
241 ad Bancum Curſorum, licet non fuerit incapſa-
ta, ac Iudici ad quem præſentata, cum dicti de-
cem dies dentur ad inchoandam, non ad facien-
dam proſecutionem appellationis, *Marcheſan. vbi*
proximè n. 38., & 39. Ridolph. dict. cap. 13. n. 544.
Rot. deciſ. 56. n. 1., & ſeq. coram Merlin., & in
Romana Saluiani 19. Nouembris 1666. §. quoniam,
& §. idque coram Eminentiſſimo Domino Cardinali
Carpineo.

Quinimmò ſi per diem poſt dictos decem dies
commiſſio peruenerit ad Bancum Curſorum, hoc
242 breue ſpatium vnius diei non debet haberi in
conſideratione, & deſertio appellationis non in-
trat, cum ſufficiat qualiſcumque diligentia facta
pro habenda commiſſione cauſæ intra decem dies
Rot. deciſ. 56. n. 5. coram Merlin. & in dicta Roma-
na Saluiani §. quod procedit coram Carpineo.

Prout ceſſat deſertio, ſi intra dictos decem
243 dies fuerit tranſmiſſa commiſſio appellationis
ſignanda, & fuerit facta aliqua diligentia pro illa
obtinenda *Rot. deciſ. 483. n. 4., & 5. n. 7., & 8.*
par. 9. tom. 2. recen.

Sed ſi intra dictos decem dies à die datorum
244 reuerentialium cauſa non fuerit commiſſa, in-
trat deſertio *Rot. deciſ. 362. n. 4. par. 13. recent.* ſi
tamen non fuerunt factæ diligentiæ vt ſupra.

Quando tamen Iudex à quo appellationi reſ-
pondebo non dedit reuerentiales, ſed terminum
Iuris ad effectum deliberandi ſuper modo conce-
dendi Apoſtolos, & admittendi appellationem,
tunc talis præſentata obtenta à Regente non ſuf-
245 ficit ad euitandam deſertionem *Rot. deciſ. 105.*
nu. 5. poſt Scacc. de appellat., quæ eſt coram Buratt.
deciſ. 556., & ibi Adden. n. 10. cum talis præſen-
tata ſufficiat ſolùm, quando fuere dati reueren-
tiales, & probat tali caſu diligentiam appellantis,
illumque excuſat à lapſu decem dierum conceſ-
ſorum pro obtinenda commiſſione cauſæ appel-
lationis, cuius expeditio pendet à facto officia-
lium, non appellantis, ſecus quando agitur de
246 reditu pro Apoſtolis, quia à ſolo appellantis
facto dependet, & propterea omninò pro illis re-
dire tenetur, in nihilo tali caſu ſuffragante præ-
ſentata obtenta à Regente, *Marcheſan. de commiſſ.*
par. 2. de commiſſ. ſuper deſert. cauſ. §. 1. n. 75., &
76. fol. 76. Adden. ad Gregor. deciſ. 573. n. 14. in
fine Rot. in Forolinien. pecuniaria coram Marque-
montio n. 4. apud Marcheſan. ibid. fol. 79., & deciſ.
733. n. 6., & 7. par. 4. tom. 3. recen. deciſ. 251. n. 3.
& deciſ. 278. n. 2. coram Bich.

Sed ſi pendente termino Iuris Signatura com-
247 mittat cauſam appellationis, tunc non eſt opus
quod appellans redeat pro illis coram Iudice, à
quo *Rot. deciſ. 556. n. 11. coram Buratt., & deciſ. 71.*
n. 2. poſt diſcept. Contr.

Et quod ad euitandam deſertionem ſufficiat,
cauſam appellationis eſſe commiſſam intra ter-
248 minum Iuris, & quod illa peruenerit ad Ban-
cum Curſorum, licet Iudici præſentata non fue-
rit, *Rot. deciſ. 43. n. 5., & ſeq. coram Duran., &*
deciſ. 278. n. 3. coram Bich.

Nec tali caſu impetratæ commiſſionis intra
terminum Iuris tenetur appellans redire pro Apo-
ſtolis coram Iudice à quo, etiam quod in com-
249 miſſione non fuerit expreſſum, quod pro Apo-
ſtolis redire non teneatur, *Rot. deciſ. 530. coram*
Bich. plenè deciſ. 113. à n. 4., & infrà poſt Scacc. de
appell., quæ eſt inter illas Duran. deciſ. 43., & plenè
Adden. ad Buratt. deciſ. 556. à n. 11.

Et ſufficit, quod Apoſtoli fuerint in ipſa ap-
pellatione petiti, prout in illa peti debent, & cum
ſuppoſito talis petitionis procedit præfata con-
250 cluſio, quod ſat ſit commiſſio appellationis in-
tra terminum iuris, & quod illa peruenerit ad
Bancum Curſorum, abſque eo quod appellans
teneatur redire pro Apoſtolis, vt benè declarat
Rot. deciſ. 48. n. 8., & 9. coram Comitul. deciſ. 43.
n. 8. coram Duran., & notat Add. ad Buratt. deciſ.
556. n. 12., & 13.

Simplex tamen recurſus ad Signaturam pro
obtinenda commiſſione appellationis, quando
251 fuit datus terminus iuris ad redeundum pro
Apoſtolis, non ſufficit ad euitandam deſertionem
cauſæ, ſi intra eundem terminum Iuris non fue-
rit effectiuè obtenta commiſſio appellationis,
ex quo appellans poterat alia via ſibi conſulere
redeundo pro Apoſtolis coram Iudice, à quo in-
tra terminum Iuris *Rot. deciſ. 251. nu. 3., & deciſ.*
278. n. 1., & 2. coram Bich.

Præſentata commiſſionis, de qua ſupra conce-
ditur parte non citata, & etiam pluries, quouſ-
que ipſa commiſſio ſignetur, & perueniat ad Ban-
cum Curſorum, & ſi agatur de cauſa inappella-
bili, vel Iudex à quo appellanti dederit Apoſto-
252 los refutatorios, tunc recurritur ad Signatu-
ram Iuſtitiæ, vel ad Papam pro habenda ſuper-
ſeſſoria ad effectum obtinendi commiſſionem ap-
pellationis, quæ ſuperſeſſoria obtinetur citata
parte, *Capucc. dict. cap. 5. n. 39., & ſeq.*

Et dictum tempus recurſus facti ad Papam, ac
253 Signaturam deducitur à tempore fatalium, ad
effectum excludendi deſertionem cauſæ, ac rem
iudicatam, *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 13. n. 158.,*
& ſeq. Rot. deciſ. 124. n. 10. par. 17. recen.

Factis diligentijs vt ſupra pro habenda com-
miſſione cauſæ ad euadendam deſertionem, debet
254 vlterius appellans intra annum incapſare com-
miſſionem appellationis, & citare ad dicendum
contra illam cum reproductione citationis in
actis *Rot. deciſ. 224. n. 4., & 5. coram Royas, &*
deciſ. 202. n. 1. par. 15. recen. cum alijs cumulatis in
annot. ad Vot. 5. n. 55. poſt deciſ. Remboldi.

Et quando talis commiſſio cum citatione ad
dicendum contra fuit intra annum facta de actis,
255 cum citatione reproducta, tunc ſecundum fa-
tale, hoc eſt biennium de ſtylo Curiæ, datur abſ-
que alio Iudicis miniſterio *Scacc. de appell. qu. 15.*
n. 179.

Digitized by Google

n.179. verſic. primus caſus, Rot. deciſ.4. n.1. p. 16. recent.

Præſentatio quippè commiſſionis intra decem
dies in Banco Curſorum, ſufficit quidem ad oſten-
dendas diligentias pro obtinenda commiſſione
appellationis, at vlterius debet intra annum ſal-
256 tem citari ad dicendum contra commiſſionem,
alias ex ſola commiſſionis præſentatione ſine tali
citatione, deſertio cauſæ non euitatur Scacc. dict.
quæſt.15., & n.179. verſic. ſecundus caſus Ridolph.
in prax. par.1. cap.13.n.547. Rot. deciſ.36. n.1. ad
3. par.3. recen., & deciſ.161. n.6., & 7. par.17.

Nec ſuffragatur ſine dicta Citatione commiſſio
257 appellationis obtenta intra annum, nam tali
citatione deficiente intrat deſertio, Scacc. dict.
n. 179. verſic. ſecundus caſus, Vbert. de citat. dict.
cap.10. n.436. verſic. ſecus quando, Rot. deciſ. 156.
n.2. par.2. recen., & deciſ.561. n.2. coram Bich.

Et ſtylus Curiæ, quod concedatur biennium
ad proſequendam cauſam appellationis procedit
ſolum, quando aliquid actum eſt intra annum,
& primum fatale, quia tunc etiam ſine cauſa ſe-
cundum fatale, & ſic biennium conceditur, ſecus
258 quando nihil in cauſa actum fuit primo fatali,
præcipuè quando verſamur in Romanis, ac Ro-
mæ præſentibus, & non exteris, Veſtr. in prax.
lib.3. cap.5. n.2. verſic. dummodo appellans, & ibi
Grauat. n. 7. Marcheſan. de commiſſ. par.2. de com-
miſſ. prorog. fatal. §.1. n.21., & 22. Rot. deciſ.161.
n.4., & 5. par.17. recent.

Itaut ſi intra annum, & ſic primum fatale ni-
259 hil actum ſit, non conceditur biennium, & ſic
ſecundum fatale, & cauſa remanet deſerta, Veſtr.
in prax. lib. 7. cap. vltimo num. 9. Rot. deciſ. 381.
n.2. par.16. recen. Ridolph. in prax. par. 1. cap.13.
n.552., vbi quod ſi intra primum annum ſaltem
non fuit citata pars ad dicendum contra com-
miſſionem appellationis, non conceditur bien-
nium.

Quando verò in primo anno fuit cauſa com-
260 miſſa, & ſimul facta citatio ad dicendum con-
tra commiſſionem, tunc datur biennium etiam
abſque eo, quod doceatur de aliquo impedimen-
to, & hic eſt ſtylus Curiæ plenè Scacc. de appellat.
quæſt. 15. n.151., & 153. Vbert. de Citat. dict. cap.
10. n.435. Rot. deciſ.217. n.10. coram Duran.

Si vero agatur de ſententia prolata in partibus,
261 non autem in Curia, tunc fatalia prædicta duo-
rum annorum non incipiunt currere à die appel-
lationis interpoſitæ, ſed à die, quo appellans po-
tuit veriſimiliter committi facere cauſam appel-
lationis in Curia, Scacc. de appellat. qu.14. n.48.
quæſt.15. n.75. in fine, Marcheſan. de commiſſ. p.3.
de commiſſ. prorog. fatal. §. 1. nu.70. Ridolph. dict.
cap.13. n. 554. Rot. coram Puteo deciſ. 147. lib. 2.
in correct., & deciſ.2002. n.5. coram Coccin.

Quo circa in cauſis extra Curiam conceduntur
262 vlterius ſex menſes ad illas committi facien-
dum Ridolph. d.c.13.n.687., & ſeq. Rot. deciſ.772.
n.6. par.18. tom.2. recen.

Quando tamen in cauſis extra Curiam fuit ap-
pellanti præfixus terminus ad proſequendam ap-
263 pellationem, ſufficit quod appellans in termino
præfixo arripiat iter ad Curiam Romanam, ſi
verò talis terminus non fuerit præfixus, habebit
appellans annum pro habenda commiſſione cau-
ſæ appellationis, & ex cauſa biennium ad tex. in
cap. cum ſit Romana de appellat. Scacc. de appellat.
quæſt. 14. n.49. Ridolphin. alleg. cap.13. n.555.

Licet fuerit appellatum in tempore, ſed appel-
264 latio non fuerit proſequuta intra biennium,
nec conſtet de prorogatione fatalium, cauſa re-
manet deſerta, & ſententia facit tranſitum in iu-
dicatum cap. cum ſit Romana de appellat. Rot. deciſ.
548. n.2. par.4. tom.3. recen. deciſ.588. n.1. coram
Canaler. deciſ.429. coram Amat. Dunozet., & deciſ.
8. n.1., & ſeq. coram Celſ., vbi quod paria ſunt
non appellare, vel appellare, & appellationem
non proſequi, & deciſ.376. n.7., & ſeq. part. 17.
recent.

Quod tamen intellige de ſtylo Curiæ, & Rotæ,
qui ſtylus eſt fundatus in Iure, ſi ſententia ſit va-
lida, & iuſta, ſecus ſi nulla ſit, & iniuſta, hoc
265 namque caſu cum non mereatur nomen ſenten-
tiæ, nunquam tranſit in iudicatum, Rot. deciſ.
588. n.2. coram Canaler., & dict. deciſ. 548. n. 3.
par.4. tom.3. recent., vndè in ſupremis Tribunali-
bus, vt eſt Rota, ſi antequam pronuncietur ſuper
deſertione præſententur proceſſus, & acta cauſæ,
ſtylus eſt, quod non obſtante deſertione inſurgen-
te à non appellatione in tempore, vel non proſe-
quutione illius intra fatalia à Iure præſcripta,
266 examinatur, an adſit, nec ne in iudicato, in-
iuſtitia, vel nullitas, nam ſi adſit, talem deſertio-
nem, ac rem iudicatam ab illa reſultantem non
attendunt, Rot. deciſ.30. n. 3. poſt Scacc. de appell.
deciſ.71. n.2. in fine poſt diſcept. Conir., & deciſ.44.
num. 12., & 13. coram Arguell., quocirca ſtylus
Rotæ eſt tali caſu diſputare, an conſtet de cauſis
reſtitutionis in integrum, & ſi ex actis appareat
de iniuſtitia, ac nullitate ſententiarum, non ſo-
let illas exequi, ſed potius concedit reſtitutionem
in integrum.

Si verò biennio elapſo acta non fuere tranſpor-
267 tata, præcipuè quando præceſſit præfixio ter-
mini ad illa tranſportanda, remanet cauſa deſer-
ta, & inhibitio, venit moderanda Rot. deciſ. 48.
n.4. poſt Scacc. de appellat., & deciſ.672. n. 2. p.18.
tom 2. recen.

Et fatalia prædicta currunt etiam mortuo ap-
268 pellante l.1. C. ſi penden. appellat. mors intereeſſ.
Rot. deciſ.44. n.3., & 4. coram Arguell. vbi tradit
in propoſito, quod inſtantia cœpta cum defuncto
tranſit in hæredem.

At quando fatalia cœperunt currere contra de-
functum, tunc hæredi vltra terminum biennij re-
ſiduum à Iure aſſignatum, & etiam cœptum,
269 dantur vlterius alij quatuor menſes computan-
di à die aditionis hæreditatis tex. literalis in l.fin.
C. ſi penden. appell. mors intereeſſ. Vbert. de citat.
cap.10. n.461. Rot. deciſ.44. n.5. coram Arguell.

Si tamen intra biennium cauſa non poteſt in
Rota expediri, datur litigantibus remedium, vt
270 prorogentur fatalia per Rotæ Auditorem, co-
ram quo cauſa pendet, ex quo Rotæ Auditores
vigore Conſtitutionis Innocentij VIII. 13. §. 8., &
Pij IV. Conſt.44. §.3. poſſunt huiuſmodi fatalia
prorogare Veſtr. in prax. lib.3. cap.5. n.3. Vbertus
de citat. dict. cap.10. nu. 437., & 438., vbi quod
271 Rotæ Auditores poſſunt hoc facere, etiam non
citata parte, & licet adſit etiam ſuper proro-
gatione commiſſio Scacc. de appell. quæſt.15. n.
220. & ſeq. Rot. deciſ. 648. n. 22., & 23. coram
Vbald.

Digitized by Google

Quæ facultas ptorogandi fatalia competit Ro-
tæ Auditoribus in cauſis Roralibus, non autem
272 in cauſis ciſdem commiſſis catra Roram vti
Prælatis, nec illa gaudent alij Prælati Iudices
Commiſſarij, *Vbert. de citat. dict. cap.10. n.439.*,
vbi reſpondet contrarijs.

Et quod extra Rotam in prorogatione fata-
273 lium non intret Innocentiana, & illotum pro-
rogatio vigore commiſſionis fieri non poſſit, niſi
cirata parte plenè probat *D. Seuerolus in ſuo Voto
5. n.38., & ſeq. poſt decif. Rembold.*

At ralis prorogatio faralium non poteſt fieri
274 paſſim, ac ſæpè, ſed ſolùm ea aliqua honeſta,
ac iuſta cauſa, præuia illius cognitione arbirrio
Rotæ *ex Conſt. 44. §. prorogationes Pij IV., & ex
Conſt. 7t. Pauli V. Rubr. de Auditorio Rota eodem
§. prorogationes*, & cum talis prorogatio ſæpius
275 petira, debeat concedi cum cauſæ cognirione
arbirtio Rotæ, hinc tequiritur in illa conceden-
da partis citario *Vbert. dict. cap.10. n.440.*

Sed poteſt dubitari, an Rotæ Auditores non
ſolum poſſint prorogare fatalia, quòd verbum
prorogare importat illorum durationem, quan-
do ptoroganrur, verum etiam, quando illa lapſa
276 ſunt, iterum concedere, & quidem *ex Conſt.13.
Innocentij VIII. Bullar. nou.tom.1.in alleg.§.8.* da-
tur faculras nedum protogandi faralia, ſed de
nono concedendi, at in poſterioribus Conſtitut.
Pij IV., & Pauli V. datur ſolum facultas proto-
gandi, vnde videtur ademrpa ſaculras illa de no-
uo concedendi, cùm fatalium peremptorum
conceſſio videatur ſpectare ad ſolum Principem
ex traditis per Vbert de citat. dict. cap.10. num.440.,
verum ego probabilius eaiſtimo, facultatem à
277 Conſtitutione Innocenriana Auditoribus Rotæ
attributam concedendi de nouo fatalia, non fuiſ-
ſe per poſteriores Conſtitutiones Pij IV., & Pau-
li V. ſublatam, cum hæc ſupponant facultates
competentes ſuper hoc Rotæ Auditoribus, & nul-
lam faciaut conceſſionem de nouo, & ſolum li-
mitane Innocentianam, Indiſtinctè attribuen-
tem ſaculratem prorogandi arbitrio Auditorum,
vt in poſterum protogationes paſſim, ac ſæpius
non concedant, niſi ex iuara, & honeſta cauſa,
prenia illius cognitione, vndè non remanet adem-
pra poteſtas noua fatalia concedendi attributa
ab Innocenriana, ſed ſolum limitata facultas plu-
ries illa prorogandi.

Quando verò ſatalia prorogantur durante
278 biennio, tunc dies termini protogati non com
putatur à die factæ prorogationis, ſed à die
finiti biennij, *Vbert. alleg. cap.10. n.443. Rot. de-
ciſ. 112. num. tt. poſt. Scacc. de appell., quæ eſt inter
illas Duran. deciſ. 227.*

In Curia Capitolina ſi fatalia expirarent, quis
279 illa de nouo concedat, *Marcheſan. de Commiſſ.
p.3. de Commiſſ. prorog. fatal. §.1. n. 108., & 109.*,
tenet, concedi per Signaturam, licet ſubdat,
quod hæc in alijs cauſis fori Capitolini non te-
ſcribat.

At ego quicquid ſit de prorogatione fatalium
adhuc durantium, in quibus opinio *Marcheſan.*
poteſt forte procedere, quoad commiſſionem fara-
liū ea integro, quando Statutaria ſunt elapſa, con-
trarium verius eſſe exiſtimo, cum enim tunc cau-
280 ſa ſit deſerta, facultas illam reſtaurandi ſpectat
ad ſolum Papam, vt dixi plenè ſuprà hic *artic.t.
n.139.* vbi regiſtraui Votum ſuper hoc factum,
nedum quià Signatura Iuſtitiæ ſe non ingerit in
cauſis Fori Capitolini, verum etiam quia con-
tra Statuta Vrbis non poteſt, reſcibi, nec contra-
rium decerni, niſi per Signaturam manu Papæ,
vt apparet in Bulla confirmationis Statutorum
Vrbis factæ à Gregorio XIII.

Adſunt tamen plures caſus, in quibus fatalia
281 non currunt, nec intrat deſertio cauſæ, & pri-
mò in Rota ceſſat deſertio, ac illa non attendi-
tur, quando etiam poſt biennium acta fuere tranſ-
portata in termino præfiao *Rot. deciſ.82. num.12.
par.10. recen., & deciſ.t 2. d num.9. & tt. p. 17.*

Nec officit appellanti præuentiua præfixio ter-
282 mini obtenta ab appellato ante biennium ad
traſportandum acta, & proſequendam appella-
tionem, dum in præiudicium appellantis haben-
tis de Iure biennium non poteſt hoc fieri, ſed eſt
expectandus terminus à lege præfixus *Ridolph. al-
leg. cap.t3. par.1. num.644. Rota deciſ. 202. num.2.
par.15. recen., & deciſ. 1. num.2. & ſeq. p.t6.*

Secundò excluditur deſertio, ex quo intra an-
num appellans incapſauit commiſſionem appella-
283 tionis cum citatione ad dicendum contra il-
lam *Rot. deciſ. 202. n.1. par.15. recen., & fuit latè
firmatum ſupra hic n.254. & ſeqq.*

Tertiò fatalium curſus quieſcit, & non intrat
284 deſertio durante tractatu concordiæ *Rot. deciſ.
278. num.t6. part.17. recen. Add. ad Pamphil. deciſ.
277. n.19.*

Sed contrarium tenet *Rot. in Romana pecuniaria*
285 *coram Litta apud Marcheſan. de commiſſ. p.1. fol.12.
n.4., & deciſ. 665. num.50. coram Bich.*

Declara vt prima opinio procedat, ſi effectiuè
ſuper tractatu concordiæ fuerit factum compro-
miſſum, ſecus ſi adſit ſuper ea ſimplex tractatus
286 extraiudicialis *per tex clarum in cap. quandiu 4.
de appellat., & ita declarat. Rot. in alleg. deciſ. Ro-
mana apud Marcheſ. n.3. verſic. quid Doctores, & ità
loquitur etiam Rot. in deciſ.133. n.2. apud. Poſth. de
manut. allegata in deciſ. 278. n.16. p.17. recen.*

Et amplius quod pendente tractatu concordiæ
287 fatalia non currant procedit, quando partes
dederunt facultatem faciendi concordiam, ſecus
ſi de illa non conſtet, *vt in allegata deciſ. apud
Marcheſan. n.4. verſic. præterea contraria opinio, &
ipſe Marcheſan. de Commiſs. par.2. de Commiſſ. ſuper
deſert. Cauſ. §.1. n.13. fol.69.*

Quartò fatalia, vel non currunt, vel aduerſùs
288 illorum lapſum datur reſtitutio ſtante obitu Pro-
curatoris in Cauſa, de cuius deſertione agitur,
*Rot. deciſ.430. n.5. coram Bich., & deciſ.44. nu.10.
coram Arguell.*

Quintò non currunt fatalia ſtante, ac duran-
289 te infirmitate, licet hæc procedat ex decrepita
290 ætate *dict. deciſ.44. n.7. & 8. coram Arguell.*, nec
ſtante abſentia ex Cauſa Reipublicæ, & pro ſer-
uitio Principis *Rot. deciſ.131. nu.2. ad 4. p.19. rec.*

Sextò ob peſtem graſſantem, ſi illa durante
291 lapſa ſint fatalia, datur reſtitutio in integrum,
*Scacc. de appellat. quæſt.15. n.329. Rota deciſ.161.
n.3. part.17. recent.*

Si tamen in aliqua parte anni dati ad commit-
tendum cauſam appellationis, ac faciendam
de actis commiſſionem appellationis ceſſet im-
292 pedimentum peſtis, ſi in illa non oſtendatur di-
ligentia in commiſſione Cauſę, ſententia tranſit
in iu-

Digitized by Google

in iudicatum. Rot.deciſ.156.num.2.p.2.recen., & deciſ. 161.num.8.p.17.

Ad hoc namque vt impedimenta excuſent à
curſu fatalium, illa debent eſſe ineuitabilia, &
293 quod durauerint pro toto tempore conceſſo fa-
talibus, Rot.deciſ. 144.n.43.par.12.rec.

Septimò fatalia quieſcunt de tempore Sedis
Apoſtolicæ vacantis, vnde à temporibus datis
294 ad appellandum, ac appellationem proſequen-
dum ſubducitur tempus Sedis vacantis, Lancellot.
de attent. p.2. cap.12.in præfat. n.54. Ridolph. in
prax. p. 1.cap.13.n.562.Rot. deciſ.362. num. 2. co-
ram Seraph. deciſ. 381.num.3. p. 16. recen. & de-
ciſ.185. n.1., & ſeq. p.19.cum Sede vacante cauſæ
commiſſariæ non tractentur, ſed quieſcant de
295 ſtylo Curiæ, & nullus delegatus, ac Iudex cō-
miſſarius tali tempore procedat, Marcheſan.de
Commiſs. p.3. de Commiſſ. prorog. fatal. §.1. n.121.
Rot.deciſ.643. coram Buratt. repetita deciſ.106.poſt.
Scacc.de appellat.

Si tamen ceſſet impedimentum Sedis vacantis
296 in tempore, quo durabat terminus ad redeun-
dum pro apoſtolis intrat deſertio, cum ceſſaue-
rit impedimentum.

Similiter cum Iuriſdictio A. C. ſit ordinaria
non quieſcit de tempore ſedis vacantis, & per
obitum Papæ non expirat, & etiam nouenualium
exequiarum tempore currunt in dicto Tribunali
A.C. fatalia, & terminus ad redeundum pro Apo-
ſtolis, licet enim dicto tempore exequiarum non
297 procedatur in eodem Tribunali quoad actus
Iudiciales, attamen petitio Apoſtolorum eſt
actus extraiudicialis, qui etiam dicto tempore
exequiarum fieri poteſt Rot.deciſ.40.n.3., & deciſ.
94.num.2.& 3. coram Otthob.

Octauò non currunt pendente cauſæ diſcuſſio-
298 ne ſuper attentatis, donec illa purgata ſint,
Ruin.conſ.75.n.4.& 5.lib.5.Rot.deciſ.191.n.2.coram
Seraph., & deciſ. 99.num.3. coram Mantic.

Procedit tamen concluſio ſi prætendens pur-
gationem attentatorum ſuper illis obtineat, ſe-
299 cus ſi ſuccumbat, & declaretur illa non adeſſe,
Lur.Pet.in prax. lib.5.cap. 12.num.14., Gratian.
cap.40. nu.4.& 5., Vbert. de citat. cap.10. n.467.
Marcheſ. vbi proximè n.103., Ridolph in.dict. c.13.
n.557., & videantur plures declarationes ſuper
hoc apud Scacc. de appellat qu. 15.n. 65., & infra,
& ſignanter n.78.

300 Currunt tamen purgatis integrè attentatis Rot.
deciſ.672.num.1.p.18.tom.2.recen.

Proue non obſtante diſcuſſione ſuper attenta-
tis currunt fatalia, quando ſubducto tempore
301 inſumpto ſuper illorum diſcuſſione, adhuc fa-
talia tempora ad proſequendam appellationem
lapſa ſunt Rot.deciſ.156. num. 4.p.2.recen.

Nonò non currunt fatalia ſuper negocio princi-
302 pali, durante tempore, quo diſputatum fuit ſu-
per ſolo poſſeſſorio Ridolp. alleg.cap.13.num.566.
Rot.deciſ.312.num.3.p.5. recen., deciſ.496.n.5.apud
Poſth. de manuten, & deciſ. 794. num.10. vbi de
ratione coram Amat. Dunozzett.

Decimò non currunt pendente legitimo recur-
303 ſu ad Signaturam habito citata parte Marche-
ſan. alleg. §.1. n.65.Ridolph.dict. cap.13. num.559.
Rot. deciſ. 416.num.4. & 5.p.4.recen.

Vndecimò conquieſcunt durante tempore
304 ad habendum Conſilium Sapientis, Vbert. de
citat. cap.10.n.472. quod intellige, & declara vt
dixi ſupra articul.1. nu.66.& ſeqq.

Similiter non currunt, quando negocium eſt
coram Peritis, vel Calculatoribus, cum & ipſi
305 in negocio, ſuper quo fuerunt electi poſſint di-
ci Sapientes, & Iudex teneatur ſequi illorum iu-
dicium, Vbert.dict. n. 472. verſic.ita etiam.

Duodecimo non currunt, quando cauſa plu-
306 ries in Rota propoſita fuit, & nulla capta fuit
reſolutio, ob diſcrepantes Dominorum ſententias,
Rot.deciſ. 1569.num.2. coram Coccin.

Decimotertiò, quando æquè principaliter
commiſſa fuit cauſa appellationis, & nullitatis,
ac notoriæ iniuſtitiæ, tali enim caſu licet expi-
rent fatalia ſuper Inſtantia appellationis, non ta-
men remanet deſerta cauſa nullitatis, quæ durat
307 per triginta annos Rot.deciſ. 163.num.1., & ibi
Adden. litt. A. coram Buratt. deciſ. 496. num. 7.
apud Poſth.de manut. deciſ.270.num.6. coram Caua-
ler., & deciſ. 30. nu. 2.poſt.Scacc.de appell., vbi
308 quod poſt lapſum fatalium in cauſa appellatio-
nis poteſt reuocari ſententia ex capite notoriæ
iniuſtitiæ.

Deſerta tamen Cauſa appellationis, perimitur
etiam Cauſa nullitatis, quando notoriè conſtat,
309 nullitatem non adeſſe Rot.deciſ. 163. nu.2.coram
Buratt.

Decimoquartò non currunt, donec diſputatur
310 ſuper deſertione cauſæ, & lapſu fatalium, Gra-
tian. cap. 499.num.18.& 19. cum cumulatis per
Celeberrimum Sacri Conſiſtorij Aduocatum
Nicolaum Seuerol. in Vot. 5. num. 27. impreſſo poſt
deciſ. Rembold.

Decimoquintò non currunt, quando illorum
311 lapſus ſuccedit culpa appellati, & ob impedi-
menta ab eo præſtita, plenè Gratian. deciſ. 120.
Rot.deciſ.56.nu.7. coram Merlin., vbi quando fuit
retardata expeditio Commiſſionis ob culpam ap-
pellati, qui oppoſuit nihil tranſeat coram Reui-
ſore commiſſionum, adhoc ne ſignaretur Com-
miſſio appellationis.

Demum ſuper materia deſertionis aduerten-
312 dum, quod ſi hinc indè afferantur probationes
pro deſertione Cauſæ, & illius non deſertione,
pro non deſertione iudicandum eſt Rot.deciſ.216.
n.17. coram Buratt., & deciſ.483.n.9.part.9.recen.
vbi de obſeruantia Rotæ; quinimmò in hac mate-
ria deſertionis non eſt ſubtiliter, & amarè pro-
cedendum, ſed diligentiæ probatio in Commiſ-
ſione cauſæ multum remittitur arbitrio Iudicis,
ad effectum euitandi deſertionem, Rot. deciſ. 56.
num.9.& 10.coram Merlin.

Et ſi in tali dubietate Iudex pronunciet, ap-
pellationem non eſſe deſertam, ſi à dicta pronun-
313 ciatione non fuerit appellatum valet ſententia
infirmatoria poſtea lata à Iudice appellationis,
Scacc.de appellat.q.14. n.211.

Alia, quando nec ne ceſſet curſus fatalium,
314 & quando peremptio cauſæ appellationis adſit
nec ne videantur plenè apud Scacc. de appell. q.15.
Ridolph. in prax.p.1.cap.13., Vbert. de citat. c.10.
iuxta modern. impreſs., Veſtr. in prax. lib. 3. cap.5.
Caputc. pariter in prax.tom.1 part.3.cap.5.fol.307.
Marcheſan.de Commiſs.part.2. de Commiſs. ſuper de-
ſert Cauſ.§.1.fol.68., & part. 3. de Commiſs. pro-
rog. fatal. §.1.fol.398. Lancellot. de attentat.part.2.
cap. 12. in præfat. à num. 65. Caſtill. deciſ. 47.,

Ser. ro' in ſuo Vot.5. impreſs. poſt. deciſ. Rembold., & ibi Addit.

De Executione Apocharum.
CAP. LXXXIII.

IDem modus, & forma per omnia ſeruetur in executione Chirographorum, ſeù Apocharum ſcriptarum, ſeu ſubſcriptarum manu alicuius priuatæ perſonæ: Et contrà ſcribentem, ſeù ſubſcribentem, illiuſque hæredes, ſicut publica Inſtrumenta executioni demandetur, etiam quod Apochæ prædictę careant tempore, loco, & cauſa, & partis præſentia, & ſi is, qui eam ſcripſerit neget eam ſua manu ſcriptam, & contrarium probetur, negans ſi ſumma ſit infrà ducatos centum, pænam ducatorum decem, ſi ſuprà centum ad rationem decem ducatorum pro quolibet centenario pro medietate parti, & pro aliæ Cameræ Vrbis applicandam, incurrat, in quibus executionis tempore per Iudicem condemnetur, alias ipſe de ſuo teneatur.

ARGVMENTVM.

Examinatur ad ornatum huius Statuti quando ſcripturæ priuatæ habeant viam executiuam, & latius proponitur materia færè noua, & parcè à ſcribentibus examinata, & vix primis labijs libata, nempè quid ſint ſchedulæ, ſeù Pagellæ nuncupatæ *Pagherò* noſtris temporibus in Alma Vrbe adcò practicatę, & latè de illarum prompta executione diſceptatur: Oſtenditur, quod aſſimilantur depoſito, & cum depoſiti regulis in illis proceditur, itàvt aduerſùs *Pagherò* non admittantur appellatio, dilatio, ſeu terminus ad ſoluendum, compenſatio, nec aliæ exceptiones. An autem talia priuilegia à conſuetudine, & praxi forenſi indulta talibus Pagellis *Pagherò* competant quando in illis eſt expreſſa cauſa debiti, & quid ſi ſiut munitæ obligatione Camerali, & plenè recenſentur plures caſus in quibus talibus ſchedulis non datur nec prompta, nec aliqua executio. *Aduocatus Caſpar Sabbucins* ſuper ſchedula *Pagherò* plura promiſit, parua adimpleuit, & illa parua, parum faciliter libauit, vndè in pluribus impugnatur ab Authore.

SVMMARIVM.

1 *Executio ex Statuto Vrbis datur Apochis, & Chirographis priuatis licet careant cauſa, loco, & tempore.*

2 *Referuntur Doctores ſuper hoc, & ſimilibus ſtatutis dantibus executionem ſcripturis priuatis, tractantes.*

3 *Exceptiones contra apocas priuatas recognitas poſſunt ſolum opponi illæ, quæ admittuntur contrà publica Inſtrumenta ex* ſtat. Vrb. 82.

4 *Executio ſcripturæ priuatæ competit contra ſcribentem, vel ſubſcribentem, ac eius hæredes ex ſtatuto hic.*

5 *Non tamen ſcripturæ ſolum ſcriptæ à tertio de ordine debitoris in ſcriptura deſcripti.*

6 *Fallit ſi debitor met fateatur ordinem datum tertio ſubſcribenti de ordine.*

7 *Scriptura priuata, adhoc vt habeat executionem debet eſſe recognita.*

8 *Folium in albo ſubſcriptum vigore huius ſtatuti non habet executionem.*

9 *Fallit ſi ſubſcribens habebat notitiam eorũ, que in folio albo erant ſcribenda.*

10 *Pogella* Pagherò *quid ſint, & quomodò concipiantur, ad quid inuentæ, & num.* 11. & 14.

12 *Obligotus vigore ſchedulæ* Pagherò *habetur pro depoſitario, & celerrimè, ac executiue ſoluere tenetur, & num* 13.

15 *Shedula* Pagherò *habet vim cedulæ bancariæ, & ex ea quis tenetur executiuè.*

16 *Schedulæ* Pagherò *tam confectæ à mercatoribus, Nummularyſ, quàm à Perſonis priuatis habent paratam executionem.*

17 *Schedula* Pagherò *ſubſcripta ſolum à debitore habet executionem paratam.*

18 *Procedit etiam ſi ſubſcripta ſit ſigno Crucis à ſcribere neſciente.*

19 *Obligotus vigore* Pagherò *in Vrbe vnica citatione ad dicendum contrà* Pagherò, *recognoſcendum manuum, & ſoluendum condemnatur.*

20 *Shedula* Pagherò *negata in terminò ceſſat via executiua ante recognitionem, & num.* 21.

22 *Recognitio ſchedulæ* pagherò *debet fieri iudicialiter, nec ſufficit extraiudicialis recognitio.*

23 *Schedula* Pagherò *recognita reſurgit via executiua.*

24 *A mandatis relaxatis in vim* Pagherò *non datur appellatio, eo quia debitor in vim illius dicitur Depoſitarius.*

25 *Appellatio non datur quandò agitur de re moram, ac dilationem de Iure non recipiente.*

26 Carocc. de depoſit. part. 1. tit. de caſu num. 65. *dans appellationem depoſitario reijcitur, & contradicit caſui legis, & num.* 27.

28 *Depoſitum verum dicitur quando datur res, vel pecunia obſignata reſtituenda, & hoc habet executionem paratam.*

29 *Depoſitum etiam irregulare, & in quo non reſtituitur eadem pecunia (contentum in* Pagherò*) habet executionem paratam.*

30 *Depoſitum etiam irregulare habet omnia priuilegia competentia depoſito regulari, & num.* 32.

31 *Depoſitum irregulare ſolum differt à regulari, quod in hoc vſus depoſiti eſt prohibitus, ſecus in illo.*

33 *Debitori vigore ſchedulæ* Pagherò, *ac depoſiti non competit terminus ad ſoluendum, & n.* 34.

35 *Moratoria, ac dilatio ad ſoluendum conceſſa à Principe non ſuffragatur pro depoſito, nec pro debito* Pagherò, *niſi de illo ſit facta mentio ſpecialis.*

36 *Para-*

36 *Parata executio ſchedulis* Pagherò *per conſuetudinem ſuit attributa, ſicut à conſuetudine data fuit litte.is Cambij.*

37 *Via executiua poteſt introduci per conſuetudinem, ſicut per ſtatutum, & num. 38.*

39 *Conſuetudo introducta dandi executionem ſchedulis* Pagherò *eſt rationabilis.*

40 *Except.o altioris indaginis à depoſitario, & debitore vigore* Pagherò *non poteſt deduci.*

41 *Depoſitarius non poteſt opponere exceptionem compenſationis, & de ratione, num.42.*

43 *Compenſatio in depoſita irregulari, & in quo eſt data pecunia numerata, & non obſignata reijcitur.*

44 *Compenſatio etiam aduerſus depoſitum admittitur, quando alias reiecta compenſatione quis pateretur damnum vſurarum.*

45 *Retentionis exceptio aduerſus depoſitum non competit, cum retentio procedat cum regulis compenſationis, & num.47.*

46 *Retentio eſt ſpecies compenſationis.*

48 *Retentio eſt fauorabilior compenſatione, & hac reiecta illa non cæuſetur probibita.*

49 *Fallit in depoſito, in quo expreſsè eſt probibita retentio, & num.53.*

50 Gratian. cap. 748. num. 29. & ſeqq. *tenens dari retentionem in depoſita reprobatur, & num 51.*

52 *Retentio ſolum datur pro expenſis erogatis in cuſtodia rei depoſitatæ.*

54 *Compenſatio Crediti etiam liquidi aduerſus depoſitum non competit.*

55 *Compenſatio de liquido ad illiquidum nunquam de Iure datur.*

56 *Compenſatio reiecta in depoſito intelligitur de Credito liquido, & quare, & num.57.*

58 *Creditum compenſandum ſi ſit liquidum, & Creditor ex cauſa depoſiti poſſit euadere non ſoluendo, admittitur compenſatio.*

59 *Intellige ſi clarè appareat, quod alias depoſitarius amitteret ſuum Creditum.*

60 *Compenſatio, ac retentio, quæ non dantur aduerſus depoſitum, nec admittuntur aduerſus Schedulas* Pagherò.

61 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur aduerſus depoſitum, nec contra Schedulas* Paghero.

62 *Poſitiones nõ admittuntur ad prabandum pecuniam non fuiſſe numeratam, aduerſus* Pagherò *conceptum* per altrettanti, *& num.64.& 65.*

63 *Debitum antecedens dicitur mutatum in depoſitum ſtante Schedula* Pagherò, *& quomodò.*

66 *Exceptio ſolutionis, ac reſtitutionis admittitur contra* Pagherò, *ſi de illa conſtet incontinenti, ſecus ſi ſolutio ſit probanda per teſtes, & num. 70.71.& 72.*

67 *Executione facta vigore* pagherò *quando admittatur probatio ſuper ſolutione, ſi alias eſſet impoſſibilis recuperatio à Creditore vigore* pagherò, *& num.68.*

69 *Exceptio ſolutionis veriſimilis, & de qua datur magnus fumus, & quia agatur de* Pagherò *antiquo eſt admittenda, & num.70.*

72 *Exceptio ſolutionis, quæ non poteſt incontinenti probari, regulariter non admittitur aduerſus depoſitum &* Pagherò *& num.73.*

74 *Exceptio ſolutionis, vel alia probatio oppoſita contra* Pagherò *an ſit admittenda repoſitum eſt in arbitrio Iudicis, & num.76. & 77.*

75 *Dilatio aliquorum paucorum dierum ad probandum ſolutionem contra* pagherò *admitti poteſt ex iuſta cauſa, & num.76.& 77.*

78 *Priuilegia Schedularum* Pagherò *competunt, tàm ſi factæ ſint à Mercatoribus, quàm ſi à perſonis priuatis, & num.81.*

79 Bernardinus Iacobellus *Bon. Mem. fuit ſecundus Collateralis Capitolij, & Decanus Collegij Procuratorum Sacri Palatij.*

80 *Executia quod ſit danda Schedulis* Pagherò *confectis à priuatis perſonis fuit reſolutum etiam à Congregatione Iudicum Curiæ Capitolij.*

81 *Executio eſt danda Schedulis confectis inter priuatas perſonas, & ex authoritate Rotæ, & ex praxi Tribunalium Vrbis, & num.82.*

83 *Schedulis* pagherò *dari promptam executionem publicè intereſt, nam cum illis dilatatur commercium, & num 85.*

84 *Stylus antiquus iudicandi introductus eſt ſeruandus vti lex nec poteſt per Iudices tolli.*

86 *Stylus dandi executionem* Pagherò *inter priuatos confectis ſi tolleretur damnificaretur Tribunal. Capitolij.*

87 *Stylum ſuper via executiua danda* Pagherò *tollere ſpectat ad Papam, non autem ad Iudices.*

88 *In mercatoribus maior candor in negocijs, ac exacta celeritas in reſtituendo, ac ſoluendo deſideratur.*

89 *Recipiens pecunias ab aliquo, & pro reſtitutione illarum faciens ordinem directum* Fedi ſacræ, *ſi in hac non adſint pecuniæ dantis ordinem tenetur hic ad ſolutionem ordinis executiuè.*

90 *Pagellæ* Pagherò *munitæ obligatione Camerali habent priuilegia veri* Pagherò, *& n. 91. & 92. de ratione.*

93 *Variatio in executiuis de re ad perſonam, & è contra competit donec ſit ſequuta ſatisfactio etiam in mandato relaxato vigore* Pagherò.

94 *Contrarium in certa cauſa refertur deciſum, ex quo talis variatio procederet ſolum in obligatione Camerali.*

95 *Prima opinio eſt verior, & retinetur & num 97. & 98.*

96 *Variatio multo magis conceditur in executiuis, quando ſuper executione facta fuit præſtitum impedimentum, & num.99.100., & 102.*

101 *Depoſitarius, ac debitor vigore* Pagherò *poteſt carcerari directo, non facta diſcuſſione, an adſint bona.*

103 *Author fuit Deputatus Congregationis Viſitæ Carceratorum, & tale Tribunal veneratur.*

104 *Veritas omnibus alijs anteponenda.*

105 *Giratarius, & Ceſſionarius Schedulæ* pagherò *repreſentat in omnibus girantem, & cedentem.*

106 *Ius executiuum tranſit in ceſſionarium.*

107 *Ceſſionarius eadem perſona cæuſetur cum cedente.*

108 *Exceptiones competentes contra cedentem poſſunt opponi contra Ceſſionarium.*

109 *Schedulæ* Pagherò *girata quando non exequantur, ſi illas girans ſit debitor illius, contra quem habet* Pagherò.

110 *Ceſſio* pagherò *facta à decotto, dum eſt debitor debitoris, girata, non ſuffragatur.*

111 *Ceſſio facta à decocto, vel decoctioni proximo non ſubſiſtit.*

112 *Ceſſio, ac girata* Pagherò *facta à decocta, vel decoctiani proximo in fraudem debitaris ceſſi, non tenet.*

113 *Com-*

113 *Compenſatio tali caſu poteſt opponi etiam contra Ceſſionarium ad euadendum damnum, & num. 114., & 115. reſpondetur contrarijs num. 116. & 117.*

118 *Compenſatio ſi non admittitur aduerſus depoſitum, ac* Pagherò *debet dari cautio de reſtituendo in Iudicio ordinario, & num. 119.*

120 *Exceptio, quod Schedula* pagherò *ſit ſubſcripta in folio albo reijcitur ad Iudicium ordinarium cum non præſumatur.*

121 *Fallit ſi de hoc conſtaret incontinenti.*

122 *Acceptans laudum clauſum, de quo acceptans non habebat notitiam, non præiudicat.*

123 *Pro Credito vigore Schedulæ* Pagherò*, ac depoſito non competit hypotheca.*

124 *Pro literis cambij competit via executiua, ſed non hypotheca, & ibidem reprobatur* Bertachin *contrarium tenens.*

125 *Creditores vigore* Pagherò *non habentes hypothecam nullam habent prælationem, ſed concurrunt cum Chirographarijs, & reſpondetur contrarijs.*

126 *Deponentes ſuper pecunijs banchi, mercatore decocto, quando præferantur.*

127 *Priuilegium huiuſmodi non competit depoſito improprio contento in Schedula* Pagherò.

128 *Schedula* Pagherò *concepta per confeſſionem de recepto, & non per* altrettanti *non habet executionem paratam.*

129 *Contraria opinio refertur, & recipitur.*

130 *Schedulæ* pagherò *conceptæ non per* altrettanti, *ſed pro pretio rerum. vel pro alia cauſa expreſſa, non habent executionem paratam.*

131 *Si tamen ſint munitæ obligatione Camerali habent viam executiuam, ſed non alia priuilegia depoſiti.*

132 *Schedulæ* Pagherò, *quæ non ſint per* altrettanti *habent ex Statuto Vrbis executionem paratam.*

133 *Terminus ad ſoluendum datur debitori ex cauſa Schedulæ* Pagherò, *quæ non ſit per* altrettanti.

134 *Schedulæ* Pagherò *confectæ à minoribus, vel mulieribus, cum deficiant ſolemnitates* Stat. Vrbis 151. *non habent executionem paratam, & num.* 135.

136 *Idem dic de Schedulis factis à filijs familias ſine ſolemnitatibus* Statuti Vrbis 152.

137 *Schedulæ* Paghero *factæ à mulieribus, vel minoribus publicis mercatoribus, habent viam exequutiuam.*

138 *Idem procedit in filijs familias mercatoribus.*

139 *Minor volens retardare executionem* Pagherò *debet docere de minori ætate.*

140 *Emancipatio filij familias tacita, vel expreſſa debet probari ab allegante.*

141 *Minor, vel mulier, qui pecunias, receptas ſaluas habent, debent illas reſtituere, licet ſine ſolemnitatibus contraxerint.*

142 *Non tenentur tamen executiuè, ſed via ordinaria.*

143 *Minores, vel mulieres pro ſumma modica etiam ſine ſolemnibus tenentur vigore* Pagherò, *& quę dicatur ſumma modica.*

144 *Homines perſæpè multa promittunt, quæ morte preuenti adimplere non poſſunt.*

145 *Allegatio* Gaſparis Sabbuccij *ſuper Schedula* Pagherò *eſt mera introductio ad illius materiam.*

146 *Eſſentiam Schedulæ* pagherò *noſtris temporibus vſitatæ malè* Sabbuccius *deſum pſit à legibus per ipſum allegatis, & n. 147. ad 152. perpenduntur Iura malè ab eo intellecta.*

153 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi aduerſus contractum depoſiti.*

154 *Schedula* Pagherò *ſi habeat expreſſam cauſam debiti, tunc non intrant illius priuilegia.*

155 *Secus ſi cauſa non ſit expreſſa, tunc enim licet ex debito antecedenti fuerit facta, ſi hoc non fuerit expreſſum, datur via executiua.*

156 *Probatio quod debitum* Pagherò *ſit ex alia cauſa, non autem per* altrettanti *non debet admitti in iudicio executiuo.*

157 *In Schedulis* Pagherò *exequendis non pratticatur formula præſcripta* à Stat. Vrb. lib. 1. cap. 82. & 83.

158 *Forma prædicta ſeruatur in Schedulis* pagherò, *quæ habent expreſſam aliam cauſam, quàm per* altrettanti.

159 *In Scripturarum executione ex* Stat. Vrbis *ſiletur per decem dies vtiles.*

160 *Forma procedendi præſcripta* à Stat. Vrb. lib. 1. cap. 82. *non ſeruatur, quando Scripturæ priuatæ habent obligationem Cameralem.*

161 *Nec dicta forma ſeruatur in foro Capitolino coram Senatore, & Collateralibus in cauſis infra ſcuta decem, & num. 162. & 163.*

164 *Præſcriptio Statutaria Vrbis ſexdecim annorum comprehendit Creditum vigore* Pagherò, *ac depoſiti, & num. 165., vbi de præſcriptione decennali in certo caſu.*

166 *Schedulæ* Pagherò *confectæ à Capſerio* Sac. Montis Pietatis Vrbis *non obligant ipſum Montem & num. 167.*

168 *Debitum contentum in* Pagherò *ſi exprimatur pro auenire à Gabella, pro qua competit manus Regia, hec non cænſetur ſublata.*

169 *Recipiens pro ſuo Credito Schedulam* Pagherò *remanet ſatisfactus.*

170 *Promittens ſoluere Titio, ò à chi preſentarà, rectè ſoluit præſentanti Schedulam obligationis, ſed non poteſt conueniri in iudicio.*

171 *Author ſuper Shedula* Pagherò *ſterilem meſſem produxit, vberem expectat à doctis.*

DIſponitur in hoc ſtatuto de danda executione
Chirographis, & Apochis priuatis ſcriptis,
vel ſubſcriptis manu alicuius priuatæ perſonæ, &
quod contra ſcribentem, & ſubſcribentem, eiuſ-
que hæredes, ſicut publica Inſtrumenta (quibus
ſtatutum in antecedenti *cap.* 82. attribuit viam
executiuam) executioni demandentur, etiamſi
1 Apochæ prædictæ careant tempore, loco, & cau-
ſa, & partis præſentia, ſuper quo ſtatuto *vltra
Fenzon.* hic poſſunt de materia videri *Rodriquez.*
2 *de execut. ſentent. cap. 1. artic. 2. per tot. de Paz. in
prax. tom. 1. art. 4. cap. 1. à n. 21. fol. 89.. Pigant. ad
Stat. Ferrar. Rubr. 21. part. 1. Caualcan. deciſ. 27.
part. 1. Gratian. cap. 183., latè Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap. 4?. à n. 36., & ſeq. tom. 1. Tort. ad
Stat. Pap. in ciuil. Rubr. 6. fol. 243. Luc. Pet. in
praxi lib. 3. cap. 3.*, qui ſcribit ſuper hoc ſtatuto,
& *pleuè Pegaſ. reſol. foren. cap. 1. n. 1. & ſeqq., Que-
ſad. Piloſ. contr. 6.*

Solum ſuper illo notabis, quod eodem modo
datur executio per hoc ſtatum Apochis priuatis,
3 & contra illas admittuntur ſolum exceptiones,
quæ

Digitized by Google

quæ poſſunt opponi conrra publici documenti
executionem, de quibus in antecedenti *cap.* 82.,
& ſuper illis videantur *Luc. Pet. in prax. lib.* 3.
cap. 2.

Dicitur in ſtatuto, quod executio datur Apo-
cæ ſcriptæ, vel ſubſcriptæ à perſona priuata con-
4 trà ſcribenrem, vel ſubſcribentem, ac eius hære-
des, vndè talis executio non conceditur ſcriptu-
5 ræ, nec ſcriptæ, nec ſubſcriptæ à perſona in ea
obligata, ſed ab alio de eius ordine, vt *per Fen-
zon. hic num.*8., *& plenè probat Rodriquez. de exe-
cut. ſenten. cap.*1.*art.*2. *n.*12.

At ſi debitor ipſe fateatur ordinem datum, &
recognoſcat ſubſcriptionem tanquam factam de
6 eius ordine, tunc habet viam executiuam *Rodri-
quez., vbi proximè n.*12. *verſ. ſi tamen accedat, & fa-
cit Fenzon. hic à n.*13. *ad* 15.

Vt hoc ſtatutum habeat locum, debet ſcriptura
priuata eſſe recognita, vt per ſtatutum hic, & de
7 modo faciendi recognitionem diſponit ſtatutum
ſubſequenti *cap.*84., *& ibi Fenzon.*, *& Galganett.*
& nos ad idem ſtatutum plura adnotauimus, &
plenè probat Rodriquez. dict. artic. 2. *n.* 7. *&* 8. vbi
etiam in terminis ſimilis legis Regiæ danris exe-
cutionem ſcripruris priuatis.

Excluditur ab hoc ſtatuto per illa verba *Apo-
8 charum ſcriptarum*, *vel ſubſcriptarum* ſubſcriptio
folij albi, & non ſcripti, quæ nihil operatur *Pi-
gant. in terminis ſimilis Statut. Ferrar. Rubr.* 21. *n.*
3. *Rot. decif.* 973. *coram Seraph. & decif.*90. *nu.* 3.
coram Merlin.

Subſcriptio tamen folij albi nocebit, ſi ſubſcri-
bens habebat notitiam eorum, quæ erant in folio
9 ſcribenda *Zacch. de oblig. Camer. quæſt.*21.*num.*3.
Rot. decif. 90. *n.* 3. *coram Merlin.*, *& in Bononien.
Pecuniaria* 1. *Aprilis* 1661.5. *& ratio eſt coram Al-
bergato*, cum tali caſu quis dicatur verè ſubſcri-
pſiſſe id, quod ſciebat, & ad quod ſe obligabat.

Quia verò inſtituti noſtri ſuper ornatu huius
ſtatuti eſt ſolum ſuper ſcripturis priuatis nuncu-
patis pagellis, ſeù Schedulis *Pagherò* noſtris tem-
poribus valdè vſitatis in Curia Romana, ideò re-
mittendo Lectorem ſuper executione danda alijs
ſcripturis priuatis iuxtà formam noſtri ſtatuti hic
ad Doctores ſupra relatos *n.* 2. aggrediendo ma-
teriam Schedulæ, ſeù ſcripturæ priuatæ nuncupa-
10 tæ *Pagherò* ab vſu forenſi habentis celerem expe-
ditam, ac promptam viam executiuam, vt in il-
lius cognitione cum claritare procedatur.

Supponenda eſt forma, cum qua talis pagella,
11 ſchedula, ſeù Scriptura priuata nuncupata *Pa-
gherò* concipitur, & quidem ſolet his verbis con-
cipi -- *Pagherò à Seio ſcudi cinquecento per altre-
tanti banati contanti queſto dì*, *&c.* vel etiam ſine
dic -- *Caio feroce*.

Vel *à piacere di Seio pagherò ſcudi* 500. *per al-
tretvanti riceunti contanti*.

Vel *Da Seio ſcudi* 500. *Caio feroce*.

Vel *Da Seio bannti contanti ſcudi* 500. *per reſti-
tituirli à piacere*.

Tales Schedulæ *Pagherò* ſunt introductæ pro
faciliori commercio inter mercatores, & ha-
bentur pro pecunia numerata *Scacc. de Commerc.*,
& Camb. §.2.*gloſ.* 5.*n.*56. *Cardin. de Luc. de Cre-
dit.*, *& Debit. diſc.*51. *n.*3.

Ille autem, qui cum pagella, ſeù ſchedula
huiuſmodi eſt obligatus dicitur Depoſitarius
ſummæ pecuniarium in *Pagherò* contentæ, ita-
ut celerrimè nullaque interpoſita mora, ac exe-
cutiuè illam ſoluere, ac reſtituere teneatur, vt
12 tenetur Depoſitarius iuxtà terminos *text. in l. pe-
nult. C. depoſit.*, vbi celerrima, ac disbrigata
conceditur executio pro reſtitutione depoſiti, vt
in terminis talis ſchedulæ *Pagherò* aduertit *Card.
de Luc. de credit.*, *& debit. diſc.* 25. *n.* 2., *&* 3.,
13 & in puncto ſimilis Chirographi priuati inter
mercatores executiuè, & celeriter exequendi *Io-
ſeph. de Ninn. poſt Cuenc. de depoſit. in Præfat. ad
Albaranam n.* 23., *& ſeqq. fol.* 8., & quod tales
ſchedulæ *Pagherò* contra promittentem habeant
vim publici inſtrumenti, ac executionem paratam
*Rot. decif.*553. *n.*3. *part.*18. *tom.*2. *recen.*

Talis formula obligationis cum huiuſmodi
ſchedulis, ac via executiua cum tanta celeritate
cœpit in Vrbe practicari, quia multoties quis à
14 mercatore, emptore, vel alia perſona debebat
conſequi pretium rerum venditarum, vel credi-
tum vigore literarum Cambij, vel ordinis de ſol-
uendo acceptati, vel fructus locorum montium,
vel officiorum vacabilium à Depoſitarijs eorum-
dem, & timebat ne recipiendo pecunias incon-
tanri eiſdem, vel derobarentur, vel ne daretur
pecunia falſa, ac reprobata, vel ad effugiendum
onus numerandi, ac aſportandi pecuniam, lo-
co pecuniæ, quam relinquebat pœnès illum,
qui eam ſoluere debebat, cœpit reportare dictas
pagellas *Pagherò*, quarum vigore obligatus eua-
dit debitor loco depoſiti pecuniæ penès ipſum re-
lictæ, & creditor pro tali depoſito cœpit habere
executionem paratam, itaut debitor vigore
talium ſchedularum illicò, & omni exceptione
poſtpoſita depoſitum in illis contentum reſtitue-
re, & ſoluere teneatur *iuxta text. in dict. l. penult.
Cod. depoſit.*, vbi omnes hoc notant, & ſuper ta-
libus *Pagherò* præcisè hoc aduertit *Card. de Luc.
vbi proximè*.

Et hodie talis ſtylus adeò inualuit, vt ex pra-
xi omnium Tribunalium Vrbis, qui vigore ſimil-
15 lium pagellarum reperitur obligatus conuenitur
executiuè ad ſoluendum, cum æquipolleant ne-
dùm publico Inſtrumento, ſed habeant vim ce-
dulæ Bancariæ, *Rot. in puncto Pagherò in recent.
part.* 18. *tom.*2. *decif.* 553. *n.*3. *decif.* 9. *n.* 19. *poſt
Nouar. in ſumma Bullar.*, *& in Romana*, *ſeù Lu-
cen. Pecuniaria* 16. *Iunij* 1679. *coram Paulutio im-
preſſa apud Palm. Nepot. allegat.*108. *n.* 1., *&* 2.
*part.*2., in quibus deciſionibus adducuntur au-
thoritates pro danda via executiua huiuſmodi
ſchedulis *Pagherò* loquentes de cedula Bancaria,
quæ de ſtylo Curiæ habet executionem paratam.

Taliſque via executiua cum celeri modo pro-
16 cedendi habet locum, vel tales ſchedulæ *Pagherò*
ſint confectæ à mercatoribus, ac publicis num-
mularijs, ſeù Bancherijs, ſiue à perſonis priuatis
non mercatoribus *Rot. dict. decif.*553. *n.*3. *par.*18.
*tom.*2. *recent.*, vbi agitur de *Pagherò* confecto à
perſona priuata.

Ad hoc autem vt tales pagellæ *Pagherò* ha-
17 beant talem viam executiuam, non eſt neceſſe, vt
in totum ſint ſcriptæ, ac ſubſcriptæ à debitore,
ſed ſat eſt, quod ab eo ſint tantum ſubſcriptæ ad
litteram noſtri ſtatuti hic, & in puncto ſimilis
ſcripturæ ex ſtylo fori *Aragon. Cuenc. de depoſit. in
addit. ad Albaran. litt. A. per tot. fol.* 3. *Ioſeph. de
Ninn.*

Digitized by Google

Ninn. poſt ipſum in Præfat. ad Albaran. §. 10. *à*
*n.*1, *ad* 22., qui *n.* 23. idem firmat, ſi ſubſcriptio
18 à ſcribere neſciente facta fuerit tum ſigno Crucis
præſentibus teſtibus, qui deponant exarare vi-
diſſe dictum ſignum Crucis; quod in terminis
noſtri ſtatuti, hic & etiam ſchedulæ *Pagherò* credo
verum, nam ſubſcriptio per dictum ſignum Cru-
cis præuia citatione ad illud recognoſcendum,
alias videndum illud pronunciari pro recognito,
ſi non fuerit negatum, ſed confeſſatum abſque
dubio debet haberi pro vera ſubſcriptione, ac
ſi ſubſcripſiſſet cum proprio nomine, & cogno-
mine.

Et obligati in vim ſchedularum *Pagherò* vr-
gentur vnica citatione ad dicendum contra *Pa-
gherò*, ad recognoſcendum manum ſuam in eo
appoſitam, vel ſignum Crucis, (ſi cum hoc fuerit
ſubſcriptum,) & ſoluendam ſummam in eo con-
19 tentam, alias videndum relaxari mandatum
executiuum, & vnica audientia in dicta citatio-
ne conculcantur tres termini admiſſionis ſcilicet
ſchædulæ, *Pagherò*, recognitionis manus, & re-
laxationis mandati, niſi per totam, hoc eſt per
totam illam diem, qua fuit factum decretum re-
laxationis mandati, qua elapſa expediuntur man-
data executiua, alibi dicta præcepta compulſiua
vel de compellendo, & cum illis ſtatim fit execu-
tio, & hæc eſt praxis notoria omnium Tribuna-
lium Vrbis, quinimmò in foro Capitolino di-
ctum decretum *niſi per totam* audientiam de ma-
ne, & ſic illa terminata poteſt expediri manda-
tum, & ſucceſſiuè fieri executio, licet à moder-
no tempore, vt audiui, poſt hæc ſcripta, etiam
in dicto foro ſeruetur, quod expectetur tota dies.

Quod intellige, ſi durante toto tempore au-
dientiæ in cauſis fori Capitolini, vel tota die in
alijs Tribunalibus non fuerit negata manus con-
tenta in *Pagherò*, nam ea negata non poterit ex-
pediri mandatum ob defectum crediti, vt in ter-
20 minis ſimilis Chirographi, ac ſchedulæ executi-
uæ, ac priuilegiatæ latè firmat *dict. de Ninn.
poſt Cnenc. de depoſit. in præfat. ad Albaran. n.*48.,
& ſeqq, vbi ponit modum recognitionis facien-
dæ, & formam dictæ recognitioni præſcribit ſta-
21 tutum Vrbis ſubſequenti *cap.* 84. & de ea latè
agit *Scacc. de Iudic. cauſ. ciuil. lib.*2. *cap.*11. *n.*93.
& ſeqq., & nos plura adnotauimus *ad dictum
ſtatut.* 84.

Nec ſufficit pro recognitione talis ſchedulæ,
22 quod illa facta fuerit extraiudicialiter ante-
quam produceretur, ſed recognitio debet fieri in
iudicio, *Genna de ſcriptur. priuat. lib.* 1. *cap.* 14.
n. 7. *dict. de Ninn. in Præfat. ad Albaran. n.* 62.

Facta tamen recognitione ad præſcriptum
23 *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 84., & extra forum Capi-
tolinum ad præſcriptum Iuris Communis, tunc
cum habeatur ex tali ſchedula ſubſtantia crediti,
ac depoſiti, habebit viam executiuam *Rot. apud
Palm. Nepot. alleg.*108. *n.*1., *&* 2. *p.*2.

Eſtque de ſtylo Curiæ eiuſque Tribunalium
adeò priuilegiata via executiua, quæ datur dictis
Pagherò, vt à mandatis illorum vigore relaxatis
non detur appellatio ex allata ratione, quod de-
bitum in illis contentum habetur pro depoſito,
24 ac depoſiti naturam ſortitur, in quo non datur
appellatio, ex quo depoſitarius celerrimè, illicò
ſine aliquo obſtaculo, & prima fronte ocijſſimè
reſtituere tenetur depoſitum ſunt verba *text. in
alleg. leg. penult. C. de poſit.*, per quæ verba vir-
tualiter cenſetur reiecta appellatio alias, illa de-
ſeruirent de vento *Scacc. de appellat. quæſt.* 16. *li-
mit.* 1. *n.*59., & plenè probat *Salgad. de Reg. pro-
tect. part.* 3. *cap.*7. *n.* 39., *& ſeqq.*, *& n.*44., &
infra refutat contrarium tenentes, *Thomat. de-
ciſ.* 27. *n.* 16.

Quando enim agitur de re moram, ac dilatio-
25 nem de Iure non recipiente, non datur appellatio
tanquam dans cauſam dilationi *Salgad. ibid. n.*37.

Quamuis enim *Carocc. de depoſit. part.*1. *tit. de
26 caſu n* 65., concludat pro appellatione fauore
Depoſitarij compulſi ad reſtituendum depoſi-
tum ſtante grauamine, adhuc illius dictum, vel
vix poteſt procedere in depoſito, in cuius reſti-
tutione demandata non ſolet adeſſe grauamen,
vel ſi adeſt non clarum, eſt reuidendum in Iudi-
cio ordinario, & petitorio, non retardata inte-
27 rim reſtitutione depoſiti iuxta intellectum, ac
ſenſum *dictæ leg. penult. Cod. depoſit.*, ideò ipſe-
met *Carocc.* ibidem dubitat de ſua parum proba-
bili opinione ob verba *illicò*, & quàm celerrimè
reſtituere cogatur appoſita in *dicta leg. penult.*,
vndè praxis Tribunalium Vrbis inualuit pro re-
iectione appellationis in cauſa etiam depoſiti ir-
regularis reſultantis ex *Pagherò*.

Dixi *depoſiti irregularis*, quia verum ac pro-
prium regulare depoſitum eſt, quando datur
res, vel pecunia obſignata in eadem ſpecie nu-
28 merica, & indiuidua reſtituenda, & de hoc de-
poſito vero, ac regulari, quod habeat executio-
nem paratam, & illicò omni mora, at exceptio-
ne poſtpoſita ſit reſtituendum *ex dict. l. penult. C.
depoſit.* notant ibi omnes, *vbi Barboſ. plures cu-
mulat. n.* 6. *Surd. conſ.* 322. *n.*10. *lib.*3. *de Larath.
conſ.* 61. *n.* 2. *Manſon. de cauſ execut. ampliat.* 39.
n. 9. *Vela diſſert Iur. lib.* 2. *diſſert.* 27. *n.* 15. *Cy-
riac. contr.* 77. *n.* 10. præclarè *Salgad. de Reg. pro-
tect. part.*2. *cap.* 16. *n.*72., *& infra*, *Olea de Ceſſ.
Iur. tit.* 5. *quæſt.* 8. *n.* 8. *iuxta vltimam impreſs.*,
Cuenc. de depoſit. ad Schol. Command. Clauſ. 6.
n. 17., *& ib. in addit. litt. C. vbi plures cumulat.
Thomat. deciſ.* 27. *n.* 16. *Nouar. deciſ. Apul.* 4.
n. 4., *&* 5.

At depoſitum contentum in huiuſmodi ſche-
dulis *Pagherò* eſt irregulare, quia non contine-
tur in illis depoſitum pecuniæ obſignatæ, ſed pe-
29 cunia numerata in alia ſimili quantitate, non
autem eadem reſtituenda, nihilominùs etiam de-
poſitum huiuſmodi irregulare habere executio-
nem paratam, ſicut habet depoſitum regulare,
*tenent Natt. conſ.*438. *n.*2. *lib.* 1. *Carocc. de depoſit.
part.* 1 *quæſt.*2. *n.*22. *Matienz. Peralt. Iun. in l. die
ſponſaliorum* 25. §. *qui pecuniam n.* 87. *ff. depoſit.*,
30 vbi quod tale depoſitum irregulare habet priui-
legia omnia competentia depoſito regulari, *Can-
cer. var. reſol. part.* 3. *cap.*8. *n.*52., *& infra Man-
tic. de tacit.*, *& ambign. lib.* 10. *tit.* 10. *Vela alleg.
diſſert.*27. *n.*15. *lib.*2., & hoc admittunt ferè om-
nes Doctores ſupra relati firmantes concluſionem
in depoſito regulari.

Nam licet depoſitum irregulare ſic dicatur,
quia differt à regulis veri depoſiti, in quo res, vel
pecunia depoſitata remanet in dominio depo-
nentis, in irregulari verò, vbi traditur res, vel
pecunia non obſignata, ſed numerata, vt reſti-

tuatur

tuatur alia quantitas ſimilis, & non eadem, &
in quo tacitè transfertur poſſeſſio, ac dominium
31 in depoſitarium, dum permittitur contra for-
mam veri,& regularis depoſiti huius tacitus vſus
vt tradunt *de Pont. conſ.56.lib.1. Honded. conſ.43.
lib.2.Caſtill.contr.iur. lib.3.c.16.n.34.Cuene. de de-
poſit.Clauſ.12.n.25.,& ſeq.,& ibi in addit.*,nihilo-
minus præciſa inter depoſitum regulare, & ir-
32 regulare tali differentia, communi plauſu tenent
omnes, priuilegia conceſſa depoſito regulari
competere etiam depoſito irregulari, ex mox
firmatis.

Hinc inualuit ſtylus, quod aduersùs mandata
relaxata vigore ſchedularum *Pagherò* continen-
tium depoſitum irregulare non concedatur debi-
33 tori condemnato terminus Iuris, vel ſtatutarius
ad ſoluendum, vt aduertit *Bald.* loquens ſuper de-
poſito in *allegat. l.penult. n.1., & 2. Cod. depoſit,
Caroce. de depoſit. part.1. tit. de caſu n.66. fol. 48.
Mantic. de tacit lib.10.tit.10. n.3. Mieres. ad Con-
ſtitut. Cathal. part.1. collat.4.de depoſit. cap.5.n.11.
& 12. fol. 229. Barbagall. ſuper Rit. Sicil. de
mod. proced. executiuè part. 1. cap. 2. declarat. 3.
n. 4. Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 7. n. 40.*,
34 vbi quod dictio *illicò*; de qua in dicta *l. penult.*
idem importat, ac ſine vlla dilatione, *Mut. ſu-
per cap. Regn. Sicil. cap. 114. n. 5. tom. 4., Leo-
tard. de vſur. quæſt. 32. n. 12., Staiban. de In-
tereſs. in ſpec. lib. 2. tit. 14. quæſt. vnic. poſt n.30.*

Ac propterea in dilatione, ac moratoria con-
ceſſa à Principe ad ſoluendum debita non venit
35 debitum ex cauſa depoſiti, niſi ſpecialis mentio
depoſiti facta fuerit, *Caroce. de depoſit. part. 1.
tit. de caſu n.57., & 58. fol.47. Leotard., & Stai-
ban. mox allegati*; & idem dicas de debito ex cau-
ſa *Pagherò*, dum ex dictis habet ex ſtylo Curiæ,
& praxi Tribunalium Vrbis viam executiuam, ac
ſimul priuilegia depoſiti.

Quæ parata executio dictis ſchedulis *Pagherò*
potuit à conſuetudine attribui ad inſtar litera-
36 rum Cambij, quæ pariter à ſola conſuetudine
habent executionem paratam, *Gratian. cap.569.
n. 25. Cardin. de Luc. de credit., & debit. diſc.65.
n.4. Rot. Ianuen. decis. 2. n.9. verſic., & literæ Rot.
decis.334. n.1., & ſeqq. part.5. recent. decis. 533.
n.7.coram Seraph. decis.250. n. 3. coram Dunozett.
ſen., & decis.19. n.2. coram Bich.*; dum conſue-
37 tudo habet vim legis, quinimmò præualet legi
Rot. decis.595. n.2., & 6. coràm Merlin.; vnde
ſicut per leges, & ſtatuta particularia locorum
poteſt priuatis ſcripturis concedi via executiua,
ſicut facit noſtrum ſtatutum hic, ita potuit con-
ſuetudine introduci, vt tales pagellæ *Pagherò* ha-
beant celerrimam executionem, & regulentur
38 cum priuilegijs depoſiti, vt ſerè in ſimili apodi-
xa, ſeu chirographo probat *Ioſeph. de Ninn. ad
Cuène. de depoſit. in Præfat. ad Albaran. n. 37., &
ſeqq. fol.8.*

Præcipuè dum talis conſuetudo eſt rationabi-
lis, & concernit nedùm priuatam, ſed publi-
cam vtilitatem, cum per talem viam executiuam
tanta celeritate attributam huiuſmodi ſchedulis
39 commercium publicum in Platea augeatur, &
mali debitores, quibus Curia Romana plena
exteris, non eget, ſemper ſubterfugia, & cauil-
loſas moras nectentes tali forma executiua, ac
celeri adſtricti ad bonam frugem, ac datam fi-
dem ſeruandam reducuntur, & pecunia illis bona
fide credita, & ſerè loco depoſiti tradita, eadem
bona fide illicò reſtituatur.

Cumque debitor vigore *Pagherò* habeatur pro
depoſitario, ideò adeò celeriter ſoluere debet,
40 vt non poſſit opponere aliquam exceptionem
altioris indaginis ad retardandam ſolutionem,
cum aduerſus depoſitum talis exceptio non ad-
mittatur per *text. in allegat. l. penult. C. depoſit.
Barbagall. ſuper Rit. Sicil. de mod. proced. execut.
part.1. cap.2. declarat.3. n.6., Salgad. de Reg. pro-
tect. part.2, cap.16. n.76., & 78. in fine.*

Vnde nec poteſt opponere exceptionem com-
41 penſationis *cap. bona fides extr. depoſit. dict. l. pe-
nult. C. eod leg. final. circa finem C. de compenſat.
§. in bonæ fidei Inſtit. de action. Matienz. Peralt. in
allegat. l. die ſponſaliorum 25. § qui pecuniam n.83.
ff. depoſit. Bald. conſ. 317. n.1. verſic. in contrarium
lib.3. de Larath. conſ.61. n.5. Mantic de tacit., &
ambigu. lib.10.tit.10.n.4. Cuene. de depoſit. clauſ.6.
n.19. fol.25. Staiban. de intereſſ.in ſpec. lib.2.tit.14.
quæſt. vnica n. 33. Franc. Merlin. decis. Lucen. 48.
n.13. Reuert. decis.494. verſ., ſed etiam maior Rot.
decis.49. in fine, & decis.686. n.13. coram Coccin.*,
42 & præcisè in terminis *Pagherò D.Bertachin.* poſt
hæc ſcripta in Lucem æditus *Vot.17.n.4.*, & ratio
eſt quia depoſitum eſt ſtatim reſtituendum, &
ſeruanda eſt illius lex circa celerem reſtitutionem,
& qui eam non ſeruat deponentem ſpoliat, & ſpo-
liatus antè omnia eſt reſtituendus, nec contra
eum poteſt opponi còmpenſatio, *Staiban. allegat.
quæſt. vnica n.34. Leotard. de vſur. quæſt.32. n.8.*

Et quod in depoſito reijciatur compenſatio,
43 procedit etiam in depoſito irregulari, & quan-
do pecunia eſt data numerata *l. Lucius la 1., &
ibi gloſa in verbo terminus ff.depoſit., Bald.conſ.317.
n.1. verſic. etiamſi depoſitum lib.3. Natt. conſ.438.
n.7., Surd. conſ.146.n.10. Mantic.dict.tit.10. n.5., &
infra Reuert.alleg.decis.494.verſic.etiamſi eſſet depo-
ſitum, & ibi de Marin. n.1., Merlin.decis. Lucen.48.
n. 14., & 15.*

Rota tamen Genuæ decis. 34. n.9. quam ſequitur
44 *Caſtill. contr. Iur. lib. 3. cap. 16. n. 11. verſic. &
ſingulariter*, tenet compenſationem admitti etiam
aduersus depoſitum, quando, ſi non fieret com-
penſatio cum depoſito irregulari, quis pateretur
damnum vſurarum, ſuper quo latius dicam infra.

Prout aduerſus depoſitum reijcitur etiam ex-
45 ceptio retentionis ex cauſa alterius crediti, cum
retentio ambulet cum regulis compenſationis
Rot. decis. 467. n.6. apud Poſt. de manut., quin-
46 immò retentio ſit ſpecies compenſationis, *Giurb.
decis.60. n.8. verſic. & ſi retentio, Surd. decis. 184.
n.11. Rot. decis.34. n.21. apud Oleam de Ceſs. Iur*,
47 & probat *text. rotundus in dict. l.penult. C. depoſit.*
ibi -- *vt non conceſſa ei retentio generetur* --.

Et licet retentio ſit fauorabilior compenſatio-
48 ne, & hac reiecta illa non cenſeatur prohibita
Rot. dict. decis. 34. n. 22. apud Oleam de Ceſſ. Iur;
attamen cum in depoſito ſit expreſsè reiecta re-
49 tentio in *dict. l. penult.*, non poteſt ſuper hoc ca-
dere diſcuſſio.

Non obſtat *Gratian. cap. 748. n. 29., & ſeqq.*,
50 qui dicit dari retentionem, nam primo reſpon-
detur, quod loquitur contra *text. clarum in dict.
l. penult. C. depoſit.*, Secundo reſpondetur, quod
pro ſe allegat *Mantic. de tacit., & ambigu. lib.10.*

tit. 10. *n.* 24., qui loquitur tantum de retentio-
51 ne rei depoſitatæ pro ex expenſis factis in illius
cuſtodia, & non loquitur de retentione pro alio
52 credito, pro qua rei cuſtodia ſi per depoſitarium
fuit expenſum, vtique illi conceditur retentio pro
expenſis *gloſa in dict. l. penult. verbo exceptionem*,
& ibid. Bald. n. 7. Carocc. de depoſit. part. 1. Rubr.
de cauſ., *& mod. depoſit. forma 5. n. 3. fol. 15. Stai-*
ban. de intereſs. in ſpecie lib. 2. tit. 24. quæſt. vnica
n. 39.; extra verò hunc caſum retentionis pro ex-
penſis factis in cuſtodia rei depoſitatæ non poteſt
53 in depoſito habere locum exceptio retentionis,
nam vana, & inanis redderetur diſpoſitio Iuris,
de qua in *dict. leg. penult. C. depoſit.*, *& l. final.*
C. de compenſat., nam reiectus ab exceptione
compenſationis opponeret illam retentionis, &
priuilegium celerrimæ reſtitutionis depoſiti eſſet
inutile.

Si verò creditum, quod petitur compenſari ad-
54 uerſus depoſitum ſit liquidum, an pariter ſit re-
ijcienda compenſatio affirmat *Mantic. dict. tit. 10.*
n. 4. verſ. quod intelligitur, & probant *text. clari in*
dict. leg. penult. Cod. depoſit., *& leg. final. Cod. de*
compenſat.

Et concluſio, quod de liquido ad liquidum
admittatur compenſatio procedit in alijs credi-
tis, non autem in depoſito ſpecialiter priuilegia-
to, vt non retardetur illius reſtitutio per exce-
ptionem compenſationis ex iuribus mox relatis,
55 nam eſt axioma tritum, & generale, quod de
liquido ad illiquidum non datur compenſatio in
omni genere crediti, & debiti *l. fin. C. de compen-*
56 *ſat.*; quocirca dum in eadem *l. final.* Iuſtinianus
Imperator ſtatuendo circa compenſationem reij-
ciendam in depoſito ſe refert ad *d. l. penult. C. de-*
poſit., dũ in hac compenſatio expreſsè prohibetur,
prohibitio compenſationis intelligitur de debito
liquido, non autẽ de illiquido, ſuper quo in eadem
57 *l. final.* fuerat prouiſum, non admitti, vt in ſpecie
notat *Staiban. dict. q. vnica n. 33.*, vbi quod ad hoc
vt priuilegium datum depoſito, vt in eo reijcia-
tur compenſatio, non reddatur eluſorium, intel-
ligitur etiam reiecta compenſatio debiti liquidi

At *Bald.* in terminis depoſiti, *conſ. 317. n. 1. ver-*
58 *ſic. dolo facit*, *& etiam in fine lib. 3.* tenet, quod
ſtante infallibilitate crediti compenſandi, quia
reſultet ex confeſſione, publico inſtrumento, vel
re iudicata, admittatur compenſatio, quoties alias
creditor ex cauſa depoſiti petit id, quod ſtatim
reſtiturus eſt depoſitario creditori liquido ex
alia cauſa.

Dicta tamen limitatio Baldi non eſt ita de fa-
cili ad praxim deducenda vti tendens ad deſtru-
ctionem *l. penult. C. depoſit.*, *& l. final. C. de com-*
penſat. in quibus reijcitur compenſatio etiam
cum debito liquido, & alterius depoſiti, vt in
59 dicta *l. penult. §. tametſi*, ſed ſolum cum magna
circumſpectione erit practicanda, quando clarè
appareat, quod alias depoſitarius amitteret ſuum
creditum ob decoctionem, vel paratam fugam
deponentis, qui alias non poſſet ſatisfacere de-
poſitario de ſuo credito poſt recuperationem de-
poſiti.

Et quæ de compenſatione, ac retentione de-
negata aduerſus depoſitum hic tradita ſunt, pro-
60 cedunt etiam ſi illa opponantur aduersùs debita
vigore ſchedularum *Pagherò*, cum ex dictis debi-
tores vigore illatum habeantur pro depoſitarijs.

Executio celerrima data à conſuetudine huiuſ-
modi *Pagherò per altrettanti* non retardatur per
exceptionem non numeratæ pecuniæ, ex quo enim
61 continent ſpeciem depoſiti, in hoc reijcitur ta-
lis exceptio non numeratæ pecuniæ *l. ſi ex cautio-*
ne 3. & l. in contractibus 24. C. de non numer. pe-
cun. Matienz. Peralt. in l. die ſponſaliorum 24. §. qui
pecuniam n. 70., *& 78. ff. depoſit. Staiban. dict. qu.*
vnica n. 35. Cuenc. de depoſit. clauſ. 11. per tot., *&*
clauſ. 12 n. 13., *& ſeqq. de Larath. conſ. 61. n. 4.*, *&*
infra Leotard. de vſur. quæſt. 32. n. 9.

Hinc ſi prætendatur per poſitiones, vel per te-
ſtes fieri probatio, quod in talibus *Pagherò per*
altrettanti non interuenit pecunia numerata, non
erit talis probatio admittenda ad retardandam
62 illorum executionem ob dictam rationem, quia
cum ſapiant naturam depoſiti, exceptio non nu-
meratæ pecuniæ aduerſus depoſitum non admit-
titur, & ſic paſſim iuridicundo præfectus iudica-
ui, motus etiam ex alia ratione, quod ex facie
ſchedularum *Pagherò* apparebat debitorem illas
ſubſcripſiſſe *per altrettanti hauuti contanti*, vnde
contra propriam confeſſionem quis non erat au-
diendus ſuper non numeratione pecuniæ.

Et amplius quia quando etiam à principio de-
bitum tranſlatum, ac creatum de nouo cum pa-
gella *Pagherò* fuiſſet ex alia cauſa, adhuc ſtante
63 *Pagherò per contanti* poſtea facto, præſumitur de-
bitum antiquum mutatum in cauſam depoſiti
Riminal. Inn. conſ. 60, nam præſumitur ordine
naturæ præceſſiſſe ſolutionem debiti antiqui ex
alia cauſa factum creditori, & hunc ſubſequen-
ter illicò depoſuiſſe eaſdem pecunias penès eum-
dem debitorem.

Et demum talis probatio ſuper non numera-
tione pecuniæ, non eſt tali caſu admittenda, quia
alias creditores, qui contraxerunt reportando
obligationes in vim *Pagherò per altrettanti* rema-
nerent decepti, cum in tantùm fecerint negocium,
64 ac contractum, in quantùm debitores cum ſimi-
libus *Pagherò* ſe obligarunt, aliàs non contraxiſ-
ſent, vndè talis occaſio decipiendi non debet con-
cedi debitoribus, qui faciliter poſſent expiſcare
teſtes ad retardandam celerem executionem illis
65 imminentem, vt in terminis ſimilis chirographi
ſeu albarani ex ſtylo fori Aragonum probat *Io-*
ſeph de Ninn. poſt Cuenc. de depoſit. in præfat. ad
albaranum nu. 61., vbi quod debitor fraude, &
malitia non careret, ſi poſſet contrauenire his,
quæ ſcripſit, contrarium dicendo.

Exceptio verò ſolutionis, ac reſtitutionis ſum-
mæ *in Pagherò* contentè admittitur, quoties de
66 illa conſtet incontinenti per Inſtrumentum quie-
tantiæ, vel etiam per receputam priuatam, confeſ-
ſionem partis, vel rem iudicatam, cum per ſolu-
tionem extinguatur omnis obligatio; at ſi ſolu-
tio ſit probanda per teſtes, cum tunc illius pro-
batio requirat altiorem indaginem, nec dicatur
fieri incontinenti, & videatur potius propoſita
ad eludendam celeritatem executionis debitæ
ſchedulæ *Pagherò*, propterea non videtur admit-
tenda ad retardandam executionem ex plenè fir-
matis per *Camarat. reſponſ. deciſ. 4. n. 8. cum duobus*
ſeqq. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 2. artic. 5. n. 186.,
196., *& 215.*, *& quæſt. 14. artic. 1. n. 32. Oſaſch.*
deciſ. 26. n. 15. & 16., & ſic vidi per Iudices pra-
ctica-

Digitized by Google

ćticatum, & ipſe vti talis practicaui.
67 At executione facta, antequam illa adiudice-
tur creditori, deberet admitti probatio ſuper ſo-
lutione, vt in puncto ſimilis apodixę, ſeù alba-
rani priuilegiati. & executiui tenet *Ioſeph de*
Ninn. poſt Cuenc. de Depoſit. in Præfat. ad albaranum
nu. 39. verſic. executio autem fol. 9; quod præcipuè
credo verum, ſi alis conſignata executione cre-
tori non poſſet amplius reintegrari ob qualita-
68 tem creditoris obtinentis vigore *Pagherò*, vt quia
eſſet decoctus, vel decoctioni proximus, vel fo-
renſis, de ditione alterius Principatus, qui habita
ſolutione recederet, nec poſſit contrà ipſum pra-
cticari executio pro reſtitutione.
Si autem ſatisfactio allegata ſit veriſimilis, &
69 de ea detur magnus fumus, itàvt Iudex poſſit
violenter credere veritatem ſatisfactionis, præci-
puè ſi illa allegetur contra *Pagherò* antiquum,
& à debitore magnæ fidei, & ex alia creditor
non præfulgeat in candore, tunc videretur ad-
mittenda probatio ad retardandum executio-
70 nem, ſicut ipſa obligatio cameralis, licèt valdè
priuilegiata, & executiua non reſpuit exceptio-
nem ſolutionis, vt in ſpecie depoſiti hoc tenet
Mandell. Alb. conſ. 635. per tot., *& Canagnol.*
ad decret. Montisferr. decret. 2. §. 7. num. 14. & ſeq.,
71 vbi quod exceptio ſimulationis, & ſolutionis
admittitur, quando incontinenti poteſt probari,
cum prohibita omni probatione, non cenſeatur
reiecta probatio facienda incontinenti etiam in
depoſito qui *Canagnol.* dicit, ità habuiſſe de facto,
& obtinuiſſe.
Verum in praxi hęc concluſio firmata *ab Alb.*
72 *& Canagnol.* vti nimis dextructiua viæ executiuę
cum tanta celeritate debitæ depoſito, ac ſchedulæ
Pagherò, non ità de facilè erit admittenda in
praxi, niſi ſtatim, & ſine mora doceatur de ſi-
mulatione, ſolutione, vel alia exceptione oppo-
ſita contrà depoſitum, ac *Pagherò*, quæ proba-
tio incontinenti eſt impracticabilis, & ferè im-
poſibilis, cum tunc dicatur fieri incontinenti per
73 excipientem, quando fit intrà tempus, intrà quod
principale negocium depoſiti, ac ſchedulæ *Pa-*
gherò terminandum eſt, *Canagnol. vbi proximè*
n. 20., cum tempus in terminatione iudicij execu-
tiui pro ſchedula *Pagherò* ſit vnius diei ex dictis,
dum vnica citatione ad dicendum contrà *Paghe-*
rò, recognoſcendùm manum ſuam in eo appoſi-
tam, ac ſoluendum ſummam in eo contentam,
terminatur, & probatio ſolutionis per teſtes non
poteſt certè intra dictum tempus terminari, vt
ſenſui patet.
Quocircà ſuper hoc certà regula in omnibus
caſibus dari non poteſt, ſed prudentis Iudicis
arbitrio remittitur, quando nec ne exceptiones
74 propoſitæ ſint admittendæ, & ſit locus illarum
probationi, vel potius ſint reijciendæ, ita tamen
vt arbitrium reguletur ſecundum materiam exe-
cutiuam celeriter expediendam, & in dubio Iudex
ſit potius pronus ad exequendum, quoties non
cognoſceret, ab executione imminere iniquita-
tatem.
Hinc aliquando licet rariſſimè in certis caſi-
bus ob peculiares, & vrgentes facti circumſtan-
tias poſt decretam executionem ſchedulis *paghe-*
rò, dum Iudex eram concedebam dilationem
duorum, aut trium dierum, & dum prætẽdebatur,
non poſſe per m^a hoc fieri, ego dicebam etiam
75 in cauſa reſtitutionis depoſiti non eſſe iugulatum
arbitrium Iudicis pro concedenda tam parua di-
latione in aliquo caſu particulari, etiam ſtante
dictione *illicò* omnem moram excludente, vt prę-
cisè *poſt Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 7. n. 51.*
& ſeq. aduertit Olea de Ceſſ. Iur. tit. 5. queſt. 8. n. 7.,
& in quadam cauſa, in qua per quemdam impro-
bum, ſed miſerabilem fuerat extorta ſchedula
76 *Pagherò* ſcutorum biſcentum à quodam iuuene
forenſi, & pecunijs egente, & pecuniæ non nu-
meratio probabatur per teſtem, qui fuerat pre-
ſens tempore confectionis *Pagherò* in quodam vi-
ridario, vbi iuuenis fuerat fraudolenter adductus,
& per alium teſtem mediatorem, qui tractauerat
traditionem tot calceamentorum ſericorum fa-
ciendam eidem iuueni per dictum exhibitorem
Pagherò, & deponebat, calceamenta ſerica non
fuiſſe conſignata, ſed quod debebant conſignari
poſt ſubſcriptum *Pagherò*, ego agnoſcens ex di-
ctis teſtium, ex qualitate perſonæ creditoris, &
77 debitoris, & loco vbi fuerat extorta ſchedula
Pagherò, adfuiſſe manifeſtam fraudem in illo ex-
torquendo, non obſtante ſtrepitu agentis vigore
talis obligationis, conceſſi ſine præiudicio proceſ-
ſus executiui ſuperſeſſoriam plurium dierum ad
examinandos dictos teſtes formiter ſuper depoſi-
tione ad perpetuam rei memoriam per ipſos fa-
cta, & poſt cæptum examen creditor deſtitit ab
actione propoſita, vndè prudentes Iudices licet
in dubio pro executione *Pagherò*, & reiectione
exceptionum contra illa oppoſitarum debeant in-
cliuare, nihilominus ſi exceptiones ſint releuan-
tes, & de illis detur magnus fumus, poterunt in
illorum executione ſuperſedere, & probationes
ſuper exceptionibus admittere.
Priuilegia celeris executionis à conſuetudine
Tribunalium Vrbis attributa pagellis *Pagherò*,
& quod non admittatur terminus ad ſoluendum,
nec concedatur appellatio aduerſus mandata pro
78 illis relaxata, procedere nedum in ſchedulis *Pa-*
gherò confectis à mercatoribus, verum etiam à pri-
uatis perſonis firmat *Rot. deciſ. 553. n. 3. par. 18. rec.*
Et cum ipſe à munere ſecundi Collateralis Cu-
79 riæ Capitolij fuerim ad illud Primi aſſumptus à
S. Mem. Innocentio XI., & in munere Secundi Col-
lateralis fuerit mihi ſuffectus bon. mem. Bernardi-
nus Iacobellus mox defunctus ex ordine Patro-
norum Sacri Palatij, in quo erat, & ob ætatem,
ac merita Decanus, cæpit hic prætendere, quod
non deberent in Foro Capitolino practicari cele-
ritas, ac priuilegia competentia pagellis *Paghe-*
rò, niſi inter mercatores, non autem inter pri-
uatas perſonas, & mercaturam non exercentes,
cumque talis nouitas eſſet Foro Capitolino, &
in ea litigantibus valdè damnoſa, hinc fortiter
huius nouæ praxis introductioni me oppoſui,
vnde de ordine Senatoris fuit ſuper hoc puncto
habita particularis Congregatio Iudicum Fori
Capitolini, in qua fuit, non attento ſtrepitu Se-
80 cundi Collateralis, reſolutum, nihil eſſe innouan-
dum, ſed eſſe ſarctam tectam retinendam praxim
dandi executionem priuilegiatam etiam pagellis
Pagherò confectis inter priuatas perſonas eodem
prorſus modoquo, exequuntur confectę inter Mer-
catores, ac publicos Campſores, & Negociatores.
Et pro hoc ego adducebam primo *Rota dict.*

81 *deciſ. 553.part.18.recen.* in puncto hoc firmantem,
cuius ſupremi, ac excelſi Tribunalis authorita-
tem cętera Tribunalia inferiora, pręcipuè in Vrbe,
venerari debebant, nam vbi Rota loquitur, cœte-
ri Iudices inferiores ab ea diſcunt.

Secundò allegabam praxim aliorum Tribuna-
82 lium Vrbis, à qua, tamquam concernente publi-
cam vtilitatem non erat recedendum, & publica
vtilitas reſultat, ex quo creditores attenta adeò
celeri, & priuilegiata executione, quæ datur
ſchedulis *Pagberò*, faciliter credunt pecunias, &
illis egentes facilius illas inueniunt, ex quo illas
credentes, dum ſciunt, per talem formulam obli-
gationis promptè, & executiuè recuperaturos
83 pecnnias creditas, maiori promptitudine illas
credunt, quod publicè intereſt, cum commer-
cium conſeruet in Republica, nec hæc ſtare poſ-
ſit, ſi pecunia non ſit in facili commercio.

Addebam, quod praxis, ac ſtylus notorius
in Vrbis Tribunalibus introductus dandi execu-
tionem celerem dictis *Pagberò* erat habendus pro
84 lege, nec poterant iuridicundo præpoſiti talem
ſtylũ, ac legem tollere, etiam ſi eſſet contra diſpo-
ſitionem Iuris communis *c.ex literis vbi Abb.n.6.
de Conſt.Gabr. conſ.193 n.1.lib.1.*, pręcipuè dum
agitur de ſtylo antiquo, & notorio, ac incon-
cuſsè ſeruato in omnibus Tribunalibus, & ſtylus
huiuſmodi redundat in publicum bonum.

Qui ſtylus, ſi non adeſſet, deberet de nouo in-
troduci ob mala tempora, in quę incidimus, dum
pecuniarum affluentia non adeſt, creuit egeſtas,
85 hominum malitia, & per fidia exuberat, itavt
ad retardandam ſolutionem ſemper nouæ, &
antiquis temporibus nunquam excogitatæ, inue-
niantur difficultates, & inextricabiles cauillatio-
nes, & propterea ſemper magis ſtrictæ, ac execu-
tiuæ formulæ obligationum eſſent de nouo quæ-
rendæ, cum quibus poſſint duri, ac mali debi-
tores vrgeri ad ſoluendum, non autem reſtringi iã
inuentæ, & iamdiu practicatæ cum tanta boni
publici vtilitate.

Nec omittebam rationibus prædictis à Iure
ſuffultis aliam politicam rationem addere, quod
dum cætera Tribunalia Vrbis dant executionem
paratam cum alijs priuilegijs ſuprà relatis dictis
ſchedulis *Pagberò* per priuatos confectis, ſi illa
denegaretur in foro Capitolino, litigantes in
86 vim *Pagberò* recederent ab eodem Foro, & cum
ratione dicere poſſent, quod Iudices Capitolij li-
tium æternitatem deſiderant; & ampliùs officia
Notariorum eiuſdem Fori ex hac noua praxi ma-
gnum reportarent damnum, quia litigantes con-
ſcij, quod in foro Capitolino denegatur executio
priuilegiata ſchedulis *Pagberò*, & illa datur in
alijs Triaunalibus Vrbis, ad illa conuolarent re-
licta ſcrupoloſitate nouæ praxis, quæ prætendi-
tur introduci in Capitolio.

Attentis prædictis innouare ſuper hoc puncto
87 ſpectat ad Papam Iuſtiſſimum, & Sanctiſſimum
Principem, qui inter tot ſanctiones factas pro
Reformatione Tribunalium Vrbis, ſuper hoc ſom-
nio, nunc excogitato, aliquid non ſtatuit, &
interim Tribunal Capitolij à notoria praxi, &
ſtylo, non recedat.

Hęc pauca iudicio Dominorum meorum con-
ſideranda propoſui pro decore Tribunalis, & pro
bono publico litigantium, cum expediat lites ce-
leriter terminari.

In qua Congregatione (vbi fuit reſolutum iux-
tà meum ſenſum, non eſſe recedendum à praxi, &
ſtylo dandi executionem celerrimam omnibus
ſchedulis *Pagberò*, etiam ſi inter priuatas perſo-
nas, & non mercatores confectæ ſint,) ego ad-
mittebam, quod inter mercatores candor fidei
88 cum prompta reſtitutione depoſiti, ac pecuniæ
debitæ vigore *Pagberò*, debebat eſſe maior, &
quod priuilegium celeris viæ executiuæ inter il-
los deberet faciliùs practicari, maximè quando
agitur de ſchedulis *Pagberò*, & depoſiti alicuius
Banchi *de Larath. conſ.61.n.3.*, ex hoc tamen
non benè inferebatur, quod etiam inter priua-
tas perſonas non mercatores candor fidei, ac ce-
ler via executiua depoſito irregulari, ac ſchedu-
lis *Pagberò* debita, ac per conſuetudinem attri-
buta non deberet retineri in ſuo robore.

Aduerte hic, quod in reſtitutione depoſiti, prę‑
cipuè facienda ab æde ſacra, & publica, procedi-
tur adeò executiuè, & cum tanta celeritate, quod
ſi quis recipiat pecuniam ab aliquo, & pro reſti-
tutione illius faciat ordinem directum Monti Pie-
tatis, vel alteri menſæ nummulariæ publicæ, cum
expreſſione, quod ſoluatur pro totidem receptis
ab illo, cui datur ordo, ſeù mandatum de ſol-
uendo, ſi recipiens ordinem non poſſit à Ban-
co Sacri Montis, vel alia Tabula publica con-
ſequi ſatisfactionem ſummæ contentæ in ordi-
ne, ex quo dans ordinem non habeat in Ban-
co pecunias, tenetur pecunias, pro quibus fe-
cit ordinem Banco publico, executiuè reſti-
tuere, eo quia tali caſu quis credidit pecunias,
quia putauit illas conſequi poſſe in promptu à di-
ctis Banchis publicis, aliàs non contraxiſſet, vn-
89 de ne remaneat deceptus, debent eidem celeriter,
& executiuè ad inſtar depoſiti reſtitui à dante
ordinem, vt in puncto poſt alios aduertit *Anton.
de Amat.reſol 57.num.24.*, *& ſequitur Cutell. in
ſuo Codic. Sicul.cap.59.n.7. in fine fol.104.*, quod
tene menti, quia hoc habui de facto, & contra-
rium ſentiebam, ſed cum dictis authoritatibus,
quæ nituntur ſolidæ rationi, poſtea proceſſi.

Priuilegia præfata, quæ ex praxi debita ſunt
dictis pagellis *Pagberò per altrettanti* an compe-
tant, quoties tales pagellæ ſunt etiam munitæ
obligatione Camerali; & ſcio alias fuiſſe præten-
ſum, quod non, ea ratione, quod dum credens
pecunias noluit ſtare in terminis ſimplicis *Pagbe-
rò*, ſed voluit ſtrictiorem obligationem reſultan-
tem ex obligatione Camerali, videtur noluiſſe
90 acquieſcere obligationi reſultanti ex ſimplici *Pa-
gberò*; at contrarium pluries fuit deciſum tan-
quam verius, ea ratione quia Inducta ad vnum ef-
fectum non debent contrarium effectum operari,
& ſic obligatio Cameralis procurata ad effica-
cius, & ſtrictius obligandum non debet operari
contrarium, obligatio quippè Cameralis addita
fuit *Pagberò* ad hoc vt contineret hypothecam, &
in executione mandati illius vigore relaxandi
poſſet fieri variatio, quæ ſecundum aliquos non
competit ſimplici *Pagberò* deſtituto obligatione
Camerali, & ad hoc vt pinguior, magis vrgens,
& efficax eſſet obligatio reſultans ex *Pagberò*; vn-
de & celeritas executionis, ac alia priuilegia com-
petentia *Pagberò* vti ſubrogato in locum depoſiti
irregularis non debent ceſſare per obligationem
Cameralem ſuperadditam, cum per hanc obliga-

tio

91 tio ſiat ſtrictior . & firmior , non autem alteretur
ipſius *Pagherò*, ac debiti forma ſubſtantiali., *Rot.*
deciſ.2.n.14. deciſ.17.n.5., & deciſ.77 num.2 poſt
Zacch. de oblig. Cameral.

Et amplius obligatio Cameralis tanquam ac-
92 ceſſoria recipit omnes conditiones contractus,
cui illa adijcitur, *Rot. deciſ.46. n.1., & ſeqq. poſt*
Zacch. de oblig. Camer., & videtur imperceptibi-
le, quod obligatio Cameralis addita pro maiori
efficacia debeat contra omnia Iuris principia
operari diminutionem, vndè hæc opinio ſecurè
eſt retinenda per iudicantes; quæ de ſtricta iuris
cenſura ſunt veriſſima, ſed dum hæc ſcripta re vi-
deo, fuit mihi relatum, quod nunc in Tribunali
A. C. ſeruetur contrarium, & quod aduerſus *Pa-*
gherò munitum obligatione Camerali concedatur
terminus ad ſoluendum, ſtyli modo albi, modo
nigri, & in dies mutantur, veritas tamen Iuris
ſemper remanet ſtabilis, & firma.

An creditum vigore *Pagherò* habeat priuile-
gium, quod facta executione reali, & non con-
ſumpta poſſit conuolari ad executionem perſo-
nalem, & è contra quouſque creditor non fuerit
93 effectiuè ſatisfactus, dic quod ſic, cum tale cre-
ditum habeat vim depoſiti irregularis, ac viam
executiuam, & in executiuis licita eſt talis varia-
tio, vt plenè probat *Rot. deciſ.623. n.3. ad 5. co-*
ram Merlin.

Et licèt in Congregatione Viſitationis carce-
ratorum in quadam cauſa fuerit pro maiori parte
reſolutum contrarium ſub fundamento, quod tale
94 priuilegium variationis competeret ſolum ex
priuilegio obligationis Cameralis *iuxtà deciſ Surd.*
44. n.17., & 18. Cyriac. contr.318. n.46., & in
dict. deciſ. 623. n. 6. coram Merlin., & ſic dum
aderat executio realis non poterat deueniri ad
capturam debitoris, dum in credito vigore *Pa-*
gherò, cum quo priùs facta fuerat executio realis,
non aderat obligatio Cameralis, nihilominus re-
95 ſolutio ob præponderantiam vnius tantùm voti
proceſſit pro excarceratione, ex quo captura eſſet
nulla, quia non poſſet, non conſumata executio-
ne reali, variari, & deueniri ad capturam, &
Doctores adducti pro competentia variationis
ob exiſtentiam obligationis cameralis id firmant
cum dictione, *præſertim* ſtante obligatione Ca-
merali, ſed non excludunt variationem in exe-
cutiuis, quæ datur etiam ſine obligatione Ca-
merali.

Et reſolutio eo magis in illo caſu mihi vide-
batur inſubſiſtens, quia ſuper executione reali
facta ſuper certis mobilibus comparuerat vxor
debitoris pro habenda illius reuocatione, & ſic
cum non eſſet facilis ſatisfactio creditoris ſuper
96 executione reali, multo magis in executiuis erat
locus variationi, & capturæ debitoris, vt colligi-
tur ex *Rot. deciſ.161. à n.4. part.6. recent.*, vbi va-
riatio admittitur non ex vi obligationis Camera-
lis vt talis, ſed quia illa ſtante verſamur in exe-
cutiuis, in quibus licita eſt variatio, vt clara ſunt
verba deciſionis, & Doctores in ea allegati pro
97 maiori parte loquuntur in executiuis præciſa
obligatione Camerali, & clariùs eadem *deciſio* hoc
probat *n.8.* vbi priùs tuetur competere in execu-
tiuis variationem de Iure communi, & poſteà
hoc ampliat ſtante obligatione Camerali.

Reſolutio Congregationis Viſitæ, quæ tumul-
tuariè, & non datis ſcripturis, nec ſuper hoc pun-
98 cto facto examine, emanauit, videtur improba-
bilis, prout tunc multi (cum reſolutio contraria
prodierit ex dictis ob præponderantiam vnius
tantum voti) cum ratione dixerunt, & cum ſoli-
diori fundamento, ſed maior pars Viſitatorum
proceſſit non cum ſola religioſitate, & pietate
fauore Carcerati, ſine tamen iuſtitia, in qua con-
ſiſtit vera religio, & pietas; tu verò ſi caſus ali-
quando occurret, aduerte ad prædicta, quæ ſunt
clariſſima, dum priuilegium variationis eſt pro-
ductum à via executiua, etiam deficiente obliga-
tione Camerali, licet quando hæc adeſt in con-
tractu ex formula eiuſdem obligationis Camera-
lis habeatur expreſsè pactum variandi.

Nec prædictis obſtat *Conſt. 71. Pauli V. Rubr.*
99 *de facultatibus viſitat. Carcerat. §.6.*, in qua datur
tur facultas Viſitatoribus excarcerandi debitores,
quando creditori eſt conſultum per executionem
realem, quia in caſu prædicto ceſſabat ratio Con-
ſtitutionis, dum ſuper executione reali cadebat
controuerſia legitima mota ab vxore, & ſic per
illam non erat conſultum creditori, & tamen ibi
Conſtitutio vult, quod per executionem realem
ſit *benè cautum*, nam non contentatur ſimplici ſe-
curitate, ſed addidit dictionem *benè*, itaut adeſſe
debeat pro creditore plena ſecuritas in executio-
ne reali iam facta.

Et amplius facultas à Reformatione Viſitatori-
100 bus datur per verbum *poſſint* facultatiuum, vnde
licet poſſint arbitrari pro excarceratione, quando
cum executione reali eſſet benè cautum creditori,
vt ſunt verba Reformationis, adhuc excarceratio
ex capite nullitatis cum condemnatione credito-
ris in expenſis erat ab omni iure aliena, dum cre-
ditor vſus fuerat iure ſuo in variando executio-
nem in executiuis, & ſi Viſitatores cognoſcebant
(quod in hoc caſu ceſſabat ex facto,) quod cre-
ditori erat benè conſultum per executionem rea-
lem, poterant quidem arbitrari excarcerationem
debitoris, ſed nunquam creditorem, qui vſus
fuerat facultatibus ſibi à iure attributis, condem-
nare in expenſis, cum talis condemnatio proce-
dat tantum in captura euidenter nulla.

Et dicta reſolutio Viſitę eo magis mihi viſa fuit
parum probabilis, ex quo debitor vigore *Paghe-*
101 *rò* ex dictis dicitur debitor ex cauſa depoſiti,
vndè talis debitor depoſiti poteſt carcerari non
facta diſcuſſione, an adſint bona eiuſdem, ſuper
quibus poſſit fieri executio, ſed directè pro reſti-
tutione depoſiti cogitur, vel captis pignoribus,
vel carceris coërtione arbitrio creditoris, *Rebuff.*
ad Conſt. Gall. tom.1. tit. de literis obligat. artic.6.
gloſ.3. n.16. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 5.
n.51. Cuenc. de depoſit. clauſ. 6. n. 20., & in ſimili
chirographo executiuo vigore Fori Aragonum
Ioſeph. de Ninn. poſt dict. Cuenc. de depoſit. in Præ-
fat. ad albaran. n. 40., & infra, vndè ſi diſcuſſio
102 bonorum non eſt neceſſaria in executione pro
depoſito, ſi illa facta fuit non præiudicat, quod
ab executione reali non poſſit conuolari ad per-
ſonalem, nam quouſque non ſit ſequuta ſatisfa-
ctio, executio realis non ſuſtulit facultatem exe-
quendi perſonaliter, ex quo nedum priuilegium
depoſiti, ſed viæ executiuæ ſemper remanſit in
ſuo eſſe formali præſeferente variationem quo-
uſque effectiua reſtitutio depoſiti, ac ſolutio ſe-
quuta non ſit.

Hic

Digitized by Google

Hic eſt meus ſenſus in hoc puncto, non animo
103 contradicendi decretis Viſitæ, quam ſemper fui
veneratus tanquam alias vnus ex Deputatis eiuſ-
dem, licet minimus, ſed quia mihi magis
104 placet veritas, pro qua habenda quilibet in iu-
dicando debet inſudare, dum ſine illa ſtare non
poteſt rectum iudicium, nec ſequi recta iuſtitia,
cum veritas, iudicium, & iuſtitia inſimul pro-
cedant.

Si ſchedulæ prædictæ *Pagherò* fuerint giratæ,
vel ceſſæ *per altrettanti*, vel datæ in ſolutum, ha-
105 bent priuilegia depoſiti irregularis, & alia ſu-
pra relata, cum giratarius, ac ceſſionarius repræ-
ſentet in omnibus cedentem, in illius locum ſuc-
cedat, ac vtatur illius Iuribus etiam quoad obli-
gationem Cameralem *Poſt. reſol. 60. n. 8., & ſeq.*
Gratian. deciſ. 13. n. 7. in addit. Rot. deciſ. 90. n. 1.
& 3., & deciſ. 135. n. 9. poſt Zacch. de obligat. Ca-
106 *meral. deciſ. 222. n. 2. coram Peutinger.*, vbi quod
regulariter in ceſſionarium tranſit Ius executi-
uum *Poſt. dict. reſol. 60. n. 11. Thomat. deciſ. 13.*
n. 4. Rot. deciſ. 188. n. 18. poſt Zacch. de oblig. Ca-
mer.; ex quo repræſentat in omnibus perſonam
107 cedentis, *Rot. deciſ. 269. n. 9., & deciſ. 429. n. 8.*
coram Peutinger.; quinimmò cenſetur eadem per-
ſona cum cedente *Merlin. deciſ. Lucen. 48. num. 3.,*
& 4. Gratian. deciſ. 125. n. 3. in addit. Poſt. reſol.
60. num. 12.

Hinc etiam omnes exceptiones competentes
108 contra cedentem poſſunt opponi contra ceſſio-
narium, cum hic non habeat plus Iuris, quàm
ipſe cedens *Thomat. deciſ. 88. num. 61., & 62., &*
deciſ. 100. n. 23., & 24.

Quocirca non ſemel habui, quod creditores
vigore ſchedularum *Pagherò* ex alia parte indubi-
tati debitores illorum, qui erant adſtricti vigore
talium ſchedularum, faciebant illarum giratas
109 etiam cum antidata, vt eluderent debito-
res vigore *Pagherò*, & tali caſu ſi non con-
ſtabat realiter aliundè de veritate giratæ, ac
ceſſionis factæ antequam ipſe creditor euaderet
debitor obligati in vim *Pagherò*, non dabam exe-
cutionem talibus giratis, tanquam factis in frau-
dem, & ad eludendum debitorem giratum, ſeu
ceſſum in ſuo credito.

Et quando agitur de mercatore, vel alio deco-
cto, vel decoctioni proximo, qui fecit tales gi-
ratas *per altrettanti*, vel pro ſolutione debiti, &
idem mercator eſt debitor certus illius, contra
quem cantat ſchedula *Pagherò* girata, ſeu ceſſa,
vel data inſolutum, tunc ſi debitor ceſſus exci-
110 piat, ſe eſſe creditorem certum girantis, vel
cedentis ante giratam, vel ceſſionem, non poteſt
giratarius, vel ceſſionarius moleſtare debitorem
ceſſum, tum quia girata, ac ceſſio facta à deco-
cto, vel decoctioni proximo, cenſetur facta in
111 fraudem, & tanquam talis eſt reuocanda vti
nullius valoris *ad tex. in l. omnes §. fin. ff. de his,*
quæ in fraudem credit. latè Marcian. conſ. 66. Franc.
Rocc. reſponſ. legal. 10. lib. 2. Prat. diſcept. forenſ.
par. 1. cap. 3. n. 16., & 17. Rot. deciſ. 315. n. 6., &
7. coram Royas; tum etiam quia debitori ceſſo ex
altera creditori indubitato competit, tali caſu
compenſatio, etiamſi eius creditum eſſet poſte-
rius, nam ſi negaretur compenſatio, impoſſibile
foret debitori ceſſo recuperare proprium credi-
112 tum à ſuo debitore cedente iam decocto, quo
caſu ex æquitate debet dici facta compenſatio
ipſo iure ad euadendum damnum amiſſionis pro-
prij crediti, quod alias non poſſet conſequi iuxtà
opinionem *Rot. deciſ. 183. n. 8. 9., & 10. & deciſ.*
409. num. 25., & infrà par. 4. recen., & deciſ. 124.
n. 18. poſt Merlin. de Pignor.

Et eadem compenſatio, quæ poteſt tali caſu
113 opponi contra cedentem, ex quo loco ſolutio-
nis eſt, & ſolutionis effectum producit, poteſt
etiam opponi contra ceſſionarium *Cancer. var.*
reſol par. 2. cap. 6. n. 81., & infra Olea de Ceſſ. Iur.
tit. 6. quæſt. 11. n. 22., & 24., & in puncto quod
114 etiam aduerſus depoſitum irregulare fiat com-
penſatio ipſo iure ad euadendum damnum, &
ad euitandum curſum vſurarum *Rota Iannen.*
deciſ. 34. num. 9.

Nec obſtat, quod ex *l. penult. C. depoſit., &*
l. fin. C. de compenſat. non detur in depoſito com-
penſatio, neque retentio, & idem ſit dicendum
etiam in debitore ex cauſa *Pagherò*, quod conti-
net depoſitum irregulare ex ſupra firmatis, & in
115 his terminis firmat *D. Bertacchin. Vot. 17.*, nam
dum depoſitum reſultans ex ſchedula *Pagherò*
nedum eſt irregulare, & improprium, ſed venit
etiam per quandam interpretationem illis datam
à ſtylo Curiæ, vndè fit eſt, quod in illo verificen-
tur alia priuilegia viæ executiuæ, & quod aduer-
sùs illud non admittatur appellatio, nec termi-
nus ad ſoluendum, non autem, quod debitor vi-
gore talis *Pagherò* ceſſus alteri debeat amittere
ſuum creditum, quod habet cum cedente deco-
cto; quod ſuadetur etiam ex eadem *l. penult. C.*
116 *depoſit.*, in qua fauore depoſitarij reſeruantur
exceptiones per compenſationem, vel retentio-
nem in alio iudicio ordinario examinandæ, vn-
dè Imperator in *dict. l. penult.* voluit conſulere
iuribus depoſitarij aduersùs deponentem, licet
illa reiecerit ad aliud iudicium, quando ergo
cedens eſt decoctus, & contrà illum eſt impoſſi-
bilis recuperatio crediti, vt indemnitati depoſi-
tarij irregularis vigore *Pagherò* conſulatur, vel
117 debet procedere dicta compenſatio ipſo iure
inducta ad euadendum damnum, quod alias re-
ſultaret debitori ceſſo, qui alias non poſſet recu-
perare ſuum creditum à ſuo debitore inſimul cre-
ditore, qui fecit ceſſionem crediti contra om-
nem iuſtitiam, & æquitatem, nam dum ſciebat,
ſe eſſe debitorem ex alio capite illius, cuius erat
creditor vigore depoſiti, ſeu *Pagherò*, & factum
eſſe non ſoluendo, non debebat facere giratam,
vel ceſſionem.

Vel quando eſſet procedendum cum terminis
rigoroſi depoſiti in reiectione compenſationis
etiam in pagella *Pagherò* iuxtà ſancita in *alleg.*
l. penult. C. depoſit. adhuc reflectendo ad mentem,
ac verba eiuſdem *leg. penult. in fin.* deberet tali
118 caſu à giratario, vel ceſſionario caueri de re-
ſtituendo ipſi debitori ceſſo ſummam per hunc
debitam, & ſoluendam vigore *Pagherò*, quando
per ipſum debitorem ceſſum in alio Iudicio erit
benè probatum creditum, quod habet cum ce-
dente; in fine namque eiuſdem *l. penult.* habetur,
quod ſi ſequeſtretur depoſitum, debet depoſita-
rius ſtatim reſtituere data cautione idonea fauo-
re ſequeſtrantia, vndè ſi tertius poteſt ſequeſtrare
depoſitum, nec depoſitarius cogitur illud reſti-
119 tuere niſi præſtita idonea cautione, cur etiam
ipſi

Digitized by Google

ipſi depoſitario creditori deponentis, idem non debet licere, dum alias ſibi foret impoſſibilis recuperatio proprij crediti, nec prædicta per me motiuata in quadam cauſa ſunt ratiocinia ſcholaſtica, & ad cathedræ opportunitatem, vt dicebatur, ſed ſunt rationi, & æquitati innixa.

Non obſtante replicatione, quod *dicta l. penul. C. depoſit.* quo ad cautionem ſic abrogata per *Auth. de depoſit., & denunt. Inquilin.* §.1., & quæ habetur etiam in *Auth. ſed iam cautum eſt C. depoſit.* quia reſpondetur per *dict. Auth.* fuiſſe ſolum ſancitum, quod extraiudicialiter non impediatur reſtitutio depoſiti, ſecus verò ſi agatur iudicialiter mediante facto Iudicis, vt innuunt verba dictæ *Auth. ſed iam cautum eſt*, & ibi illam ſic ſummat *Salycet., & ibidem* ſic diſtinguit etiam *Bald. n.1., & 2., & Barboſ. n.3., & 4.*

Fuit in quadam cauſa prætenſum, non intrare priuilegia competentia ſchedulæ *Pagherò*, ex quo dicebatur fuiſſe factam, ac ſcriptam ſuper folio ſubſcripto in albo, at ego quia de tali ſubſcriptione folij albi, & vacui non conſtabat clarè, & incontinenti, nec talis ſubſcriptio folij albi præſumitur, cum ſit actus imprudentiſſimus,
120 & in homine ſaui capitis non præſumendus, ideò cenſui, non eſſe retardandam executionem ſchedulæ *Pagherò*, ſed in alio Iudicio ordinario opponens ſubſcripſiſſe folium in albo erat audiendus *Genu. de ſcriptur. priuat. lib. 1. quæſt. 4. n.135. Ioſeph. de Ninn. ad Cuenc. de depoſit. in præfat. ad Albaran. n.59*; ſi tamen conſtaret incontinenti de obligatione, ac ſubſcriptione folij albi,
121 qualis probatio incontinenti moraliter vix dari poteſt, tunc talis exceptio poſſet admitti ad retardandam etiam executionem depoſiti, vt colligitur ex eodem *de Ninn. ibid.*, dum ſubſcribens folium album ex defectu notitiæ eius, quod in eo ſcriptum eſt, non habet voluntatem ſe obligandi, cum obligatio ceſſet deficiente conſenſu, qui cadit in ignorante id, quod ſcriptum eſt ſuper folio albo ſubſcripto, vt in ſimili acceptans
122 laudum clauſum, & ſigillatum, & cuius acceptans non habet notitiam, ſibi non præiudicat ex firmatis per *Rot. deciſ. 688. n.2. coram Vbald., & deciſ. 200. n.18., & ſeq. coram Duran.*

Non habet ſchedula *Pagherò* priuilegium hypothecæ, cum illius vigore competat tantum actio perſonalis, nec à conſuetudine ſit introdu-
123 ctum, vt hypotheca quoque potiatur, nam licet ex firmatis contineat quamdam ſpeciem depoſiti irregularis, adhuc pro depoſito non competit de iure hypotheca, *Merlin. de Pignor. lib. 4. quæſt. 27. num. 2. Card. de Luc. de credit., & debit. diſc. 39. n. 6., & 8., & in eadem cauſa Rot. deciſ. 429. n. 12., & ſeq. par. 14. recen.*, vbi ſolum fuit contrarium reſolutum in depoſitarijs locorum montium, pupillorum, minorum, Eccleſiarum, ac locorum Piorum, & de ratione differentiæ inter prædictos, & alios ſimplices depoſitarios videatur *Card. de Luc. alleg. diſc. 39*; ſicut in ſimili
124 literæ Cambij habent de conſuetudine executionem paratam, ſed non priuilegium hypothecæ *Genou. de ſcriptur. priuat. lib. 3. quæſt. 2. num. 1. fol. mihi 129. Ioſeph de Ninn. poſt Cuenc. de depoſit. in præfat. ad Albaranum* §.12. *n.8. fol. 66. Sadarin. reſponſ. 20. n.7. Rot. deciſ. 19. n.2. poſt Merlin. de pignor.*

Hinc infertur, quod creditores vigore *Pagherò* (quoties non contineant obligationem Cameralem) in concurſu creditorum tanquam deſtituti hypotheca nullam habent prælationem, ac anterioritatem, ſed tanquam creditores merè chirographarij concurrunt per tributum cum alijs creditoribus ſiue hypotheca poſt hypothecarios, nec inter tales creditores conſideratur prioritas temporis, quam ſolum ſortiuntur creditores hypothecarij, non autem chirographa-
125 rij, qui omnes etſi habeant in ſchedulis *Pagherò*, vel alijs creditis chirographarijs datam anteriorem, attamen talis data ceſſante hypotheca nullam dat prælationem *ad text. in l. ſi hominem 7. §. vltimo ff. depoſit. benè Caſtill. contr. Iur. lib. 3. cap. 16. n. 77., & 78. Petr. ab Haberkon. de concurſ. credit. cap. 2. n.10., & 36.*, & hoc paſſim in concurſibus creditorum vidi per Iudices practicatum, & multoties ipſe practicaui.

Non obſtat contraria opinio firmata tam in literis cambij, quam in ſchedulis *Pagherò* per *Bertacchin. vot. 7.*, dum hæc ſcripta reuideo in lucem editus, qui tenet, quod pro illis detur hypotheca allegans *Sadarin. reſponſ. 20. Caluin. de æquit. lib. 3. cap. 280., & Genoam de ſcript. priuat. tit. de Camb. quæſt. 2. n.7., nam Sadarin., Genoa, & Caluin.* loquuntur non ſecundum diſpoſitionem Iuris, ſed iuxta *Conſtit. nouas Mediolan.* expreſsè concedentes hypothecam literis cambij, vt patet *ex Sadarin. ibid. n.2., & 3.* qui refert dictas Conſtitutiones, *& n.24. dictum Geno.* loquentem pariter in puncto dictarum Conſtitutionum, & ita loquitur etiam *Caluin. dict. cap. 280. n. 8., & 9.*, qui male pro ſe adducit *Gratian. cap. 64. nu. 13., & cap. 569. nu. 25.* dum hic nihil prorſus dicit, nec ſomniauit firmare de hypotheca, quod illa competat pro literis cambij, vndè hypotheca attributa ſchedulis *Pagherò*, prout competit literis cambij *per Bertacchin.* ruit cum ſuppoſito falſo, quod de iure pro illis competat hypotheca; nec *Card. de Luca, Carol. Ant. de Luca R. P. D. Anſaldus allegati per D. Bertacchin.* aliud dicunt, niſi quod ſchedulæ *Pagherò* habent viam executiuam, & celerem executionem, nullatenus autem firmant aliquid ſuper hypotheca, vt ex illorum lectura patet, nec prædicti præclari Iuriſconſulti auſi fuerunt firmare concluſionem firmatam per *D. Bertacchin.* prorſus nouam, & parum iuridicam.

Nec obſtat, quod in depoſito irregulari, ſi factum ſit ſine vſuris, ſi foro cedant nummularij, ſeù Bancherij in pecunijs repertis in Banco, ac negocio Menſæ nummulariæ præferantur deponentes
126 cæteris alijs creditoribus etiam potioribus, & anterioribus, ſuper quo quommodò procedat videantur *de Pont. conſ. 56. lib. 1. Carocc. de Depoſit. par. 2. quæſt. 47. fol. mihi 111. Stracch. de Decoctor. vlt. part., Caſtill. contr. Iur. lib. 3. cap. 16. à n.49., & infrà*, qui pleniſſimè, & laudat *dict. de Ponte Petr. ab Haberkon. de Concurſ. Credit. cap. 2. n.8. & infra, & cap. 4. n.1., & ſeq. Magon. deciſ. Lucen. 1.*, & præclarè oculatiſſimus *Card. de Luc. de Credit. & debit. diſcurſ. 25. & 68*; etenim talis prælatio non competit creditori vigore ſchedularum *Pagherò*, licet enim tale creditum habeatur pro depoſito irregulari quo ad celerem execu-
127 tionem, & quoad reiectionem termini ad ſol-

uen-

Digitized by Google

uendum, ac appellationis, nihilominus cum ſit
depoſitum irregulare, & interpretatiuum, & ſit
deſtitutum hypotheca, vlrta dicta priuilegia cele-
ris executionis, non habuit à conſuetudine priui-
legium aliquod prælationis.

An ſchedulæ *Pagherò* non conceptæ ſimpliciter
per *altrettanti*, ſed per confeſſionem de recepto,
vt mihi euenit caſus, in quo agebatur de *Pagherò*
concepto per *altrettanti*, *che dico hauer riceuuto*
contanti, an talis ſchedula *Pagherò* per confeſſio-
nem de recepto habeat executionem paratam, &
dicebatur quod non, ex quo, dum tales ſchedu-
læ continent depoſitum irregulare, pro depoſito
128 merè confeſſionato extraiudiciali non compe-
tit talis parata executio, *Mut. ad conſuetud. Pa-*
norm. cap.71. num.39., *idem ſuper cap. Regn. Sicil.*
tom.4. cap. 114. n.8., *Boer. decis. 255. n. 8. & 9.*,
qui Doctores, & ſignanter *Mut. dict. cap.114.n.9.*
dicunt, poſſe hoc caſu contra agentem ex depoſito
opponi etiam compenſationem.

At contrarium tenent *Rolan.conſ.17.lib.1.Man-*
tic. de tacit., & ambigu. lib.10. tit.10. num.13., &
129 *ſeq.* vbi hoc probat pluribus rationibus, & reſ-
pondet contrarijs *Facchin. contr. Iur. lib. 2. capit.*
92. verſic. ſed contraria ſententia Mauſon. de cauſ.
execut. ampliat. 39. num. 9. 10. & 15. verſic. ſed
non recedendo addit quod in praxi non eſt receden-
dum ab hac opinione, ex quo eſt verior, & æquior,
cum qua propterea credidi, & credo eſſe proce-
dendum, ſiuè ſchedula *Pagherò* ſit ſimpliciter cō-
cepta per *altrettanti hauuti contanti*, vel per alia
ſono per altrettanti, che dico, ſiuè *confeſſo hauer hauu-*
ti contanti, cum vtroque caſu intrent termini de-
poſiti irregularis, nam alias in dictis ſchedulis
Pagherò nunquam intrarent termini depoſiti
regularis, ac numerationis pecuniæ, cum ſint
ſcripturæ priuatæ, non Inſtrumenta publica, &
ex ſcripturis priuatis non habeatur probatio nu-
merationis pecuniæ.

At in pluribus caſibus pagellæ prædictæ *Pa-*
gherò non habent executionem paratam, ac alia
priuilegia debita depoſito irregulari in illis con-
tento, vt ſupra; Et primo ſi factæ ſint pro pretio
rerum venditarum, pro reſiduo debiti anteceden-
tis, vel alia cauſa in illis expreſſa ſit, ex qua ap-
pareat quod non ſunt *per altrettanti*, ſed alia de
cauſa; & ratio eſt manifeſta, quia vſus, & con-
130 ſuetudo hanc celerem, & priuilegiatum execu-
tionem introduxit pro ſimplicibus ſchedulis *Pa-*
gherò per altrettanti, dum harum vigore quis di-
citur debitor ex cauſa depoſiti irregularis, quæ
qualitas depoſiti non conuenit ſchedulis *Pa-*
gherò habentibus cauſam expreſſam, & non *per*
altrettanti, vnde in illis exequendis ex ſtylo om-
nium Tribunalium Vrbis proceditur ſer. ſer. &
non executiuè, ac celeriter prout in ſchedulis *Pa-*
gherò per altrettanti.

At ſi in illis adeſſet obligatio Cameralis, tunc
ad illorum executionem proceditur, prout fit in
131 alijs ſcripturis, vel Inſtrumentis tali obliga-
tione munitis, cum obligatio Cameralis ſolum
det robur, & paratam executionem ſcripturis,
& non augeat, vndè talibus ſchedulis *Pagherò*
factis cum expreſſione alterius cauſæ extrà illam
per altrettanti, datur quidem via executiua, ſi con-
tineant obligationem Cameralem, non tamen
cum illa celeritate, ac cum denegatione termini
ad ſoluendum, priuilegio tantum debito ſimpli-
cibus *Pagherò per altrettanti*.

Prout ex Statuto Vrbis hic talibus ſchedulis
etiam conceptis ob aliam cauſam, quam *per al-*
132 *trettanti* datur via executiua contrà ſcribentem,
vel ſubſcribentem, ſed ſeruata forma in eo præ-
ſcripta, & cum conceſſione termini adſoluendum,
ſolum denegari, quando agitur in vim *Pagherò per*
altrettanti.

Et amplius quando agitur vigore ſchedula-
rum *Pagherò* habentium aliam cauſam expreſſam,
quam illam *per altrettanti* datur debitori conuen-
133 to terminus ad deducendum, ac probandum
exceptiones, vt ex ſtatuto hic.

Nec ſchedulæ *Pagherò*, licet conceptæ *per al-*
trettanti, habent executionem paratam, ſi confectæ
134 ſint à minoribus, vel mulieribus prohibitis ſe
obligare ex *Stat. Vrb. lib.1. cap.151.*, nam elude-
retur diſpoſitio ſtatutaria, ſi minores, vel mulie-
res poſſent validè, ac legitimè ſe obligare me-
diantibus dictis ſchedulis ſinè ſolemnitatibus
ſtatuti, & eſſet aperta via mille fraudibus, nam
mulieres, ac minores, qui non poſſunt facere alios
contractus, ac obligationes, ex quibus lædi poſ-
ſunt, ſine ſolemnitatibus, cum omni facilitate ſe
135 obligarent cum ſchedulis *Pagherò per altrettan-*
ti, vt ſenſui patet, vt in terminis depoſiti firmat
Caroc. de Depoſit. part.1. de Depoſit. natur. tit. mu-
lier depoſitaria, n.22. & 23. fol.8.

Nec tales ſchedulæ merentur executionem ſi
factæ ſint à filijs familias Romanis Ciuibus, etiam
136 Clericis, ſinè conſenſu, voluntate, vel mandato
Patris, reſiſtente *Stat. Vrb. lib.1. cap.152.*

Si tamen mulieres, minores, vel filij familias
ſint Mercatores, vel publici negociatores, tunc
tales ſchedulæ ab illis confectæ ſunt exequibiles
ſine dictis ſolemnitatibus, quoad factas à minori-
137 bus, vel mulieribus ex traditis per *Pic. ad Stat.*
Vrb. lib.1. cap.151. gloſ.7. n. 29. & ſeq. Rot. deciſ.
284. n.11., & infrà part.9. recen., & plenè dixi in
annot. ad idem ſtat.151. artic. 6. num.84., & ſeq., &
quoad factas à filijs familias mercatoribus, vel pu-
138 blicis negociatoribus, quod non ſubiaceant
Stat. Vrb. lib.1. cap. 152. habetur clarè determina-
tum ex ipſo *ſtat.152.* ibi - *aut ſi mercatores, negocijs*
præpoſiti -, qualitas tamen mercaturæ, ac publicæ
negociationis debet probari à creditore illam
allegante, cum non præſumatur, & interim, do-
nec fiat talis probatio, non erit locus executioni.

Aduerte tamen, quod minor prætendens retar-
dare executionem talis ſchedulæ *Pagherò* debet
139 probare minorem ætatem, ex qua deducit
nullitatem *Rot. deciſ.21. n. 4. & 5. part.18. recen.*

Etſi prætendatur, ſchedulam *Pagherò* eſſe con-
fectam à filio familias expreſsè, vel tacitè à patre
emancipato, & qui publicè, & palam tanquam
paterfamilias ſe gerebat, debet emancipatio ex-
preſſa ab illam allegante pro habenda executio-
140 ne produci, vel probari, tacitè illum haberi pro
emancipato, ex quo publicè, & palam tanquam
Paterfamilias contraxit, ac negocia fecit iuxtà
ea, quæ plenè dixi *in annot. ad ſtat.152. lib. 2. ar-*
tic.2. n.153. & ſeq.

Quando verò probaretur, minorem, vel mulie-
141 rem pecuniam receptam ex cauſa *Pagherò* ha-
bere ſaluam, vel cum illa aliquid emiſſe, quod
pariter ſaluum habet, tunc etiamſi verſemur in
ſim-

Digitized by Google

ſimplici *Pagherò* , & obligatione ſinè ſolemnita-
tibus, adhuc ne locupletentur cum aliena iactura
tenebuntur ſoluere, ac reſtituere depoſitum irre-
gulare ex dictis *Pagherò* reſultans *Carocc. de depo-
ſit. part.* 1. *tit. mulier depoſitaria num.*23. , at non
via celeri, ac executiua, vt ſeruatur in praxi in
142 executione talium *Pagherò* , ſed via ordinaria,
cum ſolutio decernatur tali caſu potius ex pro-
batione extrinſecè facta ſuper verſione in vtilita-
tem, quam in vim ſchedulæ *Pagherò*, quæ non
probata verſione eſt inexequibilis.

Si verò mulieres, vel minores confecerint hu-
iuſmodi ſchedulas *Pagherò* pro ſumma modica
habebunt executionem, cum in modicis non re-
quirantur ſolemnitates ſtatutariæ; quæ autem di-
catur ſumma modica ad effectum, vt non ſubia-
ceat ſolemnitatibus ſtatuti remittitur arbitrio
143 Iudicis, qui attenta qualitate perſonarum no-
bilium, vel diuitum, pauperum, vel humilium, ac
more Regionis arbitrabitur, quæ ſumma ſit mo-
dica *Pic. ad Stat. Vrb.*151: *gloſ.7. n.*263., *& ſeq.*,
& ego dixi *in annot. ibid. artic.6. n.*553. *& ſeq.*, at
tali caſu non procedetur via executiua celerrima
debita ſchedulæ *Pagherò*.

Longè poſt hec pauca adnotata ſuper ſchedu-
lis *Pagherò* peruenit ad manus meas quædam Al-
legatio impreſſa ſuper hac materia *Pagherò*, elucu-
brata ab Aduocato *Gaſpare Sabbuccio* mox de-
functo, de quo valdè lætatus fui, quia credebam
ex illa multa diſcere, ſed ea benè perſpecta inueni,
non mereri nomen Allegationis, ſed potiùs eſſe
ſimplicem introductionem ad materiam *Pagherò*,
dum ſuper ea à Sabbuccio promittuntur vlterio-
res Allegationes, ſed morte præuentus reliquit
potius ideam ab ipſo conceptam ſuper tali mate-
ria, ſic non ſemel euenit nobis mortalibus, qui
144 dum viuere diù ſperamus, multa repromittimus,
ſed fallimur, dum mors nobis parata ob primi
parentis lapſum, intercidit deſideria noſtra, re-
quieſcat in pace Sabbuccius, & redeamus ad il-
lius Allegationem, à qua non potuimus edoceri,
145 vt ſperabamus, dum proœmium materiæ à Scri-
ptore in mente habitæ, & ſolum promiſſæ, non præ-
ſefert aliquam authoritatem.

Talis allegatio vltra originem, & deſcriptio-
nem quidditatis ſchedulæ *Pagherò* longo appa-
ratu ad Scholas, non ad Tribunalia pertinente
ſolum firmat, tales ſchedulas fuiſſe inductas ab
vſu, vt debitores celerrimè ad ſoluendum coer-
ceantur, in quo verum dicit, at dum poſteà *à nu.*
41., & infrà firmat vnum ſingulare, quod formula
talis ſchedulæ noſtris temporibus practicata fuit
in ſubſtantia, & verbis conſiderata *in l. Lucius*
146 *Titius* 24., *& declarata in l. die Sponſaliorum*
25. §. *quia pecuniam*, *& in l. Publia Meuia* 26.
§. 1. *ff. Depoſit.*, in hoc credo, quod Sabbuccius
ſomniauerit, dum corticem verborum, & non
ſubſtantiam dictarum legum potiùs inſpexit, quã
proſpexit.

Siquidem in præfatis legibus ſolum agitur de
depoſito verò, quando actum eſt, vt eadem cor-
147 pora nummorum reſtituantur; & quando con-
uentum fuit, vt tantundem reſtitueretur, quod
tunc ea res egreditur fines depoſiti, & ſolum quę-
ritur de hoc in illis legibus, ad effectum ſtatuendi,
quando ex depoſito debeantur vſuræ de Iure Ci-
uili antiquo permiſſæ; & firmatur *in dict. l. Lucius*
148 *Titius*, ex depoſito irregulari (quando ſcilicet
non pecunia depoſita, ſed tantundem, hoc eſt alia
quantitas reſtituenda eſt coæqualis) vſuras non
deberi antè moram, cum hoc ſit contrà depoſiti
naturam, niſi ab initio de vſuris præſtandis fuerit
facta conuentio; quocirca *in dict. l. Lucius Titius*
non fuit aliquid determinatum circà ſubſtan-
tiam, nec circa modum ſchedulæ *Pagherò* conten-
tiuę irregularis depoſiti noſtri temporis, ſed ſo-
lum an ex depoſito concepto cum obligatione de-
ſcripta in textu deberentur vſuræ.

Nam licèt *in dicta l. Lucius Titius* hic ſcribat
Sempronio, quod nummos apud ipſum Lucium
149 Titium commendatos ſpectantes ad Sempro-
nium numerabit Sempronio confeſtim, vbi volet,
& quando volet, & hæc, vel ſimilia verba videan-
tur vſitata in ſchedulis *Pagherò* noſtrorum tem-
porum, attamen *Papinianus in eadem leg. Lucius
Titius* non quærit, nec determinat aliquid circa
formulam illius obligationis, an ſcilicet Lucius
Titius obligatus per illa verba relata in textu de-
beat celeriter, & illicò reſtituere Sempronio, quo
caſu diſpoſitio, mens, vel ratio illius legis poſſet
trahi ad ſchedulam *Pagherò*, ſed quærit, & de-
terminat dumtaxat, an ex depoſito ibi confeſſa-
150 to per Lucium Titium debeantur nec ne vſuræ;
& in ſpecie quod *in dict. l. Lucius Titius* agatur de
depoſito, & vſuris ex eo debitis à tempore moræ
tenet *Olea de ceſs. Iur. tit.*5. *quæſt.*8. *n.* 8. *verſic. &
non ſolum*, vndè cum non verba narratiua legum,
per quę factum decidendum narratur, ſed id, quod
in illis deciditur, ſit attendendum, verba cum
quibus Lucius Titius ſe obligauerat in dictæ legis
principio referuntur ſolum pro deciſione, an de-
beantur vſuræ, ſed per ſe nihil diſponunt, cum
poſita ſint propter aliud, nempè ad narrandum
factum, ſuper quo petebatur deciſio articuli vſu-
rarum, quod patet cuilibet dictam *l. Lucius Ti-
tius* legenti.

Nec *Sabbuccius* aliquid plus conſequitur *ex
l. die Sponſaliorum* 25. §., *qui pecuniam ff. depo-*
151 *ſit.*, cum ex dicto textu habeatur ſolum, quod
qui pecuniam depoſitam apud ſe non obſignatam,
vt tantundem reddat, ſi in proprios vſus conuer-
tat poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti
condemnandus eſt, vt apparet ex lectura eiuſ-
dem legis, & illam ſic ſummat *Bartol. ibi*, & re-
centius *Matienz. Peralt. in repetit. eiuſdem
l. die Sponſaliorum in ſummar. fol. mihi* 50.; quid
ergo pro ſchedula *Pagherò* deducatur ex dicto
textu non pertingo, dum ſolum in eo ſtatuitur,
quod in depoſito irregulari poſt moram in reſti-
tutione pecuniæ depoſitatæ non obſignatæ ve-
niant vſuræ.

Nihil pariter deſumitur *ex l. Publia Meuia* 26.
152 §. *Lucius Titius ff. Depoſit.* cum in illa determi-
natur ſolum, quod vſuræ conuentæ debeantur,
quouſque reſtituantur argenti ſeſtertia quadra-
ginta depoſitata.

Ex quibus patet eſſe figmentum; & merum
ſomnium factum à *Sabbuccio* dicere, quod ſche-
dula *Pagherò*, qua nunc vtimur, ſit ſolum reno-
uata à mercatoribus noſtrorum temporum, cum
iam adeſſet in corpore Iuris clauſa in dictis tri-
bus legibus ab ipſo *Sabbuccio* adductis, & qua-
rum tenor, ac ſenſus fuit per nos perpenſus, quod
ſolum in illis agitur de vſuris ex depoſito præ-

ſtandis nec nè, & eſſet prodigium, quod merca-
tores noſtri temporis fuerint adeò ſagaces in ex-
piſcando à corpore Iuris Ciuilis formulam obli-
gationis contentæ in ſchedula *Pagherò* nunc vſi-
tata, & ſatis mirandum, quod ſolus Sabbuccius
prodigioſè inuenerit dictas leges, & non alius, &
creſcit admiratio, quod ipſæ poſt dictarum legum
inſpectionem illas traxerit ad ſenſus repugnan-
tes diſpoſitioni earumdem, & non cogitatos à
Papiniano, *&* *Paulo*, qui in caſibus dictarum
legum reſponderunt.

Solum poteſt concedi *Sabbuccio*, quod ex *leg.
Lucius Titius* habeantur in illo caſu verba ſimi-
lia illis, quibus nunc vtimur in ſchedula *Pagherò*,
ſed non quod ibi per ſomnium actum fuerit de
aliqua formula obligationis ad effectum illam
exequendi, dum ſolùm ibi eminentiſſimi, ac ſub-
tiliſſimi ingenij Iuriſconſultus *Papinianus* querit,
an ſtante obligatiue Lucij Titij obligati cum il-
lis verbis ad reſtitutionem depoſiti teneatur ad
vſuras, ſi illud non reſtituat.

Proſequitur *Sabbucc. in dict. allegat. n.*48. ſuper
illa ſpecie ſchedulæ *Pagherò*, quæ ſit pro mutuo,
vel prætio rerum, vel alia antecedenti cauſa, ſed
paucis verbis ſuper hoc ſe expedit dicens, quod
quandoque contractus antecedens poteſt tranſire
in depoſitum, & aliquando non, promittens ſu-
per hoc particulariter diſcurrere, ſed interim ad
materiam allegat *Riminald. Iun. conſ.*60., *&* *conſ.*
152. (quod *conſ.* 152., eſt idem cum *conſ.* 60.,
quod non aduertit *Sabucc.*) qui *Riminald. dict.*
153 *conſ.*60. firmat, quod poteſt quis pecuniam mu-
tuatam fateri retinere loco depoſiti, & quod non
poſſit contra mutui contractum, transfuſum in
illum depoſiti, opponi exceptio non numeratæ pe-
cuniæ.

At inutilis eſt hæc quæſtio ſuper ſchedula *Pa-
gherò*, quæ ſit pro totidem facta pro debito ante-
cedenti ex cauſa mutui, prætij mercium, vel alia
cauſa, ſi enim in tali ſchedula eſt expreſsa cauſa
debiti præcedentis prætij rerum, vel alia, non in-
154 trant priuilegia depoſiti irregularis, & celeris
executionis, ac alia conceſſa de ſtylo ſchedulæ
Pagherò ſimplici *per altrettanti*, ea ratione quia
ſtante expreſſione cauſæ non poteſt dici, quod ta-
lis ſchedula contineat debitum depoſiti, dum
aliud debitum extrà depoſitum in illa remanet
expreſſum, & conſtitutum, vt ſupra fuit per nos
ponderatum.

Si verò cauſa debiti antecedentis prætij rerum,
vel alia in ſchedula *Pagherò* non fuit expreſſa,
155 cum poſſit quis ſe obligare purè cum tali ſche-
dula illam faciendo *per altrettanti*, licet ſit ex de-
bito antecedenti, vel prætio mercium, hoc caſu
amplius non eſt agendum, nec querendum de an-
tecedenti cauſa debiti in depoſitum expreſsè
translati, cum tunc facilioris commercij cauſa
præſumatur, creditorem exegiſſe pecunias ſibi de-
bitas ex cauſa mutui, prætij mercium, vel alte-
rius contractus, & breui manu illas reſtituiſſe,
ac ferè loco depoſiti dediſſe antiquo debitori,
qui vigore ſchedulæ *Pagherò per altrettanti*, eua-
dit nouus debitor ex cauſa depoſiti irregularis, &
vrgetur ad ſolutionem celeri executione, & cum
alijs priuilegijs ſupra enumeratis.

Hincque debitor vigore talis ſchedulæ *Pagherò
per altrettanti* non auditur, ſi excipiat, debitum in
Pagherò contentum eſſe ex cauſa prætij rerum, vel
debiti antecedentis, quatenus enim hoc eſſet ve-
tum, & probati poſſet, nihilominus talis proba-
156 tio reijci debet, nec eſt admittenda ad retar-
dandam executionem celerem ſchedulæ *Pagherò*
ſimplicis *per altrettanti*, cum præſumatur tali caſu
debitum antecedens translatum in cauſam depo-
ſiti mediante dicta ſchedula, & hoc pluries iudi-
cando habui de facto, & recuſaui admittere pro-
bationem, quæ etiam facta non releuat, ſtante
vero contractu depoſiti irregularis per huiuſmo-
di ſchedulam contracti, per quem fuit annihila-
tus titulus antecedentis cauſæ, & debiti, & con-
ſtitutus ex integro nouus titulus ex dicta ſchedu-
la, quod benè tene menti, quia in dies hoc poteſt
occurrere.

Redeundo ad ſtatutum noſtrum hoc *cap.*83. per
157 quod datur via executiua apochis priuatis ad
uerte, quod forma tradita *à Statuto lib.*1. *cap.*82.,
quæ ex ſtatuto *cap.* 83. procedit etiam in execu-
tione apocharum, & ſcripturarum priuatarum,
ſcriptarum, vel ſubſcriptarum manu alicuius,
non ſeruatur in ſchedula *Pagherò per altrettanti*,
ex notoria praxi Fori Capitolini, dum etiam in
dicto Foro vnica citatione ad dicendum contrà,
ad recognoſcendum, & ſoluendum, & vnico de-
creto niſi per totam audientiam, hodie per to-
tam diem terminatur iudicium in vim *Pagherò*.

At ſeruatur talis forma præſcripta ex in dicto
158 *ſtat.*82. in illjs *Pagherò*, quæ non ſunt *per con-
tanti*, ſed habent in ventre expreſſam cauſam de-
biti antecedentis, vel prætij rerum, hoc enim
caſu cum non habeant locum priuilegia verę ſche-
dulæ *per altrettanti*, hinc poſt productam ſchedu-
lam prædictam cum expreſſione cauſæ debet ſileri
159 per decem dies vtiles, intra quem terminum
poteſt debitor probare ſuas exceptiones, & ſi in
tali termino non fuerit per Reum conuentum
aliquid allegatum, vel allegatum, & non proba-
tum, Iudex deuenire debet ex eodem ſtatuto ad
executionem dictæ ſchedulæ *Pagherò* cum cauſæ
èxpreſſione conceptæ.

Qui modus procedendi obſeruatur ex *Stat.* 81.
160 in Foro Capitolino in omnibus ſcripturis pri-
uatis, ſcriptis, vel ſubſcriptis per debitorem, qua-
tenùs careant obligatione Camerali, nam ſi hac
munitæ ſint, talis forma præſcripta à ſtatuto, ac
dicta dilatio decem dierum ad probandum non
procedit, ſed ſine illa deuenitur ad ſcriptura-
rum executionem.

Prout chirographa, apochæ, ſcripturæ priua-
te, & ſchedulæ *Pagherò*, quæ non ſunt *per altret-*
161 *tanti*, ſi contineant ſummam infrà ſcuta decem
monetæ Romanæ non ſubiacent formæ præſcri-
ptæ à dicto *ſtat.*82., nec datur talis terminus de-
cem dierum vtilium, ſi agatur coram Senatore,
vel eius Collateralibus, cum enim ab his debeant
tales cauſæ celeri proceſſu, & executiuè terminari
reiecta omni appellatione ex *ſtat. Vrb. lib.*1. *c.*96.;
162 non eſt propterea opus, quod à dictis Iudicibus
detur talis terminus decem dierum, ſed poteſt ille
ab ipſis eorum arbitrio abbreuiari, ex quo cauſa
talis ſummæ dicitur modici valoris, & ſummariè
venit cognoſcenda, vt notat *Fenzon. ad dict. ſtat.*
196. *n.*1., *&* 2.; & in ſummarijs terminus quin-
163 que dierum vtilium aſſignatur, ſi à parte peta-
tur ex *ſtat. Vrb. lib.*1. *cap.* 89., & hanc credo eſſe
paratam,

Digitized by Google

putam, & meram veritatem combinando ſtatuta Vrbis *cap. 82. 89. & 96.*, & ità ſemper ſic intrepidè proceſſi, non attentis clamoribus volentium lites æternare cum longioribus dilationibus.

Præſcribitur actio ex dicta ſchedula *Pagherò*
164 competens ſpatio ſexdecim annorum *ex ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 158.* vbi tali tempore præſcribitur etiam depoſitum.

Quinimmò ſi creditor vigore talis ſchedulæ poſt defunctum debitorem in vim illius taceat per
164 decennium non poterit ampliùs agere, & obſtabit præſcriptio, licèt à die confectæ ſchedulæ non effluxerint ſexdecim anni ex eodem *ſtat. 158. verſic. creditor autem*.

Vnum aduerte hic, quod ſchedulæ *Pagherò* confectæ à Capſerio Montis Pietatis Vrbis non obligant ipſum Montem, licet Capſerius verè re-
166 cepetit pecuniam *in Pagherò* contentam, ſed debet ille, qui pecunias conſignat in Sacro Monte obtinere cedulam depoſiti, vel fidem crediti ab ipſo Monte cum adnotatione creditę pecuniæ in libris eiuſdem Montis, & hæc eſt praxis, & in manſione nummularia Sacri Montis ad cauthelā adeſt manifeſtum ſcriptum magnis, ac cubitali-
167 bus characteribus exprimens, quod Mons non vult teneri pro ſchedulis *Pagherò* confectis à Capſerio, & hoc eſt rationabile, & equum, cum talis Capſerius non ſit præpoſitus niſi ad recipiendas, ac ſoluendas reſpectiuè pecunias exiſtentes in Monte ad creditum illas deponentium, non autem ad recipiendum pecunias, ſi illas non ponit in creditum in libris Montis.

Aduerte aliud, quod habui de facto quidam Mercator fœni pro gabella foeni erat debitor in ſcutis tercentum, ad quorum computum Appaltator dictæ gabellæ receperat in pluribus vicibus maiorem partem, & cum factis computis remaneret debitum gabellæ in ſcutis quadraginta, pro tali ſumma fecit mercator ſchedulam *Pagherò*
168 conceptam, *ſono per reſto di gabella di fieno introdotto ſino à tutto Giugno dell'anno corrente*, quærebatur, an poſſet procedi executiuè, ac manu Regia, dum in *Pagherò* erat expreſſa cauſa; ego cenſui affirmatiuè, quia per talem ſchedulam ſolum fuerat ſtabilita quantitas gabellæ foeni reſidualis, vndè non ob hoc fuerat renunciatum priuilegio manus Regiæ, ac ſimul hypothecæ, quam Appaltator habebat ſuper foeno introducto, & ſuper cuius pretio pendebat coram me concurſus creditorum, ſicque iudicaui, & meum iudicatum habuit ſuum effectum.

Vnum nota hic, ſuper quo alias actum fuit
169 coram me, quod ſi quis ſit alicuius creditor, & recipiat pro ſuo credito ſchedulam *Pagherò*, vel aliam ſimilem remanet de tali credito ſatisfactus *Rot. deciſ. 150. n. 2. & 3. p. 9. recent.*

Demum aduerte hic, quod ſi quis ſe obligauerit in pagella ſoluere Titio, *ò à chi præſentarà*, ſi
170 illa præſentetur non à Titio, ſed ab alia perſona, huic rectè ſoluitur à promiſſore, ſed hunc iudicialiter conuenire non poteſt, vt plenè probat *Andreol. contr. forenſ. 173.*

Siſto Calamum in materia ſatis ſterili, licet in Alma Vrbe quotidiana, fertilem annonam promiſſam à *Sabbuccio*, ſed non datam, expecto à ſapientoribus cultoribus etiam agrorum ſteri-
171 lium, quorum Romæ magnus eſt numerus, vt ab illorum doctrina non ſolum in hoc, ſed in omnibus ediſcere poſſim, & ſimul exactius agnoſcere tenuitatem ingenij mei ad nouas formas edendas non apti, ſed auſus in libanda materia ferè noua, non damnandus, nam dum alijs prodeſſe ſtudeo, nihil curo, ſi detractionibus me ſubijcio.

De Recognitione Inſtrumentorum, & Apocharum. CAP. LXXXIV.

PVblica Inſtrumenta, ſeu ſcripturæ publica manu ſcriptæ, aut ſubſcriptæ per duos teſtes, qui manum, & ſcripturam ſcribentis recognouerint, etiamſi non fuerint præſentes confectioni talis ſcripturæ, intelligantur plenè recognita, etiam quoad illorum executionem petendam. Apochæ verò, ſeù aliæ priuatæ ſcripturæ recognitæ per tres teſtes deponentes, vt ſupra, pro plenè recognitis habeantur, etiam quoad illarum executionem petendam; & nihilominus poſſit fieri tam inſtrumentorum, quàm apocharum recognitio per comparationem literarum prout iura diſponunt. Poſſit quoque Reus multa indicta, & captis pignoribus ad recognoſcendum ſuam manum compelli; vel in contumaciam non recognoſcentis, ipſo, & eius Procuratore legitimè, & vt ſupra, de habendo aliquem pro confeſſo, dictum eſt, citatis, pro recognita haberi.

PRÆLVDIVM.

STatuentes in antecedentibus *ſtatutis 82., & 83.* dederunt formā exequendi tàm inſtrumenta publica, quàm apochas, & ſcripturas priuatas, & quia talia inſtrumenta, ac ſcripturæ priuatæ antequam executioni demandentur egent recognitione, ſi illa opponatur, hinc ab hoc ſtatuto præſcribitur forma huiuſmodi recognitionem faciendi: & cum hæc fiat tribus modis, vel per confeſſionem partis admittentis ſcripturam, vel per teſtes habentes notam manum ſcribentis, vel per comparationem ſcripturæ recognoſcendæ cum alia ſcriptura certa, quæ admittitur ſcripta manu illius, qui controuertit à ſe ſcriptam ſcripturam recognoſcendam, hinc materia noſtri ſtatuti hic per duos articulos diſtincta diſcutietur. In primo agetur quomodo fiat recognitio ſcripturæ publicæ, & quomodo ſcripturæ priuatæ per propriam confeſſionem, vel per teſtes habentes notam manū ſcribentis: & in ſecundo diſcutietur de modo faciendi recognitionem per comparationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Inſtrumenta publica quomodo recognoſcantur, maximè ſi ſint antiqua vltra ſexagin-

Digitized by Google

ta annos. Scripturæ priuatæ recognitio fit petendo illam recognoſci à ſcribente, vel in contumaciam pronunciari pro recognita, & quis poſſit nec ne cogi ad recognoſcendum; ſi verò à Reo conuento negetur, ſcripturam eſſe ſua manu ſcriptam, fit illius recognitio per teſtes habentes notam manum, citata parte; & quomodo tales teſtes debeant deponere: quando illis per cancellos ſit tantum oſtendenda ſubſcriptio, de cuius recognitione agitur, & non tota ſcriptura; & quando recognitio ſit facienda inter plures ſcripturas conſimiles, ſi ſcriptura recognoſcenda ſit de falſo ſuſpecta. Scriptura priuata recognita per teſtes quando nec ne obſit creditoribus inſtrumentarijs. Diſcutitur demum, quando ſcriptura recognita per teſtes habentes notam manum executioni demandetur, ſi pro ea non concurrant adminicula, & alia plura obſeruantur, quando nec ne ſit benè, vel malè facta recognitio, de quibus plenè in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ex hoc ſtatuto recognoſcitur per duos teſtes habentes notam manum ſcribentis, vel ſubſcribentis.*

2 *Scriptura publica dicitur illa facta à Notario publico cum requiſitis publici inſtrumenti.*

3 *Statutum Vrbis ſuper recognitione loquitur in prima parte de recognitione publicæ ſcripturæ, non priuatæ.*

4 *Dictio* ſeù *importat idem quod* ſiue, *& ſtat declaratiuè, & n.5., & 6.*

7 *Apocha priuata ſubſcripta à Notario vti perſona priuata, & ſine requiſitis inſtrumenti, non dicitur ſcriptura publica.*

8 *Inſtrumenti extracti ab Archiuio publico debet recognoſci manus Archiuiſtæ, vel legalitas in eo appoſita, & n.9.*

10 *Inſtrumenta antiqua dum non poſſunt recognoſci, ſat ſunt adminicula pro illorum veritate.*

11 *Adminicula quæ ſint vide remiſſiuè.*

12 *Inſtrumentum dicitur antiquum ex lapſu ſeptuaginta annorum.*

13 *Inſtrumenti, vel ſcripturæ antiquitas probatur ab oculari inſpectione de ſtylo Rotæ.*

14 *Recognitio non ſuppletur ab antiquitate, quando dubitatur de veritate inſtrumenti, vel ſcripturæ,*

15 *Inſtrumentum antiquum ſi fuerit obſeruatum, & & habet pro eius veritate adminicula probat ſine alia recognitione.*

16 *In recognitione circa antiquitatem an ſit demendum tempus motæ litis, vide remiſſiuè.*

17 *Innocentiana circa fidem, quæ dat Iuribus productis non ſupplet defectum recognitionis.*

18 *Innocentiana procedit, ſi iura ſint benè recognita.*

19 *Inſtrumentum probat, quouſque contra illud non opponatur ſpecifica recognitio.*

20 *Statutum Vrbis dat fidem ſcripturæ priuatæ recognitæ per tres teſtes, qui habeant notam manum etiamſi non fuerint præſentes confectioni ſcripturæ, & n.115.*

21 *Recognitio per tres teſtes facienda ex ſtatuto hic non procedit extra forum Capitolij.*

22 *Numerus trium teſtium in recognitione ſcripturæ priuatæ ex ſtatuto hic debet eſſe realis, & non ſufficiunt duo teſtes Sacerdotes.*

23 *Sub nomine ſcriptura priuatæ, de iure, & ex hoc ſtatuto veniunt quæuis ſcripturæ extra publica inſtrumenta.*

24 *Scripturæ priuatæ de Iure debent recognoſci, nam alias quis poſſet ſibi facere debitores ad libitum.*

25 *Scriptura priuata non recognita facit aliqualem præſumptionem, & concurrentibus adminiculis benè probat.*

25 *Recognitio ſcripturæ priuatæ ſit citato Reo, qui illam ſcripſit, vel ſubſcripſit ad illam recognoſcendum.*

27 *Recognitio dicitur perfecta, etiamſi Reus dicat, ſibi videri eſſe manum, ac firmam ſuam.*

28 *Reus non admittens, nec negans ſcripturam priuatam in termino ſibi præfixo, ſcriptura habetur pro recognita, & n.39., & 40.*

29 *Reus qui in termino præfixo non negauit ſcripturam, poteſt illam ex poſt negare.*

30 *Fallit in terminis Statuti Vrbis.*

31 *Manum propriam recognoſcere quilibet tenetur, etiamſi agatur de ſola ſubſcriptione, & n.32.*

33 *Ad talem recognitionem faciendam quis cogi poteſt, etiam cum mulcta pecuniaria.*

34 *Recognitio propriæ manus ſtatim fieri debet, nec in hoc datur tempus ad deliberandum.*

35 *Appellatio non datur à pronuncia, quod ſcriptura habeatur pro recognita, & n.42.*

36 *Reus in Iudicio recognitionis non poteſt proponere exceptiones, & n.42., & 45.*

37 *Scripturam omninò nullam non tenetur quis recognoſcere, & n.43.*

38 *Secus ſi ſuper nullitate cadat diſcuſſio, & n.47.*

44 *Doctores ſunt intelligendi iuxta authoritates, quas allegant.*

46 *Nullitas apochæ ex defectu Archiuij non attenditur in Vrbe, nec alibi quandò conſtat de legalitate eiuſdem, & ceſſat ſuſpicio fraudis.*

48 *Recognoſcere quis tenetur manum ſuam contentam in libris mercantilibus, abſque eo quod producantur in actis.*

49 *Scribere neſciens tenetur recognoſcere ſignum Crucis à ſe factum in ſcriptura priuata.*

50 *Recognoſcens ſcripturam, ſed dicens contenta in illa non eſſe vera, debet ipſe hoc probare.*

51 *Filius tenetur recognoſcere manum Patris.*

52 *Vxor tenetur recognoſcere manum Mariti.*

53 *Dominus manum Inſtititoris.*

54 *Hæres illam defuncti, & contrarium tenentes reijciuntur.*

55 *Cæcus factus poſt ſcripturam à ſe factam non tenetur recognoſcere, licet teneatur reſpondere poſitionibus ſuper ſcriptura facta.*

56 *Non tenetur recognoſcere ſenex decrepitus, & apopletico morbo correptus, ſi ſit ſenſibus deſtitutus.*

57 *Recognitio ſcripturæ ritè fit, tam coram Iudice, quàm Notario.*

58 *Citatio ad recognoſcendum ſcripturam debet de Iure eſſe perſonalis.*

59 Fallit ex Statuto Vrbis.

60 Scriptura ſcripta, vel ſubſcripta manu tertij de ordine Rei conuenti, ſi ab hoc recognoſcatur habet contra ipſum executionem paratam.

61 Secus ſi à Reo conuento talis ſcriptura negetur.

62 Mandatum datum ſcribendi tertio debet probari.

63 Tertius deponens de ordine ſibi dato, ſi concurrunt adminicula cum eius recognitione probat.

64 Scriptura confecta à tertio de mandato, etiam recognita per teſtes, non habet executionem paratam.

65 Scriptura priuata recognita habet executionem paratam, ſi ſit ſcripta, ac ſubſcripta à debitore, ſecus ſi à tertio de mandato, & num. 66.

67 Recognitio ſcripturæ priuatæ facta à debitore præiudicat creditoribus, vel tertijs habentibus cauſam à recognoſcente per Inſtrumenta.

68 Recognitio ſcripturæ priuatæ ad hoc vt præiudicet illis, qui habent Inſtrumenta, debet per teſtes probari tempus contentum in ſcriptura, & num. 69.

70 Si pro veritate ſcripturæ priuatæ, & tempore in illa appoſito concurrant adminicula illa præiudicat etiam habentibus Inſtrumenta.

71 Pariter ſi ſcriptura priuata fuerit per publicum Inſtrumentum coram teſtibus recognita tempore confectæ apochæ.

72 Recognitio ſcripturæ priuatæ non eſt neceſſaria, quando pars in illius productione nihil oppoſuit.

73 Nec quando recognitio non fuit oppoſita.

74 Recognitionis oppoſitio fieri poteſt etiam poſt ſententiam, & n. 75.

76 Recognitionis defectus in Curia poteſt opponi etiam in allegationibus Iuris, & in gradu appellationis, & n. 90.

77 Recognitione oppoſita, ſi illa non fiat, Iura non probant.

78 Proceſſus remanet nullus, ſi facta oppoſitione recognitionis illa non fiat.

79 Recognitionis oppoſitio debet eſſe ſpecifica, & non ſufficit generalis per oppoſitionem Generali a contra, & n. 80.

81 Recognitio formiter requiritur, quando fuit oppoſita, quod ita fiat, alias Iura non probant, & n. 82., & 84.

83 Recognitio debet fieri parte citata, & extraiudicialiter facta non ſuffragatur.

85 Recognitio facta in termino citationis ad dicendum contra Iura non ſufficit, ſi tunc fuit oppoſita recognitio.

86 Recognitio ſcripturæ facta coram Iudice incompetente non ſuffragatur.

87 Recognitionis ſcripturæ oppoſitio poteſt deduci in allegationibus Iuris.

88 Contrarium tenent alij, quod talis oppoſitio debeat fieri in proceſſu.

89 Prima opinio procedit, ſi allegationes Iuris ſint factæ de actis, & ſecunda, ſi datæ ſint extraiudicialiter.

91 Recognitio ſcripturæ facta per teſtes, qui nedum recognoſcunt manum, ſed deponunt, fuiſſe præſentes illius confectioni, eſt melior.

92 Teſtes ſuper recognitione ſcripturæ priuatæ de Iure non ſufficit, quod deponant habere notam manum, ſed debent etiam deponere, fuiſſe præſentes ſcripturæ, & n. 93., & 100., & 101.

94 Recognitio ſcripturæ priuatæ, ſuper qua teſtes non ſolent adhiberi, ritè ſit per teſtes deponentes habere notam manum, quia pluries viderunt ſcribere.

95 Procedit licet agatur de recognitione ſimplicis ſubſcriptionis.

96 De ſtylo A.C. ſufficit recognitio facta iuxta formam de qua ſupra n. 94.

97 De ſtylo Romanæ Curiæ ſufficit recognitio prædicta per teſtes habentes notam manum.

98 Idem de ſtylo Rotæ.

99 Recognitio tali modo facta ſufficit etiam in teſtamento ad pias cauſas.

102 Recognitio per teſtes habentes notam manum procedit in ſcripturis, quæ fieri ſolent ſine teſtibus abſente parte.

103 Recognitio per teſtes habentes notam manum admittitur de ſtylo Rotæ, ſi concurrant adminicula pro veritate ſcripturæ, & n. 104.

105 Recognitio per teſtes habentes notam manum de Iure, ſi concurrant adminicula, in omnibus locis ſuffragatur.

106 Concurrentibus adminiculis pro ſcriptura recognita per teſtes habentes notam manum non eſt opus, quod dicant fuiſſe præſentes ſcripturæ.

107 Adminicula ſat ſunt, licet ſint ab extra.

108 Adminicula pro recognitione perfecta requiruntur ſolum in ſcripturis, in quibus ſolent adhiberi teſtes.

109 Si contra ſcripturam priuatam recognitam per teſtes habentes notam manum vrgeant adminicula, non eſt locus executioni eiuſdem.

110 Recognitio per teſtes habentes notam manum non ſuffragatur in cauſa matrimonij.

111 Fallit concurrentibus adminiculis pro veritate ſcripturæ.

112 Teſtes in recognitione manus faciliter decipi poſſunt ob illius mutationem, & ob varia accidentia.

113 Iudices recognitionem factam per teſtes habentes notam manum, non debent faciliter admittere, ſi deficiant adminicula.

114 Recognitio ſcripturæ, an ſit bene facta in arbitrio Iudicis eſt repoſitum.

115 Scriptura priuata ex Statuto Vrbis ſit per tres teſtes dicentes habere notam manum ſcribentis.

116 Secus ſi ſcriptura habeat ſuſpicionem falſitatis.

117 Scriptura recognoſcenda debet oſtendi tota teſtibus, & non per feneſtrellas, vel inter alias conſimiles, niſi ſubſit ſuſpicio falſitatis, & n. 118.

119 Teſtes ſuper recognitione ſcripturæ de credulitate per verbũ videtur, et de proprio iudicio probant.

120 Teſtes dicentes nunquam vidiſſe ſcribere illum, de cuius manus recognitione agitur, non concludunt recognitionem.

121 Teſtis ſuper recognitione dicens, ſe habere notam manum, quia recepit pluries literas à ſcribente non probat.

122 Statutum Vrbis requirens tres teſtes in recognitione ſcripturæ priuatæ non comprehendit Clericos, Eccleſias, ac loca Pia.

PRimo ſuper recognitione inſtrumentorum firmatur in hoc ſtatuto, quod ſit benè facta, etiam ad effectum executionis eorumdem, ſi duo teſtes manum, & ſcripturam ſcribentis, vel ſubſcribentis recognouerint, etiamſi non fuerint præſentes confectioni talis inſtrumenti, ac ſcri-

pturæ

1 pturæ publicæ, & idem eſt de Iure prout firmat
Rot. deciſ. 53. *n.* 2. *par.* 13. *recen.*, *&* *deciſ.* 1363.
*n.*4., *&* 5. *coram Coccin.*

Statutum dicit, quod inſtrumenta, ſeu ſcriptu-
ræ publica manu ſubſcriptæ recognoſcantur mo-
do prædicto; ponit illa verba *publica manu*, hoc
2 eſt confectæ à Notario perſona publica cum re-
quiſitis *gloſæ in l. generali C. de Tabular. lib.* 10.
Rebuff. ad Conſt. Gall. tom. 1. *tract. de chirograph.*
*& ſchedul. recogn. in præfat. num.*1., *& infra*.

Sub hac prima parte ſtatuti loquentis de reco-
gnitione inſtrumentorum, ſeu ſcripturarum pu-
3 blica manu ſcriptarum, vel ſubſcriptarum non
continentur alia Iura prætrr inſtrumenta à pu-
blico Notario confecta, quod colligitur ex Ru-
brica eiuſdem ſtatuti, quæ eſt inſcripta *de execu-
tione Inſtrumentorum*, *& Apocharum*, & ex quo
hoc *ſtatutum* 84. venit conſecutiuè ad *ſtatuta* 82.,
& 83., in quorum primo ſtatuentes loquuntur
ſolum de inſtrumentis publicis, & in ſecundo de
ſcripturis priuatis.

Et licet ſtatuentes loquuti ſint per dictionem,
ſeu ibi -- *publica Inſtrumenta*, *ſeu ſcripturæ publica
manu ſcriptæ*, *vel ſubſcriptæ*, -- & præfata dictio
ſeu ſoleat poni diſiunctiuè, ac alternatiuè, itaut
videatur illud verbum *ſcripturæ* aliquid diuerſum
importare à publicis inſtrumentis prius nomina-
tis ex traditis *per Barboſ. dict.*363. *n.*1., *& infra*,
4 nihilominus talis dictio *ſeu* hic ponitur pro *ſiue*,
& habet eamdem vim, & naturam, ac dictio *ſiue*
5 *ibidem Barboſ. n.* 16., vndè ſtat declaratiuè, &
expoſitiuè, dum eſt poſita inter duo verba idem
ſignificantia, exponit quippè illa verba *publica*
6 *Inſtrumenta* quod ſint *ſcripturæ publica manu con-
ſcriptæ*, *Barboſ. ibid. n.*7.

Hinc alias dicebam, quod non cadebat ſuper
hac prima parte ſtatuti præſcribente modum re-
cognoſcendi inſtrumenta publica, recognitio
apochæ priuatæ, licet ſubſcriptæ à Notario per-
ſona publica, ex quo non erat inſtrumentum pu-
blicum, & publica ſcriptura, dum in illius con-
fectione non fuerat proceſſum per viam rogitus
cum clauſula *Actum*, ac alijs requiſitis publici
inſtrumenti, erat namque ſcripta à perſona publi-
ca, ſed non vti tali, dum illā ſubſcripſerat tanquā
priuata perſona ſine forma publici inſtrumenti,
nam licet in ſubſcriptione apochæ ſe publicum
Notarium aſſeruiſſet, non ob hoc confecerat pu-
7 blicum inſtrumentum, dum ſolemnitates inſtru-
menti ſeruare neglexerat, & ſic tanquam priuata
perſona ſe geſſerat, priuatam ſcripturam confi-
ciendo, vt præcisè hoc aduertunt *Rebuff. ad Conſt.
Gall. tom.* 1. *de chirograph.*, *& ſchedul. recognoſc.
in præfat. n.* 8. *fol. mihi* 180. *Scacc. de Iudic. lib.* 2.
*cap.*11. *n.*1076., *& ſeq. Caball. conſ.*155. *n.*9., *&*
10. *lib.*1.

Talis recognitio inſtrumentorum debet fieri,
etiamſi extractio illorum facta ſit per Archini-
ſtam, vel ſucceſſorem in officio, vbi illa fue-
re rogata, ac ſtipulata, nam adhuc debet
recognoſci, an ſit manus Archiuiſtæ, vel ſucceſ-
8 ſoris, & eſt facienda recognitio legalitatis in
inſtrumenti calce appoſitæ, & talis recognitio
debet fieri per duos teſtes habentes notam ma-
num, & legalitatem, *Rot. deciſ.* 574. *n.* 6., *&* 7.
coram Manzaned., *& in Albanen. hæreditatis* 28.
Iunij 1660. *coram Albergato*.

Quodque recognitio debeat fieri etiam ſcri-
9 pturæ extractæ ex officio publico *Rot. deciſ.*415.
*n.*14. *coram Manzaned.*

At ſi agatur de inſtrumentis antiquis, tunc
non requiritur illorum recognitio formalis ob
difficultatem illam faciendi, ex quo eſſet impoſ-
ſibile habere teſtes habentes notam manum, ſed
10 loco recognitionis ſat ſunt adminicula pro veri-
tate inſtrumentorum *Rot. deciſ.*693. *num.*8. *par.*2.
*recen. deciſ.*341. *n.*3. *par.*5. *deciſ.*318. *n.*9. *par.*11.,
*& deciſ.*251. *n.* 30. *coram Ottbob.*, & plenè de ad-
11 miniculis, & alijs, ex quibus habeatur veritas
inſtrumentorum antiquorum abſque alia illo-
rum recognitione videatur *Rot. deciſ.*258. 2027.,
& 2358. *coram Coccin.*, *& deciſ.* 54. *coram Peu-
tinger.*

Et tempus antiquum ad talem effectum dicitur
12 ſeptuaginta annorum, *Add. ad Buratt. deciſ.*667.
*nu.*11. *Rot. deciſ.*17. *nu.*7. *coram Arguell. deciſ.*54.
*n.*19. *coram Peutinger.*, *& deciſ.*318. *n.*9. *par.* 11.
recen. cum alijs deciſionibus relatis per *Caſtald.
conſult. forenſ.*200. *n.*109.

Ad cognoſcendam autem antiquitatem ſcri-
13 pturæ, ſiue inſtrumenti, Rota contentatur ocu-
lari inſpectione *Add. ad Gregor. deciſ.*393. *num.*5.
verſic. ſi tamen, *Rot. deciſ.* 258. *n.* 4. *coram Coccin.*,
*& deciſ.*341. *n.*4. *par.*5. *recen.*

Si verò contingat dubitari de veritate ſcriptu-
14 rarum, ac illarum ſubſtantia, tunc recognitio
non ſuppletur ab antiquitate plenè *Rot. deciſ.*393.
*& ibi Add. n.*5. *coram Gregor.*, *& deciſ.*371. *n.*13.,
*& infra par.*11. *recen.*

At ſi inſtrumento antiquo, cui opponitur re-
15 cognitio, aſſiſtant obſeruantia, vel alia admini-
cula illius veritatem comprobantia, tunc illud
abſque alia recognitione probat *Rot. deciſ.* 258.
*n.*3., *&* 7. *coram Coccin.*, & plenè *deciſ.*54. *ferè per
tot. coram Peutinger.*

An autem in recognitione inſtrumenti circa
16 antiquitatem temporis debeat deduci tempus li-
tis videatur *Rot. deciſ.* 54. *num.* 3., *& infra coram
Peutinger.* vbi negatiuè.

Nota tamen, quod licet vigore Innocentianæ
ſcripturæ, ac iura producta in vna cauſa probent
etiam in alia diuerſa, nihilominus Innocentiana
17 non ſupplet defectum recognitionis eorumdem
non factæ, quando primo loco fuere producta,
*Rot. deciſ.*412. *n.* 2. *coram Millin.*, *& deciſ.* 1945.
*pariter n.*2. *coram Coccin*; cum Innocentiana pro-
18 cedat tantum, quando ſcripturæ ſunt benè com-
pulſatæ, & recognitæ, vt innuunt *dictæ deciſ.*, *&*
*coram eodem Coccin. deciſ.*1363. *n.*2.

Aduerte etiam, quod producens inſtrumen-
tum etiam non recognitum, habet in illo funda-
19 tam ſuam intentionem, donec opponatur reco-
gnitio, nec antequam pars illam ſpecificè oppo-
nat, debet fieri *Rot. deciſ.* 1. *nu.* 27. *par.* 5. *recent.*
deciſ. 347. *n.* 7., *&* 8. *coram Buratt.*, *& deciſ.* 54.
*n.*2., *&* 13. *coram Peutinger.*

In ſecunda parte noſtri ſtatuti hic præſcribi-
tur forma recognoſcendi apochas, ac alias ſcri-
20 pturas priuatas, in quarum recognitione vult
adhiberi tres teſtes, qui recognoſcant manum
ſcribentis, vel ſubſcribentis, etiamſi non fue-
rint præſentes confectioni ſcripturæ priuatæ, &
ſic in hoc ſtatutum voluit tollere diſſenſiones
Doctorum ſuper illo articulo, an ſufficiat pro
reco-

Digitized by Google

recognitione, quod teſtes deponant habere no-
tam manum. vel ſimul debeant deponere fuiſſe
præſentes confeſſioni ſcripturæ, de cuius reco-
gnitione agitur, ſuper quo dicam latè infra, tam
ex diſpoſitione Iuris, quàm de ſtylo Curiæ, &
Rotæ.

Talis recognitio pee tres teſtes procedit ſolum
21 in recognitione facienda in Curia Capitolina,
non extra illam, ex quo tale ſtatutum eſt ordina-
torium, & non deciſorium, *Rot. deciſ.* 553. *n.* 5.
coram Caualer.

Numerus dictorum ttium teſtium debee eſſe
realis, & non per fictionem, vndè alias iudicaui,
quod dictum Sacerdotis recognoſcentis ſcriptu-
ram, licet alias habeat vim duorum teſtium, non
ſufficiebat cum dicto alterius teſtis, ſed require-
22 batur tertius teſtis, cum verba ſtatutorum de-
beant intelligi propriè, & ſic de tribus teſtibus
effectiuis, & non per fictionem *ad tex. in l.* 3.
§. hac verba ff. de negoc. geſt. vbi Bartol. in ſummar.
Becc. conſ. 53. *n.* 4. *Surd. deciſ.* 9. *n.* 4.

Sub huius ſtatuti diſpoſitione veniunt omnes
ſcripturæ priuatæ, ſiue ſint chirographa, ſiue
cedulæ, ſingraphæ, literæ cambij, libri ratio-
num, & ſimiles, dum ſub nomine ſcripturæ pri-
uatæ venit omnis ſcriptura, quæ non ſit publica,
& quæ à priuatis perſonis ſit, ad diſtinctionem
23 publicæ ſcripturæ, quæ ſit à Notario perſona
publica cum requiſitis *gloſæ in l. generali C. de Ta-
bular. lib.* 10., vt aduertit *Rebuff. ad Conſt. Regn.
Gall. tom.* 1. *tractat. de chirograph.*, *& ſchedul.
recognoſc. in præfat. n.* 1., *& ſeq.*

Et eſt de Iure, quod ſcriptura priuata debeat
recognoſci, nam alias quis de facili poſſet cum
24 priuatis ſcripturis ſibi facere debitorem, quem
vult, vndè ad hoc vt habeat executionem debet
recognoſci *Gratian. cap.* 677. *n.* 11., *& ſeq. Rodri-
quez. de execut. rei indicat. cap.* 1. *art.* 2. *n.* 5. *Bon-
den. colluct. legal.* 9. *n.* 50. *tom.* 1. *Borgnin. Caual-
can. deciſ.* 27. *n.* 15. *par.* 2.

Nihilominus talis ſcriptura priuata non reco-
gnita facit aliqualem præſumptionem, & ſi con-
25 currant pro illius veritate adminicula ſufficien-
ter probat *Iaſon. conſ.* 129. *n.* 12., *& infra lib.* 1.
Rot. deciſ. 366. *n.* 13., *& deciſ.* 708. *n.* 14., *& infra
coram Amat. Dunozett.*

Et dicta recognitio ſcripturę priuatę fit primus
citato Reo, qui illam ſcripſit, vel ſubſcripſit ad
illam recognoſcendum, vel medio iuramento
negandum, alias videndum pronunciari pro re-
cognita, nam ſi Reus in termino præſcripto à
Iudice ad faciendum recognitionem fatetur ſcri-
26 pturam, & dicit ſua manu ſcriptam, tunc ſtan-
te confeſſione partis non eſt dubitandum de per-
fectiſſima recognitione *ad tex. in l. ſi Procurato-
rem* 65. *ff. de Procur. Rebuff. vbi ſupra n.* 25. *Ma-
reſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 79. *num.* 2. *Pegas reſol.
forenſ. cap.* 7. *num.* 7. *tom.* 1. *Koppen. deciſ. German.*
46. *num.* 26.

Ac ſufficit pro perfecta recognitione, quod
27 dicat Reus ſibi videri eſſe manum, & firmam
ſuam *Azeued. ad leg. Recopil. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 21.
leg. 5. *num.* 11.

Si vero in termino à Iudice aſſignato non fiat
recognitio, nec negatio ſcripturæ poſitiuè, tunc
ex tali contumacia in non recognoſcenda ſcri-
28 ptura, habetur pro plenè recognita, ac ſi expreſ-
sè fuiſſet confeſſata, ac recognita, tam ex ſtatuto
hic, quàm ex Iuris communis diſpoſitione *Aze-
ued. vbi proximè n.* 14. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 8.
n. 2910. *ad* 2931. *Manſon. de cauſ. execut. quæſt.* 5.
n. 42. *Rodriquez. de execut. rei indic. cap.* 1. *artic.* 2.
n. 10., *&* 11. *Ridolph. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 33.
ad 39., *& n.* 209., *& ſeqq. Pegas dict. cap.* 7. *nu.* 7.
Cappucc. in prax. tom. 2. *cap.* 11. *artic.* 7. *n.* 49. *ad*
51., *& eodem tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 12. *art.* 6. *n.* 166.,
& 167. *Boer. deciſ.* 295. *num. fin. Koppen. dict.
deciſ.* 46. *n.* 33., *&* 34. *Rot. deciſ.* 101. *n.* 3., *&* 4.
coram Bich., & hæc eſt praxis Curię Romanæ om-
nibus benè nota, & conſonat ſtatutum hic in fine,
& ibid. Fenzon. n. 22. *Rot. in Romana Camby* 13. *Apri-
lis* 1681. *§. nil refragante coram b.m. Emerix Iuniore.*

Pronunciata autem manu prorecognita ob
contumaciam citati illam in termino præfixo nõ
recognoſcentis, an poſſit quis purgare moram,
29 & admitti ad negationem manus videtur affir-
mare *Gratian. cap.* 117. *num.* 14. *& ſeq. de Mari ad
Gizzarell. deciſ.* 43. *num.* 4.

At contrarium in terminis huius ſtatuti vide-
tur tenendum tanquam verius, quoties non
afferatur aliqua iuſta cauſa, cur citatus non
30 comparuit *ex benè firmatis per Fenzon. ad ſtat. Vrb.
lib.* 1. *cap.* 63. *num.* 108., *& infra*, qui licet loqua-
tur in confeſſione ficta ob non reſponſionem fa-
ctam poſitionibus, tamen idem rectè procedit
in recognitione ſcripturæ, dum ſtatutum hic ſe
remittit ad dictum *ſtat.* 68.

Ad recognoſcendum autem manum propriam
31 quilibet tenetur, & cogi poteſt *Rot. deciſ.* 247.
n. 1. *p.* 1. *recen.*, *& deciſ.* 244. *num.* 1. *coram Peutin-
ger.*, etiamſi agatur de ſcriptura ſolum ſubſcripta,
cum ex ſubſcriptione recognita, quæ dat robur
ſcripturæ, oriatur plena probatio contra ſubſcri-
bentem *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 79. *n.* 9. *&* 10.,
& etiam via executiua plenè *Pegas alleg. cap.* 7. *n.* 3.

Poteſt etiam quis cogi ad recognoſcendum
manum ſuam præuia grauatoria cum pœna, ac
33 mulcta pecuniaria, *vt* innuit ſtatutum hic, &
aduertit *Cappucc. d. art.* 7. *n.* 5., & benè hoc probat
Rodriquez. de execut. ſenten. cap. 1. *art.* 2. *n.* 11. *vbi in
verſ. hanc mirabilem* adducit ad propoſitum tex-
tum elegantem *in l.* 1. *§. ex hoc reſcripto ff. de ventr.
inſpicien.*, & hoc vidi quandoque practicatum,
at primus modus pronunciandi manum pro re-
cognita eſt magis vſitatus, breuior, & magis
proficuus, relicto ſi non inani, ſaltem longo
circuitu grauatoriæ.

Quando autem quis vrgetur ad recognoſcen-
34 dum manum ſuam, tunc tenetur ſtatim recogno-
ſcere, vel negare, nec eidem datur tempus ad de-
liberandum, cum agatur de facto proprio, *Man-
ſon. de cauſ. execut. qu.* 5. *n.* 43. *Franc. Marc. deciſ.*
904. *n.* 1. *& ſeq. p.* 3.

Et à tali pronuncia Iudicis, quod ſcriptura
35 habeatur pro recognita, in odium non recogno-
ſcentis non datur appellatio, *Rebuff. vbi ſupra in
præfat. num.* 80. *Azeued. alleg. l.* 5. *n.* 4. *Manſon. dict.
q.* 5. *nu.* 43. *verſi. nec appellatio*, *Poſt. de manut. ob-
ſer.* 98. *num.* 9. *& reſol. ciuil.* 62. *n.* 3. *&* 4. *Fenzon.
hic nu.* 22. *& ſeq. Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *Rubr.*
32. *n.* 11. *Caualcan. deciſ.* 27. *num.* 7. *circa finem lib.* 2.
Rot. Lucen. diuerſ. 11. *verſic. additur ex abundanti
Manfrell. ad Capice. Latr. deciſ.* 55. *n.* 13.

Nec in dicto Iudicio recognitionis regulariter
admit-

Digitized by Google

36 admittuntur exceptiones, eum aliud à Reo con-
uento non queratur, niſi an ſcripſerit, nec ne
Fenzon. hic num. 21. Poſt. de manut. obſer. 98. nu. 9. verſic. nec poteſt opponere, & dict. reſolut. 62. n. 5.

Non tenetur tamen quis recognoſcere ſcri-
37 pturam omninò nullam, & non continentem
efficacem obligationem, *Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 21. n. fin. p. 1. Ricc. deciſ. Archiep. Neapol. 220. per tot. par. 4.*

Quod declara procedere, ſi euidenter ſcriptura
34 ſit nulla, ſecus ſi ſuper nullitate cadat diſcuſſio,
vt plenè firmaui in meo *voto deciſ.* quod hic in-
ſeritur tenoris ſequentis.

Agatha debitrix mutui ſcutorum quinqua-
ginta vigore apochæ priuatæ non poteſt retarda-
re illius recognitionem, alias debet pronunciari
39 pro recognita iuxtà praxim omnium Tribuna-
lium, *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 108. Poſt. de manut. obſer. 98. n. 9. Ridolph. in prax. p. 1. cap. 2. n. 210.*, & expreſſe hoc diſponit. *Stat. Vrb. lib. 1. c. 84. & ibi notat Fenzon. n. 19., & 20.*

Nullitas apochæ, ex quo facta ſinè ſolemnitati-
bus *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151.*, & ex quo non archi-
40 uiata, non poteſt retardare huiuſmodi recogni-
tionem, cum requiratur nudum factum recogni-
tionis, & an ſcripſerit apocham *Fenzon. dict. c. 84. nu. 21. Poſt. reſol. 62. nu. 5. Magon. deciſ. Lucen. 25. n. 45.*; & ob hoc decretum mandans ſcripturam
haberi pro recognita nullum infert grauamen,
41 ideoque ab eo non datur appellatio *Bald. conſ. 334. lib. 4. Fenzon. alleg. cap. 84. num. 22. & ſeqq. Poſt. reſol. 62. num. 3., & 4. Ridolph. alleg. cap. 2. nu. 210. Borgnin. deciſ. 27. n. 6. circa finem par. 1.*
nam poſt factam recognitionem diſceptabitur de
42 viribus apochæ, quæ prætenditur nulla *Poſth. reſol. 62. n. 5., & de manut. obſer. 98. n. 9. verſic. nec poteſt opponere*; præcipuè dum in decreto deman-
datæ recognitionis fuit præſeruatum ius dedu-
cendi aſſertas nullitates.

Nec obſtat, quod quis non poſſit cogi ad re-
43 cognoſcendum ſcripturã nullam *Genoa de ſcript. priuat. lib. 2. tit. de apoc. manu debitor. conſcript. n. 36. Borgnin. deciſ. 27. n. 54. p. 1.*, nam cum Doctores
44 intelligendi ſint iuxtà doctrinas, quas allegant
iuxta monitum *Bartol. in l. non ſolum §. ſi liberationis n. 7. verſic. prætereà ff. de liberat. legat. Gratian. deciſ. 81. n. 7. Rot. deciſ. 66. num. 8. coram Coccin.* dum
Genoa allegat pro ſe *Borgnin alleg. deciſ. 27.*, &
hic adducit *Caſtrenſ. conſ. 134. lib. 1.* qui non di-
cit id, ad quod allegatur, nam ſolum ibi *Ca-
ſtrenſis* probat, quod ſcriptura priuata etiam re-
cognita per ſcribentem non præiudicat tertio, ac
creditori Inſtrumentatario, niſi concurrant requi-
ſita *l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. habean.*, vel
æquipollentia.

Prætereà cum recognitio ſcripturæ ſit proba-
tio ex propria confeſſione recognoſcere debentis,
45 ſemper admitti debet ad inſtar confeſſionis, quæ
prætenditur elici ex reſponſione ad poſitiones
Poſt. de manut. obſer. 98. nu. 8. verſic. non tamen, Gizzarell. deciſ. 41. n. 12. & ſeq.

Et amplius exceptio duarum nullitatum op-
poſita non ſubſiſtebat, nam illa reſultans ex non
archiuiatione apochæ erat chimerica, dum in
Alma Vrbe archiuiatio prædicta non ſeruatur,
46 vt eſt notorium; & amplius talis defectus non
attenditur, quandò conſtat de legalitate ſcriptu-
ræ, & ceſſat ſuſpicio fraudis, *Thomat. deciſ. 68. n. 119., & ſeq. Rot. deciſ. 662. n. 4. p. 1. rec. & dec. 466. n. 4. coram Buratt.* hic autem fraus ceſſat, dum non
agitur in præiudicium creditorum anteriorum,
vel tertij poſſeſſoris habentium cauſam à muliere
ex Inſtrumento, ſed ſolum agitur inter credito-
rem, & debitricem.

Alia verò nullitas, quia mutuum contentum
in apocha eſſet contractum ſiue ſolemnitatibus
Stat. Vrbis 151. requiſitis in contractibus mulie-
rum, non releuabat quia mutuum fuerat contra-
ctum pro ſatisfacienda mercede debita ope-
rarijs, qui excallauerant vineam mulieris, & pro
qua ijdem obtinuerant mandata, & ſic ex tali
verſione in cauſam vtilem, & neceſſariam mulie-
ris, nullitas non erat allegabilis, vel ſaltem erat
47 turbidiſſima, vndè ſub illius prætextu non po-
terat retardari recognitio apochę, præcipuè
dum in decreto facto ſuper habenda recognitio-
ne fuerant præſeruata iura dicendi de nullitate
quatenus de Iure competerent. *Hactenus Votum.*

Tenetur quis recognoſcere manum ſuam in
libris mercantilibus appoſitam abſque eo, quod
48 realiter in iudicio producantur ad parcendum
expenſis Regeſtri, ac alijs faciendis pro librorum
recuperatione, precisè *Rot. deciſ. 247. p. 1. recen.*

Prout illitteratus, & qui neſcit ſcribere tenetur
49 recognoſcere ſignum Crucis, vel aliud ſignum
à ſe factum in ſcriptura pro illius firma *d. Rebuff. vbi ſupra n. 58. Pegaſ. reſol. forenſ. cap. 1. n. 9.*

Si quis autem recognoſcat ſuam manum di-
cendo, ſcripturam à ſe ſcriptam, vel ſubſcriptam,
50 ſed neget in illa contenta, debet ipſe probare
contenta in ſcriptura non eſſe vera, nam alias
vigore recognitionis præfatæ fit contra ipſum
executio *Azened. dict. leg. 5. n. 12. Borgnin. deciſ. 27. n. 5. lib. 2.*

Aduerte tamen in terminis etiam Iuris com-
munis, quod Filius tenetur recognoſcere ma-
51 num Patris, cum præſumatur, de illa infor-
matus, *Burſat conſ. 39. num. 29. lib. 1. Fenzon. hic nu. 22. Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 21. n. 34. verſic. filius quoque Capicc. latr. deciſ. 55. n. 5., Rot. deciſ. 522. nu. 3. coram Seraph., & in Bononien. dotis 23. Maij 1661. §. his denique coram Veroſpio.*

52 Prout vxor tenetur recognoſcere manum ma-
riti *Burſatt., & Capicc. latr. vbi proximè, Caualcan. deciſ. 27. n. 55. lib. 2.*

Dominus illam Inſtititoris *dicti Burſatt., & Caualcan. ac Capicc. latr. dict. deciſ. 55. n. 4. & 5.*

Hæres illam defuncti *Burſatt. loco cit. Capicc. latr. n. 6 Azened. in dict. l. 5. n. 15. Cappucc. in prax. tom. 2. p. 2. cap. 6. artic. 6. n. 154. fol. 178.*

Et licet in hoc contrarium velit *Rodriguez. de execut. rei iudic. cap. 1. artic. 2. n. 14.* motus ex ratio-
ne *tex. in l. Marcellus ff. rer. amotar.*, tamen prima
54 opinio eſt in praxi recepta, ex quo hæres cenſe-
tur eſſe vna, & eadem perſona cum defuncto, &
in ipſum tranſeunt omnia iura actiuè, & paſſiuè,
ideoque ſicuti defunctus tenebatur recognoſcere
ſcripturam à ſe ſcriptam, vel ſubſcriptam, ità
& illius hæres.

Aduerte tamen, quod ſi quis euaſerit cęcus poſt
confectam ſcripturam, prout ſi filius, vxor, do-
minus, hæres inciderint in cęcitatem, non poſ-
55 ſunt cogi ad recognoſcendum, cum enim talis
recognitio dependeat principaliter à ſenſu viſus,
prop-

Digitized by Google

propterea illo priuati non poſſunt facere talem recognirionem, & talem caſum habui de facto, & fuit ceuocata pronuncia facta, ſcripturam haberi pro recognita, ex quo ciratus ad recognoſcendum, deduxerat legitimam cauſam, ac iuridium impedimentum, cur non comparuit ad recognoſcendū, & in dicto caſu creditor conuolauit ad probationes per poſitiones, nam cum illis poſuit ſuiſſe confectam ſcripturam certi tenoris, & cum tali obligatione ab ipſo Reo conuento tempore, quo ſenſu viſus non erat priuatus, ſubſcriptum, & cecus illam faſſus fuit, & ſic Actor hac via conſequutus fuit intentum, ſed ſi poſitiones fuiſſent negatæ, debebat per teſtes fieri regnitio.

Nec cogi poteſt ad recognoſcendum ſenex decrepitus apopletico morbo grauiter correptus, à quo fuit priuatus ſenſibus, cum tali conſternatione potentiarum, vt non diſcernat quid faciat, & hic caſus mihi cuenit de facto, & non ſolum
56 ex fide Medicorum, ſed etiam ex perſonali acceſſu ad Infirmnm habui, quod non erat compos mentis, nec cognoſcebat quid agebat, nec loqutbatur in recto ſenſu, dum ad interrogata, nedum non reſpondebat adequatè, verùm omninò incongruas, ac à loquendi modo prorſus alienas dabar reſponſiones, vndè dixi intrare ea, quæ firmata ſunt *in Annot. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 68. artic. 1. n. 192.* vbi fuir dictum quod ſenex decrepitus, & qui non eſt in eecto ſenſu, non teneeur reſpondere poſitionibus.

Talis recognitio ſcripturæ ritè fit nedum co-
57 cam Iudice, ſed etiam coram Notario *Rodriguez de execnt. rei iudic. cap. 1. artic. 2. n. 7.*, & ità practicatne qnota die in Tribunalibns Vrbis.

Ad hoc autem, vt citatio ad recognoſcendum manſi afficiat, & poſſit illa pronunciari in contumaciam nou recoguoſcentis pro recognita, debet eſſe de Iure perſonaliter execura, cum agatur
58 de re magni præiudicij *Azeued. alleg. leg. 5. n. 17. & 18. & tit. 21. tom. 2. Rodriguez. de execnt. ſenten. cep. 1. artic. 2. n. 10. verſic. cui ergo dubitationi* vbi teſtatue dc commnui omnium ſententia, *Pegaſ. reſol. Forenſ. cap. 1. num. 7., & 8.*

Fallit ex ſtatuto noſtro hic dum dedit formam illam faciendi, prout in *Stat. 68*, & ſic ſat eſt exe-
59 qui citationem ad recognoſcendum iuxtà formam præſcriptā de faciendis citationibus à *Stat. 51. lib. 1.* & ſi in Cauſa adſit etiam Procurator, tunc ad recognoſcendum nedùm principalis, ſed etiam Procurator debet citari, ex diſpoſitione ſtatuti hic, & prius *ſtat. 53. lib. 1.*

Si verò agatur de ſcriptura, nec ſcripta, nec ſubſcripta à Reo conueneo, ſed à tertio de eius
60 ordine, & ſub illius nomine, tunc ſi per obligatum in illa recognoſcatur, habet contra ipſum executionem paratam, ac ſi ab eo ſcripta, vel ſubſcripta eſſee, *Couarr. pract. quæſt. cap. 22. n. 2. Azeucd. dict. leg. 5. n. 12. & 13.*

At ſi à dicto Reo connento talis ſcriptura confecta à tertio negetur, tunc ex ſola recognitione facta à dicto tertio ſcribeute oou afficitue in ea obligatus, niſi legitimè per teſtes probetur mandatnm, quod ſcilicet ſcriptura facta fuit de mandato illins, qui tepetitur in ea obligatus, ea
61 ratione, ne plus deferatur ſcripturæ, quàm voci viuæ ſcribentis, *Gait. dc Credit. cap. 2. tit. 8. num. 2791., & 2798., & ſeq. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1070., & infrà, Rodriguez. de execnt. rei indic. cap. 1. artic. 2. num. 12. Bonden. collect. legal. 30. n. 39. Poſt. de mannt. obſer. 98. n. 33., Gratian. deciſ. 114. n. 8., & infra, Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 22. n. 4.* vbi quod debet probati mandatum, nec ſtatur aſſer-
62 tioni ſcribeotis de illo atteſtantis, *Poſt. de manut. obſer. 97. n. 10. Gratian. d. dec. 111. n. 11. & 12. Magon. deciſ. Lucen. 5. n. 37. Tryſtan. deciſ. Catal. 57. n. 23.*

Si tameu cum tertio, qui ſcripſit, & recognouit ſcripturam vti à ſe ſcriptam de mandato concurrant admiuicula pro veritate ſcripturæ, tunc
63 cum ralis tertius ſit teſtis deponens de facto proprio, dum eius dictum eſt adminiculatum plenè probat *Gait. de Credit. cap. 2. tit. 8. n. 2733.*

Talis tamen ſcriptura confecta à tertio de man-
64 dato, etiam recognita per teſtes deponentes de tali mandato non habet executionem paratam *Azeued. dict. leg. 5. n. 7. & in terminis ſtatuti Vrbis lib. 1. cap. 83.* dantis viam executiuam ſcripturis priuatis, quod non procedat in huiuſmodi ſcripturis coufectis à tertio de mandato, & non ſcri-
65 ptis, nec ſubſctiptis à debitore conuento, tenet *Fenzon. ad idem. Stat. 83. num. 8. & ſeqq.*; & hoc de
66 ſumitur ex littera eiuſdem *Stat. 83.* cum dat viam executiuam tantum apochis ſcriptis, vel ſubſcriptis contrà ſcribentem, vel ſubſcribentem, ac eius hæredes, & ſic cum agatur de ſtatuto conerà Ius dante executionem apochis, ac ſcripturis priuatis, de Iure talem viam executiuam uon habeutibus, debet ſtrictè intelligi prout ſonat, & non extendi ad Scriptutas non ſcriptas, nec ſubſcriptas à debitore in eo obligato, ſed à tertio de mandato.

Quod ſctiptura ptinata pet ſcribentem plenè peober, procedit ſolum contra ipſum recognoſcentem, & eius hæredes, non verò quo ad alios Creditores recognoſceutis, habentes pro eorum creditis Inſtrumenta publica, nec qnoad tertios poſſeſſores babentes cauſam nō à ſcribente, ac recognoſcente, cum quoad illos ſcriptura priuata
67 operetur ſolum prout ex nunc de tempore recoguitionis, & non à die appoſita in ſcriptura, aliàs poſſent in præiudicium Creditorum anteriorum, ac tettiorum poſſeſſorum couſici de recenti ſcripturæ priuatæ ad effectum illis præiudicandi; vndè ad hoc vt his non fiat ptæiudicium debet fieri recognitio pee tres teſtes deponentes
68 etiam de tempore contento in ſcriptura priuata, *Azeued. in dict. leg. 5. num. 21. & ſeq. Rebuff. in alleg præfat. num. 81. ad 83., Salgad. labyrint. credit. p. 2. cap. 21. num. 27. Rodriguez. de execnt. rei indic. c. 1. artic. 2. n. fin. Manſ. conſult. 193. n. 7. Koppen. deciſ. 96. num. 29., & 34. Rot. in Farfen ſen Nullins Salniani 30. Maij 1664. coram Albergato*, vbi quod teſtes
69 debent deponere de tempore confectæ apochæ, alias illa non præiudicat creditotibus, qui medio tempore conrraxeruut.

Quoties tamen pro vetitate ſcripturæ priuatæ concurrant adminicula, etiamſi deficiant rres teſtes, dum aliunde ceſſat ſuſpicio antidatæ, teco-
70 gnitio tunc non aſſumit vires à die, quo illa facta fuit, ſed à die confectionis ſctipruræ, & ſic ptæiudicat etiam tettijs poſſeſſotibus, & creditoribus Inſtrumentarijs, & præfertut creditor vigore ſcripturæ priuatæ anterior etiam creditoribus vigore publicorum Inſtrumentotum *Sadarin. reſponſ. 20. num. 33. & ſeqq. Marcſcott. var. reſol.*

Tom. I. Dd *lib. 1.*

lib.1.cap.79.n.11.& ſeq.Salgad. labyrint.credit.dict.
cap.21.num.29. & ſeq. Poſt. reſol. 14. n.10. & 11.
36.& 37.plenè Rot. deciſ.290t. coram Coccin., &
deciſ. 97.num.10., & ſeq.p.14.recen.

Pariter ſi recognitio ſcripturæ priuatæ facta
ſit à teſtibus in ea deſcripeis eadem die confectæ
apocæ per Inſtrumentum publicum recognitio-
nis cogatum à Notario coram alijs duobus te-
71 ſtibus, talis apoca hoc modo recognita non
egee alia recognitione rigoroſa ſuper tempore,
quo confecta fuit, ex quo non ſubiacet ſuſpi-
cioni antidatæ, & ſic præualet etiam Inſtrumen-
to publico poſteriori, Gait.dict.cap.2.tit.8.n.2940.
& 2975., & infrà, & præciſè, ac plenè Rot.deciſ.
372., 408., & 428. coram Priol.

Recognitio tamen ſcripturę priuatę non requi-
ritur quando pars in illius productione tacuit,
72 & nihil oppoſuit, cum videatur ex hoc ſcriptu-
ram approbaſſe Mareſcott.alleg. cap.79.n.3.lib.1.,
Bonden.collect. legal.9. num.21. tom.1. Fenzon. hic
n.7. Rot. deciſ.99. n.3. coram Verall. lib.2. deciſ.18.
num.4. coram Duran. deciſ. 120.num.11. p.10. rec.
& deciſ.540 num.14. coram Manzaned. vbi quod
73 ſi contra ſcripturam productam, & admiſſam
non fuit oppoſita recognitio, non poteſt pars
contra illam opponere.

Ac non facta oppoſitione recognitionis à prin-
cipio, ſi poſteà illa fiat etiam poſt ſententiam,
74 admittitur, Fenzon. hic.n.4.Poſt. de manut.obſer.
98.n.4.Bonden.vbi proximè nu.24. Rota deciſ. 131.
n.3.poſt Zacch.de oblig. Camer. deciſ.18.n.23.coram
Buratt.deciſ.2. n.7., & ibi Add.litt.D.& deciſ. 318.
nu. 8. coram eod., & poteſt opponi etiam in gra-
75 du appellationis in Curia, quod Iura non ſunt
recognita, & non ſunt in forma probanti, vt ex
Rota tenet Gratian. cap.677.n.11. & 12., vbi quod
poteſt opponi etiam poſt ſententiam in allega-
76 tionibus Iuris deciſ. 143. num.3. p.2. recen., vbi
quod defectus recognitionis non oppoſitus in
partibus poteſt opponi in Curia.

Et tali caſu ſufficit, quod fiat recognitio quan-
do de illa opponitur dict.deciſ.731.n.4.poſt Zacch.
de oblig. Cameral.

Oppoſita verò recognitione, ſi illa non fiat,
77 Iura, ſiue publica, ſiue priuata non probant,
Poſt.obſer.98.n.6.. & infrà Rot.deciſ.63.n.2.& ſeq.
poſt.2.vol.conſ. Farin. & in Albanen. Hæreditatis
11.Martij 1661. §. Iniuſtitia coram Albergato.

Quinimmò ſi oppoſita recognitione, illa non
78 fiat tempore debito, proceſſus remanet nullus
Fenzon.hic n.5. Bonden.dict. collect. 9. n.25.Rot.de-
ciſ. 430.n.7. coram Rembold.

At oppoſitio recognitionis debet eſſet ſpeci-
79 fica, & non ſufficit generalis per oppoſitionem
generalia contra, Fenzon.hic n.7.Bonden.vbi proximè
num.22.Rot.deciſ. 318.num.9.coram Buratt., & de-
ciſ. 120.n.15. & infra p. 10. recen.

Taliſque oppoſitio ſpecifica recognitionis de-
80 bet fieri in termino citationis ad dicendum con-
tra Iura, & admiſſionem Iurium, alias facta
extra dictum terminum, parte non intimata, non
ſuffragatur Cappucc. in prax. tom.2. par.2.cap.6.
artic.6.n.157. fol.178. Rot. deciſ. 318. n. 8. verſic.
proteſtatio namque coram Buratt., & deciſ.120.n.17.
p.10.recen.

Quando tamen fuit proteſtatum, iura, & ſcri-
pturas non admitti, niſi illis formiter recogni-
81 tis, tunc requiritur formalis recognitio, alias
non dicuntur in forma probanti, Rot.deciſ.26.per
tot., & deciſ.120.n.1. & ſeq.coram Peutinger, &
in Albanen.hæreditatis 28. Iunij 1660. §. nec vigo-
re coram Albergato.

Et tali caſu Inſtrumenta, ſcripturæ, ac Iura
82 non recognita non probant, Poſt. obſer. 98. n.6.
Rot.deciſ. 452.n.1.p.3.recen.deciſ.120.n.5.& 6. co-
ram Peutinger.. & in dicta Albanen.§. Iniuſtitia co-
ram Albergato.

Deberque recognitio fieri parte citata, alias
83 facta extraiudicialiter non releuat Valenz. Ve-
laſqu. conſ.112.n.31.lib.2. Poſt.obſer. 98. n.7. Rota
deciſ.426. n.2.& 3.poſt.ipſum, & deciſ.1047. n.fin.
coram Pen.

Præcipuè quando fuit oppoſitum, quod reco-
gnitio non fiat niſi pro diebus, & horis certis in-
84 timandis, tali quippè caſu recognitio facta non
citata parte, & per acta alterius Notarij multò
minus ſuffragatur Rot. deciſ. 26., & deciſ.120. per
tot.coram Peutinger.

Nec valet recognitio facta in termino citatio-
85 nis ad dicendum contra Iura, intra quem termi-
num fuit facta prædicta proteſtatio, ac oppoſi-
tio Poſt.dict.obſer.98. num.6.Rot. dict. deciſ. 26. co-
ram Peutinger. deciſ. 318.n. 8. & 9. coram Buratt.
& deciſ. 318. n.10.& 11. coram Priol.

Prout recognitio facta coram Iudice incompe-
86 tente eſt nullius valoris, Valenz.Velaſq. conſ.112.
num.31.& ſeq. lib.2.

An autem oppoſitio recognitionis poſſit fieri
87 in allegationibus Iuris, in quibus dicatur ſcri-
pturam non eſſe in forma probanti, Gratian.cap.
677. n.12.Fenzon. hic.n.6.Bonden.dict. collect.legal.
9.num.6. tenent quod ſic.

Sed Fenzon.dict.n.6. refert contrarium tenentes,
88 prout contrarium tenet Crauett. conſ.150. num.2.
verſic. quod non ſufficit opponi, dicens, debere de
hoc opponi in proceſſu.

Poſſunt dictæ contrariæ opiniones reduci ad
89 concordiam, vt prima procedat, ſi allegationes
Iuris quibus fuit oppoſitum, quod Iura non ſunt
in forma probanti, fuerint factæ de actis, ac ap-
poſitæ in proceſſu cauſæ, vt in pluribus locis pra-
cticatur, ſecunda verò, quandò tales allegatio-
nes Iuris dantur ſolum extraiudicialiter Iudici,
qui quoad probationum exiſtentiam, vel defe-
ctum debet ſolum attendere acta, & proceſſum
cauſæ, & ex dictis debet de tali recognitio-
ne expreſsè, ac ſpecificè opponi, nam non
facta tali oppoſitione cenſentur Iura producta
admiſſa.

Aduerte tamen, ne dicatur contradictoria fuiſ-
ſe ſupra per nos firmata, quod oppoſitio reco-
gnitionis non facta à principio operatur quidem
90 validitatem proceſſus, & ſententiæ deſuper latæ
ſuper iuribus non recognitis, at non facit, quod ſi
poſtea opponatur de recognitione non oppoſita
in partibus, quod illa fieri non debeat, etiam ſi
oppoſitio fiat in gradu appellationis, vt tenet
Gratian.cap.677. n. 11., & fuit ſupra probatum.

Recognitio autem ſcripturæ priuatæ, quando
fuit à parte negata debet fieri, vel per teſtes ha-
bentes notam manum, vel his deficientibus per
comparationem, ſuper quo primò modo faciendi
recognitionem per teſtes ſunt diſtinguendi ali-
qui caſus.

Et

Digitized by Google

Et primus eſt ſi agatur de recognitione ſcri-
pturæ, in cuius confectione teſtes fuere præſentes,
& tunc ſi illi recognoſcant nedum ſcripturam,
& manum ſcribentis, ſed ſimul deponant fuiſſe
præſentes confectioni talis ſcripturæ, hic modus
recognitionis eſt melior omnium, cum teſtes de-
ponant nedùm de præſentia confectioni ſcriptu-
ræ, & quod viderunt ſcribere, ſed etiam de actu
91 coram ipſis, vt talem recognitionem pro melio-
ri celebrant *Rubens de Teſtam.c.28.n.358.,Gait.de.
Credit.cap.2.tit.8.n.2781., & infra, Ludouic. deciſ.
Peruſ.7.n.13.Magon.deciſ. Florent.81. per tot.Rot.
deciſ. 20.n.3.coram Bich.*

Secundus caſus eſt quando teſtes non fuere præ-
ſentes confectioni ſcripturæ, de cuius recogni-
tione agitur, ſed illam recognoſcunt deponendo,
habere notam manum illius, qui ſcripſit, & con-
fecit ſcripturam, quam recognoſcunt, & licet ta-
lis recognitio facta per teſtes dicentes, ſe habere
92 notam manum, quia alias viderunt ſcribere, non
admittatur de ſtricto Iuris rigore, ſed ſit neceſſe,
quod teſtes deponant, ſe fuiſſe præſentes confe-
ctioni ſcripturæ, de cuius recognitione agitur,
vthanc opinionem tenent *Alex. conſ.76. num. 4.
lib. 3. Odd. conſ. 100. n. 63. Marcian. conſ.6. n.11.
verſ. ſed ſumus Mareſcott. cap. 79. n. 11. lib. 1. Ca-
ren. reſol. 120. n.3. Rub. de teſtam. cap. 28. n.349.
ad 363. vbi plenè Gait. de credit.cap.2.tit.8.n.2746.,
& infra, Gramatic. deciſ.84. Afflict. deciſ.181.n.8.
Ludouic. deciſ. Peruſ.7.n.17. Mart. Vot. Piſan. 45.
Add. ad Buratt. deciſ.143.n.39. Rot. deciſ.103.n.2.
coram Millin. deciſ.570.n.1. p.1. diuerſ.* vbi quod te-
93 ſtes in recognitione ſcripturæ priuatæ debent
reddere rationem, quia fuerunt præſentes illius
confectioni *deciſ. 192. n.2. part. 3. recent. deciſ.76.
n.final. part.6., & deciſ.7. n. 4. coram Amat. Du-
nozett.*

At contrariam opinionem, quod ſcilicet in
recognitione ſcripturæ priuatæ, in qua teſtes non
ſunt neceſſarij, nec conſueuere adhiberi, quod
94 ſufficiat recognitio facta per teſtes dicentes ha-
bere notam manum, ex quo pluries viderunt ſcri-
bere illum, de cuius manus recognitione agitur,
firmant *Marcian. conſ.6. n.11., Gratian. cap.710.
n.10., & ſeq., & cap.895. n.33., & 50.*, & hanc
opinionem paſſim ſequuta fuit, *Rota, vt in dec.553.
n.2. coram Canaler. deciſ.540. n.1. verſic. nibilomi-
nus coram Manzaned. deciſ.1868. n.2. coram Coccin.
deciſ.254. n.3. coram Carill. deciſ. 41. n.1. part. 4.
recent. deciſ. 282. n.5., & ſeqq. part. 9. deciſ. 311.
n.3. part.13., & deciſ.259. n.1., & infra part.19.*,
& paſſim alibi, in quibus deciſionibus id firma-
tur etiam de ſtylo Rotæ.

Et hæc ſecunda opinio procedit, licet agatur
de recognitione non totius ſcripturæ, ſed ſolius
95 ſubſcriptionis *Burſatt. conſ.39 n.24., & 25. lib. 1.
Rot. deciſ. 282. n.9. p.9. recent., & deciſ.1869. n.8.
coram Coccin.*

Quodque talis recognitio per teſtes, dicentes
96 habere notam, ſufficiat de ſtylo Tribunalis A. C.
*Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 1. n. 8. verſic. nihilominus
Saluſt Tyber. in prax. A. C. lib.1. cap.33. num.10.
Rubc. de Teſtam. cap. 28. n. 364., & ſeqq., Add.
ad Buratt. deciſ.143. n.45. Ridolph. in prax. part.1.
cap.2. n.139.*

Et generaliter talem eſſe ſtylum Curiæ Roma-
97 næ, *Veſtr. dict. cap.1. n.8. Granut. theor.15. n.23.
Ridolph. dict. n.139. Mareſcott. cap. 79. n.4. lib.1.
Poſt. reſol.14. n.14. Gratian. cap. 710. n. 10. Rot.
deciſ. 124. n.2. part.2. diuerſ. deciſ. 76. n. 32. p.6.
recent. deciſ.150. n. 29. part. 12. deciſ.97. n.1., &
ſeq. p.14. deciſ.353. n.14. coram Merlin., deciſ.163.
n.5. coram Royas deciſ.128. n.9., & deciſ.151. n.11.
& 13. coram Priol.*

Ac de ſtylo Rotæ vltra authoritates relatas ſu-
98 pra hic *n.96.* hoc dictum fuit per *Rot. deciſ. 150.
n.2. coram Seraph. deciſ. 173. n. 3. coram Coccin.,
deciſ. 321. n.7. coram Merlin. deciſ. 254. n. 2. apud
Carill., & deciſ.41. n.1. p.4. recent.*

Et recognitio taliter facta ſuffragatur etiam
99 in recognitione teſtamenti ad pias cauſas *Rub.
de teſtam. cap.28. num.433., & ſeqq., præciſè Rot.
deciſ.653. n.2., & 3. coram Canaler., & deciſ.124.
n.2. part. 2. diuerſ.*

Vnde opinio contraria ſupra relata, quod re-
cognitio facta per teſtes dicentes habere notam
manum ſcribentis, quia viderunt pluries ſcribere,
non ſuffragetur, niſi ſimul deponant, fuiſſe præ-
100 ſentes confectioni ſcripturæ, procedit tantum
de ſtricto iuris rigore, & extra Curiam Romanam
*Gratian. cap.710. n. 9. Rot. deciſ.686. n. 8., & 9.
coram Vbald. deciſ.553. n. 2. coram Canaler. deciſ.
353. n.14. coram Merlin., deciſ.1868. n.2., & de-
ciſ. 1901. n. 1. ad 3. coram Coccin.*, vbi loquitur
101 de ſcripturis priuatis confectis in Vrbe, & ad-
ducit rationem.

At concluſio, quod ſufficiat recognitio ſcri-
pturæ priuatæ facta per teſtes dicentes habere
notam manum, licet non fuerint præſentes con-
fectioni ſcripturæ, procedit in literis miſſiuis,
literis cambij, cedulis mercatorum, & ſimillibus
ſcripturis, quæ ſolent fieri abſente parte, & in
quibus non conſueuere adhiberi teſtes, ſecus in
ſcripturis obligationum, quæ fieri ſolent præſen-
102 te parte, nam in his ſibi imputet ille, qui obti-
nuit obligationem per apocham, ac ſcripturam
priuatam, ſi non curauit illam habere ſolemnem
cum teſtibus, *Burſatt. conſ.39. n. 25. lib. 1. Mar-
cian. conſ.6. n.11. Granut. Theor.15. n.25., & 27.
Cappuec. in prax. tom.2. part.2. cap.9. art.2. n.35.,
& ſeqq. Bonden. collect. legal. 30. n.33., & ſeqq.
tom. 2. Amat. deciſ. Ferrarien. 2. n. 16., & infra
Rot. deciſ. 570. part. 1. diuerſ., & deciſ. 61. n. 4.
part.5. recent.*

Prout declaratur, quod admittatur talis reco-
gnitio facta per teſtes habentes notam manum
de ſtylo Rotæ, ſi ſimul concurrant adminicula
103 pro veritate ſcripturæ taliter recognitæ, ceſtan-
tibus namque huiuſmodi adminiculis Rota non
admittit talem recognitionem *Rubens de teſtam.
cap.28. n.385., & infra* vbi allegat plures *Rota de-
ciſiones, & n.404., & ſeq., & præciſè Rot. deciſ.61.
n. 8., & infra part. 5. recent.*, quæ eſt inter illas
*Amat. Dunozett. deciſ. 7. deciſ. 389. nu. 2., & ibi
Add. n.6. coram Gregor. deciſ. 619. n.6., & 7. co-
ram Rembold. deciſ.475. n.6., & ſeq. coram Buratt.
deciſ. 540. n. 2. coram Manzaned.; Romana aug-
104 menti Dotis 14. Iunij 1680. §. tertio concurrunt
coram Rondinino*, in quibus deciſionibus firma-
tur, quod concurrentibus adminiculis pro veri-
tate ſcripturæ, multo magis procedit ſtylus Cu-
riæ, quod ritè fiat recognitio per teſtes habentes
notam manum.

Et præciſo ſtylo Curiæ, etiam de Iure commu-

105 ni, ſi concurrant adminicula pro veritate ſcri-
pturæ recognitæ per teſts habentes notam ma-
num, recognitio ſic facta ſuffragatur, *Mareſcott.
dict. cap.79. n. 6. Rub. de teſtam. cap. 28. n. 412.,
& 413. Amat. deciſ. Ferrar. 2. n. 30.*; & quando
concurrunt adminicula, tunc non eſt opus, quod
106 teſtes dicant in recognitione quod fuerunt præ-
ſentes confectioni ſcripturæ, *Rot. deciſ.292. n.15.
coram Buratt.*

Adminicula autem in propoſito ſat eſt, quod
107 ſint ab extra, vt contra *Gramt. theor.15. n. 22.
tenet ex Rot. deciſ. 1221. coram Seraph. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ.3. part.7. n. 23., & 24.
tom. 2.*

At talia adminicula requiri tantum in reco-
108 gnitione ſcripturarum, in quibus ſolent adhi-
beri teſtes, ſecus in illis, in quibus non ſolent adhi-
beri, *Rot. deciſ. 254. n. 3. coram Carill.* vbi firma-
tur, ſic eſſe intelligendas deciſiones contrarias
quotquot allegari poſſunt, & ita in ſpecie declarat
*deciſ.61. par.5. recent. quæ eſt deciſ.7. coram Amat.
Dunozett.*

Et è conuerſo ſi contra veritatem ſcripturæ pri-
uatæ vrgeant adminicula denigrantia illius veri-
109 tatem, tunc talis recognitio facta per teſtes ha-
bentes notam manum non releuat *Rot. deciſ.7. co-
ram Amat. Dunozett. repetita deciſ.61. p.5. recent.*
& ego alias ſic iudicaui.

Talis tamen ſtylus Curiæ, quod per teſtes di-
centes, habere notam manum ritè fiat recogni-
tio ſcripturæ priuatæ, non procedit, ſi agatur
110 de probando matrimonio, cum tali caſu requi-
ratur rigoroſa probatio, & non ſufficiat recogni-
tio facta per teſtes, qui non fuere præſentes, *Rot.
deciſ. 885. n. 2. coram Cerr. confirmata deciſ. 242.
n.4. ad 6. p.14. recen.*

At ſi concurrant adminicula, & præſumptio-
111 nes pro veritate ſcripturæ, & matrimonij, tunc
talis recognitio etiam in cauſa matrimonij ſuffi-
cit *Granut. Theor.15. n. 20. verſic. limitationem
col.2. Rot. deciſ.143. n.27., & infra coram Buratt.*

Quia teſtes deponentes habere notam manum
ex quo pluries viderunt ſcribere illum, de cuius
manus recognitione agitur, poſſunt faciliter de-
cipi in recognitione ob ſimilitudinem literarum,
& characterum, quæ poſſunt facilimè adulterari,
& quia ſcribendi forma in eadem perſona in dies
mutatur, cum aliter in adoloſcentia, aliter in
iuuentute, aliterque in ſenectute ſcribatur, vno
modo ſcribat ſanus, alio infirmus, vel conuale-
ſcere incipiens, diuerſimodè, ſi prius manus ſcri-
112 bentis ab aliquo laborioſo opere defatigata
fuiſſet, vel quia diuerſis calamo, & atramento
idem ſcribens vtatur, vt aduertunt *Genoa de ſcript.
priuat. lib. 2. tit. de apoc. mann. debitor. conſcript.
num.203., & infra, Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1.
quæſt. 24. n.9. plenè Rub. de teſtam. cap. 28. n.388.
ad 405. Actolin. reſol. forenſ. 70. n. 25. benè Ludo-
uic. deciſ. Peruſ. 7. n.15. ad 18. Amat. deciſ. Fer-
rar. 2. n. 18.*; hinc Iudices debent eſſe cauti, ac
valdè circumſpecti in admittenda huiuſmodi re-
cognitione facta per teſtes habentes notam ma-
num, & ſi ex eorum depoſitionibus non habeatur
quod ſint valdè informati de manu ſcribentis per
113 eos recognita, & quod pro veritate ſcripturæ
non concurrant aliqua adminicula, quin potiùs
contra eam adſit aliquis odor falſitatis, tunc non
attenta tali recognitione, non debent dare execu-
tionem huiuſmodi ſcripturæ, *vt ſeruauit Rot. de-
ciſ.7. coram Amat. Dunozett.*, & ego in ſimili ca-
ſu ſic iudicaui, & fuit præcisè firmatum *in
Vlisbonen matrimonij 2. Ianuarij 1613. coram Sa-
crato.*

In arbitrio quippè Iudicis eſt repoſitum, an
114 recognitio ſcripturæ ſit, nec benè facta, *plenè
Rub. de teſtam. cap. 28. n. 401., & ſeqq. Rot. de-
ciſ.254. n.4. coram Carill. repetita deciſ.159. par.9.
recent. deciſ.328. n.6., & 7. part.16., & deciſ.359.
n.9. part.19.*

Ex ſtatuto autem noſtro hic ceſſant huiuſmodi
altercationes, dum expreſsè admittit recognitio-
nem ſcripturæ priuatæ factam per tres teſtes de-
115 ponentes habere notam manum, licet non fue-
rint præſentes confectioni ſcripturæ, quod ſtatu-
tum eſt fundatum ſuper bona opinione, quæ ha-
betur de Romanis, quod non adulterent ſcriptu-
ras *Rub. dict. cap. 28. num.374., & infra Rot. de-
ciſ.1901. n.1., & ſeq. coram Coccin.*

At tale ſtatutum non procedit, quoties contra
ſcripturam recognoſcendam vrgeant ſuſpiciones
116 falſitatis, *vt per Rot. deciſ. 7. coram Amat. Du-
nozett., & deciſ.292. n.9. part. 19. recent.*, cum
ſtatuentes præſumantur diſpoſuiſſe, ad hoc vt
ſcriptura vera habeat ſuum effectum, non ad dan-
dam vim ſcripturæ ſuſpectæ de falſo.

Recognitio manus facienda per teſtes debet
fieri per oſtenſionem totius ſcripturæ recogno-
ſcendæ, & non per cancellos, vel feneſtrellas, ſi
contra ſcripturam non vrgeat odor falſitatis, ſe-
cus ſi ſit ſuſpecta de falſo, vel teſtes non ſint inte-
117 græ fidei, vel alias ſuſpecti, tunc enim oſtendi-
tur teſtibus, vel peritis illam recognoſcentibus
per feneſtrellas, & cancellos, & inter plures ſcri-
pturas conſimiles, *Rot. deciſ. 336. n. 1. part. 13.
recen. deciſ. 259. n. 7., & deciſ. 292. n. 10., &
ſeqq. part.19.*, vbi quod hoc remittitur arbitrio
Iudicis.

Et in certo caſu coram me diſcuſſo fuit facta
recognitio per feneſtrellas, & inter plures conſi-
118 miles, & coram me Iudice cauſæ, ex qua reco-
gnitione licet argueretur excelſa recognitio ma-
nus ex *Rot. deciſ.192. n.3. part.3. recent. deciſ.60.
n.1. part. 13., & deciſ.292. n.13. part. 19.*, nihi-
lominus cum ſuſpiciones vrgentes falſitatis fue-
rint in cauſa, quod fieret recognitio ſcripturæ
per cancellos, ac feneſtrellas, & inter plures con-
ſimiles, & illæ non eliderentur à recognitione ſic
rigoroſè facta, hinc denegaui tali ſcripturæ ſic re-
cognitæ dare executionem.

At aduertè, quod teſtes deponentes ſuper re-
cognitione manus probant, licet deponant de
119 credulitate, per verbum *videtur*, & de proprio
iudicio ex quo agitur de materia dependente à
iudicio intellectus, *Gratian. cap. 895. num. 33.,
& 50. Rub. dict. cap. 28. n. 418., & ſeqq. Actolin.
reſol. forenſ.70. n.31., & 32. Rot. deciſ.522. nu. 1.
ad 4. coram Seraph. deciſ.79. n.2. coram Mantic. de-
ciſ.553. n. 4. coram Canaler. deciſ. 150. n. 31., &
ſeq. part. 12. recen. deciſ. 27. n. 7. apud Zuff. de
proceſſ. Crimin. legitim., & in deciſione relata per
Actolin. dict. reſol.70. n.46.*

At talis recognitio non poteſt fieri per teſtes
dicentes, quod nunquam viderunt ſcribere illum
120 de cuius manus recognitione agitur, cum ta-
les

Digitized by Google

les teſtes non poſſint dicere habere notam manum illius, quem nunquam viderunt ſcribere *Rot. deciſ. 291. n. 1., & 2. coram Peutinger.*

Et ſi teſtes in recognitione dicant, ſe habere
notam manum ob ſimilitudinem characteris,
121 quia recepit plures epiſtolas à ſcribente, non
probant, etiamſi teſtes exibeant tales epiſtolas,
quia potuerunt eſſe ſcriptæ manu alterius, *Ridolph.
in prax. part. 1. cap. 2. n. 134. Rot. deciſ. 291.
n. 4., & 5. coram Buratt., & deciſ. 61. n. 5., & 6.
part. 15. recen.*

Hoc ſtatutum requirens tres teſtes in recogni-
tione ſcripturæ priuatæ, non comprehendit ſche-
dulam teſtamenti ad pias cauſas, in cuius reco-
122 gnitione talis numerus teſtium non requiritur,
prout Clerici, Eccleſiæ, & loca Pia non ſubiacent
huic ſtatuto, *plenè Rub. dict. cap. 28. num. 437., & infra*, vbi benè hoc probat.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Recognitio ſcripturæ per comparationem quomodò fiat, & quando illi locus ſit. Recenſentur requiſita neceſſaria in facienda tali comparatione, & an illa cumulatiuè fieri poſſit cum recognitione facta per teſtes habentes notam manum; & demum oſtenditur an ex recognitione facta per cõparationem reſultet probatio ſufficiens, vel ſolum ſemiplena.

SVMMARIVM.

123 *Recognitio ſcripturæ per comparationem fit cum alia pro certo ſcripta ab illo, de cuius manus recognitione agitur.*

124 *Recognitio per comparationem eſt fallax, & periculoſa, ideò illi non eſt locus, niſi in ſubſidium.*

125 *Recognitio per teſtes habentes notam manum eſt perfectior illa per comparationem.*

126 *Recognitioni ſcripturæ per comparationem non eſt locus, niſi illam petens prius præſtet iuramentum, quod non habet aliam probationem.*

127 *Iuramentum huiuſmodi eſt de forma, & n. 128., & 129.*

130 *Comparationi non eſt locus, ſi ſcriptura, ad quam fit comparatio, non ſit certa.*

131 *Certitudo ſcripturæ, ad quam fit comparatio, debet haberi a Iudice, antequam demandet recognitionem.*

132 *Certitudo ſcripturæ probatur per confeſſionem partis, vel productionem ab ea factam, vel ſi alias de illa non dubitatur.*

133 *Idem ſi ſit extracta ab Archiuio publico.*

134 *Certitudo non habetur ex ſimplici aſſertiua ſuper recognitione emiſſa à Notario ſine teſtibus.*

135 *Secus ſi recognitio facta ſit coram Notario, & duobus teſtibus.*

136 *Deficiente ſcriptura certa poteſt cogi quis ad ſcribendum, ad hoc vt cum tali ſcriptura poſſit fieri comparatio.*

137 *Appellatio non datur à pronuncia Iudicis mandantis, quod quis ſcribat ad effectum faciendi comparationem.*

138 *Periti electi ad faciendam comparationem debent iurare, quod nec ſpe lucri, nec intereſſe, nec amore, vel odio illam facient.*

139 *Iuramentum hoc eſt de forma.*

140 *Periti huiuſmodi debent eſſe ſaltem duo, ſi fieri poteſt, & quidem debent eſſe periti in arte ſcribendi.*

141 *Peritus per partem ſi non eligatur, eligitur à Iudice ex officio.*

142 *In cauſa graui omninò requiruntur duo periti, & ſi duo non adſint in loco, debent eligi ex locis vicinioribus.*

143 *Periti in materia comparationis debent facere eorum relationem in ſcriptis.*

144 *Relatio à Peritis tali caſu quomodo fiat, & n. 145. & 146.*

147 *Periti in eorum relatione non debent denuo iurare, & illis de conſenſu partium electis ſtandum eſt in eorum relatione.*

148 *Recognitio per comparationem fieri poteſt, etiamſi præceſſerint alia facta per teſtes habentes notam manum, & n. 149.*

150 *Recognitio per comparationem in criminalibus non facit indicium ad torturam, præcipuè contra perſonam non malæ famæ.*

151 *Recognitio ſcripturæ per camparatianem ſecundum alios facit ſemiplenam probationem.*

152 *Secundum alios facit plenam probationem.*

153 *Referuntur Doctores vtrique opinioni fauentes.*

154 *Opinio, quod faciat ſemiplenam probationem, eſt verior, & datur etiam Iuramentum in ſupplementum n. 157.*

155 *Arbitrium Iudicis plurimum pollet in hoc, quod ſi concurrant adminicula pro veritate ſcripturæ, poterit arbitrari pro plena probatione, & num. 156.*

157 *Recognitionem ſcripturæ tam per teſtes habentes notam manum, quàm per comparationem, qui Doctores tractent, vide remiſſiuè.*

ALter modus recognoſcendi ſcripturas priuatas
eſt per comparationem, quia ſcriptura reco-
gnoſcenda comparatur cum alia ſimili pro certo
123 conſcripta ab eo, de cuius manus recognitio-
ne agitur, de quo modo recognitionis habetur *in
l. comparationes C. de fid. Inſtrum.*

Super qua recognitione per comparationem ſtatutum noſtrum hic, nihil de nouo diſponit, ſed recognitionem fieri mandat, prout Iura diſponunt.

Hæc autem recognitio facienda per compara-
tionem eſt valdè fallax, & periculoſa, & vitro
fragilior, ex quo manus, & modus ſcribendi, &
ratione ætatis, ac temporis æſtiui, vel hyemalis,
vel ratione infirmitatis, ac diuerſitatis atramen-
ti in dies mutatur, & quia alterius manus de fa-
cili imitari poteſt, & quandoque aliena manus à
malis viris eſt adeò benè imitata, vt quis coga-
tur dicere manum, ſibi videri ſuam, & quod ni-
124 hilominus ſcripturam non exarauit, ideò ad
hujuſmodi recognitionem per comparationem
non poteſt deueniri, niſi in ſubſidium, & defi-
ciente omni alia probatione, *Aldouin. conſ. 13.
n. 11., & ſeqq. Vermigl. conſ. 131. n. 14. Farinac.
conſ. 70. n. 17. lib. 1. idem in fragmen. part. 1. verba*

com-

comparatio n.516. Actolin. reſol. 70. n. 26., & ſeq.
& ibi Rot. n. 57., & alia deciſio ibid. n. 66. plenè
Rub. de teſtam. cap. 30. n. 505. ad 520. Rot. deciſ. 611.
n. 9. coram Buratt. deciſ. 363. n. 3. coram Duran. de-
ciſ. 199. n. 21. p. 5. recen. deciſ. 333. n. 2., & 3. p. 9.
& deciſ. 235. n. 14. p. 13.

Hinc recognitio per comparationem in con-
curſu alterius probationis factæ per teſtes haben-
tes notam manum, non eſt attendenda, ex quo
recognitio per comparationem admittitur tan-
tum in ſubſidium, cum ſit probatio coniecturalis,
125 & conſequenter fallax, probatio verò, quæ fit
per teſtes dicitur viuæ vocis, & ſic validior Fari-
nacc. in fragm. verbo comparatio n.516. Rubeus de
teſtam. cap. 30. n. 116., & 117. Theſaur. quæſt. fo-
renſ. 24. n. 25. in fine lib. 1. plenè Gait. de credit. c. 2.
tit. 8. n. 2867., & infra, Rot. deciſ. 610. n. 8. coram
Buratt., deciſ. 152. n. 3. coram Cerr. & in Rauen-
naten. Bonorum 9. Decembris 1682. §. fin. coram
Emerix.

Vndè antequam deueniatur ad recognitionem
per comparationem, debet præcedere iuramen-
126 tum calumniæ illam petentis, & quod non ha-
bet aliam probationem, alias comparatio eſt nul-
lius momenti §. ſi verò Auth. de inſtrum. caution.,
& fid. Vermigl. conſ. 131. n 14. verſ., & alias non
iurato, & conſ. 256. n. 17. Aldonin. conſ. 13. n. 14.
Gobb. conſult. deciſ. 35. n. 24. Ludouic. deciſ. Peruſ. 7.
n. 8. Rot. deciſ. 199. n. 18. cum duob. ſeqq. part. 5.
recen. deciſ. 333. n. 2., & 3. part. 9. deciſ. 163. n. 2.
coram Royas, & deciſ. 152. n. 3. coram Cerr., cum
alijs cumulatis per Rub., dict. cap. 30. n. 520. & ſeq.

Et tale iuramentum eſt de forma Farinacc. in
127 fragm. part. 1. verbo comparatio n. 491. Theſaur.
quæſt. 24. n. 8. lib. 1., & plenè Rub. dict. cap. 30.
n. 523., & infra.

Attamen ſi à parte tale iuramentum non fuerit
petitum, comparatio ſcripturarum exindè facta
non eſt nulla, licet tale iuramentum non præceſ-
128 ſerit, vt tenent plures relati per Rub. d. cap. 30.
n. 52., ſed contrarium poſteà ipſe tenet n. ſeqq.,
& præcipuè à n. 570., & infra, & hæc ſecunda
129 opinio eſt verior, ſi enim tale iuramentum eſt
de forma, vtique omitti non poteſt, & recognitio
per comparationem ſine eo facta non tenet ex de-
fectu formæ ſubſtantialis.

Requiritur etiam ad hoc vt dicta comparatio
ſubſiſtat, quod ſcriptura, ad quam fit comparatio
ſit omninò certa, nam deficiente tali certitudine
130 fruſtra petitur comparatio ſcripturæ incertæ
recognoſcendæ cum alia incerta, ad quam fit
comparatio, Vermigliol. conſ. 131. n. 15. Mareſcott.
var. reſol. lib. 1. cap. 79. n. 8. plenè Gait de credit.
cap. 2. tit. 8. n. 2089., & ſeq., & pleniſſimè Rub. de
teſtam. dict. cap. 30. n. 615., & infra Actolin. reſol.
70. n. 12. Gobb. conſult. deciſ. 36. n. 4. Cappuce. in
prax. tom. 1. par. 2. cap. 6. art. 2. n. 109. cum duobus
ſeqq. Ludouic. deciſ. Peruſ. 7. n. 1. Koppen. deciſ.
German. 46. n. 37. Rot. deciſ. 363. n. 10. coram Du-
ran. deciſ. 519. n. 1., & per tot. p. 4. recen. deciſ. 292.
n. 7. ad 8. par. 19., & deciſ. 1791. num. 28., & ſeq.
coram Coccin.

Et de tali certitudine debet conſtare Iudici
ordinario cauſæ ante recognitionem, & non ipſis
peritis electis ad faciendum comparationem,
cum periti non habeant iuriſdictionem ſuper co-
131 gnitione talis certitudinis, dum hæc ſuppoſita
procedunt ad comparationem Farinacc. in fragm.
par. 1. verbo comparatio n. 456., & infra, Gait. de
credit. dict. cap. 2., & tit 8. n. 2810. Rub. de teſtam.
cap. 31. n. 664., & 665.

Talis autem certitudo habetur, quando ſcri-
ptura, ad quam facienda eſt comparatio, eſt vel
132 confeſſata, vel producta per partem, quæ ſcri-
pturam recognoſcendam negauit, vel alias de illa
non dubitatur Actolin. reſol. 70. n. 11. Gobb. dict.
conſult. 36. n. 5., & plenè Add. ad Buratt. deciſ. 611.
133 n. 16. verſ. ſecundum requiſitum; vel ſi eſt extra-
cta ab Archiuio publico Rot. deciſ. 1791. n. 30., &
31. coram Coccin., & videatur Rub. dict. cap.
31. n. 623., & ſeq., qui plenè oſtendit, quandò
ſcriptura hoc caſu dicatur certa, & infallibilis.

Non dicitur tamen certa, & infallibilis ſcri-
ptura; ad quam fit comparatio, ſi habeat ſolam
134 recognitionem factam per ſimplicem aſſerti-
uam Notarij ſine teſtibus, Vermigl. conſ. 131. n. 16.
& 17., & conſ. 132. n. 15.

Sed ſi ſcriptura ſit recognita per ſcribentem
135 coram Notario, & duobus teſtibus, tunc dice-
retur certa ex traditis per Rot. deciſ. 372., 408.,
& 423. coram Priol; nam tali caſu diceretur con-
ſtare de certitudine ſcripturę per actum publicum.

At ſi non extaret aliqua certa ſcriptura, cum
qua poſſit fieri comparatio, poteſt Iudex com-
136 pellere debitorem, vel alium, contra quem eſt
facienda comparatio ad ſcribendum, ad hoc vt
cum ſcriptura exaranda, poſſit fieri comparatio,
l. comparationes C. de fid. Inſtrum. Farinacc. in dict.
verbo comparatio n. 483. Afflict. deciſ. 181. n. 5., &
ibi Vrſill. n. 9. Borgnin. deciſ. 27. n. 58. lib. 2. Ma-
gon. deciſ. Lucen. 17. n. 2. Rodriquez. de execut. rei
iudic. cap. 1. art. 2. num. 19. Scacc. de Iudic. lib. 2.
cap. 11. n. 93., & 94. Pigaut. ad Stat. Ferrar. Rubr.
21. n. 43. cum alijs congeſtis per Rub. dict. cap. 31.
n. 633., & ſeq.

Et à dicta pronuncia facta per Iudicem, quod
137 quis ſcribat coram ſe ad effectum faciendi com-
parationem non datur appellatio Gait. de credit.
cap. 2. tit. 8. n. 2744.

Periti autem electi à Iudice de partium con-
ſenſu, vel ex officio partibus citatis, & recuſanti-
138 bus eligere, debent iurare, quod nec ſpe lucri,
ac intereſſe, prece, neque odio, neque amore
ducti comparationem facient Vermigl. conſ. 256.
n. 14., latè Rub. dict. cap. 31. n. 594., & ſeq. Lu-
donic. deciſ. Peruſ. 7. n. 8. Add. ad Buratt. deciſ. 611.
n. 16. verſic. circa primum, Rot. deciſ. 152. n. 5., &
139 6. coram Cerr., & deciſ. 1791. n. 26. coram Coccin.,
vbi quod tale iuramentum eſt de forma Farin. in
dicto verbo comparatio n. 484. Gobb. conſult. deciſ.
36. n. 9., & 10.

Et periti eligendi debent eſſe tales in arte ſcri-
140 bendi, ac eligi debent ſaltem duo, ſi commodè
haberi poſſunt, Gratian. cap. 225. n. 44., & ſeq.
latè Rub. de teſtam. cap. 32. n. 700., & ſeq. Io: Paul.
Mel. alleg. 63. n. 9. lib. 3. Gobb. conſult. deciſ. 36.
n. 2., & 3. Ludouic. deciſ. Peruſ. 7. n. 7., & 9. Rot.
coram Coccin. deciſ. 1791. n. 23., & infra, vbi am-
plius ſubdit, quod ſi per partem citatam non
fiat electio ſui periti, fit per Iudicem electio non
ſuſpecti.

Si autem agatur de cauſa graui (licet alias ex
relatis per dictos Gratian., & Ludouic. ſufficiat vnus
142 peritus, ſi in loco duo haberi non poſſint) om-
ninò

ninò requiruntur duo, & non ſufficit vnus, & ſi
in loco non adſint, debent eligi ex locis vicinis,
Gratian. alleg. cap.225. n.57., & infra, ſuper quo
143 tamen videantur diſtinctiones factæ *per Rub.*
dict. cap.32. n.677., & infra Farin. in dicto verbo
comparatio n.481., & 482.

Qui periti debent facere eorum relationem in
ſcriptis, *Rot. deciſ.1791. num. fin. coram Coccin.*

Et in relatione debent referre ſuper eleuatione
144 litterarum, tractuum, diſtantiæ, connexionum,
& ſyllabarum, & tunc dicitur per illos facta com-
paratio cum diligentia *Farinacc. in dicto verbo*
comparatio n.494. Actolin. reſol.70. num. 18. Gobb.
conſult. deciſ.36. n.7. Rot. deciſ.1791. n.33., & 34.
coram Caccin., & in Romana augmenti Dotis 2. Iunij
1680. §. ſecundo veritatem coram Rondinino.

Periti tamen debent ſolum deponere de his,
145 quæ pertinent ad comparationem litterarum,
quæ conſiſtit in conſiderando litteras tam ſim-
plices, quam dupplicatas, & earum tractus, ſty-
lum, ac modum ſcribendi, & omnium ſimilitu-
dinem, vel diſſimilitudinem, non autem ſpectat
146 ad illos deponere, an eodem atramento, ac
tempore, ac de recenti ſcripturæ ſint compoſitæ,
& ſi hoc faciant tanquam deponentes de his, quæ
ad eorum peritiam non pertinent, non probant,
vt tenet poſt alios *Actoliu. reſol. forenſ. 70. n. 18.,*
& ſequen.

In relatione tamen facienda non debent denuò
147 iurare, vt faciunt alij periti, cum ſufficiat iu-
ramentum ab illis vt ſupra præſtitum, quandò
fuere electi, *Rub. dict. cap.32. n.613., & 614.* vbi
refert concordantes.

Et dictæ relationi peritorum de communi con-
ſenſu partium electorum ſtandum eſt, nec illa
impugnari poteſt, niſi docto de euidenti errore,
præcipuè ſi agatur de tertio perito de conſenſu
partium electo, ne detur proceſſus in infinitum,
vt in puncto firmauit *Rot. in Romana augmenti*
dotis 14. Iunij 1680. §. ſecundo veriorem coram
bo. mem. Rondinino.

Licet autem ex firmatis recognitio per compa-
rationem ſit ſubſidiaria, & non admittatur, niſi
deficientibus alijs probationibus, nihilominus,
ſi quis recognitionem ſcripturæ non benè fecerit
per teſtes deponentes habere notam manum, po-
teſt illam copulatiuè facere per comparationem
faciendam per peritos, *Ludouic. deciſ. Peruſ. 7.*
n.21., vbi quod hoc non habet difficultatem, &
idem ſeruatum fuit *per Rot. deciſ. 254. n.5. coram*
Carill., & in deciſ.328. par.16. recent., & in alle-
gata Romana augmenti Dotis coram Rondinino, vbi
fuere examinati teſtes ſuper nota manu, & ſimul
facta comparatio per peritos cum ſcriptura cer-
ta, & idem apparet *ex deciſ.292. num.1., & ſeqq.*
par.19. recen.

Et quando agitur ad magis eruendam verita-
149 tem ſcripturæ, quod ſit ſimul concedenda com-
paratio poſt examen teſtium deponentium ſuper
nota manu *Rot. deciſ.328. n.2., & 3. p. 16. recen.*
& in alleg. deciſ. 254. n.fin. in fine coram Carill. vbi
ad euitandas fraudes, quæ poſſunt oriri in facien-
da recognitione ſcripturæ priuatæ per compara-
tionem voluit, quod recognitio fieret cum inter-
uentu alicuius Procuratoris de Collegio.

Quando verò agitur in criminalibus recogni-
150 tio per comparationem præcipuè contra perſo-
nam non malæ famæ, nec facit indicium ad tor-
turam *Vermigl. conſ.231. n.13, Farinacc. vbi pro-*
ximè n.448. Theſaur. quæſt. forenſ.24. n. fin. lib.1.
Actolin. reſol. forenſ. 70. n. 25., & infra eam om-
nes adducentes rationem, quia in criminalibus
requiritur concludentiſſima probatio, & ſic non
ſufficit illa facta per comparationem, cum ſit
fragilis, vt vitrum, ac fallax ex ſupra firmatis.

A recognitione facta per comparationem, an
reſultet plena, vel ſemiplena probatio, diſſident
151 inter ſe ſcribentes tenentibus alijs pro ſemiple-
na, nempè *Rolan. conſ.26. n.12. lib.1.* qui teſtatur
de communi *Aldouin. conſ. 13. n. 11., & 12. Ro-*
driquez. de execut. rei iudic. cap. 1. artic. 2. n.19.
in fine Koppen. deciſ.46. n.39., & 59.; exiſtiman-
152 tibus alijs, quod faciat plenam probationem,
nempè *Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.79. num.7.*
Theſaur. alleg. quæſt.24. n.10., & infra lib.1.

Gait. verò de credit. cap.2. tit.8. n.2833., & ſeq.
153 refert Doctores hinc inde prout facit *Farinacc.*
dict. verbo comparatio n.495., & infra.

In hoc opinionum conflictu prima opinio vi-
154 detur verior, cum enim talis recognitio per
comparationem ſit periculoſa, & fallax, hinc
iuſtum non eſt, quod ex ea conſtituatur plena
probatio, ſed ſolum ſemiplena, & ita tenet etiam
Gobb. conſult. deciſ. 36. n.11. cum duobus ſeq. Rot.
apud Actolin. reſol.70. n.45.

At retinenda eſt declaratio *Theſauri loco mox*
155 *citato Cyriac. contr. 540. n. 58., & 59. & Fari-*
nacc. num. 541. Rot. deciſ.519. n.7. par. 4. recent.,
vt totum remittatur arbitrio Iudicis, qui pro
plena probatione inclinabit, quoties pro verita-
te ſcripturæ adſint adminicula, alias ſine illis
non dabit executionem ſcripturæ recognitæ per
ſolam comparationem, *vt per dict. Farinacc.*
n.539. ad 541. benè Gobb. conſult. deciſ.36. n.15.,
16., & 17., & hoc idem firmatum fuit ſu-
pra etiam in recognitione facta per teſtes haben-
156 tes notam manum, & videatur *Rub. de teſtam.*
cap.31. n.642., & ſeq., & cap. 32. à nu. 723.; &
poteſt in huiuſmodi materia comparationis de-
ferri iuramentum in ſupplementum plenæ pro-
bationis *Cyriac. contr. 540. n. 60. Gobb. vbi pro-*
ximè num.35.

Super recognitione ſcripturæ priuatæ tam per
teſtes habentes notam manum, quàm per compa-
157 rationem his paucis libatis ſi plura ſcire per-
optas videndi ſunt ad materiam *Vermigl. conſ.*
131., 132., & 256. Azeued. ad leg. Recopill. to.2.
lib.4. tit.21. leg.5. Rebuff. ad Conſtitut. Gall. tom.1.
tract. de chirograph., & ſchedul. recognoſcen. Gra-
tian. cap.677. Bonden. collect. legal.9. tom.1. Scacc.
de Iudic. lib.2. cap.11. Genoa de ſcript. priuat. lib.2.
tit. de apoc. manu debitor. conſcript. fol. 61. Poſt. de
manut. obſer. 93. Rodriquez. de execut. rei Iudic.
cap.1. artic.2. Gait. de credit. cap.2. tit.8. à n.2617.
ad 3180. Rub. de teſtam. cap. 28. ad cap. 32., qui
inter omnes latiſſimè materiam examinat, illum-
que laudat *Rot. deciſ. 328. par. 16. recen. Actaliu.*
reſol. 70. vbi refert per extenſum plures *Rotæ deci-*
ſiones, Theſaur. quæſt. forenſ. 24. lib. 1. Granut.
theorem. 15. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap.79.
Manſon. de cauſ. execut. quæſt.5. Farinacc. in fragm.
crimin. par.1. verbo comparatio à num.446. ad 551.
Fenzon. hic, Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.2. Rubr.32.
Sabell. in ſumm. diuerſ. literas §. ſcriptura à n. 13.
fol.117.

Digitized by Google

ſol.117. Gobb. conſult. decis.36. Pegas reſol. forenſ. cap.1. tom. 2. latè Ludouic. decis. Peruſ. 7. Koppen. decis. German. 46. Mart. Vot. Piſan. 45. Magon. decis. Florent.81. Rot.decis.150.par.2. diuerſ. decis. 192. par.3. recen. decis.199. par.5. quæ eſt coram Coeciu. decis.1791. decis.53., & decis.336. par.13. decis.328. par.16. decis.292. par.19. decis.553. coram Caualcr. decis.254. coram Carill., & decis.152. coram Cerr. repetita decis.333. par.9. recen.

De executione inſtrumentorum dotalium.

CAP. LXXXV.

INſtrumenta dotalia, donationis propter nuptias, alimentorum, & quæcumque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur ſub nomine, & occaſione dotis, citatis perſonis, quæ ex hoc principaliter lædi creduntur, ſtatim vt exhibita fuerint per Iudicem executioni mandentur contra debitores, & eorum hæredes, & quoſcumque poſſeſſores bonorum tacitè, vel expreſsè obligatorum, etiamſi tertij poſſeſſores ſint, & ab obligante cauſam non habeant, dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut poſt poſſeſſa fuiſſe probentur, nec non, & contra depoſitarium dotis, & bona eius; nullaque contra dicta inſtrumenta exceptio, niſi falſitatis, ſolutionis, ſiue ſatiſfactionis dumtaxat, opponi poſſit; quas ſiue earum aliquam opponens infra decem dies vtiles computandos, vt ſupra de executione inſtrumentorum dictum eſt, deducere, & probare, vt ibi idem ſtatutum eſt, teneatur. Quibus diebus decem elapſis, dicta inſtrumenta executioni mandentur realiter, ac etiam perſonaliter quo ad obligatos, eorumque hæredes in omnibus, & per omnia, prout in dicto capite eſt expreſſum, & per vnius viæ electionem alteri nullatenus præiudicetur.

ARGVMENTVM.

Dos de Iure non habet priuilegium viæ executiuæ, quæ illi attribuitur ad hoc ſtatuto; quod firmatur eſſe contra Ius, ac deciſorium ſeruandum in omnibus Curijs; non comprehendere tamen forenſem in Vrbe litigantem pro dote extra Vrbem, ac diſtrictum conſtituta. Oſtenditur ſimul, quod hoc ſtatutum procedit in dote etiam confeſſata, ſed adminiculata, & contra poſſidentem ex titulo alterius doris; procedit quoque in alimentis, ac lucro dotis. Non comprehendit Clericos, & Eccleſiaſticos, nec bona de directo dominio Eccleſiæ; contra dotem admittitur exceptio melioramentorum, ac compenſationis, ſi agatur de credito liquido, non tamen exceptio redditionis rationis tutelæ, & quando ſecus; ſi agatur contra tertium pro dote vigore huius ſtatuti quomodo ſit procedendum, & quid probandum oſtenditur. Demum plenè firmatur ex diſpoſitione Iuris communis contra tertium poſſeſſorem non competere viam executiuam, licet talis tertius in iudicio agitato contra principalem debitorem ſemper ſit citatus pro omni ſuo Iure, & intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Dos de Iure communi non habet viam executiuam.*

2 *Deliberatio facta cum mandato executiuo relaxato pro dote eſt ſpoliatiua ob defectum viæ executiuæ.*

3 *Statutum Vrbis dans viam executiuam doti etiam contra tertium eſt contra Ius.*

4 *Executiuè contra tertium non poteſt procedi, licet hic in quolibet actu ſit citatus pro ſuo iure, & intereſſe.*

5 *Statutum hoc eſt correctorium Iuris communis, ideò debet ſtricte interpretari.*

6 *Eſt deciſorium, & ſeruatur in omnibus Curijs Vrbis.*

7 A deciſ. 778. n.3. coram Coccin. *contrarium tenente fuit receſſum.*

8 *Tribunal Rotæ procedit ex hoc ſtatuto executiuè abſque eo quod illi communicentur facultates A.C.*

9 *Statutum hoc procedit etiam contra forenſem, quando fuit pactum, quod fieret inſtrumentum iuxta pacta in Vrbe apponi ſolita.*

10 *Procedit etiam fauore forenſis in Vrbe petentis dotem, & ibi exhibentis inſtrumentum dotale.*

11 *Contrarium defenditur, & declaratur* deciſ. 164. par. 19. recent., *& adducitur ratio num. 12. ad 18.*

15 *Statutum Vrbis, quoad deciſoria comprehendit ſolum Ciues, & Incolas, ac Diſtrictuales, & non forenſes, & n.16.*

19 *Via executiua pro dote contra tertium ex hoc ſtatuto procedit etiam in ſcripturis priuatis factis ſuper dote.*

20 *Si agatur contra tertium, qui nititur inſtrumento cum ſcriptura priuata debet excludi antidata.*

21 *Statutum hoc procedit nedum fauore mulieris, ſed & eius hæredum.*

22 *Procedit etiam in alimentis acceſſorijs ad dotem, & quæ veniunt in iudicio reſtitutionis dotis.*

23 *Mulier petens alimenta in reſtitutione dotis contra tertium illa conſequitur ſolum ad menſuram fructuum, quos tertius percipit ex re ab ipſo poſſeſſa.*

24 *Via executiua ex hoc ſtatuto contra tertium competit etiam pro lucro dotis, & donatione propter nuptias.*

25 *Pariter pro dote confeſſata, ſi de illius veritate conſtet ex adminiculis, & coniecturis.*

26 *Competit etiam contra bona fideicommiſſi, ſi dos ex eo detrahi poſſit, & non agatur de dote exceſſiua.*

27 *Procedit hoc ſtatutum etiam contra tertium poſſeſſorem bonorum de directo dominio Eccleſiæ.*

28 *Con-*

28 *Contrarium firmatur ex moderna opinione per Rotam amplexa.*
29 *Quod non habeat locum contra bona de directo dominio Eccleſiæ procedit, licet cum illis ſint admixta, bona ſimpliciter laicalia, & n.30.*
31 *Nec præſens ſtatutum procedit contra Clericos, ac Eccleſiaſticas perſonas.*
32 *Non procedit via executiua attributa ab hoc ſtatuto contra tertium poſſeſſorem ex cauſa alterius dotis.*
33 *Contrarium author defendit, & n.34.*
35 *Dictio* quoſcumque *eſt vniuerſalis, & non patitur reſtrictionem.*
36 *Via executiua ex hoc ſtatuto competit, etiamſi maritus pro reſtitutione dotis ſe non obligauerit.*
37 *Via executiua pro dote contra tertium, vt competat debet probari, quod bona ab hoc poſſeſſa prius poſſederit obligatus pro dote, vel de tempore obligationis, vel poſt.*
38 *Non competit via executiua ſuper cenſu à tertio poſſeſſo, ſi non fuit poſſeſſus à debitore, licet emptus cum eius pecunijs.*
39 *Nec competit ſuper bonis ſubrogatis.*
40 *Contrarium firmatur, quando ſubrogatio eſt facta* in omnibus, & per omnia.
41 *Procedit hoc ſtatutum ſuper pecunijs debitoris prouenientibus ex re poſſeſſa à debitore conſignatis cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*
42 *Via executiua, vt procedat contra tertium debent citari, nedum tertius, ſed etiam debitor dotis, vel eius hæres, & n.43.*
44 *Retentio pro melioramentis competit tertio conuento executiuè pro dote ex hoc ſtatuto, & num.45., & 46.*
47 *Via executiua pro reſtitutione dotis ex hoc ſtatuto non retardatur exceptione non redditæ rationis adminiſtrationis.*
48 *Fallit ſi oſtendatur ad manus mulieris repetentis dotem tot bona perueniſſe, ex quibus potuit de dote ſatisfieri.*
49 *Compenſationis exceptio competit contra diſpoſitionem huius ſtatuti, ſi creditum compenſandum ſit liquidum.*
50 *Via executiua ceſſat, ſi ſit pronunciatum per ſententiam, tertium non teneri via executiua.*
51 *Fallit ſi ſententia vulnerans ſit attentata.*
52 *Idem ſi ſit iniuſta.*
53 *Via executiua vulnerata, donec vulnus non fuerit ſanatum per ſententias in iudicatum tranſactas, non reuiuiſcit.*
54 *Appellatio non datur à ſententia prolata ſuper proceſſu executiuo pro dote ex hoc ſtatuto contra tertium poſſeſſorem.*
55 *Tertius ſi ponat rem ſtabilem à ſe poſſeſſam ſubſequeſtro intra triduum, datur appellatio.*
56 *Obligatio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*
57 *Via executiua ex actione perſonali non competit contra tertium.*
58 *Procedit licet agatur in vim obligationis Cameralis, quæ afficit ipſum obligatum, ac hæredes eius, & non tertium.*
59 *Tertius poſſeſſor executiuè de facto pulſatus ob grauamen appellat, & appellatio admittitur ad vtrumque effectum.*
60 *Tertius poſſeſſor citatus pro ſuo Iure, & intereſſe in iudicio agitato contra principalem debitorem tenetur executiuè iuxtà cautelam Caſtrenſis.*
61 *Cautela Caſtrenſis placuit Rotæ in deciſionibus hic relatis.*
62 *Cautela Caſtrenſis non recipitur, & illa non obſtante non poteſt executiuè procedi contra tertium, & num.64. ad 70.*
63 *Doctores, ac Rota ſunt intelligendi ſecundum doctrinas, quas allegant.*
64 *Via executiua procedit ab obligatione, & conſenſu partium, non à citationibus.*
65 *Deciſiones Rotæ procedentes cum cautela Caſtrenſis ſunt reuocatæ, & non habent ſubſiſtentiam, & n.66., & ſeqq.*
71 *Deciſiones approbantes cautelam Caſtrenſis non fuere admiſſæ in Signatura Gratiæ.*
72 *Deciſiones tenentes cum dicta cautela ſuper illius veritate titubarunt.*
73 *Caſtrenſis ſuam cautelam contra tertium non adhibuit via executiua, ſed ordinaria, & num.74. & 75.*
76 *Credito canonizato cum debitore, etiam citato tertio pro ſuo intereſſe, debet fieri hoc citato noua diſcuſſio ſuper ſuis iuribus, & poſſeſſione, & n.77., & 82.*
78 *Caſtrenſis in ſua cautela inuenit difficultates, & cum ratione, & n.79.*
80 *Tertius poſſeſſor Iure dominij poteſt ſolum priuari poſſeſſione in actione reali, non autem dominio per deliberationem, & n.81.*
82 *Tertius quando citatur pro ſuo intereſſe in iudicio agitato cum debitore, tunc non diſputatur de ſuo iure, ſed illud deducere poteſt ex poſt.*
83 *Cautela Caſtrenſis poteſt admitti, vt agatur per tres ſententias conformes via renocatoria.*
84 *Cautela Caſtrenſis poteſt admitti, ſi tertius acquiſiuit ſcienter rem litigioſam.*
85 *Idem ſi tertius poſſideat iure pignoris, ſecus ſi iure dominij, & n.86.*
87 *Idem ſi titulus tertij poſſeſſoris detegatur nullus, tunc enim contra illum poteſt procedi executiuè.*
88 *Cautela Caſtrenſis, quibus concurrentibus poſſit procedere, refertur.*

HOc ſtatutum dat executionem inſtrumentis dotalibus etiam contra tertium poſſeſſorem, propterea eſt contra Ius ex duplici capite. Primo quia de iure inſtrumenta dotalia non habent viam executiuam, cum pro dote non detur via
1 executiua, nec pro ea executiuè procedi poſſit, vt poſt Doctores cumulatos hoc firmant *Card. de Luc. de dote diſcurſ.59. n.4., & 5. Gratian. c.481. n.16., & ſeqq.*, & perpetuo cum hac opinione pertranſiuit *Rot. deciſ.55. verſic. & ſupradictis poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ.37. n. 4. ad medium, & n.6. coram Durau. deciſ.208. n. 1. coram Carill. deciſ.138. confirmata deciſ. 184. vtrobique n. 9. coram Cardin. Cerr. deciſ.366. num.17., & deciſ.385. n.10. coram Priol.*
Quo circa de Iure communi executio, ac ſub-
2 haſtatio facta pro dote, cum mandato executiuo eſt ſpoliatiua, & aduersùs illam competit manutentio, *Rot. deciſ. 55. §. prædictis poſt Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 366. n. 18., & deciſ. 385. n.11. coram Priol.*
Secundo hoc ſtatutum eſt, contra Ius, quia de
3 Iure contra tertium non poteſt procedi executiuè

Rot. deciſ.64. n.1. coram Millin. deciſ.22. n.1., &
ſeq. coram Gregor. deciſ. 287. n. 1. coram Bich., &
deciſ.471. n.2. part. 13. recen.; quod procedit li-
4 cet tertius in Iudicio agitato contra obligatum
fuiſſet in quolibet actu citatus pro ſuo iure, &
intereſſe, vt alias deciſiuè tenui ex rationibus,
de quibus in voto regiſtrato infra hic in calce
Annotationis ad hoc ſtatutum 85. n.56., & ſeqq.

Dum igitur hoc ſtatutum eſt correctorium Iu-
5 ris communis, debet ſtrictè, & ad litteram in-
telligi in caſibus, de quibus loquitur, nec poteſt
extendi, Rot. deciſ. 398. n. 4. coram Gregor. deciſ.
141. n.9. coram Duran.

Hoc ſtatutum eſt deciſorium, & ſeruatur in
6 omnibus Curijs, & Tribunalibus Vrbis, Saluſt.
Tiber. in prax. A.C. lib.3. cap. 35. n.13., vbi re-
fert ſic fuiſſe declaratum à Signatura Gratiæ ſub
Clemente VIII. Fenzon. hic n.1. Add. ad deciſ.666.
n.152., & 153. p.4. to.3. recen. Rot. poſt ipſum deciſ.
51. in fine, vbi quod pluries in illa cauſa Domini
dixerunt, & quod ipſe Robuſterius doctiſſimus
Rotæ Auditor latè adnotauit in ſolio, deciſ.161.
n. 4. p. 4. recen. deciſ. 143. n.8. par.13. deciſ.164.
n.3., & 4. par.19., & deciſ.650. n.3. coram Amat.
Dunozett. Cardin. de Luc. de dote diſcurſ.57. n.16.,
vbi reſpondit cuidam deciſioni Sabinen. coram Sa-
crato, quæ videtur contraria.

Nec huic concluſioni toties per Rotam ample-
7 xæ obſtat deciſ. 778. n. 3. coram Coccin., vbi fuit
dictum, quod ſuper hoc fuit ſæpè dubitatum,
nam apparet ex tot deciſionibus allegatis de
contraria Rotæ obſeruantia, deducta etiam ex
declaratione facta in Signatura Gratiæ, vndè
poſtea coram eodem Coccin. in deciſ. 2039. n. 5. fuit
concluſum, hoc ſtatutum eſſe deciſorium.

Ideoque dum hoc ſtatutum eſt deciſorium, &
8 ſeruatur in omnibus Curijs, non eſt opus, quod
Rotæ communicentur facultates A. C. pro exe-
quendis inſtrumentis dotalibus, cum ſat ſit hoc
ſtatutum, vt videtur velle Rot. deciſ.153. num. 8.
coram Card. Cerr. deciſ.160. n.10. par.8. recen., &
magis ad rem deciſ.452. circa finem par. 1. diuerſ.
vbi de altero ſtatuto ſeruando, vbique in Vrbe,
quod debeat ſeruari in Rota; licèt in deciſ.76. n.3.
par.17. recen. proceſſerit executiuè, quia fuerant
Rotæ communicatæ facultates A.C.

Ex quo eſt deciſorium comprehendit etiam
forenſem habentem domicilium in Vrbe, quando
9 fuit pactum, quod fieret inſtrumentum dotale in
Vrbe iuxta clauſulas, & pacta in Vrbe apponi ſo-
lita, Card. de Luc. de dot. diſcurſ.57. n.18.

Quinimmò quod comprehendat forenſem in
10 Vrbe litigantem pro dote, & ibi exhibentem in-
ſtrumentum dotale in partibus factum, licet pro-
miſſio ſolutionis dotis non ſit deſtinata in certo
loco, tenet Rot. deciſ.164. per tot. par.19. recen.

At ſalua reuerentia ſemper debita tanto Tri-
11 bunali, talis opinio non ſubſiſtit, & melius ſen-
tijt contrarium in illa cauſa vnus ex Dominis ob
motiua relata in eadem deciſ.164. n.1. ad 4. p.19;
nam hoc ſtatutum comprehendit ſolum Ciues
Romanos, vel habitantes in Vrbe, vel qui deſti-
natunt ſolutionem dotis in Vrbe, & ſic ſubiectos
ſtatuto, vel tanquam Ciues, & Incolas, vel per
conuentionem, & conſenſum proprium in deſti-
nando ſolutionem dotis in Vrbe, ac ſe ſubmit-
12 tendo ſtatuto; & ratio pro contraria opinione
adducta in deciſ.164. par. 19, quod paria ſint ſo-
13 rum ſortiri, & ſtatutis ligari procedit in ſtatutis
concernentibus ordinatoria iudicij, non autem
deciſoria, Scacc. de Iudic. lib.2. cap.2. n.525., &
561., & nos diximus in prælud. ſtatutorum Vrbis
art.2. num. 115., & ſeq., & noſtrum ſtatutum ex
firmatis eſt deciſorium.

Et ſi attenderetur opinio firmata in d. deciſ.164.
14 omnes dotes promiſſæ per inſtrumenta cum ob-
ligatione Camerali in toto Statu temporali Sedis
Apoſtolicæ, & pro quarum ſolutione, vel reſti-
tutione poteſt agi coram A.C. executore obliga-
tionis Cameralis, poſſent exigi executiuè contra
tertios poſſeſſores forenſes, & in ſtatu Eccleſiaſti-
co extra Vrbis diſtrictum degentes, quod ſtatu-
tum nec dixit, nec cogitauit, nec ſomniauit; &
Gregorius XIII. in ſtatutorum Vrbis confirma-
15 tione reſpexit ſolum ad Ciues, ac Incolas Vrbis,
ac diſtrictuales, dum ſtatuta Vrbis, quo ad ordi-
natoria, & deciſoria in omnibus ſeruari voluit in
Curia Capitolina, & quoad deciſoria, vbique in
ipſa Curia inter Ciues, & Incolas, ac Diſtrictua-
les, & ſic Papa reſpexit hos ſolum, & non alios
forenſes Rot. deciſ.377. n. 3. ad 5. par. 18. recen.,
& plenè per nos fuit dictum ſupra in Prælud. ſta-
tut. artic.2. n. 115., & infra; vnde credo quod ſi
hic articulus denuò in Rota proponeretur, ſic pro
iuſtitia iuxta morem tanti Tribunalis decidere-
16 tur, & præualeret opinio melioribus rationibus
fulcita tenta per vnum ex Dominis in eadem
deciſ.164. num.4. part. 19., & facit benè Rot. dict.
deciſ.377. n.3. cum duobus ſeqq. par.18. recen.

Alia ratio adducta in deciſ.164. par. 19., quod
17 in ijs, quæ oriuntur non à principio, & ex na-
tura contractus, ſed ex poſt facto, & poſt ipſum
contractum, ſcilicet poſt moram, vel negligen-
tiam incurſam, ſi ſolutio non eſt deſtinata in
certo loco, ſed ſimpliciter, attendatur ſtatutum
loci petitionis, procedit talis ratio, taleque ar-
gumentum in præſcriptione ſtat. Vrb. lib. 1. cap.
158., cum mora, ac negligentia in non exigen-
do ſpatio ſexdecim annorum nata ſit poſt con-
tractum debitum, & ſic attenditur locus ſtatuti,
vbi fit petitio debiti, vt dixi ad dict. ſtatut. 158.
art. 1. n. 57., & ſeq., quæ ratio non applicatur
18 huic ſtat. 85. danti viam executiuam contra ter-
tium poſſeſſorem pro dote, cum ſtatutum illam
tribuat ipſis documentis dotalibus à principio
fauore Ciuium, Incolarum, ac Diſtrictualium,
non autem forenſium, qui licet poſtea agant,
vel conueniantur Romæ, vel ex obligatione Ca-
merali, vel quia in Vrbe reperti fuerunt, non ob
hoc fiunt ſubditi huic ſtatuto, dum via executiua
ab illo traditur à principio, & non ex poſt ob
moram, vel negligentiam; hic eſt meus ſenſus non
vt contradicam Rotæ, quam veneror vti meam,
& omnium magiſtram, & cui ſemper in opinio-
nibus firmandis ſecurus adhæreo, ſed vt mentem
ſtatuti, ſuper quo ſcribo pro veritate aperiam,
quæ ſi talis eſt, potes cum illa procedere, ſin mi-
nus ſequere contrariam opinionem Rotæ, cum
qua tamen, non ita de facili obtinere poteris,
cum repugnet menti, & verbis ſtatuti.

Licet hoc ſtatutum dans viam executiuam pro
dote etiam contra tertium loquatur de inſtru-
mentis dotalibus, adhuc procedit etiam in ſcri-
19 pturis priuatis, ac capitulis matrimonialibus

factis

factis ſuper dote *Fenzon. hic n.8. Cardin. de Luc. de dot. diſcurſ.57. nu.17. Rot. decis.2039. nu.4. coram Coccin.*, vbi quod hoc ſtatutum procedit in quibuſcumque documentis, in quibus aliquid debetur ſub nomine, & occaſione dotis.

At, ſi quis agat pro dote cõtra tertium poſſidentem vigore inſtrumenti publici in vim ſcripturæ priuatæ debet habere, vel ſcripturam priuatam
20 munitam tribus teſtibus, vel alias per coniecturas, & adminicula concludere, quod non adſit antidata ex diſpoſitione *l. ſcripturas C. qui potior. in pignor. haben.*

Hoc ſtatutum prodeſt nedum mulieri, ſed & eius hæredibus dotem repetentibus, cum ex ſtatuto priuilegium viæ executiuæ etiam contra ter-
21 tium detur non perſonæ, ſed Inſtrumentis, ac alijs documentis dotalibus, *Rot. deciſ.650.n.2. coram Amat. Dunozett.*

Procedit nedum pro dote, ſed etiam pro alimentis, quæ ſunt acceſſoria ad dotem, & veniunt
22 in iudicio reſtitutionis dotis *plenè Rot. deciſ.51. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb., & deciſ.404. n. 9. par. 18. tom.2. recen.*

Si tamen mulier in repetitione dotis agens contra tertium petat interim alimenta, hæc non poteſt ſimpliciter, & in totum prætendere à tertio, ſed tantum proportionabiliter, habito reſ-
23 pectu ad fructus, qui percipiuntur ex re per ipſum tertium poſſeſſa, & non vltra *Rot. deciſ. 404. n.11. & ſeqq. p.18. tom.2. recen.*

Procedit pariter contra tertium via executiua
24 ex hoc ſtatuto pro lucro dotis, & donationis propter nuptias, cum idem iudicetur de dote, ac eius lucro, *Rot. deciſ.197. n.4. deciſ.260. n.2. & deciſ. 664. n.13. coram Cardin. Cerr. deciſ.160. n. 10. p. 8. recen., & deciſ.404. n.7. & 8. p. 18. tom. 2. cum allegatis per Add. ad Pamphil. deciſ.453. n.8. & 9.*

Procedit quoque in dote confeſſata, quando ex adminiculis, & coniecturis conſtat de veritate
25 dotis, & quod dos confeſſata realiter fuit ſoluta *Rot. in puncto deciſ. 650. n.5. & ſeqq., coram Amat. Dunozett.* vbi fuit admiſſa via executiua contra tertium pro dote confeſſata, adminiculis tamen ſuffulta.

Proùt talis via executiua competit etiam contra tertios poſſeſſores rerum fideicommiſſariarum,
26 quando pro conſtitutione, vel reſtitutione dotis habet locum diſpoſitio *Auth. res quæ C. comm. de legat. Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 42. n.3. & diſcurſ.145. n.114. Rot. deciſ.48. n.13. par.12. recen.* cum diſtinctione tamen ſi diſpoſitio dictæ *Auth. res quæ* habeat locum, & dos non ſit exceſſiua.

An autem hoc ſtatutum procedat contra tertium poſſeſſorem bonorum emphiteuticorum ſub
27 directo dominio Eccleſiæ affirmat *Rot. deciſ.170. n. 14. ad 25. p. 9. recen.*, quæ eſt inter illas *Carill. deciſ. 258.*

At contrarium ex profeſſo firmanit poſtea *Rot.*
28 *deciſ. 288. n. 43. & 44. coram Bieb., & plenè deciſ.149. n.5. & infra, confirmata deciſ.238. n.3. 6. & 7. p.13. recen., in qua deciſ.238.* reſpondetur deciſionibus contrarijs, & dicitur, quod Rota hodie ſequitur hanc opinionem, prout in *dict. deciſ. 288. coram Bieb.* declaratur contraria deciſio Carilli, & in his vltimis deciſionibus benè id firmatur ex defectu poteſtatis laicorum ſtatuendi ſuper bonis Eccleſiæ, dum de Eccleſia ſtatutum particulariter non loquitur, nam ſi particulariter de illis ſtatutum loqueretur, tunc bona Eccleſiæ comprehenderentur, non in vim ſtatuti laicalis, ſed in vim confirmationis Apoſtolicæ Gregorij XIII. in forma ſpecifica factæ iuxta late per nos firmata ſupra in *Præluд. Statut. Vrb. artic.3. n.166. & ſeq.*

Concluſio prædicta ampliatur, licet tota res quæ fuit petita pro dote non ſit ſub dominio directo Eccleſiæ, quia ratione connexitatis priui-
29 legium prodeſt etiam parti laicorum *ex firmatis per Rot. deciſ. 122. n. 4. & ſeqq. poſt. Merlin. de pignor.*, & in puncto *Rot. deciſ.238. n.4. & 5. par. 13. recen.*

Declara, vt ampliatio procedat, ſi bona laicalia cum ſubiectis directo dominio Eccleſiæ ſint connexa, & indiuidua, vel ratione indiuiſibilitatis naturalis, quia idem corpus indiuiſum pro certa quantitate non diuiſa ſit ſubiectum canoni, ac directo dominio Eccleſiæ, vel ratione indiuiduitatis, & connexitatis inductæ ex forma Iudi-
30 cij, quia eadem actione, ac mandato fuerint petita, & executata bona laicalia, ac ſubiecta dominio directo Eccleſiæ, vt loquitur *allegat. deciſ. 122. poſt Merlin. de pignor.*, ſecus ſi bona laicalia à ſuppoſitis directo dominio Eccleſiæ ſint realiter diuiſa, tunc enim pro parte laicali diuiſa poterit procedi executiuè vigore ſtatuti.

31 Nec hoc ſtatutum procedit contra Clericos, ac perſonas Eccleſiaſticas *plenè Rot. deciſ.288. num.3. & ſeqq. coram Bieb.*, vbi reſpondetur contrarijs, ex quo eſt laicale, & deciſorium, & in verbis non loquitur de Clericis, vel Eccleſiaſticis, & ſic nec in vim confirmationis Apoſtolicæ in forma ſpecifica poſſunt ſub ſtatuto comprehendi, vt latè fuit per nos firmatũ *in Prælud. ſtat. art. 3. n.166. & ſeq.*

Fuit coram me dubitatum an præſens ſtatutum procederet contra tertium poſſeſſorem ex cauſa dotis, & prætendebatur quod non ob paritatem tituli, quo ſtante eſſet procedendum or-
32 dinariè, non executiuè *Rot. deciſ.156. n. 3. coram Cardin. Cerr., & deciſ. 150. n. 11. coram Ottbob.* cum hoc caſu priuilegia conquaſſentur, & materia diſcutienda ſit ſecundum terminos Iuris communis *argum. tex. Auth. exact. Inſtante Dot. Collat.7. tit.5*, & per ea, quæ tradunt *Cancer. var. reſol. par.1. cap.9. n.34., Merlin. de pignor. lib.3. q.63. per tot., & preclarè Carlevall. de iudic. lib. 1. tit.3. diſput.34. num. 17.*, & in puncto id firmat *Add. ad Pamphil. deciſ.453. n.11.* vbi teſtatur de probabili opinione.

At ego contrarium iudicaui, ſcilicet eſſe locum viæ executiuæ ex hoc ſtatuto contra tertium poſ-
33 ſeſſorem ex cauſa dotis, & credo cum iuſtitia, & veritate, & motus fui ab effrenatis verbis ſtatuti ibi - *& quoſcumque poſſeſſores bonorum*, quæ dictio *quoſcumque* eſt effrenatæ naturæ nullam reſtrictionem admittens, & ſic ex illa elicitur, ſta-
34 tuentes voluiſſe comprehendere quoſcumque poſſeſſores ex quocumque titulo, *Rot. deciſ. 640. n. 7. coram Amat. Dunozett. deciſ. 767. n. 4. coram Cerr., & deciſ. 153. nu.10. p. 17. recen.*, & opinio contraria recipi potuiſſet, ſi ſtatutum ſolum dixiſſet contra tertios poſſeſſores, & non addidiſſet il-
35 lam dictionem *quoſcumque* vniuerſalem, & nullam recipientem reſtrictionem, & continentem etiam impropria *Rot. deciſ.153. n.10. p.17. recen.*

Præſens ſtatutum procedit etiam licet in Inſtru-

mentō dotali non adſit promiſſio expreſſa mariti
36 ſuper reſtitutione dotis, cum talis promiſſio, &
obligatio veniat, & ſubintelligatur ex Iuris diſ-
poſitione, vt in puncto *probat Add. ad decis. 666.*
n. 154., & ſeqq., par. 4. tom. 3. recen., & facit Rot.
decis. 197. n. 6. coram Cardin. Cerr.

Vt autem hoc ſtatutum ſuper via executiua
contra tertium poſſeſſorem procedat debet per
agentem pro dote probari, rem à tertio poſſeſſam
fuiſſe pro dote tacitè, vel expreſsè obligatam, &
37 debitorem dotis dictam rem poſſediſſe de tem-
pore obligationis pro dote, vel poſt, & dictæ duæ
qualitates à ſtatuto præſcriptæ ſunt præcisè pro-
bandæ, alias diſpoſitio ſtatuti non procedit *Rot.*
decis. 199. n. 2. coram Peutinger., & facit decis. 51. §.
non obſtat, & §. nam reſpondetur poſt Fenzon. ad
Statut. Vrb.

Hinc non poteſt executiuè procedi in ſubhaſta-
tione cenſus à tertio poſſeſſi, qui nunquam fuit
38 poſſeſſus à debitore dotis, licet fuerit emptus ex
pecunijs debitoris *Rot. dict. decis. 199. ferè per tot.*
coram Peutinger.

Vnde nec habet locum in bonis ſubrogatis lo-
co alias poſſeſſorum à debitore dotis, quia requi-
39 ritur vera poſſeſſio, *Rot. decis. 199. n. 14. & 15.*
coram Peutinger.

Attamen quod ſtatutum habeat locum etiam
in bonis ſubrogatis quoties ſubrogatio facta fuit
40 *in omnibus, & per omnia Rot. decis. 650. n. 12., &*
ſeqq. coram Amat. Dunozett., vbi loquitur de locis
montium ſubrogatis loco pretij caſalis poſſeſſi ab
obligato pro dote.

Prout tale ſtatutum habet locum contra pecu-
41 nias habitas à creditoribus poſterioribus ex pre-
tio rei obligatæ cum cautione de reſtituendo
prioribus, & potioribus, *Rot. dict. decis. 653. n. 30.*
coram Amat. Dunozett.

Ad effectum, vt hoc ſtatutum procedat, & poſ-
ſit procedi ad executionem contra tertium requi-
ritur inſimul citatio perſonarum, quæ principa-
liter per executionem faciendam lædi poſſunt, &
42 ſic debent citari principalis debitor, vel eius hæ-
res, & alio modo mandatum relaxatum non ſu-
ſtinetur *Rot. decis. 272. n. 2. coram Millin.*

Prout requiritur citatio tertij poſſeſſoris, con-
tra cuius bona eſt conſumanda executio, ad hoc
vt poſſit ſe defendere, & oſtendere cauſas, ac ra-
tiones, ſi quas habet, excludentes actionem pro-
poſitam contra bona ab eo poſſeſſa, & hæc eſt
praxis, vnde intrat plana concluſio, quod hoc
ſtatutum habet ſolum locum, quatenus manda-
43 tum relaxatum pro dote ſit validum, & iuſtum,
Rot. decis. 288. n. 24. coram Bich.

Hinc ſi tertius poſſeſſor fecerit melioramenta
in re ab ipſo poſſeſſa, non poteſt vigore huius ſta-
tuti ſpoliari per ſubhaſtationem non refectis prius
melioramentis, & ſic ſi fuerint probata in ge-
nere debet poſſeſſori præfigi terminus ad illa li-
quidanda in ſpecie, quo elapſo, & non facta tali
liquidatione in ſpecie, tunc eſt locus cautioni de
illis reficiendis, & non prius, nec ſufficit in pro-
poſito breuis terminus quinque dierum, ſed re-
quiritur congruus, alias non ſuffragatur, & com-
44 petit retentio etiam pro melioramentis in gene-
re probatis, vt præcisè, ac plenè firmat *Rot. decis.*
149. n. 12. ad 22. confirmata decis. 238. p. 13. recen.,
& faciunt benè tradita per *Vinium decis. 317. n. 8. &*
ſeqq., in qua *decis.* 238. additur quod hoc ſtatu-
tum non ſuſtulit exceptionem melioramentorum,
licet de illis non faciat mentionem.

Nec obſtat quod ſtatutum hic voluerit, quod
poſſint dumtaxat opponi exceptiones falſitatis,
& ſolutionis, ſeù ſatisfactionis, & ſic cenſeatur
relecta exceptio melioramentorum, quia reſpon-
detur, quod dictæ duæ exceptiones à ſtatuto reſer-
uatæ reſpiciunt ipſa Inſtrumenta dotalia, ac il-
45 lorum executionem, exceptio autem meliora-
mentorum ſolum modificat Inſtrumentorum, ac
documentorum dotalium effectum, vt ſcilicet re-
tardetur illorum executio ſuper melioramentis,
quæ non ſpectant ad illum, qui obligauit bona
pro dote, vndè huiuſmodi exceptio melioramen-
46 torum adeò iuſta expreſsè non ſublata à ſtatuto
non cenſetur reiecta *Rot. decis. 238. n. 13. p. 13. rec.*

An autem poſſit opponi quod mulier fuit tu-
trix, & adminiſtratrix, & habuit bona in mani-
bus, ex quibus ſatisfieri potuit de dote, & quod
non poſſit agere pro illius reſtitutione, priuſquam
47 reddat rationem ſuæ adminiſtrationis, dic, quod
talis exceptio redditionis rationis, ac compenſa-
tionis non admittitur in dote, nec retardat illius
reſtitutionem *Borgnin. de Tutor., & Curator. num.*
229., qui dicit hanc opinionē eſſe verā ſicut Euan-
gelium, & iuxta hanc opinionem teſtatur deciſum
Mut. ſuper conſuetud. Panhorm. cap. 50. n. 71., Ca-
ſtill. decis. 32. n. 1. verſic. vera tamen opinio Rot. de-
cis. 173. n. 2. & ſeqq. coram Bich., & de veriori, ac
communi opinione poſt Doctores, & deciſiones re-
latas firmat *Rot. decis. 55. n. 9. coram Cerr., & in Vrbe*
vetana Cenſus 23. Iunij 1679. coram Bourlemont.

Et contraria opinio procedit ſolum, quoties vl-
tra adminiſtrationem probaretur inſimul ad ma-
48 nus mulieris tot bona perueniſſe, ex quibus com-
modè ſatisfieri potuit, *Rot. decis. 862. n. 3. coram*
Buratt. decis. 241. n. 6., & decis. 407. n. 11. coram
Celſ., & coram Cerr. decis. 55. n. 9.

An autem admittenda ſit exceptio compenſa-
tionis, ego crederem, quod ſic, quoties ageretur
de credito compenſando liquido, ex quo ſtatu-
tum hic excipit ſolutionem, ſeù ſatisfactionem,
ex quo compenſatio eſt ſolutio, & qui compen-
49 ſat ſoluere dicitur *l. ſi conſtat 4. C. de Compenſat.*
Rot. decis. 254. n. 4., & decis. 463. n. 29. coram Mer-
lin. pleaè Cyriac. contr. 34. n. 22. cum duobus ſeqq.,
vbi in puncto ſtatuti reijcientis omnem exceptio-
nem præter illam ſolutionis, quod non dicatur
reiecta compenſatio, *Surd. decis. 91. n. 9. ad 11.*
vbi addit etiam quod recuſans compenſationem
dicitur recuſare ſolutionem.

Talis via executiua pro dote contra tertium
ceſſat ſtante ſententia, in qua fuit pronunciatum
50 non eſſe contra dictum tertium procedendum
executiuè, *Rot.* in puncto huius ſtatuti *decis. 778. n.*
4. cum duobus ſeqq., coram Coccin.

51 Fallit ſi ſententia vulnerans ſit attentata, *Rot.*
decis. 83. n. 11. & 12. coram Zarat.

52 Fallit pariter ſi ſententia vulnerans ſit nulla,
vel iniuſta *Rot. decis. 85. n. 7. par. 12. recen., & decis.*
168. n. 4. p. 15.

At quouſque ſuper nullitate, ac iniuſtitia ſen-
tentiæ vulnerantis non fuerit pronunciatum, &
53 ſententia declarans nullitatem, vel iniuſtitiam
ſententiæ vulnerantis non tranſeat in iudicatum,
vulnus habet ſuum effectum, ac tollit viam exe-
cu-

Digitized by Google

cutiuam, *Rot. deciſ.85.n.6. p.12. recen.*, *&* *deciſ.*
168.n.3.p.13.
Demum aduerte, quod à ſententia prolata
contra tertium poſſeſſorem pro executione Inſtru-
54 menti dotalis, non datur appellatio *ex Statut.*
Vrb.171.lib.1., *& ibi notat Fenzon.n.11.& 12.*
At ſi tertius poſſeſſor intra triduum ponat ſub
ſequeſtro rem ſtabilem à ſe poſſeſſam, ſuper qua
55 actum fuit, impeditur executio, & datur appel-
latio etiam ſuſpenſiua, *Rot.deciſ.288. nu.5. ad 23.*
coram Bich.
Excepto hoc ſtatuto dante viam executiuam
contrà tertium poſſeſſorem, illa de iure contrà
eum non datur, licet citatum in quolibet actu pro
ſuo iure, & intereſſe, & ſic alias iudicaui ex ratio-
nibus, de quibus in voto ſequentis tenoris.
Eſt certiſſima concluſio, quod obligatio per-
56 ſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem
l.fin. §.lucius Titius ff. de contrah.emp.l. 11.§.ſi hæ-
res ibi -- *neque enim æris alieni perſonalis actio*
fundum ſequitur -- ff. ad Trebell. Cranett. conſ. 12.
57 *n.7.Rot.deciſ.228. n.1. coram Bich.*, & propterea
executiuè, & in actione perſonali non poteſt pro-
cedi contra tertium poſſeſſorem non obligatum
iuxta celebrem Theoric. Alex. in l. à Dino Pio §.ſi
ſuper rebus n.28.verſ.& benè facit ff.de re Iudic., per-
petuò in Rota receptam, *vt in deciſ. 62. n.4.coram*
Caualer. deciſ.22.num.1.deciſ.362. n.6. & ibi Add.
n.12. coram Buratt.deciſ.847. n.1. & 4.coram Mer-
lin. deciſ.145.num.1. coram Cerr.deciſ. 471. num.2.
part.13., *& in Romana Domuncularum 23. Ianuarij*
1682.§.nullum coram Paulnccio.
Quæ concluſio procedit, etiam ſi actum fuerit
vigore obligationis Cameralis, cum hæc det viam
executiuam contra ipſum obligatum, eiuſque
hæredes, ac ſucceſſores vniuerſales, non autem
58 contra tertium poſſeſſorem ex titulo ſingulari, &
non obligatum *Gratianus* in ſuo voto relato apud
Maſſin. de confiſcat.q.20.n.87. & 88. Rot. deciſ.64.
num.3.coram Millin.deciſ. 481.num.1. verſic. etiam
ſi agatur, *& deciſ. 575. num. 4. coram Amat. Du-*
zett.
Quod eſt adeò verum, vt ſi de facto contra
tertium procederetur executiue poſſet tertius
à relaxatione executionis appellare, & obti-
59 nere commiſſionem appellationis ad vtrumque
effectum *Marcheſan. de Commiſſ. appell. ab oblig.*
Cameral.§.1.n.90.fol.701.p.1.Scacc.de appell.q.17.
limit.6. membr.4.num. 43., *& num.53. cum duobus*
ſeq.
Et licet talis via executiua contra tertium
admitti prætendatur, quando ille eſſet citatus in
quolibet actu pro ſuo intereſſe in iudicio agitato
60 contra principalem debitorem *iuxta cautelam*
Caſtrenſ. in l. filius familias 23.n.3.ff. de verb.oblig.,
qui gloriatur cum tali cautela feciſſe remanere
confuſum vnum magnum Aduocatum, qui non
conſiderabat virtutem talis citationis tertij, &
dictam cautelam Caſtrenſis vti celebrem referunt,
& ſequuntur *Dec.conſ.187.num.2.*, *Cranett.conſ.12.*
nu.8.Cephal.conſ.21. num.11.Surd. conſ.334.nu.12.
lib.3.Ludonic.deciſ. Lucen.56.n.3., & eadem caute-
61 la *Caſtrenſ.* placuit *Rotæ in Ciuitatis Caſtelli ſpolij*
coram Ghiſilerio in deciſ.126., *& 128. apud Poſt.de*
ſubbaſt., cũ quibus poſtea codẽ Rota proceſſit co-
ram *Cerr. deciſ. 95. confirmata deciſ.257. apud dict.*
Poſt. de Subbaſt., *& rurſus eaſdem deciſiones in*
Ciuitatis Caſtelli ſequuta fuit *Rot.deciſ. 153. n.5.*,
& 6. coram Bich., *& deciſ.325. n.16. apud Poſt.*
de manuten.
Nihilominus ſpreta tali cautela *Caſtrenſis* im-
perturbabiliter dicendum eſt, contra tertium
etiam citatum pro ſuo intereſſe in iudicio agi-
tato contra principalem debitorem, non com-
62 petere viam executiuam, & hæc eſt verior, & ma-
gis rationabilis opinio, & ne videar auſu teme-
rario refragari Caſtrenſi authori adeò celebri,
& de legali Philoſophia adeò benemerito, quem
in alijs, & præciſè in hoc puncto approbauit Sa-
cra Rota, cuius placitis, qui benè de legali faculta-
te ſentit, reuerenter ſe ſubijcere debet, propterea
materiam altius repetendo præſuppoſito, quod
63 Doctores, ac Rota debent intelligi ſecundum
doctrinas, quas allegant *iuxta theoric.Bartol.in*
l.non ſolum 9.§.ſi liberationis n.7. ff. de liber.legat.,
Gratian.deciſ. 9.n.9.Rot.deciſ.457.num.6.p.9.recen.
& deciſ.298. num.22.coram Amat.Dunozett., dico,
quod Caſtrenſis cautela eſt contra concluſionem
indubitatam ſupra iactam, quod contra tertium
poſſeſſorem non obligatum non poteſt executiuè
procedi deficiente actione perſonali, quæ naſci-
tur à propria, vel authoris vniuerſalis obliga-
tione, nec citatio huiuſmodi poteſt facere obli-
gatum tertium, qui non eſt obligatus, ex quo
64 citationes deſeruiunt ad proponendas actiones
contra obligatos, non ad generandas obligatio-
nes, vel actiones, ex illis procedentes, cum illæ
habeant originem à conſenſu partium, quæ ſe
65 obligarunt, vt aduertit *Gratian.in voto relato per*
Maſſin.de Confiſc.q.20.n.89. & propterea *Rot. de-*
ciſ.180.coram Pentinger. (reuocatoria *deciſ. 147.*
coram eodem) agnoſcens inſubſiſtentiam deciſio-
num *in Ciuitatis Caſtelli Bonorum coram Ghiſi-*
lerio, & aliarum ſequentium cautelam Caſtren-
ſis, amplius non fuit amplexa, dum in eadem
deciſ.180 coram Pentinger. tertius fuit auditus ſu-
per titulo donationis ab eo allegato, non ob-
ſtantibus tribus ſententijs cum re iudicata prius
66 obtentis, citato etiam ipſo tertio poſſeſſore,
vt appareat *ex deciſ. 109.ante n.1.verſic. ſic is ma-*
ternæ diſpoſitioni, *& deciſ. 116.coram Pentinger.*,
67 *quæ deciſ.180.* non fuit ſuper hoc puncto reuoca-
ta coram eodem *in deciſ.210.*, *&* 220., ſed tan-
tum in his poſtremis deciſionibus firmatum fuit,
procedendum eſſe ad vlteriora in executione rei
iudicatæ, quia titulus donationis allegatus à
68 tertio non ſubſiſtebat, & recentius hoc idem te-
nuit *Rot.deciſ. 471. in principio*, *& n.2. p.13. rec.*
dum ibi tertius allegauerat cautelam Angeli co-
ram A.C. Bulgarino, & hic pronunciauit con-
trà illum non poſſe executiuè procedi, & cum à
dicta ſententia Bulgarini fuiſſet commiſſa cauſa
appellationis in Rota, hæc præuijs duabus de-
ciſionibus declarauit creditoris iura potiora iu-
ribus tertij poſſeſſoris, & exindè creditor ob-
tinuit à Signatura Iuſtitiæ reſcribi eidem Rotæ
69 cum facultatibus A.C. etiam contra tertium ſu-
per bonis debitoris ab ipſo tertio poſſeſſis *& Rot.*
in dicta deciſ.471. p. 13. recen. ſolidè firmat, non
70 eſſe locum executioni contra tertium, & poſtre-
mò hoc firmauit *Rot.in Romana Domuncularum 23*
Ianuarij 1682. §. ad hoc autem coram Paulnccio, &
antiquitus hoc cenſuit *deciſ. 64. num. 2. coram*
Millin., vbi quod licet tertius ſit citatus in iudi-
cio

Digitized by Google

cio agitato cum debitore, tamen cum illius ius
non fuerit deductum, non poteſt contra eum fie-
ri executio, & hoc benè firmatur *in quodam Voto
Hyacinthi Gratiani relato per bon. mem. Seraphin.
Maſsin.* Auunculum meum *in ſuo tractat.* de *ronfiſcat.
q.20. n.85. & ſeqq.*

Quocirca hæc opinio vltima Rotæ rediens ad
antiquam, & innixa Iuris diſpoſitioni eſt atten-
denda, neglecta opinione medij temporis, quæ
71 habuit initium à deciſionibus *in dicta Ciuitatis
Caſtelli roram Ghiſilerio* non receptis in Curia, &
etiam vt audiui à Senioribus Curialibus in Si-
gnatura Gratiæ improbatis à San. Mem. Inno-
cẽtio X. Principe doctiſſimo, ex quo illa erat dex-
tractiua primorum principiorum Iuris, & ſimul
ſine ratione euertebat contrariam opinionem an-
tiquitus à Rota ſernatam.

Quinimmò ipſa *Rot. in dicta Cinitatis Caſtelli*
72 *in deciſ.126.n.13., & ſeq. & deciſ.128.n.18. & 19.
apud Poſt. de Snbbaſt. in addit.* videtur titubaſſe de
opinione à ſe firmata cum cautela Caſtrenſis,
dum ſubdit, quod Iudex ibi procedendo contra
tertium via executiua, & non ordinaria graua-
uerat ſolum circa ordinem procedendi, ſed non
abſtulerat in totum defenſionem, nec notoriè
grauauerat, vndè dum tertius non appellauerat
à proceſſu executino, videbatur acquieuiſſe.

At deueniendo ad cautelam Caſtrenſis, hic cer-
tè non cogitauit cum illa executiuè procedere
contra tertium, prout fuit ſuppoſitum à Docto-
73 ribus, ac *Rota in dictis deciſ. Ciuitatis Caſtelli, dum
Caſtrenſ. in alleg. l. filius familias* narrat tantum, ſe
feciſſe proceſſum contra debitorem abſentem, con-
tumacem, & non contradicentem, & in illo iu-
dicio feciſſe citare in ſingulis actibus tertium
poſſeſſorem, & quod obtinuit, licet cum diffi-
cultate per tres ſententias conformes, non ob-
ſtante quod ille tertius proteſtaretur, illam ſen-
74 tentiam ſibi non nocere, ex quibus verbis *Caſtren-
ſis* colligitur primò, ipſum egiſſe contra tertium
via ordinaria per tres ſententias conformes, &
non via executiua; ſecundo quod creditum ca-
nonizatum in ſententia lata in primo iudicio fa-
cto cum debitore, & in quo tertius fuit cita-
tus, non poteſt tertius amplius impugnare, de-
mum quod prodicto credito canonizato in tali
ſententia poteſt tertius vrgeri, at non via execu-
tiua, ſed ordinaria per tres ſententias confor-
75 mes, vt ibi fecit Caſtrenſis; ad hoc enim vt cre-
ditor actor poſſit obtinere tenetur primo proba-
re creditum, ſecundo rem à tertio poſſeſſam ſpe-
ctare ad ſuum debitorem, & tandem ius ſuum ſu-
per illa re eſſe potentius iure tertij poſſeſſoris,
quæ duo vltima non fuere cognita in illo primo
iudicio agitato tantum pro conſecutione crediti,
& propterea requiritur noua probatio, & noua
76 diſcuſſio, vt benè declarat idem *Caſtrenſ. in l. à
Dino Pio §. ſi ſuper rebus n.8 verſic. dic pro concor-
dia ff. de re iudic.* vbi quod quando ſententia man-
datur executioni contra tertium poſſidentem re-
quiritur noua diſcuſſio, & reddit rationem, quia
in primo iudicio non fuit diſcuſſum, ad quem
77 res pertineat; & præciſè quod tertius poſſeſſor,
& ſi citatus, non ob hoc ſubijciatur viæ execu-
tiuæ, dum illius ius non fuit deductum, nec di-
ſcuſſum in iudicio tenent *Alex. in l. ſæpè n.6. ff. de
re iudic. Gozadin. optimè conſ.103. n. 10. & melius
n.12. Cancer. var. reſol. p.2. cap.26. n.63., Rot. de-
ciſ.64. num.2. coram Millin.*, & recentius *in allegata
Romana Domuncularum coram Paulutio §. ad hoc
autem.*

Hinc cautela *Caſtrenſis* debet intelligi per ip-
ſum deducta ad praxim via ordinaria, & reuoca-
toria per tres conformes, alias eſſet Iure deſti-
tuta, & pateretur inſuperabiles difficultates,
78 prout illas paſſus fuit *Caſtrenſis*, qui coactus fuit
ſuper ea litigare per tres inſtantias, & cum diffi-
cultate obtinuit, quia Iudices non arridebant
tali cautelæ; & licet Caſtrenſis aſſerat, hoc pro-
ceſſiſse ab ignorantia illorum Iudicum, adhuc
illi Iudices erant ſcientifici, & cognoſcebant,
quod Caſtrenſis ſua magna doctrina, & authori-
tate volebat rem nouam, & prorſus à Iure alie-
nam ab praxim deducere, vndè vix ijdem Iudi-
ces potuerunt induci ad admittendam doctrinam
79 nouam ipſius *Caſtrenſis* via ordinaria, ſeparato
Iudicio, ac per tres ſententias conformes; quin-
immo *Caſtrenſis* in ſua cautela eſt ſatis glorio-
ſus, & ſuſpectus, dum laborauit pro clientibus,
& ſe fecit inuentorem talis cautelæ, deridet Iu-
dices illos tanquam ignorantes, & gloriatur,
quod cum illa fecit remanere confuſum quem-
dam magnum Aduocatum.

Vrget prætereà contrà talem cautelam, quod
tertio poſſeſſori poſſidenti rem iure dominij po-
80 teſt ſolum auocari poſſeſſio in actione reali, ad
effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito ſuper
fructibus *Rot. deciſ.759.n.3. & 4. p.2. recen.* vnde
licet tertius poſſeſſor ſciat litem contra ſe mo-
tam, vel ſit citatus, ex hoc poterit illi parari
præiudicium quoad ſolam poſſeſſionem, quæ po-
terit illi auocari, non autem quo ad proprieta-
tem, & dominium mediante deliberatione ipſius
81 proprietatis, *benè Felin. in cap. cum ſuper n.12. de
re Iudic. Cantard. in l. vnica limit. 23.n.9. C. ſi de mo-
ment. poſſeſſ., Scacc. de appell. q.17. limit.6. membr.
4.n.57. verſic & quamuis opinio, & num.58. Gra-
uat. ad Veſtr. in prax. lib.5. cap. fin. num.25., & 26.
Franc. Marc. deciſ. 272.n. 2. p.1.*; nam quoad poſ-
ſeſſionis auocationem debet citari, & ſe defende-
re, alias quoad illam ſibi præiudicat, cum prin-
cipaliter de hac diſputetur in illo iudicio, quan-
do verò intentatur iudicium in actione perſona-
li contra principalem debitorem, & in illo cita-
tur tertius poſſeſſor pro ſuo intereſſe, cum tunc
proceſſus non ordinetur principaliter contra
tertium, quamuis hic citatus non compareat,
ſibi non præiudicat, nec quoad poſſeſſionem, nec
quoad proprium creditum, ſi illud habet, quia
de illis non agitur in tali iudicio, ſed ſolùm de
canonizando credito actoris, quod dicti tertij
non intereſt canonizari, cum ſciat ſe poſſe ex-
cludere creditorem victorem principalis debito-
ris, quandò per ipſum creditorem dirigetur actio
via ordinaria pro executione crediti ſic canoni-
zati contra bona ab ipſo tertio poſſeſſa, tunc
enim poterit hic ad excludendum creditorem
oſtendere vel ſuum creditum, vel aliud ius po-
tentius non deductum in illo primo Iudicio fa-
82 cto ſolum pro canonizando credito cum princi-
pali debitore, *Abb. in cap. quamuis n.8. in princip.
& n.10. poſt medium verſic. item prædicta iura de ſen-
tent. & re iudic. Bald. in l. à Dino Pio §. ſi ſuper rebus
n.3. in fine verſic. ſed quando agit ff. de re Iudic. Ber-
trand.*

trand.conſ. 129. *n.4.verſic.pro quo bene facit lib.6.*
*Gozzadin.conſ.*103.*num.*12.*Laderch. conſ.* 180. *per*
*tot. Gratian. cap.*439. *n.*8. *& ſeqq.Granat.ad Veſtr.*
*alleg. cap. fin.n.*26.*Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*6.
*gloſ.*1. *p.*3. *n.* 34.*ad* 45.*tom.*2. *Scacc.de appell.alleg.*
membr. 4.*n.* 53. *&* 57.*Rot. coram Achill. de Graſſ.*
deciſ. 6. *alias* 218. *de ſenten. & re iudic.*

His ſic diſtinctis, & firmatis non obſtant con-
cratiæ authoritates, quià fundantur ſuper *Ca-*
ſtrenſe, vt ſupra improbato, ac declarato, vt
ad ſummum poſſit cautela *Caſtrenſis* admitti
83 agendo prius reuocatoria, & via ordinaria per
tres ſententias conformes, quandò eſt locus reuo-
catoriæ, vt fecit ipſe *Caſtrenſis ad tradita per Rot.*
deciſ. 15. *n.*8.*coram Duran.deciſ.* 3.*n.*12. *coram Ro-*
yas, deciſ. 27. *nu.*2.*coram Arguell.*, *& deciſ.*335.
*num.*6. *coram Cardin. Cerr.*

Vel talis cautela *Caſtrenſis* poteſt procedere,
84 & practicari, quando tertius poſſeſſor acquiſiuit
ſciens rem litigioſam in fraudem paratæ execu-
tionis *Rot.deciſ.*27.*n.*13. *coram Arguell. deciſ.* 166.
n. 1. *& ſeq. coram Buratt.*, *& deciſ.*364.*n.*21.*& in-*
fra coram Duran .

Vel quando tertius non poſſidet iure dominij,
ſed pignoris, hoc enim caſu non poteſt retarda-
85 re viam executiuam,ac deliberationem, & in his
terminis adeſt *tex.litteralis in l.à Diuo Pio §.quod ſi*
res fuerit ff. de re Iudic., & ita loquuntur *Gratian.*
*cap.*941.*num.*3. *& ſeqq.Rot. deciſ.*545. *n.*14. *par.*5.
*tom.*2. *recen. deciſ.*131.*n.*4.*p.*7. *deciſ.*574.*n.*3.*coram*
Buratt.deciſ. 234.*num.*23.*confirmata deciſ.*950. *n.*5.
86 *coram Cardin. Cerr.*, ſecus autem quando quis
poſſidet Iure dominij per tertium deducti, & iu-
ſtificari, *benè Scacc.de appell.q.*17.*limit.*6.*membr.*4.
*n.*57.*&* 58.*Giurb.deciſ.* 62.*n.*2.

Vel demum procedit ſi titulus dominij per ter-
tium poſſeſſorem, vel non iuſtificetur, vel dete-
87 gatur nullus,& inſubſiſtens, hoc enim caſu con-
tra tertium poteſt procedi executiuè *Rot.dec.*174.
*n.*14.*& infra p.*9.*recen.deciſ.*95.*num.*13.*ad* 16.*deciſ.*
234.*n.*18.,*& ſeqq. & deciſ.*262.*n.* 16. *&* 17. *coram*
*Cerr.& deciſ.*210., *&* 220.*coram Pentinger.ſupra*
allegata in §.nihilominus .

Demum aduertitur, quod ſi benè, & attentè
perlegantur Doctores, qui cum dicta cautela *Ca-*
88 *ſtrenſis* pertranſeunt, non procedunt cum ſola
ſuppoſitione citationis tertij poſſeſſoris pro ſuo
iure, & intereſſe in iudicio agitato contra prin-
cipalem debitorem, ſed vlterius, quod idem ter-
tius ſic citatus comparuerit, litem ſuſtinuerit,
ac ſententiam contrariam, examinatis quoque
eius iuribus, paſſus fuerit, & cum tali ſuppoſito,
in hiſque terminis loquuntur *Dec. conſ.*187. *nu.*2.
*Crauett.conſ.*12.*n.*8.*Ludouic. deciſ. Lucen.*56. & ſic
debent intelligi cæteri alij talis cautelæ *Caſtren-*
ſis fautores, alias non merentur attendi ex ratio-
num, & authoritatum pondere maiori contra
dictam cautelam ſupra conſiderato.

Hic eſt meus ſenſus in hoc puncto, & iuxta quē
ob prædicta fundamenta, & rationes ita iudi-
caui, ſaluo rectius ſentientium iudicio, quos ta-
men rogo vt à veritate, ac Iuſtitia non deflectant,
prout *Sacra Rota in alleg.deciſ.*109. *&* 116. *coram*
*Pentinger.*ſupra ponderatis *n.*66.*& ſeq.*agnoſcens,
quod cautela Caſtrenſis citandi tertium pro ſuo
iure, & intereſſe non erat ſolida illam amplius nō
fuit amplexa. *Hactenus Votum* .

De Cauſis Summarijs. CAP. LXXXVIII.

SVmmariæ cauſæ ſunt omnes, in quibus de ſumma infra ducatorum auri viginti quinque, vel de re valorem prædictum non excedente agitur. Item, & cauſæ Cameræ Vrbis, & Fiſci Romani Populi, nec non poſſeſſoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum. Item, & omnes cauſæ, quæ Iure communi ſummariæ ſunt, vel ex forma præſentium Statutorum diſponitur, vt in illis ſummariè procedatur, nec non cauſæ Aduenarum, & Clericorum, qui forum Rei ſequi coguntur vigore reaſſumptionis, aut inhibitionis illis alibi agentibus factæ. Item cauſæ locationum quarumcumque, in quibus quæſtio dominij, vel poſſeſſionis de iure referri non poteſt: nec non & cauſæ penſionum, domorum, prædiorum, caſalium, prætij herbarum, reſponſionum etiam vinearum, & locorum quorumcumque, cenſuum, & canonum, cuiuſcumque ſummæ, & quantitatis exiſtant, & omnes cauſæ, quæ de Iure celeritatem deſiderant. In quibus cauſis volumus, quod ſine libello, litis conteſtatione, aut alijs ſolemnitatibus,ſeù ordinibus iudiciorum,etiam ſubſtantialibus, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta,omni iuris ſolemnitate omiſſa(ſeruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item, & cauſæ Eccleſiarum, Hoſpitium, miſerabilium perſonarum, & mercedis, in quibus non ſolum modo premiſſo,ſed etiam, ſi iuſta ſubſit cauſa, extraiudicialiter omnibus diebus, etiam feſtis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis Iudicis arbitrio procedatur.

PRÆLVDIVM.

HOc ſtatutum præſcribit quæ ſint cauſæ ſummariæ, & quomodò in illis procedatur diſponitur in ſequenti ſtatuto 89., & cum vtriuſq; ſtatuti materia ſit connexa, hinc quæ ad hoc *Statut.* 88. hic adnotantur, erunt communia prò *Statut.*89.

Et quia tam de iure cōmuni quam ſtatuto hic, & ex alijs diuerſis capitibus ſtatutorum Vrbis in maiori parte cauſarū proceditur ſūmariè; & ampliùs in ijſdē cauſis ſūmarijs ab hoc Statuto mandatur *procedi ſummariè ſimplicitèr de plano ſine ſtrepitu,& figura Iudicij,ſola facti veritate inſpecta*,hinc cū agatur de materia vtili,& in dies practicabili, ideò latiori calamo ſuper illa procedam, & in tres Articulos diuidam; In primo perſtringam, quæ ſint cauſæ ſummariæ ex ſtatutis Vrbis, & de Iure; & quomodo in illis procedatur, & de illarum priuilegijs, & effectibus; In ſecundo ponam, quid importent *clauſulæ ſummariè, ſimpli-*
citer

Digitized by Google

cio agitato cum debitore, tamen cum illius ius
non fuerit deductum, non poteſt contra eum fie-
ri executio, & hoc benè firmatur *in quodam Voto
Hyacinthi Gratiani relato per bon. mem. Seraphin.
Maſsin.* Auunculum meum *in ſuo tractat. de confiſcat.
q.20. n.85. & ſeqq.*

Quocirca hæc opinio vltima Rotæ rediens ad
antiquam, & ionixa Iuris diſpoſitioni eſt atten-
denda, neglecta opinione medij temporis, quæ
71 habuit initium à deciſionibus *in dicta Ciuitatis
Caſtelli coram Ghiſilerio* non receptis in Curia, &
etiam vt audiui à Senioribus Curialibus in Si-
gnatura Gratiæ improbatis à San. Mem. Inno-
cẽtio X. Principe doctiſſimo, ex quo illa erat dex-
tractiua primotum principiorum Iuris, & ſimul
ſine ratione euertebat contrariam opinionem an-
tiquitus à Rota ſeruatam.

Quinimmò ipſa *Rot. in dicta Ciuitatis Caſtelli*
72 *in deciſ. 126. n. 13., & ſeq. & deciſ. 128. n. 18. & 19.
apud Poſt. de Subbaſt. in addit.* videtur titubaſſe de
opinione à ſe firmata cum cautela Caſtrenſis,
dum ſubdit, quod Iudex ibi procedendo contra
tertium via executiua, & non ordinaria graua-
uerat ſolum circa ordinem procedendi, ſed non
abſtulerat in totum defenſionem, nec notoriè
grauauerat, vndè dum tertius non appellauerat
à proceſſu executiuo, videbatur acquieuiſſe.

At deueniendo ad cautelam Caſtrenſis, hic cer-
tè non cogitauit cum illa executiuè procedere
contra tertium, prout fuit ſuppoſitum à Docto-
73 ribus, ac *Rota in dictis deciſ. Ciuitatis Caſtelli, dum
Caſtrenſ. in alleg. l. filius familias* narrat tantum, ſe
feciſſe proceſſum contra debitorem abſentem, con-
tumacem, & non contradicentem, & in illo iu-
dicio feciſſe citare in ſingulis actibus tertium
poſſeſſorem, & quod obtinuit, licet cum diffi-
cultate per tres ſententias conformes, non ob-
ſtante quod ille tertius proteſtaretur, illam ſen-
74 tentiam ſibi non nocere, ex quibus verbis *Caſtren-
ſis* colligitur primò, ipſum egiſſe contra tertium
via ordinaria per tres ſententias conformes, &
non via executiua; ſecundo quod creditum ca-
nonizatum in ſententia lata in primo iudicio fa-
cto cum debitore, & in quo tertius fuit cita-
tus, non poteſt tertius amplius impugnare, de-
mum quod pro dicto credito canonizato in tali
ſententia poteſt tertius vrgeri, at non via execu-
tiua, ſed ordinaria per tres ſententias confor-
75 mes, vt ibi fecit Caſtrenſis; ad hoc enim vt cre-
ditor actor poſſit obtinere tenetur primo proba-
re creditum, ſecundo rem à tertio poſſeſſam ſpe-
ctare ad ſuum debitorem, & tandem ius ſuum ſu-
per illa re eſſe potentius iure tertij poſſeſſoris,
quæ duo vltima non fuere cognita in illo primo
iudicio agitato tantum pro conſecutione crediti,
& propterea requiritur noua probatio, & noua
76 diſcuſſio, vt benè declarat idem *Caſtrenſ. in l. à
Diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 8 verſic. dic pro concor-
dia ff. de re iudic.* vbi quod quando ſententia man-
datur executioni contra tertium poſſidentem re-
quiritur noua diſcuſſio, & reddit rationem, quia
in primo iudicio non fuit diſcuſſum, ad quem
77 res pertineat; & præcisè quod tertius poſſeſſor,
& ſi citatus, non ob hoc ſubijciatur viæ execu-
tiuæ, dum illius ius non fuit deductum, nec di-
ſcuſſum in iudicio tenent *Alex. in l. ſæpè n. 6. ff. de
re iudic. Gozadin. optimè conſ. 103. n. 10. & melius
n. 12. Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 26. n. 63., Rot. de-
ciſ. 64. num. 2. coram Millin.*, & recentius *in allegata
Romana Domuncularum coram Pauluccio §. ad hoc
autem.*

Hinc cautela *Caſtrenſis* debet intelligi per ip-
ſum deducta ad praxim via ordinaria, & reuoca-
toria per tres conformes, alias eſſet Iure deſti-
tuta, & pateretur inſuperabiles difficultates,
78 prout illas paſſus fuit *Caſtrenſis*, qui coactus fuit
ſuper ea litigare per tres inſtantias, & cum diffi-
cultate obtinuit, quia Iudices non arridebant
tali cautelæ; & licet Caſtrenſis aſſerat, hoc pro-
ceſſiſse ab ignorantia illorum Iudicum, adhuc
illi Iudices erant ſcientifici, & cognoſcebant,
quod Caſtrenſis ſua magna doctrina, & authori-
tate volebat rem nouam, & prorſus à Iure alie-
nam ad praxim deducere, vndè vix ijdem Iudi-
ces potuerunt induci ad admittendam doctrinam
79 nouam ipſius *Caſtrenſis* via ordinaria, ſeparato
Iudicio, ac per tres ſententias conformes; quin-
immo *Caſtrenſis* in ſua cautela eſt ſatis glorio-
ſus, & ſuſpectus, dum laborauit pro clientibus,
& ſe fecit inuentorem talis cautelæ, deridet Iu-
dices illos tanquam ignorantes, & gloriatur,
quod cum illa fecit remanere confuſum quem-
dam magnum Aduocatum.

Vrget prætereà contrà talem cautelam, quod
tertio poſſeſſori poſſidenti rem iure dominij po-
80 teſt ſolum auocari poſſeſſio in actione reali, ad
effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito ſuper
fructibus *Rot. deciſ. 759. n. 3. & 4. p. 2. recen.* vnde
licet tertius poſſeſſor ſciat litem contra ſe mo-
tam, vel ſit citatus, ex hoc poterit illi parari
præiudicium quoad ſolam poſſeſſionem, quæ po-
terit illi auocari, non autem quo ad proprieta-
tem, & dominium mediante deliberatione ipſius
81 proprietatis, *benè Felin. in cap. cum ſuper n. 12. de
re Iudic. Curtard. in l. vnica limit. 23. n. 9. C. ſi de mo-
ment. poſſeſſ., Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. membr.
4. n. 57. verſic. & quamuis opinio, & num. 58. Gra-
tiat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. fin. num. 25., & 26.
Franc. Marc. deciſ. 272. n. 2. p. 1.*; nam quoad poſ-
ſeſſionis auocationem debet citari, & ſe defende-
re, alias quoad illam ſibi præiudicat, cum prin-
cipaliter de hac diſputetur in illo iudicio, quan-
do verò intentatur iudicium in actione perſona-
li contra principalem debitorem, & in illo cita-
tur tertius poſſeſsor pro ſuo intereſſe, cum tunc
proceſsus non ordinetur principaliter contra
tertium, quamuis hic citatus non compareat,
ſibi non præiudicat, nec quoad poſſeſſionem, nec
quoad proprium creditum, ſi illud habet, quia
de illis non agitur in tali iudicio, ſed ſolùm de
canonizando credito actoris, quod dicti tertij
non intereſt canonizari, cum ſciat ſe poſse ex-
cludere creditorem victorem principalis debito-
ris, quandò per ipſum creditorem dirigetur actio
via ordinaria pro executione crediti ſic canoni-
zati contra bona ab ipſo tertio poſseſsa, tunc
enim poterit hic ad excludendum creditorem
oſtendere vel ſuum creditum, vel aliud ius po-
tentius non deductum in illo primo Iudicio fa-
82 cto ſolum pro canonizando credito cum princi-
pali debitore, *Abb. in cap. quamuis n. 8. in princip.
& n. 10. poſt medium verſic. item prædicta iura de ſen-
tent. & re iudic. Bald. in l. à Diuo Pio § ſi ſuper rebus
n. 3. in fine verſic. ſed quando agit ff. de re Iudic. Ber-
trand.*

Digitized by Google

trand.conſ. 129. *u.4.verſic.pro quo bene facit lib.6. Cozzadin.conſ.103.num.12.Ladereb. conſ.* 180. *per tot. Gratian. cap.439. n 8.& ſeqq.Grauat.ad Veſtr. alleg. cap. fin.n.26.Fontanell. de pact. nupt. clauſ.6. gloſ.1.p.3.n.24.ad 45.tom.2. Scacc.de appell.alleg. membr.4.n.53. & 57.Rot. coram Achill. de Graſſ. deciſ. 6. alias* 218. *de ſenten. & re iudic.*

His ſic diſtinctis, & firmatis non obſtant con-
tratiæ authoritates, quià fundantur ſuper *Ca-
ſtrenſe*, vt ſupra improbato, ac declarato, vt
ad ſummum poſſit cautela *Caſtrenſis* admitti
83 agendo prius reuocatoria, & via ordinaria per
tres ſententias conformes, quandò eſt locus reuo-
catoriæ, vt fecit ipſe *Caſtrenſis ad tradita per Rot.
decis. 15. n.8.coram Duran.decis. 3.n.12. coram Ro-
yas, decis. 27. nu.2.coram Arguell., & decis.335.
num.6. coram Cardin. Cerr.*

Vel talis cautela *Caſtrenſis* poteſt procedere,
84 & practicari, quando tertius poſſeſſor acquiſiuit
ſciens rem litigioſam in fraudem paratæ execu-
tionis *Rot.decis.27.n.13. coram Arguell. decis. 166.
n.1.& ſeq. coram Buratt., & decis.364.n.21.& in-
fra coram Duran*.

Vel quando tertius non poſſidet iure dominij,
ſed pignoris, hoc enim caſu non poteſt retarda-
85 re viam executiuam,ac deliberationem, & in his
terminis adeſt *tex.litteralis in l.à Diuo Pio §.quod ſi
res fuerit ff. de re Iudic.*, & ita loquuntur *Gratian.
cap.941.num.3. & ſeqq.Rot. decis.545.n.14. par.5.
tom.2. recen. decis.181.n.4.p.7. decis.574.n.3.coram
Buratt.decis. 234.num.23.confirmata decis.950.n.5.
86 coram Cardin. Cerr.*, ſecus autem quando quis
poſſidet Iure dominij per tertium deducti, & iu-
ſtificati, *benè Scacc.de appell.q.17.limit.6.membr.4.
n.57.& 58.Giurb.decis. 62.n.2.*

Vel demum procedit ſi titulus dominij per ter-
tium poſseſsorem, vel non iuſtificetur, vel dete-
87 gatur nullus,& inſubſiſtens, hoc enim caſu con-
tra tertium poteſt procedi executiuè *Rot.dec.174.
n.14.& infra p.9.recen.decis.95.num.13.ad 16.decis.
234.n.18.,& ſeqq. & decis.262.n.16. & 17. coram
Cerr.& decis.210., & 220.coram Pentinger.ſupra
allegata in §.nihilominus*.

Demum aduertitur, quod ſi benè, & attentè
perlegantur Doctores, qui cum dicta cautela *Ca-
88 ſtrenſis* pertranſeunt, non procedunt cum ſola
ſuppoſitione citationis tertij poſseſsoris pro ſuo
iure, & intereſse in iudicio agitato contra prin-
cipalem debitorem, ſed vlterius, quod idem ter-
tius ſic citatus comparuerit, litem ſuſtinuerit,
ac ſententiam contrariam, examinatis quoque
eius iuribus, paſſus fuerit, & cum tali ſuppoſito,
in hisque terminis loquuntur *Dec. conſ.187.nu.2.
Crauett.conſ.12.n.8.Ludouic. decis. Lucen.56.* & ſic
debent intelligi cæteri alij talis cautelæ *Caſtren-
ſis* fautores, alias non merentur attendi ex ratio-
num, & authoritatum pondere maiori contra
dictam cautelam ſupra conſiderato.

Hic eſt meus ſenſus in hoc puncto, & iuxta quē ob prædicta fundamenta, & rationes ita iudicaui, ſaluo rectius ſentientium iudicio, quos tamen rogo vt à veritate, ac Iuſtitia non deflectant, prout *Sacra Rota in alleg.decis.109. & 116. coram Pentinger.* ſupra ponderatis *n.66.& ſeq.* agnoſcens, quod cautela Caſtrenſis citandi tertium pro ſuo iure, & intereſſe non erat ſolida illam amplius nō fuit amplexa. *Hactenus Votum*.

De Cauſis Summarijs. CAP. LXXXVIII.

SVmmariæ cauſæ ſunt omnes, in quibus de ſumma infra ducatorum auri viginti quinque, vel de re valorem prædictum non excedente agitur. Item, & cauſæ Cameræ Vrbis, & Fiſci Romani Populi, nec non poſſeſſoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum. Item, & omnes cauſæ, quæ Iure communi ſummariæ ſunt, vel ex forma præſentium Statutorum diſponitur, vt in illis ſummariè procedatur, nec non cauſæ Aduenarum, & Clericorum, qui forum Rei ſequi coguntur vigore reaſſumptionis, aut inhibitionis illis alibi agentibus factæ. Item cauſæ locationum quarumcumque, in quibus quæſtio dominij, vel poſſeſſionis de iure referri non poteſt: nec non & cauſæ penſionum, domorum, prædiorum, caſalium, prætij herbarum, reſponſionum etiam vinearum, & locorum quorumcumque, cenſuum, & canonum, cuiuſcumque ſummæ, & quantitatis exiſtant, & omnes cauſæ, quæ de Iure celeritatem deſiderant. In quibus cauſis volumus, quod ſine libello, litis conteſtatione, aut alijs ſolemnitatibus, ſeù ordinibus iudiciorum, etiam ſubſtantialibus, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta, omni iuris ſolemnitate omiſſa (ſeruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item, & cauſæ Eccleſiarum, Hoſpilium, miſerabilium perſonarum, & mercedis, in quibus non ſolum modo præmiſſo, ſed etiam, ſi iuſta ſubſit cauſa, extraiudicialiter omnibus diebus, etiam feſtis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis Iudicis arbitrio procedatur.

PRÆLVDIVM.

HOc ſtatutum præſcribit quæ ſint cauſæ ſummariæ, & quomodò in illis procedatur diſponitur in ſequenti ſtatuto 89., & cum vtriuſq; ſtatuti materia ſit connexa, hinc quæ ad hoc *Statut.* 88. hic adnotantur, erunt communia prò *Statut.89.*

Et quia tam de iure cōmuni quam ſtatuto hic, & ex alijs diuerſis capitibus ſtatutorum Vrbis in maiori parte cauſarū proceditur ſūmariè; & ampliùs in ijſdē cauſis ſūmarijs ab hoc Statuto mandatur *procedi ſummariè ſimpliciter de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta*, hinc cū agatur de materia vtili, & in dies practicabili, ideò latiori calamo ſuper illa procedam, & in tres Articulos diuidam; In primo perſtringam, quæ ſint cauſæ ſummariæ ex ſtatutis Vrbis, & de Iure; & quomodo in illis procedatur, & de illarum priuilegijs, & effectibus; In ſecundo ponam, quid importent *clauſulæ ſummariè, ſimpli-*

citer

citer, de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta, cum quibus per ſtatutum hic, & placaque Italiæ ſtatuta, & quandoque per commiſſiones cauſarum factas à Peincipe mandatur in cauſis pec Iudices procadi; & in tertio an in cauſis ſummarijs detur appellatio, & in quo differant ab executiuis.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Cauſæ ſummariæ ex ſtatutis Vrbis quæ ſint, & quæ ex diſpoſitione Iuris communis, & quibus priuilegijs circa modum procedendi perfruantur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ ſummariæ ſunt recenſitæ à ſtatuto hic, & ab alijs ſtatutis Vrbis, & omnes, quæ ſunt tales de Iure.*
2 *Cauſa reſtitutionis in integrum incidenter* ex ſtatut. Vcbis 50. lib. 1. *ſunt ſummariæ.*
3 *Cauſæ reſtitutionis in integrum principaliter petitæ in cauſis ſummariis, ſuut ſummariæ.*
4 *Cauſæ executiouis teſtamentorum, & alterius cuiuſcunque vltimæ voluutatis ſunt ſummariæ* ex ſtatuto 86.
5 *Donatio cauſa mortis venit ſub vltima voluntate.*
6 *Summariè proceditur iu cauſis poſſeſſorijs, & interdictorum.*
7 *Summariè proceditur ſi agatur da inſtrumentis factis à carceratis per vim, & metum* ex ſtatut. 99. lib. 1.
8 *Libellus non requiritur in cauſis ſummarijs, ſed ſufficit talis qualis petitio, & n. 40., 57., 86. & 87.*
9 *Summariè proceditur in cauſa diuiſionis* ex ſtatut. 101. lib. 1.
10 *Summariè proceditur ſi agatur de obſeruantia diuiſionis* ex ſtatuto Vrbis.
11 *Summariè proceditur pro contributione contra conſocium pro refectione Molendini, Putei, vel ſimilis rei communis.*
12 *Pariter ſi agutur inter duos emptores conteudentes ſubſiſtere propriam emptionem.*
13 *Pariter ſi agatur ad tradendam rem venditam.*
14 *Pariter ſi agatur de arrha data iu contractu emptionis, & venditionis.*
15 *Pariter ſi agatur de declaranda ſimulata alienatione facta à decocto, ſeu fallito.*
16 *Pariter quando agitur de euictiona contra Camcram Vrbis.*
17 *Pariter ſi agatur pro liberatione à moleſtijs contra Venditorem.*
18 *Pariter ſi conductor, vel emphiteuta recuſet reſpondere de fructibus, ac penſionibus.*
19 *Pariter ſi agatur contra Colonum, qui vindemiam fecit, illa per duos dies aute non intimata domino.*
20 *Pariter in cauſis alimentorum futurorum etiam de Iure, & n. 28.*
21 *Similiter ſi fideiuſſor petat, ſe liberari à fideiuſſione.*
22 *Similiter quando Conſeruatores Vrbis procedunt in cauſis appellationum interpoſitarum per ſubditos Terrarum Romani Populi.*
23 *Summariæ ſunt* ex ſtat. Vrbis *omnes cauſæ infra ſummam ſcutorum 27. 50. moueta Romanæ, & n. 24.*
24 *Cauſæ ſummariæ de Iure Communi, quæ ſint vide remiſſiuè Doctores relatos.*
25 *In cauſis atteatatorum de iure proceditur ſummariè, ac etiam Iudicis officio.*
26 *In cauſis attentatorum proceditur etiam executiuè, & in illis non datur appellatio.*
27 *Cauſa dotis eſt ſummaria, præcipuè fauore mulieris viduæ.*
29 *Cauſa, an cautala Aageli ſit attendenda, eſt ſummaria.*
30 *In cauſa decimarum proceditur ſummariè, & u. 31.*
32 *Summariè proceditur in præparatorio, in quo quis pulſatur ad declarandum, an ſit hæres.*
33 *Terminus hæredi ad deliberandum, an velit eſſe hæres uon conceditur, quando deputatur curator hæreditati iaceuti ad effectum agendi contra illam.*
34 *Contrarium tenentes procedunt, ſi hæres prætenderetur in totum excludi ab aditione hæreditatis.*
35 *Summariè pariter proceditur in actione præparatoria ad exibendum libros, vel ſcripturas.*
36 *Appellatio datur condemnato ad exhibendum, quoties ſit etiam condemnatus ad intereſſe.*
37 *Summariè proceditur, quaudo agitur de recognitione mauus, & nou datur appellatio.*
38 *Summariè proceditur in cauſis mercatorum.*
39 *Summariè* ex ſtatut. Vrbis *proceditur iu contractu emptionis, & venditionis.*
41 *Obſeruantia circa intelligentiam ſtatuti attenditur.*
42 *Obſeruantia inter mercatores facit ius.*
43 *Ab obſeruautia autiqua Tribunalis reſultat ſtylus ſic practicandi, qui habet vim legis.*
44 *Stylus circa ordinatoria Iudicij poteſt probari per fides extraiudiciales, & de eo Iudex poteſt ſe in Camera informare.*
45 *Iu cauſis mercatorum proceditur de bono, & æquo omiſſis ſubtilitatibus iuris.*
46 *Mercatores ſundacales in Vrbe ex priuilegio Vrbani VIII. habent viam executiuam pro pretio mercium pro ſcutis 50.*
47 *Priuilegium Vrbanum uon ſuſtulit viam ſummariam competentem mercatoribus de iure, vel conſuetudine.*
48 *Appellatio de Iure, in cauſa ſummaria datur.*
49 *Cauſæ ſummariè tractandæ ex Statutis Vrbis ſit tractari debent coram Conſulibus Artium Vrbis.*
50 *Tribunalia Conſulatuum Vrbis fuerunt ſuppreſſa per Innocentium XII.*
51 *Cauſæ ſummariè coguoſcendæ coram Conſulibus artium, hodie ſummariè tractari debent coram Iudicibus ordinarijs.*
52 *In cauſis Notariorum Capitolij procaditur ſummariè, ac appellatione prorsùs remota.*
53 *Statutum hoc 88. & ſequens 89. de cauſis ſummarijs eſt deciſorium.*
54 *Contrarium eſt verius, & affertur ratio u. 55.*
56 *Via executiua datur pro penſionibus domorum, vel caſalium, quia celeriter ſolui debent.*
58 *In cauſis ſummarijs articuli ſuccedunt loco libelli, & n. 88.*
59 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ſummarijs.*

60 Cau-

60 *Cauſæ ſummariæ poſſunt tractari non obſtantibus feriſs Meſſium, & Vindemiarum.*
61 *Similiter cauſæ ſummariæ Hoſpitalium, miſerabilium perſonarum, & mercedis.*
62 *Legitimatio perſonarum requiritur in cauſis ſummarijs.*
63 *Pariter præſtatio Iuramenti calumniæ* ex ſtatut. Vrbis 89 *in fine.*
64 *Iuramentum calumniæ de Iure etiam præſtari debet in cauſis ſummarijs.*
65 *In cauſis ſummarijs debent fieri plenæ probationes circa id, ſuper quò petitur.*
66 *Cauſa ſemel ſummaria vigore commiſſionis, ſemper durat talis in qualibet inſtantia.*
67 *Idem ſic ſi ſit ſummaria ex ſtatuto.*

1 CAuſæ ſummariæ ex hoc ſtatuto ſunt primò
omnes in illo nominatæ, ſecundò aliæ de-
ſcriptæ in diuerſis Capitibus ſtatutorum Vrbis,
& tertio omnes illæ quæ de Iure Communi ſunt
ſummariæ, vt legitur in ſtatuto hic.

Quæ cauſæ ſint ſummariæ ex hoc ſtatuto non
eſt opus inutiliter illas recenſere, cum poſſint in
ipſo ſtatuto legi, quæ autem ſint ſummariæ ex
alijs capitibus ſtatutorum Vrbis hic methodicè,
& per ordinem traditur.

Primò ſunt ſummariæ cauſæ reſtitutionis in
2 integrum incidenter prout diſponit *ſtatutum Vrbis lib.1. cap. 50., & ibi Fenzon. n. 45.*, qui hoc
ampliat, licet in illis fuiſſet datus libellus non
neceſſarius, nam non ob hoc irritatur proceſſus
ſummarius.

Et licet in reſtitutione in integrum principali-
ter procedatur prout in ordinarijs *ex dict. ſtat.* 50.
& nos ibi adnotauimus *n.* 143., *& ſeqq.*, nihilo-
minus ſi talis reſtitutio in integrum principali-
ter fuerit petita in cauſis ſummarijs pariter pro-
ceditur ſummariè, cum reſtitutio in integrum
non immutet naturam cauſæ, ſed ſi illa fuit in
prima inſtantia ſummaria, in omni alia, & etiam
3 in inſtantia reſtitutionis in integrum principali-
ter, remanet ſummaria, vt firmauimus *ad dict. ſtat.* 50. *n.* 147. *& ſeq.*

Secundò proceditur ſummariè in executione
teſtamentorum, codicillorum, fideicommiſſorum
4 ac alterius cuiuſcumque vltimæ voluntatis *ex
ſtat. Vrbis lib.1. cap.* 86., vbi adduntur ſimul fa-
cultates procedendi *ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij.*

Et ſub nomine vltimæ voluntatis in caſu oc-
currenti dixi venire donationem cauſa mortis,
quæ ſub nomine vltimæ voluntatis venit, & à le-
gato, & fideicommiſſo non differt, cum ſolum
in fieri, & quoad ordinationem poſſit dici habe-
re aliquam naturam contractus, ſed in facto eſſe
5 & quoad effectum, eſt propriè vltima voluntas,
vt plenè probant *Petr. Barboſ. in l.* 2. *n.* 63., *&
ſeqq. ff. de legat.* 1. *& Hodiern. contr. forenſ.* 35. *n.* 1.
& infra, & hoc caret dubio in terminis huius ſta-
tuti ob illa verba generalia, *& alterius cuiuſcumque vltimæ voluntatis.*

Tertiò in cauſis poſſeſſorijs, & interdictorum
6 *ex ſtat.* 91. *lib.* 1., vbi traditur forma in illis pro-
cedendi, & conſonat ſtatutum hoc *cap.* 88.

Quartò Senator, & Collaterales *ſummariè, ſimpliciter de plano, & ſola facti veritate inſpecta* co-
gnoſcunt de Inſtrumentis, contractibus, & qui-
buſcumque obligationibus, ac liberationibus fa-
ctis à carcerato, vel alio per vim, & metum in
fauorem carcerantis, vel detinentis, vel vim, &
7 metum inferentis, ſeu filiorum, vxoris, ac con-
ſanguineorum, & familiarium illius *ex ſtat.* 99.
lib. 1.; hinc cum alias durante colonia in vinea
per colonum benè meliorata fuiſſet doloſè carce-
ratus colonus, ſub prætextu, quod tentaſſet ex-
plodere archibuſiatam fratri domini vineæ, &
de tali exploſione nihil conſtaret, fuit colonus
perſona miſerabilis, vt ſe liberaret à miſerijs
carcerum coactus renunciare coloniæ, & ſimul ſe
obligare pro aſſerto reſiduo crediti prætenſi per
dominum, & cum ſequuta excarceratione petijſ-
ſet ſine formali libello, & non adhibita tela iu-
diciaria, neceſſaria in cauſis ordinarijs, omnia re-
uocari, prætendebatur ſententia abſolutoria ab
obſeruatione Iudicij, at ego illam denegaui, &
cenſui eſſe ad vlteriora procedendum in cauſa
8 vigore præſentis ſtatuti, non obſtante defectu for-
malis libelli, cum in tali cauſa ſummaria ſat fuiſ-
ſet talis, qualis petitio ex ſtatuto hic, & probat
Cancer. var. reſol. part. 3. *cap.* 16. *n.* 24. *verſ. petitio vero*, & plenè probatum fuit infra hic, & cau-
ſa in meritis examinata, fuit vinearolus rein-
tegratus ad coloniam, licet me hoc ſuadente
(quia ob carcerationem prædictam, & litem ſuc-
ceſſiuam in iudicio ciuili eius commoratio in
vinea in dies nouas contentiones attuliſſet) per
concordiam, recepta certa ſumma pecuniarum,
ceſſerit ſuo iuri coloniæ.

Quintò proceditur ſummariè in cauſa diuiſio-
9 nis rerum communium *ex ſtat.* 101. *lib.* 1.

Sextò ſi facta diuiſione ſuper rebus diuiſis, vel
de conſenſu partium, vel cum decreto Iudicis,
10 vna pars moleſtet aliam, Iudex ad diuiſionis
obſeruantiam ſummariè cogit moleſtantem *ex
ſtat. lib.* 1. *cap.* 102.

Septimò ſi molendinum, furnus, puteus, vel
alia res communis egeat reparatione, conſocius
cogitur ad contributionem pro ſua rata expenſa-
11 rum ſummariè *ex ſtat.* 108. *lib.* 1.

Octauò quando lis vertitur ſuper eo, an ſit at-
tendenda prima, vel ſecunda venditio facta
duobus ab eodem eiuſdem rei, & quando hoc
caſu venditor, vel eius hæredes tenentur ad re-
ſtitutionem pretij vni ex emptoribus pariter ſum-
12 mariè proceditur *ex ſtat.* 109. *lib.* 1.

Nonò ſummariè proceditur, quando quis ven-
13 didit rem alicui, ac nolit illam tradere emptori,
qui pretium iam ſoluit, vel paratus eſt ſoluere,
nam cogitur venditor, ad intereſſe ſi hoc petat
emptor *ex ſtat.* 111. *lib.* 1.

Decimò proceditur ſummariè ſi agatur de Ar-
14 rha data in contractibus emptionis, & vendi-
tionis, & macellarij, ſiue Arrham dederint, ſiue
animalia ſignauerint, emiſſe intelligantur, &
pretium ſoluere cogantur *ex ſtatut.* 112. *lib.* 1., *&
ibi Fenzon. n.* 12.

Vndecimò quando agitur ad declarandam ſi-
15 mulatam donationem, venditionem, ac cuiuſ-
uis generis alienationem factam à decocto, ſeu
fallito, vel ab vxore, nuru, vel ab alio habente
cauſam ab eo de bonis ipſius decocti *ex ſtat.* 114.
lib. 1.

Duodecimò emens à Camera Vrbis, & Roma-
16 ni Populi ſummariè debet defendi in poſſeſſione

rei emptæ, & in euentum euictionis ſummariè
ſuper reſtitutione pretij illi ſubueniendum eſt *ex*
*ſtat.*117. *lib.*1.

Decimotertiò venditor, & eius hæredes ſum-
17 mariè tenentur facere, vt emptor pacificè poſſi-
deat rem emptam, & liberetur ab omnibus mole-
ſtijs, & ſi emptor voluerit, teneatur etiam ad
pretij reſtitutionem, ac damna, & intereſſe ob
non ſublatas moleſtias *ex ſtat.*119. *lib.*1.

Decimoquartò ſi conductor, & emphiteuta
ſint ſoliti ſoluere penſiones domino, non poſſunt
illi reſricare quæſtionem dominij, & ſi à ſolutio-
18 ne ceſſauerint, & dominium interuertant, Sena-
tor, ac Iudices ſummariè illos cogere debent ad
reſpondendum de fructibus, ac penſionibus *ex*
*ſtat.*121. *lib.*1. & conſonat ſtatutum hic.

Decimoquintò ſi colonus partiarius faciat vin-
19 demiam, non intimatam locatori, & eo abſen-
te eius procuratori per duos dies ante, teneatur
ad duplum iuxta æſtimationem per peritos fa-
ciendam, & in hoc ſummariè procedatur *ex ſtat.*
123. *lib.*1.

Decimoſextò ſummariè proceditur in cauſis
alimentorum à filijs contra Patrem, vel à Patre
20 contra filium petitorum *ex ſtat.* 140. *lib.* 1., &
quod etiam de iure in cauſa alimentorum futu-
rorum ſummariè procedatur *Cancer. var. reſol.*
*part.*1. *cap.*16. *n.* 1. *Rot. deciſ.*82. *coram Bich. Mel.*
ad Caſtill. de alimentis cap. 4. *n.* 1., *&* 2., vbi
etiam quod in illa non requiritur propterea libel-
lus, nec litis conteſtatio, ex quo venter non pa-
titur dilationem.

Decimoſeptimò ſi fideiuſſor petat liberari à fi-
deiuſſione, vel quod detur eius fauore fideiuſſor
21 idoneus pro conſeruatione indemnitatis, ſum-
mariè tali caſu proceditur *ex ſtat.* 157. *lib.* 1, *&*
*priùs cap.*94. *vbi Fenzon. in princip.*

Decimo octauò quando ſubditi Caſtrorum,
ac Terrarum Romani Populi appellant ad Con-
22 ſeruatores Vrbis, hi procedunt in dictis cauſis
appellationum omni Iuris ſolemnitate omiſſa,
& ſola facti veritate inſpecta, & ſic ſummariè *ex*
Stat. Vrb. 190. *lib.*1.

Decimononò aduerte quod ex hoc *ſtat.* 88.
dicuntur ſummariæ omnes cauſæ, in quibus agi-
23 tur de ſumma infra vigintiquinque ducatorum
auri, vel de re valorem prædictum non excedente,
& ſic cùm ducatus auri ſit iuliorum vndecim pro
quolibet *ex ſtat.* 197. §. *Ducatus auri lib.*1., omnes
24 cauſæ infra ſcuta viginti ſeptem cum dimidio
monetæ Romanæ ſunt ſummariæ; ſi verò excedat
ſummam prædictam, cauſa erit ordinaria, dum-
modò ex aliquo capite non ſit ſummaria.

Quia ex hoc Statuto declarantur etiam ſum-
mariæ omnes illæ cauſæ, quæ ex diſpoſitione Iu-
ris Communis ſunt ſummariæ, vndè non eſſet in-
congruum, illas hìc recenſere, ſed quia eſſet actum
25 agere, ideò quales ſint, videri poſſunt apud rela-
tos *per Fenzon. hic n.*2. *verſic. Iure Communi*, plenè
*Ridolphin. in praxi p.*2. *cap.*1. *n.*52. *& infra*, & ali-
quas recenſet *Manſon. de Cauſ. execut. ampliat.* 8.
*Tuſch. concluſ.*837. *Marant. in ſpecul. par.*4. *diſt.*9.
per tot.

Verùm aliquas cauſas ſummarias ex diſpoſi-
tione Iuris Communis recenſere non erit penitùs
extra rem, nec inutile; & quidem ſummariè, velo
leuato, ac ſolo Iudicis officio abſque libello, &
26 litis conteſtatione, ac ſeruatione terminorum
ſubſtantialium proceditur in cauſis attentato-
rum, *Ridolphin. in praxi p.*2. *cap.*15. *n.* 81. *Rot. de-*
*ciſ.*221. *n.*35. *p.*16. *recent.* quinimò in illis proce-
ditur etiam executiuè, & ſic à decreto mandante
27 purgari attentata, non datur appellatio, *Lancel-*
*lot. de Attentat. p.*3. *cap.*28. *n.* 87. *Salgad. de Reg.*
*protect. p.*2. *cap.*12. *ferè per tot. Rot. deciſ.*52. *n.*14.,
*& ſeqq. p.*10. *recent.*, *& deciſ.*412. *n.*3. *p.*19.

Secundò eſt ſummaria cauſa dotis, & illa cele-
28 riter debet expediri, maximè ſi agatur fauore
mulieris viduæ, *Bald. nouell. de Dot. p.*9. *priuil.*12.
Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 39. *n.*30. *p.*1.

29 Tertiò, cauſa alimentorum futurorum, *l. ſi quis*
à liberis, §. *ſi vel Parens, ff. de liber. agnoſcen. Surd.*
*de aliment. tit.*8. *priuileg.*2. *d. Ab Eccleſ. obſeru.*39.
*n.*21. *p.*1. & probatum fuit ſupra hic *n.*20.

Quartò, quando agitur de cognitione, an bo-
na contenta in Cautela Angeli ſint tertij illam al-
legantis, & an afficere debeat ad impediendam
executionem necnè, nam ſi ius illam allegantis
30 deficit, facta ſuper hoc ſummaria cognitione de-
uenitur ad executionem, non obſtante Cautela
allegata, *Chartar. deciſ. Ianuen.* 83. *n.* 12. *Rot. de-*
*ciſ.*67. *n.*4., *&* 5. *p.*19. *rec.*

Quintò, quando tractatur de decimis inter
31 perſonas Eccleſiaſticas, *gloſ. in Clementina diſpen-*
dioſam, verbo decimis de Iudic. plenè *Manſon. de*
*cauſ. execut. ampliat.*34. *n.*12., *& ſeq. Rot. deciſ.*604.
*n.*3. *verſic. quando autem p.*1. *recent.*, & concluſio
32 procedit quomodocumque tractetur de decimis
*ex d. Clement. diſpendioſam, Ridolphin. in praxi p.*2.
*cap.*1. *n.*84. *verſic. decimusquartus.*

Sextò, in omnibus præparatorijs cauſarum, vt
ſi petatur ab aliquo, an ſit hæres alicuius, aliàs
videndum deputari Curatorem hæreditati iacen-
ti, ad hoc, vt poſſit proponi actio contra hære-
dem, vel hæreditatem, cùm per talem interroga-
33 tionem quis non dicatur propriè agere, ſed po-
tiùs ſe præparare ad agendum ex traditis *per*
Aſin. in praxi §.14. *cap.*3. *n.*14., *&* 15., *& per Cy-*
*riac. contr.*306. *n.*10. vbi benè, & ſic ſuper huiuſ-
modi præparatorio interrogatorio ex praxi ſum-
mariè proceditur, & quis debet declarare, ſe eſſe
hæredem, & ſi non declarat, deuenitur ad deputa-
tionem Curatoris hæreditati iacenti, cum quo agi
poſſit.

Et licèt dū iudicando præſui, non ſemel viderim
factas oppoſitiones per conuentos ad faciendam
talem declarationem, quod volebant terminum
ad deliberandum, an vellent eſſe hæredes, ipſis de
iure conceſſum, adhuc in Curia, & eſt etiam de
iure, talis oppoſitio non attenditur, quando
creditores agunt pro habenda tali declaratione
ad effectum habendi deputationem Curatoris
hæreditati, cum quo agi poſſit (non ad effe-
ctum, vt quis non poſſit poſtea hæreditatem adi-
34 re) tunc enim ſeruatis quatuor terminis ad de-
clarandum, an ſit, vel velit eſſe hæres, per quatuor
dies diſtinctos, deuenitur ad deputationem Cu-
ratoris, latè *Iaſ. in Rubr. C. de ſucceſſ. edict. n.*3.
*verſic. tertio quero, & n.*4.; vbi teſtatur, hanc eſſe
veram, & communem opinionem, *Ripa ſingular.*
*obſeruat.*35. *n.*5., *&* 6. *Anton. de Padill. in repetit.*
*l. ſi emancipata n.*43. vbi dicit, *Butrigarium* fuiſſe
primum, qui tenuit hanc reſolutionem, benè *Va-*
*laſc. conſult.*92. *n.*6., *&* 7. *Capyc. deciſ.*87. *n.*3. *Ca-*
pyc.

Digitized by Google

*pyt. Latr. deciſ.*80. *n.*10., *&* 11.; & Doctores con-
35 trarium tenentes, quod filio hæredi debeat con-
cedi terminus vltius anni ad deliberandum, &
extraneo centum dierum, debent intelligi, quan-
do filij, vel extranei hæredes prætenderentur ex-
cludi ab aditione hæreditatis, ſecùs dum ſolùm
prætenditur deputatio Curatoris hæreditati, cum
quo creditores vel legatarij agere poſſint, quæ
datio Curatoris non excludit, quin poſteà hæres
poſſit adire hæreditatem, vt diſtinguunt commu-
ni calculo Doctores ſupra relati, itaut in Tribu-
nalibus talis petitio termini ad deliberandum non
concedatur, ſed ſi quis non declarat, ſe heredem
ſtatim deuenitur ad deputationem Curatoris.

Cùm actio ad exhibendum libros, ſcripturas,
& ſimilia, ſit pariter præparatoria, hinc ſumma-
36 riè in illa proceditur, quinimò executiuè, dum
condemnatus ad exhibendum non appellat *Sa-
luſt. Tiber. in praxi A.C. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 8.; vbi
quod pluries vidit in contradictorio Iudicio ſic
deciſum, & determinatum, *Scacc. de appellat.
quæſt.*17. *limit.*6. *membr.* 8. *n.* 21., *& ſeqq. Ridol-
phin in praxi p.*2. *cap.*3. *n.*72.

At dari appellationem, ſi in condemnatione
37 ad exhibendum contineatur intereſſe, vel reſtitu-
tio ipſius rei, *Scacc. d. membr.*8. *n.*19., *&* 20. *Ri-
dolphin. d. cap.*3. *n.*73., *&* 74.

Septimò, proceditur ſummariè, quando quis
conuenitur ad recognoſcendum manum pro-
priam Patris, Mariti, Magiſtri Domus, Inſtitito-
ris, factoris, & ſimilium appoſitam in aliqua ſcri-
ptura, itaut à decreto mandante recognitionem
38 huiuſmodi mediante mulcta, ſeu grauatoria, vel
quod alias manus habeatur pro recognita, non
detur appellatio, *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.* 84.
n. 21. *&* 22. *Poſt. de manut. obſeruat.*98. *n.*9. *Ma-
gon. deciſ. Lucen.*25. *n.* 42., & dixi ſupra *ad Stat.*
84. *num.*35.

Octauo in cauſis mercatorum proceditur ſum-
mariè, dum ex diſpoſitione Iuris communis illæ
39 deciduntur de bono, & æquo, reiectis ſubtilita-
tibus, & apicibus Iuris, reſpicientibus ordinem
iudiciarium *Rot. Ianuen. deciſ.* 171. *n.* 7. *Add. ad
Gregor. deciſ.*176. *n.*12. *Rota in Clarauallen. Grani*
22. *Iunij* 1590. §. *nec refragatur coram Orano*, *&
deciſ.* 139. *n.*5. *coram Royas*, & ita fuit deciſum
per Aſſettamentum, iuxta meum Votum, quod
hic regiſtratur, licet prima vice (me tamen refra-
gante) contrarium ſine fundamento fuiſſet deci-
ſum; Tenor autem mei Voti tunc exarati, eſt
ſequens.

De Rubeis Mercator cum citatione ad ſoluen-
dum petierat contra D. Georginum ſcuta ſexa-
ginta pro pretio mercium, & cum Georginus in-
ſtaret abſolui ab obſeruatione Iudicij, ex quo de
Rubeis egiſſet ſine libello, me non annuente pro
tali abſolutoria, fuit aditum Aſſettamentum
ſub die 23. Aprilis 1682., & hoc arriſit Georgino,
ſed cum talis reſolutio, me refragante, prodijſſet
ſine Iuris fundamento, & de illa conquererentur
nedum pars, ſed Curiales, ac Notarij, ego cau-
ſam repropoſui, & ſub die . . Iunij eiuſdem anni,
nemine refragante, fuit receſſum à deciſis.

Et ratio receſſus, ac reſolutionis fuit, quia
cum ageretur de pretio mercium, & ſic de con-
tractu emptionis, & venditionis ſummariè proce-
40 dendum erat ex *Stat. Vrb. lib.*1. *c.*109. *ad* 112., &
in cauſis ſummarijs non requiritur Libellus, ſed
41 ſufficit talis, qualis petitio in actis facta, ex quà
Reus poſſit inſtrui de eò, quod prætendit Actor
iuxtà *Stat. Vrbis cap.*88. *&* 89. *lib.*1. *Barboſ. clauſ.*
173. *Rot. deciſ.*60. *n.*5. *coram Duran.*, *& deciſ.*272.
*n.*5. *coram Bich.*

Arridebat antiqua, & inconcuſſa obſeruantia
Tribunalis Capitolij atteſtata per antiquiores
Cauſidicos, ac Notarios, quod in cauſis merca-
torum, ſignanter concernentibus pretium mer-
cium, ſemper actum fuerat ſummariè & ſine Libel-
lo, & cum ſimplicibus citationibus ad ſoluen-
42 dum, quæ obſeruantia circa intelligentiam Iu-
ris, & ſtatuti ſuadet, vt eodem modo ſemper ſer-
uanda ſit *Rot. deciſ.*530. *n.*3. *coram Pamphil.*, *&
deciſ.*596. *n.*11. *p.*18. *tom.*2. *recen.*, quod præcipuè
43 procedit inter Mercatores, inter quos obſeruan-
tia communis facit Ius *Rot. Ianuen. deciſ.* 2. *n.* 4.
in fine, *& deciſ.* 39. *n.* 8. *Intrigl. deciſ. Sicil.* 13. *n.*
24. *Rot. deciſ.*47. *n.*4. *p.*7. *rec.*, *& deciſ.*338. *nu.* 2.
coram Merlin., & ab obſeruantia inueterata Tri-
bunalis reſultat ſtylus ſic practicandi, qui habet
vim legis *Afflict. deciſ.* 253. *num.* 4. *Rouit. deciſ.*
27. *num.*4.

Et talis ſtylus cum verſetur circa modum pro-
cedendi, & ſic circa ordinatoria Iudicij proba-
tur per fides extraiudiciales, cum poſſit Iudex de
44 illo in Camera extraiudicialiter & non vocata
parte ſe informare *Oſaſch. deciſ.* 22. *n.* 17. *Intrigl.
deciſ.*15. *n.*86., *&* 87. *Rot. deciſ.* 84. *n.* 6. *coram
Gregor. deciſ.* 109. *n.* 5. *&* 6. *coram Zarat.*, *& de-
ciſ.*8. *n.*4. *poſt Salgad. labyr. Creditor.*, maximè dum
dictæ fides extraiudiciales recipiunt fomentum
ab actis publicis, quæ inducunt notorium, ex quo
innumeræ in officijs notariorum Capitolij repe-
riebantur mercatorum cauſæ pro pretio mercium
inſtructæ ſine libello, & terminatæ fauore mer-
catorum.

Cui diſpoſitioni ſtatutariæ, & obſeruantiæ ad-
ſtipulatur diſpoſitio Iuris communis, ſecundum
45 quod in cauſis mercatorum proceditur de bono,
& æquo, omiſſis ſolemnitatibus, & apicibus Iu-
ris *Gaill. obſeruat.*20. *n.*5. *lib.*2. *Rot. Ianuen. deciſ.*
23. *n.*15., *& deciſ.*35. *n.*1. *Gratian. deciſ.*84. *n.*12.
Magon. deciſ. Florent. 70. *n.* 32. *Rot. deciſ.*531. *nu.*
13., *& ferè per tot. apud Poſt. de manut. deciſ.*58.,
& 85. *vtrobique in fine coram Buratt.*, & nouiſſimè
Cardin. de Luc. de Credit., *& debit. diſc.* 78. *nu.* 7.
& 9. *& diſc.*87. *num.* 8., vndè dum *Stat. Vrbis* 38.
*lib.*1. mandat procedi ſummariè etiam in cauſis,
in quibus de Iure communi ſummariè proceditur,
non eſt ambigendum, quod benè per mercatorem
actum fuit ſine libello pro pretio mercium.

Irreleuans eſt obiectio deſumpta *ex Conſtit.*294.
*Vrbani VIII. Bullar. nou. tom.*3. dante viam execu-
46 tiuam libris mercatorum pro pretio mercium
vſque ad ſcuta quinquaginta tantum, & hic pe-
terentur ſcuta ſexaginta, quia priuilegium indul-
tum à Conſtitutione prædicta pro mercatoribus,
vt pro ſumma ſcutorum quinquaginta habeant
viam executiuam, & etiam prælationem in con-
curſu aliorum creditorum, non ſuſtulit alia pri-
47 uilegia cauſæ ſummariæ ex ſtatuto de Iure, ac ab
obſeruantia inducta, nam priuilegium cauſę exe-
cutiuę differt à cauſa ſummaria, cum omnis cauſa
executiua ſit ſummaria, ſed non è conuerſo, cum
ſtet ſimul, quod in cauſa circa ordinem proceden-

Digitized by Google

di fiat proceſſus ſummarins, ſed non in exequen-
do, quia ceſſante via executiua, datur in cauſa
48 ſummaria appellatio ex benè traditis *per Palm.
Iun. alleg. 189. n. 6. ad 9. tom. 2. & Rot. deciſ. 531.
n. 5. & 12. coram Bieb.*

Ex quibus ſuit vt ſupra receſſum à deciſis, &
cum coram me cauſæ cognitio ſuper pretio mer-
cium continuaretur, Reus conuentus, qui erat
cauſarum Patronus, & etiam creditor in certa ſum-
ma pro ſuis patrocinijs præſtitis mercarori in
ſuis cauſis, illis ex bono, & æquo bonificatis,
per concordiam me ſuadente concluſam, merca-
tor ſuit de reſiduo ſatisfactus.

Redeundo ad materiam noſtri ſtatuti de cauſis
ſummarijs aduerte, quod cauſæ ſummariæ ex ſta-
tutis Vrbis, vel diſpoſitione Iuris communis ſum-
49 matiè tractari debent, etiam in Conſulatibus
Artium Vrbis, licèt eorum ſtatuta contrarium
diſponerent *ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 90.* & licèt
dum hæc ſcripta renideo, talia Tribunalia Conſu-
latuum ſint ſuppreſſa, & tota iuriſdictio ſit dela-
50 ta ad Iudices Ordinarios per particularem, &
prouidam Conſtitutionem S.D.N. Innocentij XII.,
nihilominus crederem, quod eorum cauſæ coram
Iudicibus Ordinarijs Capitolinis ſint tractandæ
cum proceſſu ſummario, nam licèt ſit ſublata Iu-
riſdictio Conſulatuum, tamen remanent Statuta
Vrbis de cauſis ſummarijs non vulnerata, cum
51 ſolum *in dict. Stat. 90. lib.* 1. Conſulibus Artium
fuiſſet iniunctum, quod in cauſis ſummarijs pro-
cederent ſummariè, vnde eorum iuriſdictione
ampliùs non exiſtente, adhuc remanent illorum
cauſæ, quæ quando ſunt ſummariè ex ſtatuto, vel
diſpoſitione Iuris, eodem modo ſunt tractandæ
coram Iudicibus Ordinarijs, vt ſenſui pater.

Cauſæ pariter Notariorum Curiæ Capitolij, ac
familiarum, illorumque intereſſe quomodoli-
bet concernentes, ſummariè cognoſcuntur, ſim-
pliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudi-
52 cij, ac ſola facti veritate inſpecta per Senatorem,
ac eius Collaterales, & amplius ab aliquo illorum
terminatę executioni demandantur appellatione,
recurſu, ac reſtitutione in integrum remotis, &
in illis *parito Iudicato ac refectis expenſis* ſemel re-
uiſio datur in Aſſettamento ex particulari motu
proprio San. Mem. Sixti V, cum quò inconcuſsè
proceditur, nec in huiuſmodi cauſis ſe ingerit
Capitaneus Appellationum, & dùm quandoque
contra formam dicti motus proprij Sixtini idem
Capitaneus voluit ſe ingerere, Senator illi inhi-
buit, & ſic etiam paſſim ſeruauit Aſſettamentum.

An autem hoc ſtatutum 88. & ſubſequens 89.
de cauſis ſummarijs ſit ordinatorium, vel deciſo-
rium, videtur dicendum, eſſe deciſorium, & ſer-
uandum in omnibus Curijs & Tribunalibus Vr-
53 bis *ex Rot. deciſ. 335. n. 4. p. 10. rec.* vbi pro pen-
ſionibus Caſalium ex hoc *Stat.* 88. fuit proceſſum
ſummariè, & executiuè in Tribunali Sac. Con-
gregationis Sancti Officij.

At cum in dicta deciſione articulo non diſcuſ-
ſo hoc firmatum fuerit, ſatis dubito de tali opi-
54 nione, cum hoc *Stat.* 88. reſpiciat potius ordinem
procedendi, & ſic ordinatoria, non deciſoria,
quod videtur abundè colligi ex verbis eiuſdem
ſtatuti, dum mandat procedi ſummariè etiam in
cauſis aduenarum, & Clericorum, qui forum Rei
ſequi coguntur vigore reaſſumptionis, aut Inhi-
bitionis illis alibi agentibus factæ, vnde ſtatuen-
55 tes conſiderarunt aduenas, & Clericos non ſu-
biectos foro Capitolino, & voluere illos eſſe ſub-
iectos formæ traditæ circa cauſas ſummarias in
illarum proceſſu, & ordine, nàm alias fuiſſet
ſumma iniquitas, quod aduenę, forenſes, ac Cle-
rici in eorum cauſis decidendis quoad merita
fuiſſent ſubiecti Statutis Vrbis, quæ certum eſt in
deciſiuis non poſſe ligare niſi ſubditos; nihilo-
minus ne videar refragari authoritati ſacræ Ro-
tæ, quam venerari debeo, & veneror, illam ſe-
quendo videtur poſſe ſaluari cum motiuo addu-
cto *in deciſ. 526. n. 11. coram Bieb.*, quod via exe-
56 cutiua datur pro penſionibus, ex quo celeriter
ſolui debent ex diſpoſitione *l. Præſes C. locat.*

Quando cauſæ ſunt ſummariæ, ac proceſſus
ſummarius in illis adhibetur, tunc non requiritur
57 libellus ex verbis præciſis ſtatuti hic, & probat
*Rot. deciſ. 272. n. 5. coram Bieb. Cancer. variar. re-
ſol. p. 3. cap. 16. n. 24. Ab Eccleſ. obſeruat. for. 39. n.
2. cum duobus ſeqq. p. 1.*, *& Fenzon. ad ſequens ſta-
tut. 89. n. 1. & ſeqq.*, vbi quod ſufficit talis qualis
petitio in actis facta.

Et articuli tali caſu ſuccedunt loco libelli ad
58 verba *ſtatuti 89. lib. 1. Rot. deciſ. 50. nu. 2. coram
Durano.*

Nec requiritur litis conteſtatio *Ab Eccleſ. dict.*
59 *obſeruat. 39. n. 19. verſic. & in his.*

Cauſæ ſummariæ poſſunt tractari non obſtan-
60 tibus ferijs meſſium, & vindemiarum inductis
per Statut. Vrbis lib. 1. cap. 58., per quod ſpecificè
à ferijs excluduntur cauſæ ſummariæ, & ſic ſe
habet praxis fori Capitolini.

Idem dic de cauſis ſummarijs Eccleſiarum,
Hoſpitalium, Miſerabilium perſonarum, & mer-
61 cedum vt cauetur *in hoc ſtatut.* 88.

62 Nihilominùs etiam in ſummarijs requiritur le-
gitimatio perſonarum litigantium plenè *Ab Ec-
cleſ. obſer. for. 39. n. 10. cum tribus ſeqq. p. 1.*

Requiritur in cauſis ſummarijs præſtatio Iura-
63 menti calumniæ *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 89. in fine
Fenzon. hic n. 7.* & de Iure communi illud eſſe
præſtandum in cauſis ſummarijs, etiamſi commiſ-
64 ſæ eſſent cum clauſulis *de plano ſine ſtrepitu, &
figura Iudicij Anton. del Rè de Iuram. Calumn. cap.
19. n. 4. & ſeqq.*

Prout requiruntur plenę probationes circa fa-
ctum, & merita cauſæ, cum ſolum quoad ordi-
nem iudiciorum ſint remiſſæ ſolemnitates, & api-
65 ces Iuris, non quoad probationes, ac defenſio-
nes ſuper meritis, de quibus debet plenè, & con-
cludentèr liquere *Ab Eccleſ. obſeruat. forenſ. 39. n.
22. p. 1. & plenè Chartar. deciſ. Ianuen. 17. & 21.*
& dicam latiùs infrà *hic art. 2.*

Aduerte hic, quod cauſa ſemèl effecta ſumma-
66 ria vigore commiſſionis ſemper durat talis in
qualibet inſtantia *Caſſador. deciſ. 8. n. 5. de reſcript.
& deciſ. 337. n. 7. coram Pamphil.*

67 Idem dicas ſi cauſa ſit ſummaria ex ſtatuto,
quia ſemper remanet talis *Fenzon. ad Stat. Vrbis
50. n. 14. lib. 1.*

Alia plura circa effectus cauſarum ſummaria-
rum habebis articulo ſequenti, cum poſſint bene
ad hunc locum referri.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Clauſulæ *ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola facti veritate inſpecta, omni Iuris ſolemnitate omiſſa* poſitæ in hoc, vel ſimilibus Statutis, vel in delegationibus cauſarum factis à Principe, quid importent, vltra clauſulam *Summariè*, plenè examinatur.

SVMMARIVM.

68 *Clauſulæ* ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate *inſpecta*, *quid operentur vidè remiſſiuè.*

69 *Clauſula* de Plano *ſignificat facultatem cognoſcendi etiam non ſedendo pro Tribunali.*

70 *Clauſula* ſine ſtrepitu; & figura Iudicij *importat, quod Iudex poſſit procedere de facto, & non ſeruato Iuris ordine.*

71 *Idem, & plus operatur Clauſula* ſola facti veritate inſpecta.

72 *Clauſula* ſola facti veritate *inſpecta operatur, quod Iudex poſſit iudicare ſicut Princeps, & ſicut Deus.*

73 *Apices Iuris per dictam clauſulam reijciuntur.*

74 *Iudicium poteſt incipi ab articulis ſtante tali clauſula* ſola facti veritare inſpecta.

75 *Venia non petita iudicium ſuſtinetur ſtante dictæ clauſula.*

76 *Fideicommiſſario competit actio nulla facta reſtitutione fideicommiſſi, quando eius ius eſt clarum attenta tali clauſula.*

77 *Actio poteſt intentari ex pacto nudo in vim dictæ clauſulæ.*

78 *Proceſſus non impeditur exceptione ſpolij non purgati ſtante tali clauſula.*

79 *Attentata reijciuntur, & procedi poteſt illis non purgatis in vim dictæ clauſulæ.*

80 *Concluſio procedit in attentatis Iuris non facti.*

81 *Exceptia de Iure tertij reijcitur ob dictam clauſulam.*

82 *Poteſt tamen tertio opponi quod illi non competit actio.*

83 *Reijcitur ob illam exceptio excuſſionis.*

84 *Intellige ſi exceptio excuſſionis proponatur ad impediendum ordinem Iudicij, ſecus ſi ad merita cauſæ finita proceſſu.*

85 *Clauſula prædicta operatur, vt cauſa poſſit expediri ſine Libello, & litis conteſtatione.*

89 *Libelli loco habetur ſola productio Inſtrumenti, attenta dicta clauſula.*

90 *Clauſula præfata operatur vt poſſit ſequi condemnatio ex cauſa licet non deducta, vel diuerſa ab expreſſa in libello.*

91 *Intellige ſi res probata aliquo modo correſpondeat petitioni, ſecus ſit omninò diuerſa.*

93 *Petitio quando debet in actis regiſtrari tunc non poteſt ferri ſententia ſuper re omninò diuerſa à petitione.*

94 *Citatio continens id, quod Actor petit, æquipollet petitioni. in actis regiſtrandæ.*

95 *Libellus ſi factus ſit in cauſa ſummaria non ob hoc cenſetur receſſum à Iudicio ſummario.*

96 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta *operatur, quod poſſit cumulari poſſeſſorium cum petitorio.*

97 *Intellige de poſſeſſorio plenario, non de illo ſummariſſimo manutentionis.*

98 Deciſ. Bonon. diuerſ. 14. n. 97. & 109. *contrarium firmans declaratur.*

99 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta *tollit ſolemnia Iudiciorum, non ſubſtantialia cauſæ, & etiam ex ſtat. hic n.* 104.

100 *Iudex in vim dictæ clauſulæ non poteſt ſententiam proferre contra ius, & deficientibus probationibus.*

101 *Clauſula prædicta non tollit probationes veritatem cauſæ præſeferentes, nec ea quæ deſunt de Iure gentium.*

102 Zuccar. deciſ. lucen. 30. n. 8. *volens quod Iudex virtute talis clauſulæ poſſit in iudicando recedere à regulis Iuris, reprobatur & n.* 103.

105 *Iudex in vim dictæ clauſulæ poteſt credere probationibus non concludentibus.*

106 *Contraria opinio vti verior tutatur & n.* 107.

108 *Iudex iudicans ex probationibus ſolum perſuaſiuis, & non concludentibus dicitur iudicare contra veritatem.*

109 *Iudex poteſt iudicare cum probationibus non benè concludentibus ſi agatur de modico præiudicia, & de cauſis exiguis.*

110 *Vel ſi agatur coram arbitratore aliundè habente informationem ſuper veritate probationis.*

111 *Vel ſi probatio non concludens habeat pro ſe veriſimilitudinem.*

112 *Teſtes domeſtici, & inhabiles non recipiuntur ad faciendam plenam probationem ſtante clauſula* ſola facti veritate inſpecta, *n.* 113.

114 *Impugnantur* Spad. conſ. 148. n. 13. lib. 1., & Olaſch. deciſ. 1. n. 11. *volentes non admitti teſtes reprobatorios, quando proceditur cum clauſula prædicta.*

115 *Ex teſtibus inhabilibus non poteſt haberi veritas, quæ inueniri debet à Iudice procedente cum tali clauſula.*

116 *Riccius* deciſ. 139. p. 4. *tranſcripſit ad verbum* deciſ. Chartarij 21. *eo tacito.*

117 Stat. Vrb. 78. lib. 1. *in cauſis, in quibus proceditur ſummariè, permittit quod teſtes poſſint reprobari.*

118 *Teſtes examinatos ſine citatione partis Iudex non debet attendere, etiamſi procedat cum clauſula* ſola facti veritate inſpecta.

119 Cyriac. contr. 512. n. 19. & ſeqq. *contrarium tenens reprobatur.*

120 *Probant, attenta dicta clauſula, teſtes examinati ſine Iuramento.*

121 *Contraria opinio vti verior retinetur, & n.* 122. *&* 123. *reprobantur contrarium tenentes.*

124 *Iudex attenta dicta clauſula debet iudicare ſecundum ſcientiam, quam habet ex actis, & non extra, & n.* 126.

125 *Author vacabat ſtudijs legum Bononiæ de anno* 1660.

126 *Legitimatio perſonarum vti de ſubſtantialibus Iudicij debet fieri non obſtante clauſula* ſola facti veritate inſpecta.

127 *Exceptio legitimationis perſonarum poteſt opponi*

poſt

poſt tres ſententias conformes, & etiam ſi agatur coram Principe.

128 *Nullitas ex defectu legitimationis perſonarum eſt magna, & nulla maior dari poteſt.*

129 *Intellige ſi in executiuis, vel ſummarijs legitimatio fuerit oppoſita.*

130 *R.P.D. Seneroluſ vti Prælatus doctiſsimus laudatur.*

131 *Probationes poſt elapſum terminum ad probandum fieri poſſunt, attenta clauſula* ſola facti veritate inſpecta.

132 *Fallit ex Statuto* Vrb.89.lib.1. & n.133.

133 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta *non operatur in ijs, in quibus particulariter fuit prouiſum ab alio ſtatuto.*

134 *Ius quæſitum parti non tollitur per dictam clauſulam.*

136 *Examen poſt didicita teſtificata non permittitur in vim dictæ clauſulæ.*

137 *Inſtantia præſcripta pro cauſis definiendis an currat de iure ſtante dicta clauſula, refertur vtraque opinio.*

138 *Perit* ex ſtat. Vrb. lib.1. cap.81.

139 *In ſummarijs non requiritur litis conteſtatio, ſed ille actus, per quem Iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ, habetur pro conteſtatione.*

140 *Clauſulæ* ſola facti veritate inſpecta de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij *poſſunt apponi in commiſſionibus ſolum à ſupremo Principe.*

141 *Non poſſunt apponi à Cardinali Legato de Latere.*

142 *Fallit ſi ſtatus cauſæ, & conditio perſonarum ſic exigerent.*

143 *Clauſulæ prædictæ nec poſſunt apponi à Baronibus.*

144 *Contrarium de facto ſeruatur, præcipuè ſi qualitas cauſa, vel paupertas ſubditorum, ſic ſuadeat, & num.145.*

146 *Clauſulæ prædictæ contentæ in ſtatutis conditis à ſubditis, ſed confirmatis in forma communi, attenduntur.*

147 *Statutum Aſculi mandat, vt in cauſis procedatur cum talibus clauſulis, & ſeruatur cum ſit confirmatum in forma communi.*

STatutum noſtrum hic in cauſis, quas voluit eſſe
ſummarias, mandauit vlteriùs procedi *ſimpli-
citer, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſola fa-
cti veritate inſpecta, omni iuris ſolemnitate omiſſa*;
68 quid dictæ clauſulę importent, ac de illarum effe-
ctibus vltra mox perſtringenda videri poſſunt
*Decian. reſp.81. lib.5. Natt. conſ.585. Barboſ. clauſ.
173. Carpan. ad ſtat. Mediolan. p.1.c.47. Monterent.
ad ſtat. Bonon. par. 1. lib. 2. Rubr. de vocat. in iur.,
& venien. fol.91. Ronit. ſuper Pragm. Regn. Neapol.
de ordin. Indic. Pragm. 1. Nouar. ibidem collect. 1.
Aſin. in praxi §. 3. cap. 4., & ſeqq. Cald de mod.
articul. & prob. gloſ.4. Scacc. de Iudic. lib.1. c. 13.
Ridolph. in praxi par.2. cap. 1. à num. 39., & ſeqq.
Oſaſch. deciſ.1. Gratian. deciſ. Marchiæ 68.*, & ibi
*Scopp. in obſeruat. Chart. deciſ. Iannen.17., & 21.
Ricc. deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. 139. par.4.
Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 14., & 56. Rot. in deciſ.
449. par. 18. recent.*

Tu verò habes de vigore, & effectu dictarum
clauſularum ſequentia, & primò clauſula *de pla-
no* ſignificat facultatem cognoſcendi de cauſa, ac
69 negocio non ſedendo pro Tribunali, quaſi quod
Iudex in planitie pauimenti, & extra Tribunal
iudicet, vt poſt alios aduertit *Ronit. ſuper pragm.
Regn. Neapolit. de ordin. Iudic. §.1. n.36.*

Secundò, clauſula *ſine ſtrepitu, & figura iudicij*
70 operatur, vt Iudex poſſit procedere de facto, &
non ſeruato iuris ordine *Rot. deciſ.446. n. 1. p. 2.
recen., & deciſ.36. n.58., & 59. par.5.*

Tertiò, clauſula *ſola facti veritate inſpecta* idem,
71 immò plus operatur *Roman. conſ.20. n. 8. in fine,
Becc. conſ. 165. n. 77. lib. 2. Monterent. ad ſtat. Bo-
non. par. 1. lib. 2. Rubr. de vocat. in iur. venien.
verſic. quod hæc verba litt. E. fol.92. Scacc. de Iudic.
lib.1. cap.53. n.38. Oſaſch. deciſ.1. n.20.*

Itaut ſtante tali clauſula poſſit Iudex iudicare
72 ſicut ſupremus Princeps, immò ſicut Deus *Becc.
alleg. conſ. 165. n. 78. Ciriac. contr. 512. n.21. Pe-
regrin. deciſ. Patau. 97. n. 6. verſic. magis tamen
Gratian. deciſ.68. n.2.*

Et per illam apices iuris reijciuntur *Soccin. ſen.*
73 *conſ.96. n.19. lib.4. Rota Lucen. apud Manſ. conſult.*
118. *n.38.*; ac tolluntur ſolemnitates circa ordi-
nem iudiciorum, *plenè Gratian. deciſ.68. Chartar.
deciſ. Iannen. 21.*

In vim dictæ clauſulæ poteſt iudicium incipi
74 ab articulis *Aldobrandin. conſ.86. n.7. lib. 1. Rot.
deciſ.33. alias 2. de reſcript. in non.*

Suſtinetur in vim eiuſdem clauſulæ iudicium
75 cœptum non petita venia, ex quo per illam ſunt
ſublatæ ſolemnitates Iuris Ciuilis, & Iudex poteſt
procedere vti Princeps *Aldobrand. conſ.12. n.45.,
& 46. lib.2.*

Operatur etiam talis clauſula, quod fideicom-
76 miſſario vniuerſali actio competat nulla facta
reſtitutione fideicommiſſi re, vel verbo, quando
conſtat de iure ſuo, ad euitandos circuitus *Aldo-
brandin. conſ.9. n.49., & 50. lib.2.*

Operatur ſimiliter, quod ex pacto nudo poſſit
77 intentari actio, & Reus condemnari *Bald. in l.1.
in fine ff. de offic. Præfect. Prætor. Ronit. alleg. prag.
1. num.17.*

Et ſtante dicta clauſula *ſola facti veritate inſpe-*
78 *cta* ſpoliatus in primis, & ante omnia non reſti-
tuitur, & exceptio ſpolij non admittitur ad im-
pediendum proceſſum *Surd. conſ.106. num. 8.* vbi
teſtatur de veriori opinione *Manſ. conſult.* 118.
*num. 39. Gratian. deciſ. Marcb. 68. in addit.
num.2.*

Prout attenta tali clauſula reijciuntur attenta-
79 ta, & poteſt illis in primis, & ante omnia non
purgatis, procedi ſuper negocio principali *Hon-
ded. conſ.65. lib.1. Giouagnon. reſponſ.10. n.83. lib.
1. Lancellott. de attent. par. 3. cap.30. n.13. Gra-
tian. cap.206. n.2., deciſ.68. num.19., & deciſ.197.
num.16.*

At talis concluſio, ſi agatur de attentatis fa-
80 cti, & in ſpretum iudicialis inhibitionis, diffi-
ciliter admittetur, nec vidi vnquam illam admiſ-
ſam, & concluſio poterit habere locum in atten-
tatis iuris dumtaxat.

81 Reijcitur attenta dicta clauſula exceptio de
iure tertij *Marebeſ. de commiſ. par. 2. §. vnico de
aperit. oris n.81. fol.419. Oſaſch. deciſ.1. num. 12.,*
82 qui tamen in fine ſubdit, poſſe opponi, quod non
competit actio.

Prout ſpernitur exceptio excuſſionis, cum ſit
83 de apicibus iuris *Monterent. ad ſtat. Bonon. par.1.
lib.2.*

Digitized by Google

lib.2. dict. Rubr. de vocat. lit. E. in fine fol.93. col.2. Staiban. reſol. forenſ. 121. num.16., & reſol. 150. num.18., & 19. tom. 2. Ambroſin. deciſ. for. Epiſc. Peruſ. 2. n.37. Maſtrill. deciſ. 109. num. 4., & 8. Caſtill. deciſ.98. n.4.; & attenta tali clauſula ſat eſt, quod Iudici ſummariè, & extraiudicialitèr conſtet, quod debitor alia bona non habet *Staiban. dict. reſol.121. n.17., & reſol.150. n.19. Maſtrill. deciſ.109. n.10.*

At *Cornazzan. deciſ. Lucen. 37. per tot.* poſt plu-
84 res relatos, à cuius traditione non recedit *Magon. deciſ. Lucen.66. n.10., & infra*, concluſionem prædictam admittit. ſi excuſſionis exceptio proponatur ad effectum impediendi, & retardandi ordinem iudicij, & proceſſus, ſecùs ſi proponatur de æquitate, & ad merita cauſæ, cum hoc ſecundo caſu per talem clauſulam exceptio excuſſionis non ſit ſublata, & finito proceſſu poſſit in meritis opponi, & cum tali diſtinctione declarat contraria.

Operatur dicta clauſula, vt cauſa poſſit expe-
85 diri ſine libello, & litis conteſtatione, *Thomat. deciſ.92. n.5. Rot. deciſ.141. n. 1., & ſeqq. coram Mantic.*, ex quo illius vigore ex firmatis procedirur, ſicut in ſummarijs, & omni iudiciorum
86 formalitate omiſſa, & in ſummarijs libellus non requiritur, *Spad. conſ.148. num.12. lib. 1. Aſin. in prax. §.3. cap.6. per tót. Oſaſch. deciſ. 1. n. 21. Cabed. deciſ.72. n.2. verſic. ſed tantùm requiritur p.1.*; & in ſummarijs ſufficit talis qualis petitio, etiam
87 inepta, dummodò ex ea appareat, quid Actor velit, & Reus poſſit ex illa deliberare, an cedere, vel
88 contendere velit, *Becc. conſ.165. n.82., & 83.*; & articuli habeant vim libelli, *Rot. deciſ.352. n.2. coram Rembold.*; & ſola productio inſtrumenti ſtan-
89 te tali clauſula habetur loco petitionis, & libelli, *Afflict. deciſ.191. n.5. in fine Barz. deciſ.70. n.37.*; quod intellige ſi ex productione Inſtrumenti citata parte appareat, quid cum illo ab Actore petatur.

Vnde vigore eiuſdem clauſulæ poteſt ſequi
90 condemnatio Rei ex cauſa probata, licèt in libello non deducta, vel diuerſa ab expreſſa in petitione, *Menoch. de Arbitr. quæſt.31. n. 5. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.53. n.38. verſic. conſiſtit hæc Luc. Pet. in praxi lib. 4. cap.1. n. 5. Monterent. dict. Rubr. de vocat. lib. 2. litt. E, verſic. primus eſt fol. 93. col. 1. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.93. n.2. Manſ. conſult.744. n.19. tom.8. Caualcan. deciſ. Fiuizzan.19. n.36. p.1. Oſaſch. deciſ.1. n.21. Magon. deciſ. Lucen.53. n. 7. Gramat. deciſ.19. n.5. Benintend deciſ.44. n.1. Barz. deciſ.43. n.10., & 11., & deciſ.70. n. 36. Cabed. deciſ.72. n.3. p.1. Peregrin. deciſ. Patauin. 97. n.6. verſ. idcòque ex vi, Rot. deciſ.266. n.5. coram Buratt.*

At concluſio procedit, ſi ſententia in aliquo conueniat petitioni, vt puta quia fuerit petita res ex aliquo titulo, & fuerit probatus alter titulus, ſecùs ſi expreſsè fuiſſet petita certa res, & fa-
91 cta fuerit probatio de alia diuerſa, tunc enim non poteſt ſequi condemnatio ſuper alia re omninò diuerſa à petita, & ſuper qua nulla præceſſit petitio, *Cancer.* bene *var. reſol. p. 2. cap. 2. n.261., & 262. Gramat. deciſ. 19. n.5., & 6. Hyer. Leo deciſ. Valent.198. n.8. lib.2. Viu. deciſ.340. n.4.*, & benè *Monterent. ad Stat. Bonon. p. 1. lib. 2. Rubr. de vocat. in Iure litt. A, fol.94. col.1.*

Et dicta diſtinctio videtur veriſſima, maximè
92 attento *Stat. Vrb. 89. lib.1.*, in quo clarè diſponitur, quod etiam in ſummarijs, & in quibus ex hoc ſtatuto proceditur cum dicta clauſula, debet fieri verbalis petitio in actis regiſtranda, quo caſu
93 non attenta dicta clauſula non poteſt pronunciari ſuper non petitis, licèt in actis probatis, *Pariſ. conſ.131. num.14., & ſeqq. lib.1. Monterent. loco mox citat. litt. E, verſic. quantum ad primum fol.93. col. 1. Rouit. ſuper Pragm. Regn. Neapol. de ordin. Iudic. pragm. 1. n. 22. Oſaſch. deciſ. 1. n.21. verſic. id tamen limita, Magon. deciſ. Lucen. 53. n. 16., & 17.*

At ex praxi Fori Capitolini ſat eſt, quod fiat citatio continens id, quod Actor petit à Reo, illa enim admiſſa in proceſſu æquipollet petitioni
94 in actis regiſtrandæ, *Aſin. in prax. §.3. cap.6. n.13.*, & ſat eſt citatio, in qua quis vrgetur ad ſoluendum, non autem condemnari petitur, cùm hoc ſufficiat in ſummarijs, & ex tali citatione poteſt Reus comprehendere, quid ab eo petatur, *Fenzon. ad Stat. Vrb. 89. n.3. lib.1.*

Vnum tamen aduerte, quod ſi in cauſa ſummaria fuerit datus libellus non neceſſarius, non ob hoc quis cenſetur receſſiſſe à iudicio ſumma-
95 rio, & ſolùm tali caſu debet reſpici ad libellum, tanquam ad ſimplicem facti narrationem, non tanquam ad principium ſubſtantiale cauſæ ordinariæ, niſi partes expreſsè renunciaſſent iudicio ſummario, *Cabed. deciſ.72. n.5. p.1.*

Eadem clauſula *ſola facti veritate inſpecta* ope-
96 ratur, vt poſſit cumulari poſſeſſorium cum petitorio, *Burſat. conſ.192. n.17., & 30. lib. 2. Laderch. conſ.122. n.4. Menoch. conſ.180. n.7. lib.2., & conſ. 735. n.1. ad 8. lib.8. Decian. reſponſ.81. n.4. lib. 5. Hondcd. conſ.64. n.62., & 63. lib.1. Oſaſch. deciſ.1. n. 28. Ludouic. deciſ. Peruſ. 27. n. 22. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.14. n.94., & ſeqq., & n.107.*

Concluſio tamen procedit, ſi agatur de cumu-
97 latione petitorij cum poſſeſſorio plenario, ſecùs ſi agatur de ſummariſſimo poſſeſſorio, nam tali caſu conceditur manutentio reiecta cumulatione petitorij, *Giouagn. reſponſ.11. n.31. lib.1. Gratian. cap.569. num.33. Scopp. ad Gratian. deciſ.68. n.12. Nouar. ſuper Pragm. Regn. Neapol. de ordin. Iudic. Collectan. 1. nu.4. Rot. in Bonon. de Caſalibus coram Cardinali Hieronymo Pamphilio n. final. apud Marcheſ. de Commiſſion. p.2. fol.546.*

Non obſtat *deciſ. Rot. Bonon. diuerſ. 14. n.97.,*
98 *& 109.* vbi videtur firmatum contrarium ex *Oſaſch. deciſ.1. n. 27.*, quia hìc loquitur in remedio recuperandæ poſſeſſionis, & ſic in iudicio plenario, & ordinario reintegrationis, non autem in interdicto ſummariſſimo manutentionis, in quo ex firmatis verius eſt, quod non fiat talis cumulatio.

Licèt autem dicta clauſula *ſola facti veritate inſpecta* tollat apices iuris, ac ſolemnia iudicio-
99 rum, non tollit tamen ſubſtantialia, *Gramat. deciſ.19. n. 15. Monach. deciſ. Bonon. 10. nu.23. Rot. deciſ.377. n.23. coram Seraphin., & deciſ.500. n.4. par.3. recent.*

Vnde non tollit factum cauſæ, ac veritatem, ex quibus inducitur defenſio, cùm per illam remittantur ſolùm rigoroſæ iuris ſubtilitates circa modum procedendi, non au[illegible] ea, quæ ſunt de iure gentium, & tendunt ad veritatem, & iuſtitiam indagandam, & ſic Iudex, attenta huiuſmo-

di

di clauſula, poteſt iura tranſgredi circa ordinem
iudiciorum, ſed in deciſione cauſæ circa proba-
tiones, ac alia reſpicientia illius merita, debet il-
100 lam definire ſecundùm iura, quæ tollere nequit
in præiudicium litigantium, nec ea, quæ concer-
nunt ſubſtantialia iudicij, & legitimam defenſio-
nem in meritis cauſæ, poteſt tranſgredi, Natt. conſ.
15. n. 11., & præclarè conſ. 585. n. 8. ad 11. Con-
ciol. ad Stat. Eugub. lib. 1. Rubr. 11. n. 7., & 34. Manſ.
conſult. 744. n. 20. to. 8. Magon. deciſ. Lucen. 39. n. 20.,
& deciſ. 53. n. 16. Oſaſch. deciſ. 1. n. 34. Gratian. de-
ciſ. 68. n. 8., & ſeqq. Scopp. in obſeruat. ad dict. de-
ciſ. 68. n. 5., & 6. Chartar. deciſ. Ianuen. 17. n 10.,
& plenius deciſ. 21. & dictæ deciſionis Chartarij
tranſcriptor Ricc. illo tacito deciſ. Archiepiſ. Nea-
pol. 139. p. 4. Caualcan. deciſ. Fiuizzan. 10. n. 35.,
& deciſ. 12. n. 60. p. 1. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 65.
n. 140., & plenè Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 53. n. 27.
in fine, & n. 28., & 43. vbi in puncto noſtri Sta-
tuti hic; vnde nunquam per dictam clauſulam
cenſentur ſublatæ probationes, ac ea quæ cau-
ſam inſtruunt, & quæ tendunt ad reperiendam ve-
ritatem, factum cauſæ, ac defenſionem, & quibus
ſublatis cognitio veritatis in tali clauſula con-
tentæ impediretur, vnde ſublatis per dictam clau-
101 ſulam ſolemnitatibus Iuris Ciuilis circa pro-
ceſſum, remanent ea, quæ ſunt de iure gentium,
quæ ſemper ſunt neceſſaria, & conſideranda in de-
ciſione cauſarum, Scacc. d. cap. 53. num. 12. Oſaſch.
deciſ. 1. n. 15. verſ. ea verò, Chartar. deciſ. 21. n. 11.
Gratian. deciſ. 68. n. 9., & ſeqq.

Hinc cauendum à Zuccar. deciſ. Lucen. 30. n. 8,
102 dum tenet, talem clauſulam eſſe tantæ effica-
ciæ, vt poſſit Iudex recedere à regulis Iuris Com-
munis, & iudicare vti Deus ſecundùm propriam
conſcientiam, nam eius dictum quoad ordinem
iudicialem, & ſolemnitates, ac ſubtilitates Iuris
Ciuilis in procedendo poteſt admitti, ſecùs au-
tem quoad deciſoria, & merita cauſæ, in quibus
debet iudicare ſecundùm eius conſcientiam in-
103 ſtructam ex actis, & meritis cauſæ, & Alex.
conſ. 6. n. 2. lib. 3. à Zuccaro adductus firmat ſolùm,
quod in vim dictæ clauſulæ ſint ſublatæ rigoroſæ
iuris ſubtilitates, non autem, quod Iudex poſſit
104 ex ſua conſcientia priuata, & de ſuo capite con-
tra leges iudicare; & de ſolemnitatibus concer-
nentibus ordinem iudiciorum, licèt ſubſtantiali-
bus, loquitur Statutum hic in verſic. in quibus
cauſis.

In vim dictæ clauſulæ poſſe Iudicem credere
105 etiam teſtibus non concludenter, ſed perſuaſiuè
deponentibus, & probationibus etiam leuiori-
bus, & quæ ex diſpoſitione iuris non benè con-
cludunt, tenent Iaſon. in l. certi condictio, §. ſi num-
mi n. 32., & 33. ff. ſi cert. pet. Alb. conſ. 740. n. 20.
Neuizzan. conſ. 25. n. 11. Becc. conſ. 165. n. 81. lib. 2.
Iacob. Gall. conſ. 97. n. 8. Decian. reſp. 81. n. 2. lib. 5.
Honded. conſ. 29. num. 27. lib. 1. Cyriac. contr. 512.
n. 23., & ſeqq. Coſt. de fact. ſcien. & ignoran. in-
ſpect. 1. n. 22. Paitell. expedit. cauſ. ciuil. 11. nu. 9.
Ab Eccleſ. obſeruat. forenſ. 106. n. 21. p. 1. Ridolphin.
in praxi p. 2. cap. 1. num. 43. Manſ. conſult. 744. n. 18.
tom. 8. Oſaſch. deciſ. 1. n. 30. Monac. deciſ. Florent. 2.
n. 19. Cornazzan. deciſ. Lucen. 41. n. 35.

Sed contraria opinio eſt verior, & tenenda ex
ſupra allata ratione, quod per dictam clauſulam
fuit ſolùm ſublata formalitas circa ſolemnitates
Iudiciorum, non autem ſubſtantia veritatis, &
quod Iudex poſſit iudicare ex probationibus non
106 concludentibus, cùm tunc non dicatur illi con-
ſtare ſecundùm veritatem de iuſtitia, & meritis
cauſæ, vt egregiè, & ſolidè firmat Natt. conſ. 585.
qui reſpondet contrarijs lib. 2. Fenzon. hic num. 6.
Borgnin. Caualcan. deciſ. 19. n. 34. p. 1. Gratian. de-
ciſ. March. 68. per tot., qui magiſtraliter per ratio-
nes hoc probat, & ſignanter n. 13., & hanc deci-
ſionem Gratiani approbat, Rot. deciſ. 449. num. 8.
ad 15. p. 18. tom. 2. recent.

Quæ ſecunda opinio benè diſcuſſa per Nattam,
107 & Gratianum, & amplexa per Rotam eſt meliùs
fundata, quàm prima, nam ſi Iudex iudicaret ex
perſuaſiuis, & non concludentibus probationi-
bus, non iudicaret ſecundùm veritatem conten-
tam in dicta clauſula, cùm probationes perſuaſi-
uæ non inducant Iudicem ad firmam credulita-
tem, & ſic non proferret iudicium, vt certus de
108 veritate, ſed tanquam ſuſpicans, quod eſt con-
tra vim, & ſignificatum talis clauſulæ, Gratian.
deciſ. 68. nu. 13. Natt. plenè alleg. conſ. 585., vbi
quod probatio non concludens veritatem non
oſtendit, & ſic Iudex cum tali clauſula procedens,
ſi iudicium proferret cum probationibus non
concludentibus, veritatem non ſequeretur.

Et contraria opinio poteſt admitti, vel ſi aga-
109 tur de cauſis minimis, & de modico præiudicio,
tunc enim poſſunt admitti probationes perſuaſi-
uæ, Natt. conſ. 585. n. 11. in fine, verſ. ſed quando
non eſt magni præiudicij, Gratian. deciſ. 68. num. 21.
verſ. in Cauſis, & n. 28., vel ſi agatur de cauſa
pendente coram Arbitratore, qui haberet ſimul
aliundè informationem ſuper veritate probatio-
110 nis non concludentis iam factæ, Crauett. de an-
tiq. tempor. p. 1. limit. 8. n 6. ad 9., vel demùm
poteſt admitti ſi probatio non concludens verſe-
tur circa ea, quæ ſunt veriſimilia, vt loquitur Cor-
111 nazzan. deciſ. Lucen. 41. n. 35. qui pro ſua opi-
nione allegat Crauett. conſ. 258. n. 19. loquentem
præcisè quando agitur de probatione non conclu-
dente, ſed circa ea, quæ ſunt veriſimilia, cum
veriſimilitudo multum addat valori probatio-
num.

Hinc non obſtante tali clauſula teſtes domeſti-
112 ci, & alias de iure inhabiles non recipiuntur ad
faciendam plenam probationem Chart. deciſ. Ia-
nuen. 21. n. 24., & ſeqq. Gratian. deciſ. March. 68.
n. 16. ad 18. Ricc. deciſ. 139. n. 20. & ſeq. par. 4.,
113 cum teſtium inhabilitas reſpiciat pondus pro-
bationum, ac merita cauſæ, ſecundum quæ Iu-
dex debet iudicare pro veritate Chart. dict. deciſ.
21. n. 25. & ſeqq. eoque tranſcripto Ricc. dict. deciſ.
139. p. 4.

Quidquid firmet Oſaſch. deciſ. 1. num. 11. verſic.
114 nec admittitur, quem ſequitur Spad. conſ. 148. n.
13. lib. 1. volentes non admitti teſtes reprobato-
rios, quando proceditur in vim dictæ clauſulæ,
nam ſi vera eſſet talis aſſertio, Iudex non termina-
ret cauſam per veritatem, ſed contra illam, &
cum iniuſtitia cum teſtibus inhabilibus, & non
probantibus, & ſic adimeretur defenſio parti, quæ
reſultat ex reprobatione teſtium, tanquàm inha-
115 bilium, quod æquitati, ac iuſtitiæ repugnat,
cum ex firmatis per talem clauſulam non ſint ſub-
lata ea, quæ concernunt probationem, & defen-
ſionem, & tendunt ad reperiendam veritatem fa-
cti

Digitized by Google

cti *Chartar. dict. deciſ.* 21., & eius tranſcriptor ad
116 litteram, *Ricc. deciſ.* 139. *p.* 4. qui nullam men-
tionem facit dictæ deciſionis *Chartarij*, quam de
verbo ad verbum tranſcripſit, *& Gratian. deciſ.* 68.
n. 18., vbi quod ex teſtibus inhabilibus non po-
teſt veritas haberi, nec ex teſtibus ſingularibus,
etiam vigore talis clauſulæ, *Gratian. ibid. n.* 16.

Et in terminis Statuti Vrbis ceſſat diſcuſſio ſu-
117 per hoc, dum ex *Stat.* 78. *in fine lib.* 1. præſuppo-
nitur, quod in cauſis etiam ſummarijs teſtes inha-
biles non admittantur, & quod detur terminus ad
illos reprobandum.

Prout vigore dictæ clauſulæ non poteſt Iudex
118 ſtare teſtibus examinatis ſine citatione partis,
cum talis citatio præſeferat ſubſtantialem defen-
ſionem reſpicientem veritatem facti, ac merita-
cauſæ, cum non citatus non poſſit ſe defendere,
nec aduertere, an teſtes aliqua exceptione poſſint
repelli, nec poſſit dare Interrogatoria, quod pa-
riter ſapit defenſionem, *Surd. conſ.* 129. *n.* 33. *benè
Chartar. deciſ.* 21. *nu.* 23., *& infrà*, & ſequitur *Ricc.
dict. deciſ.* 139. *p.* 4.

Et licet *Cyriac. contr.* 512. *n.* 19. *& ſeqq.* referat
119 contrarium tenentes, tamen ego non recedo à
ſuperiori opinione benè fundata, & rationi inni-
xa, & quà deſtituta eſt opinio tenentium, eſſe-
attendendos teſtes examinatos ſine citatione.

An verò teſtes, ſine Iuramento recepti probent,
120 attenta tali clauſula, affirmant *Roman. conſ.*
20. *n.* 3., *& ſeqq. Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 37.,
nec videtur diſſentire *Seraph. de priuileg. Iuramen.
priuileg.* 30. *n.* 41.

121 Sed contrarium tenet poſt alios *Farinacc. de
Teſt. qu.* 74. *n* 59., *& ſeqq.* probans, nec Papam-,
nec alium Supremum Principem poſſe reſcribere
vt credatur teſti non iurato, *& n.* 61. teſtatur quod
hæc opinio ſine dubio eſt magis communiter à
Doctoribus recepta, & hanc opinionem tenet *Tort.
ad Stat. Papiæ Rubr.* 54. *in Ciuil. nu.* 31., dicens,
quod Iuramentum eſt de Iure Diuino, vndè non
poteſt dici remiſſum vigore talis clauſulæ, quæ
ſolum trahitur ad ſolemnitates Iuris Ciuilis, non
autem Iuris Naturalis, vel Diuini.

Et cum hac opinione reſideo tanquam magis
122 rationabili, & de prima opinione dubitat ipſe-
met *Seraph. alleg. n.* 41. dum profitetur nolle de
ea tractare, & in fine concludit, talem teſtem non
iuratum non eſſe propriè teſtem in figura Iudicij,
ſed potius relatorem, quod melius dixerat *prius
n.* 23., vnde cum teſtes debeant eſſe examinati ex
firmatis iudicialitèr, cum talis clauſula requirat
probationes proceſſales, & in forma Iudicij, dum
teſtes non ſunt iurati, non ſunt attendendi, *Roman.*
verò *alleg. conſ.* 20. anteſignanus contrariæ ſenten-
123 tiæ loquitur in caſu, in quo quis à partibus
fuerat de conſenſu electus in teſtem, vt deponeret,
quod ipſi videretur, quo caſu depoſitio teſtis ſine
Iuramento ſuſtinetur ob partium conſenſum in-
eumdem teſtem.

Cùm ex pluries dictis Iudex attenta etiam tali
clauſula debeat iudicare ſecundum veritatem-,
quam habet ex actis, & ſic ex probationibus pro-
ceſſalibus, hinc iudicare non poteſt ex probatio-
nibus, quas habet extraiudicialiter ex priuata-
ſcientia, & ſic ſecundum priuatam conſcientiam,
ſed ſolum ex probationibus iudicialibus, quæ in-
ducunt ſcientiam publicam reſultantem ex actis,
124 cum ſcientia priuata extra acta non ſit ſcientia
Iudicij proceſſalis, ſecundum quam tantùm debet
iudicare *l. illicitas* §. *veritas ff. de offic. Præſid. Co-
uarr. pract. quæſt. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. *& ſeq. Ab Ec-
cleſ. obſeruat. for.* 106. *n.* 15. *in fine*, *& num.* 16. *&
ſeqq. p.* 1. & in puncto Iudicis, qui procedit cum
tali clauſula, *ſola facti veritate inſpecta Monterent.
ad Stat. Bonon. p.* 1. *lib.* 2. *Rubr. de Vocat. in Iur.
litt. C. fol.* 93. *col.* 2. *in fine Oſaſch. deciſ.* 1. *nu.* 39. *&
infrà Gratian. deciſ.* 68. *n.* 12., *&* 13., & hanc opi-
nionem adhuc Adoleſcens de anno 1660. dum-
125 Bononiæ ſtudijs legum incumbebam publicè
defendidi, etiam in criminalibus, quod ſcilicet
Iudex ſciens ex ſcientia publica proceſſus, Caium
occidiſſe Sempronium, licet ex priuata ſcientia-
extra proceſſum habeat, Sempronium à Caio non
fuiſſe occiſum, ſed ab alio, poſſet tali caſu cau-
ſam referre Principi cum circumſtantia talis
ſcientiæ priuatæ, ſed ſi illam Princeps nolit, prout
non cogitur, admittere, poterit idem Iudex con-
demnare ad mortem Caium ex publica ſcientia
homicidam, licet ex priuata innocentem, & nul-
126 la cadit dubitatio in ciuilibus, quod debet Iu-
dex iudicare iuxta ſcientiam publicam quam ha-
bet ex actis *Ab Eccleſ. obſer.* 106. *n.* 28. *par.* 1. qui
teſtatur ſic cenſuiſſe Senatum Pedemontanum *Ca-
ſtill. deciſ.* 94. *n.* 9.

Nec dicta clauſula tollit, quin tàm Actor,
quàm Reus debeant legitimè comparere, cum-
legitimatio perſonarum non ſit de ſubtilitatibus,
ſed de ſubſtantialibus Iudiciorum, & de ea de-
127 beat in primis, & ante omnia conſtare, itaut
poſſit Iudex ex officio quærere ſuper legitimatio-
ne perſonarum *Oſaſch. deciſ.* 1. *n.* 35. *Monach. deciſ.
Florent.* 18. *num.* 13. aſſignans rationem, quia ſub-
ſtantia Iudicij fundatur in Actore, Reo, & Iudi-
ce, & deficiente legitimatione perſonarum non-
poteſt dari nec Actor, nec Reus; quocirca talis
legitimatio perſonarum poteſt opponi etiam poſt
tres ſententias conformes, & etiamſi agatur co-
128 ram Principe *Oſaſch. dict. deciſ.* 1. *n.* 36., *&* 37.;
prout illa debet etiam in Iudicio priuilegiato, &
ſummario fieri concludenter *Thomat. deciſ.* 170. *n.*
6. *deciſ.* 217 *n.* 4. *& deciſ.* 286. *n.* 1. *& ſeqq. Rot deciſ.*
264. *n.* 2. *& ibi Adden. n.* 5. *&* 7. *coram Gregor. &
deciſ.* 553. *n.* 16. *coram Merlin.*; & illa non facta-
inſurgit nullitas, qua nulla maior dari poteſt
129 *Thomat. deciſ.* 286. *n.* 6. *& deciſ.* 294. *nu.* 5. *Rot.
deciſ.* 42. *n.* 1. *&* 2. *coram Cardin. Vbald.*

Intellige tamen ſi legitimatio perſonarum-
fuerit oppoſita, nam in Iudicijs ſummarijs, ac
executiuis debet opponi, alias illa non facta non
130 inſurgit nullitas *Rot. deciſ.* 14. *n.* 3. *&* 4. *coram
Cardin. Cerr. deciſ.* 42. *coram Cardinali Vbald. deciſ.*
23. *n.* 2. *coram Cardinali Celſo deciſ.* 2. *in fin. p.* 14.
131 *recen.* plenè in Voto *R.P.D. Seueroli* in vtroque
Iure Doctoris profundiſſimi, & in politiori litte-
ratura excultiſſimi *impreſſ. in recent. dict. par.* 14.
deciſ. 535. *n.* 1., *&* 2. *& deciſ.* 310. *n.* 2. *p.* 17.

An autem attenta tali clauſula poſſint fieri
132 probationes poſt lapſum terminum ad proban-
dum, affirmat *Oſaſch. deciſ.* 1. *n.* 26.

At in terminis noſtri ſtatuti teneas contrarium,
nam ſi in terminis præſcriptis ad probandum in
133 ſequenti *Stat.* 89., non fuerit facta probatio, cau-
ſæ expeditio Iudici demandatur, & ſic non poſſunt
fieri nouæ probationes, nam talis clauſula non-

ſuffragatur quoad ea, in quibus fuit prouiſum
particulariter ab alio ſtatuto ex bene notatis *per*
134 *Roman. conſ.*322.*n.*2.,*& ſeqq.* vbi adducit ratio-
nes *Pariſ. conſ. vltimo n.*14. *lib.* 1. *Oſaſcb. deciſ.* 1.
*n.*26. *Monac. deciſ. Florent.*18. *nu.*14., *& deciſ. Bo-
non* 2. *n.*9. *Magon. deciſ. Lucen.*57. *n.* 16. *Rot. Ia-
nuen. de mercat. deciſ.*6. *num.* 20. *verſic. & maximè
quia,Chart. deciſ. Iamen.* 17. *per tot.*, vbi quod
135 poſt terminum à ſtatuto præfixum ad proban-
dum non poſſunt admitti probationes, etiam in
vim dictæ clauſulæ, quia eſt quæſitum Ius, ac de-
fenſio alteri parti, quod Ius quæſitum non tolli-
136 tur per dictam clauſulam, ſed illud ſeruandum
eſt, & à Iudice attendendum *Mouterent. dict.p.*1.
*lib.*2.*Rubr. de vocat. in Iure litt.C.verſic. cauendum
eſt fol.*93.*col.* 1. *in fine*.

An autem vigore talis clauſulę poſſit Iudex di-
137 dicitis teſtificatis examinare, dic quod non
*Roman. conſ.*479. *Oſaſcb. deciſ.*1.*n.*26 dicens, Se-
natum ſemper pro hac opinione iudicaſſe, & poſt
alios ſequitur *Carocc. deciſ.*55.*n.*7.

Attenta dicta clauſula, inſtantia præſcripta
138 pro definiendis cauſis an currat, ac peteat, af-
firmant plures relati *per Oſaſcb. deciſ.*1.*n.*31., licet
poſteà referat contrarium tenentes; at ſtatutum
Vrbis *lib.*1.*cap.* 81. ſuſtulit ſuper hoc omnem di-
139 ſcuſſionem, dum etiam in cauſis ſummarijs, &
executiuis voluit,Inſtantiam eſſe peremptam per
lapſum bieunij à die litis conteſtatæ, & in cauſis
ſummarijs, cum non requiratur litis conteſtatio,
140 ille actus, per quem Iudex incipit cognoſcere
de meritis cauſæ, habetur loco litis conteſtatio-
nis ad quoſuis effectus *Carlenall. de Iudic. libro* 1.
*tit.*2.*diſput.*4.*n.*8.

Clauſulæ *ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, de
plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, de quibus in
hoc ſtatuto, non poſſunt apponi in reſcriptis, ac
Commiſſionibus cauſarum, niſi à Papa, vel alio
141 Supremo Principe ſuperiorem non recogno-
ſcente *Surd. conſ.*210. *n.*58.*lib.*2. *Giouagn. reſponſ.*
9.*n.*59.*lib.*1.*Scacc.de Iudic.lib.*1.*cap.*53.*n.*13.*verſic.
ſecundam*.

142 Itaut nec poſſint apponi à Legato de Latere
*Tuſc. concluſ.*887. *nu.* 2. *litt. S. Gabr. com. concluſ.
lib.*6.*tit. de clauſul. concluſ.*6. *n.*1. *& ſeqq.* vbi hoc
143 limitat, ſi ſtatus cauſæ, & conditio perſonarum
exigeret, vt committatur cauſa cum talibus clau-
ſulis.

Nec à Baronibus in cauſis ſubditorum, quando
illi recognoſcunt ſuperiorem *Tuſc. dict. concluſ.*
144 887. *qui tamen n.*8. ſubdit, quod Barones de
facto ſeruant contrarium, nec in hoc ſubditi de-
145 bene renangare poteſtatem Dominorum *Scacc.
dict. lib. p. cap.*53. *n.*13. *verſic. ſecundum*; præcipuè
146 quando Barones hoc facerent ex iuſta, & ratio-
nabili cauſa *Tuſc. ibidem n.* 6. & cauſa rationabi-
lis eſſet paupertas litigantium, vel quia ageretur
147 inter ſanguine coniunctos, inter quos debent
litis anfractus abbreuiari.

An autem tales clauſulæ appoſitæ in ſtatutis
conditis à Ciuitatibus, Terris, ac alijs Vniuerſi-
tatibus ſubditis Status Eccleſiaſtici ſortiantur ef-
fectum ex ſola confirmatione ſtatutorum in for-
ma communi facta à Papa, ego cenſeo, quod ſic,
eo quia confirmatio ſtatutorum in forma com-
muni emanata cum clauſula *quatenus ſint licita, &
honeſta*, roborat, & conualidat omnia ſtatuta,
147 etiam contra Ius, quatenùs ſint rationabilia, &
habeant fomentum rationis, & honeſtatis *Rot.
deciſ.*745.*n.*22. *deciſ.*828.*n.*12. *& deciſ.* 853.*n.*10.
*coram Merlin. deciſ.*116.*n.*6. *coram Peutinger.*, *&
deciſ.*42.*n.* 28. *ad* 32. *p.* 12. *rec.*, Vndè tales clau-
ſulæ appoſitæ in Statuto Ciuitatis Aſculi Patriæ
148 meæ operantur earum effectum, ſtante confir-
matione ſtatutorum facta à Gregorio XIII., &
Paulo V., quæ confirmationes licet ſint in forma
communi, adhuc ſunt munitæ cum dicta clauſu-
la, quatenus *ſint licita, & honeſta*.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Cauſæ ſummariæ, & executiuæ in quibus dif-
ferant, & an in illis reijciatur appellatio, ſi-
cut in executiuis, & diſcuſſa materia conclu-
ditur, in cauſis ſummarijs, non tamen exe-
cutiuis, dari appellationem ſuſpenſiuam.

SVMMARIVM.

149 *Appellatio non datur in cauſis Summarijs*.
150 *Clauſula* ſola facti veritate inſpecta importat idem, ac manu Regia, *& ſic viam executiuam, & ideò non datur appellatio & n.*151.
152 *Contrarium quod appellatio detur in cauſis Summarijs, nonobſtante dicta clauſula* ſola facti veritate inſpecta *& n.*153.
155 *Appellatio ſemper permiſſa, niſi expreſsè reperiatur prohibita à lege, vel particulari ſtatuto*.
155 *Cauſæ ſummariæ differant ab executiuis, cum omnis cauſa executiua ſit ſummaria, ſed non omnis cauſa ſummaria ſit executiua, & n.*156.
157 *Summarietas cauſæ conceſſa à ſtatuto non mutat naturam cauſæ, nec facit illam executiuam ſi talis non eſt & n.*158.
159 *Statutum Vrbis diſtinguit cauſas executiuas à ſummarijs, & in illis dat diuerſum modum procedendi*.
160 *Diuerſitas cauſarum executiuarum à ſimplicitèr Summarijs deſumitur ex diuerſitate præſcripta à ſtatuto inter illas*.
161 *Votum Aſſettamenti in Curia Capitolij conceditur ſolum in cauſis appellabilibus*.
162 *Votum Aſſettamenti in dicta Curia conceditur in cauſis ſummarijs, & ſic habentur pro appellabilibus*.
163 *Cauſæ ſummariæ dum ex obſeruantia in foro Capitolino ſunt appellabiles, talis obſeruantia eſt ſeruanda*.
164 *In cauſis ſummarijs Iudices Capitolij poſſunt relaxare mandatum executiuum, ſi iuſtum fuerit, quod quomodo procedat, declaratur*.
165 Deciſ.235. n.4. p.10. recent., & deciſ.265. n.2. & 3. p. 19. *dant viam executiuam pro penſionibus Caſalium, & Domorum*.
167 *Deciſiones prædictæ declarantur & n.*166.
168 *Appellatio non datur, quando debitum celeritèr eſt ſoluendum, & ſic executiuè, vt eſt in depoſito, & penſionibus Domorum, & Caſalium & num.*169.

Digitized by Google

170 *Cauſa ex quo ſummaria ſacta à ſtatuto non mutat eius naturam, ſed ſi eſt executiua euadit execatiua ſummaria, ſi verò eſt ordinaria ſacta ſummaria, remanet appellabilis.*

171 Scacc. de appellat. qu. 16. limit. 1. 0. 76. *declaratur, & reſpectiuè improbatur & n. 172.*

173 *A ſententia inferioris procedentis cum clauſula* ſola facti veritate inſpecta *datur appellatio.*

174 *Clauſula prædicta operatur circa modum procedendi, non circa deciſoria, nec ad effectum reijciendi appellationem.*

FVit meo tempore dum eram Primus Colla-
149 teralis Capitolij dubitatum, an à ſenteu-
tijs vel decretis factis in cauſis, quæ ſunt ſumma-
riæ ex hoc *Statut.* 88. vel ex alijs Statutis Vrbis
particularibus relatis ſupra *Artic.* 1. *à num.* 1. *ad
num.* 39., vel ex diſpoſitione Iuris communis, da-
retur appellatio, & prætendebatur quod non *ex
Scacc. de appellat. qu.* 16. *limit.* 1. *n.* 76. firmante
noo dari appellationem ex quo clauſula *ſola facti
veritate inſpecta* contenta in hoc ſtatuto importat
idem, *ac manu Regia*, & ſic viam executiuam, cum
150 à ſententia Regis, ac Principis non appelletur
Maſtrill. deciſ. Sicil. 31. *à n.* 1. & in terminis huius
ſtatuti 88. addi poteſt *Rota deciſ.* 335. *n.* 4. *p.* 10. *re-
cent.*, *& deciſ.* 265. *n.* 2. *&* 3. *p.* 19. in quibus fir-
matur, quod attentis clauſulis *ſummariè*, *ac ſola*
151 *facti veritate inſpecta* contentis in hoc ſtatuto
proceditur executiuè; vodè inferebatur reij-
cieodam eſſe appellatiooem, quæ io executiuis
non datur.

Ar ego conſtanter pro admiſſione appellatio-
nis ſentiebam, & ſic paſſim vidi iudicatum per
152 Aſſettameotum ex infraſcriptis fundamentis, &
primò quia præfata clauſula *ſola facti veritate in-
ſpecta* ex ſupra latè firmatis *artic.* 2. *n.* 99. *& ſeqq.*
tollit tantum ſolemnitates circa ordinem Iudi-
ciorum, non autem tollit ſubſtaotialia circa meri-
ta, & qualitatem cauſæ, nec deſenſionem natu-
ralem, quæ reſultat ab appellatione, per quam
153 grauatus, & oppreſſus à prima ſententia ſe de-
fendit *Surd. conſ.* 163. *n.* 7. *lib.* 2. *Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap.* 47. *n.* 75. *par.* 1., vbi in puncto hoc
firmat quoties agitur de appellatione à ſententia
deffinitiua, licet ſecus ſit, ſi appelletur ab inter-
locotoria.

Et ad hoc facit, quod appellatio, vti præſefe-
rens deſenſionem eſt de genere permiſſorom, vnde
in dubio ſemper eſt admittenda, quoties expreſsè
154 non reperiator prohibita à lege, vel particulari
ſtatuto *Scacc. de appellat. qu.* 17. *ampliat.* 16. *u.* 60.
Fenzon. ad Stat. Vrb. 167. *n.* 28. *&* 29., vnde dum
nulla lex, nec Statuta Vrbis deoegant appella-
tiooem in cauſis ſummarijs, propterea firma debet
ſtare regula, pro illins admiſſione.

Additur qood cauſa ſummaria differt ab execu-
tiua *Rot. deciſ.* 331. *num.* 5. *&* 12. *coram Bich.*, vbi
155 quod Iudicia ſummaria in Iure diſtinguuntur
ab executiuis, & differunt inter ſe, cum omnis
cauſa executiua ſit ſpecies cauſæ ſummariæ, ſed
156 ooo omois cauſa ſummaria ſit executiua, vt
præclarè hoc firmat *Palma Nepos alleg.* 189. *n.* 7.
& 8. *tom.* 2. *qui n.* 9. ſubdit, quod denegata facul-
tate procededi executiuè, remanet Ius proce-
dedi ſummariè, & ſummarietas conceſſa à ſtatu-
157 to non alterat naturam cauſæ, nec facit illam
euadere executiuam, cum ſolum reddat Inſtan-
tiam breuiorem cum celeri modo procedendi,
amputatis ſcrupuloſis ſubtiliratibus, & apicibus
Iuris, aliàs oeceſſarijs in benè ordinandis pro-
ceſſibus, tanquam vehiculis præambulis ad ſen-
teotiam, non autem ex hoc cauſa ordinaria à ſta-
tuto effecta ſummaria, euadit executiua, ſed di-
cta ſtatutaria diſpoſitione noo obſtante, ſunt etiã
158 ſeroandi termini ſubſtantiales, vti præſeferentes
ſubſtantialia Iudicij, & oon ſubtilitates proceſſus
vt plenè firmat *Rota Lucen. apud Palm. Nepot. alleg.*
12. *n.* 12., *&* 13.

Hoc idem ſuadetur, ex quo ſtatuentes diſtioxe-
ront cauſas executiuas à ſummarijs, & in illis ſta-
159 tuerunt diuerſum modum procedendi præſcri-
ptum *à Statuto Vrbis cap.* 82. *ad* 87. *lib.* 1., ab illo
præſcripto in cauſis ſummarijs *hoc cap.* 88. *& ſeq.*
160 89., ex qua diuerſitate modi præſcripti inter
cauſas executiuas & ſummarias, colligitur illa-
rum diuerſitas *Rot. Lucen. apud Palm. dict. allegat.*
12. *n.* 13. *verſic. quod optimè.*

Addebatur quod votum Aſſettameoti, de quo
io *Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 79. conceditur ſolum in
161 cauſis appellabilibus, vt apparet ex eodem ſta-
tuto, & nihilominus abſque controuerſia in cau-
ſis ſummarijs, non tamen executiuis, ſemper ex
162 antiqua praxi Tribunalis fuit tale votum coo-
ceſſum, vndè ex hoc patet, quod cauſæ ſumma-
riæ ex ſtatuto non ſunt inappellabiles ex eo ſo-
lum, quod ſunt ſumoiariæ, ſi ex aliquo Iure ſpe-
ciali non ſint appellabiles, quia vel executiuę, vel
poſſeſſoriæ, & tuoc inappellabilitas non procedit
à ſummarietate cauſæ, ſed ex quo alias eſt exe-
cutiua, vel poſſeſſotia, vel ex aliqua parriculari
lege, vel ſtatuto inappellabilis.

Aduertebam denique, quod quatenos ſuper hoc
articulo adeſſet aliquod dubium, adhuc cum
ſemper in Tribunali Capitolij appellatioues fue-
163 riot admiſſæ in cauſis ſummarijs, alias ex ali-
quo particulari ſtatuto, vel lege non executiuis, à
tali obſeruantia non eſt recedendum, vt in his ter-
minis benè aduertit *Palm. nepos alleg.* 189. *nu.* 19.
& infrà.

Noo obſtat, quod in ſubſequeoti *Statuto Vrbis*
89. *lib.* 1. diſponatur, quod poſſit Iudex in cauſis
164 ſummarijs, ſi iuſtum fuerit, relaxare mandatum,
& ſic hoc præſeferat viam executiuam, & per con-
ſequens ſit reijcienda appellatio, quia tale ſtatu-
tum vel intelligitur in cauſis ſummarijs, alias
executiuis, quod colligitur ex illis verbis, *ſi iu-
ſtum fuerit*, cum alias in ſimplici cauſa ſummaria
ex firmatis non detur via executiua, vel debet in-
telligi ad effectum, oe circa modum terminandi
cauſam debeat arctari Iudex ad pronunciandum
per cedolam ſententiæ definitiuę condemnatorię,
ſed ſat ſit condemnatio per mandati relaxatio-
nem, ooo ob hoc tamen fuit ſublata appellatio,
quando cauſa ſummaria alias non eſt executiua.

Nec demùm obſtant *deciſ.* 335. *n.* 4. *p.* 10. *recent.*
& deciſ. 265. *n.* 2. *&* 3. *p.* 19. loquentes in ijſdem
165 terminis huius ſtatuti, quod detur via executiua
pro penſionibus Caſalium, & Domorum, vel quia
tales deciſiones patiuntur ſuas difficultates, cum
tales clauſulæ ex dictis non immuteot quoad me-
rita, ac deciſoria naturam cauſarum, ſed ſolum
quoad ordinatoria, & modum procedendi, reie-
ctis apicibus, ac ſubtilitatibus Iuris, vel quia
deci-

166 deciſioncs poſſunt ſalnari ſub motino per nos
inſinuato, quod cauſæ ſummariæ ſint inappella-
biles, quando de iure, vel ex particulari ſtaruro
ſunt ſummariæ execntluæ, prout executiua eſſe
167 credita penſionum de iurc deſumitur, cx quo
celeritet ſolui debent per *Tex.* clarum *in l.Præſes*
C.locat., & ſic ex hoc capite, quia celcriter de-
168 bentur, & ſic executiuè, ac promptè, non ad-
mittitur appellatio, iuxta præciſè firmara per
Rot. deciſ. 526. *n.* 11. *coram Bich.*, & facit *Textus*
169 in *l.penult. C. depoſiti*, ex quo deſumitur, Depo-
ſitarium non poſſe retardare reſtitutionem depo-
ſiti, mediante appellarione, vbi communiter id
notant ſcribentes, dum depoſitarius ex *tex.* vr-
gerur ad reſtitutionem per verba *celerrimè*, *illico*,
ſine aliquo obſtaculo, & prima fronte, ocyſſimè, quò
circa ſempet redimus ad principale motiuum,
170 quod ex quo cauſa eſt effecta ſummaria, non
mutatur eius natura, ſed ſi eſt executiua, euadit
executiua ſummatia, ſi verò eſt ordinaria facta
ſummaria ex ſtatuto, euadic ſummaria ordinaria
appellabilis, & ſic dum ius communc in cauſis
penſionum voluit procedi celeriter, & ſic ſine ap-
pellatione,dum ſtatutum noſtrum hic cauſas pen-
ſionum, & affictuum Caſalium, ac Domorum de-
clarauit ſummarias, illæ ſunt ſummariæ executi-
uæ, & inappellabiles iuxta ſenſum Rotæ.
171 Non obſtat authoritas *Scacc. de appellat. q.* 16.
limit. 1. *n.* 76. volentis verba *ſola facti veritate in-*
ſpecta importare idem, ac *manu Regia*, quia ipſe
hoc probat, ex quo à ſententia Regis non datur
appellario, & per dictam clauſulam procedirut
172 de facto, & ſe refert ad dicta per ſe priùs *n.* 64.
verſic., *ſed à ſententia Regis*, & hìc ſe refert ad di-
cenda *infrà in limit.*1. *n.*1., *& ſeqq.*, & ad dicta
priùs *eadem quæſt.*16. *limit.*5. *n.*1., *& ſeqq.*, at ipſe
Scacc. decipitur, dum dicit, quod à proceſſu fa-
173 cto *manu Regia* ab inferiore non datur appella-
tio ob præeminentiam Regis, ac ſupremi Princi-
pis, quia aliud eſt in ipſo Rege immediatè pro-
cedente, qui non habet Superiorem, ad quem ap-
pelletur, aliud eſt in Iudice inferiore Delegato à
Principe, vel ſtatuto, vt procedat in cauſa *ſola*
facti veritate inſpecta, qui habet ſolum quoad pro-
ceſſum, & ordinem Iudicij latas habenas non
ſubiectas apicibus, & ſubtilitatibus iuris, ſed non
ob hoc quoad merita cauſæ, ac ſubſtantialia iu-
dicij habet facultates effrenatas faciendi id,quod
poteſt Rex, cùm cauſæ ab eo, vel ſtatuto delegatæ
tali caſu pæter modum procedendi, remaneant
ſubſtantialiter in propria natura,vel appellabiles,
ſi non ſint aliàs executiuæ, vel inappellabiles, ſi
executiuæ, ſed naturam executiuam non ſortiun-
tur à ſummarietate, vel ex modo procedendi cum
dicta clauſula *ſola facti veritate inſpecta*, ſed aliun-
174 dè, vel à lege, vel ſtatuto, & ſuper hoc vltra ra-
tiones ſupra conſideratas pro appellatione facit
in puncto *Carpan. ad Stat.Mediol. p.*1. *cap.*47. *n.*75.
vbi, quod dicta, & ſimiles clauſulæ reſpiciunt or-
dinem procedendi, & ſic ordinatoria non autem
deciſoria cauſæ, & inter deciſoria connumerari
appellationem à definitiua tenet *Carpan. ibidem*.

De Generali forma procedendi in Summarijs, vbi alia forma à Statutis tradita non eſt. CAP. LXXXIX.

ACtor citato Reo ſuam verbalem petitionem, qualem per Notarium in actis deſcribi, & redigi faciat, & ſi iterum, & tertio Reus citatus contumax fuerit pro re, vel ſumma petita, contra eum tanquam contumacem mandatum executiuum relaxetur, & executio fiat iuris ordine ſeruatò; & ſi Reus adhuc in contumacia perſtiterit, procedatur ad ſubhaſtationem, ac deliberationem pignorum vſque ad integram ſatisfactionem ſummæ petitæ, vt infrà de executione iuris ordine ſeruato traditur. Si verò Reus comparuerit, & expenſas contumaciæ refecerit audiatur, executio tamen (ſi facta fuerit) non reuocetur, ſed ſtet vſque ad finem litis, vel vſquequò Reus idoneum depoſitarium dederit: & ſi Reus Actoris intentionem confiteatur, detur ei ſi petierit terminus ad ſoluendum decem dierum. Si verò Actoris intentionem negauerit,& Actor illi Iuramentum litis deciſiuum deferre voluerit, cogatur Reus, aut iurare, aut referre; Et ſi iurare ceſſauerit Iudex referat Actori, & Reum ad ſoluendum per mandati executiui relaxationem cogat; & ſi Actor ex delatione iuramenti à Reo facienda iurare noluerit, abſoluatur Reus; & ſi neutra partium Sacramentum deferre petierit, Iudex det partibus (ſi altera petierit) terminum dierum quinque vtilium ad probandum, quo termino elapſo, cauſam expediat, vel Reum abſoluendo, vel contra eum mandatum executiuum relaxando, proùt iuſtum fuerit. Poſſit etiam in prædictis via monitorij procedi, & tunc articuli ſi dabuntur, ſin autem monitorium ipſum loco petitionis, & pro petitione attendantur. Iuramentum quoque calumniæ ſi petatur præſtari debeat, proùt ſupra in ordinarijs eſt expreſſum; & ſi atteſtationum publicatio petita fuerit, ſeruentur ea, quæ ſupra de publicatione in ordinarijs traduntur.

PRÆLVDIVM.

PLura circa ordinem, & modum procedendi in cauſis ſommarijs præſcribit noſtrum ſtatutum, & ſuper illis aliqua breuiter tangunt *Galganett.*, & *Fenzon.* hic, at ego latiori calamo tria ſingulariter à Statuto hìc definita tractare decreui per tres articulos diſtinctos; & quidem in primo materiam expenſarum contumacialium, quando, & à quibus, & in qua quantitate debeantur, ſtrictè diſcutiam. In ſecundo agam de termino ad ſoluendum quando, & quomodo concedatur, & à quibus Iudicibus; In tertio perſtringam materiam

Digitized by Google

tiam iuramenti litis deciſiui, quando illi nec ne ſit locus.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Expenſæ contumaciales, quando nec ne debeantur, & in qua quantitate; quis ſit ad talem effectum, nec ne contumax; quando ceſſet contumacia, & expenſæ propterea contumaciales non debeantur. Ad tales expenſas quando teneatur Clericus conuentus coram Iudice laico, & quando ab illo refici debeant, quod taxandæ ſint à Iudice Eccleſiaſtico; & ſimul quando minor teneatur ad huiuſmodi expenſas contumaciales oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Contumaces pluribus pœnis à Iure plectuntur.*

2 *Contumax non auditur, niſi refectis expenſis in pœnam contumaciæ, & num.3.*

4 *Contumax tam verus, quàm fictus tenetur reficere expenſas, & num.5.*

6 Fenzon. hic num. 6., & ſeq., *volens, quod hoc ſtatutum ſit intelligendum de vero, non ficto contumace, reprobatur, & num.8., & 10.*

7 Fenzon. *opinioni contradicit praxis contraria.*

9 *Citationes in Curia Capitolij fiunt domi dimiſſa copia in manibus domeſticorum.*

11 *Expenſæ contumaciales debent effectiuè refici, etiamſi fuerit facta executio mandati.*

12 *Et non ſufficit illarum oblatio, vel depoſitum.*

13 *Expenſæ vſque ad minimum quadrantem debent effectiuè refici, antequam Reus audiatur.*

14 *Exceptio non refectarum expenſarum contumacialium impedit audientiam Reo, etiam in alia cauſa inter eaſdem perſonas.*

15 *Expenſas contumaciales, ſi Actor recuſet recipere, facto illarum depoſita Reus auditur.*

16 *Expenſæ contumaciales ſi ſunt illiquidæ, contumax data cautione de illas ſoluendo auditur.*

17 *Contrarium refertur cum praxi Vrbis, quod debeat deponi certa quantitas cum obligatione illas ſoluendi quando erunt liquidatæ, & num.18.*

19 *Contumax licet foueat bonum ius in meritis cauſæ, & poſteà obtineat, non recuperat expenſas contumaciales.*

20 *Procedit licet victus victori in expenſis condemnetur.*

21 *Expenſæ contumaciales refici debent officio Iudicis, parte etiam non opponente.*

22 *Contumax petens reuocari mandatum contumaciale auditur cum clauſula appoſita refectis expenſis.*

23 *Minor tenetur reficere expenſas contumaciales.*

24 *Contraria opinio refertur.*

25 *Opinio fauore minoris vtì verior approbatur.*

26 *Minor reſtituitur in negocio principali, & etiam circa expenſas contumaciales.*

27 *Minor, quod teneatur ad expenſas contumaciales procedit, ſi legitimè fuit citatus, mediante Curatore, & num.28.*

29 *Minor reſtitutus aduersùs contumaciam debet ſoluere expenſas contumaciales, & poſteà reſtitui ad illas recuperandas.*

30 *Collaterales, ac Iudices Capitolii non habent iuriſdictionem in Clericos, Eccleſias, ac Eccleſiaſticas perſonas.*

31 *In expenſis contumacialibus factis coram Iudice laico contra Clericum condemnat ſolus Iudex Eccleſiaſticus, & num.38., 39., & 41.*

32 *Clericus expenſas contumaciales factas coram Iudice laico, ſi ſerò allegauit Clericatum, reficere debet.*

33 *Expenſas contumaciales reficit Clericus conuentus coram Iudice laico, qui habebatur pro ſeculari, ſecus ſi ſit citatus Clericus tanquam talis, & num.34. 35. 36., & 37.*

39 Niger. de execut. re iudic. cap.25. §.3. num.17. cum tribus ſeqq. *reijcitur, & num.40.*

42 *Expenſarum condemnationem fieri contra Clericum à Iudice laica, ac executionem à Iudice eccleſiaſtico tenent plures DD. Hiſpani.*

43 *Eorum opinio non eſt vera, & procedit de aſſerto ſtyla Regnorum Hiſpaniarum, ſecus de iure communi, & num.44.*

45 *Expenſæ contumaciales factæ coram Iudice laico contra Clericum in Vrbe ſolent taxari ab Auditore Signaturæ, & num.46.*

47 *Expenſæ contumaciales vt debeantur, requiritur trina monitio, & non ſufficit ſola citatio, & intimatio, & num.48.*

49 *Citatio facta domi non inducit certam ſcientiam, ſed ſolùm fictam.*

50 *Ex trina citatione facta domi dimiſſa copia arguitur vera ſcientia, ac ſi facta fuiſſet citatio perſonalis, & num.51.*

52 *Trina citatio non requiritur ad effectum reficiendi expenſas contumaciales, & cum tali opinione procedit praxis Curiæ Capitalinæ.*

53 *Expenſæ contumaciales non reficiuntur, quando mandatum eſt nullum ex defectu citationum, & num.55.*

54 *Non citatus, vel nulliter citatus, non ſpernit Iudicem.*

56 *Expenſæ contumaciales non debentur attenta abſentia, infirmitate, carcere, vel alio iuſto impedimento citati.*

57 *Impedimentum quando eſt notorium non requiritur aliqua proteſtatio.*

58 *Expenſæ illæ reficiuntur à contumace, quæ ob eius contumaciam factæ ſunt.*

59 *Expenſæ contumaciales, quæ reficiantur, attenditur ſtylus fori.*

1 PRimò notandum eſt, quod contra contumaces à lege plura ſunt decreta præiudicia, & ſignanter, quod non audiantur, niſi refectis expenſis ratione contumaciæ per collitigantem paſſis, quod non poſſint declinare iuriſdictionem, nec appellare, & alia, de quibus generaliter *Doctores in l. ſancimus, C. de iudic., & in cap.1. de dol., & contumac. in 6. Fermoſin. tractat. var. in cap. finem litibus de dol., & contumac. quæſt. 10. fol. mihi 598. Dec. conſ.34. Cephal. conſ.770.tom.5. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.10. tom.1. Menoch. de Arbitr. lib.1. quæſt.36., Io: Anton. Ab Eccleſ. obſeru. forenſ.37. ad 39. par.2. Pegaſ. reſol. forenſ. cap.16. à, n.43. tom.2. Scacc. de Iudic. lib.1. cap.91. à n.92. & in-*

Digitized by Google

& infrà Chriſtin. ad leg. Municipal. Melchin. tit. 1.
artic. 14. Baron. de effect. minor. ætat. effect 32. per
tot. Borell. in ſumm. decíſ. part. 1. tit. 46. n. 54., &
ſeqq. Theſaur. decíſ. 9. Oſaſcb. decíſ. 9., Cardin. Al-
bic. poſt hæc ſcripta in lucem editus de Inconſtant.
in Iudic. quæſt. 2. à n. 11., & ſeq.

Et quod contumax, ſi compareat poſt contu-
maciam, teneatur reficere expenſas, habetur ex ſta-
tuto noſtro hic, quod eſt conforme diſpoſitioni
2 Iuris in dict. l. ſancimus C. de Iudic., & cap. 1. de
dol. & contumac. in 6., & hoc in pœnam ſuæ contu-
maciæ Dec. conſ. 34. num. 6. Cephal. conſ. 770. num.
3 16. & ſeqq. Fenzon. hic num. 4., & ſeqq. Argel. de
legit m. contrad. quæſt. 3. artic. 3. num. 113. Baron.
de effect. minor. ætat. effect. 32. Fermoſin. in allegat.
cap. finem litibus de dol., & contumac. quæſt. 10.
Pegaſ. reſol. Forenſ. 16. num. 43. tom. 2. Borell. in
ſumm. decíſ. part. 1. tit. 46. n. 54. Oſaſcb. decíſ. 9. n.
1. & 2. Rot. decíſ. 1468. n. 2. coram Penia., Cardin.
Albic. de Inconſtant. in iudic. q. 2. n. 11.

Quæ concluſio procedit, ſiuè quis ſit contumax
verus, ſiuè fictus, verus quia fuerit perſonaliter
4 citatus Gratian. cap. 364. num. 12. Ridolphin. in
prax. part. 1. cap. 13. num. 126., vel quia profeſſus
fuit expreſsè nolle comparere; fictus quia citatus,
domi dimiſſa copia Dec. conſ. 34. ferè per tot. Ce-
phal. conſ. 770. num. 23., & 24. vbi teſtatur de ma-
gis communi opinione, & refert Doctores dicen-
tes ità practicari Argel. dict. quæſt. 3. artic. 3. num.
118., & 119., qui obſeruat id clarè probari ex l.
ſancimus C. de Iudic., vbi fictus contumax patitur
5 primum decretum, neque poſtea auditur, niſi re-
fectis expenſis, Borell. dict. tit. 46. num. 55. Oſaſcb.
decíſ. 9. n. 2., & ſic ſe habet praxis Tribunalium Vr-
bis, & ſeruaui inconcuſsè, dum Iuridicundo præ-
fui ſpatio treſdecim annorum, toto Pontificatu S.
Mem. Innocentij XI.

Vndè quod in foro Capitolino hoc ſtatutum
debeat intelligi de vero contumace, non autem
6 ficto iuxtà aſſertum Fenzon. hoc cap. 89. n. 6., & ſeq.
eſt res ſomniata à Fenzonio, & deuiat à diſpoſi-
tione Iuris per Doctores inconcuſsè admiſſa,
7 dum communiter ab illis firmatur, contumacem
etiam fictum pati hanc pœnam refectionis expen-
ſarum, & in praxi ſic ſeruatur, etiam in foro Ca-
pitolino, & ſæpiſſimè per octo annos, quibus in
munere Secundi, & poſteà Primi Collateralis in
eodem foro ius reddidi, ſic practicaui, & practi-
catum inueni, & amplius opinio Fenzonij eſt de-
ſtituta ratione, nedum quia noſtrum ſtatutum
hic plus non diſponit, quàm Ius commune, &
8 propterea ſicuti de Iure communi fictus contu-
max non auditur non refectis priùs expenſis, ità
hoc idem dicendum eſt ſecundùm terminos ſtatu-
ti hic, dum contrarium non diſponit, quia alias
ſtatutum remaneret eluſorium, dum enim ex Sta-
9 tut. Vrb. lib. 1. cap. 51., & ibi notat Fenzon. num. 2.
citationes in Curia Capitolij non fiunt perſona-
liter, ſed domi dimiſſa copia in manibus dome-
ſticorum, dum in hoc Stat. 89. fit mentio de citato
contumace, debet intelligi de citato non perſo-
naliter, ſed ad præſcriptum dicti Statut. 51. lib. 1.
domi dimiſſa copia in manibus domeſticorum,
alias in Curia Capitolij nunquam daretur caſus
10 contumaciæ, & refectionis expenſarum contuma-
cialium, dum ibi vſus citationum perſonalium nõ
eſt receptus, ſed ſolum ille præſcriptus in d. ſtat. 51.

Debent tales expenſæ contumaciales effectiuè
11 refici, etiamſi facta fuerit executio mandati in
contumaciam relaxati, nam adhuc ſi contumax
voluerit audiri, hoc obtinebit, refectis tamen
expenſis, & firma remanente executione, ex verbis
præciſis ſtatuti noſtri hìc, & non ſufficit expen-
12 ſarum oblatio, vel depoſitum, Dec. conſ. 34. n. 6.
verſic. nec ſufficiebat depoſitum Cephal. conſ. 770. n.
20. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 10. n. 105. tom. 1.,
Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 21. n. 67. Ab Ec-
cleſ. obſeru. forenſ. 39. n. 14. part. 2. Borell. in ſumm.
decíſ. tit. 46. n. 56.

Et quidem refici debent effectiuè vſque ad mi-
nimum quadrantem antequam contumax audiri
13 poſſit Bald. in l. ſancimus n. 7. & 8. C. de Iudic., &
ibid. Petr. Barboſ. n. 9. verſ., quod in tantum Dec.
conſ. 34. n. 6. verſ. adeo quod ſi vnus denarius Cephal.
conſ. 770. n. 19. Scacc. dict. limit. 21. num. 67. verſic.
ſed contumax Schrader. de feud. 2. par. 9. par. prin-
cip. ſect. 2. n. 121. Ab Eccleſ. dict. obſer. 39. nu. 12.
Vin. decíſ. 11. n. 2. ad 5., vbi quod dicta exceptio
refectionis expenſarum contumacialium eſt vna
14 de impedientibus litis ingreſſum, itaut antè il-
larum refectionem denegetur contumaci audien-
tia, nedum in illa cauſa, in qua fuit contumax,
ſed etiam in alijs pendentibus coram eodem Iu-
dice inter eaſdem perſonas Merlin. Pignatell. contr.
forenſ. cap. 48. n. 8. centur. 1. Pegaſ. reſol. forenſ. ca-
pit. 16. n. 48.

Si tamen quis recuſet illas recipere, contumax,
facto illarum depoſito, auditur Ab Eccleſ. dict. ob-
15 ſeru. 39. n. 14.

Quando tamen tales expenſæ contumaciales
ſunt illiquidæ, tunc contumax præſtita cautione
16 de illas ſoluendo auditur Carpan. dict. cap. 10. n.
108. Ab Eccleſ. obſer. 39 n. 14.

Ex praxi verò Tribunalium Vrbis, quando
huiuſmodi expenſæ ſunt illiquidæ, ſolet deponi
17 iulius vnus argenteus monetæ cum obligatione
ſoluendi ſummam integram expenſarum, quando
erunt liquidatæ; licet Ruginell. pract. qq. cap. 18.
18 n. 16., & ſeqq. teneat requiri illarum actualem
ſolutionem, nec ſufficere oblationem cum ſatiſ-
datione.

Ex quo autem contumax tenetur ad expenſas
contumaciales, licet habeat in negocio princi-
pali, ſuper quo eſt lis, iuſtam cauſam litigandi,
cũ illæ non debeantur ratione boni, vel mali Iuris,
ſed ratione contumaciæ, hinc licet Reus auditus,
19 poſtea obtineat in meritis cauſæ, non ob hoc re-
petit expenſas prædictas ſolutas ratione contu-
maciæ, Surd. conſ. 64. n. 2. & 3. Carpan. dict. cap.
10. n. 116. & 117., Scacc. de appell. quæſt. 17. limit.
21. nu. 67., Azzened. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4.
tit. 3. l. 5. n. 11. Ab Eccleſ. dict. obſer. 39. n. 1. & 7.

Quæ concluſio procedit, licet victus victori in
expenſis condemnetur, quia adhuc talis condem-
natio non refertur ad expenſas contumaciales,
20 quas contumax non recuperabit, Grauat. ad Veſtr.
in prax. lib. 4. cap. 4. num. 22. Scacc. dict. limit. 21.
n. 67. verſic., & hoc adeò verum, Ruginell. de appell.
§. 2. cap 3. n. 917. Ronit. ad Pragm. Regn. Neapol.,
Pragm. 1. de expenſ. n. 23. Borell. in ſumm. decíſ. tit.
46. n. 57.

Et cum dictæ expenſæ contumaciales debean-
tur ob Iudicis contemptum, debent refici etiam
parte non opponente, ac illas non petente, Iudi-
cis

21 eis officio *Cephal. conſ. 770. n.18. Argel. de legi-*
tim. contradict. quæſt.3.artic.3. n.115. Vin. deciſ.11.
n. 4., & ex praxi in citatione, quæ fit ad inſtan-
tiam Rei ad videndum reuocari mandatum in
contumaciam obrentum ſolet fieri decretum, *re-*
22 *fectis expenſis reuocari*, & ſic Iudex ex officio ſu-
per dictis expenſis prouidet.

An autem tales expenſas contumaciales teneatur
tur reficere minor contumax, eſt quæſtio contro-
uerſa, nam pro affirmatiua, minorem ad illas
23 teneri, & non audiri, niſi illis refectis, ſtant
Iaſon. in dict. l. ſancimus 13. n. 7. C. de Iudic., &
ibi Barboſ. n.8., *Menoch. de arbitr. lib.1. quæſt.26.*
n.1., Argel. dict. art.3. n. 114. Ab Eccleſ. allegat.
obſer.39. n.13. Boer. deciſ.63. num.6. vbi quod itá
ſeruatur, *Cappell Tholoſan. deciſ.330.*

Sed opinionem negatiuam, quod minor ad il-
las non teneatur, ſed audiatur illis non refectis
24 tenent benè *Natt. conſ.17. Burſatt. conſ.412.n.13.,*
& ſeqq. lib.4. Coſt. remed. ſubſid. 125.n.15., & de
Rat. ratæ quæſt. 126. num. 7. verſic. etiamſi agatur
Ab Eccleſ. obſeru.39. n.13. verſic. ſi tamen ſolutis,
Queſad. Pilo diſſert. 23. n.29., Baron. de effect. mi-
nor. ætat. effect.32. num.8. & ſeqq. Chart. deciſ. Ia-
nuen. 132. per tot., Gratian. deciſ. Marcb.73. num.6.
Fontanell. deciſ.275 num.15., & 16., latè *Theſaur.*
deciſ.9. per tot., qui reſpondet *Bartolo, Iaſoni, Boer.,*
& Cappellæ Tholoſ. in contrarium allegatis.

Et hæc ſecunda opinio videtur ſequenda, tan-
quam verior, & magis communis, tum quia alias
reſtitutio minoris aduerſus contumaciam non
25 eſſet repoſitio in priſtinum ſtatum, vt obſeruat
præ cæteris *Coſt. remed. ſubſid.125.n.15.*, tum quia
ex quo minor reſtituitur aduerſus contumaciam
in negocio principali, conſequens eſt, quod reſti-
26 tuatur ad expenſas contumaciales acceſſorias
Baron. dict. effect.32. n.10. cum tribus ſeqq. Nouar.
ſuper Pragm. Regn. Neapol. de ordin. Iudic. Pragm.
3. n.6., vbi quod ſic pluries practicauit in Regia
Audientia Apuliæ, & idem tenet *Sabell. reſol. var.*
cap.78. n.3.

Nihilominus ego in iudicando amplexus fui
diſtinctionem, cum qua poſſunt concordari dictæ
contrariæ opiniones, vt ſecunda procedat, quan-
do minor fuit illegitimè citatus, non præcedente
deputatione legitimi Curatoris ad lites, tunc enim
non poteſt dici verè contumax, nec in mora *Rot.*
deciſ.160. nu.4. coram Franc. Vbald., ſi verò fuerit
27 citatus Curator, legitimè illi deputatus, & tunc
procedat prima opinio, & hæc diſtinctio videtur
eſſe de mente *Adden. ad Cappell. Tholoſ. 330.*, &
28 *Theſaur. deciſ.9. n.9. circa medium*, & tali diſtin-
ctioni aſſiſtit naturalis ratio, quod tali caſu po-
teſt in minore ritè citato mediante perſona legi-
timi Curatoris conſiderari contumacia, & ſpre-
tus Iudicis in non comparendo, quæ contumacia
ceſſat ratione minoris ætatis, quando non fuit
illi deputatus legitimus Curator; quinimmò,
29 quando minor reſtituitur aduerſus contuma-
ciam, quod adhuc priùs debeat ſoluere expenſas
contumaciales, & poſtea reſtitui ad illas recupe-
randas ſentiunt *Odd. de Reſtitut. in Integr. part. 2.*
quæſt.68. n.16., & Theſaur. alleg. deciſ.9. n.9. ver-
ſic. poſtremò pro clariori.

Sed an Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ citatæ
coram Iudicibus laicis incompetentibus, ſi non
compareant, & ſint contumaces teneantur ad hu-
iuſmodi expenſas contumaciales, hoc dubium
non ſemel coram me fuit diſcuſſum, dum eram
Collateralis in Curia Capitolij, quæ non habet
30 Iuriſdictionem in Clericos, ac Eccleſiaſticos *Rot.*
deciſ.446. n.5. & deciſ.263. coram Priol., & deciſ.
265. n. 5. coram Pentinger., & in hoc nullum ad-
eſſe dubium teſtatur *Cardin. de Luc. de Relat. Cur.*
diſcurſ. 37. n. 13., vndè ſæpè inſtantibus Clericis,
etiam contumacibus, & comparentibus poſt re-
laxationem mandatorum contrà ipſos factam,
talia mandata illicò, agnito Clericatu, reuocaui,
ex quo mea Iuriſdictio laicalis non ſe extendebat
ad illos.

Quo verò ad expenſas contumaciales factas,
ex quo non comparuerant, & non allegauerant
Clericatum, dicebam, non eſſe de illis agendum
coram me Collaterali Iudice laico, ſed coram
Iudice Eccleſiaſtico, ex quo enim Iudex laicus
quo ad Clericos eſt incompetens ſuper negocio
31 principali, ità, & ſuper emergenti expenſarum,
cum ad illas pariter condemnet tali caſu Iudex
Eccleſiaſticus *Natt. conſ.395. n.17., & ſeqq., Co-*
uarr. pract. q.q. lib. vnico cap.33., Gratian. cap.190.
num.20. vbi teſtatur de magis vera, & communi
opinione *Clar. lib.5. §. fin. quæſt 33. num.5. Farin.*
quæſt.8. n. 16., & 17. Bellet. diſquiſ. Cleric. Titul.
de fauor. Cleric. perſonal. §.2. n.18., & ſeqq. Graſs.
de effect. Cleric. effect.1. n.886. benè *Salzad. de Reg.*
proteſt. part.1. cap.2. n.252. 258., & ſeqq. Sperell.
deciſ.18. n.15.

Eſt benè verum, quod Clerici, qui poſt factum
decretum, & expedita mandata allegarunt tardè
32 Clericatum, & ſerò declinarunt Iuriſdictionem
tenentur ad expenſas *cap. exceptionem 12., §. quod*
ſi extrà de except. Farin. quæſt. 8. n. 16., Luc. Pet.
in prax. lib.2. cap.1. n.12., Scacc. de appell. qu. 17.
limitat. 21. n. 69. Ripoll. in addit. ad prax. Peguer.
Rubr.9. n.18., Graſs. de effect. Clericat. effect. 1. n.
880. Hyeron. Leo deciſ. Valent. 141. n. 1., & ſeq.
& deciſ. 148. n.13. lib.2. Vrſill. ad Afflict. deciſ.2.
n.4., & 5. Bellamer. deciſ.226.

Cum hac tamen diſtinctione, quod ob non
comparitionem, & non allegationem Clericatus
coram Iudice laico, ac declinationem Iuriſdictio-
nis eiuſdem, niſi poſt relaxatum mandatum te-
neatur Clericus ad expenſas, quando vt laicus
habitu laicali incedebat, & munera laicalia ge-
33 rebat, & pro laico communiter habebatur, tunc
enim ſi fuit, tanquam habitus pro laico, citatus,
& condemnatus coram Iudice ſeculari, & in tem-
pore non allegauit Clericatum, & non declinauit
Iuriſdictionem, omnis æquitas ſuadet, vt reoca-
tur ad expenſas, cum in tali allegatione Clerica-
tus prorſus ignoti ſit contumax, præcipuè ſi tan-
34 quam laicus comparuit coram Iudice ſeculari,
& ſolum poſtea Clericatum allegauit *Scacc. de ap-*
pell. quæſt. 17. limitat.21. n.69. Bellamer. deciſ.226.,
quam ſequitur *deciſ. 3. de appellat. n.5. coram Caſſa-*
dor., ſecus autem ſi Actor fuit conſcius de Cleri-
catu, quia citauerit Clericum ſub nomine Cleri-
ci, Sacerdotis, Abbatis, Canonici, vel alterius
tituli demonſtratiui Clericatus, nam hoc ſecun-
do caſu non poteſt in Clerico citato vti tali con-
ſiderari contumacia, cur non comparuerit, dum
comparere non debuit coram Iudice laico incom-
petente, & propterea non poteſt ob non compa-
35 ritionem aliqua pœna contumaciæ mulctari, nec

In

In expenſis condemnari, *Natt. conſ.* 495. *n.*17., *Gratian. cap.*290. *n.*20. *In fine*, & in puncto expen-
ſarum contumacialium aduertunt *Scacc. de appell.*
*quæſt.*17. *limit.*21 *n.*70. *verſic. qui declarat Graſs.*
de effect. Cleric. effect. 1. *n.* 882., ex quo Clericua
contumax in non comparendo coram Iudice
laico non prorogat illius iuriſdictionem, nam ſi
illam non poteſt prorogare expreſsè, Ita nec taci-
tè, & propterea ſemper etiam poſt litem conte-
36 ſtatam poteſt opponere defectum lurisdictionis
laicalis, ex quo illam Clericus non poteſt etiam
volens prorogare *Carlenall. de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1.
diſput. 2. *quæſt.*6. *ſect.*7. *n.*600., & 1001., *Cancer.*
*var. reſol. par.*2. *cap.* 2. *n.* 153. *Ripoll. de Magiſtr.*
*Logiæ Mar. cap.*10. *n.*10., & *ſeq. Afflict. deciſ.*133.,
& *Vrſill. in addit. ad illum deciſ.*185. *n.*1. *Fontanell.*
*deciſ.*376. *n.*16., & 17.

Quod intellige, vt ſupra, quando certum eſt,
quem eſſe Clericum, ſecus ſi talis non appareat,
37 & vti talis non ſit citatus, ſed potiùs habitus ſit
pro ſeculari, vel mercatore, vt eſt caſus *deciſ Bel-*
lameræ 226., & ſic dubium ſit, an iuriſdictio ſit
incompetens, vt colligitur ex dictis per *Fontanell.*
*deciſ.*376. *n.*17. *verſic. niſi concilies eos*, & propte-
reà ex firmatis in primo caſu, ſi ille, qui præten-
dit ſe Clericum, diſtulit allegare Clericatum te-
38 netur ad expenſas, In quibus tamen à Iudice Ec-
cleſiaſtico, & non ſeculari condemnabitur ex ſu-
pra firmatis. & plenè probat *Salgad.* poſt alios con-
geſtos *de Reg. protect. par.*1. *cap.*2. *num.*252. 258.,
& *ſeqq.*

Nec eſt attendendus *Niger de execut. rei iudic.*
39 *cap.*25. §. 3. *n.* 17. *cum tribus ſeqq.* volens, Cleri-
cum differentem allegare Clericatum coram Iu-
dice laico ab hoc condemnari in expenſis, nam
deciſiones Bellamer. 226., & *Caſſador.* 3. *de appell.*
à Nigro allegatæ non dicunt id, ad quod ab ipſo
allegantur, dum ſolùm ex illis habetur, quod Cle-
ricus tali caſu tenetur ad expenſas, non tamen
quod in illis condemnetur à Iudice laico, ſed hoc
fit à Iudice eccleſiaſtico ex authoritatibus ſupra
cumulatis in §. *quo verò ad expenſas*, *ac n.*31., &
40 malè idem *Niger.* redarguit *Vant. de nullitat. ex*
*defectu iuriſdict. ordinar. n.*101. ſub prætextu, quod
Vantius dicendo, talem condemnationem fieri à
Iudice eccleſiaſtico diſſentiat à *Bellamera*, quia
ex firmatis *Vantius* non diſſentit à *Bellamera*, ſed
potius ab opinione erronea *Nigri*, & cum *Vantio*
41 vltra Doctores ſupra relatos *Stat. Dec.* per ipſum
allegatus, *conſ.*241. qui plenè hoc firmat.

Non obſtat, quod expenſarum condemnatio,
42 & taxatio tali caſu fiat a Iudice laico, & execu-
tio à Curia Eccleſiaſtica ad requiſitionem Curiæ
ſecularis, *Cancer. var. reſol. par.*2. *cap.*2. *num.*139.
*Ripoll. in addit. ad prax. Pegner. Rubr.*9. *num.*10.,
idem *de Magiſtrat. logiæ Maris cap.*10. *n.*6., & 7.
Salgad. de Reg. protect. part. 1. *cap.* 2. *n.* 253., &
ſeqq. Hyer. Leo deciſ. Valent. 141. *per tot.*, *Cortiad.*
deciſ. 26. *n.*19., & *ſeqq.*, quia prædicti Doctores
loquuntur de aſſerto ſtylo, & praxi Regnorum
Valentiæ, Aragonum, & Principatus Cathaloniæ,
43 & ſupponunt tali caſu, Iudicem laicum per viam
extraiudicialis cognitionis, & non contentioſæ
Iuriſdictionis facere condemnationem, & taxa-
tionem expenſarum, vt apparet ex illorum lectu-
ra (quod tamen non credo verum) ſed illi ſub
clipeo extraiudicialis cognitionis ſuper puncto
violentiæ prætendunt ſaluare proceſſum iuriſdi-
ctionis laicalis contra Eccleſiaſticos; ſed quic-
quid ſit apud Hiſpanos ob dictam aſſertam pra-
44 xim, certè de iure verior, rationabilior, ac com-
munior eſt opinio, quod Iudex laicus non con-
demnat in talibus expenſis, ſed Eccleſiaſticus.

Et quidem Romæ, vt paſſim vidi practicatum,
ſi ſumus in caſu, in quo Clericus ſit conuentus in
Curia Capitolij laicali; & habitus fuerit pro lai-
co, ſi diſtulit allegare Clericatum, & de eo facere
fidem, ac declinare iuriſdictionem, ſed ſolùm in
fine cauſæ, & poſt multas in cauſa factas expen-
ſas Clericatum allegauit, tali caſu ſolet Auditor
45 Cardinalis Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ (ad quem
vtì repræſentantem ipſum Papam ſpectat decer-
nere ſuper competentia iuriſdictionum inter Iu-
dices Romanæ Curiæ) remittere cauſas Clerico-
rum, vel ad A.C., vel ad Cardinalem Vicarium
Vrbis, Iudices Eccleſiaſticos, refectis expenſis, &
expenſas taxat ipſe Auditor, & in quadam cauſa
Romana inter D. Dominicum N., & DD. Comi-
46 tes de Melchiorris communiter habitos pro lai-
cis, & incedentes in habitu ſeculari, dum quæ-
dam cauſa grauis fuiſſet coram me tunc Collate-
rali in Capitolio mota contra dictos de Melchior-
ris vti ſeculares, & hi diù litigaſſent, poſtquam
ipſe illis perſæpè auditis volebam contra eos ex-
pedire cauſam, inſurrexit vnus ex illis cum Cleri-
catu, & obtinuit cauſam remitti ad Auditorem
Cameræ Iudicem etiam Clericorum, ſed coacti
fuere reficere non modicas expenſas, & poſtea
A.C. Thomatus iudicauit contra eoſdem de Mel-
chiorris in negocio principali, prout ipſe etiam
feciſſem, ſi cauſa non fuiſſet auocata ſub motiuo
Clericatus, & iudicatum A.C. Thomati habuit
ſuum effectum, dum fuit à Signatura Iuſtitiæ Ca-
nonizatum cum reſcripto ſine præiudicio legiti-
mæ executionis.

Ad hoc vt expenſæ contumaciales ex hoc *Sta-*
tuto 89. debeantur requiritur, vt in actis citata
parte ſit facta petitio, & poſtea iterùm, & tertio
Reus citatus non comparuerit, vnde ſi directè
non præuia tali petitione citata parte fuerit con-
47 tra aliquem relaxatum mandatum executiuum
cum ſimplici citatione, & intimatione non dici-
tur adeſſe contumacia, cùm ceſſet trina monitio
per Statutum exigita, & in hoc Statutum voluit
procedere cum diſpoſitione iuris communis, ſe-
cundùm quod, ad hoc vt quis incurrat pœnas
contumacibus inflictas, requiritur trina moni-
tio, vel vna, quæ includat omnes tres peremto-
riè, vt in puncto obſtruat *Chriſtin. ad leg. Muni-*
*cipal. Melchinen. tit.*1. *art.*14. *n.*9., & 10. *Sabell.*
var. reſol. cap. 78. *n.* 4.; & licèt diceretur, quod
hoc erat dextruere contrariam praxim, adhuc re-
ſpondebam, ſtatutum eſſe nimis clarum ibi: *Actor*
48 *citato Reo ſuam verbalem petitionem in actis deſcri-*
bi faciat, & *ſi iterum*, & *tertio Reus citatus contu-*
max fuerit, pro re, vel ſumma petita contra eum tan-
quam contra contumacem mandatum executiuum re-
laxetur; vnde non potuit contra Statutum cla-
rum in forma ſpecifica cum clauſula ſublata, &
decreto irritante confirmatum induci contraria
obſeruantia.

Eo maximè quia ex citatione domi dimiſſa
49 copia non inducitur certa ſcientia, & vera con-
tumacia, ſed ſolùm ficta *Ab Eccleſ. obſer. for.* 40.
*n.*9.

n.9. par.2., quæ licèt ex firmatis ſupra ſat ſit, ad
hoc vt debeant reſici expenſæ contumaciales,
nihilominùs ſtatuentes viri doctiſſimi voluerunt
fieri tres citationes, ſiue monitiones pro indu-
cenda contumacia, cùm tres citationes domi di-
50 miſſa copia æquipolleant citationi perſonali, ex
qua inducitur vera ſcientia, *Rot. deciſ. 390. n. 3., & ſeqq. par. 16. recent. deciſ. 269. num. 9. coram Ot-
thob. Narnien. Iuris offerendi 7. Februarij 1678. §. Et licet coram Reuerendiſs. D. Bourlemont; & in
Romana, ſeu Portuen. Tenutarum 2. Decembris 1693. §. Non ſubſiſtunt coram Reuerendiſs. Domino Eme-
51 rix Decano*, vbi quod tres citationes factæ domi
dimiſſa copia æquipollent citationi perſonali.

At talis praxis ſaluari poteſt, quod trina cita-
52 tio ſit neceſſaria, vt quis poſſit per ſententiam
condemnari, non ad effectum reficiendi expenſas
contumaciales, vt poſt *Felin. Iaſon., & Alexandr.*
firmat *Ab Eccleſ. obſer. 39. num. 2. verſic. quia trina
citatio par. 2.*

Dictæ expenſæ contumaciales non debentur,
quando mandatum relaxatum eſt nullum ex de-
fectu citationum non benè executarum, quia ſci-
53 licet contra alium, & in loco, in quo citatus non
inhabitat fuerint executæ, vel ex quo citati fue-
rint pupilli, minores, vel furioſi illis de Curatore
non prouiſis, nam tali caſu in non comparenti-
bus non poteſt conſiderari contumacia, dum non
54 citati, vel nulliter citati non ſpernunt Iudicem
ex traditis per *Rot. deciſ. 160. n. 4. coram Vbald.
Sen.*; & ſic in huiuſmodi caſibus Iudex decreta
55 facta, ac mandata nulliter relaxata reuidet abſ-
que refectione expenſarum, vt aduertit *Ab Eccleſ.
obſer. forenſ. 37. n. 1. par. 2.* vbi quod ipſo referen-
te ſic cenſuit Senatus Pedemontanus, & non ſe-
mel ità quoque ſic ipſe iudicaui.

Similiter tales expenſæ contumaciales non de-
bentur, & quis auditur illis non refectis, ſi contu-
56 macia excludatur ex iuſto impedimento, ob
quod quis non comparuit, puta abſentiæ, infir-
mitatis, carceris, belli, vel ſimilis *Fenzon. hic
n. 13. Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 39. n. 5. par. 2. Afflict.
deciſ. 29. n. 3. Oſaſch. deciſ. 9. n. 3., & 4.*, vbi addit,
57 quod quando impedimentum eſt notorium non
requiritur aliqua proteſtatio, & benè *Azened. ad
leg. Recopill. lib. 4. tit. 3. l. 5. n. 7.*, vbi quod quis
excuſatur à contumacia, ſi ex iuſta cauſa non
comparuit, non tamen excuſatur ex iuſta cauſa,
quam fouet in litigando.

Quæ autem expenſæ contumaciales tali caſu
58 reficiantur *Io: Anton. Ab Eccleſ. obſeru. forenſ. 39.
num. 9. cum duobus ſeqq.* dicit, quod de iure ciuili
(ſeruando in Alma Vrbe, inter Ciues, Incolas,
& Diſtrictuales) reficiuntur omnes, quas quis fe-
cit propter aduerſarij contumaciam, *& num. 11.*
59 dicit, in hoc eſſe ſeruandum ſtylum fori, vbi illæ
taxantur, & in Foro Capitolino, & etiam in alijs
Tribunalibus Vrbis reficiuntur ſolùm expenſæ
mandati contumacialis, vel in Curia A. C. rela-
xati per contradictas, ac citationum, & de ſimili
ſtylo Senatus Pedemontani *Ab Eccleſ. d. obſer. 39.
n. 10. in fine, Card. Albit. de inconſt. in iudic. quæſt. 2.
n. 16., & 17.*

Alia ad materiam expenſarum contumacia-
lium vide apud Doctores relatos ſupra hic *art. 1.
in principio*; & quæ obſeruaui *ad Stat. Vrb. 196. ar-
tic. 3. n. 154., & ſeqq.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Terminus ad ſoluendum tam de Iure, quàm ex Statuto hic, & ex Reformatione Pauli V. quando, & pro quo tempore, & à quibus Iudicibus, & in quibus caſibus detur. A.C., eiuſque Locumtenentium facultates in termini conceſſione referuntur. Talis terminus ad ſoluendum debet purè ſuſcipi, & non cum conditionibus; quando terminus dicatur erroneè ſuſceptus, & non præiudicet; & quando demùm per illum ſit renunciatum compenſationi, appellationi, & alteri cuicumque exceptioni, omnia ad praxim Iuris, ac præcipuè Tribunalium Vrbis explicantur.

SVMMARIVM.

60 *Terminus decem dierum ad ſoluendum datur de iure illum petenti, ac in Tribunalibus Vrbis, excepto illo A.C.*

61 *Mandatum executiuum elapſo termino ad ſoluendum non conceditur ſine citatione ad ſoluendum iuxtà formam termini.*

62 *Terminus ad ſoluendum in Tribunali A. C. eſt triginta dierum.*

63 *Terminum prædictum A. C. reſtringit ad viginti dies, & etiam ad minus tempus, attenta debiti quantitate, ac qualitate.*

64 *Terminus ad ſoluendum reducitur ab A. C. ad 20., vel 10. dies, ſi ſumma non excedit ſcuta decem, vel ex alia rationabili cauſa.*

65 *Termino decem dierum ſuſcepto in Tribunalibus Vrbis, eo elapſo, ſi ſuſcipiatur alter 30. dierum coram A. C., ſolet talis terminus reduci ad dies 20.*

66 *Terminus ad ſoluendum de ſtylo A. C. conceditur etiam obligato in forma Cameræ, & tertio poſſeſſori.*

67 *A.C. concedit terminum ad ſoluendum etiam in cauſis aliarum Tribunalium.*

63 *Terminus ad ſoluendum ab alijs Iudicibus extrà Tribunal A.C. conceditur ſolùm decem dierum, & in cauſis proprij Tribunalis, & num. 69.*

70 *Terminus ad ſoluendum in Tribunali A. C. operatur per ſolam illius ſuſceptionem in actis.*

71 *Terminus ad ſoluendum debet ſuſcipi liberè, & abſque conditionibus.*

72 *Notarij non poſſunt recipere terminum ad ſoluendum conditionatum.*

73 *Terminus ſuſceptus cum conditionibus adhuc importat confeſſionem debiti, & num. 79.*

74 *Termino ad ſoluendum elapſo, de ſtylo A. C. ſit executio mandati abſque alia noua citatione.*

75 *Terminum ad ſoluendum ſuſcipiens agnoſcit debitum, & renunciat cuicumque exceptioni, & num. 76.*

77 *Et etiam renunciat compenſationi.*

78 *Et etiam appellationi.*

80 *Terminus ad ſoluendum per errorem ſuſteptus non præiudicat, & num.93.*
81 *Error non præſumitur, dum ſuſcipiens terminum ſciebat, adeſſe debitum, & error debet concludenter probari, & num.82., & 94.*
83 *Appellatio in deuolutiuo datur, non obſtante termino ſuſcepto cum proteſtatione non recedendi ab appellatione, & num.84. 85. 89., & 90.*
86 *Solutio facta metu mandati dicitur coacta, & num. 87.*
88 *Terminus conditionatus operatur, quod in deuolutiuo tantùm illum ſic ſuſcipiens audiatur.*
91 *Termino ad ſoluendum ſuſcepto, & pendente nihil eſt innouandum.*
92 *Procedit ſi ſuſceptus ſit terminus ante expeditionem mandati, ſecus ſi poſt, & terminus non ſit notificatus Creditori.*
95 *Terminum ſuſcipiens ad euadendam executionem mandati poteſt ſolutum in vim termini repetere, ſi ſit indebitum.*
96 *Terminus ad ſoluendum non datur depoſitario.*
97 *Nec aduersùs Pagellas nuncupatas* Pagherò.
98 *Nec aduersùs alimenta futura, præcipuè ſi alimenta debentur carcerato ob eius paupertatem, & num.99.*
100 *Nec aduersùs mercedem diurnam debitam mercenarijs Artis Campeſtris.*

STatutum hoc loco quoties Reus compareat,
& debitum ab Actore petitum fateatur, &
petat terminum ad ſoluendum, illum dierum de-
cem mandat concedi, & ſic ſeruatur in Curia
Capitolina, & etiam in alijs Tribunalibus Vrbis
60 (excepto Tribunali A.C.) & talis terminus de-
cem dierum ad ſoluendum eſt etiam de iure *Fen-
zon. hic num.14. Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 36.
num. 22.*
Et tali termino decem dierum elapſo in Curia
Capitolij, & alibi extrà Curiam A.C., non con-
ceditur ex praxi mandatum executiuum in vim
61 ſolius termini, ſed debet præcedere citatio ad ſol-
uendum iuxtà formam termini.
De ſtylo tamen, & iuxtà facultates Auditoris
62 Cameræ talis terminus eſt triginta dierum ex *Con-
ſtit.71. Pauli V. Rubr. de Auditore Cameræ §. & ſi
parti, Zacch. de oblig. Camer. quæſt. 36. n. 23.*
Et eſt viginti dierum, & etiam minor in eo-
63 dem Tribunali A.C. arbitrio Iudicis, qui pro
debiti quantitate, & qualitate poterit quem ma-
luerit ex dictis terminis eligere, vt cauetur in *al-
leg. Conſt. Pauli V., & d. §. Et ſi petenti.*
Vnde talis terminus in Curia A.C. reducitur
64 ad 20., vel decem dies, quando ſumma non ex-
cedit ſcuta decem, vel ex alia rationabili cauſa,
*Galleſ. de oblig. Camer. quæſt. 36. n. 36., & ibi Zacch.
num. 23.*
Vel ſi debitor priùs gauiſus fuerit termino de-
cem dierum ſuſcepto in Curia Capitolij, vel ali-
bi, & poſteà illo elapſo ſuſcipiat terminum tri-
ginta dierum coram A.C., nam hoc caſu ſolet
A.C. in termino triginta dierum computare ter-
minum decem dierum alibi ſuſceptum, & ſic il-
65 lum moderari ad dies viginti, & ſi A.C., vel eius
Locumtenentes hanc moderationem facere recu-
ſent, ſolet Auditor Signaturæ illam facere.
Et talis terminus triginta dierum ex ſtylo no-
torio Tribunalis A.C. conceditur cuicumque
66 obligato, etiam in forma Cameræ, & etiam ter-
tio conuento ad ſoluendum in iudicio Saluiani,
*Rot. deciſ. 276. n. 5. par. 2. recent., & deciſ. 3. n. 1.,
& ſeqq., & per tot. poſt Zacch. de oblig. Camer.*
Conceditur in Tribunali A.C. non ſolùm illis,
qui fuerunt in illo condemnati, ſed etiam in cau-
67 ſis agitatis in alijs Tribunalibus, *Zacch. dict.
quæſt. 36. n. 23. verſic. ſed etiam, Ridolphin. in prax.
par. 1. cap. 14. n. 110.*
Alia tamen Tribunalia ſolùm concedunt ter-
minum, decem dierum in cauſis proprij Tribu-
68 nalis, & ſi terminum maiorem concedant, datio
termini non valet, vti facta ſine iuriſdictione,
Zacch. dict. quæſt. 36. n. 23. verſic. hoc tamen, & ſic
ſe habet praxis Curiæ omnibus nota, cùm ſolùm
A.C. habeat facultatem concedendi terminum
triginta dierum, & aduersùs iudicata, & cauſas
pendentes coram quibuſuis Iudicibus Curiæ; &
69 expreſsè Iudicibus omnibus Romanæ Curiæ
præter Auditorem Cameræ eſt prohibitum con-
cedere talem terminum triginta dierum per *Con-
ſtit. 71. Pauli V. Rubr. de Iudicibus in cauſ. ciuil.
§. Nec quiſquam 12.*
Et in Tribunali A.C. ſufficit, quod talis termi-
70 nus ad ſoluendum fuerit ſpontè ſuſceptus in
actis, nec eſt opus, quod Iudex ſuper illo interlo-
quatur *Ridolph. in prax. part. 1. cap. 14. à n. 107.
Rot. deciſ. 276. num. 5.,* vbi teſtatur de ſtylo A.C.
*par. 2. recent., deciſ. 3. in fine poſt Zacch. de oblig.
Camer.*
In tali ſuſceptione termini ad ſoluendum non
poteſt à Notario poni aliqua conditio, vel reſer-
uatio, ſed debet ſuſcipi purè, ac ſimpliciter abſ-
que vlla conditione, proteſtatione, & reſeruatio-
ne, quæ confeſſioni debiti ſit contraria, & qui
71 aliter terminum ſuſcipere voluerit repellitur, vt
cauetur in *dict. Conſtit. 71. Pauli V. Rubr. de Au-
ditore Cameræ, § Et ſi parti, verſic. vt non niſi, & in
Rubr. de Notarijs Tribunal. Vrb. §. atque in præfa-
72 ta 91.* vbi Notarijs prohibetur, quod non reci-
piant terminum huiuſmodi cum conditionibus,
& reſeruationibus, *Ridolphin. in prax. par. 1. cap.
14. num. 103.*
Et ſi nihilominus contra formam dictæ Con-
ſtitutionis fuerit clandeſtinè terminus ſuſceptus,
& receptus cum proteſtatione, vel reſeruatione,
adhuc confeſſio debiti, ac terminus ad ſoluendum
73 habentur pro puris, & reſeruationes pro non ap-
poſitis, *vt in dicta Conſt., & alleg. §. & ſi parti ver-
ſic. & nihilominus proteſtatio Rot. deciſ. 144. n. 4. co-
ram Buratt., & deciſ. 274. n. 5. par. 14. recent.*
Elapſo autem dicto termino ad ſoluendum in
Curia A.C., ſi ille fuerit ſuſceptus poſt decretum,
vel parti traditum mandatum executiuum, ſi Reus
intrà dictum terminum non ſoluerit, eo elapſo
Actor, abſque alio nouo iudicio, citatione, vel
74 mandato, executionem facere poterit cum illo,
quod antea decretum, vel relaxatum, aut tradi-
tum fuerat, *vt in d. Conſt. 71. Pauli V., & alleg. §. &
ſi parti in fine.*
Per ſuſceptionem autem termini ad ſoluen-
75 dum quis dicitur agnouiſſe debitum, & renun-
ciaſſe, cuicumque exceptioni, *l. ad ſolutionem, C.
de re iudic.* plenè *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 14.
n. 112., & ſeqq. Rot. deciſ. 144. n. 6. coram Buratt. de-
ciſ. 368. n. 30. coram Celſ. deciſ. 448. n. 8. par. 12. re-
cen., deciſ. 274. num. 4. part. 14. Romana Pecunia-*

ria

ria 5. Maij 1664. §. de credito coram Beniaqua, & *in Interamnen. Prædij 26. Iunij 1679. §. quia animaduerterunt coram Bonrlemont*.

An autem per ſuſceptionem termini ſit renunciatum compenſationi, ac appellationi, hic articulus fuit ſub *die 16. Decembris 1681.* reſolutus per Aſſettamentum Capitolij affirmatiuè, me tamen in parte reluctante, prout *ex Voto ſequentis tenoris*.

Relaxato per me mandato executiuo fauore Maggiæ contra Boſſium pro fructibus cenſus, & admiſſa appellatione ſolùm in deuolutiuo, Boſſius ad euadendam executionem ſuſcepit terminum 30. dierum ad ſoluendum in Tribunali A.C., quo elapſo coram D. Capitaneo Appellationum inſtabat compenſari certum creditum, vti turbidum, & inſubſiſtens per me priùs reiectum, & cum Maggia obtinuerit à Senatore cauſam remitti ad Aſſettamentum pro declaratione, quod D. Capitaneo inhiberetur, ne poſſet in cauſa amplius procedere, Aſſettamentum reſpondidit, *non eſſe locum appellationi, neque in deuolutiuo*, me tamen, vt infra, non aſſentiente quoad deuolutiuum.

Et ratio reſolutionis captæ per Aſſettamentum
76 fuit, quia Boſſius per ſuſceptionem termini ad
ſoluendum renunciauerat cuicumque exceptioni
ſibi competenti per *tex.* rotundos *in l. tale pactum
41. § qui prouocauit, ff. de pact.*, & *l. ad ſolutionem 5.
C. de re iudic. Ridolph. in prax. par. 1. cap. 14. n. 113.
Rot. deciſ. 773. n. 5. par. 2. recent. deciſ. 354. n. 5. coram Mantic.*, & *deciſ. 215. num. 2. coram Amat. Du-*
77 *nozett.*, & in ſpecie quod cenſeatur renunciatum
compenſationi *Rot. deciſ. 144. n. 6. coram Buratt. deciſ. 274. num. 4. par. 14. recent. deciſ. 194. num. 10.*, *deciſ. 245. n. 1.*, & *deciſ. 378. n. 4. par. 18.*

Quinimmò, quod per talem termini ſuſceptionem quis cenſeatur etiam confirmaſſe ſententiam,
78 & renunciaſſe appellationi probant *tex. in l. ad ſolutionem C. de re iudic.*, vbi quod petens dilationem ad ſoluendum *acquieniſſe ſententiæ manifeſtè dicitur*, nec cuim inſtaurari finita rerum iudicatarum patitur authoritas, & *l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact.*, & *ibi gloſ.*, in qua lege pariter idem probatur, & per dicta iura hanc opinionem tenent *Roman. conſ. 9. in fine*, & *ibi Add. litt. C, Surd. conſ. 43. n. 7. Marant. in prax. par. 6. Rubr.*, & *quando appellatur num. 413.*, *Gratian. cap. 535. num. 11. Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 2. n. 38.*, & *limit. 9. num. 59. verſic. reſtringe nunc, Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 179. n. 22. Zacch. de oblig. Camer. qu. 37. n. 67. Rot. deciſ. 3. aliàs 287. n. 2. verſ. præterea in nou. fol. mihi 51.*, & *deciſ. 354. n. 5. coram Mantic.*

Non obſtat, quod terminus ad ſoluendum pee Boſſium fuerit ſuſceptus cum proteſtatione non recedendi ab appellatione interpoſita, & ſic non poſſit per talem terminum conditionalem, & non purum dici renunciatum appellationi, etenim reſpondetur, quod terminus habetur pro puro, non
79 obſtante tali reſeruatione, & proteſtatione, & ſic confeſſio à ſuſceptione talis termini proueniens habetur pro ſimplici ex *Conſt. 71. Pauli V. Rubr. de Auditore Cameræ, §. & ſi parti, Bullar. nou. tom. 3.*, & obſeruant in eorum prax. *Saluſt. Tiber. libr. 1. cap. 28. n. 11.*, & *ſeqq. Ridolph. par. 1. cap. 14. n. 103.*, & in puncto huiuſmodi obiecto ſic reſpondet *Rot. deciſ. 144. n. 4. coram Buratt.*, & *deciſ. 274. n. 5. par. 14. recent.*

Nec minus obſtat, quod talis terminus tan-
80 quam erroneè ſuſceptus Boſſio non noceat, *Ridolph. dict. cap. 14. n. 115. Rot. deciſ. 373. num. 17. coram Duran.*, & error conſiſtat, quia Boſſius babeat credita compenſanda contra Maggiam cum fructibus cenſus, pro quibus ſuſcepit terminum, nam reſpondetur, quod dicta prætenſa credita fuerant deducta, & diſcuſſa coram me ante ſuſceptionem termini, & reperta irreleuantia, vnde terminus poſteà ſuſceptus in executionem mandati per me relaxati non poteſt dici erroneè ſuſceptus; erroe quippè ceſſat, dum Boſſius ſua prætenſa credita
81 nedum ſciebat, verum per ipſum deducta fuerant in iudicio, ſed vti inſubſiſtentia reiecta, *Gratian. cap. 417. n. 32. Rot. deciſ. 274. n. 7. par. 14. recent.*;
82 eo maximè quia de errore termini in propoſito debet euidenter doceri, & ſufficit per poſſibile illius excluſio, vt in puncto firmat *Rot. deciſ. 194. n. 11. par. 18. recent.*

Hæc reſolutio Aſſettamenti mihi non placuit quoad tollendam appellationem etiam in deuolutiuo, ſat namque erat reſcribere ad Dominum Capitaneum in deuolutiuo tantùm; ſuſceptio namque termini facta fuerat ad euadendam imminentem executionem mandati relaxati in vim obligationis Cameralis, eo quia Senator fungens vices Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ in Foro Capitolino mandauerat, quod Capitaneus procederet in gradu appellationis in deuolutiuo tantùm, vndè tali caſu poſſet repeti etiam indebitè ſolutum in vim executionis, & propterea multò minùs erat
83 locus denegationi appellationis in deuolutiuo,
ſed illa erat admittenda, non obſtante ſuſceptione termini metu mandati facta, vt tradit in puncto *Gratian. cap. 501. n. 1.*, & *ſeqq.*, & *cap. 824. n. 19. Ridolph. in prax. par. 1. cap. 14. num. 116.*, & firmat *Rot. deciſ. 293. n. 5. coram Millin. deciſ. 373. num. 18. coram Duran.*, & *deciſ. 213. n. 12. par. 8. recent.*, & præcisè *Ripoll. in addit. ad prax. Pegner. Rubr. 27.*
84 *n. 170.*, vbi quod admittitur à confeſſione debiti
appellatio in deuolutiuo iuſta ſubſiſtente cauſa: & hoc in præſenti facti ſpecie videbatur carere
85 dubio ex dicta proteſtatione, quod non intendebat recedere ab appellatione *Gratian. cap. 135. n. 12.*, & in fortioribus terminis effectiuæ ſolutio-
86 nis metu mandati, quod dicatur coacta *Rot. deciſ. 482. n. 2.*, & *ſeqq. coram Buratt.*, & *deciſ. 333. n. 3. coram Celſ.*; maximè ſtante dicto decreto Se-
87 natoris, quod appellatio non afficeret in ſuſpenſiuo, ex quo etiam effectiua ſolutio abſque alia proteſtatione præſumitur coacta *Rot. deciſ. 202. num. 9.*, & *ſeqq. apud Poſt. de manut.*, & *deciſ. 921. n. 32. coram Amat. Dunozett.*

Haud meæ ſententiæ refragari videbatur Reformatio Pauli V. ſuper libera ſuſceptione termini, & ſine proteſtationibus, & reſeruationibus, quia exiſtimabam, illam ſatis operari effectum ſuum, dum Boſſius debitor in vim termini non
88 poterat retardare ſolutionem, non autem, quod in deuolutiuo non eſſet audiendus, & in hoc facit præcisè *Rot. deciſ. 292. n. 4. coram Canaler.*

His tamen non obſtantibus cœteri D.D. de Aſſettamento fuerunt in voto, neque in deuolutiuo eſſe locum appellationi, quod tamen mihi tunc viſum fuit ab omni Iuſtitia alienum, & dum præſentes obſeruationes ad aliqua Statuta Vrbis factas reuideo hanc materiam volui diligentius aduertere, & inueni, quod meus ſenſus in ſupra

dicta cauſa erat benè ſundatus, & quod per ſuſce-
ptionem termini non fuerat renunciatum appella-
89 tioni interpoſitæ, vt tradunt *Franch. in cap. fin. de
appell. n.3. verſic. volens Gratian. cap.151. n.12.,
& cap.524. n.32. Franc. de proteſt. conſider.32. n.6.,
& conſider.79. n.3., Gabr. de appell. concluſ.3. nu.
10., & 13. Rot. deciſ.292. num.3. coram Canaler.*;
præcipuè quando fuit vt hic expreſsè facta prote-
90 ſtatio, quod per ſuſceptionem termini non in-
tenditur recedi ab appellatione, prout pro caute-
la hoc tradunt *Franch. in dict. cap. final. n. 3. ver-
ſic. conſilium tamen de appellat. Gratian. cap. 524.
n. 32. Franch. de proteſt. conſiderat.79. num.3.*, vbi
hoc probat in terminis, quæ benè nota, quia po-
terit ſæpè talis caſus accidere.

Quando fuit ſuſceptus terminus ad ſoluendum,
91 tunc illo pendente nihil eſt innouandum, *Ridol-
phin. in prax. part.1. cap.14. n. 106. Rot. deciſ. 2. n.
6. & 7. poſt Zacch. de oblig. Camer.*

At hoc procedit ſi terminus ſit ſuſceptus coram
Iudice cauſæ antè mandati expeditionem, ſecus
ſi poſt, nam tunc ſi termini ſuſceptio non ſit noti-
ficata creditori, qui legitimum habet mandatum
executiuum in manibus antè termini ſuſceptio-
92 nem, executio dicitur legitimè facta, nec enim
creditor tenetur perquirere, an terminus ſit ſuſ-
ceptus poſt mandati expeditionem, prout tene-
tur, ſi ſit ſuſceptus per eadem acta Notarij antè
expeditionem mandati, vel etiam ſi ſit ſuſceptus
alibi, vel poſt, & fuerit, antè executionem, termi-
ni ſuſceptio intimata, & hæc eſt praxis.

Aduerte tamen, quod licet per ſuſceptionem
termini ad ſoluendum inducatur agnitio, & ra-
tificatio debiti, adhuc id non procedit, ſi termi-
nus fuerit ſurreptus ex falſa cauſa, & per errorem,
93 vt quia fuit ſuppoſitum, adeſſe obligationem,
quæ reuera non aderat, *plenè Gratian. cap.501. n.1.
& ſeqq. Gallerat. de renunciat. centur. 2. Renunc.
173. n. 32. verſic. petens prætereà Ridolphin. in
prax. part.1. cap.14. n. 115. Rot. deciſ. 373. n.17.
coram Duran., & deciſ.213. n.12. part.8. recen.*

Error tamen in propoſito debet oſtendi per
94 euidentiſſimas probationes, & non ſufficit per
poſſibile veritatem confeſſionis reſultantem ex
termino tollere, vt in puncto firmat *Rot. deciſ.194.
n.11. part.18. recen.*

Prout ſuſceptio termini ad ſoluendum debi-
tum executiuum, & cum obligatione Camerali
non operatur, quod quis dicatur terminum ſuſ-
cepiſſe ad approbandum debitum, ſed ſolum ad
effectum euitandi moleſtiam executionis, & ca-
pturæ, itaut tali caſu ſi quis ſoluerit etiam in vim
95 termini, poſſit ſolutum alias indebitum repete-
re, *Gratian. cap.501. n.1. & ſeqq. Rot. deciſ.293.
n.5. coram Millin. deciſ. 373. n. 18. coram Duran.,
& deciſ.213. n.12. part. 8. recen.*, & firmatum fuit
ſupra hic *n.83.*

Talis terminus ad ſoluendum denegatur depo-
96 ſitario, qui tenetur illicò reſtituere depoſitum ex
verbis *l. penult. C. de Depoſit.*, vbi id notat *Bald.
n.1. & 2.*, & latè dixi *in obſeruat. ad Statut. Vrb.
lib.1. cap.83. n.83. & ſeq.*

Idem dic aduerſus mandatum in vim ſchedu-
larum nuncupatarum *Pagherò*, quæ de ſtylo, &
97 praxi Curiæ habent vim depoſiti, & per huiuſ-
modi Pagellas *Pagherò* obligati habentur pro de-
poſitarijs ex firmatis per nos *ad dict. Statut.83. n.
33. & ſeq.*

Idem dicas in alimentis futuris debitis paupe-
ri, qui aliundè non habet, vndè viuere poſſit,
98 præcipuè ſi agatur de modica ſumma, cum ve-
tet non patiatur dilationem ex traditis poſt alios
per *Salgad. de Reg. protect. part.3. cap. 1. n. 3., &
ſeqq. Amoſtazz. de cauſ. Pijs lib.4. cap.10. n.70., &
71.*, & hoc multò magis practicatur in alimentis
debitis à creditore debitori pauperi carceraro,
99 qui nedum non habet, vnde ſe alat, dum eidem
fuere aſſignata ſubſidiaria alimenta præſtanda
per creditorem, ſed amplius, dum permanet in
carceribus ſua libertate priuatus, multò minùs
poteſt ſibi prouidere de alimentis.

Et hoc idem practicatur in Vrbe in mercede
debita mercenarijs artis agrariæ, præcipuè fo-
renſibus, qui viuunt ex mercede propriorum labo-
rum, vndè celerrimè, & manu Regia debet illis
ſatisfieri, & ſic per particulare Breue concedi-
tur Iudici mercennariorum campeſtrium Vrbis,
vt manu Regia procedat in cauſis ſimillium mer-
cedum vſque ad ſummam ſcutorum quinque,
100 vnde etiã ratione paruæ ſummæ non conceditur
terminus, & ſic inconcuſsè practicatur, & ipſe
ſuper hoc poſſum teſtari de praxi, dum per duos
circiter annos talem Iudicaturam exercui per
Breue San. Mem. Innocentij XI. eodem tempore,
quo fungebar munere Locumtenentis Ciuilis
Tribunalis Gubernatoris Almæ Vrbis.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Iuramentum, ac partitum litis deciſiuum
quando, nec ne admittatur, & quando re-
cuſari poſsit; & an à relatione talis Iura-
menti poſsit appellari; & num ratione falſi
iurati in partito deciſiuo poſsit quis crimi-
naliter puniri.

SVMMARIVM.

101 *Actor poteſt dare partitum litis deciſiuum Reo,
qui negauit.*
102 *Partitum litis deciſiuum dari poteſt ſuper tota
cauſa, ac negocio principali, & etiam ſuper
aliquo emergenti.*
103 *Iuramentum deciſiuum oblatum ab eo, qui aſſum-
pſit onus probandi, & nihil probauit poteſt re-
cuſari.*
104 *Contrarium vti verius firmatur.*
105 *Iuramentum poteſt offerri etiam ab eo, qui nihil
probauit.*
106 *Super facto alieno penitus ignoto poteſt recuſari.*
107 *Contrarium, ſi reſpectu illius, cui defertur, ſit
ſuper facto proprio.*
108 *Iuramentum deciſiuum datum ſuper facto alieno
poteſt referri illud deferenti.*
109 *Terminus ad deliberandum ſuper reſponſione fa-
cienda partito debet concedi.*
110 *Partitum in actis productum, & oblatum poteſt
reuocari antequam à parte ſit iuratum.*
111 *Etiamſi iuraturus acceſſerit coram Iudice pro iu-
rando ſuper partito.*

112 *Secas*

112 *Secus ſi cæptum ſit iurari.*
113 *Renocatio iuramenti oblati poteſt fieri etiam per procuratorem generalem.*
114 *Contrarium, quod requiratur ſpeciale mandatum.*
115 *Renoeato partito, & aſſumpto onere faciendi probationes, non poteſt rurſus recurri ad partitum.*
116 *Renocans partitum litis deciſiuum tenetur ad expenſas.*
117 *Iuramentum deciſiuum relatum non poteſt renocari.*
118 *Partitum litis deciſiuum datum à Procuratore ſine ſpeciali mandato poteſt recuſari.*
119 *Mandatum ſpecialiſſimum ad ſic, & ſic iurandum requiritur ad reſpondendum partito, & n. 120.*
121 *Partito deciſiuo non tenetur quis reſpondere, niſi prius illud fuerit admiſſum à Iudice.*
122 *Partito quis non tenetur reſpondere, ſi habeat aliundè benè fundatam propriam intentionem, & quando ſecus num. 123.*
124 *Partitum contra Inſtrumentum poni poteſt, ſi in illo dicatur ab Inſtrumento fuiſſe receſſum, vel fuiſſe ſimulatum.*
125 *Partitum oblatum à male affecto non admittitur.*
126 *Contrarium firmatur & num. 127.*
128 *Partitum recuſari poteſt, quando ex illo oriri poteſt periculum periurij, & n. 131.*
129 *Iurare quis non cogitur ſuper partito continente factum, ſuper quo alias iurauit in reſponſione ad poſitiones, & n. 130. 131., & 132.*
133 *Poſitionibus ſuper genere datis, & ſuper quibus fuit reſponſum cum Iuramento, ſi poſtea dentur ſuper ſpeciebus non eſt reſpondendum, & num. 134.*
135 *Partito litis deciſiuo non tenetur reſpondere emptor, ac tertius poſſeſſor.*
136 *Secus ſi author laudatus fuerit vocatus ad litem.*
137 *Cauſa deciſa per partitum, illud non ſubuertitur per nouas probationes non ſuperuentas poſt partitum.*
138 *Partitum non ſubuertitur per nouas probationes faciendas per teſtes.*
139 *Cauſa finita per partitum, non tenetur quis reſpondere poſitionibus, vel interrogatorijs.*
140 *Probatio reſultans ex confeſſione partis emiſſa poſt partitum, hoc non obſtante admittitur.*
141 *Inſtrumenta non admittuntur contra partitum.*
142 *Secus ſi ex Inſtrumentis nouiter repertis clarè detegeretur periurium.*
143 *Probationes poſt partitum non ſunt admittendæ, ſi antè illud fuere tentatæ, & non factæ.*
144 *Minor reſtituitur ex nouis probationibus aduerſus Iuramentum alteri delatum.*
145 *Tutor, ac Curator nomine pupilli, vel minoris poſſunt deferre iuramentum deciſiuum, deficientibus alijs probationibus.*
146 *Iuramentum deciſiuum quis non poteſt recuſare ſub prætextu, quod poſſit aliundè probare contrarium. & n. 147.*
148 *Partito ſi ſit reſpondendum per perſonas egregias tranſmittitur Notarius ad illarum domos.*
149 *Partito deciſiuo in Vrbe reſpondetur coram Iudice, & non per procuratorem num. 151. 152., & 153.*
150 *Iudex poteſt arbitrari contrarium ex cauſa infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti.*
154 *Appellatio non datur à decreto facto in vim partiti litis deciſiui.*
155 *Appellatio tamen datur quoad referentem iuramentum.*
156 *Dubitatur de tali concluſione.*
157 *Appellatio datur à decreto mandante reſponderi partito, ſi adſit iuſta cauſa illud recuſandi.*
158 *Periurium commiſſum in reſponſione facta partito non punitur criminaliter in foro externo, & n. 162., & 163.*
159 *Contrarium quod puniatur pœna extraordinaria ſtellionatus, & referuntur iudicata.*
160 *Opinio, quod non puniatur in foro externo, habet rationes, & aſſiſtentiam Reformationis Pauli V; & n. 162., & 163.*
161 *Periurium in alijs materijs ex eadem Reformatione punitur criminaliter.*
164 *Periurus in reſponſione facta partito tunc punitur criminaliter, quando doloſè, & ſcienter iurauit falſum.*
165 *Victus vigore partiti litis deciſiui tenetur ad expenſas.*
166 *Referuntur Doctores agentes de materia Iuramenti, ac partiti litis deciſiui.*

EX Statuto noſtro hic ſtatuitur, quod ſi Reus
compatendo intentionem Actoris negauerit,
poſſit Actor illi deferre Iuramentum litis deci-
101 ſiuum, qui cogetur iurare, vel Iuramentum
Actori referre *ad regulam text. in l. manifeſtæ turpitudinis ff. de Iureiur.*; & tale Iuramentum ſummæ
æquitati nititur, ſcilicet ad dirimendas lites, &
quia quis à deferente Iuramentum fit Iudex cau-
ſæ propriæ, maximè quando à Iudice fuit appro-
batum, ve aduertit *Carpan. ad Stat. Mediol. capit. 100. n. 29. ad 31. tom. 1.*

Et tale Iuramentum litis deciſiuum, ſiuè par-
titum poteſt dari, & offerri, nedum ſuper ne-
gocio principali, ſed etiam ſuper aliquo emer-
gente, ſuper vnica tantum re, ſuper vno articulo,
102 & non ſuper omnibus, & ſuper reliquis fieri pro-
batio *Carpan. dict. cap. 100. n. 103., & 104. Io. Ant. Ab Eccleſ. obſer. forenſ. 70. n. 23. cum duobus ſeqq. part. 1.*

An autem tale Iuramentum poſſit recuſari,
quando quis onus probandi in ſe aſſumpſit, &
103 non probauit, ac nullam pro ſe habet præſum-
ptionem affirmane *Natt. conſ. 35. num. 2., Cyriac. contr. 37. n. 44. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 60. caſ. 9. verſic. primo, quod deferens*, & dictum
Nattam. refert *Galganett. hic num. 50. verſicul. nec quando Actor, & Fenzon. ibidem num. 20.*, & alios
refert *Berliceb. concluſ. 29. n. 5. ad 7. part. prima.*
104 Sed contrarium eſt verius, ve poſt alios tenent
Granut. theorem. 10. num. 1. verſic. contrarium tamen ad n. 13., vbi reſpondet contrarijs *Carpan. dict. cap. 100. num. 21., & 44. verſic. contrarium verò. Maſcard. concluſ. 956. nu. 19. vol. 2.* vbi dicit
hanc eſſe communem opinionem *dict. Ab Eccleſ. obſer. 68. n. 11. par. 1. Boer. deciſ. 95. num. 6. Oſaſch. deciſ. 97. n. 6. verſic. in contrarium, & per tot.*, qui
dicit cum hac opinione fuiſſe concluſum in Cu-
ria, *Theſaur. deciſ. 93. n. 1.*, vbi teſtatur de magis
communi *Leoncill. deciſ. Ferrar. 1. nu. 6., & ſeqq.*,
qui teſtatur de veriori, & communiori Doctorum
opinione *Fenzon. hic n. 16.*, & latè *Berliceb. alleg. concluſ. 29. num. 8., & ſeqq.*, vbi dicit, quod hæc
opinio eſt verior, & ad illam probandam addu-
cit Iura, ac Doctores, ac poſteà *num. 9., & ſeqq.*
contra-

contrarijs reſpondet, & plenè *Carol. de Mean. ad Ius Leodien. tom.4. obſer.459., & rurſus obſer.655. tom.5.*, vbi benè hoc probat, & contraria declarat, eam afferens rationem, quod poſt factam ſemiplenam probationem per teſtes, aut aliter admittitur probatio per iuramentum in ſupplementum, & tamen tali caſu pars, cui defertur, teſtis officium ſupplet, multo magis debet eſſe locus iuramento deciſiuo, in quo pars aduerſa ſit Iudex cauſæ ſuæ.

Et quod etiamſi quis nihil probauerit poſſit dare, & offerre tale Iuramentum, ſeù partitum
105 deciſiuum firmant *dict. Ab Eccleſ. obſer.68.n.9.*, vbi teſtatur, quod apud Pedemontanos ſic eſt vſu receptum *Oſaſch. deciſ.97. n.10.* vbi, quod hæc eſt communis opinio, & in practica ſeruatur *Berliech. vbi proximè*.

Super facto verò alieno, ſi offeratur iuramentum deciſiuum poteſt recuſari, ſi ignoretur con-
106 tentum in partito *Natt. conſ. 35. n. 4. Macera-ten. dict. caſ.9. verſic. ſecundo, quod ipſe, Galganett. hic num. 50. verſic. quando autem*, qui *Natt.* tenet, quod hoc caſu nec poteſt illud referri.

Sed eſſe locum tali Iuramento quoad deferentem, etiam in facto alieno, dummodò ſit ſuper
107 facto proprio, quoad eum, cui defertur tenet *Leoncill. deciſ. Ferrar.1. num.12.*, vbi reijcit *Nattam*.

Prout quando partitum eſt ſuper facto alieno,
108 quod poſſit ille, cui Iuramentum, ac partitum defertur, illud referre deferenti, quando eſt eadem ratio in delatione, ac relatione latè probat *Crauett. conſ.203. per tot. Grannt. theorem.10.num. 26., & ſeq.*

Ne autem quis præcipitanter, & inconſideratè cogatur ad reſpondendum partito, vndè poſſit
109 incidere in periurium, debet reſpondere debenti, ſi petat, dari terminus ad deliberandum, & etiam prorogari *Carpan. dict. cap. 100. num. 23. & 24. Berliech. concluſ. 30. num. 1. part. 1.*; quod maximè procedit ſi agatur de facto alieno, de quo iurare debens debet ſe informare.

Poteſt autem quis Iuramentum deciſiuum oblatum, ac in actis productum reuocare, etiamſi à parte oblatio ſit acceptata, ſi adhuc non ſit iu-
110 ratum, ex iuſta cauſa, vt quia ſuperuenerint nouę probationes *ad text. in l. iuſiurandum C. de iureiuran. l. ſi quis iuſiurandum 11. C. de reb. credit. Carpan. dict. cap. 100. num. 14., & ſeqq. Theſaur. qu. forenſ.16. num.1., & 2. lib.1. Ab Eccleſ. obſer.71. n.1., & 2. par.1. Grannt. theorem. 10.n.17. Berliech. concluſ.32.n.1.par.1. Oſaſch. deciſ.8.*

Quod procedit licet quis coram Iudice comparuerit iuraturus, & antè Tribunal genuflexus ſit
111 ad effectum iurandi, ſi tamen non fuerit cæptum iurari *Theſaur. dict. quæſt. 16. num. 2. & 3. Ab Eccleſ. obſer.71. num. 3. & 4.*, & ità iudicando practicaui.

112 Secus ſi cæptum ſit iurati *Theſaur. alleg. qu. 16. num.4. Ab Eccleſ. obſer.71. n.5.*

Et talis reuocatio Iuramenti oblati fieri poteſt
113 etiam per procuratorem generalem *Oſaſch. deciſ.8. nu.9.*, & cum eo *Carpan. cap.100. nu.18. Ab Eccleſ. dict. obſer.71. n.7. & 8.*

At verior eſt opinio, quod requiratur ſpeciale
114 mandatum in reuocatione Iuramenti, ſicut ſpeciale requiritur in illius oblatione vt contra *Oſaſch.* tenet *Theſaur. dict. quæſt.16. in fine. & Ab Eccleſ. dict. obſer. 71. num.9., & ſeqq.*, vbi de ratione.

Quando autem Iuramenti oblatio fuit reuocata, & fuit ſuſceptum onus faciendi aliundè pro-
115 bationes, ſi hæ à reuocante non fiant, non poteſt rurſus idem redire ad nouam oblationem Iuramenti deciſiui *Theſaur. dict. quæſt. 16. in fine Grannt. theorem.10. num.18. dict. Ab Eccleſ. obſer. 71. num.12.*

Quando tamen eſt locus reuocationi partiti, ſeù Iuramenti oblati, tunc reuocans tenetur refi-
116 cere expenſas factas *Theſaur. dict. quæſt.16.n.3. verſic. & quando admittitur, dict. Ab Eccleſ.obſer. 71.n.6. Berliech. concluſ.32.n.2.par.1.*

At Iuramentum relatum non poteſt à referente
117 reuocari, plenè *dict. Ab Eccleſ.obſer.71.num.15. ad 24.*, vbi de ratione diſparitatis in hoc inter Iuramentum delatum, & relatum, quem videas, & plenè *Berliech.concluſ.32.n.8.par.1.*

In pluribus tamen caſibus tale partitum, ſeù Iuramentum litis deciſiuum recuſari poteſt; & primo ſi fuerit oblatum à procuratore non ha-
118 bente ad illud deferendum ſpeciale, ac indiuiduum mandatum *Carpan. cap. 100. nu. 4. Cyriac. contr.37. n.42. Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr.15. n.29. verſic. vltimo nota, Leoncill. deciſ. Ferrarien. 1. num.15.*

Et ſimile ſpeciale mandatum requiritur in illo, qui Iuramento prædicto reſpondere debet, & non eſt neceſſe, quod illi reſpondeatur per principa-
119 lem, ſed poteſt illi reſponderi à procuratore habente ſpecialiſſimum mandatum, *Carpan. cap.100. n.8. Salgad. de ſupplic. ad Sanctiſſ. par.2. cap.23. n.48., Solorzan. de Iur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.6.n.4., & ſeqq.*

Quod mandatum debet eſſe ſpeciale ad ſic, & ſic iurandum in Animam principalis, nec ſufficit,
120 quod in eo ſit dictum, quod iuret negatiuè, vel affirmatiuè ſuper partito inſerto in mandato procuræ, *Carpan. dict. cap.100. num.24. Berliech. dict. concluſ.29. num.24., & 25., par.1.*, vbi quod vel debet habere ſpeciale mandatum, vel eſſe procurator omnium bonorum, & in rem ſuam, & *concluſ.32. n.24.*

Nec quis tenetur reſpondere partito, quando
121 iuramentum deciſiuum non fuit admiſſum, ac approbatum à Iudice cum termino ad iurandum *Ab Eccleſ. obſer.68. n.1. 5., & ſeqq. Cyriac. contr. 37. num.43.*

Pariter poteſt tale iuramentum recuſari ab eo, qui habet fundatam intentionem in publicis Inſtrumentis, vel teſtibus, ac alijs probationibus ſuper eo, ſuper quo offertur iuramentum, quia poſſet deregi periurium iurantis, & quia ex dictis
122 probationibus habet ſuam intentionem fundatam *Carpan. cap.100. nu.46. Cyriac. contr.37. n.46. Ab Eccleſ. obſer.68. n.12. plenè Oſaſch. deciſ.11.*

Quando tamen probationibus factis quis renunciat, & declarat illis nolle vti, tunc tenetur
123 ille, cui defertur iuramentum, illi reſpondere, cùm probationes factæ à deferente non dicantur adeſſe *d. Ab Eccleſ. obſer.68. n.12. verſic. niſi eligat*, vbi quod ità cenſuit Senatus.

At etiamſi quis habeat fundatam intentionem in inſtrumento poteſt offerre partitum deciſi-
124 uum, ſi in hoc ponatur receſſus, nouatio, vel ſimula-

mulatio inſtrumenti Carpan.dict.cap.100.nu.108.,
& 109.

Proue non admittitur partitum oblatum ab
eo,qui eſt malè affectus, Cyriac.contr.37.num.47.;
125 ſed hæc limitatio non habet aliquam iuris ſub-
ſiſtentiam in iuramento oblato ab ipſa parte vo-
lunrariè, dum enim illud offert, facit Iudicem
cauſæ ſuum aduerſarium,à quo petit iurari, & ſic
ſibi imputet, ſi dat partitum perſonæ malè affe-
126 ctæ, & quoad illum, cui offertur, nec poteſt con-
ſiderari qualitas malæ affectionis in offerente,
dum ſtat in ipſius voluntate iurare priùs, & dum
iurare recuſat ex ſua pariter voluntate facit Iudi-
127 cem cauſæ offerentem partitum, vndè limitatio
prædicta non eſt fundata; at opinio Cyriaci iux-
tà opinionem Caroccij ab eo relati poteſt admitti
ſolum, quando inimicitia ſuperuenit poſt obla-
tum iuramentum, & in his terminis loquitur Ca-
rocc.de iuram.decif.quæſt.3. 7.quæſt.princip.num.4.,
& 8. iuncta figuratione quæſtionis poſita num.1.
fol.6., licet etiam hoc caſu opinio ſatis dubia ſit,
nec tollat rationem naturalem allatam pro de-
latione iuramenti.

Nec minus quis tenetur iurare ſuper partito
128 oblato, quando immineret periculum periurij
incurrendi,& detegendi Cyriac.contr.38.n.5.,& 6.
Ab Eccleſ.obſer.68.n.14., vbi exemplificat Oſaſch.
decíſ.11. n.14.

Vnde ſi quis ſemel ſuper aliquo facto poſitioni-
bus cum iuramento reſpondidit, non poteſt po-
129 ſteà ſuper eodem facto cogi ad iurandum ſuper
partito deciſiuo, ex quo enim quis ſemel iurauit,
non debet cogi iterato iurare, ne detur occaſio
peierandi, Mancin. de iuram. par.2. artic 5. n.12.,
& 13. Cyriac. contr.116. num. 15. cum duobus ſeqq.
Oſaſch.decíſ.11.n.3. Surd.decíſ.196.nu.8., & ſeqq.,
130 & per tot., ea etiam ratione, quia aut iurare
debens iurabit idem, quod priùs, & iuramentum,
tanquam non profuturum ad cauſam, eſt actus
fruſtatorius, & ſic non multiplicandus; aut iura-
bit contrarium, & quia incideret in periurium,
nam prima, vel ſecunda vice iuraſſet falſum,
proptereà non eſt cogendus ad nouum iuramen-
131 tum, cùm non debeat quis induci ad peieran-
dum, benè Cyriac.contr.38.n.1.,& ſeqq. Michalor.
132 de poſit.cap.51. num.1., vbi quod ſi ſuper aliquo
puncto fuit delatum iuramentum, non tenetur
quis ſuper eodem denuò iurare, & reſpondere po-
ſitionibus, & præclarè Ab Eccleſ. obſer. forenſ.68.
n.14.22.,& 23., & obſer.73.n.16.,& 17.par.1.

Quocircà ſi quis medio iuramento negauit ge-
nus, non debet cogi ad denuò iurandum ſuper
133 ſpeciebus contentis ſub illo genere negato,
cùm & ipſæ ſint negatæ, Carpan.ad Stat.Mediolan.
cap.83.n.26., & 27. par.1. Maſcard.de probat. con-
cluſ.1183.n.67.Michalor.de poſit.cap.53.nu.2.14.,
& 15.: vnde in facti contingentia,dum Reus me-
dio iuramento negauerat nihil in manibus, & pe-
nes ſe habere ſpectans ad Actorem, dixi non poſ-
ſe illum cogi ad reſpondendum partito deciſiuo
continenti, quod apud ipſum Reum reperieban-
tur certa argenta,& apparatus domus, cùm enim
ad inſtantiam Actoris priùs iuraſſet nihil habere
in manibus,vtique iurauit etiam non habere dicta
argenta, & mobilia pro ornatu domus, ex quo
negato genere, perimuntur etiam ſpecies ſub ge-
134 nere contentæ ex authoritatibus ſupra allega-
tis, pro quibus ſtat ratio naturalis, nam perem-
pto genere ceſſant omnes ſpecies ſub tali genere
contentæ, & ſuper hoc latè dixi ad Stat.Vrb.lib.1.
cap.68.n.240., & ſeqq.

Nec tenetur emptor,ac tertius poſſeſſor reſpon-
135 dere iuramento deciſiuo ob periculum euictio-
nis Ab Eccleſ.obſer.68.n.16.Surd.decíſ.22.n.1.

Fallit quando fuit vocatus ad litem author
136 emptoris, tunc enim hic poteſt iurare, & agno-
ſcere bonam fidem, nec ob hoc perdit regreſſum
pro euictione Mangil.de euict.quæſt.199.n.11. Ab
Eccleſ.dict.obſer.68.n.17.

An autem poſt cauſam deciſam per partitum
deciſiuum debeant admitti ad illud euertendum
nouæ probationes, quæ prætenduntur ſuperue-
niſſe, negatiuè, quoties concludenter non probe-
137 tur ad illius notitiam ſuperueniſſe poſt partitū,
Tondut.reſol.ciuil.par.2.cap.177.n.6., & ſeqq. Ab
Eccleſ.obſer.68.n.21.par.1.plenè Berlicch. concl.35.
n.3., & ſeqq.par.1.

Quod maximè procedit, ſi probationes facien-
138 dæ ſint per teſtes Tondut.dict.cap.177. num.11.,
& 12. Ab Eccleſ.dict.obſer.68. n.30. Berlicch. dict.
concluſ.35. n.9.

Vnde poſt litem finitam per partitum non te-
139 netur quis reſpondere poſitionibus, vel interro-
gatorijs, Cyriac.contr.38.n. 1., & ſeqq. Ab Eccleſ.
d.obſer.68.n.22., & 23.

Quando tamen offertur probatio confeſſionis
140 factæ poſt partitum,tunc admitti debet Tondut.
dict.cap.177.n.10.verſic.niſi pro parte, & n.14. Ab
Eccleſ.ibid.n.28. Boer.decíſ.306. nu.2. verſic. tamen
benè admittitur,& n.4.Berlicch. concl.35. num. 11.
p. 1.

Nec admittuntur inſtrumenta contra partitum
141 litis deciſiuum Tondut.d.cap.177.n.11.

Fallit ſi ex inſtrumentis nouiter repertis mani-
142 feſtum detegeretur periurium, Tondut.alleg. cap.
177.n.12.Ab Eccleſ.dict.obſer.68.nu.29., benè Ber-
licch. concluſ.35.n.8. par.1. Anton. Faber. in Codic.
lib.4. tit. de reb.credit.definit.2. n.1., & ſeqq., qui
Faber, & Berlich dicunt; quod tali caſu, quis non
vti periurus, ſed vti debitor condemnabitur ex
integro, ac ſi partitum non emanaſſet.

Et quando ante delatum iuramentum fuere
conceſſæ dilationes, & factæ diligentiæ pro fa-
ciendis probationibus, & illæ factæ non ſunt,
143 tunc multò minùs eſt locus admiſſioni proba-
tionum, & teſtium poſt iuramentum deciſiuum
præſtitum, Tondut.ibid.n.16., & 17.

Fallit in minore, qui reſtituitur aduersùs iura-
144 mentum alteri delatum, ex quo illud pupillus,
ac minor deferre non poſſunt, plenè Berlicch. con-
cluſ.29. n. 14., & ſeqq. par.1. Theſaur. decíſ. 240.
Ab Eccleſ. dict.obſer.68. n.31.

145 Poſſunt tamen Tutor, & Curator pro pupillo,
& minore tale iuramentum deferre, l. Tutor 35.,
& l.9. §.4. ff.de iur.iur. Gaill.obſer.83.n.1.,& ſeqq.
lib.1. Berlicch. dict. concluſ.29. n.24. par. 1., ſi ta-
men aliundè de iuribus pupilli, vel minoris non
poſſunt docere, ſecus ſi aliundè probare poſſunt,
Carpan.ad Stat.Mediol.cap.100.n.5., & 6.par 1.

An autem poſſit quis recuſare iuramentum
146 oblatum,ex quo prætendat probare contrarium
per teſtes, vel inſtrumenta, dic quod non Fenzon.
hic n.17. cum duobus ſeqq. Oſaſch. decíſ.11. num.2.,
147 & ea videtur eſſe ratio, quia probatio per pro-
priam

priam confeſſionem ; eſt omnium aliarum proba-
tionum potentior, & ſic ille,cui offertur iuramen-
tum litis deciſiuum, ſi prætendit, in eo contenta
non eſſe vera, poterit illud negare cum propria
confeſſione, abſque eo, quod egeat probatione
extrinſeca per teſtes, vel per inſtrumenta, & quia
turpiter quis ſe opponit deciſioni cauſæ,quam de-
ferens iuramentum ab ipſo petit, faciens illum
Iudicem in cauſa propria.

Quando tali partito eſt reſpondendum per
148 perſonas egregias tranſmittitur Notarius ad il-
larum domos, *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.*100.
*num.*39.; idem dic, ſi reſpondere debeant fœminæ
egregiæ honeſtiores, ac valetudinarij, *Berliecb.*
*concluſ.*34.*num.*9. *par.*1. *Coler.deciſ.*115.*n.*5.22., *&*
*ſeqq. par.*1.

Sed in Vrbe *ex Reform. Pauli V. eius Conſt.* 71.
149 *Rubr.de Iudic.in cauſ.ciuil.* §.*Iuramenta verò* 20.
debet iuramento litis deciſiuo reſponderi coram
Iudice,& ſic ſe habet praxis, & de iure ciuili idem
eſſe, licet perſonæ egregiæ per ſe iurent, non in
loco iudicij, ſed ſecretò, & in eorum domibus,
l.ad perſonas egregias, *ff. de iur. iur. dict. Berliecb.*
*concluſ.*34.*n.*11.*par.*1.

Poteſt tamen Iudex aliter arbitrari ex cauſa
150 infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti
iurare debentis, *vt in d.*§.*iuramenta, verſic.niſi Iu-*
dex, & hoc idem de iure probat *Berliecb.d.concluſ.*
34.*n.*13., *&* 14.

Vnde paſſim,dum iuridicundo præeram,reieci
mandata procuræ ſpecialia ad reſpondendum
cum inſertione partiti, & præciſæ reſponſionis
illi faciendæ, nam Reformatio eſt clara, quod de-
151 beat fieri coram Iudice, & coram eo iuramenta
ſuſcipiantur, dum relinquitur arbitrio Iudicis
aliud decernere ex cauſa infirmitatis, vel alterius
legitimi impedimenti litigantium, nam ſtante
tali impedimento, adhuc impediti poterant re-
ſpondere coram Iudice, mediante procuratore
ſpeciali, vnde mens Papæ fuit, quod partito re-
ſpondeatur per litigantes met coram Iudice,quo-
ties idem Iudex aliter non arbitretur ex legitima
cauſa, & hoc de iure probat poſt alios *Berliecb.*
*concluſ.*34.*n.*14.*par.*1.

Et quod iuramento deciſiuo in Vrbe ſit reſpon-
152 dendum coram Iudice depromitur ex verbis
eiuſdem Reformationis, ibi: *Iuramenta verò litis*
deciſiua coram Iudice ſuſcipiantur, *& non alias*:
quæ verba præſeferunt tale iuramentum eſſe præ-
ſtandum per principales coram Iudice, alias ſi
poſſet iurari per procuratorem; iuramentum non
præſtaretur coram Iudice, cùm iurans partitum
per procuratorem, illud iurauerit, quando illud
inſeruit in mandato procuræ, & mens Papæ fuit,
quod principalis coram Iudice deberet iurare,
quia forſan ob illius præſentiam, & timorem,
ac monitionem ab eo faciendam falſum non iu-
rabit, quod certè non ſemel mihi euenit, & poſ-
ſum narrare caſum, in quo quis dederat partitum
ſuper mutuo certæ ſummæ nemine præſente, &
cùm Reus comparuiſſet coram me, hilari fronte
mox negaturus partitum, creditor, qui iuramen-
153 tum detulerat, videns, quod malus debitor ex-
tendebat manum ad iurandum partitum, quaſi
per vim brachium retraxit, & noluit, quod iura-
mentum falſum faceret, dicendo amittam liben-
ter pecunias mutuatas, ſed nolo, quod Anima
tua habeat maius peccatum in iurando, & Deum
pro falſo iuramento in teſtem adhibendo, quibus
auditis debitor perterrefactus vocem, & colorem
amiſit, & à me increpatus, quod ſi fuiſſem Prin-
ceps, ſicut eram Iudex, illum condemnaſſem,quia
tenerà agnoſcebam ipſum debitorem, idem in ſe
reuerſus faſſus fuit veritatem mutui, pro quo pe-
tijt tempus duorum menſium ad illud ſoluen-
dum, quod pars conceſſit; volui hoc exemplum
referre ferè vnicum, nam facilitas, proh facinus,
magna his temporibus inuenitur in iurando.

A decreto autem prolato vigore partiti litis
deciſiui an detur appellatio, dic quod non
quoad deferentem iuramentum, cùm quaſi con-
154 traxerit, & ſua voluntate fecerit Iudicem cauſæ
illum, cui illud detulit, *Granut.theorem.*10. *nu.*29.
Ruginell.de appell.§.2.*cap.*3. *nu.*513., *& ſeqq.*, *Pi-*
*gant.ad Stat.Ferrar.Rubr.*15.*n.*28. plenè *Salgad. de*
*Reg.protect.par.*2.*cap.*1.*n.*165.*cum duobus ſeqq.Con-*
*ciol.ad Statut.Eugub.lib.*2.*Rubr.*12.*n.*3.

Secus verò quoad referentem iuramentum,cùm
quoad hunc relatio non ſit ex voluntate, prout
155 in deferente, ſed ex neceſſitate ob decretum Iu-
dicis,in quo mandatur, iuramentum referri,quic-
quid ſecus ſit, ſi fuerit facta relatio iuramenti an-
te decretum Iudicis, *Granut.dict.theorem.*10. *n.*29.
*verſic.quo verò Carpan.alleg.cap.*100.*n.*69., & ple-
nè *Oſaſch.deciſ.*61.*Galganett.hic nu.*50. §.*an autem*,
*verſic.contrarium tenuit Conciol.dict.nu.*3.*verſic.licet*
*contrarium, Berliecb.concluſ.*35.*num.*21.*par.*1. ego
tamen venerata authoritate tot Doctorum inſi-
156 gnium ſatis dubito de tali concluſione, dum
enim erat in poſſe, & voluntate referentis fateri,
vel negare contenta in partito, decretum relatio-
nis, licet coactiuum habet primordium ab ipſa
voluntate referentis, qui noluit iurare, ſed potiùs
voluit iuramentum referre deferenti, & licet
hoc ex meo ſenſu ſolo dixerim, tamen poſtea in-
ueni hoc idem firmantem *Berliecb. concl.*35.*n.*20.
*par.*1., qui loquitur tam ſuper iuramento delato,
quàm relato, & quod in vtroque idem ius ſta-
tuendum eſt,licet poſteà *num.*21.videatur, & ipſe
adhærere opinioni diſtinguenti inter iuramen-
tum delatum, & relatum, ſed malè.

Prout datur appellatio etiam ab ipſo decreto
mandante reſponderi partito, ſi adſit iuſta, & ra-
157 tionabilis cauſa recuſationis partiti, quia ſcili-
cet ſimus in aliquo caſu, in quo non ſit locus il-
lius admiſſioni, *Salgad.dict cap.*1.*nu.*168. *Scacc.de*
*appell.quæſt.*17.*limit.*34.*n.*5.*Conciol. dict. Rubr.*12.
*n.*4.*Leoncill.deciſ.Ferrar.*1.*n.*1.

An autem ſi quis in reſponſione facta partito
litis deciſiuo commiſerit periurium poſſit puniri
criminaliter pœnis periurij in foro fori, & exter-
no, vel ſolum Deum habeat vltorem in foro Ani-
158 mæ; quod non poſſit puniri aliqua pœna in fo-
ro externo id probat *textus litteralis in l.*2. *C.de*
reb.credit.gloſa communiter recepta *in capit. quæ-*
cunque 6. *quæſt.*1.*Carpan.dict.cap.*100.*nu.*89.,*Gra-*
*nut.theorem.*3.*nu.*18., & hoc latè probat *Ruginell.*
*pract.qq.cap.*11.*nu.*1., *& ſeqq. Pigant. ad Stat.Fer-*
*rar.Rubr.*15. *n.*29. vbi reijcit contrariam opinio-
nem *Boer.deciſ.*305.*n.*4.

Sed quod puniatur etiam in foro externo pœ-
159 na extraordinaria Stellionatus, *Iaſ. in* §. *item ſi*
*quis num.*63., *& ibi Aretin.n.*14. *circa finem Inſtit.*
de act. plenè *Caren.reſol.*247. *per tot.*, vbi reſpon-

dec

Digitized by Google

dıt contrarijs *Ab Eccleſ. obſer.forenſ.68.num.25.,*
& 26.part.1.Chart.deciſ.crimin.Mediol. 67. per to-
160 *tam*, qui teſtatur ſic ſæpiſſimè fuiſſe practica-
tum Mediolani,& quod pluries ſic iudicauit,dum
erat Auditor Turroni Bononiæ, *& d.Caren.nu.5.*
reſpondet *d.l.2. C.de reb.credit.*

Vtraque opinio habet ſuos fautores,ac pondus
161 rationum,& pro prima adducit rationes vrgen-
tes *Pigant.alleg.Rubr.15.n.29.*, vbi reijcit coutra-
162 rios, & pro tali opinione ego aduerto, quod
Conſt.71.Pauli V. in Rubr. de Iudicibus in cauſis ci-
uilibus, §. *pro periurio 19.* diſponit poſſe pro illo
163 procedi criminaliter, & in §. *ſequenti iuramenta*
verò 20., dum diſponit ſuper iuramento litis de-
ciſiuo nihil dicit de periurio, ſuper illo puniru-
do, vude videtue noluiſſe ſuper eo poſſe iu foro
procedi, aliàs hoc non reticuiſſet, & ſic iu Vrbe,
164 in qua ſeruatur ius ciuile inter Ciues Incolas,
& Diſtrictuales Reformatio Paulina voluie ſerua-
ri diſpoſitionem, *dict.l.2.C.de reb.credit.* de non
puniendo criminaliter tale petiurium,& cum hac
opinione reſideo, quoad cauſas Vrbis.

Solùm illam limitarem in caſu, quo quis doloſè, & ſcienter iuraſſet falſum, vt quia clarè appareret, quod ille, qui iurauit ſciebat veritatem, & nihilominùs voluit iurare falſum ex benè fir-
165 matis per *Granut. theorem.3.nu.19.Tort.ad Stat.*
Papiæ Rubr.14.in ciuil.nu.77.verſic.dic etiam in ci-
uilibus Caren.d.reſol.247.n.7.

Demùm aduerte, quod in cauſa terminata
166 per iuramentum litis deciſiuum, victus tenetur
ad expenſas in cauſa factas, *Ridolph.in prax.par.1.*
cap.13.n.625., & dixi *ad Stat.169.Artic.2.n.137.,*
& 138.
167 Cæterùm de materia iuramenti, ſeu partiti litis deciſiui, quando nec ne illi locus ſit, & de eius effectibus vide plenè *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 100.tom.1.Pigaut.ad Stat.Ferrar.Rubr.15.Carocc.in ſuo tract.de iuram deciſ. Granut. theor.10. Maceraten.var.reſol.lib.2.reſol.60.caſ.9. Theſaur. quæſt. forenſ.16.lib.1.Cyriac.contr.37., & 38.Ab Eccleſ. obſer.68.,& ſeqq.par.1.Berlicch.concluſ.29.ad 33.p.1.* qui latè videatur circa caſus, in quibus ſit nec ne locus iuramento deciſiuo, *Leoncill.deciſ.Ferrar.5. Oſaſcb.deciſ.8.11.61., & 97.*

De Cauſis Mercedum. CAP. XCV.

IN cauſis mercedum, vbi de ſumma ſcutorum decem non excedente agitur,non audiatur Reus, niſi actuali depoſito facto,aut in pecunia, aut in mobilibus plus valentibus: à ſumma verò decem vſque ad quamcumque ſummam ſimiliter non audiatue, niſi data fideiuſsione de iudicatum ſoluendo.

PRÆLVDIVM.

PRæſcribitue ſolùm ab hoc Statuto, quando in cauſis mercedum ſit faciendum depoſitum, vel præſtanda cautio, verùm quia tale ſtatutum ſeruatur in omnibus Curijs Vrbis, & ſignanter in illa Gubernatoris, vbi fui Locumtenens Ciuilis à menſe Decembris anni 1676. vſque ad menſem Auguſti anni 1681., quo tempore fui aſſumptus ad munus Secundi Collateralis Curiæ Capitolij, & eodem tempore, quo fui Locumtenens,exercui etiam iudicaturam pauperum mercennariorum campeſtrium de mandato ſan. memor. Innocentij XI.,hinc commentando ſtrictè materiam mercedum, de quibus diſponit ſtatutum noſtrum hìc, ſuper pluribus erit ſermo in quatuor articulis diuidendus. Et in primo agetur, quando in cauſis mercedum ſit, nec ne locus depoſito, vel cautioni loco depoſiti, & ſimul quando à mandatis relaxatis pro mercede detur appellatio nec ne. In ſecundo agetur de cauſis mercedum, quæ debentur mercennarijs artis agrariæ in Vrbe, & Diſtrictu, & quomodo in illis procedatur à Iudice mercennariorum nuncupato *l'Abbate Sacco*. In tertio agetur de munere, ac iudicatura Locumtenentis Ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis,quæ ſit eius iuriſdictio, & præeminentia. In quarto demùm agetur de iuriſdictione priuatiua Iudicis Burgi in Regione Burgi, & quando poſſint alij Iudices Vrbis in eadem Regione iuriſdictionem exercere, non obſtante tali priuatiua.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

In cauſis mercedum, quandò nec ne ſit locus depoſito, vel cautioni de habendo in forma depoſiti latè diſcutitue, & referuntue caſus, in quibus eſt locus depoſito, vel cautioni, & alij, in quibus nec depoſito, nec cautioni locus eſt. Examinatur ſimul,quando nec ne ſalarium non conuentum debeatue, & quid probare debeat petens ſalarium non conuentum; & firmatue, quod Romæ famulis debetur ſalarium, etiam non conuentum, & ſufficit petenti ſalarium probatio ſeruitij præſtiti. Dilucidatur etiam quando in cauſis mercedum detur nec ne appellatio, & alia diſcutiuntur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum in cauſis mercedis non excedentis ſcuta decem debet fieri ex Statuto hic, & ex praxi Tribunalium Vrbis.*
2 *Depoſitum omninò fit in Tribunali Gubernatoris, ſi agatur de mercede non excedente ſcuta decem.*
3 *Depoſitum fit ſolum, quandò agitur de mercede diurna, vel menſtrua.*
4 *Statutum Vrbis circa depoſitum in cauſis mercedum debet intelligi de mercede diurna, vel menſtrua.*
5 *Depoſitum mercedis fit ſtatim executiuè, & Reus eo non facto, vel in illius defectum, non facta executione reali, non auditur.*
6 *Iuramentum calumniæ petitum aduersùs depoſitum præſtari debet, nec ante illud eſt locus depoſito, & num.7.*

8 *Depoſitum mercedis fuit demandatum ad hoc vt cauſæ citiùs expediantur.*

9 *Depoſitum, vel ſit in pecunia, vel in mobilibus plus valentibus.*

10 *Depoſitum non ſit fauore Artificis, qui conuenit, quod opere facto illud æſtimetur, & quando ſecus num. 11., & 12.*

13 *Depoſitum non ſit in mercede mixta, hoc eſt quando cum opera mercennarij concurrit pretium rerum poſitarum in opere.*

14 *Mixtura non tollit depoſitum quando merces, & pretium ſunt ſeparabilia.*

15 *Depoſitum cur non fiat in mercede mixta, redditur ratio.*

16 *Mercennarius, qui promiſit facere certum opus pro certo pretio poteſt partem mercedis petere iuxta menſuram operis facti, & n. 18.*

17 *Baldus contrarium tenens declaratur, & n. 18.*

19 *Sartores, pelliparij, & ſimiles non poſſunt petere mercedem, niſi finito opere.*

20 *Depoſitum mercedis petitæ ab Aduocato, vel Procuratore non fit.*

21 *Nec pro merceda debita Copiſtis.*

22 *Declara in Copiſtis tenentibus negotium, & Tabernam Copiſtariæ, non in Iuuenibus, qui ſcripſerunt tamquam famuli.*

23 *Nec competit depoſitum pro mercede debita Proxenetis, licet alias pro illa competat via executiua, & num. 24.*

25 *Merces Proxenetæ debetur ex Sponſalibus contractis cum certa dote.*

26 *Nec debet fieri depoſitum pro mercede prætenſa à famulo, qui à pluribus annis receſſit à ſeruitio.*

27 *Depoſitum mercedis non fit à tertio non obligato, nec ab hærede, niſi priùs iuſtificetur, quod ſit talis, & quod tertius ſit obligatus.*

28 *Depoſitum mercedis debet fieri ab hæreditate cum relaxatione mandati contra bona hæreditaria.*

29 *Non competit pro mercede petita per viam reconuentionis.*

30 *Intellige quoties de credito Domini clarè appareat, alias ſecus; & num. 31.*

32 *Si appareat creditum petitum à Domino contra famulum eſſe in fraudem, & calumnioſè, debet fieri depoſitum.*

33 *Merces ſi ſit maior credito Domini debet pro illa maiori ſumma fieri depoſitum.*

34 *Depoſitum mercedis debitæ à Cardinalibus non debet fieri, cùm non ſubiaceant Statutis Vrbis.*

35 *Cardinales non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, ſed ſunt ſpecialiter nominandi.*

36 *Depoſitum mercedis debet fieri à Cardinalibus ex Reformatione Pauli V., & quare?*

37 *Cardinales comprehenduntur ſub generali diſpoſitione, quando in illis militat eadem ratio, & non agitur de diſpoſitione odioſa, & num. 38.*

39 *Depoſitum mercedis, ſi hæc non ſit diurna, vel menſtrua, fieri non debet.*

40 *Depoſito mercedis an ſit locus, plurimum deferendum arbitrio Iudicis, qui in hoc debet eſſe circumſpectus.*

41 *Cauſa mercedis, licèt non ſit locus depoſito, adhuc tractatur executiuè.*

42 *Salarium non conuentum non debetur, niſi illud petens copulatiuè probet, quod ſit ſolitus locare operas, & ille à quo petitur ſolitus conducere famulos.*

43 *Solitum ex vna parte non ſufficit, ſed copulatiuè probari debet.*

44 *Concluſio procedit non obſtante quauis æquitate in contrarium.*

45 *Romæ ſalarium non conuentum debetur etiam non probatis dictis requiſitis, & de praxi Tribunalis Gubernatoris Vrbis num. 46.*

47 *Procuratoribus ad lites in Romana Curia conſtituitur ſalarium à Iudicibus, non probatis dictis requiſitis.*

48 *Salarium non conuentum vbique, etiam non probatis huiuſmodi requiſitis, debetur illis, qui inſeruierunt in muneribus honeſtioribus.*

49 *Hiſpani in Vrbe ſolent deſeruire ſine ſalario, vnde ſi illud petunt debent probare ſupradicta requiſita, & num. 50., & 51.*

52 *Salarium debetur iuxtà ſolitum, etiam non probatis dictis requiſitis, ſi ſumus in adoleſcente, qui prima vice inſeruiuit.*

53 *Famulus, ſi receſſit à ſeruitio non finito tempore ſeruitij conuenti, poteſt petere ſalarium pro rata ſeruitij, & num. 54.*

55 *Fallit ſi famulus per receſſum inferat damnum Domino, & damnum ex quo reſultet, & num. 56.*

57 *Famulo conducto dietim non poteſt retardari ſolutio mercedis ſub prætextu operis male facti, ſecus in conducto, vt dicitur à* Cottimo.

58 *Appellatio ſuſpenſiua non datur in ſalario debito pauperi.*

59 *Procedit nedum in ſalarijs famulorum, ac ancillarum, ſed etiam Artificum.*

60 *Paupertas famulorum, & ancillarum deſeruientium in vilioribus miniſterijs præſumitur.*

61 *Appellatio in cauſa ſalarij datur, ceſſante paupertate.*

62 *Datur etiam in ſalario non conuento, & ſi agitur inter illos, qui non ſunt ſoliti locare, & reſpectiuè conducere.*

63 *Pariter ſi agatur de mercede non conuenta, ſed arbitrata à Iudice, qui exceſſit in taxatione, nam tunc in exceſſu datur appellatio.*

64 *Appellatio in cauſa mercedis an admittenda ſit plurimum defertur arbitrio Iudicis, & quid Iudex in hoc attendere debeat.*

65 *In cauſis mercedum in Tribunali Gubernatoris, ad quos appelletur, vel recurratur, & quando debeat denegari recurſus num. 66.*

67 *Innocentius XI. in cauſis mercedum reſcribebat Locumtenenti Ciuili Gubernatoris, vt non obſtante recurſu admiſſo exequeretur ſua mandata.*

68 *Author pro tuenda ſua iuriſdictione, dum erat Locumtenens Ciuilis ſcripſit contra Auditorem Gubernatoris Vrbis, & illum Theſaurarij.*

69 *Author ſcripſit ſuper iuriſdictione Burgi occaſione controuerſiarum ſubortarum ſuper dicta iuriſdictione.*

70 *Conſules Artium Vrbis non poſſunt reaſſumere cauſas à Iudicibus ſuperioribus, & refertur caſus num. 71.*

72 *Referuntur Doctores agentes de ſalarijs, ac mercedibus.*

EX Statuto hic, quod ſeruatur in omnibus Curijs Vrbis, Rei conuenti pro mercede, non audiuntur, niſi facto depoſito, ſi merces petita non excedat ſcuta decem, vel præſtita cautione, ſi
1 merces excedat dictam ſummam, & rigoroſè hoc obſer-

obſeruatur ſignanter in Curia Gubernatoris, in qua præcipuè agitur de cauſis mercedum, *Grat. theorem. 12. num. 14. verſic. quam obſeruantiam, Marcheſan. de commiſs. par. 1. tit. de commiſs. in cauſ. Aliment. n. 57. fol. 1195. Pacion. de locat., & conduct. cap. 35. n. 70. verſic. quod ipſe*, qui omnes teſtantur
2 de obſeruantia in Tribunali Gubernatoris Vrbis, *Ridolph. in prax. par. 1. cap. 7. n. 90.*, & de tali praxi poſſum eſſe teſtis ocularis, cum ex dictis ſpatio ferè integri quinquennij ibi fui Locumtenens Ciuilis.

Quia vero Iudicantium rigor excreuerat in cogendis Reis conuentis pro mercede ad dictum depoſitum, vel fideiuſſionem pro quibuſuis cauſis mercedum, etiam non priuilegiatarum, hinc
3 ſupercuoit *Conſt. 71. Pauli V. Bullar. nou. tom. 3., quæ in Rubr. de Iudicib. in cauſ. ciuil. 5. & cauſæ mercedis*, ſtatuit, quod cauſæ mercedis, ad effectum faciendi depoſitum, illæ tantum intelligantur, in quibus agitur de diurna, vel menſtrua mercede, vel Salario, vt ponderat etiam *Ridolph. dict. cap. 7. n. 91., Zacch. de Salar. qu. 91. n. 54.*

Vnde hodie hoc Statutum Vrbis generaliter diſponens circa depoſitum faciendum in cauſis mercedum, fuit reſtrictum ad mercedem diur-
4 nam, vel menſtruam tantum, & ſic practicatur, ex quo Conſtitutio prædicta Pauli V. ſuper Reformatione Tribunalium Vrbis edita, diſponit pro omnibus Iudicibus Vrbis, & in fine eadem Conſtitutio derogat Statutis, etiam confirmatis, ac Conſtitutionibus quibuſcumque facientibus in contrarium.

Quod depoſitum in cauſis mercedis diurnæ, vel menſtruæ fit à Reo conuento executiuè, & ſtatim prævia citatione ad ſoluendum, ac faciendum depoſitum, nec Reus auditur in ſuis exceptionibus, niſi prius facto depoſito vſque ad ſummam
5 ſcutorum decem, vel præſtita fideiuſſione, ſi agatur de mercede excedente talem ſummam, vel his deficientibus, niſi facta executione reali *Luc. Pet. in prax. lib. 4. cap. 7. de cauſ. merced. in princip. Ridolph. dict. cap. 7. n. 90. Zacch. de Salar. qu. 91. num. 48.*

Solum admittitur oppoſitio Iuramenti calum-
6 niæ, & quod ſpecificetur qualitas, & tempus ſeruitij *Zacch. dict. qu. 91. n. 49.*, & ratione, quia facta tali ſpecificatione, poterit ex qualitate, &
7 tempore ſeruitij ſpecificati Iudex arbitrari, quod fiat depoſitum, vel præſtetur cautio in minori ſumma, quam fuerit petita merces, vel etiam quod nullo modo fiat depoſitum, vel nullatenus præſtetur cautio, quia appareat ex ſpecificatione, non agi de mercede priuilegiata, vel quod ſit mixta, vel ex alio capite non mereatur depoſitum.

Et tale depoſitum fuit inuentum, ad hoc vt cau-
8 ſæ mercedum pauperum perſonarum citius expediantur *Luc. Pet. lib. 4. alleg. cap. 7. num. 1. in fine, Marcheſan. vbi ſupra n. 57. verſic. nam ſi omnes fol. 1195. Zacch. dict. q. 91. n. 49.*

Sufficit, tale depoſitum fieri vel in pecunia, vel mobilibus plus valentibus, ea ratione, quia ſi relaxatur mandatum pro depoſito mercedis, & fiat illius executio in mobilibus, talis executio ſufficit ex praxi, vnde idem dicendum, ſi tale depoſitum mobilium æquiualentium fiat extraiudicialiter ante mandati executionem, & hoc innuit
9 noſtrum ſtatutum hic, & aduertit *Luc. Pet. dict. cap. 7. n. 1.*, & ita in praxi vidi ſeruari tam in Curia Gubernatoris, quàm in illa Capitolij, in quibus iuridicundo præfui.

In quibus autem mercedibus non ſit locus depoſito, nunc videndum eſt, & quidem in ipſamet Curia Gubernatoris, in qua magis rigoroſè proceditur pro depoſito, in pluribus caſibus ſeruatur, illud non fieri, nec præſtari cautionem in forma depoſiti.

Et quidem primo ſi Artifex, puta Faber Cementarius, vel Lignarius agant pro mercede operij ab ipſis conſtructi præuia conuentione, quod opere facto illud æſtimaretur, nam tali caſu non
10 competit actio locati, & pro mercede, ſed potius præſcriptis verbis *Luc. Pet. dict. cap. 7. n. 2.*

Quod autem debeat fieri depoſitum, ſi Faber Cementarius domum conſtruendam aſſumpſerit cum ſuis cæmentis, & opera ad rationem certi
11 pretij pro qualibet canna, cum principaliter agatur de cauſa mercedis, licet ſecundario veniat etiam prætium cęmentorum *ad text. in l. item ſi pretio 25. §. 1. & §. cum Inſulam ff. locat. dict. Luc. Pet. alleg. cap. 7. n. 2.* & facit benè *Bald. in l. 2. n. 2. & 3. C. locat.*, vbi quod tali caſu Artifex eſt lo-
12 cator operæ, & non conductor operis, cum non poſſit conducere opus, quod non eſt in materiato, & non poteſt dici conducere id, ex quo non ſperat fructum aliquem, cum operæ merces non ſit fructus rei, ſuper qua Artifex operam præſtitit, ſed ſit fructus laboris.

At talis diſtinctio, quantum ad hoc vt competat actio ex locato, & conducto pro mercede, poteſt admitti, at quod pro tali mercede competat depoſitum, non videtur poſſe procedere, cum
13 ex praxi Tribunalium Vrbis, etiam Gubernatoris, non fiat depoſitum in mercede mixta, & talis dicitur, in qua non conſideratur ſola opera præſtita, & labor impenſus per merceonarium, qui petit mercedem, ſed habet admixtum prætium rerum, quas Artifex poſuit de proprio in conſtructione rei, quam ſua opera, & labore perfecit, vnde ſi agant Faber Cementarius pro fabrica eius opera, ac proprijs cementis facta, Faber lignarius pro laquearibus à ſe factis, oedum proprio labore, ſed etiam lignaminibus, & ferramentis proprijs, vel agant ſimiles Artifices, qui cum mercede eorum laboris habeant admixtum prætium materiæ poſitæ in opere ab ipſis facto, non habebunt priuilegium, quod pro tali mercede fiat depoſitum, cum hoc caſu cęmenta, lignamina, ferramenta, ac alia materialia ſint omninò conuexa, & commixta cum opere facto, itaut diſcerni, ac ſegregari nequeat ictu oculi quantitas mercedis à prætio rerum, & ſic ſe habet inconcuſſa praxis.

Solum mixtura non tollit depoſitum, quando res poſita in opere eſt ſeparabilis à mercede, & prætium rei poſitæ ab Artifice in opere facto eſt diſtinctum, ab ipſa mercede, vt paſſim practica-
14 tur in mercede ſartoris, qui confecit veſtes, & in illis poſuit filium, ſericum, ſubſutum, modulos, & alia ſimilia pro perfectione, vel ornatu veſtium neceſſaria, tali quippe caſu prædictorum prætium eſt ſeparabile à mercede, cum prætium talium rerum ſtet de perſe, & merces pro confectione veſtium debita ſartori ſit pœnitus ſeparata, & ſic

Digitized by Google

pro mercedis quantitate omninò ſeparata à præ-
tio fit depoſitum,& ita ſæpè ſeruani.

Praxis autem prædicta non faciendi depoſi-
tum in mercede mixta exiſtimo, quod fundata ſit
in prædicta *Reformatione Pauli V.*, vbi depoſitum
fuit reſtrictum ad puram mercedem diurnam, vel
15 menſtruam, cuius termini, vt ſenſui patet, non
poſſunt adaptari mercedi mixtæ, & quando mer-
cennarius fecit fabricam, laquear, candelabra
argentea, vel aliud ſimile opus proprijs ſumpti-
bus, etiam quoad materialia pro perfectione ta-
lium operum neceſſaria, quo caſu nec verſamur
in pauperibus, & miſerabilibus mercennarijs,
quod conſiderauit *Reformatio*, dùm proprijs
ſumptibus opus perficiendum aſſumpſerunt, &
quia non ſumus in propria mercede, ſed potius
in prætio fabricæ, vel alterius operis ab artifice
facti proprijs ſumptibus, à mandante operis con-
ſtructionem, reficiendis.

Aduertè tamen hic, quod ſi Faber Cæmenta-
rius aſſumpſit in ſe onus faciendi fabricam Do-
mus ad rationem certæ mercedis pro qualibet
canna, vel Ruſticus laborator vinearum conue-
nerit facere ſcaſſatum vineæ ad rationem certæ
ſummæ mercedis pro qualibet pectia terreni, ſi
agatur de pauperibus mercennarijs, qui proprio
labore ſibi victum quærunt, poſſunt ante finem
operis partem mercedis petere pro victu, ad hoc
16 vt poſſint vlteriores operas in fabricando, vel
excaſſando præſtare, & idem dic in ſimilibus
mercennarijs *Bald. in l.2. n.4. verſic. ſed ædificato-
res C. locat., Mantic. de tacit. lib.5. tit.6. num.15. &
ſeqq. Gargiar. deciſ. Tribun. Pleb. Bonon. 61. nu.2.
& 4.* & probat. *tex. litteralis in l. qui Inſulam 33.
§. qui ædem ff. locat.* & ſic practicatur.

Nec prædictis obſtat *Bald. in l. æde n.14. C. lo-
cat.* vbi docet, quod ſi ædificator promiſerit face-
17 re domum certæ formæ, ſi recedat ad opere, do-
mo non redacta ad formam conuentam, non po-
teſt aliquid petere, cum aliquid non debeatur,
niſi opere completo, & non cadit diſtinctio par-
titiua operis facti, nec rata temporis, nam tale
dictum *Baldi* eſt verum, quando Faber Cæmenta-
rius, ſiuè ædificator petit ſalarium, poſtquam re-
ceſſit ab opere, illo non completo, nec illud com-
plere intendit; at in caſu, quo ædificator, labo-
rator vinearum, & ſimiles, qui aſſumpſerunt in
ſe opus faciendum proprio labore, partem operis
fecerunt, & non intendunt ab illo recedere, ſed
18 petunt partem mercedis operis facti, vt viuere
poſſint, & in vlteriori labore circa operis perfe-
ctionem proſequi intendunt, tunc ſecus dicendum
eſt, vt ratiocinatur idem *Bald. in antecedenti n.13.*

Quando tamen agitur de mercede Pellipario-
rum, Sartorum, & Sutorum veterum calceorum,
19 non poſſunt prædicti illam petere, niſi finito
opere *Bald. in dict. l. 2. n.4. C. locat. Mantic. dict.
tit.6. n.16. Gargiar. alleg deciſ.61. n.3.*

Secundo non fit depoſitum fauore Aduocati,
vel Procuratoris petentium ſalarium ob patroci-
20 nium in cauſis præſtitum, & ſic ſe habet praxis,
vel quia in tali mercede non adaptantur verba
Reformationis Pauli V., quia non agitur de merce-
de menſtrua, vel diurna, vel quia perſonæ tales
non habentur pro pauperibus, ac miſerabilibus,
qui poſſint litibus defatigari, cũ potius ipſi alios
litibus ſoleant vexare.

Tertio ex praxi non fit depoſitum in mercede
petita per Copiſtas, ſeù Amanuenſes contra Ad-
21 uocatos, Procuratores ad lites, vel ipſos princi-
pales litigantes pro copijs ſcripturarum pro præ-
dictis tranſcriptis, quando agitur de Copiſtis in
capite retinentibus Tabernam ſcriptoriam cum
Iuuenibus, nam huiuſmodi perſonæ dicuntur po-
tius exercere negocium, quàm laborerium, dum
retinent Iuuenes tranſcriptores, quibus ſoluunt
pro eorum labore in tranſcribendo minorem
mercedem, quam ipſi recipiant à principalibus,
vel procuratoribus.

At ſi ipſi Iuuenes tranſcriptores petant à Co-
piſtis in capite, qui tenent copiſtariam apertam,
22 mercedem ſcripturarum tranſcriptarum ab ipſis
principalibus Dominis Copiſtariarum, tunc erit
locus depoſito, cum agatur de mercede diurna
debita pauperibus Iuuenibus tranſcriptoribus, &
ſic ſe habet praxis, fundata vt credo, in eadem
Reformatione Pauli V., dum in talibus Iuuenibus
adaptatur mens Reformationis, tàm circa merce-
dem diurnam, quàm circa paupertatem illam
petentium, cum huiuſmodi Iuuenes tranſcripto-
res viuant ex tranſcriptione diurna ſcripturarum.

Quarto non fit depoſitum in mercede petita à
Proxenetis, cum non ſit propriè merces diurna,
23 vel menſtrua, nec debita pauperibus, nec ſpatio
tot annorum, quibus fui Locumtenens Ciuilis
Gubernatoris Vrbis, vidi illorum fauore vnquàm
factum depoſitum, cum ſimiles perſonæ potius
24 exerceant negocium, licet conſtito de proxene-
tico, pro illius mercede competat via executiua
ex plenè firmatis *per Zacch. de Salar. q.83., & per
Rot. poſt ipſum deciſ.68.*

Et deberi ſalarium Proxenetæ etiam ex concin-
ſione ſponſalium cum certa dote, licet poſtea ex
25 aliquo accidenti non ſequatur matrimonium
*Ruginell. pract. quæſt. capit. 36. per tot., Gargiar.
tract. var. tit. de Proxenet. cap.9. n.1. & ſeqq.*

Fateor tamen, quod pluries dum Iudex eram
tale proxeneticum ob matrimonia concluſa fuit
prætenſum, ſed nunquam vidi per Proxenetas ob-
tentum, quia fortè à longe dederunt odorem, &
ſignum perſonæ nubendæ, ſed matrimonium non
concluſerunt ipſi, ſed alij.

Sexto dic, quod depoſitum non intrat in cauſa
mercedis prætenſæ à famulo per plures annos,
quibus inſeruiuit alicui perſonæ, & qui poſt re-
ceſſum à ſeruitio pariter per plures annos non
petijt mercedem, nam tali caſu vel præſumitur
ſatisfactio famuli, vel quod deſeruierit ſine mer-
26 cede, & ſic non intrant termini priuilegiatæ mer-
cedis pro depoſito ex traditis *per Gratian. deciſ.
Marcb.53. n.5. & 6.*; vndè cautus, & iuſtus Iudex
tali caſu debet faciliter inclinare contra depoſi-
tum, cum præſumatur peti ſalarium, potius ad
defatigandum, quàm quod verè debeatur, & qua-
tenus debitum ſit, non meretur priuilegia depoſi-
ti, ac viæ executiuæ competentia alijs merce-
dibus.

Sexto non intrat depoſitum, quando per mer-
cennarium illa petitur à tertio non obligato, &
cui non preſtitit ſeruitium, ſed prætenditur, quod
dictus tertius pro mercede ſe obligauerit, vel ſi
petatur ab hærede obligati ad mercedem, qui
nec minus tenetur ad depoſitum, non iuſtificata
27 prius obligatione tertij, ac legitimata perſona
hære-

hæredis, *Zacch.de Salar.q.91.num.52. & ſeqq.*
Eſt bene verum in praxi, quod licet non rela-
xetur mandatum contra *hæredem* pro debito
28 mercedis, quæ debebatur per defunctum, non
præcedente probatione qualitatis hæreditariæ,
adhuc relaxatur pro depoſito contra bona hære-
ditaria.
Septimo non competit depoſitum pro mercede
petita per mercennarium per viam reconuentio-
nis, quia præcedenter fuerit per Dominum con-
29 uentus pro ſolutione alicuius debiti, vel reddi-
tione rationis adminiſtrationis, ac exactionis
factæ, nàm æquum non eſt, quod ille, qui fuit an-
tecedenter in Iudicio pulſatus, vt debitor, via
priuilegiata depoſiti reconueniat ſuum Credito-
rem.
At ego in hoc puncto, dum iuridicundo præ-
eram, ſic cenſui præcedendum eſſe; quod aut de-
bitum mercennarij prius conuenti à Domino
erat ſubſiſtens, ac clarum, & tunc non ſit locus
depoſito mercedis poſteà petito per mercenna-
rium, ſecus vero ſi creditum petitum per Domi-
30 num erat inſubſiſtens, & turbidum ex traditis per
Roman. ſingul.781., qui loquitur in reconuentione,
& ſequitur *Gargiar. deciſ. Magiſtrat. Bonon. deciſ.
35. tom. 2.* qui hoc firmat in terminis mercenna-
rij petentis mercedem à Domino, & hoc petente
terminum ad probandum ſuum creditum contra
31 famulum, quod talis terminus non debeat con-
cedi ad retardandam ſolutionem mercedis liqui-
dæ, ſuper quo videatur *Zacchias de Salar. qu.104.
per tot.*, qui videtur probare dictam diſtinctio-
nem, licet poſtea det aliquas limitationes; & re-
uera non eſt permittendum, quod Dominus gra-
uetur onere depoſiti mercedis fauore famuli, quã-
do hic ex alia parte eſt illius certus, & indubita-
tus debitor.
Aduertat tamen Iudex in hac materia, ne fa-
muli amittant tale priuilegium depoſiti merce-
dis ſub prætextu, quod fuerint à Domino præuen-
ti in Iudicio tanquàm debitores, ſi tales non
32 ſint, cum experientia rerum magiſtra me do-
cuerit, quod multoties Domini viſo receſſu fa-
mulorum ad finem ſolum effugiendi depoſitum
mercedis, illos illicò citarunt pro creditis aereis,
& inſubſiſtentibus.
Prout etiamſi famulus ſit certus debitor Do-
mini pro certa ſumma, ſi hæc ſit minor debito
33 mercedis, debebit facere depoſitum pro illa ſum-
ma, in qua remanet debitor mercedis petitæ.
Octauo an depoſitum mercedis menſtruæ, vel
diurnæ fieri debeat à S. R. Eccleſiæ Cardinalibus
conuentis ad illam ſoluendum; certum eſt quod
34 hoc ſtatutum tanquam laicale illos vti Eccleſia-
ſticos non comprehendit ex plenè per nos firmatis
in Prælud. ad Stat. Vrb. Artic.3.; quo vero ad Re-
formationem Pauli V., licet illa ſit lex Papæ, &
ſic comprehenſiua etiam Eccleſiaſticorum, nihilo-
minus ſub eius generalitate, dùm expreſsè non
ſunt nominati Cardinales, illi non comprehen-
duntur, dùm ob eorum Eminentiſſimum ſtatum
35 egent ſpeciali, & expreſſa mentione *Anchar.
conſ.297*; precipuè in odioſis *Rip. reſponſ.6. n.6. de
Conſt.. & Stat. lib.1.*, & alij apud *Lotter. de re bene-
fic. lib.1. cap.8. n.84.*
At ego in caſu occurrenti dicebam, locum eſſe
depoſito, nam Paulus V. priuilegium depoſiti
36 conceſſit mercedi menſtruæ, vel diurnæ, & ſic
cauſæ, quæ æquè comprehendit Cardinales, ac
alios, quinimmò ratio, cur fuit ſancitum, fieri
depoſitum in cauſa mercedis (hoc eſt ne pauperes
mercennarij fatigentur longis litibus, & vt finita
cauſa ſtatim poſſint conſequi mercedis depoſi-
tum) magis congruit S.R.E. Cardinalibus, qui
ob eorum Eminentiſſimam dignitatem ſunt cæ-
teris omnibus potentiores in litibus, & ſic depo-
ſitum demandatum à Conſtitutione Pauli V. etiã
ob maioritatem rationis debet fieri in mercede
petita contra Cardinales; licet ſat ſit, quod in
37 illis concurrat eadem ratio, adhoc vt compre-
hendantur, vt benè aduertit *Lotter. de re benefic.
lib.1. qu.8. n.85., & ſeqq. Rot.* plenè *deciſ.452.*, &
melius *deciſ.464. n.3. & infra par.5. tom.2. recen.*,
& deciſ.257. num.1. & ſeqq. coram Otthob., vbi re-
ijcitur *Anchara*n. in contrarium adductus, & in
allegatis deciſionibus concluſio contra Cardina-
38 les præcipuè firmatur, quando diſpoſitio non eſt
odioſa odio irrationabili, prout hæc diſpoſitio
Reformationis Pauli V. circa hoc depoſitum ne-
dum non eſt odioſa odio irrationabili, ſed fauo-
rabilis, ac valdè rationabilis fauore mercennario-
rum, adhoc vt hi faciliori via mediante depoſito
conſequantur mercedem ipſis debitam, ſuper quo
eorum fauore omnia Iura etiam Diuina clamant,
ne merces retineatur pauperi laboranti, & ſic S.
R.E. Cardinales ſub tali lege debent comprehen-
di; auditis his motiuis quidam doctus, ac probus
Prælatus Agens Cardinalis abſentis ab Vrbe am-
plius cauſam non fuit proſequutus, ſed abſque
vlteriori lite mercennarius fuit ſatisfactus.
Extra caſum mercedis diurnæ, vel menſtruæ
39 non eſt locus depoſito ex præſcripto Reforma-
tionis Pauli V. ex firmatis ſupra. An autem den-
tur alij caſus vltra recenſitos, in quibus non ſit
locus depoſito mercedis, dic quod in hoc pluri-
mum debet deferri arbitrio Iudicis, qui viſa ſpe-
cificatione mercedis facta ab illam petente me-
40 dio iuramento, ſi agnoſcat, illam peti ab Adolo-
ſcente, qui ab infantia ſtetit cum alio, præcipuè
conſanguineo, vel affine, & perſona huiuſmodi,
petat depoſitum prætenſæ mercedis; vel ſi hæc pe-
tatur poſt tempus conſiderabile à die præſtiti
ſeruitij, ac receſſus ab illo, his caſibus, vel ſimil-
libus, ex quibus probabiliter colligi poſſit, peti
depoſitum mercedis potius per calumniam,
quam quod verè debeatur aliqua merces, poterit
Iudex arbitrari, non eſſe locum depoſito, nec cau-
tioni, cum hoc tamen quod præſumptio calumniæ
ſuper petitione mercedis indebitæ, ſit valdè pro-
babilis, alias ſub prætextu figuratæ calumniæ non
debet retardari depoſitum.
Notandum tamen eſt, quod in cauſa merce-
dis, etiam quando non eſt locus depoſito, pro-
ceditur ſummariè, & executiuè abſque libello, &
cum ſola citatione ad ſoluendum, & ſi fuerit per
Reum conuentum negatum ſeruitium, adhuc illo
41 probato Iudex decernet mandatum executiuum
*Zacch. de Salar. qu.91. n.55., & ſeqq. Ridolph. in
prax. p.1. cap.1. n.74. Rot. in Romana mercedis 15.
Ianuarij 1681. §. nihil relevat coram Cardinali Vi-
cecomite.*
Quando autem, & in quibus caſibus ſalarium
debeatur nec ne, inſtituti noſtri non eſt hic ali-
quid adnotare, ſed videri poteſt apud Doctores
refe-

Digitized by Google

referendos in calce præſentis articuli; non eſt ta-
men reticendum, quod licet vera ſit, & apud om-
nes recepta illa vulgata concluſio, quod ſalarium
42 non conuentum non debetur, niſi illud petens
probet copulatiuè, quod ſit ſolitus locare operas
ſuas, & ille, à quo petitur, ſit ſolitus conducere
famulos, *Gratian. cap.257.n.3.Poſt.reſol.39.nn.3.,
& 4.Zacch de ſalar.quæſt.68.num.28., & ſeqq., &
quæſt.102.n.13.cum duobus ſeqq.Pacion.de locat.,&
conduct.cap.35.n.65.& infra, Rot.deciſ.528.n.7.co-
ram Pen.deciſ.400., & 401. vtrobique nu.1. coram
Caualer.deciſ.50.num.1., & 2., & deciſ.76.n.6.poſt
Zacch.de ſalar.*

Et quidem non ſufficit probari ſolitum ex vna
43 parte, ſed debet probari copulatiuè, quod quis
ſit ſolitus locare operas, & alter conducere, *An-
tonell.iun.conſ.17.n.3.Rot.deciſ.620.n.6., & 7.p.4.
diuerſ., & deciſ.82 n.5.poſt Zacch.de ſalar.*

Quæ concluſio, quod ſalarium non conuentum
non debeatur, niſi prædictis duobus extremis pro-
44 batis, procedit etiam ſtante æquitate in contra-
rium, cùm æquitas non ſcripta non conſideretur,
Poſt. plenè *reſol.39.num.14.ad 19. Zacch.de ſalar.
q.102.n.38.cum tribus ſeq.*

Adhuc præfata concluſio procedit de iure com-
muni, & extra Vrbem, non autem vbi adeſt con-
ſuetudo ſoluendi ſalarium, etiam non conuen-
tum, qualis conſuetudo viget Romæ, vbi conſtito
de ſeruitio, ſalarium etiam non conuentum debe-
tur, cùm quis cenſeatur in Alma Vrbe locaſſe ope-
45 ras ſuas animo conſequendi ſalarium, iuxta ta-
lem conſuetudinem, de qua conſuetudine, ac ſty-
lo Vrbis, & Curiæ Gubernatoris teſtantur *Gra-
nut.theorem.2.n.15. poſt medium Zacch. de ſalar.
quæſt.102.n.19., Pacion.de locat., & conduct.cap.35.
n.7.& infra*, & faciunt *Thomat.deciſ.10.n.29. cum
duobus ſeqq. Fontanell.deciſ.247.n.5.Rot.deciſ.191.,
& 207. coram Penia deciſ.256. nu.2. coram Coccin.
deciſ.64.n.2., & 3., & deciſ.67.num.25. ad 27. poſt
Zacch.de Salar.deciſ.238.n.1.in fine p.1.recent., &
46 deciſ.84.n.2.p.14.*, & Romæ, præcipuè in Tribu-
nali Gubernatoris Vrbis dicta concluſio, quod
non debeatur ſalarium non conuentum, niſi pro-
batis prædictis duobus requiſitis, deridetur, quia
in Alma Vrbe famuli, præcipuè pauperes, & in hu-
milioribus ſeruitijs, ideò ſeruiunt, vt ſalarium
conſequantur.

Procedit talis limitatio, maximè in Procurato-
ribus ad lites in Curia Romana, quibus conſti-
47 tuitur ſalarium non conuentum, etiam dictis re-
quiſitis non probatis plenè *Zacch.de ſalar. qu.82.
n.2.ad 7. Pacion.de locat., & conduct. cap.35.n.74.,
& 75., & n.96.* vbi reſpondet contrarijs, *Rot. de-
ciſ.67., & 83.poſt Zacch.de ſalar. deciſ.367. nu.28.
p.10. rec., & deciſ.84. p.14.* vbi declarantur deci-
ſiones, quæ videntur contrariari.

Et amplius de iure communi vbique, etiam ex-
tra Curiam, ſi agatur de perſonis, quæ inſeruie-
runt in muneribus honeſtioribus Vicarij Genera-
lis, Auditoris, Aduocati, Lectoris artium libera-
lium, Secretarij, Medici, & ſimilium, eiſdem de-
betur ſalarium etiã non conuentum, & etiam non
probatis præfatis duobus extremis, ſeu requiſi-
tis, cùm ſalarium non conuentum non debeatur,
niſi concurrentibus dictis requiſitis, quando agi-
tur in famulis, ac vilibus perſonis, quæ inſeruie-
runt in muneribus vilibus, & quæ perſæpè inſer-
uire ſolent pro ſolis expenſis alimentorum, ſecùs
in perſonis, quæ in prædictis ſeruitijs honeſtiori-
48 bus deſeruierunt, quibus ſalarium etiam non
conuentum debetur *ad tex. in l.1. ff.de var., & ex-
traord.cognit.Granut.theor.12.n.2. § contrarium ta-
men*, vbi ſuper hoc regiſtrat quoddam iuris re-
ſponſum, *Gratian.cap.257.num.4. Zacch.de ſalar.
quæſt.102.num.6., & ſeqq.Pacion.alleg.cap.35.n.76.
81., & infra*, vbi refert plures Rotæ deciſiones,
*Thomat.deciſ.10.n.32., & 33., & deciſ.14.num.38.,
& ſeqq.*

At concluſio ſupra firmata, quod ſalarium non
conuentum Romæ debeatur famulis abſque eo,
quod probent prædicta duo requiſita, non proce-
49 dit in famulis Hiſpanis, Dominis pariter Hiſpa-
nis hic in Vrbe inſeruientibus; nam talibus fa-
mulis ex quadam inueterata obſeruantia (quam
vidi deductam, & probatam in quadam cauſa,
dum eram Locumtenens Ciuilis Gubernatoris)
non conſtituitur ſalarium, ſi non ſit præcisè con-
uentum, vel niſi probentur indiuidualiter ſæpè
dicta duo requiſita, quod ſcilicet famulus Hiſpa-
nus ſit ſolitus hic in Vrbe locare operas ſuas alte-
ri Hiſpano cum ſalario, & hic conducere pariter
cum ſalario famulos pariter Hiſpanos, qui ſtylus
50 eſt rationabilis, necdùm quia reducit materiam
ſalarij non conuenti ad terminos iuris commu-
nis, ſecundùm quod debent probari dicta duo re-
quiſita, verùm etiam quia Regna Hiſpaniarum
longè diſtant ab Alma Vrbe, & non eſt facilis, ac
prompta tranſmiſſio pecuniarum ab illis Regnis
ad Vrbem, & quandoque ſolùm poſt plures men-
ſes, & cum rigoroſo cambio illæ recipiuntur,
itaùt Hiſpani commorantes in Vrbe pro conſe-
quendis beneficijs multoties per annos repeṭiun-
tur non ſemel deſtituti pecunijs, & cùm non poſ-
ſint ſe ſuſtentare, curant apud alios Hiſpanos in
Vrbe commorantes, & commodiores ſe recipere,
& illis aliqua ſeruitia impendunt, ob quæ alimen-
ta, ac habitationem recipiunt, quæ habentur pro
ſufficienti remuneratione ſeruitij præſtiti abſque
alio ſalario, ſi non ſit expreſsè conuentum, vel niſi
doceatur de requiſitis vt ſupra.

Quod in certa cauſa dixi reddi magis certum,
ex quo Dominus Hiſpanus alios famulos Hiſpa-
nos retinuerat ſine ſalario, & pro ſolis expenſis
alimentorum, & famulus qui petebat ſalarium
deſeruierat per tres annos nihil petendo, & ſo-
lum illud petijt, quando fuit dimiſſus à ſeruitio,
51 ad quæ faciunt tradita per *Pacion.de locat., & con-
duct.cap.35.n.148., & 149. Rot.deciſ.815.à nu.15.,
& ſeqq.par.18.tom.2. rec.*, quæ nota, quia non in-
uenies alibi.

Aduerte quoque, quod ſalarium non conuen-
tum debetur etiam ceſſantibus dictis duobus re-
quiſitis, quando agitur de adoleſcente, qui alijs
non inſeruiuit, ſed prima vice locauit operas
ſuas in fundaco alicuius Mercatoris, qui conſue-
uit ſimiles Iuuenes conducere pro ſeruitio funda-
ci, ac negocij, ac illis ſoluere ſalarium, tali quip-
pè caſu adoleſcens locator operarum, ad effectum
conſequendi ſalarium, non tenetur probare ſoli-
tum locandi operas in perſona ſua, ſed ſat eſt pro-
52 batio, quod mercator Dominus ſit ſolitus con-
ducere famulos cum ſalario, tunc enim ſalarium
conſtituitur iuxta ſolitum, & ſecundùm peritiam
famuli, *Pacion.de locat., & conduct.cap.35.nu.68.*

Rot.

Digitized by Google

Rot.deciſ.57.per tot.poſt Zacch.de ſalar., quæ eſt ee-
petita *deciſ.88.par.3.recen.*

Aduerte etiam ad vnum, quod non ſemel vidi
in ſoro deductum, ſi famulus conuenerit deſerui-
re pro certo tempore, ſi illo non finito tecedat à
ſeruitio, non poteſt prætendere ſalarium prn rata
temporis, ſi ex receſſu famuli Dominus tantùm
damni patitut, quanrum commodi repnrtauit à
ſeruitio præſtito, propter compenſationem cum
damno, qood recipit ex receſſu cxtra tempus, ſe-
53 cùs ceſſaute eali damno, & intereſſe, nam runc
pro rata ſeruitij præſtiti famulus debet conſequi
mereedem, *Bald.in l.ade 3.n.13.C.de locat.Marche-
ſan.de commiſs.appell.in cauſ.alimen.§.1.num.63.fol.
1196. par.1.*

Sed quod debeatnr tali caſu famulo ſalatium
pro tempore ſetuitutis præſtitæ, & quod ſi Domi-
nns prætendit damnum ex non completo ſeruitio
54 debeat agere ad intereſſe *Bald.in l.2.num.5.in fine,
C.locat.Mantic.de tacit.lib.5.tit.6.n.21.*, & ſequitut
*Gargiar.deciſ.for.Tribunal.Plebis Bonon.63.num.2.,
& 3.*

At hanc opininnem cenſeo eſſe amplectendam,
ſi nnn conſtet inenntinenti de intereſſe Domiui,
puta quia conductus imperitus ad aliqund genus
ſeruitij, ſeu miniſterij duratutum ad triennium,
vel aliud tempus pro eerto ſalario, nam ſi pnſt an-
55 num, & adeptam praxim in ſeruitio, ac miniſte-
rio, & dum poteſt domiuo cum apticudine, & lu-
cro inſernire, recedat, intereſſe domini videtue
conſiderabile, & cuidens, quia intantum promi-
ſie certum ſalarium pro toto dicto tempore, in
quantum ſciebat durationem ſrruitij per trien-
nium, in cuius progreſſu famulus euadebat ap-
tior, cùm ſie cerrum, quod homines præcipuè iu-
56 uenes tractu temporis euadunt periti cx traditis
pec *Rot.deciſ.57.n.9., & 10. poſt Zacch.de ſalar.*

An autem petita mercede per operarium poſ-
ſie illa rerardari ſub prætextu operis maleſacti, ſu-
per hoc non ſemel, dum Iudex eram, vidi actum,
57 & ego adhæſi eheoricæ *Bald.in l.2.n.7.C.locat.*, qui
dicit, non poſſe terardari, quando operarius ſuit
conductus dietim, & vt dicitur *à lauorare à gior-
nata*, cùm tunc dominus poſſit illum dimittere,
ſi malè operatur, & ſibi imputet, ſi illum non
reprobauit, ſed potiùs volnit vti vlterius eiuſdem
opera, cùm mercennarius tali caſu non ſe adſtrin-
xerie ad opus certæ qualitatis, ſecùs ſi operarius
fuerie conductus ad menſuram, & vt dicitur *à Cot-
timo*, tunc enim tenetur de culpa ob malum opus
peractum, & ſic ad damna, & intereſſe.

In cauſis mercedis, ac ſalarij, cx quo in illis
proceditur executiuè, maximè quando ſalarium
eſt debitum pauperi, cùm tunc deſeruiat loco ali-
58 mentorum, non datur appellatio ſuſpenſiua, &
propterea Signatura Iuſtitiæ ſolet reſcribere *ſine
praiudicio legitima executionis*, *Gratian. cap. 257.
n.44., & ſeqq. Scacc.de appell.quaſt.17.limit.8.n.9.
in fine*, vbi dicit, id maximè procedere, ſi pto mer-
cede actum ſit in Tribunali Gubetnatoris *Rodri-
guez. de execut. ſenten., & rei indic. cap.1. artic. 3.
num.124., Fenzon. hic nu.4., & ſeqq. Cappucc. in
prax. tom.2. in Notabil. ad Stat. Vrb.18n. cap. 10.
artic. 15. num. 245. fol. 53. Marcheſ. de commiſs.
par.1. de commiſs. appell. in cauſ. alim. num.62. fol.
1196., Salgad. de Reg. protect. par.3. cap.2. n.79.,
& ſeqq. Gratian. deciſ.Marcb. 53. n.1. 4.9., & 10.*

*Rot.deciſ.764.par.1.diuerſ., & deciſ.94.nu.5., & 6.
poſt Zacch. de ſalar.*

Et dicta concluſio ſupee reiectione appellatio-
59 nis ſuſpenſiuæ procedit tam in ſalarijs famulo-
rum, & ancillarum, quàm artificum, *Gratian.dict.
deciſ.53.n.3., & 4., & Scopp.in obſeruat. ad dict.de-
ciſ.53.n.1., & ſeqq.*

Paupertas autem ſamulotum, & ancillarum ad
hunc effectum, vt pro mandatis relaxatis iu cau-
ſis mercedum, ac ſalarij ab ipſis petiri reijciatue
60 appellatio ſuſpenſiua, præſumitur, cùm vrpluri-
mùm ſimiles operarij viuant cx ſudnre vnltus, ac
proprijs labnribns, & à neceſſitate viuendi coacti
alijs ſeruiant *Salgad.d.cap.2.n.84., & 85.*

Ceſſante ramen paupeetate, & ſic cauſa ali-
mentorum, paſſim admitrirur appellatio, etiam
61 in cauſis mercedum *Fenzon.hic nu.7. Cappucc.loco
alleg., & n.245.Salgad.dict.cap.2.nu.81. enm duobus
ſeqq., & n.89.Thomat.deciſ.10.num.6., & 7. Rot.in
Anconitana mercedis coram Sacrato n.1.verſ.& ceſ-
ſante apud Marcheſan.de commiſs.p.1.fol.1199.*

Prout ſi agatur de mercede non conuenta, nec
62 inter ſnlitos locare, & conducere, Signatura ſo-
let committere cauſam appellatinnis cum clauſu-
la ſuſpenſiua *ſi quid exequendum, Marcheſan.de com-
miſs.p.1.de commiſs.appell.in cauſ.alimen.n.24. Sal-
gad.alleg.cap.2.n.87.verſ.ibi dicit.*

Idem dic, ſi agatur de mercede non conuenta,
ſed in atbitrata a Iudice, qui ſi in illa arbitranda,
ac taxanda excedat, datur appellatio ſuſpenſiua,
& tali caſu ſolet Signatura teſcribere *ſine praiu-
dicio* pro parte ſalarij iuſtè taxati, & pro alia
parte exceſſiua cnm clauſula *ſi quid exequendum*,
63 vel alia ſimili iuxtà facti qualitatem *Marcheſan.*
vbi proximè *n 59 fol.1195.Scacc. de appell. qu.17.
limit.8.n.10.Salgad.alleg.cap.2.n.88.*

Verum an ſit admittenda appellatio in cauſa
mercedis, ſeu ſalarij, debent cnnſiderari, quæ
quanticas ſit petira, perſonarum qualitas, dini-
tiæ, paupertas, iuſtitia clara, vel rurbida petentis
64 ſalarium, & prædicta arbitrio diſcreti Iudicis re-
mittuntur, qui pro caſuum, & circumſtantiarum
diuerſitate reijciet, vel admitret appellationem,
ve aduertunt *Florez de Mena var.qq.lib.2. q.8. §.2.
n.23. verſic.licet quoad appellationem, Salgad. dict.
cap.2. n.83.*

At in Tribunali Gubernatoris Vrbis, in quo
ſignanter cauſæ mercedum tractautur, & decidun-
tur, ſi agatut de cauſis mercedum, hodie ex no-
65 na Reformatione Sanctiſſimi D. N. Papæ Inno-
centij XII. non exeedentibus ſcuta quinquaginta
mnnetæ Romanæ, poſt deciſam cauſam à Locum-
eenente Ciuili, vel ab alio ſuſpecto allegato in
ipſius locum deputato iuxta *Reformat. Pauli V.
eius Conſt.71. Rubr. de Gubernatore Vrbis, & eius
Tribunal.*; ſit recurſus ad ipſum Guberuatorem-
met, vel ad Iudicem particularem recurſus in
eodem Tribunali prima vice deputatum ab Ve-
bano VIII.; at Gubernator, ac Iudex recurſus
66 prædicti nnn debent eſſe ita ſaciles in admitten-
dis recurſibus, quandò cauſæ mercedum ſunt
paupcrum ſamulnrum, & clarè conſtar, quod
merces, ſiuè ſalarium, pto quo ſuit ſacta cnnde-
mnatio ſunt iuſtæ, alias de facili cum talibus re-
curſibus deſatigarentur pauperes ſamuli, vel an-
cillæ, & ob hnc ſub Pontificatu San. mem. Inno-
centij XI., dum ego eram Locumtenens Ciuilis
in

iu dicto Tribunali Gubernatoris Vrbis, ex quo
67 quidam Audiror Eminentiſſimi Cardinalis Spi-
nulæ tunc Gubernatoris, (qui vltra Gubernium
ob eius eximias virtutes, ac in rebus gerendis ma-
ximam experientiam, & ſingularem prudentiam
exercebat aliud conſpicuum munus Secretarij Sa-
cræ Congregarionis Epiſcop., & Regular.) in-
diſtinctè admittebat recurſus in ſuſpenſiuo ad re-
tardandam executionem mandatorum per me re-
laxarorum pro mercedibus; factis per litigantes
recurſibus ad San.mem. Innocentium XI., plories
fuir reſcriptum quod procederem ad executio-
nem, non obſtantibus recurſibus admiſſis, & quià
tunc cum dicto Auditore, & cum illo Illuſtriſſi-
68 mi D. Theaſaurarij Generalis habui aliquam
controuerſiam ſuper iuriſdictione, ideò exaraui
ad defenſionem iuriſdictionis, ac dignitatis mu-
neris Locumtenentis Ciuilis diſcurſum iuridi-
cum, de quo infra hic *artic.3.*, & cum dictus Lo-
cumtenens Ciuilis ſit etiam Iudex Burgi, & cir-
ca iuriſdictionem priuatiuam Burgi plures quæ-
69 ſtiones emerſerint, hinc pro veritate talem iuriſ-
dictionem Burgi tutaui, vel limitaui cum diſcur-
ſu tunc facto, & de quo infra *hic art.4.*

Demum vnum nota hic (quod nec eſt ſuper-
fluum ob ſuppreſſionem Conſulatuum Artium
Vrbis factam ſub Sanctiſſimo D. N. Innocentio
XII., dum remaner Conſulatus Mercatorum fun-
dacalium) quod licer Conſules Artium poſſint in
70 cauſis mercedum inter perſonas propriæ artis co-
gnoſcere, non tamen illas introductas coram
maioribus Iudicibus poſſunt reaſſumere *ex Con-
ſtit.58. §.nec reaſſumant Pij IV. Bullar. nou.tom.2.*,
& cum Conſules Artis Sutorum auſi fuiſſent re-
uocare executionem factam cum mandato per me
71 tunc Locum tenentem Ciuilem Gubernatoris re-
laxato pro mercede contra quemdam Sutorem,
cum ex vrbanitate ijdem Conſules moniti pro re-
portatione pignoris, illud non reportaſſent, fuit
carceribus mancipatus Conſul, qui mandatum
de reſtituendo pignora ſubſcripſerat, vnde pi-
gnus fuir reportatum ad Depoſitariam, ſed idem
Conſul poſt obtentam excarcerationem relaxauit
mandatum pro certa pęna contra Mercennarium,
ex quo comparuerat in Tribunali Gubernatoris ad
petendam mercedem, vndè idem Conſul, vt te-
meritatis ſuæ pœnam lueret, fuit denuò carcera-
tus; at reſtitutis pignoribus mercennario, ac illi
refectis omnibus expenſis, benignè cum eo agens,
cum ſolum ad tuendam iuriſdictionem bis pro-
ceſſerim ad carcerationem, illum ſupplicantem
excarcerani, licet, ob ſecundum actum temeritatis,
potuiſſet, quinimmò debuiſſet aliqua acriori pę-
na puniri.

Quià verò inſtituti mei non eſt tractatum ſu-
per quolibet capite Staturorum Vrbis exarare, ſed
aliqua tantum notabiliora, & ad praxim magis
72 accommodata, aduertere, ideò qui plura ſuper
materia mercedis, & Salarij videre deſiderat in
caſibus occurrentibus adeat *Zacch.* in ſuo pleno
*tractat. de ſalar., Florez. de Mena var. quæſt. lib. 1.
quæſt.8. Paccion. de locat., & conduct. cap.35. Gra-
nut. Theorem.12. Poſt. reſol.39. Paitell. expedit. Ci-
uil.99. Gratian. cap.257. Cyriac. contr.67. Sabell. in
ſumma diuerſ. tom.4. litt.S. verbo ſalarium fol.98.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Mercennarij Artis agrariæ in Vrbe, ac eius diſtrictu habent proprium Iudicem, ſi cauſa mercedis non excedat in valore ſcuta quinque; & talis Iudex procedit ſummariè, velo leuato, manu regia, & executiuè ac ſingulis diebus, & horis, etiam feriatis in honorem Dei, vel Sanctorum; nec Gubernator Vrbis, Senator, vel alij Iudices Vrbis poſſunt cauſas huiuſmodi mercedis campeſtris non excedentes dictam ſummam reaſſumere; nec etiam Cardinalis Pręfectus Signaturæ in illis ſe ingerit in præiudicium dicti Iudicis. Idem Iudex Mercennariorum eſt vnus ex Deputatis Congregationis Viſitæ Carceratorum.

SVMMARIVM.

73 *Iudex Mercennariorum campeſtrium in Vrbe primus fuit Abbas Saccus.*
74 *Iudex prædictus in cauſis mercedis campeſtris non excedentis ſcuta quinque procedit executiuè, ac manu regia, & n.77.*
75 *Pro mercede campeſtri talis Iudex facit carcerare etiam in Eccleſia, & loco exempto.*
76 *Author fuit Iudex mercennariorum ſub Pontificatu Innocentij XI. eo tempore, quo erat Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis.*
78 *Iudex mercennariorum campeſtrium in cauſis vltra ſcuta quinque non poteſt procedere, nec eius Iuriſdictio poteſt prorogari.*
79 *Iudex mercennariorum poteſt procedere in cauſis etiam magnæ ſummæ, ſi hæc repartita inter Mercennarios non excedat ſcuta quinque pro quolibet.*
80 *Facultas procedendi in cauſis vltra ſcuta quinque modo prædicto fuit conceſſa ab Innocentio XI. ad inſtantiam Authoris, & n.81., & 82.*
83 *Cardinalis Sluſius Secretarius Breuium laudatur.*
84 *Merces campeſtris cur priuilegiata reſertur.*
85 *Iudex Mercennariorum procedit ſingulis diebus, & horis, etiam færitatis in honorem Dei, licet ſolemnioribus Natiuitatis, & Paſchatis.*
86 *Idem eſt de Iure communi.*
87 *Iudex Mercennariorum debet prudentia, & ſagacitate excellere, cum Ruſtici ſint malitioſi.*
88 *Iudex non debet credere lacrimis Ruſticorum, ſed adherere iuſtitiæ.*
89 *Iudex Mercennariorum procedit ſummariè, ſola facti veritate inſpecta, ac manu regia, & ſic de facto.*
90 *Iudex attentis huiuſmodi clauſulis procedit executiuè.*
91 *Iubet res capi, & diſtrahi.*
92 *Procedit vti Princeps attenta clauſula* ſola facti veritate inſpecta.
93 *Clauſulæ* ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, manu Regia *quid importent.*

94 In-

Digitized by Google

94 *Index merſenariorum procedit extraiudicialiter mediante ſchedula notificationis præſentata debitori per ipſum Merſenarium.*

95 *In ſauſis modicæ ſummæ etiam de Iure proceditur ſine ſcriptis, ac cum probationibus extraiudicialibus.*

96 *In cauſis breuioribus, & modica ſumma procedit ipſe Index abſque opera Notarij.*

97 *In ſauſis infra ſcuta quinque in Vrbe ex Reformatione Pauli V. proceditur ſummariè, manu regia, & ſine ſcriptis.*

98 *Mandata relaxata à Iudice Mercenariorum non retardantur à quouis Iudice Romanæ Curiæ, & num 108.*

99 *Debitor mercedis campeſtris non auditur, etiamſi neget debitum, non facto prius depoſito.*

100 *Debitor mercedis, ſi ſit negatiuus probationes extraiudicialiter recipiuntur, & gratis omnia expediuntur.*

101 *Executio, & deliberatio pignorum pro credito mercedis campeſtris, quibus diebus, & horis fiat.*

102 *Debitores mercedis campeſtris, licet in ſola ſumma ſcutorum quinque, carcerantur, & quare n. 103.*

104 *Terminus ad ſoluendum mercedem campeſtrem non conceditur, cum ſuccedat loco alimentorum.*

105 *Mandatum relaxatum pro mercede campeſtri mandatur executioni etiam ſuper pallio, pileo, & pecunijs in crumena.*

106 *Et etiam mandatur executioni in Eccleſijs, & locis exemptis.*

107 *Index Mercenariorum procedit contra Eccleſiaſticos, etiam Regulares, & Clauſtrales.*

109 *Index Merſenariorum procedit nedum in Vrbe, ſed etiam in Diſtrictu Vrbis.*

110 *Index Mercenariorum in Vrbe non habet Iuriſdictionem aliquam in ſauſis mercedis non campeſtris, & n. 111.*

112 *Reconuentio à debitore mercedis an poſſit proponi coram Iudice Mercenariorum vide remiſſiuè.*

113 *Mercenarius pro ſua mercede ſuper fructibus, pro quibus parandis, vel colligendis laborauit, præfertur.*

114 *Præfertur ſuper alijs rebus, in quibus non laborauit, tanquam pauper.*

115 *Paupertas non debet à mercenario campeſtri probari, cum præſumatur.*

116 *Merſenarij artis campeſtris an præferantur Piſtori creditori pro pretio panis ſuper frumento per ipſos ſecato, & num. 117.*

118 *Merſenarij fructus agri, in quo laborarunt, vendere poſſunt pro eorum mercede.*

119 *Index Mercenariorum gratis iudicaturā exercet.*

120 *Index Merſenariorum habet locum, & votum in Congregatione Viſitæ Carceratorum.*

IN Alma Vrbe, vt Laboratores Terrarum, Vinearum, Hortorum, Viridariorum, ac quorumcumque prædiorum ſimillium poſſent ſine litium diſpendio faciliùs conſequi mercedes propriorum laborum fuit introductum paulatim à bon. mem. Octauio Sacco certum Tribunal, per Apo-
73 ſtolicam Sedem approbatum ſub Vrbano VIII.,
quod ad pauperum Mercenariorum artis campeſtris celerem expeditionem tendit, & nullam
ijdem Mercenarij in conſequutione eorum mercedis patiuntur impenſam, etiam minimam, cum
gratis in omnibus Iudicatura pauperum Laboratorum Campeſtium exerceatur; & illius Iudex
procedit in cauſis mercedum huiuſmodi, vſque
ad ſummam ſcutorum quinque monetæ *manu Re-*
74 *gia, de facto ſimpliciter, ſinè ſtrepitu, & figura*
Iudicis, nulla tela iudiciaria ſeruata, & pro ſuo
arbitrio tam de die, quàm de nocte, tam diebus
feſtiuis, quàm quouis alio tempore, & debitores
mercedis campeſtris huiuſmodi, tam in Eccleſia,
75 & quouis alio loco, quantumuis priuilegiato,
& exempto carcerari faciendo, donec mercedem
præfatam ſoluant, vt ex Breue conceſſo per Vrbanum VIII. de anno 1629. dicto Abbati Octauio Sacco, de quo, & de prædictis teſtatur *Cappuse. in prax. tom. 2. p. 2. circa for. Capitolin. ad Stat. 180. artis. 18. n. 302. 314., & 315. fol. 58.*, & adnotauit *etiam Epiſcopus Zaulus in obſeru. ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 5. Rub. 17. nu. 31.* longe poſt hæc ſcripta viſus.

Et quia dum eram Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis dictam iudicaturam *Abbate*
76 *Sacco* nuncupatam, ab eius pio introductore
Octauio Sacco ſic dictam, exercui ſimul cum munere Locumtenentis Ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis vltra biennium, ſic mandante San. mem. Innocentio XI., hinc ſuper tali Iudicatura, ac mercede campeſtri ſequentia aduertenda ſunt.

Primo quod talis Iudicis Iuriſdictio non habet
77 facultatem procedendi in Cauſis mercedis campeſtris vltra ſcuta quinque ex verbis claris literarum Apoſtolicarum, quæ in forma Breuis ſolent concedi dicto Iudici.

Vndè ſi cauſa excedat dictam ſummam ſcutorum quinque, licet debitor compareat, & conſentiat in iuriſdictionem præfati Iudicis, non ob hoc præiudicatur iuriſdictioni Tribunalis
Gubernatoris, ad quod idem Iudex tenetur cauſas
78 maioris ſummæ remittere, cum illi vltra ſummam ſcutorum quinque ſit ſublata omnis Iuriſdictio, ex firmatis in ſimilibus terminis, *per Valaſs. conſult. 27. num. 4.* plenè *Amat. decif. Marsh. 9. Fontanell. deciſ. Cathal. 375. per tot.*

At hic nota vnum, quod in Breui talis Iudicaturæ in mei perſonam conceſſo per San. mem. Innocentium XI. fuit in pauperum mercenariorum fauorem, me ſupplicante extenſa iuriſdictio, adhoc vt ſi decem, viginti, & vltra mercennarij creditores occaſione mercedis campeſtris petant ſcuta centum, biſcentum, & vltra, vſque
79 ad quamcumque ſummam, poſſit dictus Iudex
mercenariorum procedere quoties dicta ſumma ſcutorum centum, & quæuis alia maior repartita inter plures Mercenarios petentes mercedem ex eadem cauſa operis impenſi, puta ex cauſa ſecationis, vel triturationis frumenti, ſecationis, ac recollectionis fœni, & ſimillium non excedat ſcuta quinque pro quolibet Mercenario, & talis facultas mihi illam poſtulanti ab eodem
80 Pontifice, dum eram Locumtenens Ciuilis Gubernatoris, (& ſic dum pro commodo pauperum Mercenariorum Campeſtrium efflagitabam, lucrum mihi auferebam in munere Locumtenentis, dùm ex hoc commodum burſale reportabam in cauſis, & nullam, niſi mercedem à Deo expectans, reportare poteram ex iudicatura Mercenariorum Campeſtrium, quæ gratis exercetur) fuit

maiori ſacultate attributa, quià ille Sanctiſſimus
Pontifex cognouit talem ampliationem faculta-
tum peti in pauperum Mercenariorum leua-
men, & ne per reaſſumptiones cauſarum illi de-
fatigarentur.
Et licet Notarij Tribunalis Gubernatoris, tunc
de hoc conquererentur, ego dixi, quod ſi talis In-
81 dex poterat decem, viginti, vel etiam pluribus
mercenarijs, quorum omnes vti ſinguli in cre-
dito mercedis non erant credirores in maiori
ſumma ſcutorum quinque, reddere ius omnibus
ſeparatim dando ſchedulam loco citationis pro
ſolutione ſcutorum quinque, cur non poterat hoc
facere vnitim vnica ſchedula ad inſtantiam plu-
rium pro ſumma ſcutorum centum, vel vltra, ſi
repartitio inter illos facienda non excedebat ſcu-
ta quinque pro quolibet mercenario, & hoc in
ſchedula citationis exprimebatur.
Maximè hoc obtinui ea ratione, quia de tem-
pore collectionis ſœni, ſecarionis, ac meſſis fru-
menti, ac vindemiæ infinitus eſt numerus mer-
82 cenariorum, quorum plures laborarunt in eo-
dem Prato, Tenuta, Area, & Vinea, in eadem ſpe-
cie laboris, vnde parcendum erat, nedùm labori
Iudicis, qui vnica ſchedula, & citatione expedie-
bat plures mercenarios, nam ſi plures ſchedulas,
hoc eſt vnam pro quolibet, dare debuiſſet, lon-
gum tempus terere fuiſſet coactus, & mercena-
rij non fuiſſent tanta celeritate expediti, & ſub
dictis motiuis per me eidem Innocentio relatis
fuit conceſſa talis ampliatio facultatum, te
mature diſcuſſa cum clar. mem. Ioanne Sluſio
83 Breuium Secretario, & poſteà ob eius ſummam
in omnibus ſcientiam, plenam eruditionem, ac
in rebus gerendis eximiam prudentiam, ac ex-
perientiam ſummo omnium plauſu ad Cardinala-
tus dignitatem ab eodem Pontifice euecto, & pau-
lò poſt ſummo omnium merore, in florida, ac ro-
buſta ætate erepto, qui Secretarius Breuium
meum ſenſum Papæ expoſitum collaudauit, & mi-
hi annuendum eſſe Pontifici retulit, prout ex di-
ctis annuit, vt apparet ex Literis in forma Breuis
in mei perſonamexpeditis.
Quià Cauſæ mercedis huiuſmodi Campeſtris
debitæ pauperibus mercenarijs præſeferunt ma-
84 teriam adeo priuilegiatam, tam reſpectu ipſius
mercedis debitæ ob labores pergrandes, quos ſub-
ſtinent mercenarij in cultura agrorum, dum
ſunt expoſiti ardoribus ſolis, imbribus Cœli,
quam reſpectu perſonarum, quæ ſunt pauperes,
& viuunt ex proprijs laboribus, propterea talis
Iudex in huiuſmodi cauſis procedit ſingulis die-
85 bus, & horis licet feriatis in honorem Dei, &
Sanctorum, etiam diebus Dominicis, & in ſolem-
nitatibus Natiuitatis Domini, ac Paſchatis,
nam tunc ſummus honor, & cultus Deo adhi-
betur quando pauperibus mercenarijs iuſtitia
cum celeritate omni tempore ſubminiſtratur,
quinimmò maior pars talium cauſarum expe-
ditur in diebus feſtiuis, quià in alijs non fe-
ſtiuis pauperes mercenarij ſunt intenti labori-
86 bus in arte agraria, dum cum illis victum lucran-
tur, & à facultatibus procedendi in diebus fe-
ſtiuis in his cauſis non differt diſpoſitio Iuris
communis, vt benè poſt alios firmat *Sanchez conſ.
moral. lib. 5. cap. 2. dub. 28. n. 16. Zacch. de Salar.
quæſt. 92. n. 9. & ſeqq.* & de praxi Tribunalis Gu-
bernatoris in cauſis mercedum teſtatur *Capucc. in
ſua praxi tom. 2. notab. ad Stat. Vrb.* 180. *art.* 15.
n. 243. *fol.* 53., & in terminis Iudicis mercena-
riorum *dict. Capucc. ibid. artic.* 18. *num.* 314. *fol.* 59.
Caueat talis Iudex à deſidia, debet enim eſſe
aſſiduus omnibus horis, & patiens, in audien-
87 do mercenarios perſonas agreſtes, & ſimul
valdè prudens, & ſagax in cognoſcendis malitijs
Ruſticorum, qui non ſemel ſub clipeo paupserta-
tis commiſerandę fouent malitiam, experientia
rerum magiſtra me docuit, non ſemel peti mer-
cedes, vel ideales, vel iam ſatisſactas, ideò Iu-
88 dex expertus credere debet non lacrimis Ruſti-
corum, ſed veritati, & Iuſtitiæ, nedum miſeri-
cors eſſe laborat, euadat iniuſtus, vt omnia fu-
iſſe ritè geſta ab Abbate Sacco huius iudicaturę
pio inuentore teſtatur *Capucc in ſua prax. part.* 2.
tom. 2. *circa For. Capitolin. ad ſtat.* 180. *cap.* 11. *artic.*
18. *nu.* 312.
Procedit dictus Iudex *Summariè, ſola facti veri-
89 tate inſpecta, & manu Regia*, vt apparet in eius
facultatibus, vndè attentis dictis clauſulis po-
teſt procedere (vt procedit) de facto, & nullo Iu-
ris ordine ſeruato, *Rot. decis.* 1680. *n.* 89. *coram
Coccin.*, & vigore huiuſmodi clauſularum *ſum-
mariè, ſimpliciter, & de plano* excluduntur ſolem-
90 nitates Iuris poſitiui, & conceditur via executi-
ua, *Rot. decis.* 197. *n.* 3. *coram Bich.*, *& decis.* 82.
n. 38. *coram Zaratt.*
Et ex quo poteſt procedere *ſine ſtrepitu, & fi-
91 gura Iudicij*, ex hoc habetur, quod poteſt iubere,
res capi, & diſtrahi *Rot. decis.* 1680. *n.* 90. *coram
Coccin.*
Itaut attenta tali clauſula *ſola facti veritate in-
92 ſpecta* poſſit Iudex prefatus procedere vti Prin-
ceps *Rot. decis.* 170 *num.* 5. *poſt Zacch. de oblig.
Cameral.*
At ſuper dictis clauſulis *ſummariè, ſimpliciter, de
plano, ſine ſtrepito, & figura Iudicij, ac manu Re-
93 gia*, quid importent vide, quæ plenè dixi *ad Stat.
Vrb. lib.* 1. *cap.* 88. *artic.* 2. *Annot. xv.*
Cum dictis Iudex in cauſis mercedis Campe-
ſtris procedat cum dictis facultatibus, hinc ex-
traiudicialiter partem ſolum vocat, non per ſor-
malem citationem, ſed per quamdam ſchedulam
94 notificationis per ipſum Iudicem ſcriptam, in
qua monet Reum, tali ſchedula deſeruiente pro
citatione, & illa præſentatur debitori per ipſum-
met Creditotem marcedis, *vt teſtatur Capucc. dict.
artic.* 18. *nu.* 310. *verſic. his itaque facultatibus*,
appoſita in tali ſchedula hora, in qua Debitor
comparere debet, & tunc Iudex abſque tela iudi-
ciaria, nihil ponendo in ſcriptis, & ſolum orete-
nus partibus auditis decernit, ac relaxat man-
data pro mercede petita, vel pro minori iuxta
eius arbitrium à Iure regulatum, & quandoque
ſic iuſtitia ſuadente abſoluit Reum conuentum
pro mercede, & omnia talis Iudex facit gratis à
Deo ſolum retributionem expectans; & in hoc
circa facultates attributæ dicto Iudici eſt vnifor-
mis iuris diſpoſitio, dum de iure in cauſis bre-
uioribus, & modicæ ſummæ proceditur pariter
oretenus, & ſine ſcriptis, receptis tantum extra-
iudicialibus probationibus, Aduocatis, ac Pro-
95 curatoribus non auditis, ſtando, ſedendo, vel
ambulando proue Iudici libuerit plenè *ab Eccleſ.
obſer. Forenſ.* 37. *&* 38. *p. t. Gargiar. decis. Tribun.
Pleb.*

Digitized by Google

Pleb. Bonon. 55. *per tot.* ex quibus habetur etiam,
quod in huiuſmodi cauſis ſtatur ipſi ſoli Iudici
96 abſque Notario, & ſic practicatur in tali Iudi-
cæ Mercenariurum, qui non haber aliquem Nu-
tarium, ſed extraiudicialiter ipſe procedit ore-
tenus partibus auditis, & probationibus ſimili
modo receptis, & mandata ab eo relaxata, & ſub-
ſcripta ſortiuntur in omnibus ſuum plenarium,
effectum, ac ſi mediante probatiune, ac tela,
judiciaria ſer. ſeru. præmiſſa, fuiſſent relaxata, &
97 conſonat *Reform. Paul. V. eius conſt.* 71. *Rubr. de*
Iudicib. in cauſ. ciuil. §. *expediant* 3. vbi mandat,
quod in cauſis à ſcutis quinque infrà omnis Iu-
dex ſummariè manu Regia, & ſine ſcriptis, parti-
bus oretenus tantum auditis, procedat, & cau-
ſas expediat, quam formam procedendi particu-
lariter voluit Vrbanus VIII. ſeruari in cauſis mer-
cenariorum campeſtrium à ſcutis quinque infra.

Aduerſus huiuſmodi mandata relaxata pro
mercede campeſtri non excedente ſcuta quinque,
nullus Iudex Romanæ Curiæ inhibet, nec ad-
98 mittit recurſum, nec ipſe Auditor Signaturæ,
vt ex facultatibus eiuſdem Iudicis apparet, & ſic
ſe habet praxis.

Facta per debitorem negatione mercedis peti-
99 tæ, non auditur in negatione, niſi prius facto
depoſito coram eodem Iudice, & tunc fit alia,
ſchedula cum hora certa pro examine teſtium,,
vel teſtis, vel pro facienda alia probatione ſerui-
tij coram dicto Iudice, & adueniente dicta hora
100 recipitur extraiudicialiter probatio, vel orete-
nus audiuntur teſtes, & conſideratis probatio-
nibus, ſi illæ ſunt releuantes conſignatur depoſi-
tum factum, ſi verò prius fuerit factum pignus,
datur mandatum de illo deliberando, vel ſi mer-
ces petita debita ſit pro parte tantum, pro illa
conſignatur depoſitum, vel datur mandatum de
deliberando, & conſignando pro rata debita, ſi
verò nihil deberi ex dictis probationibus extraiu-
dicialiter recipiendis appareat, reſtituitur depo-
nenti depoſitum, vel conceditur mandatum de
reſtituendo pignora, & omnia ſemper gratis
fiunt.

Executio mandatorum relaxatorum pro hu-
iuſmodi mercede ſi non compareat debitor, &
illi facta ſit executio, & non contradixerit ne-
gando debitum, præuia ſchedula, vt ſupra ad
101 videndum deliberari pignora executata datur
mandatum de illa deliberandu, & conſignando
prætio pro quantitate mercedis; ſi verò loco pi-
gnoris fuerit data pecunia executoribus, datur
mandatum de illa, conſignando, & in Depoſita-
ria Vrbana pignora ablata in cauſam executio-
nis pro huiuſmodi mercede campeſtri, deliberan-
tur qualibet die, & non debent expectari dies
Martis, & Veneris deputati pro vendendis pigno-
ribus; at prætermittitur deliberatio in die feſtiuo
de præcepto in honorem Dei, non quod ob cauſã
adeò piam non poſſet fieri, ſed quia in Depoſita-
ria talibus diebus non reperiretur emptor pigno-
rum, & in illis propterea vendendis poſſent fie-
ri fraudes.

Debitores ex cauſa mercedis huiuſmodi, licet
102 ſumma ſit ſolum ſcutorum quinque, adhuc car-
ceribus mancipantur ex Breue Vrbani VIII. con-
ceſſo dicto Abbati Sacco de anno 1630., de quo
teſtatur *dict. Capucc. alleg. artic.* 18. *n.* 304., & 305.,
& cum facultates conceſſæ Abbati Sacco conce-
dantur omnibus in tali Iudicatura ſucceſſoribus,
propterea Iudex mercenariorum campeſtrium
demandat ex praxi talem capturam pro quauis
ſumma, etiam minima debita pro mercede cam-
103 peſtri, ne dum ob rationem allatam à *Capucc.*
dict. n. 305., quod pro paupere ruſtico modica,
ſumma ſit ingens, ſed quia perſæpè in executione
reali reperiuntur impedimenta, & multoties ta-
les mercedes debentur à forenſibus, & vt dicitur
de Caporali, qui nihil in Vrbe poſſident, ſuper
quo poſſit fieri executio.

Pro tali mercede competunt etiam plura pri-
uilegia, & primo, quod aduerſus illam non con-
104 ceditur terminus ad ſoluendum, nec dilatio ali-
qua, nec ceſſio bonorum, quia agitur de ſumma,
modica, & de mercede campeſtri diurna debita,
pauperibus, qui cum illa viuunt, & propterea
cum venter non patiatur dilationem, citò ſolui
debet, & demum quia vt plurimum tales mercen-
narij ſunt forenſes citò receſſuri ad Patriam, &
non conuenit, quod expectent, & ideò ſtatim,
& illico ante omnia fit mercedis depoſitum, ad
hoc vt mercenarij probata extraiudicialiter
opera, pro qua illam petunt, poſſint depoſitum
factum conſequi.

Secundò quod poteſt fieri executio ſuper pal-
lio, pileo, & pecunijs in crumena, non citato
105 prius ſpecificè ad hoc debitore mercedis, ſed
Iudex ſua manu in calce mandati apponit exe-
quatur ſuper palliu, pileo, & pecunijs in crumena.

Tertio poteſt fieri executio etiam perſonalis
106 in locis immunibus, & exemptis, *Capucc. dict.*
artic. 18. *n.* 315. licet mandatum non excedat in,
ſumma iulios octuaginta quatuor (prout talem
ſummam ad effectum concedendæ capturæ in ci-
uilibus expoſcit Reformat. Pauli V.), vt teſtatur
Capucc. ibidem n. 303. *cum duobus ſeqq.*

Quarto quod pro tali mercede dictus Iudex
relaxat mandata etiam contra Eccleſiaſticos, ac
107 Regulares, licet clauſtrales, & cum poſt illos in
genere expreſſos Pontifex in Breue addat verba,
etiamſi de illis ſpecifica, & expreſſa mentio fieri de-
beret, dixi, ſub tali iuriſdictione comprehenſos
eſſe etiam Epiſcopos, & Prælatos, & cum qui-
dam Prælatus conuentus coram me pro merce-
de campeſtri Vineæ habuerit recurſum ad Audi-
torem San. mem. Innocentij XI., nihil potuit ob-
tinere.

Quintò, quod in cauſis mercedis campeſtris
non excedentibus ſcuta quinque, non admittitur
108 appellatio, nec recurſus, nec ſe intromittere,
poteſt Gubernator Vrbis, nec alter Iudex, quin-
immò nec Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus, vel eius
Auditor, & hæc eſt praxis fundata in facultati-
bus conceſſis per Pontifices eidem Iudici Mer-
cenariorum.

Aduerte quod facultates dicti Iudicis proce-
109 dunt nedùm in Vrbe, ſed etiam in eius Diſtrictu,
vt apparet ex facultatibus illi attributis, & ſic
practicaui.

Non habet tamen talis Iudex facultatem pro-
cedendi etiam in cauſis vſque ad ſcuta quinque,
quandò non agitur de mercede campeſtri, ſed
famulorum, vel artificum in operibus vrbanis

extra meteedem campeſtrem, cum eius ſacultates ſint circa cauſas mercedum miſerabilium
110 Campaniæ, vt præſupponit *Capuer. vbi ſupra*
n.300.verſic.laboratorum Campaniæ, & videntur in
hoc eſſe nimis clara verba Breuis loquentia de
111 labotatotibus Terrarum, Vinearum, Hortorum,
& Viridariorum, & licet poſtea ad dantur verba
& quoque modo laboratorum, ac perſonarum ſimillium, tamen intelliguntut ſemper de mercenarijs in arre campeſtri.

An autem coram dicto Iudice mercenariorum campeſtrium poſſit opponi reconuentio à
112 debitore conuento, ſi hæc non excedat ſcuta
quinque, & interim non retardetur depoſitum
mercedis, dic quod ſic, & ſuper hoc latè dixi ſupra *Annot.7. ad Stat. Vrb. cap.67. nu.31. & ſeqq.* vbi vide.

Si verò debitor mercedis auſugerit, & ſuper eius bonis pendeat concurſus Creditorum, tunc ſi agatur de fructibus perceptis ex agro, in quo mercennarij laborarunt, & quos eorum opera maioria valoris reddiderunt, vt ſi agatur de fœno ſecato, vel collecto, frumento ſecato, vel triturato, & ſimillibus, tunc ſecatores, collecto-
113 res, ac trituratores, fœni, & frumenti reſpectiuè,
habebunt prælationem ante omees alios Creditores ex firmatis infra *ad Stat. Vrb. cap.* 128. *Artic. 2. num.*252.

Si verò agatur ſuper alijs bonis indifferentibus
114 debitoris mercedis ſubhaſta poſitis, tunc præ-
feruntur ijdem mercenarij tanquam pauperes, & miſerabiles *ex conſt. 27. Beati Pij V. Bullar. nou. tom.2. & conſt.71. Pauli V. Rubr. de Iudic. in cauſ. ciuil. 5. & quia 22.*, *Zacch. de Salar. qu. 99. n.28.*

Nec hoc caſu à paupere merceonario artis campeſtris petente ſimplicem ſummam ſcutorum quinque, vel infra illam, eſt probanda paupertas, de qua in dictis Conſtitutionibus Beati Pij V., & Pauli V., cum ipſa qualitas operę præ-
115 ſtitæ in arte agraria ſupponat paupertatem, vt
dixi ſupra *hic artic.1. n.60.*, & ità in caſu occurrenti dixi dum eram Primus Collateralis, & coram me pendebat concurſus ſuper prætio fœni deliberati, & comparebant inter alios duo Cuſtodes Vaccarum pro ſcutis octo reſidui mercedis, quam illos prætuli cum ſolis mandatis relaxatis à Iudice mercenariorum.

An autem tales mercenarij præferantur Piſtori ſuper prætio panis dati communi debitori, in concurſu ſuper prætio rei, quam eorum opera maioris valoris fecerunt, vt ſuper frumento ab
116 ipſis ſecato, vel triturato, ac prætio ab eo re-
dacto, ſuper hoc plenè dixi *ad Stat.*128. *Artic.1. num.* 78. & ibi poſui rationes hinc inde, & quid tunc mihi fuerit ordinatum, & poſt ibi ſcripta in lucem prodiere Reuerendiſs. Zauli Epiſcopi, Verulani *obſeruat. ad Statut. fauent. tom. 2. lib. 7. Rubr. 11. num. 8. ad* 24. vbi latè probat præla-
117 tionem deberi Piſtori pro prætio Panis, & di-
cit, quod ità ſemper iudicauit, dùm erat Auditor clar. mem. Cardinalis Gaſparis de Caualerijs, prius Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & per quinquennium Annonæ Præfecti, & adducit pro ſua opinione bonas rationes apud ipſum videndas.

Dubium tamen non eſt, quod ſi mercenarij prædicti laborauerunt ſuper agro, vinea, & prato, & interim colonus, ſeu conductor agri, vi-
118 neæ, vel prati euadat decoctus, ac latitet, ha-
bent Ius, & hypothecam cum prælatione ſuper agro, vinea, vel prato, & poſſunt (niſi Dominus agri, vineæ, vel prati nolit ſatisfacere) vendere pro eorum mercede fructus etiam pendentes ſuper bonis, ſuper quibus eorum operam præſtiterunt, ex latè firmatis per nos *ad Stat. Vrb.128. lib. 1. Art.1. n.58. & ſeq. & art.2. n.*252.

Demum circa dictum Iudicem mercennariorum aduerte, quod cum nullum prorſus recipiat
119 emolumentum burſale ab exercitio talis Iudica-
turæ poteſt expectare ſummum præmium à Summo Deo, qui retribuit largè benefacientibus pauperibus; & Papa ſolum talem Iudicem in duobus cohoneſtare voluit; primo quod ſit vnus ex De-
120 putatis Congregationis Viſitę Carceratorum, &
in ea votum habeat, ſicut habent alijs eiuſdem Viſitæ Deputati, & ita ſeruatur, tum talis Iudex interueniat in viſitatione prędicta Carcerum nouorum Vrbis, prout & ipſe tempore, quo talem Iudicaturam exercebam, ſemper interſui etiam in viſitatione Carcerum ſecretorum, & meum votum dedi, & talis Iudex habet locum in dicta Congregatione Viſitæ immediatè poſt Locumtenentem Criminalem Cardinalis Vicarij Vrbis; Secundo idem Iudex fuit habilitatus ad recipiendum deputationes à Tribunalibus Vrbis in cauſis particularium perſonarum, ac ſi eſſet Iudex Ordinarius, vt apparet ex Breue, cum quo ſolet dari talis Iudicatura, & de hoc teſtatur etiā *Zaul. Epiſcop. Verulanus ad Statut. fauent. tom. 2. lib.5. Rubr.17. in obſeru. n.31. circa finem*.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Agitur hic de facultatibus, ac Iuriſdictione Locumtenentis Ciuilis Gubernatoris Almę Vrbis in cognitione cauſarum, tàm ordinariarum, quàm commiſſariarum in Tribunali Gubernatoris introducendarum priuatiuè quo ad Auditorem priuatum eiuſdem Gubernatoris, quem carere omni Iuriſdictione oſtenditur. Idem Locumtenens eſt Iudex Ordinarius in Vrbe, & Diſtrictu, & propterea interponit etiam decreta voluntarię Iuriſdictionis in contractibus minorum, ac mulierum, & ſimul habet facultatem deleudi vincula à locis montium, ſicut alij Iudices ordinarij Romanæ Curiæ. Defenditur denique honeſtas muneris præfati Locumtenentis, & digito demonſtratur, illius Iudicaturam non eſſe pedaneam.

SVMMARIVM.

120 *Auditor priuatus Gubernatoris Vrbis in cauſis in Tribunali Gubernij nullam habet Iuriſdictionem.*

121 *Iuriſdictio tota Tribunalis Gubernatoris quoad cauſas Ciuiles reſidet in Locumtenente Ciuili ex*

con-

Conſtit. Sixti V., & Pauli V. & n. 122.

123 Dictio dumtaxat eſt aliorum excluſiua.

124 Dictio dumtaxat excludit omnem aliam perſonam præter expreſſas.

125 Dictio dumtaxat habet vim expreſſæ prohibitionis quoad perſonas non expreſſas.

126 Dictio omnis nihil excludit.

127 Dictiones tam, & quam ſunt ampliatiuæ, & vtrique copulata totalitatem attribuit.

128 Dictiones tàm, & quàm poſitæ paſt vniuerſalitatem prius expreſſam, ſunt augmentatiuæ, & non reſtringunt ſpecies enumeratas.

129 Dictio vel ponitur inter diuerſa, & diuerſitatem exprimit.

130 Dictio vel ſtat ampliatiuè.

131 Dictio alias eſt ampliatiua, & includit diuerſa ab expreſſis.

132 Reform. Pauli V. prouidet, quid ſit faciendum, quando allegatur ſuſpectus Locumtenens Ciuilis, & de alio Iudice Tribunalis Gubernij non loquitur.

133 Iuriſdictio omnis profluit à Principe tanquam à fonte.

134 Iuriſdictio ſemper fuit penes Principem.

135 Iuriſdictio ad aliquem ſpectare non poteſt ſine conceſſione Principis.

136 Iuriſdictionem exercens ſine conceſſione Principis, vel alterius ab eo poteſtatem habentis poteſt puniri vti Reus læſæ maieſtatis.

137 Repreſentans plus facere non poteſt, quàm repreſentatus.

138 Auditor Cameræ Iuriſdictionem ciuilem exercet per duos Locumtenentes, & A.C. ſe non ingerit in cauſis Locumtenentium.

139 Auditor priuatus A.C. nullam habet ex ſe Iuriſdictionem, ſed omnia facit ſub nomine A.C.

140 A ſententijs Locumtenentis Ciuilis Gubernatoris appellatur ad Papam in cauſis appellabilibus.

141 Gubernator Vrbis præeſt principaliter gubernio politico Vrbis, & materijs criminum.

142 Signatura remittenda cauſas ad Gubernatorem intelligitur remiſiſſe, vt ipſe cognoſcat ex ſe, vel eius Auditor loco Gubernatoris, vt facit Auditor priuatus A.C. & n. 144.

143 Signatura Iuſtitiæ non facit, nec facere poteſt reſcripta aberrantia à Iure, ſed ſolum prout de Iure.

145 Clauſula ſublata, & decretum irritans contenta in Conſtitutione Principis tollunt quamcumque poſſeſſionem, & conſuetudinem.

146 Iuriſdictio non poteſt partium conſenſu dari, nec prorogari, quando Iudex nullam habet Iuriſdictionem.

147 Iuriſdictio Iudicis ordinarij conſenſu partium poteſt prorogari.

148 Gubernator Vrbis in ciuilibus habet Iuriſdictionem in gradu recurſus.

149 Iuriſdictio priuatiua deſumitur, quando vni tantum Iudici attribuitur totalitas Iuriſdictionis.

150 Gubernator in prima inſtantia ſi vult procedere, debet per ſe ſubſcribere ſententias, ac mandata.

151 Iuriſdictionis cumulatio, & multiplicitas Iudicum eſt Reipub. damnoſa, & n. 152.

153 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis poteſt concedere mandata de delendo vincula à locis montium, & n. 164.

154 Locumtenens prædictus eſt Iudex ordinarius, & num. 156.

155 Iuriſdictio ordinaria reſultat ex quo vniuerſaliter attributa fuit, & non ſuper vna re tantum.

157 Locumtenens Ciuilis Gubernatoris vti Iudex ordinarius interponit decreta in contractibus minorum, & mulierum.

158 Gubernator Vrbis in omnibus ſe enunciat Iudicem ordinarium in Vrbe, & eius Diſtrictu.

159 Locumtenenti prædicto vti Iudici ordinario fuit prohibita receptio ſportularum.

160 Iudices Ordinarij in Romana Curia non poſſunt excercere munus Aduocati, vel Procuratoris.

161 Author fuit in hoc diſpenſatus dum erat Locumtenens per Breue Innocentij XI.

162 Obſeruantia delarat Conſtitutiones Apoſtolicas.

163 Iuriſdictio acquiritur longa conſuetudine.

165 Cardinalis de Luc. de Relat. cur. diſcurſ. 36. n. 5. impugnatur.

166 Locumtenens Ciuilis ex conſt. Sixti V., & Pauli V. debet habere qualitates inſignes alienas à Iudice Pedaneo.

167 A ſententijs Locumtenentis Ciuilis appellatur ad Papam, ſicut à ſententijs A.C., ac Cardinalis Vicarij.

168 Locumtenenti ciuili reſcribitur directo à ſecretaria libellorum ſupplicum Papæ.

169 Locumtenens Ciuilis vti Iudex maior inhibet in gradu recurſus Iudicibus Diſtrictus.

170 Iudex inferior non inhibet ſuperiori.

171 Recurſus datur ad Locumtenentem Ciuilem à grauaminibus illatis à Conſulatibus Artium Vrbis.

172 Locumtenens ciuilis, ex quo interponit decreta in contractibus minorum, & mulierum non eſt Iudex pedaneus.

173 Locumtenens Ciuilis habet Iuriſdictionem priuatiuam in Curia Burgi prius habitam à Coniunctis Pontificum Regnantium.

174 Locumtenens corruſcat radijs illius, cuius eſt Locumtenens.

175 Gubernator Vrbis habet conſpicuam dignitatem, ac multas præeminentias, & ſimul eſt V. Camerarius.

176 Gubernator Vrbis habet viuæ vocis oraculum Papæ & n. 177.

178 A munere Locumtenentis ciuilis honeſtiſſimo plures fuere euecti ad Epiſcopatus, Prælaturas, ac dignitatem Senatoriam Vrbis.

179 Munus Locumtenentis ciuilis vti honeſtiſſimum fuit retentum ab Abbate Boncompagno ad munus V. Signaturæ Referendarij euecto.

180 Prælati Referendarij ſunt nobiliſſimi.

181 R.P.D. Antonius Altouitus fato functus laudatur.

182 Iudices Pedanei ſunt illi, qui de leuioribus tantum cauſis cognoſcunt abſque faſtigio Tribunalis, & quaſi in planitie pauimenti.

183 Locumtenens ciuilis Gubernatoris habet faſtigium Tribunalis, & cognoſcit de cauſis grauibus etiam Commiſſarijs.

184 Iudex ordinarius, vt eſt Locumtenens ciuilis, habet locum certum, & horam determinatam ad Ius reddendum.

185 Iudex pedaneus non habet nec locum, nec horam, ſed continuò, debet ſingulis horis aſſiſtere iudicando.

Cum

CVm cauſæ mercedum, de quibus in hoc ſtatu-
to pro maiori parte tractentur in Tribunali
Gubernatoris Vrbis, & per eius Locumtenentem
Ciuilem, & hic cognoſcat omnes cauſas ciuiles
in dicto Tribunali; hinc dum eram ibi Locumte-
nens Ciuilis, & videbam, quod ſub nomine Gu-
bernatoris eius Auditor ſine ſubſcriptione man-
datorum, ac aliarum prouiſionum facta per ip-
120 ſum Gubernatorem, faciebat figuram Iudicis
ex ſe, dixi, quod hoc facere non poterat in præ-
iudicium iuriſdictionis priuatiuæ ipſius Locum-
tenentis, & hoc credebam plenè probari ex ſe-
quentibus motiuis.

121 Et primo *ex conſt. Syxti V. 72. Bullar. nou. tom.
2. & conſt. 71. Pauli V. Rubr. de Gubernatore
Vrbis, eiuſque Tribunali Bullar. nou. tom. 3.*, dum
in vtraque Conſtitutione tota iuriſdictio ciuilis
122 attribuitur eidem Locumtenenti ex benè tradi-
tis per *Rot. deciſ. 810. n. 5. p. 18. tom. 2. recen.*

Ex *conſt. quippè 71. Pauli V. in allegat. Rubr. de
Gubernatore Vrbis* §. 1. habentur hæc verba *Lo-
cumtenens Ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis vnus
dumtaxat* ſit – ex quibus verbis *vnus dumtaxat* ta-
xatiuis excluditur concurſus alterius Iudicis ci-
uilis, cum dictio *vnus* excludat pluralitatem, &
123 dictio *dumtaxat* ſit aliorum excluſiua *l. ſed ſi
tantum 14. ff. de pact. Rot. deciſ. 341. n. 9. p. 12. recen.,
& deciſ. 183. n. 6. p. 14.*; cumque talis dictio *dum-
taxat* ſit taxatiua excludit omnes alias perſonas,
124 præter illam Locumtenentis expreſſam, *Surd.
conſ. 403. n. 63. lib. 3. Rot. deciſ. 204. n. 2. & 3. p. 8.
recen. deciſ. 335. n. 16. p. 11., & deciſ. 131. num. 17.
coram Cardin. Cerr.*; & quo ad aliam perſonam
125 vltra Locumtenentem habet vim non ſolum ta-
citæ, ſed expreſſæ prohibitionis *Amat. deciſ.
March. 109. n. 49. verſic. & omnes, Rot. dict. deciſ.
131. n. 18. coram Cerr.*

Secundò id clarius deſumitur, ex *eadem Conſt.
71. Pauli V. alleg.* §. 1. dum mandat, quod Locum-
tenens Ciuilis *omnes cauſas ciuiles tàm ordinarias,
quàm commiſſarias, & alias in ipſo Tribunali Gu-
bernatoris introducendas iuxta ſuas facultates cogno-
ſcat, & decidat*, per que verba adeo vniuerſalia
excluditur concurſus alterius Iudicis, dum Papa
omnium cauſarum ciuilium cognitionem vniuer-
ſaliter attribuit Locumtenenti, tùm ex illa di-
126 ctione vniuerſali *omnes*, quæ nullam cauſam
excludit à cognitione Locumtenentis *argum. tex.
in l. 1. ff. de legat. 1. & l. Iulianus in princip. ff. de le-
gat. 3. Rot. deciſ. 242. n. 35. p. 9. recen. deciſ. 221. nu.
10. & deciſ. 277. n. 11. p. 17.* tùm ex illis verbis
tàm ordinarias, quà commiſſarias, cum dictiones
127 *tàm, & quàm* ſint ampliatiuæ, & vtrique copu-
lato, hoc eſt tàm cauſis ordinarijs, quàm com-
miſſarijs totalitatem Iuriſdictionis attribuant
*Rot. deciſ. 106. n. 15. & 23. in fine p. 9. recen. & de-
ciſ. 610. n. 7. p. 18. tom. 2.*

Et dum præfatæ dictiones *tàm, & quam* ſunt
poſitæ poſt illa verba vniuerſalia – *cauſas omnes ci-
128 uiles* ſunt omninò vniuerſales, & augumentati-
uæ, nec reſtringunt iuriſdictionem Locumtenen-
tis ad ſpecies cauſarum enumeratas, *Rot. præcla-
rè deciſ. 68. n. 18., & infra coram Cerr.*

Tertiò hoc comprobatur ex *eodem* §. 1. *Conſt.
Pauli V.* in illis verbis – *vel alias in ipſo Tribuna-
129 li introducendas* – quæ dictio *vel* ponitur inter
diuerſa, & diuerſitatem ſignificat, *Rot. deciſ. 288.
n. 6. p. 15. recen & deciſ. 303. num. 4. & infra p. 17.*;
130 quinimmò talis dictio *vel* ſtat ãpliatiuè, *Amat.
deciſ. March 102. n. 46.*; ideoque ex huiuſmodi
verbis ampliatiuis dignoſcitur clara, & præciſa
mens Pauli V. attribuendi iuriſdictionem Locum-
tenenti Ciuili in omnibus cauſis, quæ licet fuiſſet
ſatis expreſſa per antecedentia verba; *omnes cau-
ſas ciuiles, &* per illa alia *tam ordinarias, quàm
commiſſarias*, nihilominus, vt clarius appareret
de totalitate iuriſdictionis in cognitione om-
nium cauſarum addidit præfata verba *vel alias
131 in ipſo Tribunali introducendas* ampliatiua, ac
diuerſa etiam ab expreſſis, ſi quæ remanerent, in-
cludentia, *Barboſ. dict. 26. n. 17. Rot. deciſ. 51. n. 24.
p. 8. recen, & deciſ. 305. n. 9. p. 17.*

Quarto hoc idem colligitur ex eadem *Conſt. 71.
Pauli V. in Rubr. de Gubernatore Vrbis* §. *ab eius ſen-
tentijs*, vbi diſponitur, quod in locũ Locumtenentis
Ciuilis, ſi allegetur ſuſpectus, Gubernator Vrbis de-
132 putet alium, qui recipiet eadẽ emolumenta, quæ
reciperet Locumtenens Ciuilis, ſi ipſe cognoſce-
ret, & non fuiſſet allegatus ſuſpectus, ex quo col-
ligitur, quod ſolus Locumtenens eſt Iudex in pri-
ma inſtantia in omnibus cauſis ciuilibus Tribu-
nalis, alia Reformatio *in alleg. Conſt. 71.* proui-
diſſet, quid faciendum eſſet, quando allegan-
tur ſuſpecti alij Iudices Ciuiles in Tribunali Gu-
bernatoris, quod ideò non fecit, quià in eodem
Tribunali, quoad cauſas ciuiles in prima inſtantia
non aderat alter Iudex, & ſolus Locumtenens Ci-
uilis illas cognoſcebat.

Quintò vrget contra Auditorem priuatum Gu-
bernatoris, quod nemo naſcitur Iudex, & nemo
iuriſdictionem exercere poteſt, niſi illam habeat
à lege, vel Principe, vel ab alio habente ab eo-
dem facultatem iuriſdictionem concedendi, ex
133 quo omnis Iuriſdictio profluit à Principe tan-
quam à fonte, more profluentis aquæ, *Crauett.
conſ. 338. n. 1. conſ. 507. n. 17. verſic. cæterum, &
conſ. 963. n. 5., Gentil. de Iuriſd. lib. 3. cap. 18. Bal-
maſed. de Collect. q. 90. n. 2. Feleolag. contr. Iur. c. 2.
134 n. 6. & 7.*, cum ſemper iuriſdictio fuerit penes
Principem, *Amat. Panorm. reſol. 65. n. 32. lib. 2.
Staiban. reſol. 37. n. 3. centur. 1. Merlin. Pignatell.
contr. forenſ. centur. 1. cap. 13. n. 5. Fontanell. deciſ.
341. n. 2.*; ideoque abſque Principis conceſſione
135 ad aliquem ſpectare non poteſt *Gratian. ca. 441.
n. 1. & 8. Staiban. dict. reſol. 37. n. 4., & reſol. 188.
n. 2. cum tribus ſeqq. centur. 2. Merlin. alleg. cap. 13.
n. 11. Feleolag. alleg. n. 7.*

Quocirca talis Auditor ex perſona propria iu-
riſdictionem aliquam non habet, nec prætendere
poteſt, ſed requiritur deputatio facta a Principe,
vel ab alio poteſtatem ab eo habente, alias illam
136 exercens de facto eſſet potius Reus criminis læ-
ſæ maieſtatis, & poſſet puniri, *Maſtrill. de Magi-
ſtrat. lib. 3. cap. 2. n. 19., & 20.*; nec illam poteſt
prætendere, quia ſit deputatus à Gubernatore Vr-
137 bis, ex regula, quod plus non poteſt facere
repræſentans, quam repræſentatus *ad tex. in l. oſſa
de Relig., & ſumpt. funer. Rot. deciſ. 313. nu. 25.
p. 19. recent.*, & ſic dum omnes cauſæ ciuiles in
prima Inſtantia cum omnimoda, & totali iu-
riſdictione ſunt cognoſcendæ ab vnico Locum-
tenente Ciuili à Papa deputato, non poteſt
Gubernator contra legem præciſam Papæ tribue-
re illam iuriſdictionem, quam non habet, & quam

Papa attribuit Locumtenenti dumtaxat in vtra-
que Conſtitutione tàm Sixti, quàm Pauli V.
Sexto vrget reflexio deducta à ſimili in Tribu-
nali A. C., vbi hic habet duos Locumtenentes
Ciuiles deputatos à Papa, quorum vterque habet
propriam iuriſdictionem ſeparatam, & diſtin-
ctam ab illa eiuſdem A.C., vnde hic ſe non inge-
rit in cauſis ſuorum Locumtenentium, nec vnus
138 Locumtenens in cauſis alterius, *Rot. deciſ.* 248.
n.21. coram Bich.: & quamuis idem A.C. retineat
Auditorem priuatum, qui in cauſis ciuilibus au-
dientiam tenet, & terminos pro eo ſeruat, atta-
men ipſemet A.C. ſubſcribit ſententias, & manda-
139 ta, non autem eius Auditor priuatus, cum
Papa iuriſdictionem ſolum dederit A. C., & eius
Locumtenentibus, non autem Auditori priuato
ipſius A.C., quo circa nec Auditor priuatus Gu-
bernatoris poteſt, vel debet aliquid ſubſcribere
ex ſe, ſed ad ſummum poteſt pro Gubernatore
habere audientiam, ac terminos ſeruare, &
poſtea prouiſiones ſubſcribentur ab ipſo Guber-
natore.

Septimo demum id deſumitur *ex eadem Refor-
mat. Pauli V. ni alleg. §. ab eius ſententijs*, vbi
decernitur, quod à ſententijs prolatis à Locum-
tenente Ciuili, ſi cauſa eſt appellabilis, appelle-
140 tur ad ipſum Papam, ac Sedem Apoſtolicam,
in cauſis verò inappellabilibus, & in quibus da-
tur recurſus, recurratur ad ipſum Gubernatorem,
qui cauſas per ſe ipſum, vel alium ab eo deputan-
dum cognoſcat, & ibidem ſtatuitur, quod præ-
fato Locumtenente allegato ſuſpecto, Gubernator
deputet alium, vndè dum nihil reperitur diſpo-
ſitum de ſententijs prolatis ab alijs, quàm à Lo-
cumtenente Ciuili, vel alio in illius ſuſpecti al-
legati locum deputato, ex hoc ad euidentiam
deducitur, quod omnes cauſæ ciuiles ſunt co-
gnoſcende à Locumtenente Ciuili excluſo dicto
Auditore priuato per ſolum abuſum, & ſine iu-
riſdictione procedente pro Gubernatore ad poli-
141 ticum Gubernium Vrbis deputatum principali-
ter à Papa ex traditis *per Veſtr. in prax. lib. 2. ca. 5.
& ibi Grauat.*, & ad hoc vt expeditius idem Gu-
bernator poſſet incumbere materijs criminum,
& Gubernij politici, hinc in vtraque Conſtitutio-
ne tàm Sixtina, quàm Paulina totalis, & omni-
moda iuriſdictio ciuilis fuit demandata Locum-
tenenti Ciuili, & Gubernatori fuit ſolum data
facultas deputandi Iudices in locum Locumte-
nentis ſuſpecti allegati, ac cognoſcendi per ſe, vel
per alium in gradu recurſus.

Non obſtant exempla Signaturæ, quæ pluries
remiſit cauſas ad Gubernatorem, etiam cæptas
coram Auditore priuato eiuſdem, tum quià de-
bet intelligi facta remiſſio, prout ſonant reſcripta
142 *ad Gubernatorem*, hoc eſt quod Gubernator poſ-
ſet procedere, & quod Auditor cauſas cognoſce-
ret audiendo, & terminos ſeruando pro ipſo Gu-
bernatore, ita tamen, quod ſententiæ, manda-
ta, ac aliæ prouiſiones captæ à tali Auditore pri-
uato Gubernatoris ab hoc ſubſcriberētur, non au-
tē ab ipſo Auditore priuato, vt practicatur in Tri-
bunali A.C. ex praxi omnibus nota, & ſupra
relata, quod Auditor priuatus A.C. habet audien-
tiam, & ſernat terminos iudiciales pro A.C. ſed
hic ſolum ſubſcribit ſententias, mandata, & alia
quæcumque.

Quæ reſcripta Signaturæ Iuſtitiæ pro remiſſio-
ne ad Gubernatorem ſic debent intelligi, cum
illius reſcripta ſint intelligenda proue de Iure,
alias non releuarent, cum Signatura Iuſtitiæ non
143 poſſit facere reſcripta abberrantia à Iure, ſed
ſolum ſecundum terminos iuſtitiæ *Rot. deciſ.* 558.
n.1. in ſine p.1. recen. deciſ. 154. *num.* 4. *&* 5., *deciſ.*
223. *n.4. p.12.*, *& deciſ.* 311. *n.3. p.17.*; & ſi fuiſ-
ſet facta remiſſio ad Auditorem priuatum Guber-
natoris (quod non legitur in reſcriptis) hoc fa-
ctum fuiſſet contra expreſſam diſpoſitionem Re-
144 formationis Pauli V., quæ dat omnimodam,
& totalem iuriſdictionem ſoli Locumtenenti in
prima Inſtantia, quæ Reformatio Pauli V. muni-
ta clauſula ſublata, & decreto irritante non po-
tuit tolli per Signaturam Tribunal Iuſtitiæ, &
omnia geſta in contrarium hoc caſu non rele-
145 uant, nec præbent aliquam conſuetudinem, vel
poſſeſſionem *Rot. deciſ.* 224. *n.7. cum duobus ſeqq.
par.* 11. *recen.* & in puncto *Reformationis Pauli V
deciſ.* 418. *n.7.*, *& ſeqq. par.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Et amplius in exemplis allegatis remiſſionis
factæ à Signatura ad Gubernatorem aderat con-
ſenſus partium, qui tamen coram Auditore pri-
uato, & iuriſdictione, ex propria perſona caren-
te, nec deſeruiſſet, cum conſenſus priuatorum
non poſſit tribuere iuriſdictionem contentioſam
146 illam non habenti, cum pactis priuatorum illa
non poſſit prorogari, quandò prorſus deficit *l.
priuatorum C. de Iuriſd. omn. Iudic. Gratian. c.* 389.
*n.*51. *Staiban. reſol.* 37. *n.5.*, *& ſeqq. centur* 1. *Ton-
dut. de prauent. Iudic. p.2. cap.* 49. *n.3. Thomat. de-
ciſ.* 114. *n.7. Rot. deciſ.* 451. *n.* 13. *p.* 2. *recen.*; &
Signatura ſi voluit attendere talem conſenſum,
ideò hoc fecit, quia cauſæ agitatæ coram Audi-
tore priuato ſunt conceptæ coram Gubernatore
met, Iudice abſque dubio ordinario, & cuius
propterea Iuriſdictio potuit prorogari per con-
147 ſenſum partium *Tondut. alleg. cap* 49. *n.4. &* 5.
Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 2. cap. 71. *n.*19.
& 20., alias ſi fuiſſent agitatæ coram Auditore
priuato, tanquam tali, conſenſus non debuiſſet,
nec potuiſſet attendi in præiudicium iuriſdictio-
nis Locumtenentis, eius rationibus non auditis.

Quinimmò non eſt temeritas, ſed eſt ſatis pro-
babile, & menti, ac verbis Reformationis con-
148 forme, quod Gubernator Almæ Vrbis ex alle-
gatis verbis Reformationis habeat in ciuilibus ſo-
lum iuriſdictionem in gradu recurſus à ſenten-
tijs Locumtenentis Ciuilis, & quod poſſit deputa-
re alium in locum ipſius Locumtenentis ſuſpecti
allegati, dùm alias à Reformatione non nomina-
tur alter Iudex in prima inſtantia præter Locum-
149 tenentem, ex quibus deſumitur huius Iuriſdi-
ctio priuatiua ex benè firmatis per *Rot. deciſ.* 1933.
n.7. cum duobus ſeqq. coram Coccin., *& deciſ.* 810.
n.5. & infra par. 18. *tom.* 2. *recen.*, qua iuriſdictio-
ne priuatiua attenta fauore Locumtenentis, in
illius præiudicium alterius Iudicis iuriſdictio
non poteſt etiam per partium conſenſum pro-
rogari *Rodoer. ad de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol. cap.*
34. *n.*16.

Hæc in ſubſtantia, licet latiori calamo, alias
deduxi dum eram Locumtenens Ciuilis in Tribu-
nali Gubernatoris, non vt caput temerè vellem
erigere contra Gubernatorem caput Tribunalis,
vt perperam fuerat ſuppoſitum, ſed vt meam de-
fen-

ſendetem iuriſdictionem, nam admiſſo quod poſ-
150 ſet Gubernator ex ſe procedere, quodque idem
facere poſſet (contra tameo mentem, & verba
Reformationis Pauli V.) eius Auditor priuatus
ſub nomine ipſius Gubernatoris, & quoties hic
vellet ſubſcribere ſententias, mandata, ac alias
prouiſiones, vt practicatur in Auditore priuato
A.C. io huius Tribunali, adhuc quod poſſet ne-
dum procedere in audientijs ſaciendis, ac termi-
nis ſeruandis pro Gubernarore, ſed etiam pro-
nunciare, & per ſe ſubſcribere, hoc erat ſummum
abſurdum, dum dabatur iuriſdictio illi, qui ea
prorſus caret, ac tollebatur illi, qui eam habet,
ſine ſacto Principis, & contra illius expreſſam le-
gem, & vlterius erat cumulare iuriſdictiones in
151 damnum litigantium, cum iuriſdictio melius
regulетur per vnum, quàm per plures, *Cephal.
conſ.617. n.12. lib.5.*, & ex multiplicate Iudicum,
ac Iuriſdictionum naſcitur perſæpè confuſio, &
miſeris litigantibus præparantur maiora diſpen-
dia, & in praxi ſœpè vidi, quod ſi aliquod man-
152 datum ſuſpicionis ſugæ, vel aliqua alia proui-
ſio extraiudicialis, & non citata parte ſolita con-
cedi, non potuit obtineri à Locumtenenre, quia
pro iuſtitia petitioni non erat annuendum, No-
tarij lucrum quęrentes, cum hac noua iuriſdictio-
ne excitata, ſaciebant negocium, & expeditionem
à Locumtenente denegatam, ab Auditore priua-
to obtinere curabant.

Firmata iuriſdictione plena in ciuilibus Lo-
cumtenentis Ciuilis, cùm quidam Auditor The-
ſauratij Generalis nouitatuoi fortaſsè cupidus
nollet dare executionem mandatis de deleodo
vincula à locis montium conceſſis per præfatum
Locumteneotem, ſub prætextu quod non eſſet Iu-
dex ordinarius, facto per me tunc muoere Lo-
cumtenentis fungentem recurſu ad Auditorem
S. M. Innocentij XI., ſuit remiſſa deciſio huius
articuli Coogregatiooi Baronum, & Montium, in
qua interueoiunt ipſe Theſautarius, ac eius Au-
ditor, vltra alios Clericos Cameræ, & Camerales
Deputatos, io qua oretenus fuit in iunctum,
153 quod Theſautarius deberet dare executionem
mandatis de delendo relaxatis à dicto Locumte-
nente, ſicut illam dabat mandatis relaxatis ab
alijs Iudicibus ordinarijs Romanæ Curiæ, & ob
hoc ſequentes rationes, tuoc vernacula lingua
deductas, propoſui.

Iuriſdictio Locumtenentis Ciuilis Gubernato-
ris Almæ Vrbis, quod ſit ordioaria clarè patet,
& illam negare, non eſt iuſtitia, ſed mera voluo-
tas illorum, qui ea, quæ clara ſunt, & ab antiquo
tempore obſeruata, volunt cum nocivis oouita-
154 tibus à Republica eliminandis, peruertere,
nam eius iuriſdictio ordinaria profluit a lege,
hoc eſt *à conſtitutionibus Sixti V. 72. & Pauli V.
71. Rubr. de Gubernatore Vrbis, eiuſque Tribunali
per text. in l. & quia 6. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.*,
Schadrer. de feud. p.10. ſect.3. n.80. tom.2.

Et amplius iuriſdictio ordioaria dilucide de-
ſumitur ex quo per dictas Conſtitutiones Pontifi-
cias oon attribuitur Iuriſdictio ſuper vna re tan-
tum, ſed vniuerſaliter ſuper omnibus cauſis
tàm ordinarijs, quàm commiſſarijs, ac alias
155 quomodocumque in Tribunali Gubernatoris in-
troducendis, ex quo arguitur Iuriſdictio ordina-
ria *Cephal. conſ.359. num. 27. lib.3. Veſtr. in prax.
156 lib.3. cap.3. n.1. & 4.*, vbi in ſpecie, quod Guber-
nator Vrbis ſit Iudex ordinatius *Scacc. de appell.
qu 19. remed. 1. concluſ. 6. nu. 79. verſic Guberna-
tor Vrbis Ridolph. in prax. lib.1. cap.7. num.86.*, &
idem ſupponit *Rot. deciſ.7. n.7. coram Duran.*

Additur quod taoquam Iudex Ordinarius in
157 Vrbe interponit decreta voluotariæ iuriſdictio-
nis in contractibus minorum, & mulierum, de
quibus *in Stat. Vrb. lib.1. cap.113. & 151.*, & hoc
eſt notorium, & in deputatione talis Locumte-
nentis non fit mentio ſpecifica ſacultatis interpo-
nendi talia decreta, (ex Reformatione Pauli V.
interponenda à Iudicibus ordinarijs) ſed eo ipſo,
quo deputatur Locumtenens, vti talis, tanquam
Iudex Ordinarius, interponit decreta, & cum hoc
ſit notorium noo eget probatione.

Præterea Guberuator Vrbis in omnibus Ban-
nimentis, ędictis, ac Inhibitionibus, ſe enunciat
158 Iudicem Ordioarium in Vrbe, & Diſtrictu, vt
omnibus eſt ootum, & teſtatur *Scannarol.* (in
Tribunali Guberoatoris verſatiſſimus) *de Viſitat.
carcer. §.8. Sect.2. n.13. in fin. fol. mihi 83.*

Clarius hoc comprobatur, ex quo de tempore
Pauli V. Locumteneoti Ciuili, vti Iudici ordinario
fuit prohibita receptio ſportularum, & poſteà
eidem, ex quo non habebat congruum ſalarium
fuere reſtitutæ de mandato eiuſdem Pontificis, &
rurſus ſub S.D.N. Papa Innocentio XI. eidem
Locumteoenti rurſus fuit prohibita ſacultas reci-
159 piendi ſportulas, ex quo eſt Iudex Ordinatius,
& certè Paulus V. abſtulit Propinas ſolum Iudi-
cibus Ordinarijs, vt apparet *ex eius conſt. 71. in
Rubr. de Sportulis, ſeu Propinis §.1. Bullar. nou. tom.
3.* prout Reformatio Sanctiſſimi proceſſit io exe-
cutionem, ſeù renouationem Reformationis Pau-
li V. volentis, quod Iudices ordinarij non poſſent
recipere ſportulas.

Et idem comprobatur ex quo *in dicta Conſt. 71.
Pauli V. Rubr. comm. omn. Iudic. §. ipſi autem Iu-
160 dices* prohibentur Iudices Ordinarij in Curia
Romana munus Aduocati, vel Procuratoris exer-
cere, & tamen ſub Clemente IX. bo. m. Raphael
Marcheſius tunc Locumteneus Ciuilis, & ſub
161 Sanctiſſimo D. N. Innocentio XI. ego mini-
mus ex beneficientia eiuſdem Sanctiſſimi Locum-
tenens, obtinuimus Breuia, quod nobis licitum
eſſet munus Aduocati, vel Procuratoris exercere
in alijs Tribunalibus Vrbis, extra tamen Curiam
Gubernatoris cum derogatione facta dictæ Re-
formationi Pauli V., quæ Iudicibus Ordinarijs in
Vrbe id prohibet.

Quæ omnia licet clariſſima comprobantur ab
antiqua obſeruantia in Locumtenente Ciuili con-
cedendi mandata huiuſmodi de delendo, & quod
ſemper Theſaurarij illis conceſſerunt ſolitum exe-
quatur, quæ obſeruantia, quatenus etiam adfuiſ-
ſet dubium ſuper iuriſdictione ordinaria Locum-
tenentis ſuſtulit io hoc dubietatem, cum obſer-
162 uantia declaret Conſtitutiones Apoſtolicas Six-
ti V., & Pauli V. ſuper iuriſdictione Locumte-
nentis *l. ſi de interpretatione ff. de legib. Rot. deciſ.
59. num. 12. & ſeqq. coram Mantic.* cum cumulatis
per *Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 1. cap. 89.
nu. 17.*, & etiam ex tali obſeruantia, & longa
conſuetudine eidem Locumtenenti queſita ſuiſſet
163 ex integro iuriſdictio neceſſaria *cap. cum con-
tingat. 13. in fine, & ibi gloſa in verbo, vel conſue-*
tudi-

tudine de for. competen. Roman. conſ.300. n.1. Cancer. var. reſol. p.2. cap.2. n.69. Cabed. deciſ. Luſitan. 41. n. 2. p. 2. Rot. in Illerden. Statuti 3. Decembris 1593. coram Corduba.

Quo circa cum ex prędictis clara ſit Iuriſdictio
ordinaria Locumtenentis à tot Theſaurarijs ad
164 Cardinalitatum poſtea euectis admiſſa, Audi-
tori moderni Theſaurarij, qui hanc nouam præ-
tenſionem excitat, verè dici poteſt, non plus ſa-
pere, quàm oportet, dum ſua aerea prætenſione
tollere intendit Locumtenenti, quæ ſua ſunt, &
illi competunt ex Conſtitutionibus Apoſtolicis,
& antiqua conſuetudine, & ſimul redarguit tot
Theſaurarios anteceſſores, quod admiſerint man-
data de delendo conceſſa à Locumtenente Ciuili
Gubernatoris, vti à non habente Iuriſdictionem.

Hactenus Diſcurſus iuridicus.

Tertio ſuper munere Locumtenentis Ciuilis
165 *Cardin. de Luc. de Relat. curiæ diſcurſ. 36. nn. 5.*
dicit quod Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vr-
bis, nedum eſt Iudex pedaneus, & quod eius Iu-
riſdictio reſtringitur ad cauſas mercedum, & in
alijs cauſis ciuilibus ferè nullam habet Iuriſdi-
ctionem. Ego verò munus Locumtenentis ciuilis
eſſe honeſtiſſimum, ac eius Iuriſdictionem ſatis
conſpicuam cenſeo, & validiſſimis argumentis
hoc probare intendo, & ad defenſionem mune-
ris, quod per quinquennium circiter exercui,
& pro pura veritate, & ſatis miror quod *Cardin.
de Luc.* irrepſerit in hanc propoſitionem à vero
prorſus alienam.

Et quidem primo quod talis Locumtenens
166 non ſit Iudex pedaneus, nec eius Iuriſdictio ſit
reſtricta ad cauſas mercedum probatur *ex Conſtit.
72. Sixti V. comprobata in Conſt. 71. Pauli V. Rubr.
de Gubernatore, eiuſque Tribunali*, in quibus de-
cernitur, quod *Locumtenens prædictus vnus dumta-
xat ſit legum ſcientia, vitæque probitate, & Roma-
næ Curiæ experientia inſignis, qui cauſas omnes tam
ordinarias quàm Commiſſarias, in dicto Tribunali
introducendas cognoſcat, & decidat*, nam abſonum
eſt dicere, quod duo magni, ac doctiſſimi Pon-
tifices voluerint deſiderare tales qualitates in Iu-
dice pedaneo, & quod illi voluerint iniungere
cauſas commiſſarias.

Secundo deducitur, quod talis Locumtenentis
iudicatura ſit honeſtiſſima, & non pedanea, ex
quo à ſententijs prolatis à Locumtenente in cau-
167 ſis appellabilibus appellatur ad ipſum Papam,
& Sedem Apoſtolicam, vt ſit à ſententijs prolatis
à Locumtenentibus Cardinalis Vicarij, & A.C.,
& non ad ipſum Gubernatorem Vrbis, prout ad
illum appellaretur, ſi Locumtenens eſſet Iudex
pedaneus, cum à Iudicis pedanei ſententijs ap-
pelletur ad Iudicem ſuperiorem Tribunalis, in
quo idem Iudex pedaneus iudicauit, vt olim erat
Iudex Curiæ Sabellorum, & alter Turris Nonæ,
à quorum ſententijs appellabatur ad Gubernato-
rem Vrbis.

Tertio ex quo Secretaria memorialium Summi
168 Pontificis, in cauſis pendentibus coram præfa-
to Locumtenente directè illi reſcribit, quod non
faceret, ſi eſſet Iudex pedaneus, ſed potius reſcri-
beret Gubernatori ſuperiori Tribunalis.

Quarto ex quo dictus Locumtenens concedit
Literas Inhibitoriales vigore recurſus aduerſus
ſententias prolatas à quibuſuis Iudicibus Diſtri-
ctus Vrbis per quadraginta milliaria, in quo Di-
169 ſtrictu adſunt etiam Iudices aliqui conſpicui,
vt ſignanter eſt Cardinalis Abbas Sublacenſis Do-
minus etiam in temporalibus, & appellatio non
ſit ad Iudicem pedaneum, & inferiorem, ſed ad
170 Superiorem, & eſſet improprium, quod à ma-
iori appellaretur ad Inferiorem *cap. ſi quis diſtinct.
81. cap. cum inferior de maior. & obedien., Scacc.
de appell. qu. 1. n. 3. ad 13.*, prout ad eumdem Lo-
cumtenentem fit recurſus à grauaminibus illatis
per Conſules Vniuerſitatum Artium Vrbis. *Laert.
171 Cherub. ante Conſt. 36. Sixti V. Bullar. nou. tom. 2.*;
licet hodie, dùm hæc alias ſcripta reuideo, Iuriſ-
dictiones, ſeù Tribunalia Artium in Vrbe, ſint ab-
oleta per S.D.N. Innocentium XII.

Quinto ex quo Locumtenens ciuilis prædictus
172 interponit decreta voluntariæ Iuriſdictionis in
contractibus minorum, & mulierum, quorum
decretorum interpoſitio per *Conſtitut. 71. Pauli V.*
fuit ob grauitatem materiæ demandata ſolum
Iudicibus Ordinarijs magis conſpicuis, quia Iu-
dices Ordinarij ſolent eligi Viri probati, docti, ac
experientia rerum, ac Romanæ Curiæ inſignes, &
propterea non ſit credendum, quod Viri tales in
decretorum interpoſitione non debeant accuratè
animaduertere, quid expediat minoribus, ac mu-
lieribus, & per conſequens ex hoc capite ſolum
excluditur titulus Iudicis pedanei.

Sexto comprobatur ex quo *per Conſt. 6. Clementis
IX. Bullar. nou. tom. 6.* Iuriſdictio priuatiua Cu-
173 riæ Burgi olim exercita per Nepotes, vel alios
Coniunctos Pontificum pro tempore fuit quoad
ciuilia translata in Locumtenentem Ciuilem Gu-
bernatoris, & repugnat, quod talis Iuriſdictio
priuatiua ſublata à coniunctis Pontificum, fue-
rit conceſſa Iudici pedaneo.

Septimo quia Locumtenens corruſcat radijs,
174 ſplendore, ac præeminentijs Gubernatoris,
cuius eſt Locumtenens, & quidem vnicus *capit.
præcipimus 93. diſtinct. Menoch. conſ. 51. num. 16.*;
dignitatem verò Gubernatoris, eiuſque ſuper cæ-
teros Miniſtros Sedis Apoſtolicæ præeminentiam
eſſe maximam patet, tùm quia habet cuſtodiam
militum haſtatorum, & quaſi ad inſtar Principis
175 cum illa incedit per Vrbem, & in æquitatibus
præcedit Oratores Regum, ac Nepotes ipſius
Pontificis regnantis, vt omnibus notum eſt, &
teſtatur *Cardin. de Luc. de Relat. cur. diſcurſ. 36. n.
3. & 4.*, habet viuæ vocis oraculum Papæ *ex Conſt.
176 107. Beati Pij V. Bullar. nou. tom. 2.*, & tale ora-
culum viuæ vocis ipſe Gubernator ſemper expri-
mit in ſuis Bannimentis, & ædictis, vt ſciunt
177 omnes, & teſtatur *Scannarol. de viſitat. Carcer.
lib. 1. §. 8. cap. 1. ſect. 3. n. 4. fol. mihi* 84., eſt etiam
idem Gubernator Vicecamerarius, & tanquàm
talis præcedit omnibus Prælatis, etiam Patriar-
chis, & eſt decoratus tot alijs præeminentijs re-
latis *per Scannarol. ibid. n. 5. &* 12.

Octauo pro excluſione iudicaturæ pedaneæ, &
quod ſit conſpicua, & honeſtiſſima colligitur, ex
178 quo ab illa plures fuere promoti ad Epiſcopa-
tus, ac Prælaturas, & etiam ad excelſam digni-
tatem Senatoriam Almæ Vrbis, & antè me imme-
diatè munus Locumtenentis exercuit Abbas Bon-
compagnus, etiam dum erat vtriuſque Signaturæ
179 Referendarius, & cum Referendarij vtriuſque

Signaturæ ſint membra repræſentantia vtramque
Signaturam Gratiæ, & Iuſtitiæ, quorum Tribu-
nalium maieſtas ampliſſima eſt, vt poſt *Conſt.*23.
180 *Pauli III. Bullar. nou. tom.*1. latè probat *b. mem.*
Antonius Altouitus (dùm hæc reuideo bonorum
181 omnium mærore è viuis ereptus olim Secreta-
rius ſacræ Congregationis Concilij, & mox illius
Epiſcop., & Regular.) *in ſuo voto impreſs. poſt. de-
ciſ. Rembold.*8., hinc Prælaturæ digniras adeò ce-
lebrata, ac ſumma eruditione illuſtrata *in dicto
vot.*8. torpuiſſet in iudicatura pedanea, nec Pon-
tifex conceſſiſſet eidem Boncompagno illius re-
tenrionem poſt Prælaturam adeptam.

Nono denique pro confutanda radicitus
aſſertione *Cardinalis de Luca dict. diſcurſ.*36. *de Re-
lattion. Curiæ*, aduerritur, quod Iudices peda-
182 nei ſunt illi, qui de leuioribus tantum cauſis
cognoſcunt abſque faſtigio Tribunalis, & quaſi in
planitie pauimenti Ius reddunt, maiores verò
qui Tribunalis faſtigium habent, *Veſtr. in prax.
lib.*2. *cap.*14. *n.*1. *& ibi Granat. n.*4. *&* 5., hinc
cum Locumtenens prædictus cognoſcat de omni-
183 bus cauſis tàm Commiſſarijs, quàm ordinarijs
in Tribunali Gubernaroris introducendis, & ha-
beat faſtigium Tribunalis ſatis eleuatum in Aula
magna Palatij Gubernatoris, vt omnibus viden-
tibus notum eſt, & haberur *in dict. Conſt.*71. *Pau-
li V. in Rubr. de Gubernatore, eiuſque Tribunali* §.
1. ibi - *audientiam terminorum in Sala Palatij Gu-
bernatoris circa horam vigeſimam pro Tribunali ſe-
dendo teneat* - propterea Iudex pedaneus dici non
poteſt, hæc namque eſt differentia inter Iudicem
Ordinarium, & pedaneum, quod ille habet (vt
184 Locumtenens) certum locum, & tempus iudi-
candi, *vt per Caſtrenſ.*, *& Roman. in l. non mino-
rem* 20. *vterque n.*3. *C. de tranſact.*, pedaneus verò
de mane, meridie, veſpere, ac omnibus horis
Ius reddere debet, *Auth. de Iudic.*82. *coll.*6.§. *ſe-
debunt Narbon.* benè diſtinguens *in ſua Horograph.
Iur. in Antelog. n.*54., *&* 55. vbi propterea à di-
185 cta iudicandi continua neceſſitate grecè *peda-
neos* Iudices dictos credit à verbo *pedei*, compedes
ſignificante, vel à verbo *pedero*, quod vinctum
ducere importar, cum pedanei Iudices, quaſi ca-
tenari, & vincti Ius ſemper, ac ſingulis horis in
iudicio ſedere debeant.

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur hic materia iuriſdictionis priuatiuę in Regione Burgi à Iulio III. introductæ à Pio IV. in pluribus moderatæ, à Clemente IX. ſuppreſſæ, & à Coniunctis Pontificum regnantium pro tempore ablatæ, & Gubernatori Vrbis vnitæ. Referuntur plures caſus, in quibus præfata iuriſdictio priuatiua in Burgo non procedit, & in quibus alij Iudices Romanæ Curiæ poſſunt procedere in eadem Regione. Et demum circa talem iuriſdictionem priuatiuam Burgi in Gubernium Vrbis tranſlatam plura elucidantur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

186 *Iuriſdictio priuatiua in Regione Burgi hodie ſpectat ad Gubernatorem Vrbis, & quo ad ciuilia ad eius Locumtenentem Ciuilem.*
187 *Iuriſdictio priuatiua in Burgo fuit introducta per Iulium III.*
188 *Iuriſdictio prædicta fuit in pluribus moderata à Pio IV.*
189 *Iuriſdictio Burgi ante Clementem IX. exercebatur per fratres, vel alios coniunctos Pontificum pro tempore Regnantium.*
190 *Clemens IX. ſuſtulit Iuriſdictionem priuatiuam Burgi coniunctis Pontificum, & illam conceſſit Gubernatori Vrbis.*
191 *Clemens IX. non ſuſtulit emolumenta prouenientia à Iuriſdictione priuatiua.*
192 Cardin de Luc. de Relat. cur. diſcurſ. 43. n. 7. *dicens, Iuriſdictionem Burgi fuiſſe ſublatam ſub Alexandro VII., notatur.*
193 *Inconuenientia reſultantia à dicta Iuriſdictione priuatiua non fuere totaliter ſublata, dum emolumenta Iuriſdictionis fuerunt relicta.*
194 *Innocentius XI. Nepoti vnico nihil prorſus, nec honoris, nec emolumenti dedit.*
195 *Emolumenta Iuriſdictionis priuatiuæ Burgi hodie ſpectant ad Secretarios, ac Cancellarios Cameræ Apoſtolicæ.*
196 *Iuriſdictio priuatiua Burgi non procedit in cauſis obligationis Cameralis, quæ coram ſuis Iudicibus extra Burgum terminari poſſunt.*
197 *Diſdicta locationis cum obligatione Camerali facta coram A.C. contra Incolam Burgi afficit.*
198 *Incolæ Burgi, obligati in forma Cameræ, poſſunt conueniri coram A.C., & in foro Capitolino & n.* 204.
199 *Cauſæ mercedum, & miſerabilium perſonarum poſſunt cognoſci ab omnibus Iudicibus ordinarijs Vrbis, non attenta Iuriſdictione priuatiua Burgi.*
200 *Perſonæ miſerabiles, quæ ſint remiſſiuè.*
201 *Mandata relaxata a quibuſuis Romanæ Curiæ Iudicibus poſſunt exequi in Regione Burgi ſine licentia Gubernatoris Burgi, & n.*204.
202 *Conſtitutio Pij IV. eſt moderatoria Conſtitut. Iulij III. ſuper Iuriſdictione Burgi.*
203 *Caſus excepti à Iuriſdictione Burgi per Pium IV., ſemper fuere excepti in bannimentis Gubernatorum Burgi.*
205 *Iuriſdictio reſeruata Gubernatori Vrbis in Regione Burgi priuatiuè quoad alios Iudices non ſuſtulit caſus exceptos à Pio IV., & n.*206.
207 *Confirmatio non poteſt extendi ad id, quod eſt abrogatum.*
208 *Conſtitutio Iulij III. ſuper priuatiua Iuriſdictione Burgi fuit obſeruata iuxta declarationes ſuper ea factas à Pio IV.*
209 *Conſtitutio declaratur ab obſeruantia.*
210 *Citari poſſunt Incolæ Burgi per Curſores, ac mandatarios aliorum Tribunalium in cauſis, in quibus hæc procedere poſſunt.*
211 *Executiones in Burgo quando mandata fuere relaxata ab alijs Iudicibus Vrbis poſſunt fieri cum*

Nota-

Notarijs dictorum Iudicum ſine licentia Iudicis Burgi.

212 *Iuriſdictio priuatiua Burgi hodie remanet vigens in caſibus non exceptis in Conſt. Pij IV.*

213 *Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Iudex Burgi reaſſumit cauſas ab alijs Iudicibus, quoties non ſint de exceptis à Pio IV.*

214 *Auditor Signaturæ Iuſtitiæ, vel ipſa Signatura declarat, an cauſa ſpectet ad Curiam Burgi, vel ad alium Iudicem.*

215 *Incola Burgi dicitur, qui habet in Burgo lectum, & ibi comedit, & bibit ad beneplacitum, & non ſufficit ſola apotheca.*

216 *Apothecam retinens extra Burgum, ſed habitans cum familia in Burgo, dicitur Incola Burgi,*

217 *Iuriſdictio priuatiua Burgi quando intrat, non poſſunt Incolæ Burgi conſentire in aliorum Iudicum iuriſdictionem.*

218 *Notarij aliorum Tribunalium poſſunt ſe rogare de Inſtrumentis & actibus extraiudicialibus in Curia Burgi, & n.219.*

220 *Iudices ordinarij Vrbis poſſunt interponere decreta voluntariæ Iuriſdictionis in contractibus minorum, & mulierum in Regione Burgi, & n.221.*

222 *Iudex Burgi in Burgo quo ad interponenda decreta in contractibus minorum, & mulierum non habet priuatiuam.*

223 *In curia Burgi quoad emolumenta debita Notario ſeruatur taxa Notariorum Gubernatoris Vrbis.*

224 *Gubernator Conclauis habens Iuriſdictionem in Burgo, debet vti Iudicibus, ac Notarijs à Gubernatore Vrbis pro Curia Burgi deputatis.*

225 *Super Iuriſdictione Burgi cur Doctores ſcripſerint parcè.*

226 *Edictum Gubernatoris Vrbis ſuper obſeruantia Iuriſdictionis priuatiuæ in Burgo non abſtulit caſus exceptos à Pio IV. & n.227.*

PErtinet hodie Iuriſdictio priuatiua in Regione
Burgi ad Gubernatorem Vrbis, & quo ad Ci-
186 uilia ad eius Locumtenentem Ciuilem *ex Conſt.*
6. Clementis IX. Bullar. nou. tom. 6., ideò de dicta
Iuriſdictione, qualis ſit, à quo introducta, &
quandò moderata, & quomodò hodie exercea-
tur videndum hic, quia talis Iuriſdictio, etiam in
Vrbe verſatis, non ſic faciliter innoteſcit,

Dicta Iuriſdictio priuatiua in Regione vtriuſ-
187 que Burgi fuit introducta *per Iulium III. eius*
Conſt. 4. Bullar. nou. tom. 1., & fuit illa vna cum
Gubernio Burgi conceſſa fauore eius Nepotis,
itaut alij Iudices Romanæ Curiæ non poſſent in
prima inſtantia contra Incolas, habitatores, hoſ-
pitantes, ac moram trahentes in dicta Regione,
ac eorum bona procedere, nec executiones facere,
ſine expreſſa licentia, & conſenſu dicti Nepo-
tis Capitanei, ſeù Gubernatoris Burgi, vel eius
Iudicis pro tempore exiſtentis.

Præfatam iuriſdictionem in pluribus modera-
188 tus fuit *Pius IV. eius Conſt. 58. Bullar. nou. tom. 2.*,
de quibus moderationibus mox dicemus.

Et eamdem iuriſdictionem vſque ad Pon-
tificatum Clementis IX. ſemper exercuerunt
189 Nepotes, vel alij Coniuncti Pontificum pro
tempore regnantium, & in dicta Regione
bannimenta, & ædicta pro illius bono Guber-
nio publicabant in vim dictæ *Conſt. Iulij III.*,
& Breuium conceſſionis Gubernij, exceptis ta-
men in dictis bannimentis caſibus expreſſis, &
moderatis à Pio IV.

Clemens autem IX. agnoſcens per experien-
tiam ab eo habitam per longum tempus in Ro-
mana Curia, quod à dicta iuriſdictione priuati-
ua exorta fuerant aliqua inconuenientia in publicũ
190 detrimentum, hinc illam cum Gubernio Burgi
tunc vacante per obitum germani fratris Pontifi-
cis Anteceſſoris *ſua Conſt. 6. Bullar. nou. tom. 6.* ab-
ſtulit à Coniunctis Pontificum, eamque vniuit
Gubernio Vrbis, itavt huius Gubernator in poſte-
rum deberet eſſe etiam Vicegubernator Burgi, &
in ea exercere eamdem iuriſdictionem priuati-
uam per ſe, & Locumtenentes ſuos, & ſic in cri-
minalibus per Locumtenentes Criminales, & in
ciuilibus per Locumtenentem Ciuilem Guber-
nij, quam exercuerant Gubernatores Burgi pro
tempore.

At idem Clemens IX. reſeruauit vt prius pro
Capitaneo Gubernatore Burgi emolumenta a di-
191 cta iuriſdictione profluentia, etiam ex pœnis,
confiſcationibus, reſponſionibus Notariorum, ac
Mandatariorum, vt apparet ex eadem *Conſt. 6.*
§. 8. Clementis IX., vbi quod noluit ſupprimere
Burgi gubernium, ſed tantum præſcribere nor-
mam in illius adminiſtratione.

Hinc *Cardin. de Luc. de Relat. Curiæ forenſ. di-*
192 *ſcurſ. 43. n. 7.* decipitur aſſerendo, id factum
fuiſſe ſub Alexandro VII., dum eo viuente nihil ſu-
per dicta iuriſdictione fuit innouatum, quinim-
mò ab eius germano fratre Capitaneo Burgi ſar-
cta tecta fuit conſeruata, ſed ſolum à Clemente
IX. ſucceſſore Alexandri.

Quia verò ex dicta reſeruatione emolumento-
rum pro Gubernatoribus Burgi, ac Coniunctis
193 Pontificum non fuerant eliminata illa inconue-
nientia, quæ tollere profeſſus fuerat *Clemens IX.*
194 *in dicta ſua Conſt. 6. §. 2. & 3.*, hinc Innocen-
tius XI. qui Nepoti vnico nihil protſus dedit, nec
honoris, nec emolumenti, præfata emolumenta
reſponſionis Notariorum, & Mandatarij reſerua-
ta à Clemente IX. in compenſationem certorum
damnorum aſſignauit Cancellarijs, ac Secretarijs
195 Cameræ Apoſtolicæ, & ſic hodie fœrè nullum
reſultat inconueniens illorum, quæ prius reſulta-
bant, & pro quibus aderant querimoniæ atteſta-
tæ *in dict. Conſt. 6. Clementis IX. §. 2.*

Poſitis dictis *Conſtitutionibus 4. Iulij III., 58.*
Pij IV., & 6. Clementis IX. non ſemel dum eram
Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Almæ Vrbis
vidi altercatum ſuper dicta iuriſdictione priuati-
ua, quando illa competat nec ne, & quæ tunc
adnotaui in varijs caſibus, & controuerſijs hic
ponuntur.

Et quidẽ talis iuriſdictio priuatiua fauore Gu-
bernatoris Vrbis tanquam Vicegubernatoris Bur-
196 gi, ac eius Locumtenentis Ciuilis non proce-
dit in cauſis obligationis Cameralis, quæ non
attenta dicta priuatiua iuriſdictione Burgi coram
ſuis Iudicibus extra Burgum introduci, & termi-
nari poſſunt ex clara diſpoſitione *Conſt. 58. Pij IV.*
§. Cauſa tamen 23. Bullar. nou. tom. 2.

Vnde in ſpecie dum eram Locumtenens
iudicaui, quod diſdicta locationis, in qua
197 aderat obligatio Cameralis facta contra

Incolam Burgi in Tribunali A. C., erat vali-
da.

Hinc attenta obligatione Camerali; Incolæ
habitatores, ac moram trahentes in Burgo poſ-
ſunt coram A.C., vel in Foro Capitolino conue-
198 niri non obſtante tali priuatiua, *ex dict. Conſt. 58.*
Pÿ IV., & conſonat motus proprius eiuſdem Pÿ IV.
eius Conſt. 34. §. 1. in quo attenta obligatione Ca-
merali debitoris Romani Ciuis, vel Incolæ per-
mittitur Creditori illum conuenire in Curia Ca-
pitolina ſi coram alijs Iudicibus non fuerit præ-
uentum, & in eodem motu proprio derogatur
Indultis, ac priuilegijs quibuſcumque Romanæ
Curiæ Iudicibus conceſſis, & ſic etiam priuile-
gijs Iudicis Burgi.

Pariter ab eadem iuriſdictione priuatiua Bur-
gi excipiuntur Cauſæ mercedum, ac miſerabi-
199 lium perſonarum, quæ ad inſtantiam credito-
rum coram omnibus Iudicibus ordinarijs Roma-
næ Curiæ introduci poſſunt *ex eadem Conſt. 58. Pÿ*
IV. §. Cauſæ tamen 23.

Perſonæ autem miſerabiles ad hunc effectum
ſunt pupilli, Viduæ, diuturno morbo fatigati,
200 ac debiles, de quibus *in l. vnica C. quandò Im-*
perat. inter pupill., vel Vidu., vel alias miſerab. per-
ſon. &c., & aliæ perſonæ miſerabiles de quibus
apud Nouar. de Priuil. miſerab. perſon. prælud. 8. per
tot. idem *de elect., & variat. for. ſect. 2. Carleuall. de*
Iudic. tom. 1. diſput. 2. ſect. 7. n. 531., & ſeqq.

Minuſque dicta iuriſdictio priuatiua Burgi
procedit in mandatis quibuſcumque, tam in ci-
uilibus, quàm in Criminalibus relaxatis, & de-
cretis à quibuſcumque Iudicibus Romanæ Curię,
201 quæ paſſim, & indiſtinctè etiam in Burgo nul-
la locorum diſtinctione habita abſque licentia
Capitanei, & Iudicis Burgi per quoſcumque
Executores liberè executioni demandari poſſunt,
nec executio ſub eo etiam prætextu, quod locus
Iudici, qui mandatum decreuit, ſubiectus non
ſit, aliquo modo impediri poſſit, vt ſancitum fuit
in alleg. Conſt. 58. Pÿ IV. §. mandata executiua 31.

Quæ *conſtitutio* 58. per viam Reformationis abu-
202 ſuum, qui in Tribunalibus Almæ Vrbis irrepſe-
rant edita fauore publico, vt teſtatur *idem Pius in*
§. 1. eiuſdem. Conſt., debet attendi vti poſterior,
& expreſsè derogans in prædictis caſibus *Conſti-*
tutioni Iulÿ III., præcipuè dum per bannimenta
203 pro tempore edita per Coniunctos Pontificum
Gubernatores Burgi ſuper bono Regimine Regio-
nis Burgi expreſsè fuere excepti à iuridictione
priuatiua caſus in Conſtitutione Pij IV. compre-
henſi, quæ bannimenta, & quidem plura ego vi-
di, & quidem vltimum factum ſub Alexandro
VII. ab eius fratre germano Gubernatore Burgi,
& illa in quadam cauſa mihi impreſſa oſtendidit
Eminentiſſimus D. Cardinalis Franſonus, qui
ſumma diligentia collegit plura volumina Banni-
mentorum factorum in Alma Vrbe à Gubernato-
re Vrbis, Camerario, Theſaurario, ac alijs Mi-
niſtris Sedis Apoſtolicæ per ſæculum, & vltrà,
idque ad oculum legitur *in Conſt. 19. Sixti V. Bul-*
lar. veteri tom. 2. vbi in deputatione facta de per-
ſona Michaelis Peretti in Gubernatorem Burgi
illi demandatur, vt Iuriſdictionem Burgi exerceat
iuxta Reformationem Tribunalium factam à Pio
IV., quę Reformatio eſt dicta *Conſt. 58. inter illas*
Pÿ IV. Bullar. nou. tom. 2.

Et ſic vidi ſeruatū meo tempore de anno 1677.
in primo anno, quo gerebam munus Locumte-
nentis Ciuilis Gubernatoris, nam cum fuiſſet in
Regione Burgi cum mandato executiuo A.C. car-
ceratus Dominicus Petrucciolus, hic prætende-
bat excarcerationem tanquam malè captus in
204 Burgo abſque licentia, & exequatur Guber-
natoris Vrbis, vel Locumtenentis Ciuilis eiuſdem
vti Iudicis Burgi, ſed ob dictam *Conſt. Pÿ IV.* 58.
§. mandata, & ex quo agebatur de mandato rela-
xato in vim obligationis Cameralis, ego non
attendebam petitæ excarcerationi, & facto recur-
ſu ad Auditorem Piæ memor. Innocentij XI.,
Idem ille cenſuit, vndè Petrucciolus remanſit in
Carceribus.

Nec officit quod per *Conſt. 6. Clementis IX.* fue-
rit reſeruata Iuriſdictio priuatiua fauore Guber-
natoris Vrbis, ac eius Iudicum eo modo, quo
competebat ante ſuam Conſtitutionem, & ſic non
potuerit in iuriſdictione, ac Regione Burgi ſine
licentia Gubernatoris Vrbis, vti Vicegubernato-
ris Burgi, ſiuè eius Locumtenentis fieri executio
mandati alterius Iudicis in dicta Regione; ſi qui-
205 dem reſpondetur, quod Conſtitutio Clementis
IX. *ſolum in §. declarantes* 8. voluit, quod alij Iu-
dices non poſſent in poſterum procedere, nec iu-
riſdictionem acquirere, ſeu exercere in his, quæ
antè ſuam Conſtitutionem non exercebant, at ex
dictis per *Conſt. Pÿ IV.* 58. declarata fuerat, & ab-
rogata *Conſt. 4. Iulÿ III.* in certis caſibus ſupra re-
latis, & ſignanter obligationis Cameralis, & exe-
cutionis mandatorum relaxatorum in alijs Cu-
rijs, & Tribunalibus Vrbis, vndè reſeruatio iu-
riſdictionis priuatiuæ intelligitur à Clemente IX.
206 facta in his, quæ reuocata, & moderata non
fuerant à Pio IV. ſua poſteriori Conſtitutione,
dum Clemens IX. non proceſſit per viam confir-
mationis Conſtitutionis Iulij III., ſed potius
per viam Reformationis, & declarationis, quo-
modò iuriſdictio priuatiua, quæ remanebat, exer-
ceri deberet; & quatenus à Conſtitutione Cle-
mentina fuiſſet proceſſum per viam confirmatio-
207 nis iuriſdictionis priuatiuæ, adhuc confirma-
tio non poteſt extendi ad iuriſdictionem abroga-
tam, cum non adeſſet ſubiectum confirmabile,
Rot. deciſ. 580. n. 3. in fine p. 2. recen., deciſ. 353. n. 99.
p. 5., & deciſ. 244. n. 21. p. 16.; & præcisè quod
confirmatio non extendatur ad abrogata, *Surd.*
conſ. 58. n. 16.

Et amplius ſtante obſeruantia Conſtitutionis
Iulij III. ſuper priuatiua iuriſdictione ſolum ad
formam Conſtitutionis Pij IV. iuxta expreſſam,
208 & reiteratam reſeruationem caſuum in Bulla
Pij IV. exceptorum pluries factam à Gubernatori-
bus Burgi pro tempore in eorum bannimentis,
talis reſeruatio iuriſdictionis priuatiuæ facta in
Conſtitutione Clementis IX. debet intelligi ſe-
209 cundum dictam obſeruantiam *l. ſi de interpreta-*
tione 36. ff. de legib. benè *Rot. deciſ. 65. n. 12. cum*
duob. ſeqq. p. 14. recen., & deciſ. 251. n. 19. p. 19.

In caſibus, in quibus *ex dict. Conſt. 58. Pÿ IV.*
alij Iudices Romanæ Curiæ procedere poſſunt
in Burgo, & contra illius Incolas, hi citari poſ-
210 ſunt in dicta Regione, per Curſores, vel Man-
datarios eorumdem Iudicum, qui cauſas cogno-
ſcunt, neceſſe opus quod citationes executioni
demandentur per Mandatarios Burgi, ſuper quo
facit

facit *Conſt.14. Iulij III. §. inſuper*, alias eluſoria re-
maneret iuriſdictio, & facultas procedendi. in
cauſis exceptis à Conſtitutione Pij IV., quià Iu-
dex Burgi, & illius mandatarius non ſineret exe-
qui, nec exequeretur reſpectiuè citationes fa-
ciendas in Burgo coram alijs Iudicibus Vrbis ex-
tra Burgum.

Prout quandò ex eadem *Conſt. 58. Pij IV. §. man-*
211 *data 31.* poteſt contra habitantes in Regione
Burgi, & bona ibi exiſtentia fieri executio cum
mandatis relaxatis ab alijs Iudicibus Romanæ
Curię ſine Iudicis Burgi aliqua licentia, tales exe-
cutiones fieri poſſunt cum Notario, & executo-
ribus illius Iudicis, qui relaxauit mandatum,
nec eſt opus Notario, & Executore Burgi, ex quo
tales executiones aliàs liberè non fierent in Bur-
go, prout voluit Pius IV.

Præciſis tamen caſibus exceptis *in Conſt. 58.*
212 *Pij IV.* remanet firma iuriſdictio priuatiua Gu-
bernatoris Vrbis, tamquam Vicegubernatoris
in dicta Curia Burgi, ac eius Locumtenentis Ci-
uilis quo ad ciuilia, dum Clemens IX., *in dict.*
eius Conſt. 6 §. declarantes reſeruauit in reliquis di-
ctam iuriſdictionem priuatiuam, itavt ſi Iudi-
ces Romanæ Curiæ ſe ingerant extra caſus exce-
213 ptos à Pio IV., Gubernator Vrbis, ac eius Lo-
cumtenens Ciuilis cauſas reaſſumant in vim Con-
ſtitutionum Iulij III., & Clementis IX., ac om-
nis reuocent, & in priſtinum ſtatum reponant.

Et quatenus ſuper pertinentia cauſæ ad iuriſ-
214 dictionem Burgi, vel alterius Iudicis Romanæ
Curiæ oriatur differentia, Auditor Signaturæ
hoc declarat, & ſi eius determinationi partes non
acquieſcant, pars grauata adibit plenam Signa-
turam Iuſtitiæ, & ita ſeruatur.

Quis autem dicatur Burgi habitator, ad hoc, vt
intret dicta iuriſdictio ex Bulla Iulij III., dic,
quod ille dicitur, qui habet in Burgo lectum, &
& ibi comedit, & bibit ad beneplacitum, at ſi
215 in Burgo habeat ſolam Apothecam, domum
autem cum familia retineat extra Burgum, non
dicitur habitare in Burgo, & eſt conueniendus
vbi habitat cum familia *Flau. Cherubin. in Com-*
pend. Bullar. in annot. ad Conſt. 4. Iulij III. ſchol. 1.,
& eo tacito, ac cum illius verbis *Scannarol. de*
Viſitat. Carcer. lib. 1. cap. 5. n. 81.

Et è conuerſo ſi habet Apothecam extra Bur-
216 gum, ſed habitet cum familis in Burgo, in huius
Curia conueniri debet *Cherubin. ad dict. Conſt. 4.*
Iulij III. Schol. 2.

An autem in caſibus, in quibus intrat dicta
iuriſdictio priuatiua, poſſint habitatores Burgi
conſentire in iuriſdictionem alterius Iudicis in
præiudicium Tribunalis Burgi, eiuſque Iudicis
& Notarij, & poſſint hi pro eorum intereſſe cau-
ſas reaſſumere ab alio Iudice, coram quo fuit con-
ſenſum, dic quod ſic, licet enim poſſit talis ha-
bitator Burgi, quoad ſui præiudicium conſenti-
217 re in alienam iuriſdictionem, non tamen hoc
poteſt facere in præiudicium Iudicis Burgi, qui
iure proprio habet iuriſdictionem priuatiuam,
nec in præiudicium Notarij, qui emolumenta
prouenientia a iuriſdictione, habet pariter iu-
re proprio, & quidem ex titulo oneroſo ex
traditis per *Merlin.*, *Pignatell. contr. Forenſ.*
centur. 1. cap. 81. n. 14. cum alijs cumulatis *per Ro-*
doer. ad de Marin. cap. 34. n. 6. cum duobus ſeqq.

Dubitatum fuit, an alij Notarij Vrbis extra
illum Burgi poſſent rogare Inſtrumenta in Regio-
ne Burgi, & quidem de tempore, quo illi Regio-
ni præſidebant Nepotes, ſeu alij Coniuncti Pon-
tificum, talis Regio erat adeò venerata ob perſo-
nas illam Regentes, vt nemo etiam in caſibus per-
miſſis auderet illam ingredi, & Notarij Tribuna-
lium Vrbis nolebant ſe exponere periculo Carce-
rum, ſed poſtea (vt prius de ſtricto iure) ego dixi
Iuriſdictionem priuatiuã vigore *Bullæ 4. Iulij III.*
218 non procedere in ſtipulatione contractuum, ac
inſtrumentorum, & ſic quod alij Notarij Vrbis
poterant licitè, & liberè in dicta Regione inſtru-
menta contractuũ, ac teſtamẽta ſtipulare, ea ratio-
ne, quia dicta Bulla Iulij III., à qua habet originẽ
iuriſdictio Burgi loquitur de actibus iudicialibus,
& contentioſæ iuriſdictionis, non autem de
actibus extraiudicialibus, & voluntariæ iuriſdi-
ctionis, cum Bulla loquatur de cauſis, iudicijs,
ſententijs, executionibus ſententiarum, & contro-
uerſijs iudicialibus, vndè non poteſt extendi ad
contractus, & actus extraiudiciales, ac inſtrumen-
ta voluntariè facta, præcipuè quia in contractibus
ineundis neq; Notarius neq; inſtrumentum requi-
ritur, ſed ijdem ſolo partium conſenſu perficiun-
tur, *Rot. deciſ. 548. n. 29., & 30. p. 18. tom. 2. recen.*,
ideoque ſi ad cautelam, & pro libito contra-
hentium aſſumitur Notarius pro redigendo con-
219 tractu in inſtrumentum, poſſunt partes il-
lum aſſumere ad libitum, & non coguntur po-
tius vnum, quàm alium adhibere, & conſequen-
ter non tenentur vti Notario Burgi; & ratio eſt
deprompta à Bulla Iulij III., quæ voluit proui-
dere tantum circa iuriſdictionem ciuilem, crimi-
nalem, ac mixtam, nunquam autem cogitauit,
quod habitatores Burgi non poſſent vti opera
Notarij ſibi beneuiſi in inſtrumentis ſtipulandis,
& ſic certè hodie ſe habet praxis.

Quo verò ad dubium an ceteri Iudices ordina-
rij Vrbis, quibus competit facultas interponendi
decreta voluntariæ iuriſdictionis in contracti-
bus minorum, & mulierum poſſint in dicta Re-
gione Burgi talia decreta interponere, & quidem
poſſe dubitandum non eſt ex ſæpè dicta ratione,
220 quod Conſtitutio Iulij III. ſuper priuatiua iuriſ-
dictione Burgi loquitur tantum de cauſis conten-
tioſis, & alea iudiciali explendis, vt ex contex-
xtu totius Conſtitutionis legi poteſt, & paſſim
ego vidi per alios Iudices, extra illum Burgi,
interpoſita decreta in dicta Regione, pròvt in
ſimili, licet Iudex laicus non poſſit contentioſam
iuriſdictionem exercere in Parlatorijs, ac Clau-
ſtris Monialium, ac Religioſorum, ac alijs lo-
cis Sacris, nihilominus in illis interponunt hu-
221 iuſmodi decreta voluntariæ iuriſdictionis in
contractibus Puellarum Sæcularium, quæ pro
educatione in Monaſterijs morantur, vt dixi *ad*
Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. de contract. minor., & mu-
lier. Artic. 4. n. 291., & ſeq. & propterea paſſim
in dicta Regione alij Iudices decreta interponunt,
prout ipſe, dum Iudex eram, interpoſui ſuper quo
vide quæ poſui *ad dict. Stat. 151. Artic. 4. n. 287.*,
& ibi etiam fuit reſponſum *Reformat. Pauli V.*
eius Conſt. 71., Rub. de Sportulis, ſeu Propinis, vbi
dum fuere nominati Iudices, quibus datur facul-
tas interponendi decreta voluntariæ iuriſdictio-
222 nis in Alma Vrbe, dicitur quod Iudex Burgi

illa

illa poſſit interponete in Burgo, nàm ex hoc non inſurgit priuatiua quoad alios Iudices, ſed ſolum quod ipſe in dicta Regione reſtrictiuè poſſet illa interponere cumulatiuè cum alijs Iudicibus ordinatijs Romanæ Cutiæ; & hoc ſuadetur etiam,ex quo poterat eludi in decretis huiuſmodi Iudex Burgi, ſi minor, vel mulier adiuiſſent domum alterius Iudicis Vrbis, vel domum amici, vel Coniuncti extra Burgum, vt contraheret cum decreto alterius Iudicis; & hoc hodie caret dubio,dum paſſim omnes Indices vocati ad interponendum decreta huiuſmodi voluntariæ iuriſdictionis in Burgo liberè, ac licitè ibi accedunt, ac decreta interponunt, licet de tempore, quo talis Regio Burgi regebatur per Fratres, vel Nepotes Pontificum, Iudices non auderent hoo facere, non quod non poſſent.

Aduerte hic ad vnum, quod Paulus V. *eius*
233 *Conſt.71. Rub. Taxa Notariorum Ciuilium Gubernatoris Vrbis, Vicarij Burgi* voluit, quod in Curia Burgi ſeruaretur taxa ibi poſita, *& Clemens IX ſua Conſt.6.* §. 10. ad tollendos abuſus, qui irrepſerunt iu Curia Burgi circa receptionem emolumentorum prouenientium à dicta iuriſdictione, ſtatuit idem, & vlterius, quod Gubernator Conclauis, qui tempore Sedis Vacantis ha-
224 bet Iuriſdictionem in Burgo debeat vti opera Indicum, ac Notariorum Tribunalis Gubernatoris Vrbis, & ab hoc pro Curia Burgi deputatis, & quod tales Notarij teneantur ſeruare taxam Notariorum Gubernatoris Vrbis.

Hęc ſuper Iuriſdictione Burgi adnotare volui,
225 quia ſuper illa, & caſibus ab illa exceptis nemo niſi cum magna reſeruatione, & circumſpectione ſcribere voluit,quando illa exercebatur ab illis, quibus non erat ità facile contradicere, at ego quia de tempore, quo fui Locumtenens Ciuilis Gubernatoris, & poſtea Primus Collateralis ſuper ea plures vidi exortas controuerſias, & illæ iuxtà declarationes contentas in *Bulla* 58.*Pij IV.* decidebantur;proptereà prædicta per modum diſcurſus theoricè practicè, prout Iuris eſſe mihi viſa ſunt, tetigi ſuper materia ſterili. Addendo vnum hic, quod cum de tempore, quo eram Primus Collateralis emanaſſet ædictum pęnale Gubernatoris Vrbis ſuper obſeruantia iuriſdictionis priuatiuæ Burgi ad formam Conſtitutionum Iulij III., & Clementis IX., & nihil fuiſſet dictum de caſibus exceptis in Conſtitutione Pij IV., cum tale ædictum eſſet ob hoc præiudiciale
226 alijs Tribunalibus Vrbis, fuit per me tunc Primum Collateralem Capitolij de mandato Senatoris actum cum Gubernatore Vrbis, ac eius Miniſtris pro moderatione talis ædicti ad formam Conſtitutionis Pij IV.,& idem Gubernator, qui tunc erat Eminentiſſimus D. Cardinalis Ioannes Baptiſta Spinula Cardinalis Sanctæ Ceciliæ nuncupatus Virexcelſi Iudicij, ac in rebus agendis miræ dexteritatis, ac prudentiæ, in quem proptereà Gubernium Vrbis debitè fuit protogatum fœrè per annos quindecim ſub tribus Pontificibus, paſſus eſt, vt prius, quod in caſibus exceptis in Bulla *Pij IV.*58. alij Iudices Romanæ Curiæ, ac eorum Mandatarij, & Executores poſſent procedere in eadem Regione Burgi, optimè agnoſcens, quod alias eius ædictum,non poterat ſubſiſtere contra formam Bullæ Pij IV. ſemper præſeruatæ etiam in ædictis, ac Bannimentis pro
227 bono regimine Regionis, ac Curiæ Burgi æditis antè Pontificatum Clemenris IX., & de tempore, quo Fratres, Nepotes, vel alij Coniuncti Pontificum Regnantium erant Gubernatores, ac Capitanei Curiæ Burgi, qui licet nimis latè talem Iuriſdictionem priuatiuam interpretarentur, nihilominus contra Bullam Pij IV., ſaltem verbo nihil auſi ſunt attentate, ſed expreſsè eiuſdem diſpoſitioni in bannimentis profeſſi ſunt adhærere.

De Cauſis infrà ſummam ſcutorum decem. CAP.XCVI.

CAuſæ, quæ infra ſummam ſcutorum decem coram Senatore, & illius Collateralibus tantum, & præſertim inter pauperes, & miſerabiles perſonas vertuntur, omni prorſus appellatione remota, terminentur, & celeri executioni demandentur.

ARGVMENTVM.

Cauſæ infra ſcuta decem iudicatæ, à Senatore, & Collateralibus tantum, non autem ab alijs Iudicibus inferioribus Curiæ Capitolij ſunt inappellabiles, & dicta ſumma ſcutorum decem in propoſito deſumitur à petitione, non à ſententia; & ſi agatur de pluribus ſummis diuerſis non attingentibus ſcuta decem pro qualibet, ſed benè ſimul vnitis, quando Statutum non procedat. Et plenè oſtenditur, quod Capitaneus Appellationum non poteſt in cauſis huiuſmodi procedere in gradu recurſus, & ita fuit iudicatum à Senatore iuxta Votum Authoris.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis 96. in Cauſis infra ſummam ſcutorum decem decisis, per Senatorem, & Collaterales tantum denegat appellationem.*
2 *Dictio* tantum *eſt taxatiua quoad Senatorem, & Collaterales, & excludit alios.*
3 *Iudices Deputati in locum Collateralium extra forum Capitolinum procedunt in omnibus, & per omnia, vt Collaterales.*
4 *Verba* in omnibus, & per omnia *ſunt vniuerſalia, & nihil excludunt.*
5 *Dictio* omnis *geminata præſefert maiorem voluntatem nihil excludendi.*
6 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
7 *Verbum indefinitum* Cauſæ *refertur ad omnes cauſas.*
8 *Dictio* præſertim *implicat alios caſus.*
9 *Dictio* præſertim *interpretatur pro* maximè.
10 *Dictio* maximè *præſefert maiorem rationem in rebus vel perſonis per ipſam nominatis.*

11 *Ex*

Digitized by Google

11 *Expenſæ, adhoc vt cauſa ratione ſummæ ſit appellabilis, non computantur.*

12 *Summæ diuerſæ naturæ, ſi diuiſæ non conſtant ſummam ſcutorum decem, ratione vnionis non ſunt ex ſtatuto appellabiles.*

13 *Secus ſi debeantur ex eadem cauſa, & vnica actione.*

14 *Summa debitæ etiam ex diuerſa cauſa, ſi vnico libello ſint petitæ, & vnica ſententia terminatæ, coacervantur, & n. 15.*

16 *Cauſa an ſit infra, vel ſupra ſcuta decem attenditur petitio non ſententia & n. 19., & 21.*

17 Amat. deciſ. March. 5., *quod attendatur ſumma contenta in ſententia ad effectum appellationis, declaratur & n. 18.*

20 *Omnis cauſa de iure præſumitur appellabilis.*

22 Amat. deciſ. March. 5. *quomodo procedat declaratur, & n. 23.*

24 *Statum Vrbis 96. in cauſis infra ſcuta decem reijcit omnem appellationem etiam in deuolutino, & n. 29. & 30.*

25 Stat. Vrb. 96. *non comprehendit Clericos, ac Eccleſiaſticos.*

26 *Clerici, & Eccleſiaſtici poſſunt vti hoc ſtatut. 96. tanquam priuilegio.*

27 *Senator in Curia Capitolij facit figuram Præfecti Signaturæ Iuſtitiæ.*

28 *Capitaneus Appellationum non poteſt admittere appellationem contra formam Statutorum Vrbis.*

31 *Dictio* protſus *importat idem*, quod pœnitus.

32 *Capitaneus appellationum decernit, quæ appellationes ſint admittendæ, vel reijciendæ.*

33 *Capitaneus poteſt ſolum cognoſcere de appellationibus per Statuta Vrbis permiſſis.*

34 *Appellatione prohibita non cenſetur denegatus recurſus.*

35 *Recurſus in Curia Capitolina non datur niſi ad eundem Iudicem pro repoſitione à decreto.*

36 *Recurſus in dicta Curia datur ſolum ad Senatorem.*

37 *Quando proceditur in gradu recurſus remanet idem Notarius, & non fit extractus, ſecus in gradu appellationis.*

38 *In Tribunalibus Vrbis ſi cauſa non excedat valorem ſcutorum 25., & hodie 50. non eſt appellabilis, ſed recurribilis.*

39 *Capitaneus Appellationum nec per appellationem, nec per recurſum cognoſcit cauſas à Scutis decem infra.*

40 *Obſeruantia & praxis attendenda.*

41 *Capitaneus appellationum cognoſcit cauſas in ſecunda ſolum inſtantia & quandoque in quarta.*

42 *Capitaneus cognoſcit cauſas appellationum in cauſis à ſcutis decem infra non deciſis à Iudicibus inferioribus Capitolij & n. 43.*

44 *Statuta Vrbis confirmata cum clauſula ſublata, & decreto irritante, non poſſunt tolli per vſum contrarium.*

45 *Obſeruantia non inducitur ex actibus facultatiuis.*

46 *Senator Vrbis debet ſeruari facere illius Statuta.*

HOc Statutum eſt rationabile, ne in cauſis infra Scuta decem modicæ ſummæ partes grauentur expenſis vlterioris litis in gradu appellationis, & procedit ex verbis eiuſdem ſtatuti in cauſis iudicatis à Senatore, ac eius Collateralibus *tantum*, & non ab alijs Iudicibus inferioribus
1 extrà illos, talis quippè dictio taxatiua *tantum* relata ad Senatorem, ac Collaterales reſtringit
2 ad hos diſpoſitionem, & continet negatiuam quoad alios Iudices *Fenzon. hic nu. 11. Rot. deciſ. 454. n. 9. coram Merlin., & deciſ. 184. nu. 1. verſic. quod habet coram Manzaned.*

Huiuſmodi ſtatutum comprehendit cauſas iudicatas à Iudicibus deputatis in locum Collateralium, qui fuerint allegati ſuſpecti dum illi *ex*
3 *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 12.* ſuccedunt *in omnibus, & per omnia* in locum Collateralium Iudicum Ordinariorum Curiæ Capitolij, vnde dum ſuccedunt in cauſis, in quibus fuerunt deputati in locum Collateralium *in omnibus, & per omnia*, ex talibus verbis vniuerſalibus, patet quod in nihilo diffe-
4 runt à Collateralibus circa Iuriſdictionem, ac facultates *Surd. conſ. 73. n. 62. & 63. Rot. deciſ. 157. n. 19. & 20. p. 6. recen.*, præcipuè dum verbo *omnibus* fuit additum aliud *per omnia*, & ſic adeſt ge-
5 minatio vniuerſalitatis benè *Surd. dict. conſ. 73. n. 64.*, plenè *Barboſ. dict. 241. n. 1. & ſeq.*, vbi quod talis dictio *omnis* eſt adeo vniuerſalis, vt bene intret axioma, qui omne dicit nihil excludit.

Sub hoc Statuto comprehenduntur omnes cauſæ, nam verbum *cauſa* prolatum in ſtatuto
6 æquipollet vniuerſali, ac ſi dictum eſſet *omnes cauſæ Gemin. in cap. vt circa num. 4. verſ. ſed contrarium de Elect. in 6.*, vbi præcipuè id firmat, quando viget eadem ratio *Decian. reſponſ. 7. nu. 20. & 21. lib. 1. Menoch. conſ. 4. n. 28.*, *Palm. Nep. alleg.*
7 *189. n. 8.*; & quod verbum indefinitum *cauſæ* referatur ad omnes cauſas, benè deducitur *ex l. quidam heredem 7. ff. de tritic. vin., vel oleo legat.*

Et licet ſtatutum addiderit verba *& præſertim inter pauperes, & miſerabiles perſonas*, adhuc per talem dictionem *præſertim* ſtatutum explicauit caſum minus dubitabilem, qui erat cauſarum miſerabilium perſonarum, ſed non excluſit alias
8 cauſas inter diuites magis dubitabiles, vt firmat de dictione *præſertim* poſt alios *Barboſ. dict. 277. n. 4. & 5.*, vbi vlterius *n. 6.* ſubdit quod talis dictio
9 *præſertim* in ſtatutis interpretatur pro *maxime*, quæ dictio *maxime* ſolum præſefert maiorem ineſſe rationem in pauperibus, & miſerabilibus perſonis nominatis cum tali dictione, ſed non exclu-
10 dit alias *Fenzon. hic n. 13.* qui teſtatur *de praxi* (& de qua ipſe quoque teſtari poſſum, dum tempore, quo in Curia Capitolij fui ſecundus poſtea Primus Collateralis & Iudex, ſic vidi ſeruatum inconcuſſe) *Crauett. conſ. 227. n. 9. & 10.*, vbi quod dictio *maximè* ſtat ampliatiuè *Monach. deciſ. Bonon. 28. n. 45. Rot. deciſ. 2. n. 17. & deciſ. 106. n. 16. & 17. p. 9. recen. & deciſ. 109. n. 14. p. 12.*

An autem ad hoc vt cauſa ſit ſummæ ſcutorum decem, coacerventur, & conſiderentur expenſæ ad effectum admittendæ appellationis ab hoc ſtatuto reiectæ, dic quod non, cum cauſa ad talem effectum debeat eſſe valoris Scutorum decem in
11 ipſo negocio principali in lite deducto, ex benè firmatis *per. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 6. membr. 9. nu. 37.*, *Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 7. num. 72.*

Si vero petitæ ſint plures ſummæ in iudicio, quæ ſeparatim ſumptæ ſunt infra ſcuta decem, ſed ſimul coaceruatæ excedunt, an tali caſu intret huius ſtatuti diſpoſitio, dic quod non, quandò ſummæ coaceruatæ debentur ex diuerſis cauſis, & actionibus, vt quia alia ſit pro mutuo, alia pro

cano-

12 canone, vel alio credito diuerſæ naturæ *l. ſi idem*
11. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Cyriac. contr. 66. n. 17.,
Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 1. n. 43. & 44.
Secus ſi debeantur ex eadem cauſa, & actione,
vt puta ſi pluries fuerint mutuatæ pecuniæ, vendi-
13 tæ merces *ad tex. in l. ſi quis ſeparatim 10. ſi quis*
ff. de appellat. Scacc. de appellat. qu. 17. limit. 6.,
membr. 9. n. 24. Cancer. dict. cap. 1. nu. 49., Salgad.
Labyrin. credit. p. 2. cap. 7. n. 73.
14 At varios caſus diſtinguit *Cabed. deciſ. luſit. 21.*
per tot. p. 1., licet poſtea concludat, quod ad hunc
effectum, etiamſi plures ſummæ ſint ex diuerſa
cauſa debitæ, adhuc ſi vno libello ſint petitæ, ſit
15 coacetuatio illarum ob vnicitatem libelli, & ſen-
tentiæ, & hanc ſententiam amplectitur *Fenzon.*
hic n. 9. & 10.
Si vero fuerint petita ſcuta viginti, vel etiam
maior ſumma, & Iudex condemnauerit in ſumma
infra ſcuta decem, an hoc ſtatutum procedat,
dicas quod non, & dabitur appellatio, ex quo in
16 hoc attenditur tenor petitionis, quæ continet
ſummam appellabilem, non autem ſententiæ *Af-*
flict. deciſ. 297. vbi refert ſic pluries deciſum *Ca-*
bed. deciſ. Luſitan. 21. n. 13. & ſeq. vbi id ampliat,
licet ſcienter, data opera, & per fraudem, vt ap-
pellationi locus ſit, maior ſumma ſit petita; quæ
ampliatio apud me videtur eſſe de ſubiecto non
ſupponendo, dum quis petit ſuum creditum vt
ſtatim, & ſine appellatione illud conſequatur, &
ſic non eſt credendum, quod velit petere maiorem
ſummam data opera, adhoc vt cauſa ſit ratione
ſummæ appellabilis.
17 Sed *Amat. deciſ. March. 5. n. 2. & ſeq.* deciſiue
firmat, quod per Rotam illius Prouinciæ in
his terminus fuit reſolutum, non eſſe attenden-
dam petitionem factam in prima inſtantia, ſed
18 tenorem ſententiæ, à qua fuit appellatum *per*
tex. in l. in offerendis, & ibi Bartol., & Caſtrenſ., C.
de appellat.
At in puncto noſtri ſtatuti hic prior opinio eſt
retinenda, ex quo illud in verbis reſpexit ad cau-
ſas introductas infra ſcuta decem, ibi - *cauſa, quæ*
infra ſummam ſcutorum decem vertuntur - & in ſub-
19 ſequentibus verbis - *omni prorſus appellatione re-*
mota terminentur, quæ verba *vertuntur, & termi-*
nentur, reſpiciunt cauſam, & petitionem, ſuper
qua actum fuit, non autem ſententiam, vnde ap-
pellatio à ſtatuto fuit reiecta in cauſis introductis
infra ſcuta decem, & non in illis maioris valoris
quamuis deciſis infra ſcuta decem; nam licet re-
gulariter ſubiectum appellationis ſit ſententia,
à qua appellatur, attamen cum omnis cauſa ſit
de iure appellabilis, cum appellatio ſit de genere
permiſſorum, niſi oſtendatur contrarium, ex plenè
20 per nos firmatis *ad Stat. 167. artic. 2. n. 445. &*
446., hinc datur de iure etiam appellatio in cau-
21 ſis infra ſcuta decem, & ſic ſtatutum illam pro-
hibens, debet intelligi, prout loquitur, de cauſis, &
non de ſententia, & hanc opinionem *firmat Fen-*
zon. hic n. 6. & 7.
22 *Deciſ. Amat. 5.* in contrarium allegata non of-
ficit, quia in illo caſu vigore Conſtitutionum
Rotæ Maceratenſis in gradu appellationis, Rota
integra non cognoſcit de cauſis infra ſcuta cen-
tum, ſed illas determinat quilibet Auditor extra-
ctus ex ſe, & ſine Voto Rotæ, vnde ad effectum
cognoſcendi, an ſumma contenta in appellatione
interpoſita ad Rotam ſit infra ſcuta centum, per-
neceſſe attendi debet tenor ſententiæ, à qua ap-
pellatur, cum hæc ſit ſubiectum appellationis, &
23 ab illa deſumi debeat valor cauſæ, vt probat idem
Amat. ead deciſ. 5. n. 3. in fine; at in noſtro ſtatuto
fuit habitus reſpectus non ad ſententiam, ſed ad
cauſam ex firmatis.
24 Appellatio reiecta ab hoc ſtatuto intelligitur
etiam quoad deuolutiuum ob illa verba *omni pror-*
ſus appellatione remota Fenzon. hic num. 13. & 14.,
Gratian. deciſ. March. 188. n. 6.
Vnum aduerte hic, quod preſens ſtatutum non
comprehendit Eccleſias, Clericos, ac Eccleſiaſticas
perſonas, cum ſit ſtatutum laycale, nec expreſsè
25 de Eccleſijs, ac perſonis Eccleſiaſticis mentionem
faciat, vt plenè firmaui *ad Statut. Vrb. in Prælud.*
artic. 3.
Poſſunt tamen Eccleſiæ, loca Eccleſiaſtica, ac
Clerici vti preſenti ſtatuto tanquam priuilegio ſi
26 velint iuxta firmata *dict. art. 3.*
An ſaltem poſſit Capitaneus Appellationum
cauſas infra ſcuta decem non appellabiles vigore
huius ſtatuti cognoſcere per viam recurſus, hic
caſus dum eram Primus Collateralis accidit de
facto, dum ſuper meo iudicato infra ſcuta decem,
quod in gradu recurſus exequi mandauerat Sena-
tor, Capitaneus auſus fuerat inhibere in gradu
recurſus, at Senator fungens vices Prefecti Signa-
27 turæ Iuſtitiæ in Tribunali Capitolij huiuſmodi
Inhibitionem fuit moderatus ex rationibus, de
quibus in voto, tunc per me ſuper hoc facto ſe-
quentis tenoris.
Non potuit D. Capitaneus appellationum in
cauſa valoris infra ſcuta decem per me Primum
Collateralem deciſa admittere appellationem,
dum expreſsè illam reijcit *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 96.*
28 & ibi plenè notat *Fenzon., & facit Ridolph. in*
prax. p. 3. cap. 5. n. 431., & in terminis ſimilis ſta-
tuti *Cenſal. deciſ. Lucen. 52. n. 1. & 2.*
Cuius ſtatuti diſpoſitio effrenata tollit appella-
29 tionem etiam in deuolutiuo *Scacc. de appell. qu.*
17. limit. 42. n. 3., Fenzon. ad dict. ſtat. 96. n. 13. &
14., quod redditur indubitatum ex illis verbis -
omni prorſus appellatione remota, - dum talis dictio
30 *omnis* omnem appellationem excludit *Rot. deciſ.*
221. n. 10. p. 17. recen., & altera dictio *prorſus* idem
quod *penitus* importans, pariter omnem appella-
31 tionem remouet, vt in puncto ad effectum reij-
ciendæ appellationis firmat *Gratian. deciſ. March.*
188. n. 8., quocirca moderanda eſt Inhibitio ab
eodem Capitaneo conceſſa contra diſpoſitionem
præfati ſtatuti.
32 Non obſtat quod *ex Statut. Vrb. 167. lib. 1.* ad
Capitaneum ſpectet cognoſcere, quæ appellatio-
nes ſint recipiendæ, nam cum idem Capitaneus
ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 8. debeat ſtatuta obſerua-
re, non potuit propterea contra diſpoſitionem
Stat. 96. admittere appellationem vel recurſum in
cauſa infra ſcuta decem; addito maxime *Statut.*
33 *166. lib. 1.*, in quo Capitaneo attribuitur facultas
cognoſcendi ſolum de appellationibus cauſarum
per Statuta Vrbis eius iuriſdictioni attributis, vn-
de non poteſt cognoſcere de appellatione in cau-
ſis infra ſcuta decem à dicto *Stat. 96.* illi nedum
non permiſſa, ſed prorſus ſublata.
Nec etiam obſtat quod ſaltem Capitaneo liceat
in cauſa hac non appellabili procedere in gradu
re-

Digitized by Google

recurſus, dum prohibita appellatione, non cen-
ſetur reiectus recurſus, cum hic non ſit propriè,
34 & verè appellatio *Lancellot. de attent. p.2. cap.19.*
n.22. & 23. Ridolph. in prax. par.3. cap.5. n.410.;
quia reſpondetur, quod in cauſis à ſcutis decem
infra non datur recurſus, niſi ad eumdem Iudi-
cem, qui iudicauit pro habenda repoſitione à
35 decreto per eumdem facto, *Scacc. de appell. qu.*
19. n.15., Ridolph. in prax. dict. cap.5. num.431.,
vbi quod ita obſeruat praxis; vel talis recurſus à
decretis Collateralium datur ad Senatorem, pro-
36 ut in preſenti caſu factum fuit, & Senator man-
dauit exequi meum iudicatum.

Et ratio, licet non expreſſa *in Stat. 96.*, quod in
cauſis à ſcutis decem infra non detur appellatio,
ea eſt, ne in cauſis modici momenti expenſæ li-
tis in tranſportandis actis, in ſportulis, & aliæ ero-
gandæ in gradu appellationis ſuperent valorem
37 cauſæ, vt aduertunt *Scacc. de appell. quæſt.19. re-*
med.3. n.14. Ridolph. dict. cap.5. n.421.

Hinc etiam in Tribunalibus A.C., Gubernato-
ris, ac Cardinalis Vicarij Vrbis, cauſæ, à ſcutis
ſexdecim anri infra, ob ſupradictam rationem à
Signatura Iuſtitiæ non committuntur in gradu
38 appellationis, vt teſtatur poſt *Marcheſan. Ridol-*
ph. dict. cap. 5. num. 412. & 416., & eſt omnibus
etiam Curiæ tyronibus notiſſimum; & dum hæc
ſcripta reuideo per Sanctiſſimum D. N. Papam
Innocentium XII., non committuntur, ſi non
excedant ſummam ſcutorum 50., ſed per viam re-
curſus reuidentur in iiſdem Tribunalibus Guber-
natoris, A. C., & Vicarij, vnde etiam in Curia
Capitolij, in qua Signatura non ſe ingerit in
Commiſſione cauſarum, ſed illas, quæ ſunt ap-
pellabiles cognoſcit Capitaneus vigore generalis
39 Commiſſionis ſibi attributæ *per Statut. Vrb. cap.*
166. & 167. lib.1.; debet idem Capitaneus ſe ab-
ſtinere à cognitione talium cauſarum infra ſcuta
decem inappellabilium, & ſinere, quod in gradu
recurſus illæ cognoſcantur per viam reuiſionis ab
eodem Iudice, vel per recurſum ad Senatorem iu-
xta antiquam praxim Tribunalis, à qua non eſt
40 recedendum *ad tex. in l. minime, & l. ſi de inter-*
pretatione ff. de legib. Rot. deciſ.441. n. 9. & 10. p.
18. tom. 2. recen., & deciſ.99. n.8. & ſeq. p.19.

Quæ praxis optima eſt retinenda, nam alias
eluderetur diſpoſitio *Stat. 96.*, & non eſſet conſul-
tum expenſis, ac celeri executioni volitæ per ſta-
tutum, & quia daretur recurſus, recurſus dum Sena-
tor iam in gradu recurſus cognouit ſuper iuſtitia
mei iudicati, & illud confirmauit, quo nihil abſur-
dius; & quia in cauſis inappellabilibus bis per in-
directũ appellaretur ſub ſpecioſo prætextu recur-
ſus, quando in cauſis appellabilibus licet ſemel ap-
pellare *ex Stat. Vrb. c. 180.*; & demum quia Capi-
taneus eſt ſolum Iudex appellationis in ſecunda
41 inſtantia *ex Stat. Vrb. 166. lib. 1.*, vel in quarta
cum Voto Conſultoris, quando Senator, in caſu
ſententiarum contrariarum Iudicum primæ In-
ſtantiæ, & Capitanei, proferret tertiam ſententiam
neutri illarum conformem, vnde in tertia inſtan-
tia non poteſt ſe ingerere, quando in duabus
præcedentibus inſtantijs adeſt conformitas iudi-
catorum.

Non releuant exempla adducta, quod Capita-
neus pluries admiſerit appellationes in cauſis à
ſcutis decem infra, quia ferè omnia ſunt in cau-
ſis deciſis per Iudices inferiores Vniuerſitatum
42 Artium Vrbis, non autem per Senatorem, vel
Collaterales, & ab illorum ſententijs datur abſ-
que dubio appellatio, cum *Statut. 96.* ſit taxatiuè
reſtrictum ad Senatorem, & Collaterales *Fenzon.*
43 *ad idem Stat. 96. n.11. Scacc. de appell. qu. 17. li-*
mit.42. n.4., vbi quod ſatis colligitur ex ipſo ſta-
tuto; & merito Senatori, & Collateralibus tan-
tum ſtatutum hoc indulſit, quia illi, vti Iudices
Ordinarij, ſolent eſſe perſonæ legum peritia, ac
vſu clariſſimi.

Etſi aliquod exemplum dari poſſet tangens
cauſas deciſas per Senatorem, vel Collaterales,
non eſſet habenda de eo ratio, cum enim *Statut.*
96. ſit clarum, & præciſum, ac Gregorius XIII.
in confirmatione Statutorum poſuerit clauſulam
ſublata, & decretum irritans, non potuit pro-
pterea contra ſtatutum ſic confirmatum induci ob-
ſeruantia contraria *Rot. deciſ. 200. n.18. p.9. recen.*
deciſ. 192. n.10. p.18., & deciſ. 205. n.6. par.19.; &
amplius ſi partes non reclamarunt, & voluntariè
conſenſerunt in iuriſdictionem Capitanei, ex hoc
voluntario conſenſu, non potuit induci aliqua
45 obſeruantia, ex quo illa non procedit in actibus
facultatiuis *Rot. deciſ. 308. n. fin. p.17. recen.*

Ex quibus exiſtimo, ſatis remanere probatum,
quod Capitaneus appellationum non potuerit in-
hibere in hac cauſa, & quod Senator pro ſacroſan-
cta manutenenda ſtatutorum diſpoſitione, ac
ſua, & Collateralium Iuriſdictione, debeat Inhi-
bitionem à Capitaneo conceſſam moderari, dum
ad Senatorem pertinet curare, vt Statuta Vrbis
46 ſeruentur, ſic præciſè diſponente *Stat. Vrb. lib. 1.*
cap. 7.

De Suſpicione fugæ. CAP. XCVIII.

Aſſerenti aliquem ſuum debitorem fugam parare, ſiuè illum ſibi de fuga ſuſpectum eſſe, mandatum de capiendo non concedatur, niſi extraiudicialiter de credito ſuo, Iudicis arbitrio docuerit, ac ſuo iuramento debitorem bona immobilia in Vrbe, vel eius Diſtrictu non habere affirmauerit, & ſi obligationis dies non venerit, de deterioratione conditionis docuerit, & tunc mandatum de capiendo debitorem, & eum ad præſentiam Iudicis adducendo, relaxetur, qui Iudex, vt ſibi videbitur, creditori prouideat. Mandati verò, & executionis impenſa per creditorem ſine ſpe repetitionis fiat, ſed ſi reum citari fecerit ad cauendum, & in illius contumaciam ipſum de fuga ſuſpectum iurauerit, quod hoc caſu ſufficiat, tunc niſi debitor docuerit ſe poſſidere in Vrbe, vel Diſtrictu immobilia, vel mobilia, quæ de facili amoueri non poſſint, æquiualentia tamen, vel dato idoneo fideiuſſore de ſtando Iuri, & ſe repreſentando cauerit, mandatum contrà eum relaxetur, & ipſe reus propter ipſius contumaciam

ad expenſas omnes teneatur. Quandocumque autem reus ipſe de ſtando iuri, & ſe repreſentando cauerit, illicò relaxetur, & cauſa inter eos prò illius qualitate terminetur.

ARGVMENTVM.

Materia mandati ſuſpicionis fugæ plenè diſcutitur, quando nec ne, & cum quibus probationibus relaxari poſsit, tàm contra debitorem exiſtentem in actuali fuga; quàm contrà ſimpliciter de fuga ſuſpectum, & tam ex diſpoſitione Iuris communis, quam Statuti Vrbis, ac Reformationis Pauli V.. Vt tale mandatum relaxari poſſit requiritur creditum liquidum ſummariè, & extraiudicialiter probatum, & quando dicatur tale, vel potiùs illiquidum. An poſſit relaxari prò redditione rationis; an prò ſumma modica, & quæ talis dicatur, & quid in hoc ſeruet praxis in Vrbe, prçcipuè in Foro Capitolino. Quando illud obtineri poſſit prò credito conditionali, vel prò ſuſpenſo per appellationem, ſi immineat fuga debitoris. Prò tali mandato obtinendo requiritur ſpeciale mandatum, & quando ſufficiat generale, & ex quibus verbis cenſeatur datum mandatum ſpeciale, ac ſuffici ens. Deterioratio conditionis debitoris quando ſit neceſſariò probanda, & quando debitor in propoſito dicatur fugitiuus. In pluribus caſibus mandatum ſuſpicionis fugæ non debet concedi, & conceſſum reuocatur. Suſpectus de fuga poteſt capi de nocte, in diebus feſtiuis, in domo propria, & in Nundinis, ſi ſit in actuali fuga, & etiam à Iudice incompetenti, & quando ſecus. Captura nulla, vel exceſſiua ſequuta vigore mandati ſuſpicionis fugæ, quando ob iuſtitiam debeat nec nè confirmari, vel potiùs reuocari cum condemnatione in expenſis. Cautio iuratoria ad mandatum ſuſpicionis fugæ euadendum non ſufficit; & quando per cautionem approbetur captura nulla; & an cautio debeat præſtari de iudicatum ſoluendo, vel ſolùm de repreſentando.

SVMMARIVM.

1 *Mandata ſuſpicionis fugæ in Vrbe quomodò relaxentur.*

2 *Mandatũ ſuſpicionis fugæ, vt relaxari poſſit requiritur creditum liquidum ſummariè probatum arbitrio Iudicis, & n 5.14.16.& 17.*

3 *Creditum prò obtinendo mandato ſuſpicionis fugæ probatur etiam ex ſcripturis priuatis, & num.6.*

4 *Creditum probatur etiam ex teſtibus examinatis non citato debitore.*

7 *Recognitio ſcripturæ priuatæ prò mandato ſuſpicionis fugæ obtinendo quando requiratur, & n.8.*

9 *Creditum canonizatum per ſolas deciſiones Rotales ſufficit prò obtinendo mandato ſuſpicionis fugæ.*

10 *Debitor, quando eſt in actuali fuga, tunc probatio crediti admittitur etiam cum ſolo iuramento creditoris & n.11.& 12.*

13 *Creditum poſt capturam debet plenè iuſtificari.*

15 *Captura cum mandato ſuſpicionis fugæ debet iuſtificari ex deductis ante, & non poſt capturam.*

17 *Captus cum mandato ſuſpicionis fugæ debet duci ad præſentiam Iudicis.*

18 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non poteſt relaxari prò credito illiquido, & incerto. & n.19., & 20.*

21 *Credito probato in ſubſtantia, & in genere, illius quantitas probatur iuramento ad effectum obtinendi mandatum ſuſpicionis fugæ.*

22 *Tutores, Curatores, Adminiſtratores, Exactores, ac Æconomi non poſſunt allegari ſuſpecti prò certa ſumma antè diſcuſſas rationes, & n.23.*

24 *Fallit ſi petatur aſſecuratio pro redditione rationis in genere, & nu.25., & 28., & de ratione n.26., & 37.*

29 *Non datur mandatum ſuſpitionis fugæ prò credito ſuſpenſo per ſuperſeſſoriam Iudicis.*

30 *Nec pro credito, de quo conſtat per ſententiam, à qua fuit appellatum.*

31 *Fallit ſi poſt appellationem ſuperueniat timor fugæ, & n.33.*

32 *Creditum non requiritur omninò certum, & liquidum, quando debitor eſt in actuali fuga.*

34 *Præſcriptio credito non competit prò illo mandatum ſuſpicionis fugæ, & quando ſecus n.35.*

36 *Mandatum ſuſpicionis fugæ poteſt relaxari pro credito in diem, ſi ſuperueniat deterioratio debitoris.*

37 *Mandata ſuſpicionis fugæ non relaxantur contrà filios familias nulliter obligatos, & quando ſecus n.38.*

39. *Nec contrà Mulieres, vel Minores obligatos nulliter ſine ſolemnitatibus* Stat. 151. Vrb. lib.1. *& quando ſecus n.40.*

41 *Confeſſio extraiudicialis in Vrbe emiſſa abſente parte non probat.*

42 *Confeſſio extraiudicialis de iure ciuili facit ſemiplenam probationem.*

43 *Confeſſio geminata probat etiam de iure ciuili.*

44 *Credito probato per teſtes ſuper confeſſione extraiudiciali ritè relaxatur mandatum ſuſpicionis fugæ, & n.45.*

46 *Confeſſio extraiudicialis emiſſa parte abſente probata per duos teſtes probat de iure canonico.*

47 *Iuramentum ſuper ſuſpicione fugæ requiritur, quod ſit præſtitum à principali, vel procuratore cum mandato ſpeciali.*

48 *Iuramento prædicto deficiente mandatum ſuſpicionis fugæ cum ſucceſſiua captura corruit.*

49 *Tale iuramentum præſtari poteſt etiam cum mandato cum libera.*

50 *Mandatum generale ad lites ſufficit.*

51 *Contraria opinio refertur, quod non ſufficiat mandatum generale, n.52.*

53 *Mon-*

53 *Mandatum generale ſufficit, ſi dabitor ſit in actu fugæ.*

54 *Dato mandato ad ſuſcipiendum mandatum ſuſpicionis fugæ contrà aliquem cenſetur data facultas præſtandi iuramentum ſuper ſuſpicione, & nu.56.*

55 *Mandatum ſuſpicionis fugæ obtentum ſine mandato ſpeciali ad iurandum ſuſpectum de fuga eſt nullum.*

57 *In mandato veniunt ea omnia, ſine quibus mandatum adimpleri non poteſt, & n.58.*

59 *In mandato veniunt per camprehenſionem maiora expreſſis, quando aliàs mandatum remaneret inutile.*

60 *Mandatum ſpeciale, ſed non indiuiduum requiritur ad obtinendum capturam.*

61 *Paria ſunt aliquid fuiſſe expreſſum, vel neceſſariò intelligi.*

62 *Mandatum licèt ſtricti Iuris extenditur, quoties illius verba ſunt apta nata comprehendere id, de quo quæritur.*

63 *Connexa, ac dependentia volita à mandante veniunt in mandata, licet non expreſſa.*

64 *Captura non poteſt abtineri à procuratore ſine ſpeciali mandato, quia dominus poteſt cadere in pœnam.*

65 *Dominus prò geſtis à procuratore poteſt cadere in pœnam, quoties geſta virtualiter comprehenduntur in mandata.*

66 *Ratificatio æquipollet mandato etiam in illis, quæ requirunt ſpeciale mandatum.*

67 *Captura, de qua in voto, fuit declarata valida à Congregatione Viſitæ carceratorum.*

68 *Iuramentum ſuper ſuſpicione fugæ debet in actis tactis ſcripturis præſtari, & n.69.*

70 *Iuramentum ſuper ſuſpicione, & aliud ſuper quantitate debiti præſtari debet, quando de debito plenè non conſtat.*

71 *Deterioratio debitoris poſt contractum debitum debet probari in obtinendo mandato ſuſpicionis fugæ.*

72 *Debitor obæratus de tempore contracti debiti non poteſt allegari ſuſpectus de fuga & n.74.*

73 *Deteriorатia debitoris debet plenè probari poſt obtentam capturam.*

75 *Deterioratio debitoris probatur ex latitatione eiuſdem, & quod proprijs creditoribus non poteſt ſatisfacere.*

76 *Deteriaratio ceſſat, ex quo debitor poſt contractum debitum plura ſtabilia acquiſiuit.*

77 *Deterioratia de ſtylo Vrbis non probatur, ſed mandatum ſuſpicionis fugæ docto de credito conceditur cum ſolo iuramento ſuper ſuſpicione, & n. 85. in fine.*

78 *Deterioratio de Iure, quando periculum eſt in mora, probatur ſolo iuramento.*

79 *Deterioratio non eſt probanda, quando in tempore debitum non fuit ſolutum.*

80 *Debitor dicitur in actu fugæ, tam quando fugit, quàm quando ſe præparat aa fugam, & quando latitat, & n.81.*

82 *Debitor dicitur ſuſpectus de fuga, ſi ſit pluribus debitis implicitus, & apothecam clauſerit.*

83 *Pariter non poſſidens ſtabilia in loco, vbi conuenitur.*

84 *Fugitiuus non dicitur debitor, qui non latitat, ſed omnibus ſe exhibet.*

85 *Suſpectus vt debitor allegari poſſit, requiritur creditum liquidum, quod non poſſideat ſtabilia in loca, ac deterioratio illius poſt contractum debitum.*

86 *Carceratus cum mandato ſuſpicionis fugæ, ſi non ſit ductus antè cancerationem ad præſentiam Iudicis, excarceratur, & n.87.*

88 *Suſpectus de fuga allegari non poteſt poſſidens ſtabilia ſuperantia valorem debiti.*

89 *Secùs ſi poſſideat bona modici valoris, & non æquiualentia debita, & n 90.*

91 *Ex ſtatuto Vrbis bona ſtabilia debent eſſe equiualentia debito.*

92 *Mandatum ſuſpicionis fugæ ſolet concedi contrà poſſidentem ſtabilia intricata, & n.93.*

94 *Saluus conductus, ſiuè non grauetur aduersùs mandata ſuſpicionis fugæ ob poſſeſſionem ſtabilium non conceduntur non citata parte & n.95.*

96 *Non grauetur prò modico debito, pro quo non intrat captura, poteſt concedi ex poſſeſſione, etiam non citata creditore.*

97 *Loca Montium habentur prò ſtabilibus.*

98 *Ex locorum Montium poſſeſſione non euitatur mandatum ſuſpicionis fugæ, ſi literæ patentes non ſint attergata pro cautione, & n.99.*

100 *Poſſeſſio Cenſuum in debitore facit, quod non poſſit allegari ſuſpectus de fuga, ſed declara vt n. 101.*

102 *Debitor prò fructibus cenſus non poteſt allegari ſuſpectus.*

103 *Emphyteuta poſſidens dominium vtile non poteſt allegari ſuſpectus.*

104 *Nec dominus directus poſſidens dominium directum.*

105 *Maritus poſſidens fundum dotalem non poteſt allegari ſuſpectus.*

106 *Hebrei poſſidentes ius Gazaga non poſſunt allegari ſuſpecti, ſed contrarium n.108.*

107 *Ius Gazaga inter Hebreos, eſt ius Inquilinatus.*

109 *Vſufructuarius poteſt allegari ſuſpectus de fuga.*

110 *Fallit ſi vſusfructus ſit pinguis, & agatur de modico debito.*

111 *Poſſeſſio ſtabilium in debitore, adhoc vt illum eximat à mandato ſuſpicionis fugæ, debet eſſe in loco debiti, vel eius diſtrictu.*

112 *Forenſis, ac Peregrinus in Vrbe non poteſt allegari ſuſpectus, ſi poſſideat ſtabilia in ſua Patria.*

113 *Forenſis poteſt allegari ſuſpectus extrà Patriam, ſi per pactum ſe obligauerit, quod vbique poſſit allegari ſuſpectus.*

114 *Mobilium poſſeſſio, ſi ſint in magna quantitate, & faciliter amoueri non poſſint, facit, vt debitor non poſſit allegari ſuſpectus.*

115 *Secùs ſi ſint modici valoris, & de facili amoueri poſſint, & n.116.*

117 *Mobilia de facili amoueri, & diſperdi poſſunt.*

118 *Iudex debet eſſe cautus, ne ob poſſeſſionem mobilium deneget mandatum ſuſpicionis fugæ, & n.119.*

120 *Suſpectus de fuga non poteſt allegari debitor, qui dedit fideiuſſorem, vel alium coobligatum.*

121 *Fallit ſi creditori ſint etiam ſuſpecti correi, & fideiuſſores, & tales illos in actis allegat.*

122 *Socij prò debito ſociali tenentur in ſolidum.*

123 *Socius vnus non poteſt ſolus allegari ſuſpectus.*

124 *Creditor habens pignus debitoris in manibus non poteſt illum allegare ſuſpectum de fuga.*

125 Secùs ſi ſuper pignore ſit mota lis per creditorem anteriorem.

126 Creditor non tenetur exhibere pignus mobile ſi ſibi non caueatur, quod erit ſatisfactus de ſuo credito.

127 Pignus ſi non ſit æquiualens debito facta illius reſtitutione poteſt pretendi mandatum ſuſpicionis fugæ.

128 Debitor prò paruo debito non poteſt allegari ſuſpectus.

129 Summa modica dicitur arbitrio Iudicis, ſi non intrat captura.

130 In Vrbe etiam prò modicis debitis dantur mandata ſuſpicionis fugæ.

131 Mandata ſuſpicionis fugæ extrà caſum actualis fugæ non ſic de facili ſunt concedenda, & n. 132., & 133.

134 Iudices non tenentur de proprio, ſi non conceſſerunt mandata ſuſpicionis fugæ, quoties debitor non ſit in actu inſtantis fuge.

135 Mandatum ſuſpicionis fugæ, ſi non adſit obligatio Cameralis, non datur contra debitorem debitoris & n. 136.

137 Non datur fauore ceſsionarij non intimata priùs ceſsione debitori ceſſo.

138 Fallit ſi debitor ceſſus habuit notitiam ceſsionis, vel ſoluere cæpit ceſsionario, & 139.

140 Non conceditur pro credito nouato, ac extincto.

141 Non conceditur contrà Clericum, qui non tenetur cauere, niſi per cautionem iuratoriam.

142 Fallit ſi ſit in actuali fuga.

143 Fallit quoquè, ſi Clericus ſit debitor ex cauſa adminiſtrationis.

144 Clericus coniugatus poteſt allegari ſuſpectus, ſed non coram Iudice layco ad effectum illum carcerandi.

145 Clericus coniugatus ad hoc nè poſsit allegari ſuſuſpectus quid probare debeat, & n. 146.

147 Non datur mandatum ſuſpicionis fugæ contrà hæredem, & quando ſecus n. 148.

149 Hereditas iacens non poteſt allegari ſuſpecta de fuga, ſed prouidetur per deſcriptionem, & depoſitum, vel alio modo, & n. 150.

151 Non relaxatur contra perſonas illuſtres, ac nobiles, & quando hoc non practicetur n. 152. 153. & 145.

154 Cardinalis de Luca Auditor San. mem. Innocentij XI, laudatur.

156 Non relaxantur contrà illos, quibus competit beneficium deducto ne egeat.

157 Fallit ſi tali beneficio quis fuerit à iure priuatus & n. 158.

159 Reconueniri debitor non poteſt vigore mandati ſuſpicionis fugæ.

160 Quando debitum vigore reconuentionis petitum eſt maioris ſummæ, datur mandatum ſuſpicionis fugæ.

161 Debitor, & reſpectiuè creditor ſi eadem die citauerint ad cauendum, debet concedi aſſecuratio vtrique parti.

162 Non conceditur mandatum ſuſpicionis fugæ contrà debitorem priùs conuentum ſeru. ſeru., niſi ſuſpicio fugæ ſuperuenerit.

173 Idem ſi ſer. ſer. actum fuerit ſine præiudicio mandati ſuſpicionis fugæ.

164 Suſpectus de fuga capi poteſt etiam in diebus feſtiuis in honorem Dei.

165 In ferijs tamen ſanctiſſimæ Natiuitatis, ac Reſurrectionis Redemptoris Romæ non exequuntur ſine licentia Gubernatoris Vrbis, A. C., vel Senatoris.

166 Suſpectus de fuga quis capitur in domo propria.

167 Etiam de nocte.

168 Etiam in publicis Nundinis.

169 Intellige ſi ſit in actuali fuga, & n. 172.

170 Intellige etiã ſi agatur de debito contracto in Nundinis, & n. 171.

173 Mandata ſuſpicionis fugæ exequuntur non obſtante quouis reſcripto, ac non grauetur.

174 Iudices in Romana Curia non reaſſumunt cauſas ab alijs Iudicibus ad retardanda mandata ſuſpicionis fugæ.

175 Debitor exiſtens in actu fugæ, poteſt capi etiam propriâ authoritate, & per Iudicem incompetentem ad effectum illum remittendi ad Iudicem competentem, & n. 176.

177 Contrarium eſt verius ſi non agatur de exiſtente in actu fugæ, ſed de ſimpliciter ſuſpecto.

178 Clericus exiſtens in actu fugæ poteſt capi ab ipſo creditore layco, ad effectum illum recta via ducendi ad Iudicem Eccleſiaſticum.

179 Debitore exiſtente in actuali fuga poteſt contra illum obtineri mandatum ſuſpicionis fugæ coram Iudice, licet lis pendeat coram alio, & n. 182.

180 Declara ſi non poſſit faciliter adiri Iudex, coram quo cauſa pendet.

181 Secùs ſi poſſit adiri, nam tunc committerentur attentata.

183 Captura debitoris vti ſuſpecti ſi eſt nulla poteſt confirmari, ſi denuò eſſet concedenda, & n. 186.

184 Intellige ſi deficiat aliquod accidentale ſecus ſi ſubſtantiale, quia non adſit probatio crediti, & n. 185.

187 Intellige etiam quando debitor eſt in actuali fuga, tunc enim ex poſt poſſunt fieri probationes.

188 Vel ſi ageretur de debitore diuerſi Principatus.

189 Captura exceſſiua ſuſtinetur prò ſumma verè debita, præcipuè inter Mercatores, & ſi Iudex procedit ſola facti veritate inſpecta, & n. 190.

191 Contrarium ſeruatur Romæ cum captura vigore mandati etiam ſuſpicionis fugæ exceſſiui non ſuſtineatur prò ſumma debita, & num. 192. 193., & 194.

195 Captus nulliter poteſt retineri prò vero debito.

196 Concluſio non procedit in captura nulla ex capite exceſſus.

197 Captura ex capite exceſſus etiam minimi eſt nulla.

197 Libris publicis Depoſitariæ Vrbanæ credendum eſt.

199 Captura non poteſt ſuſtineri ex probationibus factis poſt capturam.

200 Captura ſi declaratur nulla corruit obligatio fideiuſſoris data pro obtinenda excarceratione, & Creditor condemnatur in expenſis.

201 Creditor declarata nulla captura non auditur, niſi priùs refectis expenſis, damnis, & intereſſe, & n. 202.

203 Expenſas mandati, & capturæ ſuſtinet creditor, ſi mandatum ſuſpicionis fugæ fuit obtentum non citato debitore.

204 Secùs ſi debitor fuit citatus.

205 Vbert. de Citat. cap. 14. n. 123. reprobatur.

206 Captus nulliter cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxa-

Digitized by Google

laxatur non obſtantibus Arreſtis.

207 Arreſta in Vrbe contra carceratos non poſſunt fieri cum mandatis ſuſpicionis fugæ.

208 Captus domi, vel in diebus feſtiuis cum mandato ſuſpicionis fugæ non poteſt arreſtari in die feſtiuo cum mandatis fer. fer. relaxatis.

209 Contraria opinio refertur cum ratione.

210 Prima opinio in praxi recipitur, & quando secùs n.211.

211 Captus cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxatur cum ſola cautione iuratoria.

212 Contraria opinio refertur, & vti magis vera recipitur & n.213., & 214.

215 Debitor dans cautionem de ſe repræſentando non approbat capturam nullam, etiamſi non proteſtetur de nullitate.

216 Refertur Fenzonius contrarium tenens.

217 Prima opinio recipitur vti verior, & n. 218. 219., & 220.

221 Cautio, quæ præſtatur in Curia Capitolina à capto cum mandato ſuſpicionis fugæ eſt ſolum de ſtando iuri, & repræſentando.

222 Scannarol. de Viſit.Carcer.lib.3. §.8. cap.4. & n. 14. ad 16. contrarium tenens reycitur, & n.223.

224 In alijs verò Tribunalibus, & præcipuè A. C. datur cautio de iudicatum ſoluendo, & idem de iure n.225.

226 Cautio debet dari coram Iudice, à quo emanauit captura, & damnatur ſtylus contrarius.

227 De materia mandati ſuſpicionis fugæ vide DD. cumulatos remiſſiuè.

MAteria, de qua diſponit Statutum hìc eſt in
foro frequentiſſima, & Romæ præcipuè in
dies contingit de illa diſceptari, quia cum ſit
plena Forenſium, Aulicorum, Curialium, Famu-
lorum, & Artificum, qui non ſemel contractis
debitis, ſignanter ex cauſa pretij panis, vini,
carnis, veſtimentorum, penſionum domorum,
ac ſimillium rerum, dum ob deficientem pecu-
niam ampliùs ſe ſuſtinere nequeunt, vel fugam
ab Vrbe arripiunt, vel intus Eccleſias, ac alia
loca tuta ſe recipiunt; hinc vt creditoribus con-
trà ſimiles debitores fidem fallentes ſic in tempo-
1 re conſultum abſque litigio, docto ſummariè de
credito, ac iurato ſuper ſuſpicione fugæ, ac me-
tu dilapidationis bonorum, relaxantur mandata
ſuſpicionis fugæ, cum quibus carceribus manci-
pantur, vel fit executio realis ſuper mobilibus,
quatenùs reperiantur, & non ſequitur debitorum
excarceratio, nec pignorum reſtitutio, niſi aſſe-
curato iudicio per cautionem.

Cumque cauſas in foro agens, & poſteà ius
in varijs Vrbis Subſellijs reddens plura ſuper hac
materia, quando nec nè debitores poſſint allega-
ri ſuſpecti adnotauerim, hinc ad ornatum
præſentis Statuti, vbi de eadem materia diſponi-
tur, plura hic ponere decreui.

Et primò aduertendum, quod ad validitatem
2 mandati ſuſpicionis fugæ requiritur ſummaria
probatio crediti liquidi, vt ſancitum fuit in Re-
format. Tribunal. Vrb. per Paulum V. eius Conſt. 71.
Rubr. de Iudicibus in cauſ. Ciuil. §. mandata ſuſpi-
cionis fugæ 16. ibi – non concedatur &c. niſi conſtito
in actis ſummariè de credito liquido – & conſonat
Statutum noſtrum hic, vbi vlterius fuit dictum
ſufficere, quod creditor extraiudicialiter de ſuo
credito Iudicis arbitrio doceat, & ſuper eodem
Statuto hoc aduertit Rot. deciſ. 62. n. 1. p. 4. tom. 2.
recen., & de iure hoc idem probat Rolan. conſ. 65.
n. 15. lib. 3. cum alijs in Bononien. Aſſecurationis Iu-
dicij 20. Decembris 1686. §. creditum inquam coram
bon. mem. Rondinino, Epiſcop. Zaul. poſt hæc ſcripta
in lucem editus ad Stat. Fauent. tom. 1. lib. 3. Rubr. 4.
num. 2.

Vndè ſat eſt, quod de credito doceatur per
teſtes ad perpetuam memoriam examinatos, &
parte etiam non citata, ex apochis, ſchedulis,
ac ſcripturis priuatis ſcriptis, vel ſubſcriptis per
debitorem, ac etiam ex partitis librorum mer-
3 catorum, vel artificum, qui ex Statutis, priuile-
gijs, vel conſuetudine faciant fidem Bottin. ad Stat.
Genuæ lib. 6. cap. 6. §. debitor n. 2. & 3., Vbert. de
citat. cap. 7. n. 167.: nam ſi requireretur plena pro-
batio per teſtes formiter examinandos citata
parte, vel per recognitionem ſimili modo fa-
ciendam, actum eſſet de creditis, quia dum
4 parantur probationes, citato debitore hic inſtrue-
retur ad fugam, & creditoribus non eſſet con-
ſultum, vt benè aduertit Caſtrenſ. conſ. 474. lib. 1.
Berlicch. concluſ. 73. n. 46. p. 1. Vilof. de debitor. ſu-
ſpect., & fugitiu. cap. 19. §. 4. n. 83. & infrà vſque
ad n. 92. Io. Franc. Balthaſſar. pract. reſol. tit. 13. re-
ſol. 2. n. 17. §. ſecundum requiſitum Bottin. vbi proxi-
mè n. 4. plenè Manſ. conſult. 417. n. 3. & ſeq., vbi
5 quod ſufficit ſummaria probatio crediti, & quod
poſt aſſecurationem iudicij cum cautione debet
fieri concludens probatio, & non priùs, ne aliàs,
dum probationes exactiores exquiruntur, debi-
tor aufugiat, & non diſſentit R. P. D. Anſald.
poſt hæc ſcripta viſus de commerc., & mercatur;
diſcurſ. 77. n. 20. & 21.

Et quod ſufficiant priuata chyrographa, ac
6 ſcripturæ ad obtinendum mandatum ſuſpicionis
fugæ Genu. de ſcriptura priuata lib. 1. qu. 4. n. 182.,
& ſequitur Vilof. dict. §. 4. n. 96. in fine, qui addit,
quod tali caſu ſcripturæ priuatæ, nec ſunt reco-
gnoſcendæ; ſed quoad recognitionem ſumma-
7 riam, & extraiudicialem non citata parte contra-
rium eſt verius, & ſeruatur in Vrbe, cum ſine tali
recognitione ex mæra ſcirptura priuata non ſo-
leant concedi mandata ſuſpicionis fugæ, nam
aliàs de facili poſſet quis prò obtinenda captura
confingere, & exarare ſcripturam ſub nomine
8 alicuius, tanquam debitoris, etiam propria ma-
nu ipſius ſcribentis contra ſanctionem de qua in l.
exemplo 7. C. de probat., & in proximis terminis
Cyriac. contron. 464. n. 20.

Pròvt ad effectum obtinendi mandatum ſuſpi-
cionis fugæ ſufficit creditum canonizatum per
9 ſolas deciſiones Rotales, licèt ſententiæ ſuper i-
ſtis non fuerint ſubſequutæ Rot. deciſ. 742. n. 15. p. 4.
tom. 3. recen., quæ eſt coram Coccin. deciſ. 2216.

Benè verum eſt, quod cum ex Statuto hìc ſuf-
ficiat extraiudicialis probatio crediti arbitrio Iu-
dicis, hinc ſi agatur de debitore, nè dum ſuſpe-
cto de fuga, ſed qui ſit in actuali fuga, tunc ne
dum quæruntur teſtes prò habenda extraiudi-
ciali recognitione, debitor profugus ſe ponat in
tutum crederem, quod Iudex poſſit arbitrari ca-
pturam ex ſcripturis priuatis etiam non recogni-
10 tis, ſed medio iuramento creditoris aſſerentis,
ſcripturam eſſe ſcriptam manu debitoris ex fir-
matis

matis per Rot.deciſ.2216.n.11.cum duob.ſeq.coram
Coccin., & conferunt tradita per Cardin.de Luc.de
credit., & debit.diſc.113.n.5., & 6., & per Manſ.
conſult.forenſ. 417. n.5., vbi quod ſi periculum ſit
11 in mora poſſit Iudex ſuum arbitrium interponere
pro relaxatione mandati ſuſpicionis fugæ ex ſolo
credito probato cum iuramento Creditoris, Zaul.
dict. Rubr.4. n.5., Io.Franc. Balthaſſar. alleg.reſol.
2.n.17.§.& quamuis, & §.verum quia; & ſic non
ſemel dum Iudex eram practicaui; & faciliùs ſi
cum tali Iuramento concurrebat vnus teſtis ſu-
per recognitione manus, nam quando debi-
tor eſt in actuali fuga, non poteſt creditor ità
promptè habere Inſtrumenta, ſcripturas, teſtes,
& alia documenta neceſſaria ad probandum ſuum
creditum, vndè debet admitti tale iuramentum
creditoris ſuper ſuo credito, quod iuramentum
12 eſt diuerſum ab alio, quod copulatiuè præſtari
debet ſuper fugæ ſuſpicione, vt notant Cyriac.
contron.464. n.19., de Luc.allegat, diſcurſ.113.n.6.;
& quando ex imperfectis probationibus creditum
13 fuit iuſtificatum, & prò eo conceſſa captura, de-
bet poſt capturam plenè ac concludenter doceri
de credito, & de deteriotatione conditionis de-
bitoris iuxtà tradita per dictum de Luc alleg diſc.
113.. & Rota deciſ. 531. coram Buratt. Carol. de
Rub. de Confuſ.iur.cap.12. n.30. vbi ſubdit, quod
captura nulla ex defectu probationum ſuſtinetur
ex ſuperuenienti probatione crediti legitimè fa-
cta poſt debitoris carcerationem vigore mandati
ſuſpicionis fugæ, Viloſ.alleg. cap.19. §. 6.n.26.,
& ſeqq.

Et ex diſpoſitione dicta Reformationis Pauli V.
14 in allegato § mandata ſuſpicionis fugæ, adhoc vt
à Iudicibus Romanæ Curiæ poſſint relaxari man-
data ſuſpicionis fugæ, debet priùs omninò oſten-
di creditum liquidum, ſtantibus illis verbis Re-
formationis conceptis per ablatiuum abſolutum
mandata ſuſpicionis fugæ, non concedantur niſi con-
ſtito de credito, Scannarol.de viſit.Carcer.lib.3. cap.3.
15 §.8 n.13., vbi quod captura debet iuſtificari ex
deductis antè mandati ſuſpicionis fugæ relaxa-
tionem, & non ex nouiter deducendis Rot. in
Interamnen., ſeù Romana nullitatis mandati coram
Albergata apud dictum Scannarol.in appendic. nu.7.
fol.122., & deciſ. 401.n.9 p.15.recen., & aduertunt
Natt.conſ.420.num.18., Epiſcop.Zaul.dict. Rubr.4.
n.2.Thomat.deciſ.85.n.6.

Aduertendum tamen eſt, quod cum ex ſtatuto
hìc remiſſum ſit arbitrio Iudicis cognoſcere, an
creditum ſit probatum, tale arbitrium non fuit per
16 præfatam Reformat. Pauli V. ſublatum Fenzon.
hic n.3., & ſeq., & hæc eſt praxis Curiæ, nam cū de-
bitor captus vigore mandati ſuſpicionis fugæ in
vim dictæ Reformat. Paulinæ in alleg. §. mandata
ſuſpicionis fugæ non ducatur directo ad carceres,
ſed debeat priùs duci ad præſentiam Iudicis, qui
relaxauit mandatum, & coram eo poſſit dedu-
cere exceptiones non probati crediti, vel alias ip-
ſi competentes prò retardanda executione man-
dati ſuſpicionis fugæ, vndè idem Iudex manda-
ti audit debitorem captum antè carcerationem,
& pro ſuo prudenti arbitrio diſcutit, an adſit
17 creditum, & an exceptiones appoſitæ per captum
vti ſuſpectum ſint releuantes, nam ſi tales ſunt
mandat illum dimitti, & quod non ducatur ad
carceres, ſi verò illas reperit irreleuantes man-
dat duci ad carceres, vt notant Ridolphin. in
prax.p.1.cap.14.n.45.& 46., & Caſtald. conſult.83.
num. 9.

Cum ex diſpoſitione iuris, Statuti hic, & Re-
formationis Pauli V. requiratur prò ſubſtantia
mandati ſuſpicionis fugæ probatio crediti certi,
& liquidi, Fontanell. deciſ.234. num. 12. Theſaur.
deciſ. 120. num. 2. Rot. deciſ. 531. num. 1. deciſ.
595.n.3. deciſ.653.n.4.coram Buratt., & deciſ.354.
n.5. p.14.recen., ideo non poteſt relaxari pro cre-
18 dito illiquido, & incerto, & ſi de facto fuerit
conceſſum, & relaxatum eſt nullum, & venit re-
nocandum Rolan. conſ 65. n.18., & 19. lib.3., Ri-
poll de Magiſtrat log mariſ.cap.7.n.11., & ſeq. idem
in praxi Iudic.Vicarij Barchinon. Rubr. 7. n.18. poſt
praxim Peguer. Theſaur.deciſ.220. n.2., & 3., Fon-
tanell.deciſ.234. nu.12., Thomat. deciſ.76. fere per
tot., & deciſ. 85.n.6., & 7, Rot. deciſ.531. nu.1.,
deciſ.595 n.3., & deciſ.653. n.5. coram Buratt., in
recent.p.1.deciſ.478.n.1 ad.4, deciſ.354.n.5.p.14.,
& in Interamnen., ſeu Romana nullitatis mandati co-
ram Albergata nu.4. & 5. apud Scannarol. de viſit.
carcerat in appendic.fol.mihi 123., & in eadem cauſa
ſcribens Cardin.de Luc.de credit.& debit.diſcur.113.
& conſonat ad literam Reform. Pauli V loco mox ci-
tat. ibi -- Niſi conſtito in actis ſummariè de credito
liquido.

Ratio autem cur debeat conſtare de credito
certo, & liquido eſt palbabilis, & potens, quia
19 debitor credito liquidato poteſt remanere debi-
tor in adeò parua ſumma, prò qua non poſſit al-
legari ſuſpectus Ioſeph. Ramon. conſ.11.n.29., Vi-
loſ. de Debitor. ſuſpect. cap.19.§.2.n.107., & magis
præcisè Ripoll. alleg cap. 7. n.12. & dicta Rubr.7.
n.19.; & quia debitor ſtante illiquiditate crediti
20 non poteſt ſe eximere ab executione mandati ſu-
ſpicionis fugæ per cautionem, cum nemo velit fi-
deiubere, niſi ſciat ſummam certam, ad quam
eius fideiuſſio eſt extendenda, nam fideiuſ-
ſorem inuenire pro ſumma certa eſt difficile, ſed
pro ſumma incerta eſt impoſſibile, vel difficil-
limum.

Vndè ſi petatur mandatum ſuſpicionis fugæ
pro credito, de quo conſtat in genere, & in ſub-
ſtantia, non autem in ſpecie, vel in quantitate
certa, vt quia petatur pro pretio frumenti, vini,
carbonis, pannorum, vel mobilium, de quorum
venditione, & traditione conſtat per teſtes, vel
alias probationes, ſed ex illis non habeatur præ-
21 ciſa quantitas prætij, tunc prò liquidatione (cum
ſubſtantia crediti probata, illius quantitas probe-
tur iuramento Palm.Nepoſ.alleg.29.n.4. & 5. Rot.
deciſ.67.n 69., & 70.corā Arguell.) conſueuit in Cu-
ria, prout paſſim ipſe practicaui, præſtari à cre-
ditore petente mandatum ſuſpicionis fugæ parti-
culare iuramentum ſuper præciſa quantitate cre-
diti, vltrà aliud iuramentum diuerſum ſuper ſu-
ſpicione fugæ, quæ praxis viſa fuit rationabilis
etiam Congregationi Viſitæ, dum enim ſuper cre-
diti liquiditate Iudicis arbitrium à Reformatio-
ne non fuit ſublatum, quis negabit, poſſe Iudi-
cem, poſita ſubſtantia crediti benè probata, arbi-
trari illius liquiditatem per iuramentum credi-
toris, dum agitur ſolùm ad effectum aſſecurandi
iudicium, & creditum, ne alias dum paratur
ſcrupuloſa, & magis exacta liquidatio ſuper va-
lore rei, ac quantitate pretij rerum venditarum,
debi-

debitor cum fuga eludat creditorem, & Iu-
dicem.
Subſequitur ex prædictis videre, an poſſit rela-
xari mandatum ſuſpicionis fugæ pro certa ſum-
ma contrà Tutores, Adminiſtrarores, Procura-
22 tores, Æconomos, Socios, ac Exactores ante
diſpunctas eorum rationes, ex quo pro ſumma
illiquida tale mandatum non poteſt concedi;
hinc ſi contrà prædictos concedatur, illud non
ſubſiſtere tenent *Giarb. deciſ.15., Mut. deciſ.43. n.
22. 34. & 38., Fontanell. deciſ.234. per tot., Tho-
mat.* plenè *deciſ.76. & deciſ.85. n.10. & 11. & n.
28. cum duob. ſeq. Rot. deciſ.880. n.4. coràm Buratt.
& deciſ. 205. n. 4. ad 6. coram Otthobon.*, & plenè
Adden. ad deciſ. Rotæ p. 9. recen. in prefat. ad Iuris
Studioſos *n.71. ad 79. Zaul. dict. Rubr. 4. num.4.*,
& hæc opinio eſt fundata in eo, quia perſonæ præ-
dictæ antè diſpunctas rationes non poſſunt dici
debitores certi, quinimmò in redditione rationis
23 poſſunt etiam remanere creditores; & quia poſ-
ſunt remanere debitores in ſumma adeò exigua,
vt pro illa non poſſint dici ſuſpecti, vt admonent
*Ramon. conſ.11. n.29. verſic. ratio eſt. Thomat. deciſ.
76. n.2. & ſeq.*
Alij verò contrariam ſectantur opinionem,
quæ videtur verior, & magis æqua, quod ſcilicet
Adminiſtratores antè redditam rationem tenean-
tur aſſecurare iudicium mediante cautione,
24 etiamſi non appareant in aliquo debitores certi,
quando non petitur aſſecuratio, & cautio pro
certa, & determinata ſumma, ſed generaliter ad
factum pro redditione rationis *Antonell. conſ. 1.
n. 20. & ſeq. Scannarol. de Viſitat. Carcerat lib. 3.
cap. 2. §. 8. n. 27. & 28.*, præclarè *Fontanell. deciſ.
235. n. 6. & infrà per tot. Zaul. alleg. Rubr. 4. n. 3.*
& cum hac diſtinctione proceſſit *Rota deciſ. 331. n.
17. & ſeqq. p. 16. recent.*, *& in Bononien. aſſecura-
tionis S. Maij. & 15. Iunij 1684. coram R.P.D.
Hernanult.* confirmata XI. *Decembris 1686. coram
R.P.D. Rondinino*, in quibus deciſionibus *Bono-
nien.* fuit firmatum, mandatum ſuſpicionis fugæ
relaxatum contrà Socium ad factum pro reddi-
tione rationis capitalis in certa ſumma poſiti in
25 ſocietate ſuſtineri, non liquidato prius, an ſo-
cietas eſſet nec ne in damno capitalis, ex quo
mandatum ſuſpicionis fugę datur ad aſſecurandũ
Iudicium, & non ad ſoluendum, & pro aſſecura-
tione redditionis rationis capitalis poſiti in ſo-
cietate, & habiti per ſocium debitorem ſuſpe-
ctum allegatum, non autem pro reſtitutione libe-
ra capitalis, quod poteſt eſſe deperditum, vel di-
minutum, vt aduertitur in dictis *deciſ. coram Do-
mino Hernanult.* nempè in prima §. *quia replicare*,
& in ſecunda *in §. parùm obſtante*.
Quæ ſecunda opinio videtur omninò tenenda,
dum eſt benè fundata, & ſummæ æquitati nititur,
ſi enim his caſibus creditor aſtringeretur oſten-
dere creditum liquidum, & certum, ad impoſſi-
26 bile arctaretur antè diſpunctas rationes, & in-
terim Socius, Adminiſtrator, Exactor, ac ſimiles
fugam arriperent, & actum eſſet de iuribus credi-
torum, vt doctè firmat *Fontanell. deciſ. 235. per
tot.*, cuius opinio licet non plenè ſatisfaciat *Ri-
poll. de Magiſtrat. Log. Mar. cap. 7. n. 27. & infrà*,
attamen ab ea non recedit, ſi adſit fugæ, & moræ
periculum, & ſignanter, quando ſumus in actu
fugæ, & ſic etiam ſentit *Zaul. dict. Rubr. 4. n. 5.*, &
hanc ſecundam opinionem vidi in praxi receptam
eam in Congregat. Viſitæ Carceratorum, quæ So-
cios, Adminiſtratores, & ſimiles captos cum
mandatis ſuſpicionis fugæ, noluit excarcerare,
quàm in Rota, præcipuè *in allegatis deciſionibus
Bononien. coram D.D. Hernanult.*, *& Rondinino*,
quam etiam in alijs Tribunalibus Iudicum Or-
dinariorum, quod præcipuè vidi ſeruatum in
27 quadam cauſa coràm b. m. Rauizza olim in
Tribunali Cardinalis Vicarij Vrbis Locumtenen-
te Ciuili, qui ſocium captum in actu fugæ præ-
paratæ cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxato
pro redditione rationis capitalis ſocietatis ſcu-
torum 2500. noluit excarcerare ſinè cautione.
Allegata verò pro prima opinione contraria
non officiunt, quia procedunt, quando contrà
Adminiſtratores, Socios, vel ſimiles perſonas pe-
teretur mandatum ſuſpicionis fugæ pro certa
ſumma antè diſpunctas rationes, & quod vti debi-
tores deberent cauere pro tali ſumma certa ſoluen-
da, cum tali caſu non poſſint dici debitores certi
ſummæ præciſæ, ac certæ *Fontanell. deciſ.34. n.10.
Zaul. alleg. Rubr. 4. n.4.*, ſecùs quando contrà il-
28 los petitur aſſecuratio in genere pro facto reddi-
tionis rationis, & hac diſtinctione conciliantur
contrariæ opiniones, vt oſtendit *Fontanell. deciſ.
235. per tot., & ſignanter n.16. & infrà*, vbi quod
poteſt peti, per adminiſtratorem fieri aſſecuratio-
nem ſuper eo, pro quo in redditione rationis po-
terit remanere debitor, & non diſſentit *Scannarol.
allegat. lib.3. cap.2. §.8. num.27. & 28.*, & ſic fuit
practicatum in dictis *deciſ. Bononien. coram Her-
nanult., & Rondinino*, in quibus fuit approbatum
mandatum ſuſpicionis fugę relaxatum contrà So-
cium ad factum pro redditione rationis capitalis
librarum 40. millium.
Ex quo pro mandato ſuſpicionis fugę obtinen-
do requiritur creditum liquidum, hinc non
competit pro credito, pro quo fuit obtentum
etiam mandatum executiuum, ſi aduersùs hoc à
Iudice fuerit conceſſa ſuperſeſſoria, cum ob hanc
ſuperſeſſoriam creditum euaſerit turbidum, &
29 illiquidum *Rota in alleg. Interamnen. ſeù Romana
nullitatis mandati coràm Albergato nu. 4. & 5. poſt
Scannarol. de viſit. carcer. fol. mihi* 123.
Nec competit pro credito, de quo conſtat per
ſententiam, à qua fuit appellatum, & appellatio
30 extitit commiſſa, cum tali caſu creditum ſit red-
ditum turbidum, & illiquidum per appellationem
Rota deciſ.478. n.1. & ſeqq. p.1. recen.
At ſi poſt appellationem ſuperuenerit noua
cauſa ſuſpicionis, & timoris fugæ, poterit abſque
31 vitio attentatorum, non obſtante appellatione, &
pendente lite etiam in Rota, non attenta turbi-
ditate, obtineri mandatum ſuſpicionis fugæ *Rot.
dict. deciſ. 478. num.4. p.1. recen.*, & plenius *deciſ.
742. n. 1. & infrà p. 4. tom.3.*; creditum namque
pro mandato ſuſpicionis fugæ, quando debitor
eſt in actuali fuga, non eſt neceſſe, quod ſit omni-
nò certum, & liquidum, ſed ſat eſt, quod poſteà
certificetur ampliùs *Rota dicta deciſ.742. n. 17. &
ſeqq., & n.25. p.4. tom. 2. recen.*; & quia licèt per
appellationem ſuſpendatur effectus ſententiæ, &
ſic creditum ab illa reſultans videatur redditum
illiquidum, attamen cum appellatio non tollat
ſententiam, & ſemper ſtet præſumptio pro illa,
non obſtante appellatione, ideo quando imminet
ſuga

fuga debitoris, non eſt æquum, quod ipſe debeat
gaudere priuilegio appellationis, adhoc vt non
teneatur aſſecurare Iudicium, cum ſuſpectus de
fuga ſit omnibus priuilegijs legalibus priuatus,
33 nec conueniens eſt, quod ſub clypeo appellatio-
nis ſugiat, & eludat creditorem *Lancellott. de at-
tentat. appell. penden. p.1. cap.12. limit.31. per tot.*,
Scannarol. dict. §.8. n.27., & habetur *ex dicta deciſ.
478. n.4. p.1. recen.*

An autem pro ſuſtinendo mandato ſuſpicionis
fugæ ſufficiat creditum, quod ex diſpoſitione
Iuris communis, vel ſtatuti eſt præſcriptum, vi-
detur dicendum, quod non, ſicut enim pro debi-
to per ſolutionem extincto non poteſt concedi
mandatum ob defectum crediti, ità pro debito
per præſcriptionem ſublato, cum præſcriptio
34 tantum operetur, quantum valet verus contra-
ctus, *Gamm. deciſ. Luſitan. 276. n.2. Surd. deciſ. 3.
n. 23.*, vbi etiam, quod per præſcriptionem mu-
tatur rerum ſtatus; at retenta concluſione prò
vera, illa non procedit, ſi aduersùs præſcriptio-
nem, vel competat reſtitutio in integrum, vel
35 probabiles adducantur rationes, quod illa non
cucurrit, his enim caſibus debet ſuſtineri manda-
tum, & ſi ſequuta fuit carceratio, non debet de-
bitor excarcerari, non aſſecurato prius iudicio,
cum creditum in ſubſtantia vigeat, & præſcrip-
tionis præſidium non ſit tutum, nec ſub illius
iniquo clypeo debet permitti, quod debitor au-
fugiat in perniciem creditoris.

Pro debito autem conditionali, & in diem,
cuius conditio adhuc non fuit purificata, poteſt
ex Statuto noſtro hic relaxari mandatum ſuſpi-
cionis fugæ, ſi superuenerit deterioratio debito-
36 ris, adhoc vt caueat de ſoluendo adueniente
die, & purificata conditione *Fenzon. hic n. 14. &
ſeqq.*, vbi quod idem procedit de iure *ad text. in
l. in omnibus ff. de iudic.*, & firmant *Cancer. var. re-
ſol. p.2. cap.10. n.11. & 18.*, *verſic. hinc debitor.*,
*Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr.23. n. 23. §. ſecundo
quæro, Conciol. ad Stat. Eugub. lib.2. Rubr.40. num.
10.*, *Vbert. de citat. cap.7. n.173.*, *Card. de Luc. de
Credit.*, *& Debit. diſc.112. n. 6.* pleniſſimè *Vlloſ.
de Debitor. ſuſpect. & fugit. cap.19. §.4. nu. 53. &
ſeq. Io: Franc. Balthaſſar. alleg. tit.13. reſol.3. n.1.
§. verum hiſce & ſeq.* (vbi etiam declarat con-
traria, ſubdit tamen, quod debitor in diem, vel
conditionalis, ceſſante cauſa fugæ, non poteſt al-
legari ſuſpectus) *Rota deciſ.742. n.16. p.4. tom.2.
recen.*, *& deciſ.653. n.5. & 6. coram Caualer.*

Mandata ſuſpicionis fugæ concedi non poſ-
37 ſunt, nec conceſſa ſuſtinentur in Vrbe ex defectu
crediti contrà filiosſamilias, qui ſine conſenſu
Patris in caſibus *à Stat. Vrb. 152. lib. 1.* non per-
miſſis ſe obligarunt, cum à tali ſtatuto obliga-
tiones filiorum ſamilias, etiam maiorum, & Cle-
ricorum declarentur nullæ; ſed in caſibus oc-
38 currentibus ſine cautione nolui relaxare filios
familias, vti ſuſpectos carceratos, ſi eorum obli-
gationes apparebant factæ vti à publicis negocia-
toribus, ac vti habitantibus ſeorſim à Patre, ac
profitentibus ſe gerere vti emancipatos, ac Pa-
tresfamilias, vel ſi ab extrà per creditores da-
bantur probabiles rationes, quod obligationes,
de quibus agebatur, non ſubiacebant dicto ſtatu-
to 152.

Idem dicendum de obligationibus factis à
39 minoribus, vel mulieribus ſine ſolemnitatibus
ſtatuti Vrbis *lib.1. cap.151.* cum nullæ ſint, & ex
illis non reſultet aliquod creditum ex eodem ſta-
tuto, vndè ex defectu crediti non poteſt relaxari
mandatum ſuſpicionis fugæ, & ſi de facto ſit re-
laxatum eſt reuocandum; ſolum contrarium eſ-
ſet dicendum, (ſed re benè perpenſa), ſi creditor
40 oſtenderet, mulieres, vel minores obligatos eſſe
publicos Mercatores, vel quod pecuniæ ex obli-
gationibus ſine ſolemnitatibus initis verſæ ſuot
in vtilitatem eorumdem minorum, & mulierum,
vel ſi ageretur de obligationibus, in quibus de
iure non requiruntur tales ſolemnitates, de quibus
dixi *in annot. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. Artic.
6.*, his namque caſibus non eſſet locus reuocatio-
ni mandatorum ſuſpicionis fugæ, niſi per mulie-
res, ac minores aſſecurato iudicio mediante
cautione.

Vidi quandoque prætenſum, eſſe reuocanda
mandata ſuſpicionis fugæ, ex quo relaxata vigo-
re crediti ſolùm probari per teſtes deponentes de
confeſſione extraiudiciali debitoris emiſſa abſen-
41 te creditore, & dicebatur, talem confeſſionem
Romæ, vbi obſeruatur Ius Ciuile *ex Stat. Vrb. lib.
1. cap.42.*, non probare, *Rot. deciſ. 214. num. 10.
& 11.*, *deciſ. 256. n.1. & infrà p.6. recen.*, *& de-
ciſ.487. nu. 13. coram Seraphin.* cum adductis per
Adden. ad Gregor. deciſ.408. n.5.; at ſuper hoc no-
lui adhærere reuocationi, quia talis confeſſio ex-
traiudicialis etiam de Iure Ciuili facit ſaltem ſe-
42 miplenam probationem, *Rota deciſ. 460. num.4.
p. 3. recen.*, *deciſ. 97. n.12. apud Poſt. de manut.*,
vndè cum verſemur in mandato ſuſpicionis fugę,
non eſt æquum, quod dum vlterior probatio tunc
non prompta exigitur, debitor aufugiat, & cre-
ditor ſuo iure fruſtretur, cum poſſit eſſe, quod
in progreſſu cauſæ in iudicio ſer. ſer. meliores
pareantur probationes, ac adminicula accedant
pro fulcienda confeſſione extraiudiciali; & ab-
ſque dubio, quando confeſſio eſt geminata, &
43 reiterata, tunc enim etiam de rigore Iuris Ci-
uilis probat *Ciroec. diſcept.78. num.58.*, *Rota deciſ.
228. n.3. p.4. diuerſ.*; prout probat, ſi cum teſte
deponente ſuper confeſſione extraiudiciali adſit
alter teſtis deponens ſuper negocio principali, &
ipſo facto, de quo agitur *Poſt. reſol.52. num.15.* ;
ratio autem, cur etiam ex credito probato per
44 dictam confeſſionem extraiudicialem ſuſtineatur
mandatum ſuſpicionis fugæ, eſt, quia an credi-
tum ſit probatum ad hunc effectum, per ſtatutum
hic remittitur arbitrio Iudicis, quod arbitrium
non fuit ſublatum ex dictis per Reformationem
Pauli V.; vndè dum plures teſtes perſæpè depo-
nunt ſuper debito confeſſato, & debitor eſt ſuſpe-
ctus de fuga, ſi ex tali confeſſione non poſſet peti
45 aſſecuratio, actum eſſet de iuribus creditorum;
& quia in progreſſu cauſæ poſſunt ſuperuenire
probationes, & adminicula confeſſionem huiuſ-
modi extraiudicialem fulcientia; & poſſum pro
certo dicere, quod vix quinque ex quinquaginta
cauſis, vbi actum fuit vigore confeſſionis extra-
iudicialis, Reus fuit abſolutus, cum ſemper ali-
quod adminiculum, ac aliqua alia probatio ſu-
peruenerit pro veritate confeſſionis.

Extrà verò Vrbem in Statu Eccleſiaſtico, & in
omnibus locis vbi ſeruatur Ius Canonicum nulla
cadit difficultas, quod de æquitate Canonica
credi-

Digitized by Google

creditum remaneat plenè probatum per confeſ-
46 ſionem extraiudicialem emiſſam abſente parte, &
per duos teſtes probatam, Gratian. cap. 919. n. 3.
& 4., Thomat. deciſ. 21. n. 6., & deciſ. 45. num. 3.,
Rot. deciſ. 4. n. 1. p. 2. diverſ., vbi de communi opi-
nione, & per Rotam ſeruari ſolita deciſ. 323. n. 15.
vbi pariter teſtatur de opinione Rotæ & deciſ.
704. n. 1. & 2. coram Amat. Dunozett.
Vltrà crediti exiſtentiam, & liquiditatem pro
47 obtinendo mandato ſuſpicionis fugæ requiritur
inſimul Iuramentum ipſius creditoris, vel procu-
ratoris ſpecialis ſuper ſuſpicione, & metu fugæ
Fontanell. deciſ. 230. n. 9., talique Iuramento de-
48 ficiente, mandatum cum executione, ac captura
ſubſecuta corruit, vt cauetur in Reformatione Pau-
li V. in ſepè allegato §. mandata ſuſpicionis fugæ,
& tenet Roman. conſ. 241. n. 11. Ruginell. pract. qq.
cap. 12. n. 15., Berliceb. concluſ. 74. n. 7. & ſeq., Vi-
loſ. de Debitor. ſuſpect., & fugit. cap. 19. §. 4. n. 11.
& 12. & n. 94., Rot. deciſ. 401. n. 6. ad 8. par. 15.
recen., & ſequitur R. P. D. Anſald. poſt hæc ſcripta
viſus de commerc. & mercatur. diſcurſ. 77. n. 8., &
Epiſcop. Zanl. alleg. Rubr. 4. num. 9., Carol. Rub.
hoc anno 1697. in lucem ęditus in tract. de confuſ.
Iur. cap. 12. n. 28.
Vel ad præſtandum tale Iuramentum requiritur
49 mandatum cum libera Ruginell. dict. cap. 12. n. 15.
in fine Viloſ. dict. num. 94. verſic. qui tamen credit.,
dict. Anſald. vbi proximè n. 10. ad 15.
At Rota deciſ. 401. num. 8. par. 15. recent. dicit
50 ſufficere etiam mandatum generale ad lites, &
hoc idem vult Scannarol. de viſitat. carcerat. lib. 3.
cap. 3. §. 8. n. 3., vbi ſubdit, quod ſufficit manda-
tum generale, ſi ratificatio ſubſequatur, Coler. de
proceſſ. execut. p. 2. cap. 2. n. 37. ad 55. & alij apud
Rub. allegat. cap. 12. num. 28. verſic. licet man-
datum.
Sed, quod non ſufficiat mandatum generale
51 Ruginell. dict. cap. 12. num. 15. verſicul. nec ſufficit,
vbi reſtatur de communi omnium ſententia Viloſ.
dict. §. 4. n. 94. verſic. nec ſufficit, Borgnin. deciſ. 1.
n. 47. p. 1.
Hæc ſecunda opinio videtur magis fundata;
52 ex quo per procuratoris Iuramentum, ſi hoc fal-
ſo præſtaretur, poſſet cadere dominus in pænam,
quod per generale mandatum fieri non poteſt ex
Roman. d. conſ. 241.
Prima tamen opinio poteſt procedere quando
debitor eſt in actu fugæ, & periculum eſt in mo-
ra, tunc enim debet admitti ad iurandum ſuſpe-
ctum procurator generalis ad lites, cum hoc caſu
53 poſſit etiam procurator ſimpliciter conſtitutus
ad exigendum obtinere mandatum ſuſpicionis
fugæ, licèt non habeat facultatem ſpecialem ad
iurandum Coler. de proceſſ. execut. p. 2. cap. 2. num.
37. & ſeqq., Conciol. ad Stat. Engub. lib. 2. Rubr. 40.
num. 13.
Proùt poteſt Procurator, habens literas ad ſu-
54 ſcipiendum mandatum ſuſpicionis fugæ, con-
trà certam perſonam, tale Iuramentum præſtare,
licèt in dictis literis non fuerit data ſpecialis fa-
cultas iurandi, ex quo enim fuit conceſſus ſpe-
cialis ordo allegandi de fuga ſuſpectum debito-
rem, per neceſſarium antecedens cenſetur attri-
buta facultas etiam iurandi, cum ſine tali Iura-
mento non poſſit haberi conſequens, hoc eſt man-
datum ſuſpicionis fugæ, vt plenè aliàs firmaui
particulari Voto, & à me iudicatum fuit appro-
batum à Congreg. Viſitæ Carceratorum, quæ non
arriſit nullitati capturæ pretenſæ, ex quo deficè-
ret in procuratore facultas iurandi, vt ex Voto ſe-
quentis tenoris.
Leo carceratus ad inſtantiam Alexandri
cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxato cum
Iuramento præſtito à Procuratore Alexandri
non habente in mandato ſpecialem faculta-
tem iurandi, ſed ſimpliciter obtinendi manda-
tum ſuſpicionis fugæ contrà Leonem pro certo
credito literarum cambij acceptatarum, petebat
55 excarcerari, ex quo captura ſequuta fuiſſet nul-
liter dum mandato ſuſpicionis fugæ obtento à
procuratore ſine facultate ſpeciali iuramentum
præſtandi ex Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 111.
n. 2. & 3. Viloſ. de fugitiu. cap. 19. §. 4. n. 94. ver-
ſic. nec ſufficit.
At ego prò validitate capturæ pronunciaui,
56 dum enim Alexander dedit ſpeciale mandatum
ad ſuſpiciendum mandatum ſuſpicionis fugę con-
trà Leonem, facultas iurandi, tanquam neceſſa-
rium antecedens, & pars eſſentialis mandati ſu-
ſpicionis fugæ, compræhenditur in mandato da-
to pro illo obtinendo Roman. conſ. 94. n. 9., Can-
cer. var. reſol. par. 2. cap. 14. nu. 98. & 99., Rot.
deciſ. 534. num. 5. & 6. par. 8. recen., coram Coccin.
deciſ. 1541. n. 8. & 9., & deciſ. 1621. n. 4. & 7., &
priùs coram eodem deciſ. 1536. num. 4., vbi ex dicto
conſ. 94. Romani firmat in mandato venire ea
57 omnia, ſine quibus res mandata impoſſibiliter,
vel difficulter expediri non poteſt, & in puncto
Rot. deciſ. 463. n. 2. in fine par. 4. recen., vbi quod,
58 qui dedit mandatum cum facultate ad aliquid
conſequens, pernecesſè videtur eamdem faculta-
tem dediſſe etiam ad gerendum omne antecedens
neceſſarium ad habendum illud conſequens, &
ſic dum Alexander dedit mandatum pro habendo
mandato ſuſpicionis fugæ contrà Leonem, cenſe-
tur dediſſe facultatem iurandi tanquàm neceſſariũ
antecedens tale mandatum ſuſpicionis fugæ.
Et talis facultas iurandi deducta ex verbis
mandati non venit per extenſionem, ſed per
comprehenſionem ex voluntate mandantis, nàm
aliàs mandatum ſuſpicionis fugę volitum à man-
59 dante, remaneret inutile, & inefficax, quo caſu
in mandato veniunt etiam maiora expreſſis. Cra-
vett. conſ. 274. n. 9. & 10., in puncto Alex conſ.
133. per tot. lib. 6., & benè Mantic. de tacit. & am-
bigu. lib. 7. tit. 14. n. 13. & 14., & tit. 15. num. 23.,
verſic. vel ſaltèm, & infrà, qui Alex. dict. conſ. 133.
nu. 10. firmat quod licèt ad obtinendam captu-
60 ram requiratur ſpeciale mandatum, non tamen
requiritur ſingulare, & indiuiduum, & facit opti-
mè R. P. D. Anſald. poſt hec ſcripta viſus de com-
merc. & mercatur. diſcurſ. 77. n. 14. & ſeqq., ideo-
que cum in noſtra hypotheſi adeſſet mandatum
ſpeciale ad obtinendum mandatum ſuſpicionis
fugæ, licèt in illo non eſſet facta indiuidua men-
tio iuramenti, adhuc ſub illo compræhendebatur
facultas iurandi, tanquam pars formalis eiuſdem
mandati ſuſpicionis fugæ, & quidem antecedens;
61 cum paria ſint aliquid fuiſſe expreſſum, vel ne-
ceſſariò intelligi, licèt expreſſio requireretur pro
forma. Gratian. cap. 445. nu. 20. Garon. var. reſol.
verbo Inſtrumentum n. 39. benè Cancer. var. reſolut.
p. 2. cap. 5. n. 169. in fine; vbi firmat, quod is, qui

habet mandatum ad faciendum certum contra-
ctum pro alio poteſt ſuper illo præſtare Iuramen-
tum, ſi aſſuetum eſt in contractu apponi, licèt aliàs
Iuramentum requirat ſpeciale mandatum.

Non obſtat quod mandatum ſit ſtricti iuris, &
non poſſit extendi vltra expreſſa, nam reſponde-
tur, quod quando verba mandati ſunt apta nata
62 comprehendere id, de quo quæritur, tunc obie-
ctum non procedit, & mandatum latè interpre-
tatur *Rot. deciſ.8.n.2.p.2.diuerſ., deciſ.367.n.3.
p.9. recen., & deciſ.315.n.10. coram Pentinger.*: at
data facultate in mandato procuræ accipiendi
mandatum ſuſpicionis fugæ, per neceſſarium an-
tecedens videtur data facultas iurandi, cum hæc
non ſit extranea, ſed omninò connexa cum man-
dato ſuſpicionis fugæ volito per creditorem, ex
63 benè firmatis *per Rot. deciſ.234. num.5., & 6. p.8.
recen., deciſ 463. n.18. coràm Merlin., & deciſ.21.
n.3. coram Amat. Dunozett.*

Quæ licet exuberarent pro ſuſtinendo manda-
to ſuſcipionis fugæ, nihilominùs per prima prin-
cipia materiam examinando aduertebam, quod
ratio, cur quis ſuſpectus de fuga non poſſit iura-
ri, niſi cum ſpeciali mandato, eſt, quia ex iniuſti-
tia capturæ poſſet mandans cadere in pœnam, in
64 quam non poteſt incurrere ſine ſpeciali manda-
to, quæ ratio deducitur *à Roman. conſ.241. n.11.,
& Soccin. ſen. conſ. 120. n.6. lib.1.*; at talis ratio
hic ceſſare videbatur, ex quo Alexander dedit
mandatum ſpeciale pro mandato ſuſpicionis fu-
gæ, vndè attento tali mandato ſpeciali, licèt ca-
ptura fuiſſet iniuſta poterat mandans ex facto
procuratoris puniri, præcipuè dum ad effectum
faciendi cadere dominum in pœnam ſufficit, quod
geſtum à procuratore contineatur virtualiter tan-
56 tùm in mandato *Cyriac. contr.239.n.33.*

Addebatur, quod Alexander expreſsè ratifica-
uerat capturam cum declaratione, quod ipſe in
priori mandato intellexerat dare omnes faculta-
tes neceſſarias ad legitimè obtinendum manda-
tum ſuſpicionis fugæ, quæ ratificatio cum tali
declaratione præſefert claram voluntatem man-
dantis, quod voluit dare in antecedenti mandato
omnes facultates neceſſarias pro obtinenda ca-
ptura Leonis, & talis ratificatio æquipollet man-
66 dato etiam in illis, quæ ſpeciale mandatum
deſiderant *Rot. deciſ.733. n.6. coram Amat. Du-
nozzett., & deciſ 291. n.5. & 6. p.9. recen.*

Clara ex prædictis videbatur validitas, & iu-
ſtitia capturæ, quia tamen ſcribentes pro carce-
67 rato non erant ſatisfacti, adiuerunt pro excar-
ceratione Congregationem Viſitationis Carcera-
torum, at hæc agnita releuantia rationum per
me pro validitate capturæ deductarum, excarce-
rationi petitæ non annuit, ſed Leo remanſit in
carceribus. *Hactenus Votum.*

Quod Iuramentum debet effectiuè præſtari in
68 actis tactis ſcripturis, aliàs non releuat *Cyriac.
contron.464. n.16. & ſeqq., Theſaur. deciſ.220.n.4.*;
nec ſufficit, quod de eo ſolùm appareat per verba
69 enunciatiua relatiuè ad acta appoſita in manda-
to ſuſcipionis fugæ, quia in illo dicatur *iurato
de fuga ſuſpecto, prout in actis*, cum de ſtylo, &
praxi omninò debeat effectiuè tale Iuramentum
adnotari in actis *Cyriac. ibidem n.17. & 18. The-
ſaur. dict. n.4. verſic. quia Actor, Rot. in Interam-
nen. ſeù Romana nullitatis capturæ coram Albergato
apud Scannarol. de viſitat. carcerat. in appendic. fol.
123.n13.*

Et quando de crediti ſubſtantia ſeù liquidita-
70 te plenè non conſtat, tunc requiritur dupplex Iu-
ramentum, vnum ſuper ſuſpicione debitoris, &
aliud ſuper veritate crediti, vt aduertit *Card. de
Luc. de credit., & Debit. diſc.113.n.6.*

Requiritur præterea pro validitate mandati
71 ſuſpicionis fugæ ex diſpoſitione Iuris communis,
quod creditor doceat de deterioratione condi-
tionis debitoris poſt contractum debitum, plenè
*Rolan. conſ.65. n.8. & ſeqq. lib.3., Ludouic. deciſ.
Peruſ.41.n.1.& 2.*, plenè *Thomat. deciſ.76.à n.9., &
deciſ.85.à n.4. & n.14. cum duob. ſeq., ac etiam n.21.
Rot. deciſ.500.n.3.p.3.rec Zaul. alleg. Rubr.4.n.6. &
ſeqq., Cyriac. contr.465. n.4. & 5. Rot. deciſ.354.
n.6.p.14. recen.*; ſi enim debitor reperiretur in eo-
dem ſtatu, in quo erat de tempore contracti debi-
ti, non intrat allegatio ſuſpecti, nàm creditor ſibi
72 imputare debet, ſi contraxit cum perſona impo-
tente, & ſuſpecta, quam talem eſſe ſciebat de
tempore contractus, *Rolan. conſ.65. n.8. & ſeqq.
lib.3., Pariſ. conſ.99. n.45. & conſ.101. num.4. & 5.
lib.3., Ramon. conſ.12. n.38. Carpan. ad Stat. Me-
diolan. cap 229. n.6. & 7. tom.1., Conciol. ad Stat.
Eugubin. lib.2. Rubr.40. n.8. & 9., Io: Franc. Bal-
thaſſar. pract. reſolut. p.3. tit.13. reſolut.2. n.17. §.
primum eſt Ripoll. de Magiſtrat. Logiæ Maris cap.7.
n.24. & infrà*, idem in praxi *Iudic. Vicarij Bar-
chinon. Rubr.7. n.4. & ſeqq.* poſt praxim *Peguer.
Cyriac. controu.464. n.4. & 5., Scannarol. allegat.
§.8. n.5. & 6. Viloſ. de debitor. ſuſpect., & fugitiu.
cap.19. §.4. n.47. & ſeqq., Thomat. deciſ. 85. n.4.
& 16., Fontanell. deciſ.232. n.1., Rot. deciſ.1164.
n.2. coram Pan., deciſ 531. n.6. & 7. coram Buratt.
deciſ.361. n.8. ad 10. coram Celſ., deciſ. 354. nu.6.
par.14. recen.*, & in pluries allegata *Interamnen. co-
ram Albergato n.2. apud Scannarol. de viſit. carcer.
in appendic fol. mihi 122., Zaul. dict. Rubr.4. n.11.
Carol. Rub. alleg. cap.12. n.38. & ſeqq.*

Taliſque deterioratio ſaltem poſt ſubſecutam
73 capturam debet plenè, & concludenter probari
*Thomat. deciſ.85. n.1.; Rot. deciſ.531. n.5. & 6. co-
ram Buratt., deciſ.361. n.11. coràm Celſ., deciſ.354.
n.5. p.14. recen., deciſ. 81. n.8. & 9. p.15., & in
dicta Interamnen n.15. coràm Albergato poſt Scan-
narol. Zaul. alleg. Rubr.4. n.10. dict. Rub. num.39.
& ſeq.*

Hinc dum quidam caupo exterus fuiſſet alle-
gatus ſuſpectus pro capitali cauponæ ipſi locatæ
valoris ſcutorum 1200., durante adhuc tempore
locationis, fuit poſteà per me excarceratus, quia
nulla probata fuit deterioratio in debitore, qui
74 dictum capitale niſi elapſo triennio debebat re-
ſtituere, & ſolùm annus erat elapſus, quinimmò
caupo ſicut antè locationem ipſi factam, ità &
poſt nihil in Vrbe poſſederat, & ex quo facta con-
frontatione mobilium, ac aliarum rerum con-
tentarum in locatione cauponæ, nihil defecit, &
cum ſuper decreto excarcerationis per me facto
fuerit per locatorem conſulta Congregat. Viſitæ,
hæc meum Iudicatum approbauit, dum condu-
ctor fuit excarceratus, ex quo dùm deterioratio
aliqua non aderat ſibi imputare debebat cre-
ditor, qui cum tali perſona contraxerat, dum
cenſebatur illam approbaſſe, *Gratian. cap. 875.
n.13. & ſeqq. Fontanell. deciſ. 232. per tot.* cum
alijs

alijs allegatis per *Zaul.dict.Rubr.4.n.11.*qui *n.12.*
limitat ſi creditor tempore contractus ignoraſ-
ſet cauſam ſuſpicionis.

Probatur autem deterioratio ex latitatione
75 debitoris, & quod proprijs creditoribus non
poteſt ſatisfacere, & ex iuramento creditoris,
qui timet creditum perdere *Fontanell. deciſ. 230.
n.9., & dec.232.n.16.Ripoll.dict.Rubr.7.n.5.& ſeq.,
Rot.Lucen.apud Palm.Nep. deciſ.63. n.3.4., & 13.*

Et ceſſat deterioratio, quando debitor poſt de-
76 bitum contractum plura bona ſtabilia acquiſiuit
*Rot.deciſ. 1164.n.3. coram Pauia, & in dicta Inte-
ramnen.coram Albergato n.15.apud Scannarol.in ap-
pendic.fol.123.*

Aduerte tamen, quod de ſtylo Curiæ Roma-
næ, de quo poſſum teſtari per annos viginti ſeptē,
dum per tale tempus prius in foro cauſas agens,
poſteà in Tribunalibus Vrbis ius dicens, licèt non
77 conſtet de deterioratione conditionis poſt con-
tractum debitum, ſi debitor ſit creditori de fuga
ſuſpectus, & nihil in Vrbe poſſideat, ex ſolo iu-
ramento debitoris ſuper metu fugæ relaxantur
mādata ſuſpicionis fugæ, vt ex diſpoſitione *Refor-
mationis Pauli V.Rot deciſ.331 n.19.part.16.rec.*, &
ſequuntur *R.P.D. Anſaldus poſt hæc ſcripta viſus
de commerc., & mercatur.diſcurſ.77.n.33.& Ren.
Epiſc. Zaul.alleg.Rubr. 4.nu.8.verſic. ſufficit iura-
mentum*, vbi quod ita ſeruatur in Curia Romana.

Et de iure, quando periculum eſt in mora, ſolo
78 iuramento probatur deterioratio, & ſuſpicio
*Ludouic.deciſ. Peruſ.41.n.3.verſic. nec erant & n.4.
Viloſ.dict.c.19. §.4 n.87.& Carol.Rub.alleg.cap.12.
n.37.*plenè *Io. Franc.Balthaſſar, alleg. reſol.2. n.17.
§.quomodo, & ſeq.* vbi id ampliat etiam ſi periculū
non ſit in mora, quando adeſt ſuſpicio fugæ, &
agitur de debitore non poſſidente ſtabilia, vel pa-
uca, & ad ſoluendum debitum non ſufficientia.

Nec deterioratio conditionis probanda eſt,
79 quando dies ſolutionis debiti aduenit, & pro eo
obtentum eſt etiam mandatum executiuum *Rot.
deciſ. 118.num.4.ad 6.poſt Zacch. de obligat. Came-
ral. Card. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 113.
n.13. n.15. Antonell. Iun.conſ.1.n. 9. Scannarol. de
viſit. carcerat. lib.3.§.8.cap.2. n.29., & 30.R.P.D.
Anſald. dict.diſcurſ. 77.n.34., & 35. Rot. Lucen.
apud Palm.deciſ. 63.n.31.*

Quia verò quis dupliciter poteſt eſſe de fuga
ſuſpectus, nempè quia deteriorauit ſuam condi-
tionem. nec poſſidet bona, cum quibus poſſit eſ-
ſe conſultum creditori, & ob hoc hic timet, quod
debitor aufugere poſſit, vel quando ſe preparat
ad fugam, vel eſt in actu fugæ, vel fugitiuus,
cum contrà debitorem exiſtentem in actu fu-
gæ, vel ſe parantem ad fugam procedatur ma-
gis rigorosè, nec attendantur ſubtilitates; &
debitor dicitur in actu fugæ, vel fugitiuus,
quando à loco, vbi adſunt plures eius credito-
res mouet pedes, vt recedat, & hæc dicitur fu-
ga in actu; adeſt etiam fuga in promptu, & præ-
80 parata, quando adhuc à loco non cæpit recede-
re, ſed apparet, quod vult recedere, & vtraque
fuga tam actualis, quàm præparata æquipollet
ad hoc, vt quis dicatur in actu fugæ, *Viloſ.de de-
bitor. ſuſpect., & fugitiu.cap.19.§.4.n.15., & infra,*
vbi dicit idem de latitante, & de eo, qui alibi ſe
conſert, vt eius copia haberi non poſſit, *Rugi-
nell.pract.qq.cap.12.n.13.verſic.videbatur etiam, &*
plenè facit *Rot. Lucen. apud. Palm. Nepot.deciſ.63.*

Pariter dicitur ſuſpectus de fuga, & fugitiuus
debitor, qui cæpit ſarcinulas componere, vel ſi
81 facit præparamenta prò receſſu *Viloſ.dict. §. 4.
n.35.*, idem dic de latitante, licet à Ciuitatē non
receſſerit, & qui in Aſylis, & locis tutis ſe rece-
pit *Viloſ.ibid.n.36. ad 43.*

Similiter, qui notabiliter deteriorauit ſuam
conditionem, & bona dilapidauit poſt contra-
ctum debitum, vel qui ſe implicat cum multis fi-
82 deiuſſionibus, & ſi præter conſuetum tenet Apo-
thecam clauſam *Viloſ. ibidem n. 47.ad 52.*

Dicitur pariter ſuſpectus de fuga non poſſi-
83 dens ſtabilia in loco, ac iuriſdictione vbi con-
uenitur *Cranett.conſ.847. n.4. verſ. ſed in fuga.Vi-
loſ.ibidem n.27.*

Fugitiuus tamen non dicitur, qui ex iuſta cau-
84 ſa ad aliquem locum accedit, nec latitat, ſed
continuò omnibus ſe exhibet *ad l.ſi quis ſit fugiti-
uus ff. de edilit.ædict.Ramon.conſ. 12. n.34.Thomat.
deciſ. 85.n.19.*

In ſubſtantia ex prædictis colligitur, quod ad
hoc vt debitor vti ſuſpectus detineri, & carcerari
poſſit, tria copulatiuè requiruntur (iuxta tamen
85 declarationes vt ſuprà factas) ſcilicèt, quod con-
ſtet de credito, & quidem certo, & liquido; quod
debitor immobilia non poſſideat; Iuramentum
ſuper ſuſpicione, & quod deterioratio, ac ſuſ-
picio in debitore poſt contractum debitum ſuper-
uenerit. *Ruginell. pract. qq. cap.12.n. 9.* vbi quod
ità paſſim, & indiſtinctè tenent omnes *Ludouic.
deciſ. Peruſ.41.n.1. & 3. Rot. deciſ. 500.n.3. p.3.
recen.*; licet quoad probationem deteriorationis,
illam neceſſariam non eſſe in credito puro, & pro
quo poteſt relaxari mandatum executiuum poſt
*Rot.deciſ. 118.n.5.& 6. poſt. Zacch. de obligat. Ca-
mer.*tenè at *R.P.D. Anſald, de commer., & mercat.
diſcurſ. 77.n.36. & 37.*

Aduertè vlterius, quod licèt mandatum ſuſpi-
cionis fugæ ſit relaxatum omnibus prædictis con-
86 currentibus, nihilominus ex declaratione Con-
gregationis Viſitæ Carceratorum captura cum
illo ſequuta, & ductio ad carceres effectiua eſt
nulla, non præſentato priùs debitore coram Iudi-
ce mandati, vel quatenus debitor hoc facere re-
cuſet, non facta deſcriptione in Libro carcerum,
vbi deſcribuntur carcerati, quod fuit ductus ad
præſentiam, Iudicis, vel quod noluit adduci ad
præſentiam, & his non concurrentibus paſſim
Viſita declarat nullas capturas, & excarcerat, &
87 idem de iure procedere probat *Ripoll.de Magiſtrat.
logiæ Mar.c.6.n.4.*, vbi quod ſtylus contrarius eſt
corruptela *Fontanell.deciſ.230.n.14., Ridolphin. in
praxi p.1.cap.14.n.45., & 46. Caſtald. conſult. fo-
renſ.83.n.9.*, & in ijſdem mandatis ſuſpicionis fu-
gæ expreſsè mandatur, quod capti ducantur ad
Iudicis præſentiam.

In pluribus tamen caſibus mandatum ſuſpicio-
nis fugæ non poteſt relaxari, & ſi de facto fuerit
relaxatum, reuocatur etiam cum ſubſecuta execu-
88 tione, vel captura; Et quidem primo non com-
petit contrà poſſidentem bona ſtabilia ſuperantia
valorem debiti petiti *per text. litteralem in l. ſcien-
dum 15.ff.qui ſatiſd. cogan.Neuizzan.conſ.52. n.20.
Conciol.ad Stat.Eugubin.lib.2. Rubr.40. n.7.Ripoll.
poſt.praxim.Peguer.in praxi Iudic.Vicarij Barchinon.
Rubr.7.n.11.& ſeq.Card.de Luc.de Credit., & debit.*

*diſc.113.n.8.*plene *Piehard.ſuper Inſtit. tom.2.lib.4. tit.11.§.ſed hodie nu. 20.in fine, & ſeqq.Thomat. deciſ.35.n.22.Rot.deciſ.401.n.fin.p.15.rec., & deciſ. 485.n 4.p.18.Zaul.alleg.Rubr. 4. n.15.& 18.*

Non ſufficit tamen ad euadendum mandatum
ſuſpicionis fugæ poſſeſſio ſtabilium modici valo-
89 tis, & non æquiualentium credito (quicquid in
contrarium malè ſentiat *Thomat.deciſ.35. n.22.*)
plenè *Pariſ.conſ.99.n.22.36.& infrà,& n.50.& 51: lib.3.Cranett.conſ.847. n.4. verſic.ſed & idem Berliech.concluſ.73.n.42.verſic.vel non ſufficiant p.1.Io. Franc.Balthaſiar.alleg.reſol.2.num.3.verſ.ad paria enim Chart.deciſ. Iannen.40. n.6.*nec diſſentit *Rot. deciſ.160.n.12.& infrà p.14. recen.*,vbi ſolum ſubdir, quod de iuſufficientia, & intricatione bonorum debet plenè conſtare, uam iniquum eſſet, quod debitor emendo, & poſſidendo paruum prædium, & humilem domum modici valoris, poſſet retardare mandatum ſuſpicionis fugæ pro magno debito, nam aperiretur etiam via fraudibus debitotum, qui curarent acquirere ſtabile modici valoris ad effugienda mandata ſuſpicio. fugæ; motiuum quippè quod ceſſet ſuſpicionis fugę in debitore poſſideute immobilia eſt fundarum, quia præſumitur, poſſeſſorem ſtabilium nolle auſugere, & illa deſerere *Pichard. ſuper Inſtit.tom.2.lib.4. tit.11.n.30.*,quæ ratio ceſſat,quan-
90 do debitum eſt magnum, & lougè ſuperat valorem ſtabilium, vt aduertunt *Rolan.conſ.65.num.1. lib.3.* præclarè *Bottin.ad ſtatut.Genu.lib.6.cap.6.§.ſi detentus n.1.in fine fol.294.,Chart.deciſ. Iannen.40. n.7.*& in terminis noſtri Statuti hic ex lectura
91 debent bona ſtabilia eſſe æquiualentia debito, *licet Pichard. ſuper inſtit. tom.2. lib. 4.§.ſed hodie tit.11. n.28.*concludat ſufficere ſtabilia etiam non æquiualeutia credito, ſi talis valoris conſiderabilis ſint, vt arbitrio Indicis ceſſet ſuſpicio fugæ.

Et praxis etiam in Vrbe inoleuit, quod ſi bona ſtabilia non ſint æquiualentia credito petito, vel bona oſtendantur intricata, ſolent concedi mandata ſuſpicionis fugæ; & ego dum eram Secun-
92 dus Collateralis relaxaui duo mandata pro ſcutis 3000.circiter contrà quemdam Mercatorem poſſidenrem ſtabilia non modici valoris, ſed nnn ſufficientia ad ſolurionem debitorum, & intricata cum inhibicionibus dotalibus, & vigore fideicommiſſi, qui propterea alias ab Vrbe receſſerat, & Viennæ Auſtriæ per biennium moram traxerat, & exindè Romam reuerſus latirabar, vndè mea manu in mandatis ſuſpicionis fugę addidi hæc verba, *Exeqnatnr non obſtante poſſeſſione ſtabilium, attento quod ſunt intricata varijs inhibitionibus,fideicommiſſo, ac debitis, & quod non ſunt ſuffitientia prò ſolutione debitorum* ex firmatis in puncto *per Rot Lucen.apud Palm.Nepot.deciſ.63.n.24.*poſt hæc ſcripta viſa, & cum dictus Mercator fuiſſet carceratus, non poſuit ex capite poſſeſſionis ſtabilium, nec à Congregatione Viſitæ, nec ab Auditore
93 Papæ obtiuere excarcerationem, & hoc probat in ſpecie *Antonell.Inn.con.27.n. 17.& infrà*, vbi quod ſi ſuper bonis ſtabilibus non poſſit fieri executio ob inhibitiones præſeutatas, tunc illorum poſſeſſio non ſuffragatur ad retardandum mandatum ſuſpicionis fugæ, & faciunt preclarè tradita *per R.P.D. Auſald.de Commerc., & mercatur. diſcurſ. 77.n.40.* vbi, quod rali caſu poſſeſſor ſtabilium habetur pro non poſſeſſore, nec diſſentit *Rot.deciſ. 160.à n.13.p.14.recen.*

Hinc ſtylus erat in Curia, quod Iudices Ordinarij concedebant ſaluum conductum, dictum
94 *Non grauetur*, debitoribus aduersùs mandata ſuſpicionis fugæ, ſed limitatè, & non in genere, quia per teſtes, vel alio modo probabatur, quod debitor petens tale *Non grauetur* prò debito puta ſcutorum mille, poſſideret ſtabilia, valoris ſcutorum mille, & vltra, & ſic in ſaluo conductò dicebatur *Non granetnr neque realiter, neque perſonaliter Caius vigore cuiuſuis mandati, etiam ſuſpicionis fugæ ſummam ſcutorum mille non excedentis,quoniam docto in actis de poſſeſsione ſtabilium valoris dictæ ſummæ, & vltrà, ità maudamus*, cuius Non grauetur vigore debitores vſque ad ſummam in illo expreſſam erant tuti ab execurione, & carceratione etiam vigore mandatorum ſuſpicionis fugæ, & talis praxis erat fundata in diſpoſitione Iuris, & Statuti noſtri hìc.

Quia verò ex facilitate concedendi talia *Non grauetur* vigore poſſeſſionis ſtabilium perſæpè fraudabantur creditores,dum mali debitores cum falſis teſtibus res alienas ſupponebant prò pro-
95 prijs, vel res exignas,magui valoris, & ob hoc inanis reddebatur executio mandatorum executiuorum terminata cauſa in iudicio ſer. ſern., hinc in vltima Reformatione ædita ſub San.mem. Innocentio XI. fuit ſancitum, quod allegatio poſſeſſionis ſtabilium non ſuffragetur, ſi illa non probetur citato creditore, & interim, dum fit talis probatio, debeat debitor cauere de non diſcedendo ab Vrbe, & ſic non retardatur carceratio debitoris allegati ſuſpecti, quouſque non præſtatur dicta cautio, vndè hodie talia *Non grauetur* vigore poſſeſſionis,non citata parte, non conceduntur, & conceſſa non attenduntur ad retardandam executionē mandatorũ ſuſpicionis fugæ.

At ſæpe indicando cenſui, quod talis Reformatio non habeat locum, ſi agatur de mandato ſuſpicionis fugæ obtento prò modica ſumma,
26 prò qua non intret captura debitoris, & ſic non excedat ſcuta octo, & ba.40. monetæ Romanæ, ea ratione, quia, dum quis carcerati non poteſt, nec credibile eſt, velle ab Vrbe recedere, & ſic ſuperflua videtur eſſe cautio de non diſcedendo à Reformatione expoſtulata, ſed ea non obſtante debitor debet audiri ſuper probatione poſſeſſionis ſtabilium, & hæc mea interpreratio non diſplicuit clar. memor. Cardinali de Luca Auditori S. memor. Innocentij XI; & dictæ Reformationis apud eumdem Pontificem præcipuo promotori.

Loca verò Montium licèt ſint ſtabilia, & ha-
97 beantur prò Stabilibus *Rota deciſ.413. n. 72., & 73. part. 12. recen., & deciſ. 1970. num. 16. coram Coccin., Cardinal. de Lue. de Regal. diſcurſ. 43.n.2.*,nihilnminus ab effectum effugiendi man-
98 data ſuſpicionis fugæ illorum poſſeſſio non ſuffragatur,vt pluriès hoc habui de facto, idque tenet *Pigant. ad Statnt.Ferror. Rubr. 23. num. 21. verſic. nota tamen*, & expreſſè hoc firmat *Rot. in Romana Pecuniaria de Ruſpolis coram Platto nu.6. apud Marcheſan.de commiſsion.p.3.fol.46.*; & ratio eſt palpabilis, quia per dationem literarum patentium in manibus creditoris nullum ius illi acquiritur, eo quia loca montium in literis patentibus deſcripta poſſunt eſſe alienata, vel alie-

nari

Digitized by Google

nari lite pendente;at ſi literæ patentes producan-
tur in actis attergatæ à Secretario montium prò
99 cautione creditoris, qui petit mandatum ſuſpi-
cionis fugę,tunc poſſidens dicta loca montium ſic
attergata, euadit mandatum ſuſpicionis fugæ,
ex quo tali caſu debitor non poteſt illa alienare,
niſi cum vinculo cautionis fauore creditoris in
eis appoſito, & ſic creditor eſt tutus ex poſſeſſio-
ne locorum montium,tanquam ſtabilium, & hoc
pluties in praxi habui,

Poſſeſſio autem cenſuum, & annuorum reddi-
100 tuum an excuſet à cautione ad euadendum
mandatum ſuſpicionis fugæ,affirmant *Cancer.var.
reſol.p.1.cap.7.n.121., Ripoll.in prax.Indic. Vicar.
Barchinon. Rubr.7. n.16.& 17. poſt. prax. Peguer.*

Ego autem in praxi iudicando cenſui contra-
rium, & pertranſij in hoc cum motiuo locorum
montium ſupra allato, quod ſcilicet poſſent cen-
ſus, & annui redditus redimi, & extingui, vndè
ob hoc non eſſet conſultum ſecuritati creditoris
per poſſeſſionem huiuſmodi cenſuum, & annuo-
rum redituum; ſi tamen debitor cenſus, vel an-
101 nui redditus in actis declararet,quod fructus,
ac redditum annuum non ſoluet,nec ſortem redi-
met,niſi citato ipſo creditore,ad cuius inſtantiam
petitur mandatum ſuſpicionis fugæ, tunc poſ-
ſeſſio cenſus, vel annui redditus ſat erit prò eua-
dendo mandato ſuſpicionis fugæ, dum ex tali
declaratione,cenſus, ac annus redditus remanet
quaſi attergatus, & vinculatus prò ſecuritate
creditoris. Debitor autem fructuum cenſus non
102 poteſt prò illis allegari, ac iurari ſuſpectus,ea
ratione, quia dum eſt poſſeſſor fundi cenſiti, ex
tali poſſeſſione ceſſat ſuſpicio, cum præſumatur
de iure æquiualens pro ſuſtinendo cenſu,cum non
ſit credendum, quod dominus cenſus voluerit il-
lum fundare ſuper fundo incapaci, & cum hoc
motiuo alias reuocaui mandatum ſuſpicionis
fugæ in Diſtrictu Vrbis relaxato prò fructibus
cenſus.

Prout nec emphyteuta poſſidens rem emphy-
103 teuticam poteſt allegari ſuſpectus,cum habeatur
prò vero poſſeſſore *l.ſciendum 15. §. poſſeſſor autem
in fine ff.qui ſatiſd. cogan.*; &idem dicas de domino
104 habente dominium directum, cum habeatur
pro vero poſſeſſore, quantum ad hoc, vt non te-
neatur ſatiſdare *dict.l.ſciendum §. item qui ſolum*;
idemque procedit in poſſeſſore rei ſubiectæ maio-
ratui, ac fideicommiſſo *Pichard. alleg. tit. 11.
nu.24.*

Similiter maritus conſtante matrimonio non
105 poteſt allegari ſuſpectus, dum poſſidet fundum
dotalem *dicta l.ſciendum §.ſi fundus in dotem ff. qui
ſatiſd.cogan.Scannarol.de viſit.Cancer. lib.3.cap.2. §.
8.n.47.Pichard. ſuper Inſtit.dict.tit.11.n.23.in fine,
& ſeqq.*,qui contraria declarat, quod habui de fa-
cto, & antequam adduceretur dictus textus,ego
eram in contrario ſenſu, ex quo poſſeſſio fundi
dotalis eſt reſolubilis per mortem mariti, ac vxo-
ris & quia poſſeſſio, & dominium fundi dotalis
propriè reſident etiam cõſtante matrimonio apud
vxorem, ſed cum habeamus ſuper hoc contrariam
deciſionem textus, & Doctorum, illis ſtandum
eſt, & captiuandus intellectus in obſequium legis,
licèt videatur refragari ratio naturalis.

An autem Hæbrei poſſidentes Ius Gazagà in
domibus Chriſtianorum poſitis in Clauſtro ſeù
Ghetto Hæbreorum, cum poſſeſſione talis Iuris
Gazagà poſſint effugere relaxationem mandato-
106 rum ſuſpicionis fugæ, non ſemel ſuper hoc vi-
di diſceptatum, & quidem in Tribunali Cardi-
nalis Vicarij Vrbis cum aliqua facilitate cum Hę-
breis illius Iuriſdictioni particulariter ſubiectis
procedendo, ſolent denegari mandata ſuſpicio-
nis fugæ, ex quo dictum Ius Gozaga inter Hæ-
breos inuiolabile habeatur prò re,ſi non propriè
ſtabili, adhúc illi ſimili, & ſtabili annexa, ſed
coram alijs Iudicibus, non ità de facili effugiunt
mandata ſuſpicionis fugæ, prò debitis præcipuè
magnæ quantitatis, cum dicto ventoſo Iure
Gazagà, quod reuerà non eſt, niſi Ius Inquilina-
tus inter Hæbreos inuiolabile, per quod nullus
Hæbreus poteſt conducere domum Chriſtiani in-
habitaram ab alio Hæbreo, niſi de conſenſu ha-
bitantis, habita ab eo ceſſione Iuris Gazagà,
*Gratian cap.442. n.22. Thomat.deciſ.236.n.4.& 5.
Rot. deciſ.496.n.3.coram Gregor., & deciſ. 65.n.4.
& ſeqq.poſt Mangil. de ſubbaſt*; vndè cum ipſi Hæ-
bræi non poſſideant ſtabilia, nec dictum Ius Ga-
zaga importet aliud, quam ſimplex ius Inquili-
natus ſuper re aliena, licet ſit in aliquo æſtimabi-
le, ſatis abſurdum eſt, quod cum tali iure mo-
dici valoris,& quandoque inter Hæbreos ad frau-
108 dandos creditores Chriſtianos conficto retar-
deneur capturæ cum mandatis ſuſpicionis fugæ
contrà Hæbreos his temporibus miſerrimos, &
vt viuant,ſolum intentos decipiendis Chriſtianis,
& conferunt firmata in terminis vſufructuatij per
Scannarol.mox citandum n.15.,& ſeqq.

Poſſeſſor tamen non dicitur vſufructuarius ad
109 hunc effectum, & ideò tenetur cauere non ob-
ſtante vſufructu *l. ſciendum §. item qui ſolam, ver-
ſic.ſi verò ff. qui ſatiſd.cogan., Pichard. ſuper Inſtit.
tom.2. lib.4.tit.11.n.21. Scannarol. de Viſit Carcer.
lib. 3. §.8.cap.2.n.11. & ſeqq.*, vbi adducit ad hoc
rationes *fol.mihi* 488.qui licet *n.* 23.limitet in vſu-
fructu pingui, cum tunc non ſit veriſimile, quod
110 vſusfructuarius velit aufugere, & vſumfructum
pinguem relinquere *Pichard.alleg.tit.11.n.23.*, ta-
men hæc ratio poteſt ſolum admitti, ſi agatur de
modico debito, ſecùs ſi magno.

Poſſeſſio tamen ſtabilium æquiualentium cre-
dito adhoc vt liberet debitorem à ſuſpicione, &
quod non debeat aſſecurare iudicium, debet eſſe
in loco,vbi debitor ſoluere tenetur, vel ratione
contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, aliàs non re-
leuat, vndè conuentus Romæ ad aſſecurandum
iudicicium, non poteſt euadere mandatum ſu-
111 ſpicionis fugæ,ſi non poſſideat ſtabilia in Vrbe,
vel eius Diſtrictu, nec ſat eſt poſſeſſio extrà Di-
ſtrictum *Bald. conſ. 312 n.4. & 5. lib. 5. Decian.
reſponſ. 69. num. 9. lib. 5. Io. Franc. Balthaſſar. al-
leg. reſol. 2. num. 18. verſic. vel ſi Conciol.adStat.
Eugubin. lib. 2. Rubr. 40. num. 3., Bottin. ad Stat.
Genuæ lib.6. cap. 6. §. ſi detentus num. 1. fol. 294.
col. 2.*, plenè *Viloſ. de Debitor. ſuſpect., & fugit.
cap.19. §.4. n.32., & ſeqq., Pichard. dict. tit. 11.
nu.19.*

Atquando debitum fuit contractum à Forenſe
extrà Vrbem, & in Vrbe non fuit deſtinata ſolu-
tio, non poteſt aduena Forenſis, ac Peregrinus
112 occaſione deuotionis, vel negociorum ad Vr-
bem accedens,Romæ allegari ſuſpectus prò debi-
tis contractis in Patria, ſi ibi poſſideat ſtabilia,

nec

nec poſt contractum ſuam deteriorauit conditio-
nem *Natt.conſ.430.n.14., & 15.& n.21.* vbi de ra-
tione *Berlieeb.coucluſ. 73.n.62.& ſeqq. Viloſ. dict.
§.4. à n.44., Scannarol.dict.cap.2.n.95., Theſaur.
deciſ. 220.n.8., Borgnin.deeiſ.1.n.1., & infrà lib.1.,
Rot.deciſ.1164. n.4. coram Penia, deciſ.361. n.1. ad
7. coram Card.Celſ.* confirmata *deciſ.160. n.3. & in-
frà, & deciſ.354. n.6. & ſeqq.p.14.recec.*, quæ de-
ciſiones cum ſint ſuper hoc puncto ſatis plenæ, &
magiſtrales videri poſſunt ad materiam, proùt
dicti Berlicch., & Viloſ. locis mox citatis.

Quando verò Forenſis ſe obligauit per pactum,
quod poſſit iurari ſuſpectus in omni loco, tunc
113 etiam extrà proprium domicilium poteſt alle-
gari ſuſpectus *Borgniu.dict. deeiſ.1.n.8.& ſeq. lib.1.*

An autem poſſeſſio mobilium liberet debito-
rẽ à mandato ſuſpicionis fugæ, Statutum noſtrum
114 hic, & ibidem *Fenzon. n.93.& ſeqq.* affirmant, ſi
agatur de mobilibus, quæ de facili amoueri non-
115 poſſunt, & ſint æquiualentia debito petito, ſe-
eus ſi modici valoris, & de facili amoueri, &
occultari poſſint *Pariſ. conſ.99. n.22. in ſine lib.3.,
Burſatt.conſ.241.n.8.lib.3., Coneiol.alleg. Rubr.40.
n.6., Viloſ.de Debit. ſuſpect., & fugit. cap.19. §.4.
n.30. Pichard. dict.tit.11. n.31. Rot.deciſ.48. n.3.,
verſic., quod habet locum p.4.receu*, vbi quod non
116 poteſt allegari ſuſpectus poſſidens mobilia ma-
gni valoris, *& deciſ. 82. n.3. poſt Zuff. de erimin.
proceſſ. legitim.*, vbi licet habeat intricata nomi-
na debitorum, *& deciſ.354. n. 7. p. 14. recen.*; ſe-
eus ſi agatur de Apotheca vili, maximè ſi de
tempore relaxati mandati ſuſpicionis fugæ debi-
tor deſeruiſſet Apothecam *Antonell. Iuu. conſ. 1.
nu. 18.*

Quia vero poſſeſſio mobilium in debitore par-
uam, aut nullam ſecuritatem dat creditori, cum
117 illa facilè celari, & diſperdi poſſint *Ripoll. in
praxi Iudic. Vicarij Barchinon. Rubr. 7. n. 16. poſt
Peguer.*, hinc Iudex debet eſſe valdè circumſpe-
ctus in cognoſcendo, quando nec nè poſſeſſio mo-
bilium excuſet à mandato ſuſpicionis fugæ, benè
aduertendo ad qualitatem debitoris, & mobilium,
118 & quantitatem crediti, itàvt ſi agatur de mo-
dico debito, & de magna quantitate mobilium,
& debitor ſit vir bonæ æxiſtimationis, & habitus
prò perſona integra in Platea, tunc poterit arbi-
trari prò non admittenda ſuſpicione contra de-
bitorem poſſidentem mobilia; vel ſi agatur de
mobilibus, quæ de facili, & ſine rumore, & ma-
gno tempore amoueri non poſſunt; ſi verò agatur
de debito conſiderabili, & debitor ſit Mercator,
cuius nomen in Platea cæpit deficere, & ſic poſſit
timeri de direptione, & occultatione mobilium,
tunc ex horum poſſeſſione debitor non poteſt eui-
tare mandatum ſuſpicionis fugæ, ſuper quo Iu-
dex ſit cautus, nam mihi in quadam cauſa fuit op-
poſitum, quod prò debito ſcutorum 200. non
debebam relaxare mandatum ſuſpicionis fugæ
119 contrà Mercatorem tenentem Apothecam
apertam mercibus non mediocriter inſtructam
vltrà valorẽ ſcutorum 1500., ſed dum ſuper dire-
ptione mercium dubitabam, & ex alia nolebam
ponere ſub fuga Mercatorem, ſuper qualitate
probitatis mercatoris, & quantitate mercium,
dixi, quod per totam illam diem darentur iuſtifi-
cationes, ſed loco illarum nocte ſequenti merca-
tor in tutum ſe recepit, meliores merces ſubripien-
do, & occultando, quo exemplo ductus ex poſ-
ſeſſione ſola mobilium, quando non agebatur
de ijs, quæ faciliter occultari non poterant, nun-
quam denegaui mandata ſuſpicionis fugæ, quo-
ties agebatur de ſumma conſiderabili, ſecùs ſi
de modica, interponendo tamen arbitrium, &
conſiderando circumſtantias, de quibus ſuprà.

Secundo non poteſt relaxari mandatum ſuſpi-
cionis fugę contrà debitorem habentem correum,
120 vel fideiuſſorem coobligatum fauore creditoris,
fruſtrà namquè tali caſu hic petit cautionem,
quam habet ex correi, & fideiuſſoris coobligatio-
ne *Alex.conſ.60.n.7.lib.5. Fenzon. hic n.12.; Rugi-
nell.pract.qq.c.12.n.fin., Scannarol.de Viſitat.Carcer.
lib.3.§.8.c.2.n.66. Chart.deeiſ.Iauuen.117.n.5. in fi-
ne Rot.Lucen.deciſ.63. n.18. apud Palm.Nepot.Rot.
deciſ.654.n.6., & dec.727. n.4.par.2.rec.deciſ. 908.
corã Buratt., & deciſ.205.n.7.coram Ottbobon. Zaul.
alleg. Rubr.4. n.20.*, & expreſsè hoc diſponitur in
ſæpè allegata *Reform.Pauli V. in §. mandata ſuſpi-
cionis fugæ* -- ibi *Et quod ipſi creditori non ſit cau-
tum per alios correos, vel fideiuſſores.*

Licet de Iure communi quando ſumus in cor-
reo, & inſolidum obligato contrarium teneat
*Rot.Lucen.alteg.deciſ.63.n.19.ex Rot.deciſ.118.n.7.
& 8.poſt Zacch. de oblig.Camer.*

At ſi creditori ſint ſuſpecti etiam correi, ac fi-
deiuſſores coobligati, & tales illos iuret in actis
ſimul cum principali debitore, tunc ritè de-
bitor principalis allegatur ſuſpectus, etiam ſtante
121 dicta Reformatione, cum ceſſet motiuum ſecuri-
tatis creditoris ex illorum coobligatione, dum
& ipſi ſunt creditori ſuſpecti *Fenzon. hic nu. 13.
Scannarol.alleg.cap.2.n.65., Zaul.dict.Rubr.4.n.21.*

Et quæ dicta ſunt de debitore habente correos,
vel fideiuſſores coobligatos procedunt ſimiliter,
122 quando quis eſt creditor plurium ſociorum
pro credito ſociali, nam cum tali caſu omnes ſo-
cij prò debito ſociali teneantur inſolidum *ad text.
in l. 1.§.fin. & l.ſi tamen.ff.de exercit. act. Rot.deciſ.
2.n.2., & ſeq. coram Celſ., & deciſ. 193.n.1.ad 10.
poſt Zacch. de oblig.Cameral.*, ideò non poteſt vnus
123 Socius tantùm allegari ſuſpectus, ſed debent
omnes eſſe, & iurari ſuſpecti, ob ſupra allatam ra-
tionem ſecuritatis creditori reſultantis ex plu-
rium Sociorum iure inſolidum coobligatorum,
quando omnes non allegentur ſuſpecti.

Tertiò non poteſt creditor allegare ſuſpectum
debitorem, quando habet pignus debitoris in
124 manibus prò ſecuritate ſui crediti *Surd.conſ.513.
n.5., Carpan.ad Stat.Mediolan.cap.229.n.5.tom.1.,
Tort.ad Stat.Pap.Stat.7.in ciuil. n.28., Pigant.ad
Stat.Ferrar.Rubr.23.n.21., Pacific. de Saluian. in-
ſpect.3.cap.4. n.71. verſic. quia creditor*, ob ſupra-
dictam rationem, quia debitor allegatur ſuſpe-
ctus ad hoc, vt det ſecuritatem creditori timenti
amiſſionem ſui crediti, quæ ſecuritas reſultat ex
pignore, cum melius ſit habere pignus præ mani-
bus, quam cautionem, magiſque expediat incum-
berę rei, quàm actioni.

Si verò ſuper pignore mobili creditori ſit mo-
ta lis per creditorem anteriorem prò illius exhi-
bitione, & poſterior illud exhibuerit, cum
tunc ceſſet eius ſecuritas, ex quo ſuper tali pigno-
125 re præfertur creditor anterior ex plenè traditis
per Tondut.de præuent.Iudic. p.1. c.31.n.44.ad 50.,
tunc pignus huiuſmodi non retardat relaxationẽ
man-

Digitized by Google

mandati ſuſpicionis fugæ; & licet in caſu occurrē-
ti diceretur contrà creditorē, qui exhibuerat pi-
126 gnus mobile, quod illud nō tenebatur oſtendere,
nec exhibere creditori anteriori, niſi præſtita prius
cautione idonea de pignore ſibi reſtituendo vel
de ſatisfaciēdo debitū, prò quo illud detinebat *l.
quamuis ff. de pignor. act.*, *Tondut.* vbi proximè *n. 43.
verſic. itaque concluſio*, adhuc replicatum fuit, quod
hoc fuit inductum fauore creditoris retinentis pi-
gnus, qui ſi tale privilegium non oppoſuit, non
ob hoc privatus remanſit alijs Iuris remedijs,
dum ex tali pignoris exhibitione debitori non
fuit illatum præiudicium, ex quo cum eo conſu-
litur alteri eius creditori anteriori, qui ſimile
mandatum ſuſpicionis fugæ poterat contrà ip-
ſum debitorem obtinere.

Proùt non ſemel pignora data ſunt longè mi-
noris pretij, quàm ſit creditum, quo tam pluries
vidi factam citationem contra debitorem ad re-
cipiendum pignus conuentionale, ac ſolvendum
127 ſummam debitam, aliàs videndum facto de-
poſito pignoris minùs valentis relaxari man-
datum ſuſpicionis fuge, & ſecundum facti circum-
ſtantias, perſonarum qualitates, ac debitorum
ſummas poteſt Iudex tali caſu arbitrari, an ſit
concedendum mandatum ſuſpicionis fugæ, ità ut
ſi debitum non ſit magnum, & pignoris valor
parùm diſtet à quantitate debiti, illud non ſit
concedendum, ex quo tali caſu videtur potiùs
peti ad iniuriam, quàm ad ſecuritatem.

Quarto prò paruo debito quis non poteſt alle-
118 gari ſuſpectus, cum non ſit veriſimile, quod de-
bitor ob modicum debitum velit fugam arripere
*Rolan. conſ. 65. n. 19. verſic. quia poſſet eſſe lib. 3.
Caccialup. de Debitor. Suſpect. qu. 3. n. 5., Carpan.
ad Stat. Mediolan. p. 1. cap. 229. n. 4., Ruginell.
pract. qq. cap. 12. n. 6. Fenzon. hic n. 55. Bernicch.
concluſ. 73. n. 56. p. 1. Balthaſſar. alleg. reſol. 2.
n. 17. §. huic etiam Ripoll. in prax. Iudic. Vicarij
Barchinon. Rubr. 7. n. 19. Cancer. var. reſol. p. 2.
cap. 10. n. 44. Scannarol. ſepè alleg. cap. 2. n. 92.
Ludouic. deciſ. Peruſ. 41. num. 3. verſic., vbi dicit,
Fontanell. deciſ. 234. n. 11. Zaul. alleg. Rubr. 4. n.
23. Carol. Rub. de Confuſ. Iur. cap. 12. num. 36.*

Quæ autem ſit ſumma modica remittitur ar-
129 bitrio Iudicis *Caccialup. dict. n. 5. Fenzon. hic
n. 56. Scannarol. alleg. num. 92. in fine, Fontanell.
deciſ 234. n. 11. dict. Zaul. alleg. Rubr. 4. n. 24.*,
& tale arbitrium prò ſumma modica in propoſito
Fenzon. extendit vſquè ad ſeuta decem, ego verò
regulariter cenſui, ſummam modicam dici illam,
quæ non excedit ſcuca octo, & bon. 40. neceſſa-
riam in Vrbe prò obtinenda captura perſonæ ex
Reformatione Pauli V., cum non ſit veriſimile,
quod quis velit fugam arripere prò paruo debito,
prò quo non poteſt Carceribus mancipari.

Nihilominùs in Alma Vrbe prò penſionibus
domorum, pretio panis, carnis, & aliorum
130 commeſtibilium, nec non mercium, ac veſti-
mentorum debito ab Aulicis, Forenſibus, Artifi-
cibus, famulis, ac Mulieribus inhoneſtis practi-
catur ſæpiſſimè, quod concedantur mandata
ſuſpicionis fugæ indeſtinctè etiam prò modica
ſumma, licèt non ſit talis, quod prò ea competat
captura debitoris, præcipuè quando debitores
ſunt in actu fugæ, vel in imminenti fuga, quia
ad hanc ſe præparent, nàm aliàs creditores amit-
terent eorum credita, ex quo debitores noctur-
no tempore ex improuiſo venditis paucis mobi-
libus, quæ habent, fugam arripiunt, vel euacuant
mobilibus domos conductas, pro quibus debent
penſiones, undè etiam prò paruo debito melius
eſt conſulere creditoribus remedio mandatorum
ſuſpicionis fugæ: præciſis tamen caſibus actualis
fugæ, vel quod debitor cogitet fugam arripere,
131 non eſt ità de facili annuendum prò conceſſio-
ne talium mandatorum, debitoribus non citatis,
cum per ſæpè illis citatis, & auditis viderim
intrare arbitrium magis æquum, & firmum prò
reiectione talium ſuſpicionum, vel illarum admiſ-
ſione iuxtà tradita *per Menoch. de arbitr. Caſ. 87.*, &
benè aduertit oculariſſimus *Fontanell. deciſ. 230. n.
2. ad 6.*, ob ſæpiùs dictum rationem, quia non
ſemel dicta mandata ſuſpicionis fugæ, & execu-
tiones improviſæ petuntur, non ad conſequendam
cautionem prò credito, ſed ad iniuriam, & in
132 hoc poſſum loqui tanquam teſtis ocularis, quia
pluriès hoc habui in praxi dum eram Iudex, &
idem aduertunt *Ripoll. in praxi Vicar. Barchinon.
Rubr. 7. n. 9. & 10. poſt Prax Peguer., Fontanell.
dict. deciſ. 230 n. 4., & deciſ. 234. n. 19.*

Hinc Iudices debent eſſe valdè circumſpecti,
ne contrà Mercatores tenentes tabernas ac fun-
dacos apertos, Artifices habentes Apothecas ac
133. vxores, & filios, relaxent huiuſmodi manda-
ta præcipuè prò parua ſumma, non citatis par-
tibus (quoties non ſint in actuali fuga, vel non,
ſe præparent ad fugam) cum ex huiuſmodi exe-
cutionibus, ex abrupto, & ex improviſo factis,
valdè lædatur creditum mercatorum, & artificum,
qui aliàs ſet. ſer. benè poſſunt ſoluere ſummam,
prò qua petitur aſſecuratio, nec ſit credibile, quod
illi prò debito non conſiderabili velint Vrbem,
vxorem, ac filios deſerere, ac mercimonium, &
artem deponere cum clauſura Apothecarum;
nec debent Iudices terreri ab vulgata commi-
natione, quod ſi petita mandata ſuſpicionis
fugæ, ac aſſecurationes contrà debitores alle-
gatos ſuſpectos non concedant, ipſi Iudices
faciant cauſam propriam, & ſubintrent fideiuſ-
ſores prò debito petito, quia in hoc trita eſt
diſtinctio, & praxis, quod quando debitor non
134 eſt in actu, vel inſtantis fugæ, ipſi non tenentur
ob ſimplicem allegationem ſuſpecti debitoris, ex
quo non poſſidet ſtabilia, concedere mandatum
ſuſpicionis fugæ, cum poſſint cōſideratis conſide-
randis arbitrari, debitorem non eſſe fugam ac-
repturū *argum. tex. in l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi ſatiſdatum
ff. qui ſatiſd. Rolan. conſ. 65. n. 18. verſic. ſecundo
reſpondetur*, & præciſè *Scannarol. lib. 3. §. 8. cap.
3. num. 26.*

Quinto non competit creditori mandatum ſu-
ſpicionis fugæ contrà debitorem ſui debitoris,
135 cum debitor debitoris mei non ſit meus de-
bitor, ut preciſè aduertit *Pigant. ad Stat. Ferrar.
Rubr. 23. n. 27. verſic. habui etiam*, ubi quod id
habuit de facto, & cum mihi etiam caſus hic ac-
ciderit addebam prò fulcienda opinione *Pi-
gantij*, quod ideo non debet concedi mandatum
ſuſpicionis fugæ contrà debitorem debitoris non
citatum, quia poterat eſſe, quod debitor debi-
toris vel ſoluiſſet, vel nouaſſet debitum cum ſuo
creditore immediato, & quia creditor habet ob-
ligatum ſuum immediatum debitorem, undè
non

non poteſt allegare ſuſpectum huius debitorem, illo ſimul non allegato; ſi tamen debitor debitoris eſſet clarus, & indubitatus debitor, & creditor immediati debitoris habeat hunc obliga-
136 tum in forma Cameræ cum hypotheca bonorũ, tunc cum vigore obligationis Cameralis creditor habeat obligata omnia bona ſui debitoris, & ſic etiam nomina debitorum eiuſdem, & poſſit vti omnibus Iuribus ſuo debitori competentibus *Rota deciſ. 362. n. 10. coram Gregor*; nec in dicto caſu obligationis cameralis ſit neceſſaria aliqua excuſſio principalis debitoris, ſed directo agi poſſit contrà debitorem debitoris *Thomas. deciſ. 211. n. 13. Rot. deciſ. 438. n. 3. apud Poſt de manut., deciſ. 7. & deciſ. 91. vtrobique n. 1. poſt Zacch. de oblig. Camer.. & in Romana Pecuniaria 5. Maij 1664. §. Iuſtificato igitur coram Beuilaqua*, propterea poteſt tali caſu debitor debitoris vna ſimul cum immediato debitore, vtroque tamen citato ad ſoluendum, ac cauendum allegari ſuſpectus, eodem tempore iurato ſuſpecto principali, ac immediato debitore, & ità in caſu occurenti iudicaui.

Sexto non competit mandatum ſuſpicionis fu-
137 gæ fauore ceſſionarij contrà debitorem ceſſum, nõ intimata prius ceſſione debitori ceſſo *Cyriac. contr. 464. n. 8. Scannarol. alleg. § 8. cap. 2. n. 85., Fenzon hic n. 33.*, qui teſtatur ſic pluries fuiſſe reſolutum per Cõgregationem Viſitæ Carcerum Capitolij *Sabell. var. 21. reſol. cap. 52. n. 9. Petr. Pecch. de Iure Siſten. cap. 3. n. 4 in fine Theſaur. deciſ. 220. n. 5., Chart. deciſ Ianuen. 63. n. 12. & infrà*; & ſic non ſemel iudicaui.

Limitatur concluſio, ſi de ceſſione manifeſtè
138 ac notoriè conſtaret, & debitor ceſſus habuiſſet illius notitiam *Scannarol. dict. n. 85., Rot. deciſ. 151. n. 5. in fine, & n. 6. p. 2. diuerſ.*, vbi habetur, ex quibus eliciatur ſcientia; & hæc deducitur, quia debitor ceſſus fuerit præſens ceſſio-
139 ni, vel ſoluere cæpiſſet ceſſionario, vt habui de facto in illo, qui fuerat præſens ceſſioni, licèt ſe expreſsè non obligaſſet fauore ceſſionarij, nam non arriſi in dicto caſu petitæ reuocationi mandati ſuſpicionis fugæ, ex quo non eſſet intimata ceſſio, cum hæc non eſſet neceſſaria, dum fuerat facta præſente debitore ceſſo.

Septimo nec conceditur prò credito nouato, &
140 extincto *Rot. deciſ. 62. n. 4. p. 4. tom. 2. recen. deciſ. 361. n. 12. coram Celſ.* confirmata *deciſ. 160. num. 9. part. 14. recen.*

Octauo non relaxatur contrà Clericum, cum non poſſit adſtringi ad cautionem præſtandam prò aſſecuratione iudicij, ſed ſufficiat eius promiſſio, & cautio iuratoria cum hypotheca bonorum, ex quo lex adeò confidit de legalitate,
141 probitate, ac honeſtate Clerici, vt in illo non præſumat fugæ ſuſpicionem *Pichard. Inſtit. tom. 2. lib. 4. tit. 11. n. 36. Scannarol. alleg. cap. 2. nu. 71. & ſeqq.*, qui *n. 76.* hoc ampliat, licèt Clericus ſit obligatus in forma Cameræ *Adden. ad deciſ. 46. n. 9., & infrà p. 9. recen., Rot. deciſ. 341. n. 21., & deciſ. 362. n. 6. & ſeqq. p. 16. recen.*

Si tamen Clericus ſit in actu fugæ, tunc poteſt
142 capi, vt caueat *Scannarol. dict. cap. 2. n. 77. Rot. deciſ. 362. n. 7. p. 16. recen. R. P. D. Anſald.* poſt hæc ſcripta viſus *de Commerc., & mercatur. diſcurſ. 77. n. 29. verſic. ſaltem quando*, cum hoc caſu ceſſet præſumptio reſultans ex bonis moribus, & honeſtate Clerici, dum illa prorſus tollitur ex actuali fuga *dict. Scannarol. num. 78., Anſald. ibidem num. 39.*

Prout Clericus poteſt allegari ſupectus, ſi ſit de-
143 bitor ex cauſa adminiſtrationis *Rot. deciſ. 331. nu. 21. p. 16. recen.*, vel alias ſit doloſus *Anſald. diſcurſ. 78. num. 22.* vbi alios congerit.

An autem Clericus coniugatus poſſit allegari
144 ſuſpectus de fuga, & coram Iudice laico ad effectum illum capiendi de perſona, negat *Fagnan. in cap. propoſuiſti n. 28. de foro competen. in 2. part. decretal fol mihi 102.*, vbi refert, ſic declaraſſe Sacr. Congr. Concil. ſub die 13. Februarij 1610. nemine ex ſeptem Cardinalibus, qui interfuerunt, diſſentiente, & hoc idem tenet *Ricc. deciſ. Archiepiſ. Neapol. 170. num. 2. part. 3.*

Vt autem hoc procedat debet Clericus coniugatus docere, nedum de Clericatu, ſed quod cum
145 vnica, & Virgine contraxerit matrimonium *ad text. in cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6.* cuius diſpoſitionem innouauit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.*, nam non docto de talibus requiſitis Clericus coniugatus nullo gaudet priuilegio,
146 & ob hoc dum aliàs in Congregatione Viſitæ Carceratorum quidam Clericus coniugatus Aptutinus carceratus cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxato à Primo Collaterali Capitolij Iudice laico prò debito ſummæ conſiderabilis, inſtetit prò excarceratione, tanquàm nulliter captus cum mandato Iudicis laici incompetentis ex traditis per *Natt conſ. 430. nu. 17. & 18.*, & alios ſupra hic *n. 144.* allegatos, & Viſitatores inclinarent prò excarceratione, ego vnus ex illis prò iuſtitia acerrimè contradixi, & quod erat benè carceratus, quotiès non oſtendiſſet, cum vnica, & Virgine matrimonium contraxiſſe, vnde excarceratio non fuit ſequuta, ſed carceratus coactus fuit cauere de ſe repræſentando.

Nono non competit mandatum ſuſpicionis
147 fugæ contrà hæredem prò debito defuncti, etiamſi ſit inſtitutus hæres, non diſcuſſo prius, an adiuerit hæreditatem *Natt. conſ. 430. nu. 11. Vbert. de citat. cap. 7. num. 16. Carol Rub. alleg. cap. 12. nu. 55., & 56.*, quinimmò etiam, quod
148 quis ſit hæres per aditionem, adhùc cum poſſit eſſe hæres beneficiatus, non conceditur contrà illum mandatum ſuſpicionis fugæ, niſi eo priùs citato ad docendum de inuentario, ac reddendam rationem de inuentariatis, & ſic vidi practicatum, & de facto iudicaui; at *dict. Rub. n. 58. cum duobus ſeqq.* hoc limitat ſi hæres pauper ſit, & timetur quod bona hæreditaria diſperdat, nam tunc debet cauere.

An autem ipſa hæreditas iacens poſſit allegari
149 ſuſpecta, aliàs dicebatur, quod non cum hæreditas tanquam perſona ficta non poſſit fugam arripere, ego tamen cum ageretur de hæreditate Forenſis conſiſtente in mercibus, mobilibus, ac nominibus debitorum, cenſui loco mandati ſuſpicionis fugæ eſſe concedendum mandatum
150 de deſcribendo, & deponendo, vel de claudendo domum, ac apothecam facta deſcriptione, etiam non citatis intereſſe habentibus, penès quos exiſtebant dictæ merces, libri, ſcripturæ, ac mobilia, ne per citationem inſtruerentur ad omnia occultandum, & nihil poſtea reperiretur, quod

poſſe

Digitized by Google

poſſet deſcribi, & depoui, vt in ſimili licèt regu-
lariter prohibita ſit ſequeſtratio, nihilominùs ex
cauſa legitima, ne iudicium reddatur eluſorium,
& ne ſtuctus, ac mobilia diſperdantur, & dilapi-
dentur fieri permittitur *Gaill. pract. obſer. lib. 1.*
obſer. 148., latè *Michael de Reinos. obſer. 37. n.* 25.
& ſeqq. Caualcan. deciſ. 3. n. 12. lib. 1., & facit
Rot. deciſ. 485. *p.* 18. *recen.*, licet ibi deſcriptio,
de Iure aliàs permiſſa, fuerit declarata attentata
ob pendentiam litis in Rota.

Decimo non relaxantur contrà perſonas Illu-
151 ſtres, ac Nobiles *Gratian. cap.* 875. *n.* 28. *&* 29.,
Scannarol. dict. cap. 2. n, 93., *Pichard. Inſtit. tom.*
2. lib. 4. tit. 11 n. 32., *&* 40., vbi quod propter
dignitatem ſtatur eorum iuratoriæ cautioni *Vi-*
loſ. alleg, cap. 19. §. 6. n. 24. vbi quod Iudex non
poteſt inculpari, ſi perſonas ſimiles ratione ſu-
ſpicionis fugæ non incarcerauit; at talis conclu-
ſio non eſt indiſtinctè practicanda cum omni ge-
152 nere perſonarum oobilium, ſed cum illis ordi-
nis Magnatitij, vel titulo Baronum decoratis, &
etiam eſt reflectendum, an agatur de Forenſibus,
qui in Vrbe contraxerunt debita, & poſtea rece-
dere volunt, etiam fugam arripiendo, vt mihi
153 euenit cum N. Marchione Neapolitano, qui
voluptatis cauſa ad Vrbem acceſſerat, & in ea
varia debita cum mercatoribus, & alijs contra-
xerat, etiam modis non totaliter ſinceris, & viro
nobili incongruis, nam relaxatis per me pluribus
mandatis ſuſpicionis fugæ, ad inſtantiam diver-
ſorum creditorum, & cum illis carcerato dicto
Marchione, fuit contrà me factus magnus ſtrepi-
tus etiam cum recurſu ad S. M. Innocentium
XI., qui remiſit talis negocij cognitionem ad
ſuum Auditorem, qui tunc erat Cardinalis de
154 Luca vir non minùs doctrina, quam in iuſtitia
adminiſtranda robotea conſtantia amictus, qui
auditis creditoribus, & ſimul me, noluit concede-
re excarcerationem dicto Marchioni Forenſi, niſi
vel ſatisfactis creditoribus, vel ijſdem aſſecuratis
cum caotione, & prò hac opinione faciunt præ-
clarè firmata *per R. P. D. Anſald.* longe poſt hec
ſcripta viſum *de commerc., & mercatur. diſcurſ.* 77.
n. 22. *ad* 26.; bene verum eſt, quod ceſſante
actuali, vel imminenti fuga ad euadenda incon-
uenientia, ſatius eſt ſe abſtinere à concesſione
155 mandatorum ſuſpicionis fugæ contrà valdè no-
biles, ac titularos, & melius eſt in Alma Vrbe
expectare, quod Princeps ipſe ſtatuat, quid agen-
dum, & quomodò procedendum; hoc vnum
addo, quod in dicto caſu Marchionis exteri car-
cerati tanquàm ſuſpecti, & parati ad ſugam,
cum acres querimoniæ contrà me excitatæ
fuerint, ego inveni exemplum ſub Alexandro VII.,
qui in Signatura Gratiæ cuidam Marchioni car-
cerato cum mandato ſuſpicionis fugæ prò magno
debito, & ex capite tituli Marchionatus præten-
denti, non potuiſſe allegari ſuſpectum, idem Pon-
tifex non arriſit petitioni, ſed Marchio fuit
coactus præſtare cautionem prò aſſecuratione
Iudicij, hoc poſui ad hoc, ut Iudices ſint quidem
prudentia præditi, ſed non timoroſi in faciendo
id, quod debent.

Vndecimo non relaxantur contrà illos, quibus
competit beneficium deducto ne egeat, nam
156 fruſtrà petitur cautio, ac aſſecuratio prò debi-
to contrà illos, quorum creditor non poſſet obti-
nere carcerationem *Scannarol. alleg, cap. 2. n.* 57.
& 58. *Thomat. deciſ.* 85. *nu.* 41. *ad* 44., *Rot. deciſ.*
742. *n.* 32. *& infrà p. 4. tom. 3. rec.*

Si tamen ille, cui competit tale beneficium,
fuerit ob aliquam cauſam à iure approbatam tali
157 beneficio priuatus, tunc poteſt allegari ſuſpe-
ctus *Scannarol. d. n.* 58. *Rot. deciſ.* 742. *n.* 39., *&*
ſeqq. p. 4. tom. 3. recen.

Cauſæ tamen, ob quas beneficium prædictum
deducto ne egeat non competit, vel fuit amiſſum,
& quod propterea debitores, eo non attento,
poſſint allegari, ſuſpecti debent per Iudicem exa-
minati, antequàm relaxet mandatum ſuſpicionis
fugæ, ſi tamen carceratio contrà illos iàm ſequuta
158 ſit, ſi incontinenti doceatur de beneficij præ-
dicti incompetentia, non debet debitor excarce-
rari, vt fuit ſeruatum in allegata *deciſ.* 742. *per*
tot. p. 4. tom. 3. recen.

Decimo ſecundo ſi creditor petierit aliquod
creditum contra ſuum debitorem, non poteſt re-
conueniri prò alio credito in vim mandati ſuſpi-
159 cionis fugæ, & ità paſſim de conſuetudine
ſeruatur, & id deducitur *ex Rot. deciſ.* 48. *nu.* 4.
p. 4. recen., vbi pariter teſtatur de conſuetudine.

Sed vidi acriter controuerſum, an id procedat,
quando debitum per Actorem petitum eſt modi-
cum, & fortè deductum per viam præventionis
artificioſè ad euadendum mandatum ſuſpicionis
fugæ prò debito magno, quo premebatur ergà
illum, quem prius agendo pulſauit, an tali caſu
Reus conuentus poſſit reconuenire actorem iudi-
160 cio ſuſpicionis fugæ, ego cenſui, quod ſic, ſal-
tem prò illa parte crediti maioris quantitatis, &
quod prò ea Actor deberet cavere, nàm ſi hic eſt
ſuſpectus de ſuga, non eſt æquum, quod cum par-
uo debito, & fortè ideali, & conficto antecedenter
petito, eludat creditum magnum, ac reale ſui
creditoris præuenti, nam ſicut de iure, & ex ſtatu-
to noſtro hic poſſeſſio ſtabilium non æquiualen-
tium credito, quod petitur, non ſufficit prò re-
tardatione mandati ſuſpicionis fugæ ex firmatis,
ità nec modicum creditum priùs deductũ per de-
bitorem debet tollere ſuſpicionem contrà ipſum
reſultantem ex maiori debito, & ex non poſſeſſio-
ne ſtabilium.

Quando verò eadem die vtraque pars citauit ad
ſoluendum, & non conſtat quis præuenerit in pe-
161 titione mandati ſuſpicionis fugæ, hoc caſu di-
xi, ab vtraque parte eſſe abſquè dubio aſſecuran-
dum iudicium, cum non intrent termini recon-
uentionis, quem caſum habui de facto, & ſic
cenſui.

Decimo tertio non conceditur mandatum ſuſ-
picionis fugæ contrà debitorem priùs conuentum
162 in iudicio ſer. ſer., niſi ſuſpicio ſuperuenerit
poſt motum iudicium *Rot. deciſ.* 485. *n.* 2., *&* 3.
part. 18. tom. 2. recen. Borgnin. deciſ. 1. n. 14. *&*
ſeqq. lib. 1.; ſi verò quando fuit cœptum agi iudi-
cio ſer. ſer. fuerit in eadem inſtantia facta præſer-
natio *ſine præiudicio mandati ſuſpicionis fugæ*, tunc
163 hoc poteſt quandocunque peti, & fieri variatio,
cum ab eo non fuerit receſſum per iudicium cœ-
ptum ſer. ſer., ſtante dicta præſeruatione; idem
dic ſi poſt motum Iudicium ſer. ſer. ſuperuenit
noua cauſa ſuſpicionis, de quo dicam mox
latius.

Quando autem quis eſt de fuga ſuſpectus, &

ſumus in caſibus, in quibus intrat mandatum
ſuſpicionis fugæ, tunc ille eſt priuarus omnibus
Iuris priuilegijs, vndè poteſt capi etiam in die-
164 bus feſtiuis in honorem Dei, licet ſint feſtiuita-
tes maiores Ramon. conſ. 11. num. 21. verſic. poteſt
capi, Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 58. n. 32. & 33.
lib. 1., Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 40. n. 11.
Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 41. n. 42., Vbert. de citat.
cap. 7. num. 175. verſic. & tempore feriato Berliceh.
concluſ. 73. n. 50. p. 1. Sabell. var. reſol. cap. 52. num.
12., Viloſ. de debitor. ſuſpect. & fugit. cap. 19. §. 3.
n. 83., & §. 7. num. 18. & 19. vbi de ratione Manſ.
conſult. 126. n. 7. & 8. tom. 2. Borgnin deciſ. 1. n. 41.
lib. 1., Rot. deciſ. 401. n. 12. p. 15. recen.; quod vi-
detur peocedere, quando periculum eſt in mora,
& agitur de fuga inſtanti Peceh. de iur. ſiſten. cap. 7.
per tot., Sabell. dict. cap. 52. n. 12, verſic. intelligen-
do Io: Franc. Balthaſſar. pract. reſol. par. 3. tit. 13.
reſol. 2. n. 12.; licet concluſio ex praxi in Vrbe ſer-
uetur in omni mandato ſuſpicionis fugæ.

At Romæ, durantibus ferijs in honoeem San-
ctiſſimæ Natiuitatis, ac Reſurrectionis D.N. Ieſu
165 Chriſti, talia mandara non mandantue execu-
tioni ſine licentia, & exequatur Gubernatoris
Vrbis, vel A.C., vel Senatoris, vt ex praxi omni-
bus nota, & ità ad litteeam exprimitur in decre-
to indictionis feriarum, quod legitue in Congre-
gatione Viſitæ occaſione dictarum ſolemnium
feſtiuitatum.

166 Prout cum mandato ſuſpicionis fugæ poteſt
quis capi etiam in domo propria Ludouic. Morott.
conſ. 80. per tot. Tort. ad Statut. Pap. Rubr. 7. n. 37.
Berliceh. dict. concluſ. 73. n. 51. Io: Franc. Balthaſ-
ſar. pract. reſol. tit. 13., reſol. 2. n. 8. verſic. nam
ſtante. Conciol. dict Rubr. 40. n. 6., Vbert. de citat.
cap. 7. n. 175., Ripoll. de Magiſtr. Logiæ Maris cap.
7. n. 32.

167 Et etiam de nocte, Tort dict. Rubr. 7. n. 37. &
Rubr. 41. n. 39., Conciol. dict. Rubr. 40. num. 13.,
verſic. dixi, Fontanell. deciſ. 232. n. 14. Sabell. var.
reſol. cap. 52. num. 13., Viloſ. allegat. §. 7. num. 28.
in fine.

168 Poteſt capi etiam in Nundinis Ramon. alleg.
conſ. 11., Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 10. num. 11.
circa med., Surd. deciſ. 307. n. 17. & ibi Hodiern. n.
1., Viloſ. de Debitor. ſuſpect., & fugit. cap. 19. §. 3.
n. 92. ad 95., & §. 7. n. 26. cum duob. ſequen. Fonta-
nell. deciſ. 233. n. 9. ad 13.

Sed quod ſuſpectus de fuga poſſit capi in Nun-
dinis, non procedit in ſimplici ſuſpecto de fuga,
169 ſed ſolum in eo, qui ſit in actu fugæ, & quando
aliàs creditori redderetur impoſſibilis recupera-
tio ſui crediti Ramon. conſ. 11., Fontanell. dict. de-
ciſ. 233. n. 16. & infrà.

Vel procedit, ſi ageretur de debito contracto in
170 ipſis Nundinis à Foreuſe ſtatim receſſuro, vel
de prætio rei venditæ in ipſis Nundinis ſtatim
ſoluendo, cum tunc nullum ius, nullaque æqui-
tas ſuadrat, quod debitor fugere debeat, & ſolu-
171 tionem effugere ſub prætextu exemptionum
conceſſarum Nundinis Franciſc. Pfeilſ. conſ. 181.
p. 2. Niger. de execut. rei iudic. §. 5. n. 22., & facit
dict. Ramon. conſ. 11. n. 16. & ſeqq. Surd. deciſ. 307.

172 Et licet Ramon. dict. conſ. 11. & 12. per tot. &
Viloſ. dict. §. 3. n. 86. & ſeqq. teneant in termi-
nis priuilegiorum conceſſorum Ciuitati Barchi-
nonæ, quod in Nundinis non poſſit capi debitor
ſuſpectus de fuga; adhuc intelligitur in ſimplici
ſuſpecto, non autem in exiſtente in actuali fuga,
nec in debitoee ex cauſa pretij eerum emprarum
in Nundinis ex ſuprà declaratis, & facit plena
deciſ. 2. Caualcan. lib. 1.

Nec executio mandatorum ſuſpicionis fugæ
retardatur, ſub peætextu cuiuſuis priuilegij, re-
173 ſcripti, ſalui conductus, ſeù non grauetur, niſi
de illis ſpecialis mentio facta ſit Cancer. alleg. cap.
10. n. 19. verſic. hinc ſuſpectus par. 2., Surd. deciſ.
307. num. 16.; peopterea ex praxi Curiæ Romanæ
174 non grauerur, ac ſupeeſeſſoriæ conceſſæ debito-
ribus non ſuffragantur aduersùs mandara huiuſ-
modi, nec Iudices reaſſumunt cauſas ſuſpenden-
do talia mandata ab alijs Iudicibus eelaxata.

Ideoque quando debitor eſt in actu fugæ, &
periculum eſt in mora, poteſt capi à quocumque
175 Iudice, etiam incompetente, nedùm creditor
adit Iudicem competentem, debitor aufugiat,
& quia poteſt tali caſu ceeditor etiam propria
authoeitate capere debitorem fugitiuum ad text.
in l. ait Prætor. §. ſi debitor ff. quæ in fraud. credit.,
& eſt ſingulare in hoc conſ. 192. n. 3. & 4. Ancha-
rani, quem ſequitue Roman. conſ. 24. n. 27. vbi quod
hæc eſt mirabilis concluſio Petri de Ancharan.,
& ibi Mandoſ. in apoſtill. firmat hanc opinionem
vti communiorem Rolan. conſ. 65. n. 5. & 28., ver-
ſic. reſpondetur lib. 3. Natt. conſ. 430. n. 29. Caccia-
lup. de Debitor. ſuſpect. qu. 4., Tort. ad Statut. Pap.
ſtat. 7. in ciuil. n. 31. & infrà, Bottin. ad Stat. Genu.
lib. 6. cap. 6. §. 1. in addit. 3. 4. & 5., Grene. pract.
concluſ. lib. 2. concluſ. 44. conſider. 1. n 16. Balthaſ-
ſar. alleg. reſol 2. num. 8. verſic. quinimmò regulare
Scannarol. de viſit. carcer. lib. 3. §. 8. cap. 4. num. 29.
vbi teſtatue de magis communi, & quod ità in
Vrbe ſeruatur, Viloſ. alleg. cap. 19. §. 4. num. 3. &
ſeqq. & §. 5. n. 2. & infrà, Peregrin. Iannin. de
citat. real. lib. 1. cap. 1. n. 11. & ſeqq. vbi de com-
muni Carol. Rubeus de conſuſ. Iur. cap. 12. n. 31. ad
35., Theſaur. deciſ. 220. nu. 8. Fontanell. deciſ. 240.
n. 7., Thomat. deciſ. 85. n. 25. & infrà & deciſ. 110.
n 18, Adden. ad deciſ. 46. n. 97. par. 9. recen., Rot.
deciſ. 742. n. 1. & ſeqq. p. 4. tom. 2. & deciſ. 160. n.
1. & 2. p. 14. recen.

At ralis concluſio procedit tantùm, quando
ſumus in debitote fugitiuo, cum tunc periculum
ſit in mora, & non requiritur propterea aliqua
cauſæ cognitio, dum ex dictis poteſt fieri captu-
ra talis debitoris, etiam authoeitate peopeia, &
176 tali caſu Iudex incompetens tenerur ſtatim re-
mittere captum ad ſuum Iudicem competentem,
Rolan. conſ. 65. n. 28. verſic. vlterius dicitur, & n.
29. lib. 3., Ripoll. dè Magiſtr. Logiæ Maris cap. 7. n.
34. & 35. Cancer. dict. cap. 10. n. 11., & infra, Vi-
loſ. dict. §. 5. n. 4. & 5.; ſecùs ſi agatur de ſimplici-
tee ſuſpecto, ſed non exiſtente in actu fugæ, tunc
177 enim requiritur in decernendo mandato ſuſpi-
cionis fugæ cauſæ cognitio, vndè talis ſic ſimpli-
citer ſuſpectus non poteſt capi per Iudicem in-
competentem, vt benè diſtinguit Socein. Sen.
conſ. 99. n. 1. ad 4. lib. 4., Gratian. cap. 875. num. 1.
ad 9., Vbert. de citat. iuxtà modern. impreſs. cap. 7.
n. 165. & 166. Thomat. deciſ. 110. n. 19. & ſeq.,
vbi concludit pro nullitate mandati ſuſpicionis
fugæ relaxati à Iudice Eccleſiaſtico contra merè
laycos, dum aderat in loco Iudex ſæcularis ordi-
narius, nec agebatur de exiſtente in actu fugæ,
& ſe-

& ſecundum hanc diſtinctionem debet intelligi
Ancharan. conſ. 192., proüt innuunt ipſius ver-
ba, ac rationes, aliàs illius opinio non eſſet
vera, nec attendenda Gratian. dict. cap.875 .num.
6. 7. & 8.

Hinc quando Clericus eſt in actu fugæ poteſt
capi etiam à creditore laico abſque metu excom-
178 municationis, ad effectum, tamen vt illum rectà
via ducat ad Iudicem Eccleſiaſticum Cancer. var.
reſol. p.2. cap.10. n.14. Balthaſſar. pract. reſol. p.3.
tit.13.reſol.2.n.9.

Et quoties imminet actualis fuga, poteſt man-
datum ſuſpicionis fugæ obtineri ab vno Iudice,
179 licèt lis pendeat coram alio abſque vitio atten-
tatorum, cum tale mandatum accipiatur tan-
tùm ad effectum aſſecurandi Iudicium Vbert. de
citat. qu.7. n.174., Card. de Luc. de credit.& debit.
diſc.113. n.13., præclarè Rot. deciſ.742. num.1.&
ſeqq p.4. tom.3. recen.

Hæc tamen concluſio patitur declarationem,
vt procedat quoties non poſſit pro obtinendo eo-
dem mandato adiri Iudex, coram quo cauſa pen-
180 det, quia interim, debitor fugam arriperet,
ſecùs ſi æquè promptè poſſet ille adiri Natt conſ.
430. n.29., benè Nenizzan. conſ.52. nu.17. & 18.
de Luc. dict. diſcurſ.113. nu.13., verſic. attamen di-
cebam, & facit benè Rot. deciſ.478. num. 1. par. 1.
recen., vbi habitum fuit pro attentato Arreſtum
181 factum coràm alio Iudice pendente lite in Ro-
ta, dum periculum non erat in mora Thomat. de-
ciſ.110. n 19. & ſeq., & deciſ.485. num. 5. & infrà
182 p.18. tom.2. recen.; ſi verò periculum ſit in mo-
ra, tunc poteſt debitor ſuſpectus allegari coram
alio Iudice etiam incompetente Viloſ. alleg. §. 5.
n.5. & 6., licèt lis pendeat alibi, etiam in Rota,
Rot. deciſ.742. n.1., & ſeqq. par. 4. tom. 3. recen.,
vbi ità declaratur deciſio in Romana Pecuniaria
ſeù Arreſti coram Pirouano, quæ eſt dicta deciſ.478.
p.1. recen.; ita tamen vt captus tali caſu cum man-
dato Iudicis incompetentis ob periculum fugæ
remittatur ad Iudicem competentem, cum facta
aſſecuratione ceſſet periculum fugæ, & cauſa de-
beat cognoſci coram Iudice competente Gratian.
cap.875. n 9., Viloſ. alleg. §.5. n.8., Thomat. deciſ.
85. num.26.

Si autem captura debitoris vti ſuſpecti de fuga
ſit ex aliquo capite nulla, an ſit confirmanda ex
ſuperueniente indubitata probatione, cuius
183 vigore eſſet de nouo concedenda, negant Natt.
conſ.430. n.26. præclarè Nenizzan. conſ.52. nu.43.,
Theſaur. deciſ.220. n.3.; affirmant Cancer. var. re-
ſolut. p.2. cap.10. n.27. ad 29., plenè Ludouic. de-
ciſ. Peruſ.40. per tot., & latè hanc opinionem tue-
tur Fontanell. deciſ.241. n.11. & ſeqq. & num. 19.
plenè Manſ. conſult. 118. n.26., & infrà, & præ-
cisè conſult.417. n.6. & hanc opinionem probauit
Rot. deciſ.151. num.5. p. 2. diuerſ., & clarius deciſ.
742. n.25. & 26. p.4. tom.3. recen.

Quæ opinio affirmatiua videtur recipienda,
quoties non deficiat ſubſtantiale fundamentum
184 capturæ, ſed ſolum aliquod requiſitum acci-
dentale, vt videtur diſtinguere Cancer. allegat. cap.
10. n.27. & 28., ſecùs ſi deficiant ſubſtantialia,
videlicèt Iuramentum ſuper ſuſpicione, vel om-
nimoda inſubſiſtentia crediti, hoc enim caſu ex
captura reſultat clarum ſpolium commiſſum
per partem, ac Iudicem, vndè illud eſt priùs
185 purgandum, & carceratus ad priſtinam liberta-
tem venit reſtituendus per excarcerationem Can-
cer. ibidem n.26. & 27., Vbert. de citat. cap. 7. nu.
169., Rot. deciſ.151. n. 2. & 3. p.2. diuerſ., & fa-
cit Viloſ. dict. cap. 19. §.6. n.36.

Vel opinio affirmatiua procedit quando agi-
186 tur de captura, quæ prætenditur nulla ex ſolo
defectu citationis, tunc enim ſi verè conſtet de
debito, vel per confeſſionem, vel alio modo, tunc
malè captus benè retinetur Vbert. dict. capit. 7.
num. 170.

Vel ſi agatur de debitore exiſtente in actu fu-
gæ, vel ſe præparante ad fugam, itaùt periculum
ſit in mora, tunc ratione talis periculi conceditur
187 captura, etiamſi poſtea ſuperueniant probatio-
nes, per quas captura, non bene ſeruato Iuris
ordine facta, iuſtificetur, Natt. conſ.430. n.5. &
6., Vbert. de citat. alleg. cap. 7. n.171., Card. de
188 Luc. de credit. & debit. diſc.113. n.26., vbi con-
ſiderat ſi agatur de debitore diuerſi Principatus,
qui ſi excarceraretur, actum eſſet de noua captura
pro debito ciuili.

Si verò captura ſit nulla propter exceſſiuita-
tem, quia debitor tantam ſummam non debeat,
189 quantum continet mandatum ſuſpicicionis fu-
gæ, cum quo fuit captus, tunc ſuſtineri captu-
ram ex æquitate pro ſumma verè debita, præcipuè
ſi agatur inter mercatores, tenet Fontanell. deciſ.
235. n.19. & ſeqq., & ſequitur Pigant. ad Statut.
Ferrar. Rubr. 23. n. 14. verſic. addo libenter cum
cumulatis per Palm. deciſ. Lucen. 22. num. 12. vbi
teſtatur de ſtylo Rotæ Lucenſis, & videatur Bal-
thaſſar. alleg. reſol.2. n. 17. §. ſed quid & §. ſeq.;
190 præcipuè ſi Iudex, qui relaxauit mandatum
procedat cum clauſula ſola facti veritate inſpecta
Andreol. controu.159. dictus Pigant. vbi proximè.

At hæc opinio non eſt Romæ recepta, cum ca-
ptura ex capite exceſſus, etiam in obolo non ſu-
191 ſtineatur, nec practicetur æquitas retinendi
carceratum pro ſumma verè debita, ſi in parte de-
bitum ſit falſum, ſed in totum corruit Viloſ. dict.
§. 6. nu.38., & præcisè Rot. deciſ.81. p.15. recen.,
Andreol. controuer.159. n. 3. Fontanell. deciſ 234.
n.15. ad 18., & hanc opinionem ſedulò articulo
diſcuſſo firmauit Aſſettamentum Curię Capitolij;
quæ opinio videtur verior, nam ſi executio realis
192 exceſſiua, quando eſt conſumata, ratione exceſ-
ſus irritatur in totum, nec ſuſtinetur pro ſumma
verè debita, ex quo ab exceſſu reſultat ſpolium ex
plenè firmatis per Rot. deciſ.630. p.2. recen., deciſ.
2. n.13. poſt Zacch. de oblig. Cameral., & deciſ.656.
nu.1. & ſeq. ac nu.11. coram Pamphil., & plenè Ri-
dolph. in prax. par.1. cap.6. n.20. ad 25., quantò
magis id procedere debet in executione exceſſiuè
facta in captura hominis liberi Scannarol. de vi-
ſit. carcerat. lib.3. cap 10. num. 13. fol. mihi 378.,
cum maius, & grauius ſit ſpolium circà perſonam
193 per capturam ſua libertate priuatam, quam
circà res, & bona, cum illa deſeruiant perſonæ,
& hæc dominetur rebus, & propterea ſpolium
commiſſum circà perſonam, tanquam magis
odioſum, venit omninò purgandum per repoſi-
tionem carcerati in priſtinam libertatem, & cum
hac opinione, quam paucis verbis probat Neniz-
zan. conſ.52. n.43., vidi proceſſum per Congrega-
tionem Viſitæ, quæ ſemper capturam exceſſiuam
nullam declarauit cum excarceratione, ac con-

demnatione creditoris in expenſis, & ità ſeruanie
etiam Aſſettamentum Capitolij , in cauſa , de
qua in voto tunc à me facto ſequentis tenoris.

Monaci Sancti Euſebij Vrbis obtinuerant man-
datum pro ſcutis 181. contrà Nicolaum del Gran-
de inſolidum obligatum cum Nicolactio prò pre-
cio vini per ipſos Monacos tradito Nicolactio, &
cum dicto mandato carcerari fecerunt eumdem
del Grande, cumque hic eſſer arreſtatus à multis
creditoribus , & prætenderet capturam nullam ex
capite exceſſus, facto priùs coram me concorda-
to, fuie conſultum Aſſetramentum , an eſſer lo-
cus ex carcerationi, & ab eo ſub die 4. *Iulij* 1682.
vnanimi ſuffragio fuit reſponſum prò excarcera-
tione prius per me decreta.

Ee fundamentum reſolutionis, fuie quia ca-
ptura proceſſerar prò maiori ſumma debiti ,
& ſic erat nulla , eratque proptereà captus re-
laxandus propter indiuiduitatem perſonæ, nec
194 poterar retineri prò ſumma verè debita, cum
vtile per inutile tali caſu vitietur *Andreol. contron.
159. n. 1. & 2. Mart. Vot. Piſan. 79. n. 5. & 6. Viloſ.
de debitor. ſuſpect. & fugit. cap. 19. §. 6. n. 38., &
39. Rot. deciſ. 570. n. 2. coram Amat. Dunozett., &
deciſ. 69. n. 1. coram Royas* , & hæc opinio paſſim
practicatur per Tribunal Congregationis Viſitæ
teſte *Scannarol. de Viſit. Carcerat. Lib. 3. cap. 8. n. 22.
& 31.*, illamque ipſe pluries practicari vidi per
Viſitam, dum per plures annos fui vnus ex depu-
tatis Præſidentibus in eadem Viſita.

Non obſtante, quod nulliter captus poſſit pro
vero debito retineri, & intret vulgarum dictum
195 malè captus, benè retentus, vt teſtantur *Ma-
gon. deciſ. Florent. 126. n. 3., Ludouic., deciſ. Peruſ.
40. n. 2. cum duobus ſeqq., Mart., Vot. Piſan. 79.
n. 2. ad 4.*, cum alijs apud *Andreol. contron.* 159.; quia
reſpondetur quod Doctores prædicti loquuntur
196 in captura nulla ex defectu citarionis, vel ex
alio capite, non verò, quando nullitas prouenie
ex cauſa exceſſus *Andreol. contr. 159. n. 3. in fin.,
Viloſ. de fugitiu. cap. 19. §. 6. n. 38.*. vbi quod ca-
ptura pro debito partim verò, & partim falſo ie-
ritatur.

Exceſſus autem apparebat, ex quo Monaci
oſtendebane conſignatiſe Nicolactio carruculas
duodecim vini, continentes cados duodecim
prò qualibet carrucula, & ſic cados 144., quorum
valor conſtitutus ex pacto in iulijs ſexdecim cum
vno quarto prò quolibet cado, erat in ſcutis 232.,
quibus ſcutis 232. additis ſcutis 175.50. prò alijs
cadis 108. prò parte Monacorum venditis in De-
poſitaria Vrbana ad damnum Nicolactij empto-
ris, totum pretium vini erar in ſcutis 407.50.,
cumque Monaci in quatnor partitis coram me
concordatis recepiſſent ad computum ſc. 287.65.,
remanebane proptereà creditores in ſolis ſcutis
119: 85. non autem in ſcutis 181., prò quibus
fuit ſequuta carceratio, vndè exceſſus eſt in
ſcutis 61.15. & tamen ad hoc, vt captura ſit nul-
197 la ex capite exceſſus ſat eſt, quod hic ſit etiam
in modico *Vermigliol. conſ. 178. num. 1., Scanna-
rol. de Viſit. Carcer. lib. 3. cap. 8. num. 23. verſic. etiam
exceſſus*.

Non obſtat, quod ex dictis ſcutis 287.65. re-
ceptis per Monacos eſſent delenda ſcuta 25. per
ipſos ſoluta Gabellario prò redimenda parte vi-
ni, quod ceciderat in commiſſum ex culpa em-
ptoris, quia contrarium deſumebatur ex atte-
ſtatione Officialis extracta ex Libris publicis De-
198 poſitariæ Vrbanæ, quibus erat credendũ *Rot. de-
ciſ. 377. n. 3. coram Merlin.*, ex quibus libris con-
uincebatur de mendacio atteſtatio data per Mo-
nacos; & ex facto ad euidentiam comprobaba-
tur veritas contentorum in Libris Depoſitariæ,
dum Monaci ſoluendo Appaltatori Gabellæ vini
reportarunt ab eo ceſſionem iurium, & cum illis
poſteà egerune contrà Nicolactium, & obtinue-
runt mandatum, vndè idealis eſt prætenſio, quod
ex pecunijs receptis à Depoſitaria diminuenda
ſint dicta ſcuta 25. ſoluta Dohanerio longè poſt,
& prò quibus Monaci egerunt contrà Nicola-
ctium, & precipuè ceſſabat huiuſmodi ideale obie-
ctum, aduertendo, quod quando Monaci recepe-
runt pretium Vini à Depoſitaria Vrbana, credi-
tum ſcutorum 25. ſolutum Dohanerio non erat in
rerum natura, dum fuit acquiſitum per tres dies
poſt, & prò eo actum iudicialiter contrà Nico-
lactium.

Minus releuat conſignatio aliarum dua-
rum carrucularum vini facta vltrà præfatas car-
ruculas duodecim, quia illa nec probabatur,
nec præſumebatur, quinimmò erat prorſus in-
uerißimilis, ſi enim prò vino antecedenter tra-
diro in cadis 144., & occultato per emptorem,
monaci petierunt aſſecurationem, redditur pror-
ſùs inuerißimile, quod voluerint poſtea continua-
re in conſignatione alterius quantitatis vini; &
quatenus noua conſignatio fuiſſet vera, adhuc
dum prætenditur facta poſt carcerationem, quæ
emanauit prò vino conſiſtente in duodecim car-
ruculis tantum, vt deponunt teſtes examinati prò
parte Monacorum, non poteſt captura ſequuta
ante prætenſam probationem dictarum duarum
199 carrucularum ſuſtineri ex probationibus poſteà
factis benè *Neuizzan. conſ. 52 n. 43. Natt. conſ. 430.
n. 20., & 26.*, vbi adducit optimas rationes *Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 820. n. 19. & 20. Theſaur.
deciſ. 220. n. 3., Rot. deciſ. 151. n. 4. p. 2. diuerſ.*

Præterea admiſſa etiam traditione dictarum
duarum carrucularum, adhuc remanebat clarus
exceſſus in ſcutis 22.15., & ſic ſemper erat locus
excarcerationi, quæ procedit ex quouis minimo
exceſſu ex ſupra firmatis. *Hactenus votum*.

Sequuta fuit ex carceratio non obſtante cita-
tione cum inhibitione exequuta contrà Cuſto-
dem carcerum, & Notariũ cauſæ coram D. Capi-
taneo Appellationũ, ad impediendã excarceratioẽ
nam hæc noua cautela, per me relata D. Senato-
ri, fuit ſpreta, & ordinatum Cuſtodi carcerum,
vt non attenta tali citatione excarceraret carce-
ratum, proùt fecit, & Monaci acquieuerunt.

Quando autem captura carcerati cum manda-
to ſuſpicionis fugæ declaratur nulla, tunc corruit
etiam obligatio fideiuſſorum, quos carceratus
preſtitit ad ſe eximendum à carceribus *Rot. deciſ.
327. n. 6. & 7. coram Duran. & deciſ. 354. n. 10 p. 14.
recen.*; & amplius creditor condemnatur in expen-
200 ſis, ac etiam damnis, & intereſſe paſſis per de-
bitorem nulliter, & indebitè carceratum *Tort. ad
Stat. Pap. Rubr. 7. n. 42. fol. 256., Cyriac. contr. 464.
n. 23., & ſeqq., Viloſ. de Debitor ſuſpect., & fugitiu.
cap. 19. §. 6. n. 2. Bottin. ad Stat. Gen. lib. 6. cap. 6. §. Et
ſi probatum*; nec poteſt per creditorem inſtitui no-
uum iudicium prò ſuo credito, niſi prius refectis

exptq-

Digitized by Google

201 expenſis damnis, & intereſſe, *Cyriac. contr. 464. n. 27., Theſaur. deciſ. 220. n. 3., Borgnin deciſ. 1. a. 14., & 37. lib. 1.*

Hinc paſſim vidi in Congregationæ Viſitæ car-
ceratorum excarceratos debitores denuò captos
202 antè refectionem expenſarum, damnorum, &
intereſſe, ex quo creditum contentum in mandato
euaſerat illiquidum, & diminutum ob expenſas
huiuſmodi reficiendas, & ſic ſecunda captura
remanebat etiam exceſſiua, & ex hoc capite
reuocanda ex ſuprà firmatis.

Quando autem captura ſuſtinetur, ſi illa pro-
ceſſit cum mandato non citato debitore relaxa-
203 to, expenſas mandati, & capturæ patitur cre-
ditor, *Paulus V. in ſua Conſtit. 71. in ſæpè alleg. §. mandata ſuſpicionis fugæ*, & idem diſponit Statu-
204 tum hic, ſecùs ſi ſit citatus *Vbert. de citat. c. 14. n. 123. Anton. del Rè de Iurament. Calumn. cap. 15. n. 10.*, & licet dictus Vbertus dicat, quod
debitor non ſoluit expenſas, ſi ſtatim caueat, an-
tequam ducatur ad carceres, ſecus ſi longè poſt
caueret, quando captura erat iuſta, cum tunc
expenſæ cenſeantur factæ culpa debitoris, adhuc
205 talis diſtinctio nec in Iure probatur, nec praxi
eſt recepta, quotieſcumque enim debitor eſt ca-
ptus non præcedente citatione, quocumque tem-
pore caueat, ſemper expenſas ſubire cogitur cre-
ditor, nec enim mora in dando cautionem, quam
non inuenit, adauget in aliquo iura creditoris,
qui ſi citaſſet, fortè debitor inueniſſet fideiuſſo-
rem, quem non ſic de facili carceratus poteſt in-
uenire.

Et quando captura vigore mandati ſuſpicio-
nis fugæ fuit declarata nulla, captus excarcera-
tur, non obſtantibus Arreſtis factis ab alijs cre-
ditoribus, cum enim Arreſta adhæreant primæ,
206 ac principali carcerationi, dum hæc declaratur
nulla, non adeſt fundamentum, cui adhæreant
Arreſta, vt de praxi Viſitæ teſtatur *Scanarol. de viſit. Carcerat. lib. 3. §. 10. Viloſ. de debitor. ſuſpect., & fugit. cap. 19. §. 6. n. 40. cum duobus ſeqq. Caſtald. conſult. Foreſ. 83. n. 10. Rot. deciſ. 151. n. 2. p. 2. diuerſ., & deciſ. 401. n. 14. p. 15. recen., Sabell.* poſt
hæc ſcripta viſus *var. reſol. cap. 64. n. 5.*

207 At talia Arreſta in Vrbe *ex Reformatione Pauli V. eius Conſt. 71. Rubr. de Iudic. in cauſ. ciuil. §. non relaxent Arreſta*, non poſſunt concedi con-
trà carceratos cum mandatis ſuſpicionis fugæ,
ſed ſolum cum mandatis ſer. ſer. relaxatis, *Scanarol. de viſit. carcerat. dict. lib. 3. §. 8. cap. 2. n. 81., & 82.*, vbi adducit rationes, quia non poteſt di-
ci de fuga ſuſpectus, qui eſt in carceribus, & quia
iuxtà tenorem mandati ſuſpicionis fugæ contra
iam carceratum relaxatum, & exiſtentem in car-
ceribus non poteſt ille duci ad præſentiam Iudi-
cis, *vt per d. Scanarol. ibidem*, & idem firmare
videtur *Sabell. var. reſol. cap. 64. n. 6. & 13.*

Captus vero cum mandato ſuſpicionis fugæ in
diebus feſtiuis in honorem Dei in domo propria,
208 vel de nocte, non poteſt arreſtari in die feſtiuo
cum alio mandato, vt per bonas rationes firmat
Alexan. conſ. 159. n. 7. & 8. lib. 2. Farinac. q. 27. n. 108., Caualcan. deciſ. 1. n. 42. lib. 1. Scannarol. dict. cap. 2. n. 88., & lib. 3. cap. 11. n. 23. fol. mihi 382., Sabell. var. reſol. cap. 64. n. 12. & 13.

Sed contrarium, quod poſſit talis carceratus
209 retineri cum alio mandato ſuſpicionis fugæ,
firmat *Scacc. de Iudic. lib. 2. ca. 9. n. 33.*, quem ſequi-
tur *Antonell. de tempore legali lib. 4. cap. 9. n. 22.*,
qui *Scacc.* adducit rationem, quia ſtatim in ipſa
excarceratione reuiuiſcit ſuſpicio fugæ.

Prima opinio eſt verior, & ex praxi in Vrbe re-
cepta, ſed ſecunda eſt probabilis, & deberet in
210 iudicando attendi, quoties appareret quod
debitor captus cum primo mandato ſuſpicionis
fugæ, & qui excarceratur, erat tunc in actuali
fuga, & eſt grauatus ingenti ære alieno, itaùt
pro certo habeatur, quod ſequuta excarceratio-
ne ſit fugam denuò arrepturus, præcipuè ſi aga-
tur de Forenſe diuerſi Principatus, cum non ſit
æquum, quod tali caſu creditores fruſtrentur pro-
prijs creditis, & hoc caſu poſſet talis debitor
denuo capi ratione nouæ ſuſpicionis fugæ *Sabell. var. reſol. cap. 64. n. 23.*

Quando captus legitimè cum mandato ſuſpi-
cionis fugæ relaxatur cum cautione, cum ad hunc
finem debitor tanquam de fuga ſuſpectus capia-
211 tur, vt ſatiſdet, & præſtita cautione poſtmodum
relaxetur, vt poſt iura relata probat *Io. Franc. Balthaſſar. alleg. reſol. 2. n. 21.*, an tali caſu ſufficiat
cautio iuratoria, ſi debitor fideiuſſorem ſe non
inuenire iurauerit, quia vel pauper, vel Forenſis,
vel agatur de magno debito, aſſirmat *Fontanell. deciſ. 236., & 237., & de pact. nupt. clau. 4. gloſ. 18. p. 4. n. 83., & ſeqq. Ripoll. de magiſtrat. logiæ. Mariſ. cap. 7. n. 53. & ſeqq.*, vbi vlterius reſpondet om-
nibus contrarijs, idē *Ripoll. in praxi Iudic. Vicar. Barchinon. Rubr. 7. num. 21. poſt Prax. Pegaer.*, &
rurſus *var. reſol. cap. 1. num. 37.*, & præciſè etiam
Rota deciſ. 362. n. 2. p. 16. recen.

An contraria opinio eſt verior, & paſſim in
Tribunalibus Vrbis recepta, quod ſcilicet talis
212 cautio iuratoria non ſit admittenda, ſed per
fideiuſſores cauendum ſit, videtur probari *ex l. ſi creditores ff. de priuileg. credit. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Surd. conſ. 68. n. 13. & infrà, Cancer. var. reſolut p. 2. cap. 10. n. 19. & ſeq.*, qui in ſpecie repro-
bat *Fontanell.* contrarium tenentem, *Henrig. de fideiuſ. c. 18. n. 117.*, vbi quod non admittitur iura-
213 toria cautio, licet carceratus non habeat, neque
pignora, neque fideiuſſores *Niger. de execut. rei iudic. cap. 4. §. 6. n. 91., Viloſ. de Debitor. ſuſpect., & fugit. cap. 19. §. 6. n. 20. ad. 23. Pichard. inſtit. tom. 2. lib. 4. tit. 11. n. 33. Io. Franc. Balthaſſar. pract. reſol. p. 3. tit. 13. reſol. 2. n. 26. §. verum negatiua, & ſeq.*, & hanc opinionem, quam credo veriſſimam,
ſemper iudicando tenui, & vidi etiam ſeruatam
in Congregatione Viſitæ Carceratorū, licèt alias
prona fauore carceratorum, ea optima ratione
ſuffultam, quia ſi creditor non habet fidem ſuo
debitori, & ideò illum allegauit ſuſpectum, quo-
modo fidendum de illius iuratoria cautione: &
214 ſi debitor ſuſpectus de fuga ſemel contrauenit
ſuæ promiſſioni, vt plurimum iuratæ, dum non
ſoluit tempore, debito non eſt vlterius fidendum
de eiuſdem iurata promiſſione *Niger. allegat. n. 41.*

Quando debitor ſuſpectus de fuga ſimpliciter,
& abſque aliqua præſeruatione nullitatis captu-
215 ræ, preſtat cautionem de ſe repræſentando, vel
iudicatum ſoluendo, non approbat capturam
nullam *Henrig. de fideiuſſ. cap. 5. n. 153. & ſeq. & n. 184. & infrà, & nu. 194.* reſpondet contrarijs,
Cyriac. controu. 464. nu. 21., Bottin ad ſtat. Genu. lib. 6. cap. 6. §. declarato fol. 294 col. 1. Magon. deciſ.

Flo-

Florent.136.n.2. & 3., Peguer. deciſ.74.n.3.& 4.,
Rot.deciſ. 490.n.5. & ſeq. p.4. recen. deciſ.62. nu.9.
p.4.tom.2., deciſ.81.n.1.p.15., & deciſ.361. n. 13.
coram Celſ.

216 Et licet Socin.Sen.conſ. 113. n.3.in fine verſic. &
licet, & num.ſeq. lib.3. & Fenzon. hic. num.26.&
ſeqq.teneant contcacium, quando à debiroce fuir
ſimplicirec præſtita caurio ſine aliqua ptoreſta-
tione nullitaris, & idem Fenzon. n.33. addat, ſic
fuiſſe ſetuatum per Congregationem Viſitæ ſpa-
227 rio ſeprennij, quo ipſe fuir Senaror, nihilomi-
nus prima opinio eſt vecior, & magis cecepta,
vt teſtatur Peguer.alleg. deciſ.74. n.3. & 4.; vndè
captuta nulla cum omoibus inde ſequutis, & ſic
cum caurione corruit, nec vigore calis caurionis
poreſt celaxati mandarum, Rot.deciſ.62. n.9.p.4.
com.2.recen., vbi quod ralis caotio cenſetuc pcæ-
218 ſtira ad effectum ſe cximendi à cacceribus, de-
ciſ. 354. n.fin. p.14.recen., deciſ. 361.n.13., & 14.
coram Celſ., & Scannarol. dict. lib.3. §.10. n.8.fol.
mihi 528., vbi quod ex dicta clauſula ſine præiu-
219 dicio uullitaris caprucæ ſolum clacius habetur
noo cemiſſio nullitatis, Rot.in Interamucn. uullita-
tis capturæ coram Alqergaco n. 17. apud Scannarol.
in appendic.fol.123., & deciſ. 81.n.2.p.15. recen.,
vndè Fenzon. contcarium malè ſentiens non eſt
attendendus in concucſu aliorum inſignium Do-
ctocum, ac ipſius Roræ coutracium tenentium,
maximè quia Fenzon. rcanſit cum Bartol., & Soc-
cin. Sen. quos benè cepcobat Henrig. dict. cap.5.
n.194.; vel Fenzonij dictum poreſt procedece iuxtà
220 ptaxim, & ſtylum antiquum Congcegationis
Viſitæ, ſecus ſecuudum ptaxim modecnam, vt il-
lum declacat Scannarol. loco mox eitato n. 10.

Caurio autem præſtanda in Foco Capitolino
tali caſu eſt ſolum de ſtando inri, & de cepcæ-
221 ſenrando debitorem, non autem de iudicatum
ſoluendo, & ad lictrcam diſponit Statutum hic
& ibidem Fenzon.n.26., & hoc idem deſumituc ex
Rot.deciſ.62.ance n.1.in figurarione caſus p.4.tom.
2.recen., vbi aduecſùs mandarum ſuſpicionis fugæ
celaxatum à Ptimo Collarecali fuit data cautio
de ſtando iuri, & ſe reptæſentando.

Et cum in certa cauſa cocam me Pcimo Colla-
222 recali adducererur in contcacium Scannacol.de
viſit.carcerat.lib.3.§.8.cap.4. n.14. ad 16. præciſè
ſiemans in terminis Statuti Vcbis, & Tribunalis
Capitolij requici caurionem de ſtaodo iuri, & iu-
dicarum ſoluendo Ridolphin.in prax.par.1. cap.14.
n.46., Rot.deciſ. 362. n.5. p.16. recen., ego dixi,
Scannarol. nou vidiſſe Staturum lictecalitec di-
223 poneus contcacium, & iuxtà Statutum ſtat pca-
xis imperrurbabilis de dando caurionem, de
228 ſtando iuci, & de tepcæſentando, & Ridolphi-
nus, ac Rota loquuntur iu mandatis ſuſpicionis
fugæ telaxatis in Tcibunali AC.

De iuce autem communi an ſufficiat cautio
de iudicio ſiſti, vel cequicatuc etiam alia de iudi-
225 catum ſoluendo, vtramque opinionem refecc,
Viloſ.de debit.ſuſpect., & fugit. cap.19. §.6.n.7., &
infrà ſed n.9., & 10. renec de vecioci opinione eſ-
ſe pceſtandam caurionem de iudicarum ſoluendo,
idem tener Bottin.ad Stat.Genu.lib.6.c.6.8.Debitor.
n.5. vbi quod ita vſu ceceprum eſt, Io. Franc.Bal-
thaſſar.alleg.reſol.2.n.11. vbi teſtaruc de pcaxi, &
adducit rationem.

Taliſque cautio debet daci apud Iudicem à
226 quo emanauit captura; cum ad illum ſpectet
inſpicece de illius idoneitate Cuman. conſ.157.Vi-
loſ. dict.cap. 19.§.6. n.5.; quod nota contrà quem-
dam Notacium Cametæ, ac Pcæſidis catcecum,
qui à modreno tempore ſub banca nemine citato
recipiebar fideiuſſiones pec eius acta, & elnde-
bat Iudices, ac Notacios mandatocum, cum
quibus fuerant conceſſæ captucæ, cui malo oc-
cucti debuit, cum pcæſeferat confuſionem iutiſdi-
ctionum, & damnum cceditocum, qui non ha-
bent cautiones in loco pcopcio, & quaodoque
ſunt cecepti fideiuſſoces (vt dici ſoler) de vento.

Poſſent pluta alia ſuper hac matecia dici, quã-
227 do nec ne debitoces poſſint allegari ſuſpecti, &
de forma ralem ſuſpicionẽ pcobandi, ſed qui illa
deſideraт, adeat Soccin.Sen.conſ.113. lib.3. & conſ.
99. & 100.lib.4., Dec. conſ.75., Rolan. conſ.65.
lib.3. Neurzzan. conſ.51., Roman. conſ.242. Natt.
conſ.29., & 430., Cranett.conſ.847., Pariſ.conſ.99.
& 101.p. 3., Ramon. conſ.11., & 12., Antonell.
Iun.conſ.1. Manſ. conſult. 417., Cyriac. contr. 464.
Gratian.cap.875., Maſcard. concluſ. 455. Menoch.
de arbitrar. caſ.87., Cancer.var. reſolut.p.2.c.10.,
Ruginell.pract. qq. cap.12. Greneu. pract. concluſ.
lib.2. concluſ. 44., conſiderat.1. Trentacinq. var.ce-
ſol.vol.1.lib.3.reſol,10.Tort. ad Stat. Pap.Rubr.7.,
Fenzon. hic., Bottin. ad Stat. Genu. lib. 6. cap. 6.,
Conciol.ad Stat.Eugub.lib.2.Rubr.40.Pigant.ad Stat.
Ferrar.Rubr.23.Caſtald. conſult. forenſ.83., Ripoll.
de Magiſtr. logiæ Mar.cap.7. per tot., idem in prax.
Iud.Vicarij Barchinon.Rubr.7. poſt Prax.Peguer.Vi-
loſ. de Debit. ſuſpect., & fugitiu.cap. 19. §. 2. ad 6.
Scannarol. de viſit. carcerat.lib.3. §. 8. cap. 2. & in-
frà, Card. de Luc. de Credit., & Debit. diſc. 113.,
Theſaur. deciſ. 220., Thomat.deciſ. 76. 85.& 110.,
Cornazzan.deciſ. Lucen.59.Fontanell.deciſ. Chatba-
lon.230.ad 240.Rot.deciſ.531.595., & 653. coram
Buratt.deciſ. 205.coram Otthobon.deciſ.361. coram
Celſ. deciſ.478.p.1.recen., deciſ. 48. p.4., deciſ. 62.
p.4.tom.2., deciſ.742.p.4. tom.3. quæ eſt inter illas
Coccin.deciſ.2216., deciſ. 160., & 354. p.14.deciſ.
81., & 401.p.15.deciſ.331.p.16., & in Interamncn.
apud Scannarol.in appendic.fol.123., & in Bononien.
Aſſecurationis 5.Maij, & 23.Iunij 1684. coram
Heruannlt.eadem 11.Decembr. 1686.coram Rondi-
nino, R. P. D. Anſald. poſt hæc ſecipta viſum de
commerc., & mercatur.diſcurſ. 77., & 78., Iannin.
de citat. reali lib.1.cap.2., Beclicch.concluſ. 73.Epi-
ſcop.Zanl.ad Stat.Fauent.longè poſt hæc ſccipta
in lucẽ editum tom.1.lib.3. Rubr.4., Pichard.ſuper.
Inſtit. tom. 2. lib.4. tit. 11. Rot. Lucen.apud Palm.
Nepot.deciſ.63. Io.Franc. Balthaſſar.pract.reſol.p.3.
tit.13.reſol. 2.Carol. Rub. de confuſ. Iur. cap.12.

De Compromiſſis. CAP. C.

IN cauſis, in quibus via executiua non pro-
ceditur; inter conſanguincos vtriuſq; ſexus
vſque ad tertiũ gradum de Iure Canonico
cõputandum incluſiuè, & inter ſoccrum, & ge-
nerum, ſocrum, & nurum, priuignum, & no-
uercam, & inter alios affines primi gradus
affinitate durante ad inſtantiam alterius partis
petra-

Digitized by Google

petentis compromiſſum (ſi ante litis conteſtationem, vel pro conteſtata habitam petatur) fieri mandetur; arbitrique hinc inde eligebantur, qui eius conditionis ſint, vt per Senatorem, & eius Iudices ad iudicandum, poſtquam acceptauerint, cogi poſsint; & qui alias perſonas elegerit, vt ſunt Clerici, nec non Vagabundi, Brigoſi, & ſimiles, calumnioſè eligere præſumatur; & ſi ſit is, qui compromiſſum fieri petijt, beneficio compromiſſi priuetur, & Iudex in cauſa ad vlteriora procedat. Si verò ſit is, contra quem de compromiſſo faciendo obijcitur, Senator, ſeù Iudex, coram quo cauſa ventilatur in eiuſdem ceſſantis locum, & pro eo vnum ſuo arbitrio eligat. In arbitris autem eligendis, id quoque Iudex animaduertat, vt perſonæ idoneæ ſecundum negocij qualitatem eligantur de peritis illius artis, & ſic de cæteris. Et quoniam contingere poterit, vt arbitri diſcordent, volumus, vt diſcordia non expectata tertius eligatur, in cuius electione ſeruetur forma infra de electione Conſultoris Capitanei appellationum tradita, iuxta cuius conſilium arbitri diſcordes pronunciare teneantur. Volumus etiam, vt arbitri in manibus Iudicis, coram quo eliguntur, ſeu Notarij iurent, ſe ex bona fide, veritare, & iuſtitia, aut partiũ conſenſu ſententiam omninò dicturos. Coram arbitris prædictis, quæque pars infra quindecim dies quos ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis præſenti lege præfixos eſſe decernimus, ſuam intentionem iuſtificet, & infra alios quinque immediatè ſequentes, ſi quid reprobandũ duxerit, reprobet: infra reliquos autem dies decem, cauſa per arbitros terminetur, quæ ſi terminata non fuerit, in negocio principali, perindè, ac ſi compromiſſum petitum, nec factum fuiſſet, per Iudicem cauſæ ad vlteriora (cauſam in ſtatu, in quo ante petitum compromiſſum erat, reaſſumendo) procedatur. Poſsit autem iterum, & tertio, & non vltra, compromiſſum peti Teſtibus quoque coram arbitris prædictis, ac quibuſcumque alijs arbitratoribus parte citata examinatis, & iuribus hinc inde productis, ſi des adhibeatur, perindè ac ſi coram ordinario examinati, & reſpectiuè producta fuiſſent. Teſtes verò ſi ſine interrogatorijs partis examinati ſint, repeti poſsint expenſis petentis, dummodò duraute termino probatorio petatur.

SVMMARIVM PRÆLVDII.

1 *Statuta de compromiſsis inter coniunctos faciendis paſsim vigent in Italia.*
2 *Compromiſsi materia diuiditur.*

P R Æ L V D I V M.

1 STatuta de compromiſſis faciendis vigent fœrè in omnibus Italiæ locis *Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 22 n. 3.*, & aduertit *Rot. deciſ. 166. n. 1. verſic. prout communiter lib. 1. coram Verall.*, hinc Statutum noſtrum hic idem mandans, continet materiam vtilem, & alibi in Italiæ locis paſſim practicatam, & propterea ſuper illa ad ornatum præſentis ſtatuti plura adnotanda ſunt magis vtilia, & frequentiora in tres articulos diſcutienda.

2 Iu primo agetur de eſſentia compromiſſi, & & quomodo æquiparetur tranſactioni; an hoc & ſimillia ſtatuta de compromiſſis faciendis ſint, nec ne fauorabilia, & quomodò interprætentur; an comprehendant Clericos, ſintque ordinatoria, vel deciſoria; an minores, vel mulieres poſſint compromittere ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs; quo tempore compromiſſum peti debeat, & an ſemel factum iterum fieri debeat. Graduum computatio circa coniunctionem ſanguinis, ad effectuum vt intret ſtatutum de compromiſſis faciendis inter coniunctos, an fiat ſecundum Ius Ciuile, vel Canonicum.

In ſecundo articulo fiet relatio, & examen plurium caſuum, & cauſarum, in quibus non eſt locus compromiſſo.

In tertio diſcutietur, qui poſſint nec ne eſſe Arbitri; quando ioter ſe ſunt diſcordes an poſſint eligere tertium; intra, quod tempus compromiſſum expiret; plura demum examinabuntur quando nec ne ſit locus executioui laudi, vel potius illius reductioni.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Compromiſſum quid ſit, & an idem ſit quod tranſactio oſtenditur. Statuta de compromiſſis faciendis quando ſint fauorabilia, vel odioſa, & àn latam, vel ſtrictam recipiant interpretationem. An ſint ordinatoria, vel deciſoria, & an compræhendant Clericos. Compromittere ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs quando nec ne poſsint mulieres, ac minores, vel illorum Curatores. Compromiſſum quo tempore fieri debeat, & an ſemel factum, iterum fieri debeat, & per quot vices. Quando ſit compromiſſum inter Coniunctos vſque ad certum gradum, computatio graduum an fiat iuxta diſpoſitionem Iuris Ciuilis, vel Canonici.

S V M M A R I V M.

3 *Compromiſſum eſt quædam tranſactio.*
4 *Compromiſſum æquiparatur tranſactioni, & circa hanc à iure tradita procedunt in compromiſſo.*
5 *Argumentum à tranſactione ad compromiſſum valet.*

6 *Æqui-*

6 *Æquiparatio compromiſſi cum tranſactione fortius procedit poſt approbatum laudum.*

7 *Compromiſſum eſt ſtricti iuris, ſicut tranſactio, & veniunt tantum in eo expreſſa, & non extenditur.*

8 *Eſt ſtricti Iuris, licet contineat clauſulas ampliſſimas.*

9 *Tranſigere probibitus, nec poteſt compromittere.*

10 *Compromiſſum nou cadit in re, ſuper qua non adeſt lis.*

11 *Nou cadit ſuper re clara.*

12 *Compromiſſum eſt impropriè tranſactio.*

13 *Mandatum ad tranſigendum nou ſe extendit ad compromittendum.*

14 *Compromiſſum eſt propriè tranſactio poſt ſequutum, & acceptatum laudum.*

15 *Compromittere quis cogitur, ſi agitur de iure valdè dubio, tunc enim poteſt Princeps cogere ad compromittendum.*

16 *Rota, ac Suprema Tribunalia in cauſis valdè dubijs mandant fieri concordiam.*

17 *Compromittere de Iure quis regulariter non cogitur, & ſic ſtatuta de compromiſſis faciendis ſunt odioſa.*

18 *Statuta de compromiſsis non extenduntur vltra caſus in illis expreſſos.*

19 *In dubio pronunciandum eſt, non eſſe locum compromiſſo.*

20 *Statuta de compromiſsis verius eſt, quod ſint fauorabilia, & latè interpretanda.*

21 *Statuta de compromiſsis inter coniunctos ſunt fauorabilia, ſecus ſi illa mandet fieri etiam inter extraneos.*

22 *Sunt fauorabilia, ſi mandent compromitti tantum certas cauſas, ſecus ſi omnes.*

23 *Statutum Vrbis de compromiſsis eſt fauorabile.*

24 *Statutum Vrbis de compromiſsis eſt ordinatorium pro Curia Capitolina tantum.*

25 *Statuta de compromiſsis vti ordinatoria ligant Clericos in foro layco litigantes, & in terminis huius ſtatuti num.26.*

27 *Fallit ſi ſtatuta de compromiſſis mandent compromitti de iure, & de facto, & quod laudum prolatum omninò mandetur executioni.*

28 *Statuta cogentia ad compromittendum, vt hoc Vrbis verius eſt, quod non comprehendant Clericos, & reſpondetur contrarijs, num.29. & 30.*

31 *Clerici ſub Statutis Vrbis licet confirmatis in forma ſpecifica non comprehenduntur, quando in illis ſpecificè non ſunt nominati, & num.33.*

32 Scaccia, & Galganett. *tenentes, Statutum Vrbis de compromiſſis comprehendere Clericos, reprobantur.*

34 *Compromittere ſi non cogitur Clericus, nec cogi poteſt litis conſors in re indiuidua.*

35 *Fallit in re diuidua, tunc enim laycus conſors litis tenetur compromittere.*

36 *Clerici poſſunt actiuè, ſi velint, vti Statuto de compromiſſis tanquàm priuilegio, & cogere laycum ad compromittendum.*

37 *Compromittere coguntur minores vigore ſtatuti de compromiſſis, etiam ſine ſolemnitatibus.*

38 *Minores ligantur ſtatuto de compromiſſis, etiamſi mandet compromitti de iure, & de facto.*

39 *Minores ſi compromiſſum faciant ad formam ſtatuti non tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatutarias, & num. 41.*

40 Lambertengh. de contract. ſine cert. ſolemnit. gloſ.1. n.363. & ſeqq. *contrarium tenens reprobatur.*

42 *Compromiſſum dicitur neceſſarium, ſi fiat in vim ſtatuti, etiamſi non præceſſerit iuſſus Iudicis, & num.43.*

44 *Curator quando facit compromiſſum ſuper bonis ſtabilibus minoris tenetur ſeruare ſolemnitates Iuris, & Statutorum.*

45 *Concluſio procedit in compromiſſo voluntario, ſecus in neceſſario, & ad formam ſtatuti, & num.46. 49., & 51.*

47 Ludouic. deciſ. Peruſ.2. n.12. *reprobatur, & declaratur reſpectiuè num.48.*

50 *Mulieres non tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatutarias in compromiſſo neceſſario, ſecus in voluntario, & num.51.*

52 *In compromiſſi prorogatione, quæ fit à minoribus, vel mulieribus requiruntur ſolemnitates, ſi à principio in illo requirebantur.*

53 *Compromiſsi nullitas, quia facti ſine ſolemnitatibus poteſt allegari ſolum à minore.*

54 *Compromiſſum ex Statuto Vrbis in cauſis executiuis non fit, vnde ſi fiat in illis à minore, vel muliere, requiruntur ſolemnitates.*

55 *Pariter requiruntur ſolemnitates, ſi illud fiat poſt litem conteſtatam, vel pro conteſtata habitam.*

56 *Compromiſsi exceptio tanquam dilatoria debet opponi ante litem conteſtatam.*

57 *Fallit ſi ſtatutum non dicat, compromiſſum eſſe petendum ante litem conteſtatam.*

58 *Compromiſſum factum vigore ſtatuti ſi expirauit, pluries iterum fieri debet.*

59 *Fallit in compromiſſo voluntario facto ex ſola voluntate hominis.*

60 *Fallit etiamſi à Statuto fuerit præfixus terminus ad laudandum, & intra illud non fuerit laudatum, & num.62.*

61 *Statutum Vrbis tertio tantum mandat reiterari compromiſſum, & non vltra.*

63 *Tertius gradus conſanguinitatis in ſtatuto de compromiſsis ſtat incluſiuè, ſi ſit dictum vſque ad tertium gradum.*

64 *Graduum computatio ex hoc Statuto Vrbis de compromiſsis fit iuxta diſpoſitionem Iuris Canonici.*

65 *Graduum computatio (excepto matrimonio) fit ſecundum diſpoſitionem Iuris ciuilis.*

66 *Computatio graduum inter Ius Ciuile, & Canonicum quomodo differat.*

67 *Ius Ciuile in Vrbe inter Ciues, & Incolas obſeruatur.*

68 *Compromiſſum inter affines ex Statuto Vrbis fit ſolum in primo gradu, affinitate durante.*

69 *Compromiſſo inter affines amplius locus non eſt, ſublata affinitate.*

70 *Compromittere non cogitur frater cum vxore vidua relicta fratris ſui, ob ceſſantem affinitatem.*

71 *Statutum de compromiſſis procedit inter virum, & vxorem, licet inter ſe non ſint affines.*

72 *Procedit etiam inter ſponſum, & ſponſam.*

73 *Compromiſſum petere non poſſunt ſpurij contra legitimos.*

74 *Fallit in ſimpliciter naturalibus.*

75 *Compromiſſum habet locum inter patrem, & filium naturalem.*

76 *Coniunctus petens compromiſſum, vti talis debet*

pro-

probare conſanguinitatem, ſi illa impugnetur.
77 *Super controuerſia conſanguinitatis debet pariter fieri compromiſſum.*
78 *Contrarium eſt verius, ſed Iudex competens ſtatuet terminum ad illam probandam, & n. 79.*
80 *Compromiſſum poteſt peti etiam ſuper ipſomet articulo, an ſit locus compromiſſo.*
81 *Intellige ſi dubium ſit ſuper negocio principali, ſecus ſi ſit ſuper conſanguinitate.*
82 *Compromiſſo ſi non eſt locus, quomodo Iudex Ordinarius procedat.*

ADuerte primo, quod compromiſſum eſt quæ-
3 dam tranſactio *Trentacinq. conſ. 63. n. 3.* la-
tè *Valenz. Velaſq. conſ. 11. n. 30. lib. 1. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 63. de compromiſſ. n. 5. Magon. deciſ. Florent. 85. num. 7.* plenè *Vrceol. de tranſact. qu. 3. n. 2. & ſeqq.*
Quodque æquiparetur tranſactioni, & quod
reperitur traditum in tranſactione, procedat in
4 compromiſſo, & Iura loquentia de illo habere
locum in tranſactione *Pinell. in l. 1. p. 3. n. 44., & 45. C. de bon. matern. Angel. de Vbald. conſ. 66. n. 3. Boſs. de patr. poteſt. cap. 8. n. 73. & oper. moral. p. 3. tit. 8. n. 258. tom. 6. Magon. dict. deciſ. 85. n. 6. & ſeqq. Surd. deciſ. 185. n. 8. & 9. Rot. deciſ. 127. n. 3. p. 12. recen., & deciſ. 412. n. 7. p. 16.*
Vndè valet argumentum à tranſactione ad
5 compromiſſum, *Staiban. reſol. forenſ. 57. num. 25. centur. 1., Niger. de laudem. p. 2. qu. 38. n. 94. Nouar. ſuper Pragm. Regn. Neapol. in Pragm. de Arbitr. collect. 2. num. 27. Magon. dict. deciſ. 85. n. 5.*
Quæ æquiparatio eo magis procedit poſt ap-
6 probatum à compromittentibus laudum prolatum, *Non. conſ. 68. n. 7. Niger. alleg. n. 94. verſic. & hæc paritas.*
Quocirca compromiſſum, ſicut tranſactio eſt
ſtricti Iuris, & in eo veniunt ſolum ea, de quibus
7 ſpecialiter in compromiſſo actum eſt, & non ex-
tenditur ad non expreſſa, & ſuper quibus contrahentes non compromiſerunt, plenè *Rolan. à Vall.*
8 *conſ. 28. n. 34. ad 36. vol. 1.* vbi id ampliat, etiamſi compromiſſum contineat clauſulas ampliſſimas, *Surd. con. 313. n. 14. lib. 3. Valenzuol. dict. conſ. 11. per tot. Cyriac. contr. 350. n. 16. Niger. alleg. qu. 38. n. 96. Rot. deciſ. 768. n. 1. & ſeq. p. 3. recen., & deciſ. 1552. n. 77., & 78. coram Coccin.*
Ideoque, qui non poteſt tranſigere, nec poteſt
9 compromittere *Azeued. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 21. leg. 21. leg. 4. num. 158., & 159.,* nec
10 propterea cadit in re, ſuper qua non adeſt lis,
nec illius timor *Ambroſin. deciſ. for. Epiſ. Peruſ.*
11 *40. n. 9.* nec ſuper re clara, *Alex. conſ. 62. lib. 2., & conſ. 62. lib. 7. vtrobique n. 6. Gratian. cap. 536. n. 5. & 18. Poſt. reſol. 62. n. 10. & 11., Ludouic. deciſ. Lucen. 26. n. 1. Rot. deciſ. 45. nu. 4. p. 1. recen. Fenzon. hic n. 8. & 9. deciſ. 154. n. 12. & deciſ. 196. n. 12. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs.*
At Compromiſſum impropriè eſſe tranſactio-
12 nem tenent *Non. conſ. 68. n. 6. Azeued. vbi proximè n. 199. Mel. obſer. forenſ. 132. n. 7.* latè *Vrceol. de tranſact. q. 3. færè per tot., & ſignanter n. 20. ad 35. Hyer. Leo deciſ. Valent. 169. n. 4. & infra,* qui
13 ex hoc infert, quod mandatum datum ad tranſigendum non extenditur ad compromittendum, necè contra plenè *Vrceol, de tranſact. q. 3. num. 6. verſic. verum hanc illationem, & n. ſeq., & n. 14. verſic. mandatum,* vbi reſidet cum hac opinione.
Et tunc compromiſſum eſt propriè, & verè
14 tranſactio, & illi æquiparatur, quando eſt ſequutum laudum à partibus acceptatum, vt fuit ſupra dictum ex *Non., & Nigro,* & ſic benè poſt alios declarat *Vrceol. de tranſact. q. 3. nu. 41. ad 42.*
Præciſo ſtatuto de compromiſſis, licet
quis non poſſit cogi ad compromittendum, nihi-
15 lominus ſi agatur de lite intricata, & quæ diù
durauit, & eſt in ancipiti, poteſt Princeps, eiuſque ſupremum Conſilium cogere ad compromiſſum, *Borell. in ſumm. deciſ. de compromiſſ. tit. 63. n. 27.* benè *de Ponte deciſ. 33. n. 21.,* & facit ad hoc bona *deciſ. 166. coram Verall. lib. 1.;* vndè Sacræ
16 Rotæ Romanæ Tribunal in cauſis huiuſmodi intricatis, & vbi pro illarum deciſione requiritur longiſſimum tempus cum magnis expenſis, ſolet non ſemel reſpondere. *Placeret concordia,* & quandoque magis præciſè *fiat omninò concordia,* quæ concordia, ac tranſactio æquiparatur compromiſſo ex dictis, eamdemque praxim vidi meo tempore tentam per Aſſettamentum Curiæ Capitolij, dum in cauſis ſatis dubiis, & intricatis non ſemel reſcripſit *pro concordia.*
At noſtrum Statutum hic ad pacem, & quietem conſeruandam, ac lites euitandas inter coniunctos mandauit, quod in illorum cauſis fiat compromiſſum, & hoc ſtatutum, & ſimilia mandantia fieri compromiſſum, licet ab aliquibus dicantur
17 contra Ius, & exorbitantia, cum de Iure quis non cogatur compromittere *ad l. 3. ff. de recept. arbitr. Gabriel conſ. 32. n. 2. ad 9. lib. 2. Cirocc. diſcept. 36. n. 6. Staiban. reſol. forenſ. 63. num. 31. centur. 1. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 19. n. 40. Caſtill. deciſ. Sicil. 246. n. 4. ad 10. Rot. deciſ. 163. n. 3. p. 12. recen.*
Et ſic vti odioſa, & contra Ius non debeant ex-
tendi vltra caſus in illis expreſſos, ſed ſtrictè ſint
18 intelligenda, ac interpretanda, vt quanto minus fieri poteſt derogent Iuri communi. *Grat. conſ. 33. in fine lib. 2. Aldobrandin. conſ. 12. n. 53. verſic. & in omnem caſum lib. 1. Gabr. alleg. conſ. 32. lib. 2. Staiban. dict. reſol. 63. n. 32., & 33., Caſtill. deciſ. 246. n. 17. & ſeq.*
Quinimmò in dubio pronunciandum eſſe, quod
19 non ſit locus compromiſſo, tenent *Socin. ſen. conſ. 300. n. 8. in fine lib. 2. Aldobrand. conſ. 12. n. 53. in fine lib. 1.* vbi adducit rationem *Grat. alleg. conſ. 33. n. fin. Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 11. n. 4. & 5.* qui vlterius talia ſtatuta abolenda eſſe exiſtimat, vti potius in longum producentia, quàm abbreuiantia lites.
Nihilominus quod talia ſtatuta de compromiſſis faciendis ſint fauorabilia, ex quo condita ad tollenda odia, pacem conſeruandam, ac lites,
20 illarumque expenſas euitandas, & ſic latè ſint interpretanda, & in dubio reſpondendum ſit, eſſe locum compromiſſo firmant *Crot. conſ. 220. n. 22. Grat. conſ. 155. n. 12., & 13. lib. 2. Socinn. Iun. con. 36. n. 8. lib. 2. Monteren. ad ſtat. Bonon. lib. 2. Rubr. de Arbitr. litt. A verſic. ſed in virtute fol. 456. col. 2. in princip. Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 25. n. 87. ad 89.* vbi teſtatur, quod hæc opinio eſt verior, & communiter recepta, *Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 22. n. 4. Rouit. ad Pragm. Regn. Neapol., Pragm. 1. de Arbitr. n. 1. Capicc. Galeott. contr. 63. n. 1. Blanch. de compromiſſ. q. 1. n. 3. ver-*

ſic, contraria opinio, vbi quod magis communiter
ſic tenet Doctores, *& n. 5. Borcll. de compromiſſ.
§. 1. gloſ. 1. n. 18., & ſeq., & rurſus in Summ. deciſ.
tit. 63. n. 78. tom. 1. Valeron. de tranſact. in procm.
n. 45. Prat. diſcept. forenſ. 9. n. 2., & ſeq. tom. 1.
Chart. deciſ. Ianuen. 25. n. 9. Ludouic. deciſ. Peruſ.
2. n. 10., idem deciſ. Lucen. 26. n. 2., & 3., & nu.
16. 17. & 24., Magou. deciſ. Luccn. 99. n. 3. Thomat. deciſ. 6. n. 29., & deciſ. 47. n. 20.*, & cum
hac opinione pertranſit *Rot. deciſ. 215. n. 4. coram
Verall. p 3. deciſ. 28. n. 9. poſt Gilian. ad ſtat. Peruſ., & deciſ. 26. n. 7. coram Dunozett. Sen.*

Hac opinione vti veriori, & magis communi
retenta, declaratur, vt illa procedat, ſi ex ſtatuto compromiſſum ſit faciendum inter cōiunctos,
vt facit noſtrum hic, ſecus ſi inter extraneos, hoc
21 enim ſecundo caſu procedit prima opinio, quod
tale ſtatutum ſit exorbitans, *Gratian. cap. 536.
n. 29. Cirocc. diſcept. 2. n. 81. verſic. præſertim quadolis, & diſcept. 36. nu. 59. Tort. dict. Rub. 25.
num. 75. Thomat. deciſ. 6. num. 30., & deciſ. 47.
num. 21.*

Et ſi per ſtatuta demandetur, quod compromit-
22 tantur cauſæ inter certas perſonas, & quædam
tantum cauſæ, & non generaliter omnes, illa
erunt fauorabilia, ſecus ſi omnes cauſæ, nam tunc
erunt odioſa, & non extendenda, *Blanch. de compromiſſ. q. 1. n. 4. Tort.* vbi proximè *num. 90., Gilian. ad Stat. Peruſ. verbo compromiſſum n. 2.
fol. 80.*

Quocirca cum ſtatutum noſtrum hic ſit reſtri-
23 ctum ad compromittendas quaſdam tantum
cauſas, & inter coniunctos in certo gradu præciſo,
eſt fauorabile, & in dubio reſpondendum eſt eſſe
locum compromiſſo, vt fuit ſupra probatum
n. 22. & tenet. *Fenzon. hic num. 4.*

Hoc ſtatutum de compromiſſis eſt ordinato-
24 rium pro Curia Capitolina, & nonprocedit extra
illam in alijs Tribunalibus Vrbis, nec in Rota
Fenzon. hic n. 3., & infra, & præciſè *Rot. deciſ. 60.
poſt ipſum, Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 11.
num 2.*

An autem præſens ſtatutum, & ſimilia laicorum de compromiſſis faciendis, dum ſunt ordinatoria, ligent Clericos in foro layco litigantes,
25 non eſt concors inter Doctores opinio, nam
multi etiam magnæ auctoritatis tenent, quod talia ſtatuta, tanquam ordinatoria, ligent Clericos,
& ſunt præceteris *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 115.
n. 58. ad 60. tom. 1. Graſſ. de Effect. Cleric. effect.
2. n. 137., Intrigl. ſingular. 188. lib. 1.* vbi quod
hæc eſt Doctorum magis approbata ſententia
*Capicc. deciſ. 66. n. 4., & ſeq. Thor. Vot. deciſ. 34.
26 n. 28 tom. 1. Thomat. deciſ. 6. n. 23. ad 25.*, &
præciſè in terminis noſtri ſtatuti hic, quod comprehendat Clericos, *Galganett. hic n. 50. verſic.
item ligat col. 4. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. q. 5.
nu. 204., & 207.* vbi pariter in terminis Statuti
Vrbis.

Et ſolum præfati Doctores, & alij tenent, quod
talia ſtatuta laicorum de compromiſſis faciendis,
nō reſpiciant ordinatoria, ſed deciſoria, ſi ſtatutū
non ſolum mandet fieri compromiſſum, ſed vlterius, quod fiat de iure, & de facto vel quando mandat laudū prolatum vigore compromiſſi executioni omninò denominari, reiecta appellatione, tali
27 quippè caſu non comprehendunt Clericos, *Socin.
Sen. conſ. 177. lib. 4. Rolan. conſ. 57. n. 20., & infra
lib. 2. Mart. de Iuriſd. p. 4. centur. 2. caſ. 41. num. 4.
ad 26. Maſcard. de ſtatut. concluſ. 1. num. 34. verſic.
vbi contrarium Gilian. ad Statut. Peruſ. verb. compromiſſum fol. 8.* vbi regiſtratur reſponſum *Oliuerij Beltramini*, & teſtatur ſic deciſum in Signatura Gratiæ ſuper ſimili Statuto Peruſino *Montcren.
ad Stat. Bonon. lib. 2. Rubr. de Arbitr. verſ. & an
liget Clericos fol. 426. col. 2., Caren. reſol. 58. nu. 2.
verſic. & in hoc caſu, Ciarlin. contr. 170. n. 40. lib. 2.
Cirocc. diſcept. 36. n. 39. Rouit. ſuper Pragm. 1. de
Arbitr. num. 5. Capicc. deciſ. 66. Thomat. deciſ. 6.
num. 26.*

At quod ſtatutum noſtrum hic, & alia ſimilia
licet ſint tantum ordinatoria, & non deciſoria,
dum non mandant procedi de Iure, & de facto,
nec quod laudum prolatum mandetur executioni
reiecta appellatione, nihilominus cum cogant
ad compromittendum, ideo nec hoc caſu ligant
Clericos, dum illos coarctant vi coactiua ad compromiſſum faciendum contra diſpoſitionem
28 Iuris Communis, ſecundum quod quis non cogitur compromittere, quo caſu talia ſtatuta dicuntur contra libertatem Eccleſiaſticam *ad tex. in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. vbi Canoniſtæ de conſtit. Ambroſin. deciſ. For. Epiſ. Peruſ. 36. per tot. p. 2.*,
& in his terminis præciſis *Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 25. n. 15. ad 18. Pigant. Rubr. 22. n. 26. verſic.
quamuis. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. Rubr. 27.
nu. 21. & 22. Maſcard. de General. Stat. interpret.
concluſ. 1. n. 34. Cirocc. diſcept. 36. num. 38. verſic.
horum tamen opinionem, Caren. reſol. 58. n. 1. verſic.,
& in primis*, vbi teſtatur de magis communi opinione, *Vrceol. conſult. forcuſ. cap. 44. n. 28. Hyer.
Leo deciſ. Valent. 114. n. 4. & 5.*, vbi teſtatur ſic
deciſum in Regia Audientia *Sperell. deciſ. 10. nu.
26., & 27.*, vbi nedum teſtatur de communi opinione, ſed etiam quod ſic practicauit, licet Iudex Laycus in illo caſu contrarium attentaret, &
cum hac opinione progreditur, *Rot. deciſ. 163.
n. 6. p. 12. recen.* quæ loquitur in ſimili ſtatuto Foroliuienſi, & ſuper hoc ſtatuto id ſupponit etiam
Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 11. n. 2.

Qua opinione ſecurè retenta, non officit, quod
ſtatuta mandantia fieri compromiſſa ſint ordinatoria, & ſic comprehendant Clericos iuxta opinionem multorum ſupra relatam, nam licet ſint
ordinatoria, dum cogunt ad faciendum compro-
29 miſſum contra diſpoſitionem Iuris Communis,
hinc ex defectu poteſtatis laycorum ſtatuentium,
non poſſunt ligare Clericos ex Doctoribus ſupra
cumulatis, & aduertit *Sperell. deciſ. 10. n. 27.* vbi
ſignanter monet, *Bellettum* contrarium inaduertenter firmaſſe.

Et præciſè in terminis noſtri ſtatuti hic quicquid in contrarium ſuper eo firmauerint *Galganett., & Scacc.* pro Clericorum comprehenſione,
dum iudicando præeram in Curia Capitolij, &
de hoc actum fuit, intrepidè iudicaui pro Cleri-
30 corum non comprehenſione coactiua ſub hoc ſtatuto, quoties contra Clericum Actorem fuit petitum compromiſſum, & per Clericum fuit oppoſitum, ipſum non ſubiacere ſtatuto, nam præſens ſtatutum, eſt coactiuum, & arctat ad compromittendum ibi -- *fieri mandetur* --.

Nec obſtat motiuum, quod Statuta Vrbis ſint
Papalia, tanquam confirmata à Papa in forma
ſpeci-

Digitized by Google

ſpecifica, ſiquidem non obſtante confirmatione,
31 non comprehendunt Clericos, quocies in ſtatu-
to non ſint expreſsè nominati, vt plenè firmatum
fuit *per Rot. deciſ. 490. deciſ. 542., & deciſ. 900.*
coram Card. Cerr., quę deciſiones fuere confirmatę
deciſ. 252. par. 16 recen., & deciſ. 377. p. 17. cum
quibus deciſionibus hodie proceditur in Curia
Romana, vt ego latè firmani in præludio *Statut.*
Vrbis articul. 3. num. 167., & ſequen.; hinc opinio
contraria *Galganetti*, *& Scaccia* non meretur at-
32 tendi, quia ipſi hoc firmant ſub inſubſiſtenti
ſuppoſito, quod ſtatuta Vrbis, tanquam Papa-
lia, ligent Clericos, quod ſuppoſitum eſt falſum,
& à Rota in mox allegatis deciſionibus luculen-
33 ter reiectum, quod antiquitus fuit etiam animad-
uerſum per practicum *Marcheſ. de commiſſ. p. 3. de*
commiſſ. nullit. ſanat §. 5. *n. 67. ad* 84. *fol.* 170., qui
plenè probat, Statuta Vrbis licet Papalia non
comprehendere Clericos, quoties de illis non fiat
expreſſa mentio.

Retenta opinione, quod Clerici ſub hoc, & ſi-
milibus ſtatutis cogentibus ad compromitten-
dum non comprehendantur, infertur vlterius,
quod ſi cauſa non eſt compromiſſibilis quoad
Clericum, ſi ſit indiuidua, etiam quoad illius li-
34 tis conſortes eſt immunis à compromiſſo, & tota
cognoſcenda eſt coram Iudice Ordinario, *Caren.*
reſol. 58. n. 2. verſic., & quamuis, *Ciarlin. contr.*
170. *n. 41., & ſeq. lib. 2. Conciol. dict. Rube. 27. n. 33.*,
ſecus ſi ſit diuidua, nam hoc caſu, ſi cauſa quoad
35 vnum non eſt compromiſſibilis, ſed benè quoad
alium, debet quoad hunc fieri compromiſſum,
Zuccar. plenè *deciſ. Lucen. 62. per tot.* qui ſimul
oſtendit, quæ cauſa ſit diuidua, & quæ indiui-
dua.

Nota tamen, quod licet Clerici non ligentur
36 tali ſtatuto paſſiuè, adhuc volentes poſſunt
actiuè eo vti, tanquàm priuilegio, & compellere
laicum cum eo litigantem ad faciendum com-
promiſſum, *Borell. de compromiſſ. §. 1. gloſ. 3. num.*
262., Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 115. n. 61. tom. 1.
Conciol. dict. Rubr. 27. n. 21. Nouar. ſuper Pragm.
Regn. Neapol. Pragm. 1. de Arbitr. collectan. 2. n.
9. & 10. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. qu. 5. num.
205., Cirocc. diſcept. 36. num. 40. in fine, Caren. re-
ſolut. 58. n. 1., & ſeq. benè *Vrceol. conſult. forenſ.*
cap. 44. num. 32., & infra Sperell. deciſ. 11. num.
27., & 28.

An autem ſub ſtatuto de compromiſſis com-
37 prehendantur minores, & hi poſſint ſinè ſolemni-
tatibus Iuris communis, & ſtatutorum compro-
mittere, dic quod comprehenduntur *Alex. conſ.*
254. per tot. lib. 6. Rolan. conſ. 57. num. 31. & infra
lib. 2. Menoch. conſ. 130. n. 131. ad 133. Altograd.
conſ. 84. n. 159. lib. 1. Andreol. contr. 133. num. 18.
Mangil. de Euict. qu. 13. n. 7. Cirocc. diſcept. 2. num.
76. Bonden. collect. legal. 16. nu. 43. tom. 1. Tort. ad
Stat. Pap. Rubr. 25. n. 91. & ſeq. Beninten. deciſ. 21.
nu. 11., & infra Thomat. deciſ. 295. nu. 11. & ſeqq.
Rot. deciſ. 36. n. 32. p. 5. recen.

Et quod minores dicto ſtatuto de compromiſ-
ſis ligentur procedit, etiamſi per ſtatutum dice-
38 retur, quod fiat compromiſſum de Iure, & de
facto, *Cirocc. diſcept. 2. n. 78. Andreol. contr. 133.*
num. 8. Montan. controuerſ. forenſ. 57. num. 6. in
fine.

Quocirca quando minores compromittunt in
Tom. I.

vim ſtatuti mandantis, cauſas compromitti, ſi
in compromittendo illius formam non excedunt,
dicuntur compromiſſum facere ex cauſa neceſſa-
39 ria, ſic volente ſtatuto, & non voluntaria, & ſic
non tenentur ſeruare ſolemnitates Statuti Vrbis
113., & 151. *lib. 1.*, vel aliorum ſtatutorum, *ac*
Conſtitut. Marcb. lib. 5. capit. 25., plenè *Palm. Sen.*
conſ. 17. num. 8. ad 11., vbi reijcit *Lambertengh. de*
contract. ſine cert. ſolemn. valit gloſ. 1. nu 363. &
40 *infra* dicens quod loquitur contra communem,
& quod ipſemet *Lambertengh.* hoc fatetur *n. 362.*,
41 plenè *Bonden. collect. legal. 16. n. 40. & infra*, qui
reſpondet contrarijs *tom. 1. Baron. de effect. minor.*
ætat., effect. 19. n. 14. ad 19. Cirocc. diſcept. 2. nu. 77.
verſic. quod dictum ſtatutum, Andreol. contr. 133.
n. 6. Conciol. alleg. Rubr. 27. num. 11. & ſeq. Capice.
deciſ. 93. n. 4. Beninten. deciſ. 21. n. 11. Peregr. deciſ.
Patau. 88. num. 2., vbi quod ità fuit deciſum *Rot.*
deciſ 121. n. 3. & 4. poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. de-
ciſ. 646. n. 9. & 10. p. 4. tom. 3. recen., & deciſ. 205.
n. 9., & 10, coram Merlin.

Et compromiſſum dicitur neceſſarium, etiamſi
non adſit iuſſus Iudicis, ac illius præciſum de-
cretum ſuper illo faciendo, quando fit in vim
42 Statuti mandantis compromitti, cum ſat ſit,
quod minores poſſint cogi ad compromitten-
dum *Lancellot. Gall. conſ. 109. n. 6. Petr. Anguiſſ.*
conſ. 82. n. 7. Io: de Prato inter conſ. feudalia Mar-
tianeſij 73. n. 5. p. 1. Palm. Sen. conſ. 17. n. 77. Al-
tograd. conſ. 84. n. 158. lib. 1. Blanch. de compromiſſ.
quæſt. 1. n. 28. verſic. contrarium, Mangil. de euict.
quæſt. 13. n. 12. Andreol. contr. 133. n. 10. Tort. ad
Stat. Pap. Rubr. 25. n. 202., & 204. Ludouic. deciſ.
Peruſ. 2. n. 7., & ſeq. Bacz. deciſ. 63. n. 71. Magon.
deciſ. Lucen. 37. n. 9., & infra, Rot. deciſ. 109. co-
ram Puteo lib. 1. in correct.

Quodque dicatur neceſſarium, & coactè fa-
43 ctum, ſi partes illud fecerunt ſeruata forma Sta-
tuti, cuius vigore cogi poterant ad compro-
mittendum, *Cirocc. diſcept. 2. num. 102. verſic.*
ſecus verò, & ità tenet *Rot. deciſ. 57. alias 11. de*
probat. n. 13. coram Ceſar. de Graſſ.

Et quamuis in compromiſſo faciendo à Tuto-
re, vel Curatore ſuper bonis ſtabilibus minoris,
44 ex quo tendit ad alienandum, requirantur de-
cretum Iudicis, ac aliæ ſolemnitates Statutorum,
& Romæ illæ *Stat. 113., & 151. lib. 1.*, vt tenent
Grat. conſ. 155. n. 22., & 23. lib. 2. Mut. ad Con-
ſuetud. Sicil. cap. 51. n. 15., & 16. Baron. de effect.
minor. ætat. effect. 13. Bocell. in ſumm. deciſ. tit 63.
de compromiſſ. n. 69. Ludouic. deciſ Peruſ 2. Rot.
deciſ. 646. par. 4. tom. 3. recen., & deciſ. 154. n. 10.
poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ.

Attamen dicta opinio procedit in compromiſ-
ſo, quod fit voluntariè, & Statuto non cogente,
vel ſi fiat contra formam Statuti, ſecus in com-
promiſſo neceſſario, quod fit vigore Statuti, tunc
enim ſine decreto à Iure communi requiſito in
alienationibus rerum ſtabilium ſpectantium ad
minores, & ſine alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs,
45 poteſt fieri compromiſſum à Tutore, vel Curato-
re, etiamſi fiat ſuper ſtabilibus *Andreol. contr.*
133. n. 9., & 16. plenè *Bonden. collect. legal. 16.*
nu. 7., & ſeqq. tom. 1., benè *Palma Sen. conſ. 17.*
n. 19., & 20. Beninten. deciſ. 21. n. 20. Ginrb. deciſ.
69. n. 5., & 6., & poteſt tali caſu fieri compro-
miſſum etiam à Curatore ad lites deputato pro

46 legitimatione perſonæ minoris Palma Sen. dict.
conſ.17.n.12., & ſeq.
Non obſtat, quod Ludouic. deciſ. Peruſ. 2.n.12.
47 teneat contrarium, quia eius dictum non eſt ve-
rum, cum enim Statutum Peruſinum, ſuper quo
ipſe loquitur, diſponat quod Arbitri poſſint pro-
cedere de Iure, & de facto, vt per eumdem Ludouic.
deciſ. 47. nu. 5., hinc tali Statuto attento poteſt
minor, vel eius Curator compromittere de Iure,
& de facto iuxtà formam ſtatuti, dum tali caſu
dicitur coactè compromittere ex ſupra firmatis;
& opinio Ludouici poteſt tantum habere locum,
ceſſante ſtatuto ſuper compromiſſo faciendo, vel
quando etiam adeſt ſtatutum, ſed non mandat
compromitti cum dicta clauſula, & ſic non poteſt
validè cum illa fieri compromiſſum ſine decreto,
& alijs ſolemnitatibus ſtatutarijs.
Vndè opinio Ludouici rectè procedit in termi-
48 nis noſtri ſtatuti hìc, à quo non diſponitur, quod
fiat compromiſſum cum dicta clauſula, ideoque
ſi per minores, vel eorum Curatores cum illa
compromitteretur ſine ſolemnitatibus, compro-
miſſum eſſet nullum, vtì voluntariè, & ſtatuto
non cogente factum.
At ſi illis, in quos factum fuit compromiſſum,
fuerit à minoribus data facultas, vt procedant
non tanquam arbitri, prout de Iure, ſed tanquam
amicabiles compoſitores, cum tali caſu poſſint
49 minores lædi, in compromiſſo ſic faciendo re-
quiruntur ſolemnitates, alias eſt nullum, Bonden.
collect. legal. 16. n. 57. ad 62. Rot. deciſ. 38. per tot.
p. 4. tom. 2. recen.
Et prædicta diſtinctio circa compromiſſum
neceſſarium in vim ſtatuti, & ſeruata illius for-
ma, vel voluntarium factum ſtatuto non cogen-
te, vel contra illius formam, procedit etiam in
50 mulieribus maioribus, quæ in compromiſſo ſo-
lum voluntario, non autem neceſſario tenentur
ſeruare ſolemnitates ab hoc ſtatuto, & à Conſtitu-
tione Marchiæ præſcriptas in contractibus, ac
obligationibus mulierum, vt colligitur ex Do-
ctoribus ſupra relatis in terminis minorum, qui
promiſcuè ferè omnes loquuntur etiam in mu-
lieribus.
Quandò verò minores, vel mulieres non te-
nentur facere compromiſſum, cum tali caſu
illud dicatur voluntarium, requiruntur ſo-
51 lemnitates ſtatutariæ, ceſſante neceſſitate com-
promittendi, dum ſtatutum ad illud faciendum
non arctat, Actolin. reſol. 66. n. 25. ad 29. Bonden.
Collect. legal. 16. n. 50. ad 52. tom. 1. Barz. deciſ.
Bonon. 87. n. 3. Beninten. deciſ. 21. n. 16. Rot. deciſ.
58. ferè per tot. poſt Gilian. ad Stat. Peruſ.; & ego
dixi latè infra tom. 2. ad ſtat. 151. artic. 5. n. 470.,
& ſeqq., vbi poſui Votum ſuper hoc alias exara-
tum.
At quando ſolemnitates ſtatutariæ requirun-
52 tur in compromiſſo faciendo à minoribus, vel
mulieribus à principio; requiruntur etiam in il-
lius prorogatione Lanar. conſ. 33. n. 3., & 4. benè
Manent. conſ. 77.
Et ſi compromiſſum prætenditur nullum, ex
53 quo factum à minore ſine ſolemnitatibus, talis
nullitas poteſt ſolum allegari ab ipſo minore,
non autem à maiore, ſi ille non contradicat com-
promiſſo, & laudo exindè ſequuto Rot. deciſ. 133.
n. 5. verſic. alia nullitas par. 4. recen.

Compromiſſum ex hoc ſtatuto cum non de-
beat fieri in cauſis executiuis, hinc ſi illud fiat,
dicitur voluntariè factum, & propterea dum mi-
54 nor, vel mulier compromittit ſuper cauſis exe-
cutiuis, requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ ex
ſupra firmatis, & tenent Palm. Sen. conſ. 17. n. 77.
verſic. benè verum Bonden. collect. legal. 16. n. 41.,
& 42. tom. 1.
Idem dic de compromiſſo facto poſt litem
conteſtatam, vel pro conteſtata habitam, dum
55 ex ſtatuto noſtro hìc compromiſſum peti debet
ante litem conteſtatam, vel pro conteſtata habi-
tam, & ſic factum poſt dicitur voluntariè factum
Mangil. de euict. quæſt. 13. num. 8., & 14. Ludouic.
deciſ. Peruſ. 47. n. 16.
Compromiſſi exceptio eſt dilatoria, ideò de-
56 bet opponi antè litem conteſtatam, Nouar. ſuper
Pragm. de arbitr. collect. 2. n. 26. verſic. adde Baron.
de effect. minor. ætat. effect. 19. n. 21. Afflict. deciſ.
185. per tot. Vin. deciſ. 131. n. 8. Cirocc. diſcept. 2.
n. 27. in fine, qui id limitat, ſi aliter fuiſſet per ſta-
tutum diſpoſitum.
At præciſa tali diſpoſitione ſtatuti particularis
expreſsè mandantis, compromiſſum eſſe peten-
dum ante litem conteſtatam, poteſt illud peti
57 ſemper, etiam poſt, ante tamen publicatas atte-
ſtationes, ſecus autem his publicatis, cum tunc
de cauſa decidenda liquere dicatur, & ſic ceſſat
compromiſſum Crot. conſ. 220. n. 22. lib. 2. Grat.
conſ. 155. n. 16. lib. 2. Ruin. conſ. 9. num. 15. lib. 4.
Rolan. conſ. 57. n. 36. ad 39. lib. 2. Tort. ad Statut.
Pap. Rubr. 25. n. 175. Cirocc. diſcept. 2. n. 96. verſic.
ſed compromiſſum, & diſcept. 36. num. 56. Capicc.
deciſ. 48. n. fin. Vin. deciſ. 131. n. 7., & 8., vbi te-
ſtatur, quod ita fuit iudicatum.
Si verò compromiſſum petitum, ac factum vi-
gore ſtatuti expirauit, eſt iterum faciendum,
58 cum tunc fiat ex neceſſitate ſtatuti, & quidem
pluries, ac ſemper, & quouſque non fuerit pro-
latum laudum, & facta concordia Socin. Sen.
conſ. 221. n. 3., & 4. lib. 2. Rim. conſ. 97. n. 72. lib. 1.
Neguſant. reſponſ. 242. n. 2., & ſeq. Tort. ad Stat.
Pap. Rubr. 25. n. 82. ad 85. vbi rationes adducit,
Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 22. n. 85. Borell. de
compromiſſ. §. 2. gloſ. 3. Manſ. conſult. 211. n. 8., &
infra (vbi dicit hoc procedere etiam prolato lau-
do, ſed nullo) Rot. deciſ. 100. num. 1. coram Put.
lib. 1. in correct. vltimæ ædit. Romanæ, & deciſ.
650. num. fin. par. 14. recen.
Talis tamen reiteratio compromiſſi non pro-
cedit, quoties compromiſſum fiat voluntariè ex
59 ſola diſpoſitione hominis, hoc enim caſu ſat
eſt, quod ſemel factum fuerit, licet non habuerit
effectum, & laudum non fuerit prolatum, Socinn.
Sen. alleg. conſ. 221. n. 4. lib. 2. Borcholt. conſ. 12.
§. verum eſt, verſic. item etiam lib. 2. Cirocc. diſcept.
2. n. 72., & infra, & diſcept. 36. n. 45. ad 47.
Prout etiam in compromiſſo neceſſario facto
vigore ſtatuti, ſi ab hoc præfigatur terminus ad
laudandum, & pluries fuerit factum compromiſ-
60 ſum, & nunquam laudatum, non poteſt quis
amplius cogi ad compromittendum elapſo ter-
mino ſtatutario, Afflict. deciſ. 46., & cum illo
Cirocc. diſcept. 36. n. 49., & ſeq., qui dicit reite-
rationem procedere, quandò ſtatutum nullum
præfigit terminum ad laudandum, ſecus è con-
61 tra; quod facit ad noſtrum hìc, à quo ſolum
con-

conceditur, iterum, & tertio poſſe peti compro-
miſſum, vndè poſt tertium compromiſſum, etiam
non ſequuto laudo, non eſt locus vlteriori proro-
gationi *Io: de Prato conſ. 73. n. 3. inter conſ. Mar-
tianeſ.*, qui loquitur in terminis ſimilis ſtatuti,
Tort. dict. Rubr. 25. n. 187.

Nec obſtat *Cirocc. diſcept. 2. n. 74., & ſeq.* dum
62 adhæret illis, qui impugnant *dict. deciſ. Afflict.*
46.; quia *deciſ. Afflicti* benè procedit, quando
à ſtatuto eſt præfixus terminus ad laudandum, vt
melius ſentiendo tenuit poſteà idem *Cirocc. di-
ſcept. 36. n. 49., & ſeq.*

Compromiſſum ex ſtatuto hic fit inter conſan-
guineos vſque ad tertium gradum incluſiuè, de
Iure Canonico computandum, ex quo duo de-
ducuntur; primum quod voluit tollere diſcuſſio-
nem de Iure vigentem, an tertius gradus ſtaret
incluſiuè, licet de Iure etiam verius ſit, quod
63 tertius gradus expreſſus cum verbis vſque ad ter-
tium gradum, non poſito verbo *incluſiuè*, adhuc
includatur, vt poſt alios præcisè firmat *Cirocc.
diſcept. 2. n. 82., & 83.*

Secundum deducitur, quod graduum compu-
64 tatio debet fieri iuxtà diſpoſitionem Iuris Ca-
nonici, & hoc ſapienter ſtatutum fuit, quia alias
graduum computatio, non facta tali expreſſione
debuiſſet fieri ſecundum diſpoſitionem Iuris Ci-
65 uilis, ex regula, quod talis computatio (exce-
pto matrimonio) debet fieri, prout diſponit Ius
Ciuile, vt in his terminis compromiſſi firmant
66 *Tort. Rubr. 25. n. 154. ad 159. Pigant. Rubr. 22.
n. 40., & ſeq.*, qui ſimul ponunt differentiam
circa computationem graduum inter Ius Ciuile,
& Ius Canonicum.

Et tanto magis ex noſtro ſtatuto debuiſſet fie-
ri computatio ſecundum diſpoſitionem Iuris Ci-
67 uilis, (ſi contrarium hic non fuiſſet diſpoſitum)
quia ex *Statuto Vrb. lib. 1. cap. 42.* debet inter Ro-
manos Ciues, & Incolas prius obſeruari Ius Ci-
uile.

Compromiſſum verò inter affines procedit ſo-
68 lum in primo tantum gradu, & affinitate duran-
te, ſecus ea ſublata ex ſtatuto hic.

Et quod ſublata affinitate non ſit amplius lo-
69 cus compromiſſo tenent *Cephal. conſ. 480. n. 29.
lib. 4. Tort. dict. Rubr. 25. n. 80. verſic. vigeſimo ſe-
cundo, Ciarlin. contr. 170. n. 2. lib. 2. Rouit. ſuper
Pragm. 1. de arbitr. n. 27.*, & ibidem *Nouar. col-
lect. 2. n. 24. Ludouic. deciſ. Peruſ. 2. n. 17.*

Hinc frater non tenetur facere compromiſſum
70 cum vxore relicta quondam fratris ſui *Riminald.
Iun. conſ. 202.*

Procedit tamen hoc ſtatutum inter virum, &
71 vxorem, licet inter ſe non ſint affines, ſed prin-
cipium affinitatis *Rolan. conſ. 57. n. 15. lib. 2. Ro-
uit. dict. Pragm. 1. de arbitr. n. 26.*

72 Similiter inter ſponſum, & ſponſam, *Borell.
de compromiſſ. §. 1. gloſ. 3. num. 71., & ſeq. Tort.
alleg. Rubr. 25. n. 102.*

Non procedit tamen fauore ſpuriorum, qui
73 ſecundum naturam tantum ſunt coniuncti *Ce-
phal. conſ. 480. n. 29. lib. 4. Blanch. de compromiſſ.
quæſt. 3. n. 13., & 15. Tort. Rubr. 25. n. 24., & ſeq.
Pigant. Rubr. 22. n. 48. Thor. Vot. deciſ. 34. n. 24.*,
qui omnes tenent, ſpurios non poſſe petere com-
promiſſum contra legitimos, vel legitimatos.

Procedit tamen fauore naturalium ſimpliciter,
cum & ipſi ſint coniuncti, & inter ipſos adapte-
tur ratio naturalis tollendi lites, & ſcandala me-
74 diante compromiſſo, præcipuè quando ſtatutum
generaliter loquitur de conſanguineis. *Anchar.
conſ. 187. per tot. Hondèd. conſ. 95. n. 11. lib. 1.*, &
alij relati à *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 19.
n. 58. Rouit. deciſ. 25. n. 15.*

Hinc habet locum inter Patrem, & filium na-
75 turalem, *Tort. dict. Rubr. 25. num. 50.*

Notandum tamen eſt, quod prætendens com-
promiſſum, tanquam coniunctus in certo gradu à
76 ſtatuto præſcripto, debet de tali coniunctione
docere, ſi talis qualitas conſanguinitatis impu-
gnetur, cum ſit fundamentum compromiſſi,
*Gabr. conſ. 33. n. 12. lib. 2. Cirocc. diſcept. 2. n. 64.
Borell. in ſumm. deciſ. tit. 63. de compromiſſ. n. 49.*,
ea ratione, quia petens compromiſſum debet
probare caſus, & perſonas eſſe tales, de quibus
ſtatutum loquitur *Gabr. alleg. conſ. 33. n. 12.*

Stante autem dubio, & controuerſia ſuper con-
ſanguinitatis, ac coniunctionis gradu à ſtatuto
præſcripto, ſuper hoc incidenti an debeat fieri
77 compromiſſum, affirmat poſt plures relatos *Ci-
rocc. diſcept. 2. n. 95.*

Sed contrarium tene vti verius, & magis fun-
78 datum, vt plenè firmat *Soccin. Sen. conſ. 200. n. 7.
lib. 2.* vltimo loco relatus à dicto *Cirocc. n. 95. in
fine*, & cum hac opinione pertranſit *Tort. dict.
Rubr. 25. num 153.*, idemque firmat *Altimar. de
Nullit. Rubr. 9. quæſt. 5. n. 38. ad 40. tom 1.* vbi ſub-
79 dit, quod tali caſu Iudex debet ſtatuere compe-
tentem terminum ad probandam qualitatem
conſanguinitatis, & affinitatis; & hoc in termi-
nis noſtri ſtatuti hic videtur carere dubio, dum
ſupponit eſſe compromittendas cauſas inter con-
ſanguineos, & affines, & ſic debet conſtare de
conſanguinitate, & affinitate, priuſquam ſit lo-
cus compromiſſo.

Licet enim compromiſſum peti poſſit ſuper
80 ipſomet articulo, an illis ſit locus, vt fir-
mant *Gabr. conſ. 34. nu. 14. lib. 2. Blanch. de com-
promiſſ. quæſt. 4. n. 21. verſic. emergens. Galganett.
hic n. 50. verſic. an autem, Conciol. Rubr. 27. n. 3.*;
at hoc procedit ſuppoſita, & probata conſangui-
nitate, & affinitate, & quoties ſuper his non ca-
dat controuerſia, ſed ſuper aliquo alio emergen-
81 ti, an ſuper cauſa principali cadat compromiſ-
ſum, licet in hoc etiam viderim coram Iudice,
coram quo petitur compromiſſum, vel eius ſupe-
riore, interloqui ſuper emergenti, non eſſe, vel
eſſe locum compromiſſo, vt de praxi ſuæ Ciuita-
tis Ferrariæ teſtatur *Pigant. Rubr. 22. n. 10. verſic.
in hoc tamen foro*; & in Curia Capitolij ſi eſt locus
82 compromiſſo, non obſtante exceptione oppoſita
contra illud, expreſsè ſuper exceptione non pro-
nunciatur, ſed tacitè reijcitur per decretum, eſſe
procedendum ad vlteriora in compromiſſo fa-
ciendo, ſi verò compromiſſo non eſt locus, tunc
ille, qui egit coram Iudice ordinario ſer. ſer. pu-
ta pro credito executiuo, obtinet relaxari man-
datum, & ſic proceditur ad vlteriora in cauſa
principali, non pronunciando expreſsè ſuper non
competentia compromiſſi.

ARTI-

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Recenſentur hic plures caſus, & cauſæ, in quibus non eſt locus compromiſſo ſtatutario, de quibus latè habebis in Summario.

SVMMARIVM.

83 *Statutum Vrbis de compromiſſis non habet locum in cauſis executiuis, cum illas expreſsè excipiat, & num.84.*

85 *Non eſt locus compromiſſo ex hoc ſtatuto, ſi agatur vigore publici inſtrumenti.*

86 *Nec illi eſt locus, ſi agatur vigore apochæ, vel alterius cuiuſcumque ſcripturæ priuatæ à partibus ſubſcriptæ.*

87 *In Prouincia Marchiæ quoad apochas priuatas idem procedit.*

88 *Compromiſſum ex Statuto Vrbis non procedit in inſtrumentis dotalibus.*

89 *Nec quando agitur ex quauis vltima voluntate.*

90 *Via executiua competit de Iure pro legatis in omnibus Tribunalibus, excepto illo Rotæ, & num.91.*

92 *Compromiſſo non eſt locus, ſi petatur legatum, cum pro eo competat via executiua.*

93 *Via executiua pro legatis non competit, quandò eſt dubium an illa debeantur.*

94 *Compromiſſum ſuper fideicommiſſi petitione, extra Statutum Vrbis, alibi peti poteſt.*

95 *Compromiſſum non intrat aduersùs ſententias, arbitramenta, ac lauda in iudicatum tranſacta ratione viæ executiuæ.*

96 *Compromiſſum non fit aduersùs ſententiam in iudicatum tranſactam, & de ratione n.97., & n.99.*

98 *Compromiſſo non eſt locus ſuper rebus, ſuper quibus alias laudatum, & iudicatum fuit.*

100 *Nec ſuper re, ſuper qua alias fuit tranſactum.*

101 *Fallit ſi dictum ſit non obſtante tranſactione, vel huic fuerit renunciatum.*

102 *Compromiſſo non eſt locus ſuper literis cambij acceptatis.*

103 *Literæ cambij habent executionem paratam.*

104 *Via executiua pro literis cambij competit tàm contra acceptantem, quàm contra ſcribentem.*

105 *Compromiſſo non eſt locus in cauſa depoſiti.*

106 *Nec contra ſchedulam* Paghero.

107 *Compromiſſum non admittitur contra debitum reſultans ex propria confeſſione.*

108 *Intellige in confeſſione iudiciali, ſecus in extraiudiciali.*

109 *Compromiſſo eſt locus etiam, quando adeſt via executiua, ſi cauſa cœpta ſit via ordinaria.*

110 *Compromiſſum non poteſt euitari, ſi à via ordinaria electa, prætendatur rediri ad viam executiuam.*

111 *Compromiſſo eſt locus non obſtante via executiua, volentibus partibus.*

112 *Compromiſſo non eſt locus in iudicio ſummariſſimo manutentionis.*

113 *Nec ſuper articulo Iuris claro, & num.114.*

115 *Iuris articulus dicitur clarus, quandò poteſt decidi per ſolam aperturam librorum.*

116 *Secus ſi articulus Iuris ſit dubius, tunc enim eſt locus compromiſſo.*

117 *Idem ſi articulus Iuris habeat mixturam facti dubij.*

118 *Quæſtio Iuris dubij, & intricati æquiparatur quæſtioni facti.*

119 *Intellige de dubietate probabili, ſecus exigua, ac imaginaria, & num.120.*

121 *Statuta de compromiſſis procedunt etiam in petitione legitimæ, cum habeat mixturam facti.*

122 *Compromiſſum ſemper eſt faciendum, quando cum articulo Iuris adeſt mixtura facti.*

123 *Compromiſſum voluntariè factum ſuper articulo Iuris claro, & partibus noto tenet.*

124 *Intellige, ſi ſcienter ſuper re clara fuit compromiſſum, ſecus ſi cauſa receſſus à lite in illo ſit expreſſa.*

125 *Compromiſſum fieri non debet ſuper re clara, & liquida reſultante ex publicis inſtrumentis, & num.128.*

126 *Idem procedit in inſtrumentis de breui liquidandis.*

127 *Maximè ſi inſtrumenta ſint iurata, & executiua.*

129 *Compromiſſo eſt locus etiam contra inſtrumentum nullum, vel alias releuantes exceptiones patiens, & num.134.*

130 *Intellige ſi nullitas, vel aliæ exceptiones ſint verè releuantes, ſecus ſi conſiſtant in mera negatione.*

131 Capicc. Galeott. contr.63. *improbatur, & contra ipſum fuit deciſum.*

132 *Exceptiones oppoſitæ contra inſtrumentum, an ſint releuantes ad effectum faciendi compromiſſum, debent prius per Iudicem examinari.*

133 *Non eſt locus compromiſſo contra inſtrumentum ſub prætextu ſimulationis.*

135 *Compromiſſum etiam ſuper inſtrumento intrat, quando hoc pro liquidatione requirit probationem ab extrinſeco.*

136 *Compromiſſum fieri poteſt ſuper Inſtrumento liquido, ſi pars conſentiat.*

137 *Compromiſſum factum ſuper rebus liquidis cum iuramento ſuſtinetur in vim pacti.*

138 *Compromiſſum ſuper re liquida de conſenſu partium fieri poteſt.*

139 *Compromiſſum reijcitur, ſi petatur per calumniam.*

140 *Compromiſſum dicitur peti per calumniam poſt inſtructum proceſſum, & rem liquidatam.*

141 *Idem ſi petatur ſuper re, in qua petens compromiſſum nullum Ius habet.*

142 *Compromiſſum ex Statuto Vrbis exceptis cauſis executiuis, fit in alijs rebus etiam liquidis.*

143 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

144 *Fallit in ſtatutis, ſed contrarium, num.146.*

145 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali ex æquitate, non ex proprietate verborum, & ſic non extenditur, vbi æquitas, vel Ius reſiſtit.*

147 *Statutum Vrbis omnes cauſas, exceptis ſolum executiuis, voluit compromitti.*

148 *Compromiſſum non habet locum in cauſa ſpolij.*

149 *Nec in cauſa attentatorum.*

150 *Non intrat in cauſa redditionis rationis tutelæ contra tutorem.*

151 *Contraria opinio eſt verior.*

152 *Prima opinio procedit ſi agatur de pertinentia tutelæ, vel de remotione tutoris, & n.153.*

154 *Compromiſſum nec intrat in cauſa educationis pupilli; apud quem ſcilicet ille educari debeat.*

155 Non

155 *Non intrat in cauſis immiſſionis, ac mixti imperij.*
156 *Contrarium firmatur, & adducitur ratio.*
157 Ludonic. deciſ. Peruſ. 47. n. 8. *tenes primam opinionem reprobatur, & declaratur reſpectiuè.*
158 *Cauſæ immiſſionis ex Statuto Vrbis cadunt ſub compromiſſo.*
159 *Non habet locum compromiſſum ſuper alimentis futuris.*
160 *Contrarium tenentes referuntur.*
161 *Prima opinio approbatur tanquam verior.*
162 Magon. deciſ. Lucen. 73. *declaratur.*
163 *Compromiſſum ſuper alimentis futuris poteſt admitti, ſi prius decernatur aliquid per modum prouiſionis pro alimentis, & num.* 165.
164 Eminentiſs. Cardinalis Mareſcottus *laudatur.*
166 *Compromiſſum non cadit ſuper rebus alienari prohibitis.*
167 *Intellige hoc de compromiſſo voluntario, non neceſſario vigore ſtatuti.*
168 *Compromiſſum neceſſarium vigore ſtatuti poteſt fieri ab hærede grauato ſuper bonis fideicommiſſarijs.*
169 *Facilius ſi in compromiſso adſit conſenſus hæredis fideicommiſsarij.*
170 *Compromiſſum non poteſt fieri à marito ſuper re dotali.*
171 *Compromiſſum non poteſt fieri ſuper re emphyteutica ſine conſenſu Domini directi.*
172 *Idem ſuper feudo ſine conſenſu Domini.*
173 *Concluſiones, pro non compromiſſo maximè procedunt in feudo, ac emphyteuſi, ex pacto, ac prouidentia.*
174 *Laudum prolatum ex compromiſſo facto ſuper emphyteuſi, vel feudo ex pacto, & prouidentia præiudicat tantum compromittentibus.*
175 *Compromiſſum ſuper feudo fieri poteſt, quando agitur de taxatione tantum vitæ, & militiæ, ac eius quantitatis ſuper feudo.*
176 *Pariter ſi agatur de quæſtione facti, & Iuris, & ſimplici poſſeſſorio ſuper feudo.*
177 *Compromiſſum fieri non poteſt ab emptore non denunciato venditore, alias non habet regreſſum pro euictione contra venditorem.*
178 *Secus ſi emptor clarè poſteà oſtendat ius euictionis.*
179 *Idem ſi coactè vigore ſtatuti compromittat, nam tunc agit de euictione.*
180 *Compromiſſum petere poteſt etiã author laudatus.*
181 *Intellige ſi veniat ad defendendum emptorem, ſecus ſi veniat tanquam tertius ad defendendum iura ſua.*
182 *Compromiſſum facere poteſt Pater ſuper bonis aduentitijs filiorum ſine decreto, ſi vtiliter hoc faciat.*
183 *Compromiſſum poteſt facere filius ſine conſenſu Patris ſuper peculio caſtrenſi, vel quaſi.*
184 *Etiam non obſtante* Stat. Vrb. lib. 1. cap. 152.
185 *Ceſſionarius non tenetur facere compromiſſum ſtatutarium cum conſanguineo, vel affine cedentis, & n.* 185., *&* 186.
187 *Ceſſionarius ex cauſa onerosa non tenetur compromittere, ſecus ceſſionarius ex cauſa lucratiua.*
188 *Compromiſsum ſtatutarium euadunt gaudentes priuilegio* l. vnicæ C. quand. Imper. &c.
189 *Contrarium firmatur tanquam verius.*
190 *Hæres beneficiatus faciens compromiſsum perdit beneficium Inuentarij.*
191 *Contraria opinio eſt verior.*
192 Angelus de Peruſ. *author primæ opinionis reprobatur.*
193 *Hæres beneficiatus faciens compromiſsum ex neceſſitate ſtatuti, vel decreti Iudicis non perdit beneficium Inuentarij.*
194 *Secus ſi faciat compromiſsum voluntariè.*
195 *Hæres beneficiatus quando ex compromiſso tenetur de proprio, id intelligitur quoad perſonas tantum, cum quibus illud fuit confectum.*

83 PRimo ex ſtatuto noſtro hic non intrat compromiſſum in cauſis executiuis ibi -- *in cauſis, in quibus via executiua non proceditur, compromiſsum &c. fieri mandetur*, & aduertunt hic *Galganett. n.* 10. *fol.* 150. *in princip., & Fenzon. n.* 6.

Hinc ex hoc ſtatuto non eſt locus compromiſſo
84 in omnibus illis cauſis, in quibus, vel ex Iuris diſpoſitione, vel vigore Statutorum Vrbis, vel ex conuentione partium proceditur via executiua *Crot. conſ.* 366. *n.* 11., *&* 12. *l.* 2. *Mar. Anguiſs. conſ.* 96. *n.* 6., *& ſeq.*, vbi de ratione *Poſt. reſol.* 62. *n.* 7. *ad* 10.

Propterea non eſt locus compromiſſo, ſi aga-
85 tur ex publico inſtrumento ex *Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 82. viam executiuam habente *Fenzon. hic n.* 6.

Secundo apochæ, chirographa, ac quæcum-
86 que ſcripturæ priuatæ à partibus ſcriptæ, & ſubſcriptæ habent executionem paratam ex *Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 83., & conſequenter nec poteſt contra agentes in vim talium ſcripturarum opponi quod fiat compromiſſum.

Idem dic vigore Conſtitutionis *March. lib.* 5.
87 *cap.* 4., quæ dat viam executiuam apochis priuatis, vnde in dicta Prouincia ſi agatur vigore apochæ non eſt locus compromiſso petito in vim ſtatuti, & ſi petatur recognitio manus, plenè *Poſt. reſol.* 62. *num.* 1., *& ſeq.*

Tertiò nec intrat compromiſſum aduerſùs in-
88 ſtrumenta dotalia, dum ex *Stat.* 85. *lib.* 1. habent executionem paratam.

Quartò cum ex *Stat.* 86. *lib.* 1. detur via execu-
89 tiua teſtamentis, codicillis, fideicommiſſis, ac alijs quibuſcumque vltimis voluntatibus, hinc ſi ex illis agatur, non intrat compromiſſum.

Pro legatis autem circumſcripto etiam ſtatuto
90 competere etiam de Iure viam executiuam, *Craſ. de ſucceſs. in* §. *legatum qu.* 77. *de Marin. quotid. reſol. lib.* 1. *cap.* 241. *n.* 2. *&* 3. vbi quod ipſe pluries vidit ſic deciſum per Conc. Neapol. *Gratian. deciſ.* 4. *num.* 69. *Ludouic. deciſ. Peruſ.* 23. *n.* 11., & ſic in alijs locis, vbi vigent ſtatuta de compromiſſis non procedit compromiſſum in legatis reſultantibus ex teſtamento, vel codicello executiuam viam habentibus; licet in Rota ex particulari ſtylo illius Tribunalis pro legatis non concedatur via executiua ex opinione Alexandri, ſed omnia
91 alia Tribunalia tàm Vrbis, quàm aliorum locorum ſequuntur opinionem Angeli pro via executiua danda pro legatis, vt benè *per Cardin. de Luc. de legat. diſcurſ.* 6. *num.* 5., *& ſeqq.*, & in ſpecie ad hunc præciſum effectum, quod non competat pe-
92 titio compromiſſi aduerſus petitionem legatorum vti habentium viam executiuam, *Altimar. de Nullit. Rubr.* 9. *qu.* 16. *n.* 13. *&* 14 *tom.* 1.

Et ſolum opinio contraria, quod pro legatis non competat via executiua, procedit, quando illa ſunt dubia, & adeſt iuſta oppoſitionis cauſa
93 illa non ſoluendi, vt declarant *Merlin. Pignatell.*

contr. forenſ. centur.2. cap.2., & *Cardin. de Luc. de Legat. diſcurſ.6. à n.8. verſic. ſecus autem & ſeqq.*, quo ſecundo caſu eſſee locus compromiſſo *dict. Altimar. n.:4.* vbi benè.

Et præciſo ſtatuto noſtro hic dante viam executiuam fideicommiſſis, cum pro illis de Iure
94 talis via executiua non competat, poteſt in terminis aliorum ſtatutorum aduerſus petentes fideicommiſſa, peti compromiſſum, *Gratian. cap. 536.n.11. Altimar. ibid. n.15.*

Quinto compromiſſum non intrat contra ſententias, arbitria, arbitramenta, ac lauda in iu-
95 dicatum tranſacta, *ex Stat. Vrb. lib.1. cap.87.* habentia viam executiuam.

Super quo habemus regulam, quod non fit
96 compromiſſum aduerſus ſententiam in iudicatum tranſactam, *Cyriac. contr.350. num.11.& 12. Staiban. reſol. forenſ.197. n.52. & infra Surd.deciſ. 185.*, ex quo, niſi fuerit expreſsè renunciatum rei indicatæ, non poteſt fingi lis, & dubietas neceſſa-
97 ria, adhoc vt habeat locum compromiſſum, *Ciarlin. contr. forenſ. lib.2. cap.170. num.23.& ſeq. Cyriac. contr. 350. n. 10. ad 15. Staiban. reſol.57. num.61. ad 63. centur.1.* benè *Valeron. de tranſact. tit.2. qu.4. n.10. verſic. & cum compromiſſum, & ſeq. Pigant. Rubr.22.nu.35. Nouar. ſuper Pragm. de Arbitr. collect.2.n.18., & 19. Azened. ad leg. Recopill. tom.2.lib.4.tit.21. leg.4.n.20., & infra, Franc. Marc. deciſ.565. per tot. par.1. Surd. deciſ.185. n.10., & ſeq. Add. ad Pamphil. deciſ.60.n.9. verſic. in negocio claro, Rot. deciſ.26. nu.3., & 4. coram Dunozett.*
98 *Sen.* vbi amplius firmat, compromiſſum non habere locum ſuper rebus, & articulis, ſuper quibus aliàs fuit laudatum, ac laudum acceptatum, &
99 *deciſ.609.nu.3. coram Rembold.*, vbi quod non habet locum in rebus deciſis per rem indicatam, niſi fuerit dictum non obſtante ſententia cum re
100 iudicata; idem dic, ſi agatur de re per aliam tranſactionem terminata, cùm tranſactio æquiparetur rei indicatæ, plenè *Valeron. de tranſaction. tit.2. quæſt.4.n.15., & ſeqq.*, qui *n. 18.*, & *infra* limitat, ſi de prima tranſactione non opponatur,
101 vel illi expreſsè renuncietur, vel ſi prior tranſactio in dubium reuocetur, idemque cum iiſdem limitationibus firmat *Vrceol. de tranſact. quæſt.45. per tot.*

Sextò, compromiſſum non habet locum in li-
102 teris cambij acceptatis, *Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. tom.4. cap.114. nu.36. Ronit. ſuper Pragm. Regn. Neapol. in Pragm.1. de arbitr. in addit. litt. C. Tort. dict. Rubr.25.n.8., Altimar. de Nullit. Rubr.9. qu.5. n.5., & 17.* ea ratione, quia tales literæ habent
103 de conſuetudine vim publici inſtrumenti, & executionem paratam adinſtar rei iudicatæ iuxta *conſ. Bald.448.n.4. lib.1. Rot. deciſ.533. num.7.*, vbi quod hoc ſeruatur vbique locorum *coram Seraph. deciſ.250.n.3. coram Dunozett. Sen. deciſ.501.n.14., & deciſ.519. num.2. coram Bich., & deciſ.118.n.5., & 6. coram ſan. mem. Alexandro VIII.*

Quæ concluſio competentis viæ executiuæ pro
104 literis cambij procedit tam contra illas acceptantem, quàm contra illas ſcribentem *Ronit. ſuper Pragm.1. de Camb. n.4. ad 6. Maſtrill. deciſ.9. per tot. Rot. deciſ.250.n.3. coram Dunozett. Sen., & deciſ. 531.n.8., & 9. apud Poſt. de manut.*

Septimò non habet locum compromiſſum ſi
105 agatur ex cauſa depoſiti, ex quo illius vigore executiuè proceditur ex *l. penultim., C. depoſit.*, & in his terminis compromiſſi aduertit *Mar. An-*
106 *gniſs. conſ.96.n.14., & 15.*; & cùm ſchedulæ nuncupatæ *Pagherò* noſtri temporis, & in Vrbe ſatis vſitatæ, habeant celerem viam executiuam, ac ſimul priuilegium, ac vim veri depoſiti ex plenè firmatis per nos in *Annot. 12. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap.83.*, hinc contra illas vti viam executiuam habentes non admittitur compromiſſum.

Octauò, nec habet locum compromiſſum con-
107 tra debitum reſultans ex propria confeſſione cùm hæc habeat vim ſententiæ *Mar. Angniſs. conſ.96. n.13.*

Quod credo verùm in confeſſione iudiciali, ſe-
108 cùs in extraiudiciali emiſſa in ſcripturis priuatis, ac etiam inſtrumentis publicis, quotiès verſemur extra Vrbem, ac eius Diſtrictum, vbi non procedit hoc ſtatutum, vel non adſunt ſimilia ſtatuta dantia viam executiuam ſcripturis priuatis, ac inſtrumentis, cùm de iure communi via executiua ex illis non competat, quoties ex pacto illa non ſit conuenta.

Proùt in caſibus prædictis, in quibus competit via executiua, & conſequenter non intrat compromiſſum, contrarium eſt dicendum, & debet
109 admitti illud, ſi per creditorem fuerit electa via ordinaria, & non executiua, *Capyc. Galeott. contr. 63.n.3., & ſeq., Manent. deciſ.11.n.16.*

Et ad effectum effugiendi compromiſſum non
110 poteſt variari à via ordinaria ad executiuam benè *Ronit. ad Pragm. 1. de Arbitr. in addit. litt. C. §. imò dico vnum.*

Proùt ſi habens viam executiuam voluntariè ſe ſubiecerit ſtatuto, faciendo compromiſſum, vel à decreto Iudicis mandante illud fieri non
111 appellauerit, ſed compromiſſum fecerit, cùm quilibet poſſit fauori ſuo renunciare, non poterit ampliùs opponere, quod non erat locus compromiſſo, ex quo agebatur de cauſa executiua *Neguſan. reſponſ.242.n.28., & infra.*

Nonò, nec compromiſſo eſt locus in Iudicio
112 ſummariſſimo poſſeſſorio manutentionis, cùm tale iudicium non veniat ſub nomine cauſæ *Poſt. de manut. obſer.6.nu.35. ad 38.* vbi de ratione *Ciarlin. contr. forenſ. lib.2. cap.170. nu.5., & ſeq. Pigant. Rubr.22. nu.46. verſic. & quod in remedijs, Barz. deciſ.71.n.39., & 40.*

Decimò, reijcitur ſuper articulo iuris claro
113 *Soccin. Iun. conſ.24.n.7. lib.1. Aldobrand. conſ.12. n.48. lib.1. Caball. conſ ciuil.157.n.3. lib.1. Ciarlin. dict. cap.170.n.16., & 17., Capyc. Galeott. contr.63. n.44. lib.1. Altimar. de Nullit. Rubr.9. quæſt.16.n.7. tom.1. Minad. deciſ.3.nu.2. Ludouic. deciſ. Peruſ.47. n.11., Magon. deciſ. Florent.85. num.7. Rot. deciſ.412. n.5. par.16. recen., & deciſ.10.n.9. poſt Zuff. de crim. proceſs. legitim.*, cùm ſtatutum de compromiſſis
114 non procedat, quando ius partis eſt clarum, & apertum, *Crot. conſ.320.nu.20.*, & *infrà lib.3. Al-*
115 *dobrand. conſ.12.nu.47. lib.1. Caball. dict. conſ.157. n.4., & 5.*; & articulus iuris in propoſito dicitur clarus, & certus, quando per ſolam aperturam librorum poteſt decidi, *Iaſ. conſ.35. lib.1., & Caball. conſ.157.n. fin. lib.1.*

At eſt locus compromiſſo, & præfata concluſio
116 non procedit, quando agitur de articulo iuris dubio habente ex vtraque parte Doctores, cùm tunc non dicatur ius apertum, & clarum, *Caball. dict.*

dict.conſ.157.n.15., & infrà, præclarè Iaſ. conſ.35.
117 n.2., & ſeq. lib.1., & idem ſi habeat mixturam
facti dubij Socinn. Iun. conſ.24.num.10.lib.1. Tort.
Rubr.25.n.54. Capicc.Galeott.dict. contr.63. nu.45.
ad 49. Gratian. cap.536.num.5.18., & 19. Cirocc.
diſcept.2.n.79., & 80. Thomat. deciſ.6.nu.5., & de-
ciſ.47.n.23., & 24. Rot.deciſ.412. nu.16., & infrà
par.16.recen.

Quæſtio quippè iuris dubij, & intricati, ad
118 hunc effectum æquiparatur quæſtioni facti Hyer.
Gabr.conſ.34.n.13.lib.1.Gratian.cap.536. nu.7. 18.,
& 19. Ludouic.deciſ.Lucen.26.nu.7., & 8. Thomat.
deciſ.6.n.8.

Hoc tamen intellige, ſi ſuper articulo iuris ad-
119 ſit dubietas probabilis de tempore compromiſ-
ſi, Rot.deciſ.412.n.7., & ſeqq. par. 16. recen., nam
120 non ſufficit dubietas imaginaria, & à petente
compromiſſum figurata, ad effectum obtinendi
compromiſſum, ac tranſactionem, ſed requiritur
vrgens, & quæ turbat etiam Doctores eximios
Crauett.conſ.252.n.10. Argel.de acquir. poſſeſs.qu.2.
artic.4.n.155., & 156. Rot.deciſ.412. à nu.16., &
ſeqq., & ſignanter n.21. par.16. recen. duplicata
deciſ.196.poſt Torr.de pact. futur. ſucceſs., & tripli-
cata deciſ.18.poſt Vrceol.de tranſact.

Et ſi agatur de liquidatione legitimæ intrat
compromiſſum, cùm agatur de articulo mixto
iuris, & facti, cum nedùm de legitima conſequen-
da, & an debeatur, quod eſt articulus iuris, ſed
121 de eius quantitate firmanda, quod reſpicit fa-
ctum, agendum ſit Tort.dict.Rubr.25. nu.53. Tho-
mat.deciſ.6.n.22.; & quod ſemper ſit faciendum
compromiſſum, quando cum articulo iuris adeſt
122 mixtura facti, ex quo ſit neceſſaria probatio, &
liquidatio facti, Caball.dict.conſ.157.nu.7. ad 12.,
& per tot.lib.1. Aldobrand. conſ.12. num.30. ad 32.
lib.1.Galeott.contr.63.n.50. Altimar.de Nullit.Rubr.
16.quæſt.16.n.8.tom.1.

Si autem ſuper articulo iuris certo, & claro, &
123 partibus noto, compromiſſum voluntariè fa-
ctum fuerit, validum eſt, vt tenent Pigant.d.Rubr.
22.n.50.in fine Magon.deciſ.Florent.119.nu.3. Surd.
deciſ.135.n.2., & 3. Rot.deciſ.452.n.4.par.1. recen.
quæ eſt etiam coram Vbald.deciſ.110., & deciſ.412.
n.22.par.16.recen.

Quod declaratur procedere, ſi partes ſcienter
ſuper re clara voluerunt compromittere, ſecùs ſi
124 expreſſum ſit, cauſam compromiſſi eſſe receſſum
à lite, quæ non ſubſiſtit, tunc enim compromiſ-
ſum non tenet, plenè Surd.alleg. deciſ.185. Rot. de-
ciſ.412.n.24.par.16.recen.

Vndecimò ſubſequitur, non eſſe locum com-
125 promiſſo, ſi agatur de re clara, & liquida reſul-
tante ex publicis inſtrumentis, benè Grat. conſ.
155.n.15., & ſeq.lib.2. Ciarlin.alleg.cap.170.n.16.,
& infrà, & n.26. Staiban.reſol.13.num.28.reſol.63.
n.21., & ſeq. centur.1., & reſol. 119. à nu. 26. cen-
tur.2. Tort.alleg.Rubr.25.n.5., & 6. Pigant. Rubr.
22.nu.23. Rouit.ſuper Pragm.1.de Arbitr.collect.2.
n.20. Prat.diſcept.forenſ.9.per tot.par.1.

Hoc idem dicendum de inſtrumentis de breui
126 liquidandis, Fenzon.hic n.9. Poſt. reſol.62. n.11.
Prat.dict.diſcept.9.n.13. Altimar.de Nullit.Rubr.9.
quæſt.5.n.26.tom.1.

Quod multò magis procedit, ſi agatur de in-
127 ſtrumentis iuratis, & executiuis, Gabr. conſ.33.
n.3., & 4. lib.1. Staiban.reſol.63.n.10., & ſeq. Lu-
douic.deciſ.Peruſ.47.num.10. Rot.Bonon.diuerſ.deciſ.
107.n.2.

Ratio autem cur contra rem claram reſultan-
tem ex inſtrumento, re iudicata, obligatione Ca-
merali, vel via executiua munitam, non poſſit
peti compromiſſum, ea eſt, quia illud ex ſupra
firmatis eſt quædam tranſactio, ac illi æquipara-
128 tur, quæ tranſactio, & ſic etiam compromiſſum
non admittitur in re clara, Capyc. Galeott. dict.
contr.63.num.9., & 10., Altimar.de Nullit. Rubr.9.
quæſt.16.n.1.ad 3.

Si tamen inſtrumentum ſit nullum, vel aliàs
dubium, & contra illud opponantur validæ, &
129 releuantes exceptiones, tunc erit locus compro-
miſſo, Socin.Sen.conſ.4.per tot.lib.1. Honded.conſ.9.
n.13.lib.1. Surd.conſ.252.n.21.lib.2., & conſ.451.
n.50.lib.3. Poſt.reſol.62.n.22., & infrà, Capyc. Ga-
leott.contr.63.nu.11., & ſeq. Rouit.ad Pragm.1. de
Arbitr.in addit.lit.C. §.imò dico, Ludouic. deciſ. Lu-
cen.26.n.55., & infrà latè.

Hæc tamen concluſio declaratur, vt procedat
130 tantùm in exceptionibus validis, & releuanti-
bus, ſecùs ſi non eſſent releuantes, & conſiſterent
in mera negatione temeraria Rimin ald. Iun. conſ.
202.num.29.lib.2. Carpan.ad Stat.Mediol. cap.115.
n.20., & ſeqq., ne ſit in poteſtate partium figura-
re prætenſiones, & dubietates ad tollendam di-
ſpoſitionem legalem, quod in re clara, & contra
inſtrumentum non eſt locus compromiſſo, Cra-
uett.conſ.292.n.10., benè Prat. dict.diſcept.9.n.31.
ad 34. vbi referens dict. contr. 63. Capyc. Galeott.
131 firmat, inſtrumentum in ſe liquidum non effici
illiquidum per ſolam exceptionem partis, & re-
fert in cauſa, de qua per dict. Capyc. Galeott. po-
ſteà contrarium firmantem, fuiſſe contra ipſum
deciſum, prout ingenuè fatetur ipſemet Galeott.
in fine eiuſdem contr.63.

Vnde ſi opponatur compromiſſum contra in-
ſtrumentum publicum, ob oppoſitas exceptiones
illiquiditatis, nullitatis, vel ex alio capite, ob
quas prætendatur, inſtrumentum non eſſe clarum,
& ſic cadere ſub compromiſſo, tunc ob ſolas ex-
ceptiones oppoſitas contra inſtrumentum, non
debet ſtatim per Iudicem declarari, eſſe locum
132 compromiſſo, vel non eſſe locum, ſed debet priùs
diſcutere an exceptio propoſita ſit talis, quæ red-
dat inſtrumentum illiquidum Alex.conſ.166.lib.2.
vbi plenè Altimar.de Nullit.Rubr.9.quæſt.16.n.19.
tom.1. Franc. Rocc.reſponſ.legat.51.n.5.lib.2. Capyc.
Galeott.contr.63.n.24.ad 26.

Vndè dict.Galeott.n.33., & infrà infert, quod ſi
contra inſtrumentum opponatur exceptio ſimu-
lationis, ſit locus compromiſſo, cuius tamen di-
ctum, quoties pro ſimulatione multum conclu-
133 dentes non afferantur probationes, non credo
verum, ex quo per exceptionem ſimulationis non
probatæ non retardatur via executiua, Zacch. de
oblig.Camer.quæſt.18.n.1., & ſeq. Rot. poſt ipſum
deciſ.205.n.3. prout in caſu controu.63. Capyc. Ga-
leott. fuit contra ipſum deciſum, non eſſe locum
compromiſſo, vt ipſe atteſtatur in fine, & fuit ſu-
pra tactum.

Quocircà in terminis noſtri ſtatuti hic reij-
cientis compromiſſum in cauſis, in quibus com-
petit via executiua, exceptiones irreleuantes, &
non concludentes contra inſtrumenta, apochas,
& vbi proceditur executiuè, non faciunt recede-

re à regula ſtatuti, quòd in talibus cauſis non ſit
locus compromiſſo, nam alias per quaſuis leues
exceptiones eluderetur diſpoſitio ſtatuti, & ra-
riſſimè cauſæ executiuè eſſent exemptæ à com-
promiſſo; hinc ſicut ſuper inſtrumento liquido,
ac ſuper cauſis executiuis non cadit compromiſ-
134 ſum, ità nec ſuper obiectis contra viam executi-
uam, vel inſtrumentum, *Ancbar. conſ. 183. nu. 30. Aldobrand. conſ. 12. num. 50. lib. 1.*, quoties tamen
obiectæ exceptiones contra inſtrumentum, vel
viam executiuam non ſint valdè vrgentes, ac rele-
uantes vt ſupra.

Quando tamen inſtrumentum requirit pro
135 eius liquidatione probationes ab extrinſeco,
tunc intrat compromiſſum à ſtatuto demanda-
tum, *Natt. conſ. 121. n. 24. Caball. conſ. 157. nn. 6. 7., & 14. Altimar. de nullit. Rubr. 9. quæſt. 16. n. 19. to. 1. Surd. deciſ. 27. n. 7. verſ. & inſtrumentum*.

Poteſt tamen habens viam executiuam, vel in-
136 ſtrumentum liquidum pro ſe conſentire com-
promiſſo, & renunciare fauori ſuo *Alex. conſ. fin. n. 15. lib. 6. Calà de reſt. in Integr. minor. qu. 19. n. 36., & 37. Magon. deciſ. Florent. 119. nu. 3., & deciſ. Lucen. 99. n. 5., Zuccar. deciſ. Lucen. 62. n. 11.*

Et ſi ſuper rebus liquidis fiat compromiſſum
137 cum iuramento, compromiſſum valet in vim
pacti *Rot. deciſ. 452. num. 4. verſ. quia fuit reſponſum*
138 *par. 1. recen.*, cùm poſſit ex conſenſu partium
ſuper rebus liquidis compromitti, *Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. cap. 170. n. 17. Pigant. Rubr. 22. num. 13. verſ. ſubdens tamen*.

Decimoſecundò compromiſſum reijcitur quan-
139 do illud petitur per calumniam *Alex. conſ. 62. n. 7. lib. 2. Gabriel. conſ. 33. n. 15. lib. 1. Blanch. de compromiſs. quæſt. 1. n. 10. Ciarlin. dict. cap. 170. n. 3. Poſt. reſol. 62. n. 13.*

Et dicitur peti per calumniam poſt inſtructum
140 proceſſum, & poſtquam per actus iudiciales res,
de qua agitur, liquidata fuit *Poſt. dict. reſol. 62. n. 14., & ſeq.*

Prout dicitur peti per calumniam, quando il-
141 lud petitur ſuper re clara, & ſuper qua nullum
ius competit compromiſſum petenti *Angel. conſ. 66. Mar. Angniſs. conſ. 152. n. 32., & 33. Magon. deciſ. Florent. 85. n. 6., & infrà*.

At etiamſi agatur de re clara, & liquida, quo-
ties non ſimus in cauſa executiua, ex ſtatuto no-
ſtro hic intrat compromiſſum, dum ſolum excipit
cauſas, in quibus via executiua proceditur; nihi-
142 lominùs in facti contingentia dicebatur, quod
etiam in cauſis non executiuis, ſed ordinarijs,
quoties eſſent liquidæ, & certæ intraret ſtatutum,
& quod deberet ſtatutum intelligi, prout de iu-
re, hoc eſt in cauſis vltra executiuas non liquidis,
& hoc prætendebatur deduci, ex quo ſtatutum
non loquitur vniuerſaliter in omnibus cauſis, ſed
143 indefinitè in cauſix, & ſic licet indefinita æqui-
polleat vniuerſali, *l. quidam hæredem 7. ff. de tritic. vin., vel oleo leg. Surd. conſ. 336. n. 7. Rot. deciſ. 518. n. 13. coram Merlin.*, nihilominùs hoc non proce-
dit in ſtatutis, in quibus oratio indefinita non
144 æquipollet vniuerſali *Oldrad. conſ. 172. Chaſſan. conſ. 32. nu. 16.*, & ampliùs indefinita æquipollet
vniuerſali, non ex proprietate verborum, ſed ex
æquitate, & benignitate, ideòque vbi æquitas, &
ius ipſum extenſioni repugnat, tunc nullo pacto
145 æquipollet vniuerſali, *Rot deciſ. 338. n. 27., & 28. coram Merlin*,

At ego exceptis cauſis executiuis, ſtatutum
hoc eſſe generale, & intrare in omnibus alijs cau-
146 ſis, deducebam, nedùm quia verius eſt, quod
etiam in ſtatutis indefinita æquipollet vniuerſa-
li, *Menoch. conſ. 4. n. 28.* qui teſtatur de veriori ſen-
tentia, *Decian. conſ. 17. n. 20., & 21. lib. 1. Palma Nepos alleg. 189. n. 2.*; verùm quia vniuerſalitas
omnium cauſarum ex ſtatuto erat litteralis, dum
enim ſtatuentes voluere, quod in cauſis, in qui-
bus via executiua non proceditur, fiat compro-
miſſum, ex hoc colligitur, quod cauſas executi-
147 uas ſolùm excepere à compromiſſo, & reliquas
non executiuas illi ſubiecerunt, & ſic non intrant
termini orationis indefinitæ.

148 Decimotertiò non intrat compromiſſum in
cauſa ſpolij cùm hoc ſit impeditiuum litis in-
greſſus *Rouit. ſuper Pragm. 1. de Arbitr. num. 43., Afflict. deciſ. 84.*, idem dic in cauſa attentatorum,
149 cùm hæc ſint magis priuilegiara, & contineant
ſpolium ex traditis per *Rot. deciſ. 496. nu. 8. apud Poſt. de manut.*

Decimoquartò, non intrat quando agitur pro
150 redditione rationis tutelæ contra tutorem, *Borgnin. de tutor., & curator. n. 223. Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 25. n. 73.*

151 Sed contrarium *poſt Io. Baptiſt. Peruſ. de arbitr. lib. 3. cap. 8.* tenet *Valeron. de tranſact. tit. 3. qu. 1. n. 13.*, & hæc opinio placet.

Et contrarij poſſunt procedere, ſi agatur ſuper
152 pertinentia tutelæ, ſuper qua non poteſt com-
promitti, & tranſigi *Blanch. de compromiſs. qu. 4. n. 11. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 115. n. 41., & 42.*
153 *Valeron. dict. quæſt. 1. n. 10., & 11.* vbi idem fir-
mat, ſi agatur de remotione tutoris, *& n. 13.*

Nec poterit compromitti articulus educatio-
154 nis pupilli, apud quem ſcilicet educari debeat;
cùm educatio ſit pars tutelæ, & ab vna ad aliam
valeat argumentum, *Valeron. ibid. n. 14., & 15.*,
& ità in facti contingentia indicaui.

Decimoquintò, non intrate compromiſſum in
155 cauſis immiſſionis, ac mixti imperij, ex quo
per arbitros illæ expediri non poſſunt, tenet *Ludouic. deciſ. Peruſ. 47. n. 8.*

Sed contrarium eſt verius, licèt enim Arbitri
156 non poſſint dare executionem immiſſioni, poſ-
ſunt tamen illam concedere, exequendam tamen
à Iudicibus ordinarijs, *Gratian. cap. 536. num. 13.*
157 *ad 17.* vbi declarat, ac refutat *dict. Ludouic., Cirocc. diſcept. 2. n. 84., & infra*, qui pariter impu-
gnat *Ludouicum*, & hanc opinionem videtur at-
tingere ipſemet *Ludonic. dict. deciſ. 47. n. 8. in fine*,
dum dicit, quod Arbitri poſſunt pronunciare de
immittendo, licèt non poſſint dare immiſſio-
nem.

Et præcisè in terminis noſtri ſtatuti hic, quod
158 cauſæ immiſſionis, & mixti imperij cadant ſub
compromiſſo tenet *Gratian. cap. 536. n. 17.*

Decimoſextò, non habet locum ſuper alimen-
159 tis futuris petitis à filio contra Patrem officio
Iudicis firmant *Caren. reſol. 49. n. 10., & 11. Thorvot. deciſ. 34. n. 27. ad 30. par. 1.*

160 Contrarium tenent *Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 56. n. 33., & ſeq. Capicc. Galeott. contron. 63. n. 55. tom. 1. Rouit. ſuper Pragm. 1. de Arbitr. 38., Magon. deciſ. Lucen. 73. per tot.*

At prima opinio videtur verior, cùm enim
alimenta futura omni celeritate debeantur offi-

cio

cio Iudicis, non poſſunt illa retardari ſub præ-
162 textu compromiſſi faciendi, *Caren. reſol.49.*
n.11., qui dicit dictam *deciſ.73. Magonij* non ob-
ſtare, quia ibi filius, qui petierat alimenta in-
ſtererat pro compromiſſo, quod facere poterat,
& renunciare fauori ſuo, ſecus ſi petatur à Patre
ad retardandam ſolutionem alimentorum futu-
rorum.

Et quando velles cum prima opinione minus
vera procedere, adhuc illa poterit retineri cum
temperamento, vt ante compromiſſum (quod
poteſt cadere ratione taxandi quantitatem ali-
mentorum, quæ reſpicit factum, nempe liquida-
tionem ſtatus bonorum, qualitatis perſonarum,
ac vſus Regionis) prius per Iudicem petenti
163 alimenta aliqua quantitas decernatur pro ali-
mentis in cauſam declarandam, cum venter non
patiatur dilationem, & ità in quadam cauſa iu-
dicaui; & fœtè adoleſcens anno ætatis meæ vi-
geſimo tertio ità obtinui in Ciuitate Aſculi Pa-
tria mea pro D. Franciſco Coruo nobili Aſcula-
no, contrà D.Comitem Coruum eius Patrem
164 ab Eminentiſſimo Cardinali Mareſcotto, tunc
dictæ Ciuitatis Gubernatore digniſſimo, ac Iu-
riſconſulto optimo, nam petente D. Franciſco
contra D.Comitem Patrem alimenta, hic inſte-
tit ad formam Statuti Aſculi de Compromiſſis,
cauſam alimentorum compromitti, at dictus
Gubernator certam quantitatem pro alimentis
165 in cauſam declarandam prius decreuit, quod
decretum iuſtiſſimum dedit cauſam concordiæ
inter Patrem, & filium.

Decimoſeptimò, non cadit compromiſſum
ſuper rebus alienari prohibitis, cum regula ſit,
quod compromitti non poſſunt, quæ alienari ne-
queunt, alias per compromiſſum alienatio per
166 indirectum ſequeretur, & ideò ſtatutum de
compromiſſo faciendo intelligitur de rebus, quæ
alienari poſſunt, *Aldobrand. conſ. 12.n.45. lib.1.*
Bm.conſ.102.n.47.lib. 2.Cranett. conſ.976. num.5.
Medic.examin.Senen.3.n.49., *Ciarlin.alleg.cap.170.*
n.31.Staiban. reſol.forenſ.57. n.14. centur.1.

Ac talis regula procedit in compromiſſo vo-
luntario, ſecus in neceſſario vigore ſtatuti, vt
167 firmatum fuit ſupra hic *artic.1.n.39.*, *& ſeqq.*,
& probant *Magon.deciſ. Florent 59. n.22. Rot. Bo-*
non.diuerſ. deciſ.21. num.10.; hinc tale compro-
168 miſſum neceſſarium vigore ſtatuti factum ab
hærede grauato ſuper bonis fideicommiſſarijs te-
net etiam ad præiudicium ſubſtitutorum, *Carpan.*
ad Stat.Mediol.cap.115.n.54., *& 55.tom.1. Pe-*
regr. de fideicomm.artic. 40. n.119., *& ſeqq. Fuſar.*
de ſubſt. quæſt.563 num.6. Bonden. collect. legal. 1.
n.82.tom.2.; quod facilius procedit ſi in compro-
169 mittendo adſit conſenſus hæredis fideicom-
miſſarij, *Magon. alleg. deciſ. 59. n.23.*

Decimo octauò nec poteſt maritus ſuper rebus
170 dotalibus compromittere, ex quo illas non
poteſt alienare *Staiban. reſol. forenſ.57. n. 16. &*
ſeq. centur. 1.

Decimononò, non poteſt fieri compromiſſum
171 ſuper re emphyteutica ſine conſenſu Domini
directi *Crot. conſ. 366. n.5. & ſeq.lib.3. Aldobrand.*
172 *conſ. 12.n.43. lib.1.* nec ſuper feudo ſiue con-
ſenſu Domini, *Borell. in Summ. deciſ. de compro-*
miſs.tit.63.n.129., *Mut. ſup.Cap.Regn.Sicil.tom.1.*
cap.38. n.45., *& infrà*, *Staiban. reſol. forenſ.57.*
n.39. & 40.p.1. Baron.de effect. minor. ætat. effect.
*19.n.50.ad 52.*latè *Manſ.conſult.forenſ. 253. n 12.*
& ſeq., vbi quod hæc opinio eſt verior, & ſine
difficultate recipitur.

Quæ concluſio maximè procedit quoad præ-
173 iudicium vocatorum in feudo, vel emphyteuſi
ex pacto, & prouidentia, & non citatorum in
compromiſſo, *Manſ. conſult. 253.n.15.*, *& 16.*
Surd. deciſ.235.n.3., *& 4.*, itaut laudum ex tali
174 compromiſſo prolatum ad ſummum præiudi-
cet ipſis compromittentibus, non autem ſucceſ-
ſiuè vocatis *Manſ.ibid.n.17.*

Quandò verò ſolum agitur de taxatione vitæ,
& militiæ, ac eius quantitate ſuper feudo, tunc
175 poteſt ſuper re feudali fieri compromiſſum,
Fab.de Ann.conſ.75. n.2.& ſeq. Franc. Rocc. reſp.
51. n.2.3., *& 4.lib.2.*, *Capan. de Vit.*, *& milit.*
q.43., *Capicc.Galeott.cont.63. n.56.tom.1.*, *Mut.ſu-*
per Rit.alleg. cap.38. n.49. tom.1. Minado. deciſ.3.
n.1., *Afflict. deciſ.43. Capicc.Latr.deciſ. 33.n.10.*

Prout ſuper feudo poteſt fieri compromiſſum,
176 quando agitur de quæſtione facti, & Iuris, vt
ſuper turbatione poſſeſſionis, & ſuper poſſeſſo-
rio, *Rocc.dict.reſponſ.51.n.1.Capicc. latr. deciſ.33.*
n.3., *& infrà.*

Vigeſimò, nec compromiſſum fieri poteſt ab
emptore moleſtato ſuper re empta, non denuncia-
177 to venditore, alias ſi contra emptorem profe-
ratur laudum, nullus eidem competit contra
venditorem regreſſus pro euictione, *l.ſi dictum §.*
ſi compromiſero ff de euict., *Mazzol.conſ. 70.n.41.*,
Niger.de laudem quæſt.88.n.98.p.2., *Mangil. de*
euict.q.13.n.1.

Ac ſi emptor poſtea oſtendat, rem euictam
178 fuiſſe euincentis, ac de illius bono Iure doceat,
tunc agit pro euictione *Niger.n.99. Mangil. dict.*
q.13.n.25.

Idem dic ſi compromiſſum factum fuerit coa-
179 ctè vigore ſtatuti, nam pariter agit de eui-
ctione, *Gabr. conſ.34. n.2.*, *& ſeq.lib. 2.*, *Renert.*
deciſ. 406. n. 2. verſic. vbi Bartolus, *& ibi de Ma-*
rin. n.3.

Et ipſemet author laudatus, & alius neceſſa-
180 rius defenſor veniens ad cauſam poteſt petere,
fieri compromiſſum vigore ſtatuti plenè *Gabr.*
dict. conſ.34. lib.3. Carpan.ad Stat.Mediol.cap.115.
n.82.tom.1.Calà. de reſt.in integr. minor. quaſt. 19.
n.29. Blanch. de comprom.quæſt. 19.n.49. Tondut.de
præuent.Iudic.p.2. cap.19. n.17., *Conciol. ad Stat.*
Eugub.lib.2. Rubr. 27.n.29., *& 30.*

Hoc tamen procedit ſi veniat ad defendendum
181 emptorem tanquam author laudatus, ſecus ſi
ſponte tanquam tertius ad defendendum ſe, &
ſua iura, ac ad infringendum iura vtriuſque col-
litigantis, *Carpan.ibid.n.83. Calà alleg q.19.n.30.*

An autem vigore huius ſtatuti poſſit Pater
ſuper rebus aduentitijs filiorum compromitte-
182 re abſque Iudicis decreto, dic quod ſic, ſi vtili-
ter hoc faciat, ſuper quo videantur *Pinell.in l.*
p.3. num.45. C.de bon.matern., *& Boſſ. de patr.po-*
teſt.cap.8.n.74. ad 76.

E contra verò filius poteſt ſine conſenſu Patris
compromittere ſuper rebus, in quibus po-
teſt ſine Patris conſenſu ſtare in iudicio, & in
183 quibus Pater non habet intereſſe, nec vſumfru-
ctum, & ſi agatur de peculio caſtrenſi, vel qua-
ſi, ex quo nullum præiudicium in caſibus præ-

dictis ex compromiſſo parati poteſt Patri, ple-
nè *Tort.ad Stat.Pap.Rubr.25.n.105. & ſeq.*,& la-
tius *n.*114.*ad* 128.

Quod procedit etiam non attento alio Stat.Vr-
184 bis 152.*lib.*1.volente filios familias non poſſe
contrahere ſiue conſenſu Patris, *Bald. in l. non
ſolum §.neceſſitate n.22. C.de bonis, quæ liber.Stai-
ban.reſol.forenſ.57.n.22.&23*

Queres vtrum ceſſionarius in vim huius, & ſi-
millium ſtaturorum teneatur facere compromiſ-
186 ſum cum conſaoguineo, vel affine cedentis,
negant *Carpan. ad Stat.Mediol. cap.*115.*num.*80,
*Pigant.ad Stat. Ferrar. Rubr. 22. n.49.& Nouar.
de elect.fori ſect. 3.q.14.n.10.*;ex quo ceſſionarius
185 non repręſentat cedentem quoad coniunctio-
nem ſaoguinis,cohærentem ſolum perſonę ceden-
tis, & idem agit ſolum vtili actione, & idem
Nouar. reijcit contrarios, & hæc opinio in ter-
minis noſtri Statuti hic videtur tenenda,dum non
loquitur in rem, quod ſcilicet ſuper rebus con-
186 iunctorum fiat compromiſſum, ſed loquitur de
cauſis, vt firmant *Blanch. de compromiſſ. quæſt.3.
n.5. verſic.* in hac materia *Carpan.* vbi proximè
n.81.

187 At ſuper hoc *Olea de ceſſ. Iur. tit.6. quæſt.*11.
*nu.*47. diſtinguit, quod ſcilicet ceſſionarius ex
cauſa oneroſa non teneatur compromittere, ſe-
cus ſi ex cauſa lucratiua, qui ſubdit, quod Do-
ctores ſuper hoc puncto diſſidentes, & ab ipſo
relati, ſunt reducendi ad concordiam cum tali
diſtinctione, & hoc idem placet *Borell.in Summ.
deciſ. tit.63. n.25.tom.*1.

An autem Vidua, Pupillus, Virgo, vel aliæ
perſonæ miſerabiles gaudeant priuilegio *l. vnicæ
C.quando Imper. inter Vidu. &c.* ad effectum im-
pediendi compromiſſum demandatum à Statuto
loci, itaùt perſonæ prædictæ conuentæ ad fa-
ciendum compromiſſum poſſint illud eludere
per electionem Tribunalis A.C.,ac Curiæ Princi-
pis, hunc caſum,dum cauſas in foro agebam,
habui de facto, & dum petebam coram A.C.mo-
derari Inhibitionem vigore *l.vnicæ* obtentam à
Vidua ad effectum impediendi compromiſſum,
dicebatur, quod priuilegium *l. vnicæ* præualere
188 debebat ſtatuto de compromiſſis,ex quo illud
conſtituebat fauore miſerabilium perſonarum
Iudicem ipſum Principem, vt per *Dec. conſ.3.
n.5. & 6. Peregr. deciſ. Patau.* 129. *n.3.*, & hanc
opinionem refert *Conciol. alleg. Ciuil.* 71. *n.* 10.,
& idem tenet *Cardin.de Luc. de Iudic. diſcurſ.* 11.
n.9.

Nihilominus obtinui moderationem Inhibi-
tionis, ex quo verius eſſe exiſtimatum fuit, quid
quod tale ſtatutum de compromiſſis compræ-
hendat Viduas, & alias miſerabiles perſonas
189 gaudentes priuilegio *l. vnica*, *Ciarlin. contr.
forenſ.lib.1. cap.102.,Pigant.ad Stat.Ferrar.Rubr.
21.n.21. in fine, Nouar. de elect. for.ſect. 4. q.32.
per tot.*, & cum hac opinione reſidet *Rot.in Peru-
ſina pratenſi compromiſſi coram Litta n.3.apud Mar-
cheſ.de commiſs.p.1.de commiſs.appellat.à laudo* §.1.
& hæc opinio eſt interpide retinenda tanquam
magis vera ob rationes à dictis *Nouar.*, & *Ciar-
lino* adductas.

Vnum nota hic, ſuper quo coram me alias
plenè altercatum fuit, quod hæres beneficatus
190 faciens compromiſſum perdit beneficium In-
uentarij iuxtà ſenſum *Angel.de Peruſ. conſ.* 31.
quem ſequuti ſunt *Rolan. in tract. diuerſ.de Inuen-
tar. q.183.n.1.& ſeq.,& Phanucc. eod.tract. q.243.
n.110., & 111.*, ea ratione moti, quod hæres
ſequuto laudo vigore compromiſſi à ſe facti non
conuenitur ex cauſa hæreditaria, ſed ex obliga-
tione propria, nam illa hæreditaria,per compro-
miſſum ſequuto laudo nouata fuit.

At contrariam opinionem tenent *Monticul.eo-
191 dem tract.diuerſ. de Inuentar. q.233. n.7., & 8.*,
Pedrocch. conſ. 16. ante n.114. verſic.1. reſponde-
tur, & plenè *Minado deciſ. Neapol.25.* vbi ſolidiſ-
ſimas pro hac opinione adducit rationes, & in
192 ſpecie refutat *Angel.dict.conſ.31.* contrariæ opi-
nionis Anteſignanum, cum non præſumatur,
quod hæres voluerit per compromiſſum inconſi-
deratè renunciare beneficio Inuentarij, quod
tot ſumptibus, & laboribus confecit, ſed potius
credendum eſt, quod dum compromiſſum fecit
ex cauſa hæreditaria, voluerit ſolum tanquam
hæres beneficiatus ſe obligare,& non de proprio,
& hanc ſecundam opinionem credo veriſſimam,
quoties ex lectura compromiſſi conſtet, quod
compromiſit tanquam hæres beneficiatus, vel
alias inuentarij mentionē fecit, ex quo appareat
propriam perſonam noluiſſe obligare.

Quæ ſecunda opinio caret dubio ſi compro-
193 miſſum factum fuit ab hærede beneficiato non
voluntariè, ſed ex neceſſitate ſtatuti, vel decreti
Iudicis mandantis compromiſſum, *Pedrocch.dict.
conſ.16. n.116., & infrà*,benè *Minad. deciſ.25.n.2.
verſic.in contrarium*, & non diſſentit *Calà de Reſt.
in integr. minor.q.19.n.43. & infrà*, vbi admittit
194 nouationē prioris obligationis, ac actionis ex
compromiſſo voluntario, non autem ex neceſ-
ſario, per quod non extinguuntur priora iura,
nec fit nouatio.

Et caſu, quo hæres beneficiatus ex compro-
miſſo teneretur de proprio ob renunciationem
195 factam inuentario, procederet ſolum quoad
illas perſonas, cum quibus factum fuit compro-
miſſum, non quoad alias *Pedrocch. dict. conſ.* 16.
num. 114.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic, qui poſſint nec ne eſſe arbi-
tri, & ſimul quam poteſtatem habeant;
& quomodo procedere debeant;an electus
arbiter cogatur acceptare compromiſſum,
& ſi hoc acceptauit an cogi poſſit ad profe-
rendum laudum: & quomodo arbitrari,
& laudum proferre debeant. Arbitris di-
ſcordantibus quando poſſit eligi tertius.
Laudi executioni quando locus ſit, vel ad-
uerſus illud detur appellatio, ac reductio
ad arbitrium boni viri, & an appellatio
admittatur ſolum in deuolutiuo, vel etiam
ſuſpenſiuo. Compromiſſum denique quos
compræhendat, & quando expiret.

SVMMARIVM.

196 Clerici, brigoſi, & vagabuudi non poſſunt eligi arbitri ex ſtatuta Vrbis.

197 Clerici non ſubijciuntur Iuriſdioni Iudicum Capitolij.

198 Religioſi profeſſi non poſſunt eligi in arbitros ex Statuto Vrbis.

199 Præcipuè non poſſunt eligi Religioſi ordinis Minorum.

200 Compromiſſum factum à laycis iu huiuſmodi Religioſos eſt nullum.

201 Compromiſſum poteſt fieri in monachum.

202 Intellige cum licentia ſuperiaris, quæ præſumitur interueniſſe prolato laudo, & num. 203.

204 Laudum prolatum à Religioſo ſimul cum Clerico ſeculari ſuſtinetur.

205 Arbitri poſſunt eſſe Abbas, Prior, vel Guardianus Religioſorum abſque alia licentia, ſi non ſint ex ordine Minorum.

206 Pariter Monachus, ac Religioſus factus Epiſcopus.

207 Compromiſſum poteſt fieri in ſimplicem Clericum non Religiaſum, excepto Statuta Vrbis.

208 Compromiſſum non poteſt fieri in mulierem.

209 Fallit ſi adſit in loco conſuetudo contraria, vel in illo mulier habeat iuriſdictionem.

210 Fallit ſi à Principe fuerit habilitata.

211 Laudum prolatum à muliere, acceptatum, non poteſt amplius impegnari.

212 Mulier poteſt eſſe arbitratrix.

213 Iudex ardinarius quanda poſſit eligi Arbiter, & num. 214. 215., & 216.

217 Iudex ordinarius poteſt eligi arbiter, quando Statutum de compromiſſis alterat modum procedenti in cauſa.

218 Hebræus poteſt eſſe arbiter iu cauſis Hebræorum.

219 Laycus non poteſt eſſe arbiter iu cauſa ſpirituali, vel vſurarum.

220 Fallit ſi compromiſſum factum ſit iu laicum vna cum Clerico cum authoritate ſuperioris.

223 Secus ſi cauſa committatur layco etiam eum Clerico.

224 Arbitri debent eligi periti iu illa re, ſuper qua debent iudicare.

225 Arbitri poſt electionem ex ſtatuto hic debent iurare, ſe pro iuſtitia ſententiam dicturos.

226 Campromiſsi acceptatio deſumitur, ex quo arbiter recepit Inſtrumentum campromiſſi, & non contradixit, & num. 229.

227 Compromiſſi acceptatio non inſurgit ex ſola præſentia compromiſſo, niſi ſimul cœperint cognoſcere.

228 Compromiſſum ante acceptationem tacitam, vel expreſſam nihil operatur.

230 Compromiſſi inſtantia incipit currere à die acceptationis.

231 Compromiſſi inſtantia poſt acceptationem currit de momenta ad momentum.

232 Compromiſſum in ſe factum nemo cogitur acceptare.

233 Fallit ſi ſtatutum contrarium diſponat.

234 Fallit etiam quando electi ſunt arbitri coniuncti vtrique parti.

235 Arbitri coguntur proferre laudum, quando acceptarunt compromiſsum.

236 Arbitrorum poteſtas pendet à compramiſso, & de hoc debet apparere per ſcripturam.

237 Compromiſſum non præſumitur ex lapſu cuiuſuis temporis.

238 Laudum prolatum vltra tenorem, & formam compromiſſi, eſt nullum.

239 Arbitri non poſsunt proferre laudum ſine citatione, etiamſi procedant ſummariè.

240 Fallit ſi in compromiſso fuerit remiſsum onus citandi.

241 Citationis remiſsio debet eſse expreſsa.

242 Citatio non requiritur iu arbitratore, præcipuè ſi in diſcuſſione negocij appareat fuiſse auditam partem.

243 Arbitri, qui poſsunt procedere altè, & baſsè, & de facto poſsunt extraiudicialiter ſe informare.

244 Arbitri cum talibus clauſulis procedunt manu Regia.

245 Arbitri debent iudicare ſecundum leges, ſtatuta, conſuetudines, ac ſecundum iuſtitiam.

246 Idem procedit ex ſtatuto hic.

247 Iu compromiſsa ſi dictum ſit, quod iudicetur ſecundum ius, intelligitur ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci.

248 Arbitrator procedit de facto nulla iuris ordine ſeruato, tanquam amicabilis compoſitor.

249 Arbitri poſsunt pro exequendis citationibus vti Nuncijs, ac Mandatarijs Iudicis ſuperioris in loco.

250 Teſtes ſi recuſent deponere coram Arbitris debent cogi ad ſe ſubijciendum examini à Iudice ſuperiore, non ab arbitris.

251 Teſtes examinati coram arbitris quam probationem faciant.

252 Laudum ab arbitris, ſi in compromiſso non fuerit electus alter locus, debet proferri in domo arbitri Senioris

253 Bon. mem. Aduocacatus Sabellicus laudatur.

254 Doctores Iuuenes debent cedere Senibus.

255 Laudum poſtquam eſt prolatum non poteſt amplius corrigi, etiam ſub prætextu ambiguitatis.

256 Arbiter verba ambigua laudi tenetur declarare, ſi de hoc interrogetur à Iudice Ordinaria.

257 Arbitri ſi ſint diſcordes ex ſtatuto hic ordinatur quod eligatur tertius, cuius conſilio debent laudare.

258 Idem eſt de Iure communi.

259 Intellige ſi agatur de tertio arbitro certo, ſecus ſi incerto.

260 Arbitratores tamen, qui procedunt altè, & baſsè, poſſunt eligere tertium peritum, etiam partibus ignotum.

261 Compromitti poteſt in arbitratorem cum facultate eligendi tertium.

262 Primi duo arbitri, ſi electa tertio concordent, poſſunt laudare abſque dicto tertio, & illis ſportulæ debentur.

263 Arbitri duo electi cum facultate eligendi tertium incertum, ſi ſint concordes, valet laudum, & quare.

264 Contrarium tenent alij.

265 Prior opinio approbatur.

266 Ex laudo ſimpliciter prolato, & non homologata non datur actio.

267 Limita ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 87.

268 Li-

268 *Limitatur etiam ſi fuerit conuentum, quod debeat ſtari laudo.*

269 *Laudi executio, ſi illud procedat vigore compromiſsi cum obligatione Camerali, non retardatur exceptione nullitatis, vel iniuſtitiæ, ſi non ſit notoria.*

270 *Laudum prolatum poſt tempus præfixum in compromiſſo non debet exequi.*

271 *Procedit licet prolatum per horam poſt diem compromiſſi finiti.*

272 *Laudum eſt nullum, ſi reſeruauit, decidendas aliquas differentias, & omnes non terminauit.*

273 *Compromiſſum ſi ſit nullum, tale eſt etiam laudum illius vigore prolatum.*

274 *Arbitrorum poteſtas pendet à compromiſſo.*

275 *Compromiſsi forma ſi non ſeruatur ab arbitris, laudum eſt nullum.*

276 *Compromiſſum nullum quoad vnum, eſt tale quoad alium, ſuper re indiuidua.*

277 *Laudum prolatum ſuper capitibus diuiduis, & ſimul executum, ſi pro parte ſit iniuſtum, ſuſtinetur in capitibus diuiduis iuſtis.*

278 *Laudo nullo exiſtente Iudex adicus pro reductione poteſt illud tanquam nullum declarare, & ſimul, pronunciare, illud eſse iuſtum.*

279 *Laudum homologatum, licet nullum, valet in vim pacti, & tranſactionis.*

280 *Laudum homologatum eſt exequendum.*

281 *Sicut non poteſt veniri contra rem iudicatam, ità nec contrà laudum homologatum.*

282 *Procedit etiam in laudo homologato à procuratoribus ſtante obſeruantia talis laudi.*

283 *Fallit ſi homologatio facta ſit per procuratores contra formam mandati.*

284 *Appellatio datur à laudo prolato vigore compromiſsi* ex Stat. Vrb. 87. lib. 1., *& de iure num.* 287.

285 *Appellatio tali caſu datur ad illum Iudicem, ad quem fuiſset appellatum, ſi cauſa fuiſset deciſa à Iudice Ordinario, & num.* 291.

286 *Appellatio non retardat executionem laudi, ſi fuerit cum obligatione Camerali illi renunciatum,*

288 *Laudi reuiſio, & reductio ad arbitrium boni viri datur non obſtante obligatione Camerali, & & quauis renunciatione ob magnam læſionem, & iniuſtitiam.*

289 *Reductio laudi ad arbitrium boni viri poteſt peti vſque ad 30 annos.*

299 *Reductionis prædictæ petitio fit coram Iudice, ad quem ſpectabat cognitio rei in compromiſso contenta.*

292 *Iura noua poſsunt produci coram Iudice, coram quo petitur reuiſio laudi.*

293 *Statutum prohibens à laudo peti reductionem ad arbitrium boni viri non comprehendit minorem.*

294 *Intellige in compromiſso voluntario, & ſi oſtendat enormiſsimam læſionem.*

295 *Laudum acceptatum clauſum, & ſine ſcientia contentorum in illo, non eſt exequendum.*

296 *Compromiſsum expirat per abſentiam Iudicis compromiſsarij.*

297 *Pariter per mortem vnius ex compromiſsarijs, ſi aliter non ſit conuentum.*

298 *Ac per mortem vnius ex compromitentibus, ſi etiã pro hæredibus non ſit ſtipulatum, & n.*300.

299 *Procedit expiratio, etiamſi mors ſequuta ſit poſt concluſum in cauſa compromiſsi.*

301 *Compromiſsum ad hoc vt tranſeat ad hæredes debet expreſsè fieri ſtipulatio pro hæredibus.*

302 *Compromiſsum factum pro ſe hæredibus, & ſucceſsoribus quibuſcumque tranſit etiam ad donatarium vniuerſalem.*

303 *De materia ſtatutorum de compromiſsis faciendis, qui Doctores tractent vide remiſsiuè.*

ARbitri ex ſtatuto hic debent eligi perſonę talis
conditionis, quæ poſtquam acceptauerunt
compromiſſum, poſſint per Senatorem, ac eius
196 Iudices cogi ad laudandum, ac iudicandum,
vndè per ſtatutum excluduntur expreſsè Clerici,
brigoſi, & vagabundi, ex quo Clerici non ſub-
197 ſunt iuriſdictioni Iudicum Fori Capitolini, *Rot.*
deciſ. 246. *n.* 5., *& deciſ.* 265. *num.* 5., *& 6. coram*
Peutinger.; brigoſi verò, & vagabundi fuere ex-
cluſi, ex quo difficulter poſſunt conueniri, & co-
gi ad laudandum, & cum difficultate coram ſi-
milibus perſonis poſſunt diſcuti Iura compro-
mittentium.

Ex quo à ſtatuto ſunt excluſi Clerici, remanent
198 pariter excluſi Religioſi, tum quia & ipſi ſunt
perſonæ Eccleſiaſticæ non ſubiectæ Iudicibus
Capitolij iuriſdictionem in laicos tantum exer-
centibus; tum etiam quia Religioſi profeſſi regu-
lariter, quandò præcipuè ſunt de ordine Fratrum
199 Minorum nihil poſſidentium, non poſſunt eſſe
arbitri etiam de licentia Superiorum *Natt. conſ.*
95. *n.* 1., *&* 2., *& conſ.* 97. *per tot.*, plenè *Pacian.*
conſ. 162. *n.* 54. *ad* 56., *& n.* 70. 105., & infra
Rouit. ad Pragm. 1. *de Arbitr. in Rubr. n.* 2., *& ſeq.*
fol. 55, *Staiban. reſol. forenſ.* 57. *n.* 44. *ad* 51. *tom.* 1.
Gratian. deciſ. 64. *n.* 8. *ad* 13.
200 Vndè compromiſſum in tales Religioſos fa-
ctum à laicis eſt nullum, *Natt. conſ.* 97. *n.* 2., *&*
3. latè *Franc. Marc. deciſ.* 527. *par.* 1. *Rot. deciſ.*
204. *n.* 9. *coram Gregor.*, & in *Bononien. Pecuniaria*
1. *Aprilis* 1661. §. *quia compromiſſum coram clar.*
mem. Cardin. Taia.

Compromitti tamen poteſt in Monachum, &
201 Religioſum (dummodò non ſit ex ordine Mi-
norum,) & laudum ab illo prolatum in vim talis
compromiſſi tenet *Rot. deciſ.* 204. *n.* 9. *coram Gre-*
gor., *& deciſ.* 170. *n.* 3. *coram Celſ.*

Quod intellige verum, ſi accedat licentia Su-
202 perioris, quæ tamen præſumitur, quando par-
tes aſſeruerunt, omnia interueniſſe, & laudum,
ac arbitramentum ſuſtinetur, etiamſi malè acce-
ptaſſet compromiſſum ſine licentia ſuperioris
Pacian. alleg. conſ. 162. *n.* 71., *&* 72. *Rot. deciſ.*
170. *n.* 4. *coram Celſ.*

Satque eſt, quod talis licentia Superioris inter-
203 ueniat ante prolatum laudum, quod ſi fuit ac-
ceptatum, & renunciatum cuicumque nullitati,
non poterit amplius opponi de nullitate com-
promiſſi ex dicto capite *Pacian. dict. conſ.* 162.
n. 26., *& infra.*

Et ſi cum Religioſo fuerit arbiter Clericus ſe-
204 cularis, vel alter habilis ſuſtinetur laudum,
Pacian. dict. conſ. 162. *n.* 47., *& infra*, qui contra-
ria declarat.

Prout poteſt eſſe arbiter, ac arbitrator Guar-
dianus, Abbas, Prior, vel alter Prælatus Reli-
gioſorum, dummodò non ſit ex ordine Fratrum
Minorum, abſque alia licentia, ſi enim prædicti

poſ-

poſſunt eorum Religioſis licentiam concedere
205 acceptandi compromiſſum ex poteſtate, quam
habent in ſeipſis, ità ex cadem poteſtate propria
poſſunt ipſimet eſſe arbitratores, Natt. conſ. 95.
n. 5. Pacian. dict. conſ. 162. n. 175., & ſeq.

Similiter poteſt eſſe arbitrator ſine tali licen-
206 tia Monachus, qui ſit factus Epiſcopus, Blanch.
de compromiſs. quæſt. 2. n. 6.

In ſimplicem tamen Clericum non Religio-
207 ſum (excepto tamen noſtro ſtatuto hic) poteſt
fieri compromiſſum, Pacian. alleg. conſ. 162. n. 46.
Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 115. n. 128., & 157.
Rouit. ad Pragm. 1. de Arbitr. in Rubr. n. 12.

Non poteſt fieri compromiſſum in mulierem,
208 enm à munere iudicandi, & arbitrium ſuſci-
piendi arceatue l. fin. C. de recept. arbitr. cap. di-
lecti 4., & ibi gloſa in verbo ſint remotæ de arbitr.
Blanch. de compromiſs. quæſt. 2. n. 34. Lara de vita
homin. cap. 30. num. 60., & ſeq. Cirocc. diſcept. 2.
n. 92. Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr. 22. num. 52.
verſic. certè à mulieribus.

Fallic, ſi de conſueendine in aliquo loco con-
trarium ſeruetur, vel ſi mulier habeat iuriſdictio-
209 oem in loco, ſicut enim tali caſu poteſt iuriſdi-
ctioocm exercere, ita etiam poteſt in eam fieri
compromiſſum per tex. rotundum in cap. dilecti de
arbitr. Blanch. dict. quæſt. 2. n. 36. Molin. de Iuſt.,
& Iur. tract. 5. diſput. 39. n. 4. verſic. excipitur.

Proue poteſt in mulierem compromitri, ſi à
210 Principe fuerit habilitata ad iudicandum
Blanch. ibid. n. 38.

Ee quando laudum à muliere prolatum fuie
211 acceptatum, tunc non poteſt amplius opponi
de nullirate, ſed ſeruandum erit dict. cap. dilecti
circa finem de arbitr.

212 Poteſt tamen mulier eſſe arbitratrix Lara dict.
cap. 30. n. 62. Cirocc. diſcept. 2. n. 93. Rot. deciſ. 204.
n. 5. coram Gregor.

Iudex autem Ordinarius an poſſit eſſe arbiter,
213 & in illum fieri compromiſſum, latè de hoc
agit Blanch. de comprom. quæſt. 2. n. 42., & infra,
& conſtituie ſuper hoc varias concluſiones, &
214 primo dicit, quod non de Iure Ciuili, ſecus de
Iure Canonico, prout affirmat num. 48. in caſu
ſtaruti de compromiſſis, Petr. verò Barboſ. in l. 1.
artic. 1. n. 230. ad 241. ff. de Iudic., dicit quod ſic
215 in cauſa, quam Iudex Ordinarius cognoſcere
poteſt iure ordinario, dummodo non ſit arbiter
in illa cauſa, quam cognoſcere cœpit vti Iudex
Ordinarius, & ſic practicatum fuit in eerta cauſa,
in qua ego Primus Collateralis Capitolij, & Iu-
216 dex Ordinarius fui electus Arbiter; vel ſi eliga-
tue arbitrator, abſque omni dubio poteſt tale
munus arbitratoris ſuſeipere, etiam de Iure Ci-
uili, Lancellot. Gall. conſ. 110. n. 7., & ſeq. Aze-
ued. ad leg. Recopill. tom. 1. lib. 3. tit. 6. leg. 9. n. 41.

Et quando ſtatutum de compromiſſis alterat
217 modum proeedendi in cauſa, tunc Iudex Ordi-
narius abſque dubio poteſt eligi arbiter Blanch.
de comprom. quæſt. 2. n. 43., & 49.

Poteſt etiam Hebręus eſſe arbiter inter ipſos he-
218 bręos, & quando ab ipſis Hebręis in vim huius
ſtatuti petitur compromiſſum, Iudex benefacit,
ſi eligat Hebręos in arbitros, Blanch. de comprom.
quæſt. 2. n. 20., & ſeq. Galganett. hic n. 40., & 50.
fol. 152., vbi ſubdit, quod hoc ſtatutum compre-
hendit etiam Hebręos.

An autem layeus poſſit eſſe atbiter in cauſa
219 Eccleſiaſtica, & ſpirituali, vel vſurarum, dic
quod non ex cap. contingit interdum 8. de arbitr.
Borell. de compromiſs. §. 2. gloſ. 1. n. 113., & infra
Rot. deciſ. 104. nu. 10. poſt Zuff. de crimin. proceſs.
legitim. repetita deciſ. 104. nu. 13. poſt Torres de
pact. futur. ſucceſs.; at ſi compromiſſum ſuper re
220 ſpirituali factum ſit in laycum vna cum Clerico
cum authorirate ſuperioris, tunc tenet cap. per
tuas 9. de arbitr. gloſ. in dicto cap. contingit in verbo
ſpiritualibus circa medium de arbitr. Anſald. de
Iuriſd. Eccleſ. par. 2. tit. 11. cap. 31. num. 4., & 5.
Blanch. de compromiſs. quæſt. 2. n. 64. in fine.

At licet cauſa ſpiritualis poſſit compromitti
221 in laycum vna eum Clerico, non tamen poteſt
committi layco etiam cum Clerico, & ratio di-
uerſiratis eſt, quia arbitrari de re ſpirituali non
222 eſt actus ſpiritualis, ſed cauſam ſpiritualem
iudicare, eſt quid ſpirituale, cuius laycus etiam
vna eum Clerico capax eſſe non poteſt, Abbas in
223 alleg. cap. contingit n. 4. de arbitr., vbi refutata
contratia opinione hanc veriorem exiſtimat, &
ſequitur Anſald. vbi proximè n. 6. ad 9.

Præterea in arbitros eligendæ ſunt perſonæ
224 idoneæ, & quæ habeant peritiam in illa arte,
negocio, ac rebus, ſuper quibus cadit compro-
miſſum, vt diſponit ſtatutum noſtrum hic, & con-
ſonat Ludouic. deciſ. Peruſ. 26. n. 9., & 10., vbi
firmauit, ſuper reuiſione computorum eſſe eli-
gendos Iudices compromiſſarios peritos calcula-
tores.

Arbitri poſtquam electi ſunt, debent ex noſtro
225 ſtatuto hic iurare, ſe ex veritate, & iuſtitia ſen-
tentiam dicturos, vndè acceptatio compromiſſi
inſurgit ex dicto iuramento, vt in ſimili arguit
Pigant. dict. Rubr. 22. num. 57. verſic. idcirco hoc
præſtitum.

Præſumitur, & arguitur etiam acceptatio com-
226 promiſſi, ex quo arbiter receepit inſtrumentum
compromiſſi, & illicò non dixit, ſe nolle acce-
ptare Bottin. ad Stat. Genu. lib. 1. cap. 12. §. Prætor
cogit n. 4. in fine.

Sed ex ſola præſentia arbitrorum compromiſ-
227 ſo non cenſentur illud acceptare, niſi ſimul
cæperint cognoſcere, quo caſu tacitè videntur
acceptaſſe, & tempus ad laudandum tali caſu
currit, Azeued. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 21.
leg. 4. n. 106., & 107.

Et acceptatio compromiſſi expreſſa, vel tacita
228 omninò requiritur, itaut ante illam compro-
miſſum nihil operetur, Pigant. Rubr. 22. num. 56.
Rot. deciſ. 698. n. 10. coram Seraph., & dicitur fa-
cta acceptatio, ſi compromiſſum factum ſit pœ-
nes acta, vel extra iudicium præſente illo, qui
datus fuit arbiter, vel ſi fuerit coniuncta perſona,
229 vel magnus amicus, & habita notitia de com-
promiſſo non repugnauerit, vel ſi receperit in-
ſtrumentum compromiſſi, vel ſi cognoſcere cœ-
perit Intrigl. deciſ. Sicil. 23. n. 17.

Compromiſſi vero dies, inſtantia, ac tempus
230 ad laudandum incipit currere à die acceptatio-
nis eiuſdem Giouagn. conſ. 13. num. 5., & 6. lib. 1.
Azeued. vbi proximè num. 105., & ſeq. Tort. ad
Stat. Pap. Rubr. 25. n. 189., & 190. Nouar. ſuper
Pragm. 1. de Arbitr. collect. 2. n. 36.

Et poſt acceptationem incipit tale tempus
231 currere à momento ad momentum, latè Io: de
Amic.

Digitized by Google

Amic. conſ.67. per tot. Calà de fer. quæſt.4. n.498.,
vudè laudum latum poſt horam à die expirati
compromiſſi non tenet *Calà ibid. n. 499. Aſſlict.*
deciſ.173. n.8.

Nemo tamen electus arbiter cogitur compro-
232 miſſum acceptare *tex. ad litteram in l.3. §. tam-*
etſi de recept. arbitr. Cirocc. diſcept.2. n.97.

233 Fallit ſi contrarium diſponat ſtatutum, *Cirocc.*
ibid. n.97. verſic. niſi per ſtatutum.

234 Fallit etiam ſi fuerint electi arbitri coniuncti
vtrique parti *Cirocc. n. 98. Rouit. ad Pragm. 1. de*
Arbitr. in Rubr. n.3. & pragm.1. n.29.

235 Quando tamen arbitri electi acceptarunt
compromiſſum, tunc poſſunt cogi ad laudandum
l. 3. §. tractemus ff. de recept. arbitr. Azeued. vbi
ſupra n. 125., & ſeq. & videantur *Molin. de Iuſt.*
& Iur. tract.5. diſput.41. per tot., & Pigant. Rubr.
22. num.58.

236 Arbitrorum tamen poteſtas pendet à com-
promiſſo, de illa propterea non poteſt apparere,
niſi de compromiſſo doceatur per ſcripturam,
Nouar. ſuper Pragm. de Arbitr. collect. 2. num.28.
Baron. de effect. minor. ætat. effect.19. n. 54. ad 56.
237 *Staiban. reſol. forenſ. 57. n. 2., & infra p. 1.* vbi
ſubdit, quod illud non præſumitur ex lapſu cu-
iuſcumque temporis.

Quocirca non poſſunt arbitri excedere facul-
238 tates ipſis in compromiſſo attributas, alias
laudum ab ipſis contra formam compromiſſi
prolatum, eſt nullum, *Bim. conſ.97. num.63. lib.1.*
Valenz. Velaſqu. conſ.11. per tot. lib.1. Azeued. vbi
ſupra num.180. ad 182. Actolin. reſol.66. n. 8. Lu-
douic. deciſ. Lucen. 57. n.60., Rot. deciſ.452. num.7.
& deciſ.609. num.2. coram Rembold., & deciſ.307.
n.5. p.9. recen.

Non poſſunt arbitri procedere ad prolationem
laudi partibus non citatis, cum arbitramenta ſint
redacta ad inſtar iudiciorum, etiamſi illis data
239 ſit facultas procedendi ſummariè, de plano,
& nulla ſeruata forma iudicij, *Altimar. de Nul-*
lit. Rubr.9. qu.16. n.47. ad 49. tom.1. Cenſal. deciſ.
Lucen.63. n.2., & infra.

Fallit, ſi in compromiſſo fuerit remiſſum onus
240 citandi, & quod arbitri poſſint procedere ci-
tatis, vel non citatis partibus, *Rot. deciſ.170. n.12.*
coram Celſ.

At citationis remiſſio debet eſſe expreſſa, *Rouit.*
241 *ſuper Pragm. de Arbitr. in addit. litt. A.*

Si verò ſimus non in arbitro, ſed in arbitrato-
re deputato cum facultate procedendi *altè, &*
242 *baſſè, & de facto*, tunc poteſt proferri laudum,
etiam non citata parte in illius prolatione, præ-
cipuè ſi appareat, in diſcuſſione negocij illam
fuiſſe citatam, ac auditam *Rot. deciſ. 307. num.7.*
& infra p.15. recen.

Et quando arbitris fuit data facultas ſic pro-
243 cedendi, poſſunt extraiudicialiter ſe informa-
re, abſque eo quod probationes in actis appa-
reant *Rot. deciſ.38. n.3. p.5. recen.*

Quinimmò quando arbitris fuit in compro-
244 miſſo data poteſtas procedendi, ac iudicandi
de Iure, & de facto cenſetur conceſſum, quod
procedatur manu Regia, & ſecundum Ius Gen-
tium, & ſic in arbitrando recedi poteſt ab apici-
bus Iuris, *Rot. Ianuen. deciſ.21. n.8. & 9.*

Debent tamen ſimplices arbitri electi ex com-
promiſſo facto vigore huius ſtatuti, vti arbitri
245 Iuris iudicare ſecundum leges, ſtatuta, & con-
ſuetudines, ac ſecundum iuſtitiam *Ioann. de*
Prat. inter Conſ. Martianeſ. 51. n. 11. & infra p.1.
benè *Azeued. loco citato num. 24. ad 28.*, & conſo-
nat ſtatutum noſtrum hic ibi -- *ex veritate, & Iu-*
246 *ſtitia* -- cum rectum iudicium, deficiente verita-
te, & iuſtitia, dari non poſſit.

Et quidem ſi factum ſit compromiſſum, vt de-
247 beat iudicari ſecundum Ius, tali caſu debet
pronunciari ſecundum ſtatuta, & conſuetudines
loci, *Crot. conſ.292. num. 21. lib.3.* latè *Blanch. de*
compromiſſ. qu.1. num.20. §. ſed quid in caſu, & §§.
ſeq. qui nu. 21. & infra dat quaſdam limitationes
apud ipſum videndas.

Si verò agatur non de arbitro, ſed arbitratore,
248 hic procedit de facto nullo Iuris ordine ſerua-
to, vti mediator, & amicabilis compoſitor, vt
per dictum *Azeued. n.29. & ſeq.*, ex quo arbitra-
tor non eſt loco Iudicis, vt arbiter, ſed ſolum
tanquam mediator electus extraiudicialiter à
partibus, vt procedat ad concordiam ſuo arbitrio,
& non ſecundum Iuris rigorem.

Poſſunt autem arbitri vti Nuncijs, ac Manda-
tarijs Iudicis Superioris in loco, pro exequendis
149 citationibus neceſſarijs pro actorum confectio-
ne, *Rouit. ad Pragm.1. de Arbitr. n.65.*

Et ſi coram ipſis arbitris ſint examinandi te-
ſtes, & hi recuſent comparere, & ſe ſubijcere exa-
mini, non poſſunt ab illis mulctari, & hoc ſiuè
agatur de arbitro voluntario, ſiuè neceſſario vi-
250 gore ſtatuti, ſed pro tali mulcta eſt imparrien-
dum bracchium Iudicis Ordinarij ſuperioris ar-
bitrorum *Rouit. dict. Pragm.1. n 66. ad 68.*; quo-
modo autem examinentur teſtes, & quam proba-
251 tionem faciant examinati coram arbitris, ſta-
tutum noſtrum hic dicit, quod probent, ac ſi eſ-
ſent examinati coram Iudice Ordinario, & ſi
fuerint examinati ſine interrogatorijs, poſſint
repeti expenſis petentis, dummodò repetitio du-
rante termino probatorio petatur.

Debent arbitri, ſi non fuerit in compromiſſo
deputatus locus, in quo laudum ferre debeant,
252 illud proferre in loco, vbi commoratur arbiter
ſenior, ac dignior *Purpurat. inter conſ. feudal.*
Martianeſ.41. n.7. p.2. Rouit. ad Pragm.1. de Ar-
bitr. num. 23.; vt ipſe deputatus arbiter cum D.
253 Aduocato Sabellcio viro nedùm in legalibus
diſciplinis, ſed in alijs politioris litteraturę ſcien-
tijs expertiſſimo, & Seniore, ſemper acceſſi ad
Domum eiuſdem Domini Sabellici, in qua etiam
poſt auditas pluries partes fuit prolatum laudum
concordi voto, & in hoc Iuuenes debent omninò
254 cedere Senioribus, cum ſemper veneranda ſit
vmbra ſenis, ne contra ipſos intrent conqueſtio-
nes legitimè prolatæ contra Iuuenes noſtri tem-
poris *per Rouit. dict. pragm.1. & n.23.*

Prolato autem ab arbitris laudo, non poteſt
ab ijſdem illud etiam ſub prætextu ambiguitatis,
22ɔ amplius declarari, nec corrigi etiam incontinen-
ti, *Blanch. de compromiſſ. qu.9. num.63., & 64. ad*
finem vbi teſtatur de communi *Petr. Barboſ. in l.*
ſiquis intentione 66. n.110. ad 113. ff. de Iudic.

Poterit tamen arbiter coram Iudice Ordinario
interrogari, vt declaret, quid ſenſerit in ſua ſen-
tentia ambigua, & tenebitur ſui dicti cauſam
256 reddere, per quam veriſimilis reddatur eius de-
claratio, & tali declarationi magna fides adhibe-
bitur

Digitized by Google

bitur Barboſ. vbi proximè num. 114. & 115.

Quando verò arbitri ſunt diſcordes in proferendo laudo, ſtatutum noſtrum hic ad tollendas longitudines, quæ ex diſcordia oriri poſſunt, mandat eligi tertium arbitrum, non expectata
257 diſcordia, quæ inter duos primos naſci poteſt, cuius conſilio arbitri diſcordes debent pronunciare, quæ ſtatuti diſpoſitio eſt conformis diſpoſitioni IurisCommunis iuxta textum litteralem in l. item ſi vnus 19. §. fin. ff. de recept. arbitr., Ne-
258 guſant. reſponſ. Iur. 379. n. 20., Et talis electio tertij debet eſſe de perſona certa, pura Titio, non autem de incerta cap. innotuit 2. de Arbitr., & in dict. l. item ſi vnus §. ſi in duos, & in §. principaliter in fine, & poſt alios relatos Ciroce. diſcept. 2. n. 103. & 104.

Et contraria, quod arbitri in caſum diſcordiæ
259 non poſſint eligere tertium, procedunt in tertio arbitro incerto, vt in dict. cap. innotuit, & in alleg. l. item ſi vnus Nouar. ſuper Pragm. de Arbitr. collect. 2. num. 41., & ſic loquitur Rot. deciſ. 227. num. 5. coram Cardin. Caualer., ea ratione adducta, quia arbitri poſſent diſcordare in eligendo tertio, & ſic daretur proceſſus in infinitum, quod ceſſat, quando eſt facta electio de perſona certa.

Quando autem non ſumus in arbitris, ſed ar-
260 bitratoribus, qui ex compromiſſo poſſunt procedere altè, & baſſè, & de facto, poſſunt tali caſu huiuſmodi arbitratores eligere tertium etiam partibus ignorantibus, benè Rot. deciſ. 307. num. 19. ad 21. par. 15. recen. cum in arbitratores poſſit com-
261 promitti cum facultate eligendi tertium incertum, Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 21. n. 63. Gratian. deciſ. 236. n. 7.

At facta etiam electione tertij, ſi duo primi ar-
262 bitri poſtea concordant, poſſunt proferre laudum abſque dicto tertio, & iiſdem integræ ſportulæ debentur, Ciroce. diſcept. 2. n. 105., & 106. Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 1. cap. 12. §. compromiſſum n. 2. in fine.

Hinc ſi factum ſit compromiſſum in duos ar-
263 bitros, cum facultate in caſum diſcordiæ eligendi tertium incertum, ſi duo arbitri concordant in proferendo laudo, compromiſſum quoad illos tenet, ex quo additio illa de tertio incerto vitiatur, & non vitiat, vt latè defendit Montan. contr. forenſ. 57. n. 1., & ſeq. qui num. 2. dicit hoc oſtendi ex praxi rerum magiſtra.

264 Sed eſſe nullum in totum tenent poſt alios Laderb. conſ. 115. n. 4., & Gratian. deciſ. Marcb. 236. n. 1. ad 6.

At prima opinio videtur magis rationabilis, & æqua, quia tertius eligendus in caſum diſcor-
265 diæ primorum arbitrorum dat inſubſiſtentiam compromiſſo, ex quo arbitri in illo tertio incerto eligendo poſſunt eſſe diſcordes, & daretur proceſſus in infinitum, quod non euenit, quando duo primi arbitri concorditer iudicarunt, quo caſu tertius arbiter conſideratus ſolum in caſum diſcordiæ primorum duorum, non eſt habendus in conſideratione ad effectum annullandi compromiſſum in duos arbitros certos, & laudum ab illis prolatum, dum ceſſat ratio legis, ſcilicet quod daretur proceſſus in infinitum, ſi primi duo arbitri diſſentirent in electione tertij arbitri ab initio ſub incertitudine perſonæ nominati, ſuper

quibus videatur dict. Montan. contr. forenſ. 57. dum bene de hoc loquitur.

Quæ autem actio detur ex laudo ab arbitris
266 prolato, dic, quod antequam fuerit homologatum, non datur actio, Staiban. reſol. forenſ. 57. num. 4. & 5.

Fallit ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 87., ex cuius
267 diſpoſitione ab arbitrijs, arbitramentis, & laudis prolatis vigore compromiſſi, & in iudicatum tranſactis datur actio, & exceptio, ſicut ex ſententia.

Idem credo, quod procedat, ſi in compromiſſo fuerit conuentum, quod laudo proferendo ſtari
268 debeat, & quod ſit exequendum, nam ſtante tali pacto ex laudo oritur abſque dubio actio intentanda coram Iudice Ordinario, qui poterat cognoſcere cauſam deciſam per laudum.

Quod autem laudum ſit exequendum, procedit ſi validum ſit, & iuſtum; ſi tamen procedat ex
269 compromiſſo vigore obligationis Cameralis, vt retardetur executio, nullitas, ac iniuſtitia debet eſſe notoria Cardin. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 11. num. 6., & 7., vt in multis caſibus ob nullitatem, vel iniuſtitiam, non meretur executionem.

270 Et primo eſt nullum, & ſic non debet exequi, ſi prolatum poſt tempus præfixum in compromiſſo, termino non prorogato, Staiban. plenè reſol. forenſ. 57. n. 54. ad 56. centur. 1.

Quod procedit etiamſi fuerit prolatum per ho-
271 ram poſt diem compromiſſi finiti, Calà de Fer. qu. 4. num. 498., Afflict. deciſ. 79. num. 8., qui Calà ſubdit, quod dies compromiſſi currit de momento ad momentum.

Eſt pariter nullum, ſi omnes differentiæ in
272 compromiſſo contentæ non fuerint deciſæ, ſed aliquæ fuerint reſeruatæ decidendæ l. non diſtinguemus 37. §. quæſitum eſt ff. de recept. arbitr. leg. dicere 23. ff. eod. Staiban. dict. reſol. 57. n. 57. ad 59.

Prout ſi compromiſſum eſt nullum, & tale eſt
273 laudum in vim illius prolatum, Mauſ. Conſult. 253. n. 11. tom. 3. Actolin. reſol. 66. num. 10., Ludouic. deciſ. Peruſ. 2. num. 18. Rot. deciſ. 58. num. 1. & 2. poſt Gilian. ad Stat. Peruſ., & deciſ. 412. num. 28. par. 16. recen., & eſt ratio, quia arbitrorum
274 poteſtas pendet à compromiſſo, Staiban. reſol. 57. num. 21. Oſaſcb. deciſ. 39. num. 5., vndè compromiſſo non ſubſiſtente, vel ſi arbitratum fuerit contra illius formam, & in eo contenta, laudum
257 corruit, plenè Valenz., Velaſq. conſ. 11. ferè per tot. Bim. conſ. 97. num. 63. lib. 1., lariſſimè Azeued. ad leg. Recopill. alleg. leg. 4. num. 108., & ſeq. & n. 180., & infra.

Et compromiſſum nullum quoad vnum, eſt
276 etiam nullum quoad alios, qui de eadem re compromiſerunt, quando agitur de re indiuidua Barz. deciſ. Bonon. 87. num. 5. & 6. & facit Staiban. dict. reſol. 57. num. 53.

Quando tamen laudum fuit prolatum ſuper
277 pluribus capitibus diuiduis, & ſimul executum, ſi pro parte ſit iniuſtum, ſuſtinetur executio laudi in capitibus diuiduis iuſtis, Lanar. conſ. 33. num. 18. & ſeq. Azeued. vbi ſupra n. 183., & 184. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 17., & 80., & ſeq. Staiban. reſol. 57. num. 30., & infra Barz. deciſ. 87. num. 4. & ſeq. Seſs. deciſ. Aragon. 168. n. 8. & 9. tom. 2. & præclarè Rot. deciſ. 708. per tot. coram Coccin.

Cocein. & apud prædictos habebis quando res di-
catur diuidua, vel indiuidua, & videatur etiam
Muta deciſ.95. n.25.

Laudum tamen etiam nullum, ſi tamen ſit iu-
278 ſtum, Iudex aditus pro reductione, vel in gradu
appellationis, poterit nullum declarare, & ſimul
pronunciare, illud eſſe iuſtum, Azeued. vbi ſupra
num.164.

Prout laudum homologatum, & approbatum,
279 licet nullum, & iniuſtum, valet iu vim pacti, &
tranſactionis, nec poteſt contra illud opponi Rot.
deciſ.1775. num.1. & 3., & deciſ.1950. num.6. &
7. coram Cocein. deciſ.540. num.7. coram Rembold.;
280 & contra laudum homologatum, ſicut contra
rem iudicatam, non poteſt veniri, & propterea
omninò eſt exequendum l. cum autem C. de arbitr.,
Gratian. cap.755. num.34., & ſeqq. Rot. deciſ.146.
n.1. & 3. coram Vbald. Sen. deciſ.1775. num..1. cum
duobus ſeqq., & deciſ 1950. n. 6. & 7. coram Coc-
cin. deciſ.202. num.9. coram Celſ. deciſ.65. n. 1. ad
3., & deciſ. 509. n.14., & 15. p. 19. recen., ſicut
281 enim non poteſt veniri contra rem iudicatam,
ità nec contra laudum homologatum Rot. deciſ.
65. n.2. & 3. p.7. recen., & deciſ.509. num. 15. p.
18. tom.2.

Et hoc procedit, licet laudum ſit homologa-
282 tum à procuratoribus per diem antè laudum
conſtitutis, ſtante obſeruantia talis laudi poſtea
facta à principalibus, Rot. deciſ.540. n.8. & 9. co-
ram Rembold.

Fallit ſi procurator exceſſerit in homologando
fines mandati, ex quo hoc datum fuerit ad acce-
ptandum laudum proferendum ab arbitris vigo-
283 re compromiſſi, & arbiter exceſſerit compro-
miſſum in laudando, & procurator tale laudum
contra formam mandati acceptauerit Rot. deciſ.
609. n.7. coram Rembold.

Aduerte, quod à laudo prolato vigore com-
284 promiſſi datur appellatio ex Stat. Vrbis 87. lib.
1., & datur ad illum Iudicem, ad quem fuiſſet ap-
pellatum, ſi cauſa fuiſſet cognita, & deciſa à
285 Iudice Ordinario, Galganett. hic §. final. in fine
Blanch. de comprom. qu.10. n.3., & infra.

Si autem appellationi, reuiſioni, ac recurſui
ex quouis capite fuerit in compromiſſo renun-
ciatum, præcipuè cum obligatione Camerali, &
ſimul conuentum, quod prius laudum exequere-
tur antequam ad actum appellationis, ac reuiſio-
286 nis deueniretur, tunc debet prius dari executio
laudo, nec ſub prætextu læſionis, ſeù iniuſtitiæ,
præcipuè non claræ debet executio laudi retar-
dari Rot. deciſ.170. n.1. & 2. coram Cardinal. Celſ.,
& deciſ.160. n.5. ad 7. p.17. recen.

Præciſa tamen tali renunciatione, à laudo de
287 Iure datur appellatio, quia in effectu eſt vnica
ſententia, plenè Tort. ad Stat. Pap. Rubr.25. num.
202. ad 221., qui poſt relatam, & diſpunctam
contrariam opinionem, cum hac procedit.

Quinimmò non obſtante renunciatione reui-
ſioni laudi, ac reductioni ad arbitrium boni viri,
etiam cum obligatione Camerali, ſi adſit magna
288 læſio, & iniuſtitia, ſemper datur reuiſio, & re-
ductio ad arbitrium boni viri, Azeued. vbi ſupra
n. 129. & infra, Gutier. de Iuram. confirm. par. 1.
cap.37. n.17., & ſeq. Hyer. Leo deciſ. Valent. 215.
n.15., Sanfelic. deciſ.162. num.10. par.2. Rot. deciſ.
290. n.6., & deciſ.656. n. 1. & 2. coram Caualer.,
& deciſ. 133. num. 8. apud Poſt. de Subbaſt. in
addit.

Et talis reductio ad arbitrium boni viri poteſt
289 peti vſque ad triginta annos, Rot. deciſ. 609. n.
10. coram Rembold., & illius petitio fit coram Iu-
290 dice, ad quem ſpectabat cognitio rei in com-
promiſſo contentæ, ſi non fuiſſet factum com-
promiſſum Azeued. vbi ſupra num. 147.; ſiuerò
non petatur reductio ad arbitrium boni viri, ſed
à laudo appelletur, tunc Iudex competens erit
291 ille, qui eſt Superior ipſius arbitri, Azeued. ibid.
num.149.

Quando tamen petitur retractatio laudi in
292 gradu appellationis, vel petitur illius reductio
ad arbitrium bòni viri, tunc poſſunt produci no-
ua iura, & Inſtrumenta, Azeued. n.154.

Et licet per ſtatutum prohiberetur appellatio
293 à laudo, vel reductiò ad arbitrium boni viri,
non ob hoc minori cenſeretur prohibita reſtitutio
in integrum aduerſus laudum, Roman. conſ.90. n.2.,
& ſeq., vbi adducit rationes Barz. deciſ. Bonon.
87. num.9.

Quod intellige in compromiſſo voluntario,
294 non neceſſario vigore ſtatuti, & ſi minor fuerit
enormiſſimè læſus, & oſtendat fuiſſe omiſſas pro-
bationes, quas facere poterat Barz. dict. deciſ.87.
num.15. ad 19.

Si verò agatur de laudo acceptato non habita
295 illius notitia, & fuerit petitia reductio ad arbi-
trium boni viri, pariter non mandatur executio-
ni, vt ſi fuerit acceptatum laudum ab arbitris da-
tum clauſum, & ſigillatum, & partibus incogni-
tum, plenè Mauſ. conſult. 363. Actolin. reſolut. 66.
n.4., Rot. deciſ.282. confirmata deciſ.369. p. 5. re-
cen. deciſ.412. num. 32. cum duobus ſeqq. p. 16. re-
cen. deciſ. 688. num. 2. coram Vbald., & deciſ.
2015. n.2. coram Cocein. tom.4.

Nunc breuiter videndum quando expiret, &
296 dic quod expirat abſentia Iudicis compromiſ-
ſarij cap. præſentata 50. de teſt. Rot. deciſ.154. n.3.
coram Peutinger.

Pariter per mortem vnius ex arbitris, niſi aliter
297 inter partes fuerit conuentum, & tali caſu par-
tes debent eligere nouos arbitros Baron. de effect.
minor. ætat. effect.19. n.37. Pigant. Rubr.22. num.
82. verſic. prætereà Ludouic. deciſ. Lucen. 37. num.
1. & 2.

Item per mortem vnius ex compromittentibus,
298 quoties expreſsè etiam pro hæredibus non fue-
rit ſtipulatum cap. compromiſſum de arbitr. l. idem
proferre §. 1. ff. de recept. arbitr. Gionagn. conſ. 23.
num.1. & ſeq. lib.2. Laderch. conſ.115. num.5. Bor-
cholt. conſ.11. 14., & 15. lib. 2. Pigant. Rubr. 22.
num.82. Baron. dict. effect.19. num.35. & 36., Lu-
douic. deciſ. Lucen.37. n.31. Rot. deciſ.656. num. 4.
coram Caualer., & deciſ.452. n.6. p.1. recen.

299 Quod procedit licet mors ſequatur poſt con-
cluſum in cauſa compromiſſi Gionagn. dict. conſ.
38. n.2. lib.2.

Tranſit tamen ad hæredes compromittentis,
quando expreſsè etiam pro hæredibus fuit com-
300 promiſſum, latè Borcholt. dict. conſ.11. 14. & 15.
Purpurat. inter conſ. feud. Martianeſ. par. 2. conſ.
46. num. 1. & ſeq. Bero. conſ. 27. lib.3., Gionagn.
conſ. 23. n.3. lib.2. Caren. reſol.87. num. 13., Ludo-
uic. deciſ. Lucen.37. num.3. Rot. deciſ.452. num. 6.
par.1. recen.; at pro hæredibus debet compromiſ-
ſum

Digitized by Google

301 ſum eſſe expreſsè ſtipularum, adhoc vt ad illos tranſeat, nec ſufficit ſimplex nominatio hæredum, cum cenſeaneur nominati pro obſeruantia laudi ferendi viuis ipſis compromitrentibus *Giouagn. conſ. 23. n. 5. lib. 2.* vbi benè *Borcholt. in conſ. allegato Pigant. Rubr. 22. num. 82. verſicul. neque obſtabit.*

Et quando eſt factum pro ſe, & hæredibus, ac
302 ſucceſſoribus quibuſcumque, venit etiam donatarius vniuerſalis, *Purpurat. inter conſ. Martianeſ. dict. conſ. 46. n. 2. in fine.*

Cæterum de materia ſtatutorum de compromiſſis videndi *Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 25., Pigaut. ad Stat. Ferrar. Rubr. 22., Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 115. p. 1. Blanch., & Borell. de compromiſs. dict. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 63. par. 1. Azeued. ad leg. Recopill. tom. 2. lib. 4. tit. 21. leg. 4. Capicc. Galeott. controuerſ. 63. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. cap. 170. Staiban. reſol. forenſ. 57. & 63. centur. 1., & reſol. 119. centur. 2. Vrceol. de tranſact. qu. 3. 45. & 71. Valeron. eod. tract. tit. 2. quæſt. 4. Ciroce. diſcept. 2. & 36. Gratian. cap. 536. & deciſ. 236. Surd. deciſ. 17. & 185., Ludouic. deciſ. Peruſ. 2. & 47., & deciſ. Lucen. 26. Fenzon., & Galganetbic, Conciol. ad Stat. Engub. lib. 2. Rubr. 27. Sabell. in ſumm. diuerſ. tom. 1. litt. C. §. compromiſſum 28. fol. 359. Rouit., & Nouar. ſuper Pragm. 1. Regn. Neapol. de Arbitr. Cardinal. de Luc. de Iudic. diſcurſ. 11.*

De Rerum Communium diuiſione.

CAP. CI.

Qvilibet aſſerens, ſe cum aliquo rem vnam, vel plures, hæreditatem, aut ſocietatem habere communem, poſsit illius, ſeù illarum diuiſionem petere, & pro parte eum contingente, ſibi pro diuiſo adiudicari, & ſuper hoc ſummariè procedatur, & conſtito Iudici de communione, etiamſi aduerſarius ſe poſsidere neget, interloquendo pronunciet, diuiſioni locum eſſe, vel eiuſdem pronunciæ loco mandet eligi peritos agrimenſores, & æſtimatores ſecundum rei, cuius diuiſio petitur naturam, & in locum ceſſantis eligere, & pro eo ipſe Iudex eligat peritum, qui ſic electi habita adiacentiæ bonorum, & commoditatis partium conſideratione, vt meliùs potuerint portiones facere debeant, etiam mandando vni, aut alteri vt pecuniam reficiat, aut vnam portionem grauando ad tradendum alteri certam ſummam, ſi aliter diuiſio commodè fieri non poſſet, & aliàs proùt eis pro iuſtitia viſum fuerit expedire: & ſi plura bona eſſent communia, & vnus diuiſionem vnius rei, alter omnium diuiſionem peteret, omnia diuidi debeant vt ſuprà, & exindè Iudex peritorum relatione habita, ſi partes alias concordes non ſint, forte immiſſa, portiones ipſas, proùt cuique ſors tulerit prò diuiſis adiudicet, ipſaſque partes ad diuiſionem obſeruandam, etiam per præſtationem fideiuſſorum de non moleſtando alterutram partem in portione aſsignata iuris, & facti remedijs opportunis cogat, & compellat, & dictam diuiſionem omninò faciat obſeruare. Quam diuiſionem volumus etiam per minores, & pupillos & eorum nomine à legitimis perſonis peti poſſe, & fieri debere eis portionibus adiudicatis, proùt melius, & vtilius viſum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Materia diuiſionis bonorum communium diuiditur.*

PRÆLVDIVM.

HOc Statutum præſcribens formam diuiſioni rerum communium continet materiam quotidianam, & vtilem, ex quo communio nedùm ſolet non ſemel parere diſcordias, quæ ſedantur per diuiſionem bonorum, & quia ea, quæ communiter poſſidentur per ſæpè negliguntur, hinc illam aliqua dote congrua illuſtrare opportunum eſt, præcipuè dum Statutum noſtrum circa modum faciendæ diuiſionis adhæſit diſpoſitioni Iuris Ciuilis Romanorum, & ſic per nos ſuper hoc ſtatuto adnotanda deſeruire poterunt in omni loco, vbi ſeruatur Ius Ciuile. Vt autem materia
1 careat confuſione, illa in quatuor articulis diſcutietur.

In primo oſtendetur, an hoc Statutum ſit deciſorium, & an liget Clericos, & an diuiſionis iudicium, quando adeſt Clericus, debeat fieri coram Iudice Eccleſiaſtico; quis in tali Iudicio ſit actor, vel reus, quid in illo probandum ſit, an etiam dominium, vel ſola poſſeſſio cum communione. Communio, ac ſocietas vniuerſalis, ex quibus probetur, vel excludatur, cum quibus perſonis illa contrahi poſſit, & an cum minore. Diuiſio non poteſt prohiberi perpetuò, & quando ſecùs ad tempus, vel ob aliquam legitimam cauſam, & illa fieri poteſt non obſtante lapſu cuiuſuis temporis.

In ſecundo articulo demonſtrabitur modus faciendæ diuiſionis, vel per peritos, vel per ſortes, vel quod maior natu diuidat, & minor eligat. Diuiſio bonorum ſtabilium, tam diuiſibilium, quàm indiuiſibilium, vel quæ commodam diuiſionem non recipiunt, quomodò fiat, & quando admittantur ad licitandum etiam extranei.

In tertio dilucidè tractabitur, quomodò fiat diuiſio bonorum inter Ruſticos, vel Artifices, tam bonorum paternorum, quàm acquiſitorum durante ſocietate cùm eorum induſtria, & an aliquid lucrentur minores, ac adoleſcentes ruſtici. Simul diſcutietur, quando dos data à fratre, vel vno ex ſocijs in communione viuentibus eius filiæ, cedat damno ſocietatis, vel ſocij, & quid de alijs debitis contractis ab altero ex ſocijs.

In quarto demùm articulo examinabitur quando diuiſio ex curſu temporis, & ex alijs circum-

ſtanrijs facta præſumatur, & quid dicendum ſtante inæqualitate pattium. Diuiſio ſemel facta, quando per ettotem, dolum, vel læſionem reſcindarur, & quanra læſio tequiratur, vr ad æqualiratem ſit reducenda. Oſtenditur etiam, quod diuiſio eſt ſpecies emptionis, & venditionis, permurationis, ac tranſactionis, & quod ex ea debetur euictio, etiam non promiſſa, & quando ſecùs. Diuiſio à minore quando peti poſſir, & cum quibus ſolemniraribus illa petagatur, & quando diuiſio nulliter facta à minore cenſeatur rarificara poſt maiorem ætatem, vel minori aduersùs diuiſiouem comperat reſtirutio. Rei emphyreuticæ diuiſio quando fieri poſſit ſine conſenſu domiui directi. Et demùm quando per diuiſionem cenſeatur renunciarum fideicommiſſo.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis de diuiſione bonorum an ſit deciſorium; an liget Clericos; & de iure diuiſio, ſi in cauſa adſit Clericus, coram quo Iudice fieri debeat. In iudicio diuiſionis quis ſit actor, vel reus, quid in illo probandum ſit à petente diuiſionem, an ſat ſit probatio ſolius poſſeſsionis abſque dominio. Societas vniuerſalis tacita, ac communio omnium bonorum, ex quibus probetur, vel excludatur, & an illa contrahi, vel continuari poſsit cum minore. Diuiſio perpetuò prohiberi non poteſt, benè autem ad tempus, & ob aliquam iuſtam cauſam, & non obſtante quocumque lapſu temporis illa peti poteſt.

SVMMARIVM.

2 *Statutum Vrbis circa diuiſionem bonorum eſt deciſorium.*

3 *Statutum hoc non ligat Clericos.*

4 *Diuiſio contra Clericum, vel contra fratres, ac ſocios inter quos adſit Clericus eſt petenda coram Iudice Eccleſiaſtico.*

5 *Clericus petens diuiſionem contra laycum hoc facere debet coram Iudice layco.*

6 *Diuiſio bònorum Clerici defuncti eſt petenda coram Iudice layco.*

7 *In indicio diuiſionis vtraque pars fungitur vice Actoris, ac Rei.*

8 *In iudicio diuiſionis, qui primo prouocat ad diuiſionem dicitur actor.*

9 *In iudicio diuiſionis ex hoc ſtatuto proceditur ſummariè, ſed de iure proceditur ordinariè, & num.10.*

11 *Reijciuntur, ac declarantur Doctores volentes, quod de iure in iudicio diuiſionis procedatur ſummariè, & num.12.*

13 *Diuiſionem petens debet probare communionem ex Stat. Vrbis, & de iure communi.*

14 *Ceſſante communione, ceſſat iudicium diuiſionis.*

15 *Communio ſufficit, quod probetur in proſecutione iudicij.*

16 *Diuiſionem petens ſat eſt, quod probet communionem in poſſeſſione rei, abſque eo quod teneatur probare dominium.*

17 *Poſſeſſio, ac conſortium ſi negetur à Reo conuento ad diuiſionem, tunc debet probari etiam titulus, ac dominium rei.*

18 *Ex poſſeſſione non infertur tali caſu ad dominium.*

19 *Agens ad diuiſionem de iure debet priùs agere iudicio rei vindicationis.*

20 *Fallit ex Statuto Vrbis, dum in diuiſionis iudicio proceditur ſummariè.*

21 *Diuiſio vbi petitur debent citari omnes intereſſe habentes, alias non citatis nullum infertur præiudicium.*

22 *Diuiſionis iudicium cadit etiam in pluribus vſufructuarijs ſuper re cadente ſub vſufructu communi.*

23 *Dominium rei diuidendæ probatur ex titulo communi hæreditario.*

24 *Diuiſionem petens cum alio fatetur hunc dominum pro dimidia.*

25 *In diuiſione ex Statuto Vrbis non requiritur libellus.*

26 *Diuiſio plurium rerum ſub diuerſa hæreditate cadentium poteſt peti vnico iudicio.*

27 *Societas tacita vniuerſalis omnium bonorum, quando nec nè adſit, vide remiſſiuè.*

28 *Societas vniuerſalis tacita omnium bonorum vt adſit, quæ concurrere debeant.*

29 *Societas vniuerſalis ceſſat deficiente vno ex tribus requiſitis relatis, num.28.*

30 *Habitatio communis ad effectum inducendæ ſocietatis prædictæ, debet eſſe longeua ſaltem decennalis.*

31 *Ex communione bonorum paternorum non benè infertur ad vniuerſalem ſocietatem, num.43., & 46.*

32 *Coniecturæ pro inducenda ſocietate vniuerſali debent eſſe concludentiſſimæ.*

33 *Societas vniuerſalis excluditur, ex quo reperiuntur plures actus, & contractus facti à ſocijs nomine proprio, & num.42.*

34 *Pariter excluditur, ex quo frater fecit aliquid in re, quam prætendit communem, vti procurator fratris.*

35 *Excluditur, ex quo adſint minores, qui ſocietatem non poſſunt contrahere ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & num.37.*

36 *Societas cum minoribus quando ſubſiſtat, vel cenſeatur ab illis factis maioribus ratificata, vide remiſſiuè.*

38 *Nullitatem ſocietatis ex capite minoris ætatis non poſſunt allegare ſocij maiores, ſi minores illam volunt adeſſe, & num.39.*

40 *Societas vniuerſalis ceſſat, ſi non ſit facta à ſocijs lucrorum omnium communicatio.*

41 *Excluditur ex acquiſitione facta nomine proprio ab vno ex ſocijs, & ſolutione debiti facta cum facultate repetendi à ſocio.*

44 *Societas vniuerſalis facilius inducitur inter fratres.*

45 *Debita contracta ab vno ex ſocijs concurrentibus requiſitis ſocietatis vniuerſalis cedunt damno ſocietatis.*

Acqui-

46 *Acquiſita ex induſtria vnius ex fratribus non communicantur, ex quo bona paterna fuerint retenta indiuiſa.*
47 *Diuiſio conſtito de communione non impeditur per præſcriptionem etiam centum annorum.*
48 *Fallit ſi quis ſe oppoſuit diuiſioni, & poſteà ſolus poſſedit per triginta annos.*
49 *Diuiſio per pactum, vel ſtatutum perpetuò probiberi non poteſt.*
50 R.P.D. Anſaldus de Anſaldis nunc Sacræ Rotæ Audiror, *laudatur*.
51 *Pactum perpetuum de non diuidendo etiam iuratum non obſtat diuiſioni.*
52 *Probibitio de non diuidendo facta furioſis, hebetibus. prodigis, vel minoribus durante minori ætate valet.*
53 *Ex probibitione diuiſionis reſultat probibitio confiſcationis.*
54 *Contrarium firmatur, & reijcitur* Non.conſ.97.
55 *Pactum de non diuidendo factum ad tempus, ac ad vitam paciſcentium tenet.*
56 *Diuiſio poteſt decerni à Iudice non obſtante probibitione teſtatoris de non diuidendo, ad euitandas rixas.*
57 *Idem procedit ſi alter ex fratribus eſſet rixoſus.*
58 *Idem ſi alter ex fratribus dilapidaret bona communia.*
59 *Probibitio diuiſionis bonorum non importat probibitionem diuiſionis fructuum.*
60 *Diuiſio non obſtante probibitione de non diuidendo poteſt peti ex iuſta cauſa.*
61 *Pariter peti poteſt, ſi ille, in cuius fauorem eſt adiecta pœna, conſentiat diuiſioni.*
62 *Secùs ſi probibitio adiecta ſit fauore minorum, nam tunc hi proprio conſenſu non poſſunt tollere probibitionem.*
63 *Probibitio quando non continet pœnam, tunc per conſenſum promiſcuum fratrum maiorum diuiſio fieri poteſt.*

SVper hoc Statuto priùs notandum eſt, illud
2 eſſe deciſorium, & ſeruari in omnibus Curijs Vrbis, etiam extrà illam Capitolij, cùm non
ſit directum Iudicibus Capitolinis, ſed vniuerſaliter Iudici, coram quo diuiſio petitur, vt aduertit *Rot. deciſ.350.n.2. in fine coram Buratt.*, *& deciſ.310.n.8.par 19. recen.*

Hinc infertur, quod tale ſtatutum tanquam
3 laycale, & deciſorium non ligat Clericos, dum
expreſsè non facit de illis mentionem *Rot. deciſ.*
155.*par.15. recen.*, confirmata *deciſ.252.par.16.*,
& rursùs *deciſ. 277. par. 17.*, & ego plenè dixi ſupra in *Prælud. ad Stat. Vrb. art.3.*, & ſuper hoc
puncto hodie in Curia proceditur cum dictis deciſionibus.

Præmittendum quoquè eſt, quod ſi petatur diuiſio à fratre, ac ſocio laycis contrà Clericum,
vel contra plures fratres, inter quos vnus ſit Cle-
4 ricus, deciſio petenda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, & ab hoc cauſa diuiſionis tractanda, ac deci-
enda eſt *Soccin.Sen.conſ.14.n.5.lib.4.*, *Morquech. de bonor.diuiſ.lib.1.cap.3.n.7.verſic.ſi tamen laicus.*

E contrà verò ſi Clericus petat diuiſionem
contrà laycum conſortem, tenetur illam petere
5 coram Iudice layco, cum Clericus ſequatur forum Rei layci, *vt per dict.Morquech.dict.n.7.verſic.ſi Clericus.*

Quoties verò Clerici iam defuncti plures ſint
hæredes layci, & illius ſit adita hęreditas, cum
per aditionem, nomen, ac eſſentia patrimonii
Clerici euaneſcat, & nouum nomen, ac ſub-
6 ſtantia in eodem patrimonio ex perſona adeuntis inſurgat, hinc tanquam de bonis laycalibus
erit petēda diuiſio coram Iudice layco *Morquech. dict.cap.3.n.8.*

Quis autem in iudicio diuiſionis ſit Actor, &
Reus, dic, quod licet vtraque pars collitigans
7 fungatur vice Actoris, & Rei in progreſſu cauſæ,
cum vterque agat, & patiatur *ad tex. in l. inter cohæredes 45. §.qui ff.famil.erciſc.*, *Molfeſ. ad conſuetud.Neapol.tom.3. p.17. quæſt.8.n.12.*, *Bonden.*, *Collect. legal.39. n.10. & ſeq.*, *Alderiſ. de hæredit.act.p.2. cap.6.n.21. Chiſtin. deciſ. Belgic. 179. n.3. verſic. iudicium verò p.2.*

Attamen, qui primus in iudicio ad diuiſio-
8 nem prouocat dicitur Actor, & debet adire
Iudicem prouocati *per text.in l.in tribus 13. ff. de Iudic.*, *& præuſe. Alderiſ. dict. cap.6.n.22.* n.1. *& ſeq.*, *Brill.ad Conſuetud.Neapol.tit. 28. cap.1.n.47. & infrà.*

Proceditur ex Statuto noſtro hic in iudicio
9 diuiſionis *Summariè*, cum aliàs de iure in iudi-
cijs diuiſorijs procedatur ordinariè dato libel-
10 lo, & lite conteſtata *l.1.§.quod ſi diuiſio* ibi --
vt poſt litis conteſtationem C.comm.diuidun., *& notat Bottin.ad Stat.Genuæ lib. 4. cap.10. in fine.*

Et licet *Gratian.cap.160.n.19.* velit, hoc idem
eſſe de iure, quando ſit diuiſio inter fratres, ta-
11 men decipitur, & pro ſua opinione allegat *Mut. ad conſuetud.Panhorm.cap. 56. n. 33.* qui loquitur
12 iuxtà conſuetudines Panhormitanas volentes
procedi ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, & ſic
ſummariè, vndè verius eſt, quod de iure communi in iudicio diuiſionis procedatur ordinariè,
hinc prouidi, & docti ſtatuentes addiderunt,
quod ſummariè procedatur.

Vt autem ſit locus diuiſioni, debet illam
13 petens in primis, & antè omnia docere de communione bonorum, quorum petit diuiſionem ex
littera noſtri Statuti ibi -- *& conſtito Iudici de communione*, -- & idem eſt de iure, cum diuiſio
ſupponat communionem dominij, ac poſſeſſionis inter diuidentes *l.1.ff.Fam. erciſc.*, *Surd.conſ. 260.n.2.lib.2.*, *& conſ. 377. n. 12. lib.3. Bucaferr. conſ.99.n.16.*, *& ſeq.*, *Coſt. Sicul. conſ.32. num.8. Oliban.de act. p.2.lib.1.cap.29. n.6.*, *Manſ conſult. 102. n.20.*, *Bonden. collect. legal.39. n 1. & ſeqq. tom.1. Rot.deciſ.5.n.2. poſt ipſum*; & diuiſionis iu-
14 dicium ceſſat non præſuppoſita communione,
ratione dominij, & poſſeſſionis *Aldobrand.conſ. 9.n.82.lib.2.*, *Rot. deciſ.308.n.4. coram Gregor.*

Sat tamen eſt, quod communio probetur con-
15 trà illam negantem in proſecutione iudicij *Oliban.alleg. cap.39.n.6.*

Sed quod petenti diuiſionem ſufficiat probare
16 poſſeſſionem in communi ſuper re, quam petit
diuidi, abſque eo quod adſtringatur ad probationem etiam dominij tenet *poſt Bartol.*, *& Caſtrenſ. Rot. deciſ. 278. n.6. p.19.recen.*

Quando verò à Reo prouocato ad diuiſionem
rerum negatur communio, ac conſortium cum
17 Actore, tunc eſſe probandum etiam titulum, ac
dominium probant *Surd.conſ.260.n.2.& 3.lib.2.*, *& conſ.377. n.14.lib.3.Oliban.alleg. cap. 39. n.6.*, *& 7.*

& 7. Bonden. dict.collnct. legal.39.n.4., & ſeq., &
num. 43. & infrà, vbi plenè hoc concludit, &
idem luculenter firmat Rot. deciſ. 31.n.47. ad 51.
coram Cardin.Cerro, repetita deciſ.145. poſt Mer-
lin.de legitim., vbi quod tali caſu non ſufficit poſ-
ſeſſio, ſed requiritur titulus, ac illius iuſtificatio,
18 nec ex poſſeſſione in hoc iudicio infertur ad do-
minium, Surd. conſ.260.n.3. Bonden.ibidem n.43.,
Rot.deciſ. 96. coram San.mem. Alexandro VIII.

Cumque ex Statuto noſtro hic in iudicio diui-
ſionis procedatur ſummariè, hinc negato con-
ſortio, vel dominio à Reo conuento ad diuiſio-
nem faciendam, ſi Actor probet communionem,
19 ac titulum, iure cuius petit diuiſionem non ha-
bebit onus priùs agendi iudicio rei vindicatio-
nis (prout de iure requiri volunt Oliban. dict.
cap.36.n.7., Bonden. dict.Collnct.39.n.44.& ſeqq;
Chart. deciſ. Ianuen.84. n.5. & 6.) dum ſtante
tali clauſula procedendi Summariè ſat eſt, quod
probetur communio, & dominium in proſecu-
tione cauſæ, cum non attendantur ob dictam
clauſulam ſubtilitates iuris, ſed ſat ſit, quod
20 vnum ſit probatum, licet aliud ſit petitum, ad
hoc vt ſuper eo feratur ſententia ex diſpoſitione
Statuti Vrbis lib.1.cap.88. & 89. de cauſis ſumma-
rijs, & in his terminis probat Bonden.dict.Collnct.
39.n.45.& 46.

Quando autem ſit diuiſio, adhoc, vt præiu-
dicet, debent citari omnes intereſſe habentes in
21 re diuidenda, alias facta illis non citatis, nul-
lum ex ea ijſdem infertur præiudicium l.cohæ-
redibus 17. C. famil.erciſc.Solarzan. de iure Indiar.
lib.2.cap.12.n.20.tom.2., Rot. deciſ.86.n.1.par.4.
tom.2. recen.

Tale iudicium ſuper diuiſione poteſt etiam in-
tentari à pluribus vſufructuarijs ad effectum di-
22 uidendi commoditatem vſufructus, ſuper rebus
ſub vſufructu cadentibus Vrceol.conſult.forenſ.72.
per tot., qui contrarijs omnibus ſolidiſſimè re-
ſpondet, & aſſerit ſic iudicatum per A.C.

Dominium in re communi, quæ petitur di-
uidi, optimè probatur, oſtendendo res, de qua-
rum diuiſione agitur, fuiſſe priùs poſſeſſas, ac
relictas à patre, matre, fratre, vel alijs vel ex te-
23 ſtamento, vel ab inteſtato, tam Actorem
agentem pro diuiſione, quàm Reum prouoca-
tum ad diuidendum ills defunctis poſſediſſe ex
teſtamento, vel ab inteſtato, tali quippè caſu
non poteſt Reus contrà talem probationem op-
ponere, cum ſimili titulo & ipſe nitatur.

At petens diuiſionem, ac illam faciens cum
24 alio, fatetur, & admittit illum eſſe dominum,
prò dimidia, Menoch. conſ.91.n.36.Aldouin.conſ.
90.n.4.

Cum ex Statuto hic in diuiſione procedatur
ſummariè, hinc in illius petitione, non eſt ne-
ceſſarius libellus formalis, ſed ſufficit ſuper illa
fieri talem qualem petitionem, etiam per ſimpli-
25 cem citationem, in qua exprimantur bona di-
uidenda Rot. deciſ. 60.n.23. & 25. coram Duran.
& dixi, ad Statutum Vrbis lib.1.cap.88.& ſic dum
Iudex eram in Vrbe vidi multoties practica-
tum.

Si quis prætendat habere vnam rem, vel plures,
vnam hæreditatem, vel plurea communes cum
26 alio, poteſt volens illas diuidere, omnes com-
plecti vnico iudicio, & actione Neguſant.reſponſ.
320.n.4.& ſeq.,& conſonant verba noſtri ſtatuti
hic in principio.

Quia tam de iure communi, quam ex ſtatuto
hic prætendens habere rem, vel hæreditatem, vel
vel ſocietatem communem, & volens illam di-
uidere debet probare communionem, hinc eſſet
priùs hoc loco latè videndum, quandò inter
fratres, vel alios adſit nec ne ſocietas vniuerſalis
tacita omnium bonorum, ex qua naſcitur com-
munio rerum acquiſitarum, & quæ cadunt ſu-
per diuiſione, ſed quia eſſet nimis longum ſuper
hoc ſerio diſcurrere, hinc quando adſit, nec nè
27 talis ſocietas inter fratres, vel alios videantur
Dec. conſ.255. Cephal.conſ.247. & 248., Barbat.
conſ.37. lib.2., Cranett. conſ.286.Pariſ. conſ.84.&
87.lib.1.,Bim. conſ.96. lib.1., & conſ. 259. lib. 3.
Gabriel.conſ.140.lib.2., Decian. reſponſ. 73. lib.4.
& prius reſponſ. 85. lib.2.Peregrin. conſ. 37. lib.2.
Menoch. conſ. 553. lib.6., Ciarlin contron. forenſ.
cap.16. & 177., Palm. Nepoſ. alleg.28. Mantic.de
tacit., & ambig.lib.4. tit.11., Gratian. cap. 993.,
Andreol.contr.33., Caren. reſol.183. 194. 406., &
467., Ioſeph de Roſa.conſult.8.Felic.de Societ.c.10.,
Cirocc. diſcept.65. Gratian.deciſ.127., & Scopp.in
obſer. ad dict. deciſ.127. Cyriac. cont. 470. Capon.
diſcept. Forenſ. 112. Thomat. deciſ. 124.Rot. deciſ.
397., & ibi Adden.deciſ.408., & 467.coram Bu-
ratt. deciſ. 421. coram Coccin.deciſ.212.coram Ca-
rill., deciſ.228. coram Priolo, & deciſ. 129. par.
10. rec.

Solum breuiter attingendum, quod ad hoc vt
ſocietas vniuerſalis tacita omnium bonorum
28 dicatur adeſſe tria copulatiuè requiruntur, com-
munis ſcilicet habitatio, lucrorum omnium com-
municatio, & quod nunquam inter fratres, vel
alios ſocietatem prætendentes fuerit reddita ra-
tio Bartol.in l.Titium, & Menium §. altero n.5. &
6.ff.de adminiſtr.tutor., Decian.reſponſ.85.n.5.lib.2.
Felic.dict cap.10.n.17., Gratian.cap.725.n.8.plenè
Ioſeph. de Roſa conſult.6. per. tot., qui benè expli-
cat, quando dicta tria requiſita dicantur adeſſe
Gratian.deciſ. 127. Rot.deciſ. 397. n.1., & deciſ.
908.n.6.coram Buratt., & vtrobique Adden., deciſ.
129.n.14.& 15. p. 10. recen.; itaut ſi vnum ex di-
29 ctis tribus requiſitis deficiat, excludatur ſocie-
tas vniuerſalis tacita, Neguſant. reſponſ. 26. n. 1.
& ſeq. Gratian.cap.973.n.12. & infrà, Palm. Ne-
poſ.alleg.28.n.6. cum alijs adductis per Gratian.
deciſ.127.n.6., & plures congerit Scopp.ad dict.de-
ciſ.127.n.22.

Et habitatio vnum ex requiſitis prædictis de-
30 bet ad hunc effectum eſſe longeua Rot. deciſ.129.
n.15.verſic.immò, & longeuam p.10. recen. Palm.
dict.alleg.28.n.25.& 26., vbi quod ad hunc effe-
ctum requiritur habitatio continuata ſaltem ſpa-
tio decem annorum.

Et ex communione bonorum patrimonia-
31 lium paternorum, non benè infertur ad vniuerſa-
lem omnium bonorum, ſocietatem Palm. ibidem
n.6., Rot.deciſ. 212.n.3.coram Carill.

Quando autem ſocietas vniuerſalis omnium
bonorum deducitur ex coniecturis, debent hæ
32 eſſe concludentiſſimæ, & quæ ad aliam cauſam
referri non poſſint Cyriac. contr. 457. n. 7. Palm.
ibidem n.10.& 27., Rot.deciſ.212.n.7. & 9.coram
Carill., & deciſ. 94.n.7. coram.Otthobon.

Taliſque ſocietas remanet excluſa, ex quo re-

petiun-

33 periuntur plures actus, & contractus facti à ſo-
cijs proprio nomine Palm. ibidem n.11., Rot.de-
ciſ.68.n.8.p.8. recen. & deciſ. 129.n.18.p.10.

Prout excluditur, ex quo ille qui prætendit
ſocietatem cum fratre, fecit aliquid in re, quam
34 prætendit communem, vti procurator, & nomi-
ne fratris, & faſſus fuit, rem eſſe fratris propriam
Rot.dict.deciſ. t29.n.19. & 20.p.10.recen.

Remanet ſimiliter excluſa, ex quo adſint mi-
35 nores, qui ſocietatem ſine ſolemnitatibus ſta-
tutarijs contrahere nonpoſſunt Negnſant.reſponſ.
26.n.6. & ſeq., & in terminis Statuti Vrbis 151.
lib.1. Rot.deciſ. 467.coram Buratt., & deciſ. t29.
n.22.p.10.recen.

Quando tamen etiam cum minoribus poſſit
36 ſubſiſtere ſocietas, vel dicatur ab illis factis
maioribus ratificata, videantur Vermigl. conſ.
463. Crauett. conſ. 286., Bim. conſ. 49. Menoch.
conſ. 12., Felic. de ſociet. cap. 3. Surd. conſ. 9.,
Hodiern.contr. forenſ. 32., Narbon. de ætat. verb.
Annus vigeſimus quintus qu.8., Rot. deciſ.592.p.4.
tom.3.recen., Gratian.cap.547. & 714., Odd. de
reſtit.in integr.p.1.q.25.artic.6. n.66. & ſeq. Caren.
reſol.183., Michalor.de fratrib. p.2.cap.15.n.51,
& ſeq., Rot.deciſ.421. coram Coccin.

Et quamuis ſocietas tacita omnium bonorum
37 cum minoribus non poſſit contrahi ſine conſenſu
tutoris, ac ſolemnitatibus iuris communis, ac
ſtatutarijs, Vermigliol.conſ.463.Rot.deciſ.408. &
467.à n.2.coram Buratt.& dec 129.n.22.p.10.rec.;
attamen quando minores ſocietatem ratificant,
& volunt illam adeſſe, non poteſt patruus, fra-
ter, & alter ſocius nullitatem prædictam op-
38 ponere, ſed debent lucra ex ſocietate acquiſita
minoribus, qui illam non impugnant, communi-
care Alexan. conſ. 49.n.2. verſic.ſed præmiſsis lib.
1. Socin.Sen. conſ. 160.n.13 lib.2.Mantic. de tacit.
& ambig. lib.6.tit.15.n.5., Gratian.cap.714.n.10.
& 12., Michalor.de fratrib. p.2.cap.15. n.51., &
ſeq., Caren.reſol.183.n.4. verſic. vel cum fuerit,
Rot. deciſ.421. n.1. verſic. Sed ad effectum coram
Coccin. vbi quod minor poteſt petere communi-
39 cationem lucrorum ſacturum ex bonis commu-
nibus patris pupillorum actione negociorum ge-
ſtorum, vel ratificare, quod eſt communi nomi-
ne actum, Gratian. cap. 714. n.7. & ſeq., Caren.
reſol.183.n.4.verſic.& de fratre Michalor. de fratr.
p.2.cap.14.n.35. & videantur Crauett. conſ. 286.,
Ciroce. diſcept.65.n.13., & ſeq.

Ceſſat ſocietas vniuerſalis omnium bonorum,
ſi deficiat lucrorum omnium communicatio, nec
40 ſufficit, quod vnus ſolus illa communicet, dum
communicatio illorum debet fieri ex vtraque par-
te Negusant. reſponſ.26. n. 3., & 9. Rot. deciſ.169.
n.7., & 8. par.2. diuerſ.

Pariter excluditur ex quo vnus ex fratribus ac-
41 quiſiuit nomine proprio, & ex ſolutione debiti
communis facta cum facultate illud recuperandi
ab alio fratre Caren. reſol. 238. n. 2., & 3. Palm.
Nepos alleg. 28. n. 8. verſic. ſolutio debitorum, &
42 n.11., vbi quando quis fecit plures actus nomi-
ne proprio, Rot. deciſ. 129. n. 18. par. 10. recen.,
& deciſ.40. n.17. 18., & 19. coram Ottbobon.

Nec ex retentione bonorum in communi, &
pro indiuiſo paternæ hæreditatis inducitur com-
43 munio, ac ſocietas vniuerſalis omnium bonorum
l. ex parte §. filius ff. familiæ erciſc. Rot. deciſ. 906.
n.6. coram Buratt. Caren. reſol.238. num. 1. Palm.
dict. alleg.28. n.14.

Et quando adeſt ſocietas vniuerſalis tacita
omnium bonorum deducta ex dictis tribus re-
44 quiſitis (quæ facilius inducitur inter fratres, vt
poſt alios firmat Scopp. ad Gratian. deciſ. 127.
n.23. ad 25.) tunc omnia acquiſita per vnum ex
fratribus, vel ſocijs ex quauis cauſa, acquiruntur
45 ſocietati, & debita contracta ab altero ex illis
cedunt damno eiuſdem ſocietatis benè Decian.
reſponſ.85. n. 6., & 7. lib.2., & ſic omnia tam
lucra, quàm damna communiter ſunt diuidenda,
vt firmant Doctores relati ſuprà num.27., & pro-
bant etiam plenè Gratian. cap.643., & cap. 904.
Andreol. contron.33. Thomat. deciſ.124. p.2.

E contra verò ſi non probetur ſocietas vniuer-
ſalis omnium bonorum, ex ſola retentione hære-
46 ditatis paternæ pro indiuiſo inter fratres non
inſurgit, quod ſi aliquis ex fratribus acquiſiuerit
ex propria induſtria aliqua bona teneatur illa
communicare cum alijs fratribus Soccin. Sen. ple-
nè conſ. 37. à nu. 9., & ſeq. lib.2. Cyriac. contron.
470. Palm. Nepos alleg. 28. num. 13., & 14. Rot.
deciſ.212. n. 3. coram Carill., & deciſ. 129. n. 16.
par.10. recen.

Conſtito de communione, vel ex ſocietate vni-
uerſali expreſſa, vel tacita omnium bonorum,
vel particulari ſuper certa hæreditate, vel ſuper
certa tantùm re, eſt locus diuiſioni ex ſtatuto
hic, nec illa poteſt impediri etiam per lapſum
47 centum annorum, nam quando partes poſſede-
runt communiter, nunquam poteſt intrare præ-
ſcriptio diuiſionis, cum nemo cogatur perpetuò
ſtare in communione Io: Ant. Bellon. conſ. 40.
n.19., & 20. Anton. Perez. conſ. 19. num 7. Rot.
deciſ. 6. n. 25., & 26. coram Bichio, & deciſ. 96.
n.9., & 10. coram Ottbobon.

Quod tamen fallit, quando vnus ex habentibus
48 rem communem, ſe oppoſuit diuiſioni, & poſteà
ſemper ſolus poſſedit per 30. annos Rot.dict.deciſ.
6. n.27., & 28. coram Bichio, & deciſ.96. num. 3.
coram Ottbobon.

Nec poteſt diuiſio prohiberi perpetuò per te-
49 ſtatorem, vel per pactum, ſecùs ſi ad certum
tempus l. hoc iudicio §. ſi conuenerit ff. comm. diuid.
Io: Bapt. Siluatic. conſ.44. n. 2., & ſeq., & n. 17.
Mut. ad Conſuetud. Panhorm. cap.56. n 6., & ſeqq.
Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. par.17. qu.1. n. 16.,
& quæſt. 8. n. 8. tom. 3. Morquech. de bonor. diuiſ.
lib. 1. cap. 2. n. 19., & ſeq. Cardin. de Luc. in ſup-
plem. par. 3. tit. de teſtam. diſcurſ. 83. (vbi refert
50 doctiſſimum reſponſum ſuper hoc factum à
D. Aduocato Anſaldo de Anſaldis poſteà Audi-
tore Sanctiſſimi D. N. Innocentij Papæ XII., &
nunc Sacræ Rotæ Auditore, quod reperitur etiam
impreſſum per ipſum D. Anſald. in ſuo tract. de
commerc., & mercatur. diſcurſ. 54.) Rot. deciſ.
170. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ., & deciſ. 96.
coram Ottbobon.

Procedit concluſio, etiamſi pactum ſit iuratum,
51 Gutierez. de Iuramen. confirm. par.1. cap.58. Fon-
tanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. par. 2. n.107.,
& ſeq. Alderiſ. de hæred. act. par.2. cap.6. num.54.
verſic. contrarium verò Capicc. deciſ.174. n.14.

Tenet tamen prohibitio de non diuidendo fa-
52 cta minoribus vſquequo ad maiorem ætatem
non peruenerint, prout ſi fuiſſet facta furioſis,
hebe-

hebetibus, vel prodigis, plenè *dict. Siuatic. conſ.*
44. n. 6., & ſeq. Mut. alleg. cap. 56. n. 6. Molfeſ.
dict. quaſt. 1. n. 16., & quæſt. 8. n. 2. Morquecb. de
bonor. diuiſ. par. 1. cap. 2. n. 26., & infrà.
Quinimmò ex tali prohibitione diuiſionis in-
ſurgere prohibitionem alienationis, & ſic non
53 intrare confiſcationem tenet *Thobias Non. conſ.*
97.; ſed in hoc puncto confiſcationis, quod
54 ex prohibitione diuiſionis non benè arguatur
ad prohibitionem alienationis contra *Non.* tenet
Spad. conſ. 32. n. 6., & infrà, & num. 29., & 30.
lib. 1.
Prout talis prohibitio, & pactum de non diui-
55 dendo factum ad tempus, ac ad vitam paciſcen-
tium tenet ad *tex. in l. hoc iudicium §. ſi conuenerit*
ff. commun. diuid. Fontanell. vbi proximè *n. 106.,*
& n. 110., & ſeq. Alderiſ. dict. cap. 6. n. 54. verſic.
limitatur tertio, Capic. deciſ. 174. Theſaur. deciſ.
142. num. 5.
Et quando inter fratres eſſent exortæ inimici-
tiæ, tunc Iudex, non obſtante tali præcepto te-
56 ſtatoris de non diuidendo, poterit decernere
diuiſionem ad euitandas rixas, ac alia mala,
Mut. ad conſuetud. Panhorm. dict. cap. 56. num. 7.
Molfeſ. alleg. quæſt. 1. n. 17., vbi tamen ſubdit,
quod ſi adeſſet ſuſpicio dilapidationis, tunc da-
rentur alimenta ſeparatim.
Prout ſi aliquis ex fratribus eſſet rixoſus, ac
57 inquietus, & de hoc Iudici ſemiplenè conſtet,
eſt locus diuiſioni, non obſtante huiuſmodi pro-
hibitione *Bim. conſ. 76. n. 16., & 18. lib. 1. Mut.*
cap. 56. nu. 7. Molfeſ. dict. quæſt. 8. n. 3. Fontanell.
alleg. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. n. 103. tom. 1.
Idem dicas, ſi alter ex fratribus dilapidaret
58 bona communia, hoc namque caſu poterit adiri
Iudex, qui cauſa cognita poterit rumpere præce-
ptum teſtatoris de non diuidendo *Dec. conſ. 349.*
n. 4. in fine, & melius *conſ. 403. num. 23. Io. Bapt.*
Siluatic. conſ. 44. n. 6., & ſeq. Peregrin. conſ. 40.
n. 4. lib. 2. Cyriac. contr. 147. num. 3., & 4. Capon.
diſcept. 112. n. 39. Fontanell. vbi proximè *n. 101.,*
& ſeq. R. P. D. Anſald. apud *de Luc. alleg. diſc.*
83. n. 6. in ſupplement. par. 3. tit. de teſtam.
Nec talis prohibitio diuiſionis operatur, quod
59 fratres non poſſint inter ſe diuidere fructus ipſo-
rum bonorum *Mut. alleg. cap. 56. num. 8. Anſald.*
vbi proximè n. 7., & ipſe *de Luc. n. 12.*
Et non obſtante prohibitione pœnali teſtato-
tis de non diuidendo vſque ad certum tempus
60 poteſt quis abſque pœnæ incurſu petere diuiſio-
nem ex iuſta cauſa *Molfeſ. alleg. quaſt. 8. n. 16.*
Idem dic, ſi ille, cuius fauore eſt inducta pęna
61 in caſum diuiſionis, conſentiat diuiſioni *Io: Bapt.*
Siluatic. alleg. conſ. 44. num. 5. Gratian. cap. 280. à
n. 40. Cyriac. contr. 147. n. 2. Capon. diſcept. 112.
n. 13. Morquecb. de bonor. diuiſ. lib. 1. cap. 2. n. 25.,
& ſeq. Boer. deciſ. 87. n. 3.
Hoc tamen fallit, ſi talis prohibitio ſit appoſi-
62 ta fauore minorum, tunc enim non poterunt
proprio conſenſu tollere talem prohibitionem
teſtatoris *Aretin. conſ. 22. n. 6. Siluatic. dict. conſ.*
44. n. 7., & ſeq. Arias de Meſ. var. reſol. lib. 3.
cap. 28. n. 18.
Si tamen teſtator non adiecerit pœnam in ca-
ſum diuiſionis, & contrauentionis præcepto de
non diuidendo, tunc per conſenſum promiſcuum
63 fratrum ſuper diuiſione facienda poterit hæc fie-
ri non obſtante precepto teſtatoris, vt plenè
probat *Siluatic. dict. conſ. 44. færè per tot.*, & ſi-
gnanter *à n. 25.*, & facit *Bald. conſ. 72. antè n. 1.*
lib. 2. Peregrin. de fideicom. artic. 14. n. 2., & n. 49.
& 50.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Traditur modus faciendæ diuiſionis, vel per peritos, vel per ſortes, vel quod maior diuidat, & minor eligat. Diuiſio bonorum realiter diuiſibilium, vel indiuiſibilium, vel quæ commodam diuiſionem non recipiunt, quomodò fiat; & quandò re exiſtente indiuiſibili ſit locus licitationi, & an ad licitandum vltrà ſocios admittantur extranei, materia latè diſcutitur.

SVMMARIVM.

64 *Diuiſio ex Statuto Vrbis fit per electionem peritorum, ac æſtimatorum.*

65 *Diuiſioni ſi eſt locus, Iudex non interloquitur expreſsè ſuper illa facienda, ſed mandat eligi peritos.*

66 *Periti debent eligi perſonæ habentes peritiam valoris rei diuidendæ.*

67 *Diuiſione facta per peritos ſi prætendatur, per illos non fuiſſe benè proceſſum, debet hoc probari per allegantem.*

68 *Pretium æſtimatum per peritos in diuiſione poteſt per partem volentem rem æſtimatam, augeri.*

69 *Partes factæ, & æſtimatæ per peritos, ſi per ſocios non acceptentur, tunc ex Statuto Vrbis fit extractio per ſortes.*

70 *Diuiſio de iure communi an fiat, vt maior diuidat, & minor eligat, eſt opinio controuerſa.*

71 *Diuiſio ſecundum opinionem Canoniſtarum, fit vt maior diuidat, & minor eligat.*

72 *Diuiſio tali modo facta eſt vtilis tam diuidenti, quàm eligenti.*

73 *Concluſio procedit tam in maſculo, quàm in fœmina maiore.*

74 *Maior habens maiorem portionem in re, habet tunc electionem, & non minor.*

75 *Diuiſio ſi ſit facienda cum fiſco, hic facit partes, & alter eligit.*

76 *Diuiſio ſi fieri debeat cum Eccleſia, hæc ſemper habet electionem.*

77 *Diuiſionem facit non maior ætate, ſed qui diù bona adminiſtrauit, & habet illorum notitiam.*

78 *In diuiſione, quod minor eligat, non procedit, quando partes factæ fuere ab Arbitris, vel à Iudice.*

79 *Diuiſio ſi fiat inter perſonas vltrà duas non intrat, quod maior diuidat, ſed diuiſio fit per ſortes.*

80 *In diuiſione, quod maior diuidat, & minor eligat eſt de Iure Canonico, vndè extra Terras Eccleſiæ fit per ſortes, n. 82.*

81 *Clerici in Vrbe faciunt diuiſionem iuxtà prædictam opinionem Canoniſtarum.*

82 *Diuiſio, vbi ſeruatur ius Ciuile, fit per ſortes, vel arbitrio Iudicis, & n. 83., & 84.*

85 *Di-*

Digitized by Google

85 *Diuiſione facta per peritos ſi diuidentes in recipiendis partibus diuiſis diſcordent, prouidetur per ſortes.*

86 *In diuiſione facienda, vbi modus præſcriptus eſt à ſtatuto, ille ſeruari debet.*

87 *Ceſſante ſtatuto, ſi adſit conſuetudo, illa attendi debet.*

88 *In diuiſione facienda etiam per ſortes, ſi vna res magis adiacent vni, quàm alteri, vel illi magis conueniat ratione ſuæ artis, illi aſſignanda eſt.*

89 *Appellatio non permittitur à diuiſione facta per ſortes, etiam minori.*

90 *Secùs ſi ex diuiſione reſultat exceſſiua læſio.*

91 *In diuiſione, ſi domus, vel ager confinet cum vno ex diuidentibus, illi debet aſſignari portio adhærens.*

92 *Contraria opinio* Corn. conſ. 81. vol. 2. *reprobatur.*

93 *Periti in diuiſione poſſunt reſeruare ſeruitutem vni parti ſuper portione alterius.*

94 *Seruitus dicitur reſeruata incontinenti, dum reſeruatio facta fuit diuiſione adhuc non perfecta.*

95 *Periti, & Iudex præcipuè debent curare, quod in diuiſione ſeruetur æqualitas.*

96 *Diuiſio rerum indiuiſibilium, & quæ commodam diuiſionem non recipiunt, fit arbitrio Iudicis.*

97 *Domus regulariter dicitur indiuiſibilis, non ſic ager.*

98 *In diuiſione rei indiuiſibilis vni aſſignatur res cum refuſione prætij alteri parti.*

99 *Aſſignatio rei indiuiſibilis fit illi, qui habet maiorem partem.*

100 *Si agitur de diuiſione domus non patientis commodam diuiſionem, poteſt illa locari, vt penſiones diuidantur.*

101 *Vel domus aſſignatur refundendo alteri parti ſuam ratam in pecunia.*

102 *In diuiſione non eſt cogenda pars ad refundendum pecuniam, ſi poteſt conſuli per aſſignationem alterius rei.*

103 *In diuiſione pecunia dari non debet, niſi quando diuiſio aliter fieri non poteſt.*

104 *Res, quando eſt indiuiſibilis, tunc Iudicis arbitrio prouidetur ſuper modo diuidendi.*

105 *Diuiſionis faciendæ modus Iudicis arbitrio commiſſus eſt.*

106 *Diuiſio rei indiuiſibilis fit etiam per licitationem.*

107 *Socius habens minorem partem in re diuidenda admittitur ad licitandum.*

108 *Si vterque ſocius velit licitare, præfertur plus offerens.*

109 *Socius habens maiorem partem in re, præfertur in pari oblatione.*

110 *Socius habens maiorem partem non præfertur habenti minorem; dum hic plus obtulit.*

111 *Socius offerens prætium de præſenti, præfertur alteri offerenti etiam maius prætium, ſed cum dilatione.*

112 *Prælatio debita in licitatione habenti maiorem partem procedit in donatione, non in diuiſione.*

113 *Extraneo licitatori offerenti prætium exceſſiuum, præfertur ſocius habens minorem partem, ſi offerat idem prætium exceſſiuum.*

114 *Contrarium, quod ſufficiat tali caſu offerri iuſtum prætium.*

115 *Prælatio competens conſorti ſuper re indiuiſibili competit etiam eius hæredi, ſed non ceſſionario.*

116 *Diuiſio per licitationem admittitur ſolùm in re indiuiſibili, vel quæ commodam non patitur diuiſionem.*

117 *Diuiſio per licitationem non fit quando alter ex ſocijs eſt pauper.*

118 *Extraneus in caſum paupertatis conſocij debet admitti ad licitandum, ſi ſocius ob ſuam paupertatem non compareat.*

119 *In pari licitatione extranei, & conſocij, hic præfertur, & inter plures ſocios habens maiorem partem in re.*

120 *Licitationi non eſt locus, quando res commodè diuidi poteſt.*

121 *Res non dicitur pati commodam diuiſionem, quando res diuiſa minùs valet, quàm integra.*

122 *Nec quando diuiſa redderetur infructuoſa, vel redderet minores fructus.*

123 *Idem ſi res per diuiſionem pateretur deteriorationem.*

124 *Et ſi diuiſio petatur ad iniuriam alterius.*

125 *Re etiam diuiſibili exiſtente, ſi ex diuiſione poſſent oriri ſcandala, non debet fieri illius diuiſio, ſed fit compenſatio cum alia re.*

126 *Fructus compenſatiui poſſunt paciſci fauore illius, cui in compenſationem rei indiuiſibilis promittitur refuſio in pecunia.*

127 *Si tamen agatur de re fructifera, & ad ratam fructuum, qui perciperentur ex ipſa re.*

128 *Res præſumitur diuiſibilis, vndè indiuiſibilitas debet probari ab illam allegante.*

129 *Indiuiſibilitas probatur, ex quo res minus valeret, vel deterioraretur, vel minores redderet fructus.*

130 *Æſtimatio rei indiuiſibilis fit, prout valet vnita, non autem prout diuiſa.*

131 *Paſcuorum communium diuiſio quoad commoditatem fit vel per campos, vel tempora.*

132 *Diuiſio aquarum fit pariter per tempora, vel per menſuras.*

DIuiſio ex hoc ſtatuto conſtito de commu-
64 nione fit per electionem peritorum, agri-
menſorum, ac æſtimatorum ſecundum rei, cu-
ius diuiſio petitur, naturam; & in praxi vidi ſer-
uatum, quod petente altero ex fratribus, vel ſo-
cijs diuiſionem Iudex non pronunciat poſitiuè,
65 diuiſioni locum eſſe, ſed ſi agnoſcit, quod diui-
ſio intrat, mandat eligi peritos, quam praxim
probat, *Morquech. de bonor. diuiſ. lib. 1. cap. 4.
n. 1., & ſeq.*, vbi plenè oſtendit, quod ante re-
rum diuiſionem debet præcedere illarum æſtima-
tio per peritos æſtimatores per partes nomina-
66 tos, & qui ſint periti in æſtimatione rei diuiden-
dæ, itaut in æſtimatione agrorum eligantur agri-
colæ, & alij practici materiæ campeſtris, in æſti-
matione ædificiorum Architecti, & ſi partes di-
ſcrepant in illorum electione Iudex ipſe deputat,
& quando periti fecerunt æſtimationem, & di-
67 uiſionem, ſi partes prætendunt, non fuiſſe per
illos benè proceſſum, debent ipſæ docere de
contrario *Morquech. ibidem n. 9.*, *& infrà* plenè.

Quinimmò facta æſtimatione per peritos poſ-
ſunt conſortes prætium ab æſtimatoribus taxa-
68 tum augere, & inſtare, quod ipſis bona æſtima-
ta, & diuiſa adiudicentur ſecundum prætium
ab ipſis auctum *Morquech. ibidem n. 16.*

Et ſi facta partium diuiſione per peritos, in

illis diuidentes nòn ſint concordes, tunc ex ſta-
tuto hic per ſortes extrahunrur portiones per
69 peritos factæ, & cuique prout ſors tulerit Iudex
portionem adiudicabit.

Et hoc ſtatuto fuit ſublata Doctorum contro-
uerſia quomodò de iure communi diuiſio fieri
debeat, an per ſortes, an arbitrio Iudicis, an vt
maior diuidat, & minor eligat, cum ſuper hoc
70 non benè conueniant Doctores, vt videre eſt
apud *Capon. diſcept. forenſ.* 112. *num.* 15., & 16.
tom. 2. *Capicc. Latr. deciſ.* 28. *per tot. Rot. deciſ.* 850.
coram Vbald.

Nam de iure (præciſa diſpoſitione noſtri ſta-
tuti) alij tenent diuiſionem eſſe faciendam, vt
71 maior diuidat, & minor eligat, & hanc eſſe opi-
nionem Canoniſtarum ſeruandam in Terris Ec-
cleſiæ, & vbi ſeruatur Ius Canonicum *Buccaferr.
conſ.* 94. *n.* 23., & 24. *Bim. conſ.* 53. *num.* 10. *lib.* 1.,
Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 3. *par.* 17. *qu.* 4.
n. 2., & *ſeq., Capon. diſcept.* 112. *nu.* 16., 33. 35.,
& 50., *Mut. ad Conſuetud. Panborm. cap.* 56. *n.* 12.,
& 13., *Capicc. Latr. deciſ.* 28. *nn.* 22., *Creſcent. de-
ciſ.* 3., *aliàs* 220. *de Arbitr.*; & quod hæc opinio
ſit magis æqua, & communi Orbis conſuetudine
recepta tenent plenè *Calà de reſt. in integr. qu.* 45.
n. 13. 14. 20., & 39., qui adducit rationes *n.* 49. &
infrà, Merlin. Pignatell. contr. 57. *n.* 2. *centur.* 1.; nam
cum tali modo diuidendi tollitur omnis querelæ
occaſio, tam maiori diuidenti, quàm eligenti, ſi-
quidem diuidens ſuæ culpæ debet adſcribere, ſi
benè non fecit partes, nam in manu ſua poſitum
erat illas facere ſuo arbitrio, nec eligere debens
habet, de quo dolere poſſit, cùm potuerit arbitrio
72 ſuo eligere partem, quam volebat, vt aduertit ar-
gutiſſimus *Bim. conſ.* 53. *n.* 10., & conſiderat etiam
Coſt. Sicul. conſ. 32. *n.* 17.

Quod procedit tam in maſculo, quàm in fœ-
73 mina maiore, cum in hoc inter maſculos, & fœ-
minas non detur differentia; *Valaſc. de partit. c.* 4.
n. 4., *Calà alleg. quæſt.* 45. *n.* 14., & *ſeq.*

Sed ſi maior haberet maiorem portionem in re
74 diuidenda, tunc electio ad ipſum ſpectaret, &
non ad minorem *Decian. reſponſ.* 15. *n.* 53. *verſic.
item conſtat lib.* 1. *Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ.* 4.
gloſ. 9. *par.* 2. *n.* 42. *Calà d. quæſt.* 45. *n.* 21.

Et ſi diuiſio eſſet facienda cum Fiſco hic face-
75 ret partes, & alter haberet electionem *Fontanell.*
vbi proximè *n.* 44., *d. Calà quæſt.* 45. *n.* 23.

Si tamen eſſet facienda cum Eccleſia, hæc ſem-
76 per haberet eligendi facultatem *Fontanell. n.* 43.,
Calà n. 22.

Aduerte tamen, quod maior in propoſito, qui
diuidere debet, non intelligitur, quia ſit maior
77 ætate, ſed de eo, qui diù bona adminiſtrauit, &
ſic habet illorum plenam notitiam, licèt hic eſſet
minor *Abb. in cap.* 1. *extr. de Paroch. Mut. alleg.
cap.* 56. *n.* 14., *Morquech. de bonor. diuiſ. lib.* 1. *c.* 2.
n. 55., *Michalor. de fratrib. cap.* 38. *n.* 13., *Gratian.
cap.* 160. *n.* 18. *Capicc. Latr. deciſ.* 28. *n.* 19., *Barr.
pract. obſer. centur.* 2. *obſer.* 12. *n.* 2., *Cirocc. diſcept.*
67. *n.* 86. *in fine, Rot. deciſ.* 3. *alias* 210. *de Arbitr.
coram Creſcent.*, & *deciſ.* 850. *n.* 7. *coram Vbald.*

Nec dicta opinio Canoniſtarum procedit,
quando partes non fuere factæ à maiore natu, ſed
78 ab arbitris, vel officio Iudicis, hoc namque caſu
Iudex ipſe partes aſſignat, vel ſorte dirimit *Gra-
tian. cap.* 160. *n.* 21., & 22. *dict. Barr. num.* 3., *Ci-
rocc. deciſ. ſeù caſ.* 135. *n. fin.*, *Rot. d. deciſ.* 3. *n.* 4. *co-
ram Creſcent.*

Et quando diuidentes ſunt vltra duos, tunc
non intrat talis modus diuidendi, vt maior diui-
dat, ſed diuiſio fit per ſortes, & ad officium Iudi-
79 cis ſpectat prouidere, vt in diuiſione ſeruetur
æqualitas *Capon. diſcept.* 112. *nn.* 50., *verſic. quod
intellige.*

Super quo aduerte, quod dicta opinio Cano-
niſtarum, vt maior diuidat, & minor eligat ſer-
uatur tantùm in Terris Ditioni Eccleſiaſticæ
80 ſubiectis, ſecùs in non ſubiectis, cùm in his ſit
ſeruanda diſpoſitio iuris ciuilis, de qua infrà
hic, quod diuiſio fiat per ſortes, vel arbitrio
Iudicis *Alderiſ. de hæredit. action. par.* 2. *capit.* 6.
n. 37., & 41.

Si tamen Clerici etiam Romani eſſent in cauſa
diuiſionis crederem, quod tali caſu eſſet ſeruan-
da dicta opinio Canoniſtarum, etiam Romæ, non
81 obſtante hoc ſtatuto, cum ſub illo ex firmatis ſu-
pra hic *artic.* 1. *nu.* 3. non comprehendantur Cle-
rici.

Vbi verò ſeruatur ius ciuile extrà ſtatum tem-
poralem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel etiam in
ſtatu temporali, & in illis locis, vbi adſunt ſtatu-
82 ta, quod ſeruetur ius ciuile, diuiſio fit per ſortes
arbitrio Iudicis *Bim. conſ.* 52. *nu.* 10. *verſic. non
omittam*, plenè *Felic. de Societ. cap.* 39. *nn.* 26., &
ſeq. Morquech. de bonor. diuiſ. lib. 1. *cap.* 2. *nn.* 56.
Lar. de Anniuerſ. lib. 1. *cap.* 7. *n.* 55., & *ſeq.*, *Mol-
feſ.*, *Capon.*, *Capicc. Latr.*, & alij ſupra allegati,
Rot. deciſ. 850. *n.* 18., & 19. *coram Vbald.*, vbi te-
ſtatur veriorem, ac receptiorem eſſe opinionem,
83 vt diuiſio fiat per aſſignationem partium arbi-
trio Iudicis facta per ipſum æſtimatione, vel in-
dicio peritorum.

Hinc etiamſi deficeret diſpoſitio præſentis ſta-
tuti, adhuc *cum ex Stat.* 42. *lib.* 1. Romæ obſer-
uetur ius ciuile, propterea diuiſio eſſet facienda
84 per ſortes iuxtà iuris ciuilis diſpoſitionem, *Gra-
tian. cap.* 160. *nn.* 22., *Rot. alleg. deciſ.* 3. *aliàs* 220.
n. 4. *de Arbitr. coram Creſcent.*, vbi quod inter Ro-
manos obſeruatur opinio Legiſtarum, & dicta de-
ciſio facta fuit per Rotam tempore feriarum de
mandato Papæ, vt apparet ex principio deciſio-
nis, ſed ex dictis ceſſat in hoc omnis altercatio
ex præſenti ſtatuto, dum vult, diuiſionem fieri
per peritos, & ſi partes in recipiendis portioni-
85 bus per peritos diuiſis non concordent, tunc per
ſortes aſſignantur, & hoc, vel aliud ſimile ius mu-
nicipale circa modum diuiſionis faciendæ, vbi
86 adeſt, primo loco ſeruandum eſt *Roman. conſ.* 471.
in fine, Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 3. *p.* 17.
quæſt. 4. *n.* 1.

Et ceſſante ſtatuto, ſi adſit in loco conſuetudo
87 particularis ſuper modo faciendi diuiſionem,
illa ſeruanda eſt, *Alderiſ. de hæredit. act. par.* 2.
cap. 6. *n.* 41. *in fine Theſaur. deciſ.* 205. *nu.* 3., *Barz.
deciſ.* 100. *n.* 19.

Aduerte tamen, quod etiam quando eſt locus
diuiſioni faciendæ per ſortes, nihilominùs quan-
do vna pars bonorum diuiſorum magis vni parti
conuenit, quàm alteri, arbitrio Iudicis, debet aſ-
ſignari portio conueniens vni parti, vt ſi inter
plures fratres adſit vnus, qui exerceat aliquam
artem, vt quia ſit Aromatarius, tunc in diuiſione
illi potiùs erit adiudicanda Aromataria cum ſuis
inſtru-

88 inſtrumentis, cùm illi magis conueniat, quàm
alijs fratribus non callentibus artem Aromata-
riæ benè *Bim. conſ. 53. n. 10. in fine lib. 1.*

Quando autem diuiſio facta eſt per ſortes, non
89 datur reclamatio, nec appellatio etiam minori
Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap. 57. nu. 25., &
ſeq. centur. 1., Capon. diſcept. 112. n. 34., Barr. pract.
obſer. centur. 2. obſer. 12. n. 25.

Fallit ſi in diuiſione adſit exceſſiua læſio, nam
90 tunc etiam facta per ſortes retractatur *Merlin.*
Pignatell. ibidem n. 18. Capon. d. diſcept. 112. n. 34.
37., & 38., Gizzarell. deciſ. 57.

Quando autem fit diuiſio rerum diuiſibilium
per partes reales, tunc ſi domus, vel ager confi-
nent cum domo, vel agro fratris, vel ſocij, debet
91 huic aſſignari portio illa, quæ adhæret, & confi-
nat cum eius bonis, *Vincent. de Ann. ſingular. 158,*
Cyriac. contr. 117. n. 7. Neguſant. reſponſ. 320. n. 21.,
Morquech. de bonor. diuiſ. lib. 2. cap. 10. n. 8., Mol-
feſ. alleg. par. 17. quæſt. 3. nu. 12., Capice. deciſ. 42.
per tot., & Petra in addit. ad ipſum, Barz. de-
ciſ. 100. n. 17. Capice. Latr. deciſ. 28. n. 8., Rot. deciſ.
278. n. 5. par. 19. recen.

Nec contraria opinio *Corn. conſ. 81. vol. 2.* eſt
92 habenda in conſideratione, vti inſubſiſtens, &
propterea in praxi non recipitur, vt tenent *dicti*
de Ann., & Petr. ad Capice. deciſ. 42., & hanc
opinionem contra Corneum tenent etiam *Cy-*
riac., Barz., & Rot. vbi ſupra, *& Capon. diſcept.*
112. n. 46.

Cùmque Statutum noſtrum hic dederit peritis
circa modum faciendæ diuiſionis amplam pote-
ſtatem, poterunt incontinenti reſeruare ſeruitu-
93 tem ſuper re diuiſa vni parti, ſecùs ex interuallo
l. item labeo 23. ff. famil. erciſcun., Rot. deciſ. 288.
n. 19., & infrà coram Cerr.

Et dicitur ſeruitus reſeruata incontinenti, ſi
94 reſeruatio facta fuerit diuiſione adhuc non perfe-
cta, *Rot. d. deciſ. 288. coram Cerro.*

Debetque in ſumma circa diuiſionem à peri-
tis, & à Iudice benè aduerti, vt omnia cum æqua-
95 litate, & conuenientia fiant, itaut excludatur pro
poſſibili omnis partium læſio, & ideo arbitrium
Iudicis in hoc multum pollere debet, iuxtà ſancita
per ſtatutum noſtrum hic, & obſeruat *Rot. deciſ.*
310. n. 9., & 10. par. 19. recen.

Quando verò agitur de diuiſione rerum indi-
uiſibilium, & quæ vel diuidi non poſſunt realiter
95 ſine læſione, vel difficulter patiuntur commodam
diuiſionem, tunc illarum diuiſio fit arbitrio Iudi-
cis ad *l. 1. C. commun. diuid., Rot. deciſ. 220. n. 10.,*
& 16. par. 18. recen.; & dicitur regulariter do-
mus indiuiſibilis, ex quo fundus, ſeu ager poteſt
97 diuidi deſtinatione verbali, ſed domus ſolùm
muro intermedio *Thor. vot. deciſ. 95. n. 3., & 4.*
tom. 1., Rot. deciſ. 192. n. fin. par. 4. tom. 2. recen.,
98 vnde domus, vel alia res indiuiſibilis aſſignatur
vni refuſo pretio alteri parti poſt iura relata, *Al-*
deriſ. de hæredit. act. par. 2. cap. 6. n. 44. Neguſant.
reſponſ. 320. n. 3.

Et quidem aſſignatur illi, qui habet maiorem
99 partem *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 3. p. 17.*
quæſt. 3. n. 7., Barz. deciſ. 100. nu. 10., & ſeq. Rot.
deciſ. 350. n. 1. coram Buratt., & deciſ. 310. n. 2., & 3.
par. 19. recen.

Vel quando agitur de domo indiuiſibili, vel
non patiente commodam diuiſionem, tunc illa
100 locatur, & penſiones diuiduntur *l. cum commu-*
nio, §. cum de vſufructu, ff. commun. diuid., Capon.
diſcept. 112. n. 19., Olea de Ceſs. iur. tit. 3. quæſt. 2.
num. 32. verſic. quo caſu Thor. vot. deciſ. 95. n. 6.,
& 7.

Vel ſi in locatione facienda partes non conue-
niant, ſed velint diuidere proprietatem, tunc aſſi-
gnatur vni cohęredi, vel conſorti, illum condem-
101 nando ad tradendum alijs conſortibus eorum
ratam in pecunia *l. ſi familia 3. ff. famil. erciſc.,*
Capon. diſcept. 112. n. 59., Olea dict. quæſt. 2. n. 32.
verſic. ſi verò rem locari, Thor. dict. vot. 95. n. 8.,
Cabed. deciſ. Luſitan. 108. nu. 8. verſ. tunc manebit,
Capice. Latr. deciſ. 28. n. 11., & 12.

Sed quando poteſt conſuli per aſſignationem
102 alterius rei, quæ cadit ſub diuiſione, facienda
conſorti, non eſt cogenda altera pars ad refun-
103 dendam pecuniam, dum in diuiſione pecuniæ
dari non debent, niſi quando illa aliter expleri
non poteſt *Ciroce. diſcept. 67. n. 81., Rot. deciſ. 310.*
n. 5., & 6. par. 19. recen.

Vel rei indiuiſibilis, vel quæ commodè non
104 patitur diuiſionem non fit diuiſio, ſed aliter
prouidetur Iudicis arbitrio *Oliban. de act. par. 2.*
lib. 1. cap. 39. n. 12., Magon. deciſ. Florent. 46. n. 22.
Cabed. dict. deciſ. 108. n. 8. par. 1., ex quo diuiſio
105 fieri debet prudenti arbitrio Iudicis, cui com-
miſſa eſt *l. planè 3. ff. famil. erciſc., Rot. deciſ. 350.*
n. 4. coram Buratt., deciſ. 234. n. 6. par. 15. recen., &
deciſ. 310. n. 10. par. 19.

106 Vel diuiſio rei indiuiſibilis fit per licitationem
l. ad officium 3. C. commun. diuid. Minad. conſ. 16.
per tot., Gratian. cap. 160. n. 27., Ciroce. diſcept. 67.
n. 80., Olea vbi ſupra *n. 32., verſic. vel ad rei licita-*
tionem, Alderiſ. de hæredit. act. par. 2. cap. 6. n. 42.
Morquech. de bonor. diuiſ. lib. 2. cap. 10. n. 5., Rot. de-
ciſ. 130. n. fin. coram Carill.

Et ſocius habens in re diuidenda etiam mino-
107 rem partem admittitur ad licitandum *Minad.*
alleg. conſ. 16. poſt eius deciſiones, & quando vter-
que ſocius velit licitare ille præferetur, qui plus
108 offert *Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9.*
par. 2. n. 80.

In pari tamen oblatione facta à ſocijs præfer-
109 tur habens maiorem portionem in re ad *text.*
in l. ſancimus, §. ne autem, C. de donat. Corn. conſ. 81.
vol. 2., Molfeſ. alleg. quæſt. 3. nu. 7., Ciroce. diſcept.
67. n. 80., Felic. de Societ. cap. 39. n. 88., Morquech.
dict. cap. 10. n. 10., Fontanell. vbi proximè *num. 82.*
Sanfelic. deciſ. 110. n. 3. par. 1., Rot. deciſ. 350. n. 1.,
& 3. coram Buratt.

At ſi adſit maior oblatio facta ab habente in re
minorem partem, tunc non præfertur habens in
110 illa maiorem partem, cùm prælatio detur huic
ſolùm, ſi offerat pretium æquale illi, quod ab alio
fuit oblatum *Morquech. dict. cap. 10. num. 10. Ca-*
pice. deciſ. 36. in princip., Sanfelic. deciſ. 110. n. 5.
par. 1.

Etſi vnus offerat in licitando pretium ſtatim
ſoluendum, & alter cum dilatione præfertur ille,
111 licèt hic maius pretium offerat, niſi partes plus
offerenti cum dilatione aſſentiant *Morquech. dict.*
cap. 10. n. 13.

Quinimmò diſpoſitio *dict. l. ſancimus, C. de*
Donat. volens in diuiſione facienda præferri ha-
bentem maiorem partem, procedit ſolùm in di-
uiſione facienda inter donantem, & donatarium,

& pro tali diuiſione eſt ſpecialis, nec procedit in
112 diuiſione aliarum rerum communium extra
cauſam donationis, *Ger. Spin. conſ.88. nu. 9. Gratian. deciſ.169.n.22. ad 23.*

Quando verò maius pretium offertur non à ſocio, ſed ab extraneo, an tunc ſocius habens maiorem partem debeat præferri oblato dicto pretio maiori, quod obtulit extraneus etiamſi ſit exceſ-
113 ſiuum, affirmant relati à *Molfeſ. dict. par.17.qu.4. n.9. tom.3.*

Sed ſufficere oblationem iuſti pretij æſtimati à
114 peritis, vt tollantur licitationes animoſæ in præiudicium ſocij habentis maiorem partem, ac ius prælationis *Calà de Reſtit. in integr. quæſt. 45. n.44., Olea de Ceſs. iur. tit.3. quæſt. 2. n.33., Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. par.2. nu. 86., & ſeq.*, vbi contraria declarat procedere, quando agitur de re æqualiter communi ſocijs, ſecùs ſi alter ex illis habeat in ea maiorem partem.

Taliſque prælatio, quæ competit conſorti ſu-
115 per re indiuiſibili ſuffragatur etiam illius hæredi, non tamen ceſſionario *Calà d.quæſt.45. nu.45. ad 47., Olea d.quæſt.2. n.34., & 41.*

Dicta tamen diuiſio per licitationem admittitur ſolùm, quando agitur de re indiuiſibili, vel
116 quæ commodam diuiſionem non patitur *l. non ampliùs in fine, & l. ſeq. ff. de leg. 1. Corn. conſ. 81. num.8. lib.2., Mut. ad Conſuetud. Panhorm. cap.56. nu. 26., Ciroce. diſcept.67. num.80. in fine, Rot. deciſ.7. nu.1. coram Canaler., & deciſ.850. n.4., & 5. coram Vbald.*

Quando tamen alter ſocius eſt pauper, tunc
117 diuiſio non fit per licitationem propter impoſſibilitatem inueniendi pecuniam in paupere, *Gratian. capit. 160. num. 26. Ciroce. diſcept. 67. num.82., Rot. deciſ.7. num. 3. verſic. bis accedit coram Caualer.*

Quo caſu debet ad licitandum admitti etiam extraneus, ſi cohæres, vel conſocius non compa-
118 reat ad licitandum ob eius paupertatem *l. ad officium 3., C. commun. diuid., Olea de Ceſs. iur. tit.3. quæſt. 2. num.33., Morquech. de bonor. diuiſ. par.2. cap.10. n.5., Alderiſ. de hæredit. act. par. 2. cap.6. num.43.*

In pari tamen licitatione extranei, & cohære-
119 dis, vel conſocij, debet præferri cohæres, vel conſocius, & inter plures ſocios, vel cohæredes ille, qui habet in re indiuiſibili maiorem partem *Capicc. deciſ.36. in princip., & nu.3., Capicc. Latr. deciſ.28. n.10. par.1., Sanfelic. deciſ.110. n.3., & infrà par.1.*

Non eſt tamen locus licitationi, quando res
120 commodè diuidi poteſt *Felic. de Societ. cap. 39. n.90., Rot. deciſ.7.n.1. coram Canaler.*

Res autem non dicitur pati commodam diuiſionem, quando diuiſa minùs valeret, quàm in-
121 tegrè conſiderata, & diuiſio præiudicaret omnibus *Fontanell. alleg. clauſ.4. gloſ.9. par.2. num.76., & ſeq., Cabed. deciſ.108. n.8. par.1., Rot. deciſ.683. n.17. coram Merlin.*

Prout res dicitur indiuiſibilis, & non patitur
122 commodam diuiſionem, quando diuiſa redderetur infructuoſa, vel notabiliter redderet minores fructus *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom.3. p.17. quæſt.2. n.5. verſ. denique quarto.*

Idem dic, ſi res per diuiſionem pateretur dete-
123 riorationem *Aldobran. conſ.15. n.3. lib.2.*

Similiter quando diuiſio rei petitur ſolùm ad
124 Iniuriam alterius ſocij *Barz. deciſ.100. n.15.*

Quinimmò etiamſi res ſit diuiſibilis, ac commodè diuidi poſſit, nihilominùs ſi ex diuiſione poſſet oriri ſcandalum, ac confuſio, Iudex tali caſu non debet deuenire ad rei diuiſibilis diuiſionem, ſed debet vni illam aſſignare, compenſa-
125 ta parte in alio corpore plenè *Anchar. qq. familiar. lib.3. quæſt.40. num.15., verſic. & quia, & n.16. ad 18., Rot. deciſ.234. n.5., & ſeq. par. 15. recen.*

Et quando vni ex hæredibus, vel ſocijs aſſignatur res indiuiſibilis, & alteri debet refundi pretium, poteſt abſque labe vſuræ paciſci, quod ille, qui debet refundere pretium, quouſque illud
126 non ſoluat, teneatur alteri ſocio, vel cohæredi ſoluere fructus compenſatiuos pro dicto pretio ex æquitate *l. curabit, C. de act. empt., & vendit., Cabed. deciſ.166. n.4. par.1.*

Quod intellige, ſi fuerit diuiſa res indiuiſibilis fructifera, ſecùs ſi agatur de re infructifera, cum
127 talis conuentio fructuum compenſatiuorum facta vltrà fructus, qui percipiuntur ex re ſit illicita, ex plenè firmatis per *Rot. deciſ. 2. coram Ottbobon.*

Aduerte tamen, quod qui petit rei diuiſionem habet fundatam intentionem, & quod illa debeat fieri per partes reales phyſicas, & vnicuique aſſignetur propria portio, cùm præſumatur, quod res
128 commodè diuidi poſſit, & contrarium prætendens debet probare indiuiſibilitatem *Ciroce. diſcept.67. num.81., Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr.67. nu.18., Rot. deciſ.7. nu.2. in fine coram Caualer.*

Quæ indiuiſibilitas probabitur ex ſupra firma-
129 tis, ex quo ſcilicet res per diuiſionem minùs valeret, vel deterioraretur, vel minores notabiliter redderet fructus.

Æſtimatio autem rei indiuiſibilis, quando de-
130 uenitur ad illius diuiſionem fit prout valet vnita, non autem prout diuiſa *leg. Menius, §. fin., ff. famil. erciſc., Molfeſ. alleg. quæſt.2. nu.5. verſ. quando tamen, Felic. de Societ. cap.39. n.91.*

Paſcuorum verò diuiſio quoad commodita-
131 tem inter plures conſortes fit, vel per campos, vel per tempora *Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 4. gloſ.9. par.2. n.73., & ſeq.*, & videantur plenè *Coſt. de Rat. ratæ qu.119., Otter. de Paſcu. cap. 22.*, & benè *Munozz. de Ratiocin. par.2. computat.7. per tot., Bertran. conſ.37. lib.1., & conſ.202. lib.2.*

Idem dicas de commoditate aquarum, quæ
132 pariter diuiditur per tempora, vel per menſuras plenè *Gobb. de Aqu. quæſt.4. ſerè per tot., Bonden. Collect. legal.44. n.316., Rot. deciſ.7. nu.3. coram Caualer.*

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Inter ruſticos, vel artifices fratres, ac ſocios quomodò fiat diuiſio, tam bonorum paternorum, quàm acquiſitorum durante ſocietate ex fructibus bonorum, vel ex eorum induſtria in laborando; & an minores, ac ado-

adoleſcentuli, qui laborarunt aliquid lucrentur, & pro quanto æſtimetur illorum induſtria, & labor. Diſcutitur ſimul quando dos data à fratre, vel ſocio in communione viuentibus propriæ filiæ cedat damno ſocietatis, vel ipſius dotantis; & ſimul quid dicendum de alijs debitis contractis ab vno ex ſocijs durante ſocietate.

SVMMARIVM.

132 *Diuiſionis modus, qui ſeruatur inter ruſticos in communione viuentes attenditur in cæteris artificibus, qui vixerunt in communione.*

133 *Diuiſio mobilium hæreditariorum prouenientium à communi ſtipite inter ruſticos, & artifices fit in ſtirpes, non in capita, ſecùs in acquiſitis, quæ diuiduntur ſecundùm capita laborantium.*

134 *Diuiſio veſtimentorum quotidianorum inter eoſdem fit, vt vnicuique remaneant illa facta ad proprium vſum, ſecùs in prætioſis, & n. 133.*

135 *Diuiſio frumenti, vini, ac aliorum fructuum recollectorum ex bonis communis ſtipitis fit in ſtirpes, in capita verò laborantium fit perceptorum aliundè ex labore.*

136 *Socius habens plures filios, qui laborarunt habebit maiorem portionem fructuum ex labore perceptorum.*

137 *Socius tamen habens plures filios debebit computare expenſas pro alimentis dictorum filiorum, ſi ſint conſiderabilis valoris.*

138 *Adoleſcentes conſiderantur in capita in diuiſione, vt percipiant eorum portionem ex fructibus iuxtà proportionem laboris, & num. 139.*

140 *Adoleſcentes, qui minùs laborarunt, minùs conſequuntur, & vſque ad duodecimum annum nihil lucrantur vltrà expenſas victus, & veſtitus.*

141 *Adoleſcentes ab anno 12. ad 18. computantur pro dimidia vnius viri, vel pro duabus partibus ex tribus.*

142 *Adoleſcens 14. annorum magnæ induſtriæ quando lucratur pluſquàm homo perfectus, arbitrio Iudicis poteſt conſequi tantùm quantum maior, & num. 143.*

144 *Paruuli ruſtici ſi cuſtodierunt Animalia communia vltra alimenta habita, debebunt aliquid conſequi tanquam mercedulam.*

145 *Animalia acquiſita durante colonia, ac ſocietate inter ruſticos diuiduntur in capita pro rata laboris, & induſtriæ.*

146 *In diuiſione fructuum, quando detrahantur priùs expenſæ Seminis, vel Bobum poſitæ de proprio ab vno ex ſocijs, & boues quantum lucrentur, & num. 147.*

148 *Collaticum bobum lucratur iuxtà mores cuiuſque Regionis certas menſuras frumenti.*

149 *Minores, & mulieres ruſticæ in diuiſione fructuum conſiderantur in capita iuxtà eorum induſtriam, & num. 151.*

150 Io: de Amic. conſ. 16. *excludens minores à lucro facto ſuper Animalibus reijcitur.*

152 *Animalia ſi fuerint empta per fratrem ceſſante ſocietate, augumentum illorum pro dimidia ſpectat ad ementem, & pro alia ad laborantes.*

153 *Diuiſio ſtabilium hæreditariorum, vel acquiſitorum inter ruſticos fratres, quando fiat in ſtirpes, vel in capita.*

154 *Diuiſio ſtabilium acquiſitorum in totum opera laborantium fit in capita, habita ratione ad maiorem, vel minorem ætatem, ac induſtriam.*

155 *Portio bonorum in diuiſione tali caſu debita filijs, quoad vſumfructum ſpectat ad patrem, & quoad proprietatem ad filios.*

156 *Fructus dotis vnius ex fratribus in communione viuentibus ſpectant ad ſocietatem.*

157 *Fructus dotis pendentes de tempore diuiſionis diuiduntur pro rata temporis communionis inter ſocios, & num. 158.*

159 *Fructus percepti, vel percipiendi ex bonis Clerici beneficiati in communione exiſtentis quomodò diuidantur, & num. 160.*

161 *Diuiſio bonorum quomodò fiat inter ruſticos, vide remiſſiuè Doctores relatos.*

162 *Debita ante omnia, ac dotes detrahuntur in diuiſione.*

163 *Dotes puellarum nubendarum an debeant detrahi, ac aſſecurari quando fit diuiſio, ſi illæ excluſæ ſint à Statuto, & num. 164.*

165 *Debita contracta ab vno ex ſocijs cedunt eius damno, & non ſocietatis, quoties prò huius vtilitate non ſint contracta.*

166 *Procedit in ſocietate particulari non in vniuerſali omnium bonorum, & n. 169.*

167 *Dos data ab vno ex ſocijs eius filiæ durante ſocietate, non cedit damno ſocietatis, ſed ſocij dotantis.*

168 *Contraria opinio eſt verior, æquior, ac magis communis.*

170 *Dotis debitum, quod ſpectet ad ſocietatem, eſt magis certum, quando ſocius interuenit dotationi.*

171 *Dos data de communi ſocietas diſſoluto matrimonio reuertitur ad ſocietatem,*

132 *Diuiſione facta ſi non agatur de de dote conſtituta durante communione quilibet tenetur de proprio dotare ſuas filias.*

173 *Dox vxoris vnius ex ſocijs recepta per ſocietatem debet reſtitui de communi.*

174 *Debitum factum occaſione delicti alicuius ex fratribus cedit eius damno, & non ſocietati.*

175 *Fallit ſi deliquiſſet pro defenſione bonorum communium.*

176 *Debitum factum pro diſſoluendo voto cedit damno vouentis, non ſocietatis.*

177 *Contrarium eſt verius ſi agatur de ſocietate vniuerſali, in qua omnia lucra, & damna imputantur ſocietati, præter prouenientia à delicto, & n. 178.*

179 *In Diuiſione inter fratres non computantur expenſæ factæ prò ſtudio, Doctoratu, libris, officio, ac dignitate vnius filij.*

180 *Fallit ſi concurrant coniecturæ, quod Pater voluerit illas imputare in portionem filij.*

181 *Expenſæ factæ per vnum ex fratribus in Doctoratu proprij filij, vel ſimili cauſa imputantur in eius portionem tempore diuiſionis.*

182 *Contrarium eſt verius, quando inter fratres adeſt ſocietas vniuerſalis omnium bonorum.*

183 *In*

183 *In diuiſione non communicantur acquiſita ex turpi queſtu per vnum ex ſocijs.*

184 *Socius ſi durante communione aliquod corpus alienauerit prò dimidia tenebitur ſocio.*

185 *Intellige in ſocietate particulari, non vniuerſali.*

186 *Scripturæ communes de tempore diuiſionis debent remanere pœnes fratrem maiorem natu, ac digniorem.*

187 *Si minor ſit Sacerdos, Doctor, vel alia dignitate præfulgens tunc apud illum remanere debent non apud maiorem ætate.*

188 *Scripturæ remanere debent penès Patruum, ætate minorem, ſi frater maior moriatur relicto filio minore.*

189 *Frater apud quem remanent ſcripturæ debet cauere de illis conſeruandis, & exhibendis fauore alterius fratris quando illis egebit.*

INter ruſticos fratres, ac alios artifices quomodo fieri debeat diuiſio, tam bonorum ſtabilium prouenientium ab hæreditate patris, quam acquiſitorum ex propria induſtria, & quomodo mobilium, & fructuum pleniùs hic examinandum eſt; ſuper quo præſupponendum, quod omnia per Doctores tradita ſuper diuiſione inter ruſti-
132 cos fratres facienda, æquè procedunt in quibuſcumque fratribus & ſocijs cuiuſcumque artificij, qui inſimul, & communiter laborarunt, & proprijs laboribus bona diuidenda acquiſiuerunt, præclarè *Cæphal. conſ. 775. n. 3. & ſeqq., & per tot. lib. 5., Menoch. conſ. 222. n. 12. &, infrà, Pedroch. conſ. 27. n. 63., & 64.*, vndè firmata forma diuidendi inter ruſticos fratres, ac ſocios erit pariter præſcriptus modus faciendi diuiſionem inter artifices cuiuſcumque artis.

Et quidem quoad bona mobilia, ac ſuppellectilia hæreditaria prouenientia à communi ſtipite inter ruſticos, & artifices diuiduntur in ſtirpes, non autem in capita, ſed ſi fuerint à ſocijs
133 acquiſita ex communi labore, illorum diuiſio fit in capita eorum qui laborauerunt in illis acquirendis prò virili rata cuiuslibet, qui laborauit *Bald. conſ. 30. lib. 3., Corn. conſ. 24. à n. 4. & ſeq. lib. 1. Coſt. de rat. rat. q. 46. n. 6. Cyriac. contr. 392. n. 2. & 3. Capon. diſcept. 112. n. 41., Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 32. n. 47. Cirocc. diſcept. 67. n. 66. & ſeq.*, qui benè diſtinguit inter acquiſita ex bonis patrimonialibus, & ſimul ex induſtria laborantium, & ponit quid, & quantum in acquiſitis attribuatur bonis patrimonialibus, & quantum induſtriæ laborantium.

Quò verò ad diuiſionem veſtimentorum inter dictos ruſticos, atque artifices fit hoc modo, vt veſtes quotidianæ vnicuique remaneant ſactæ ad proprium vſum, feſtiuæ verò, & prætioſæ, ac prætij conſiderabilis æſtimantur, & pretium ponitur incommuni, & poſteà illud diuiditur, vt mox dictum fuit de diuiſione aliorum mobilium,
134 nempè in ſtirpes, ſi agatur de mobilibus hæreditarijs, ſi verò ſint acquiſita, in capita eorum, qui laborauerunt *Cyriac. cont. 392. n. 4. ad 6., Capon. diſcept. 112. n. 42., Caualcan. deciſ. 11. aliàs. 57. nu. 6. & 7. p. 2., Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr. 32. num. 48.*

Si verò agatur de diuiſione frumenti, ſegretum, vini, ac aliorum fructuum recollectorum ex bonis communis ſtipitis, & non acquiſitis ex induſtria laborantium, & tunc illorum dimidia
135 diuiditur in ſtirpes, altera verò dimidia in capita laborantium; at ſi agatur de fructibus perceptis ex bonis per ipſos ſocios acquiſitis, vel conductis, vel ab ijſdem, vti colonis partiarijs retentis, ac cultis, & tunc illi debent diuidi in capita, & pro rata illorum, qui laborarunt benè *Alex. conſ. 99. à n. 2. lib. 2., Anchar. qq. familiar. lia. q. 40. n. 23. & ſeq. Cyriac. contr. 392. n. 7. & ſeq. Capon. dict. diſcept. 112. n. 43. Trombett. de ſocietate cap. 11. n. 36. & 37., Pigant. dict. Rub. 32. n. 49.*, & videatur *Cirocc.* benè loquens *dict. diſcept. 67. n. 66.*

Vndè ſi vnus ex fratribus habeat plures filios, qui laborarunt, & alter non, in diuiſione ratione maiorum operarum impenſarum in cultu-
136 ra bonorum per dictos filios, eorum pater conſequetur maiorem portionem fructuum, benè *Alex. conſ. 99. n. 2. lib. 2., Angel. de Vbald. conſ. 113. in fine, Morcquecch. de bonor. diuiſ. p. 2. cap. 2. n. 32., verſic. vbi inquit*, qui *n. 33.* ſubdit, quod eſt ha-
137 benda ratio maiorum expenſarum factarum in alimentis dictorum filiorum, ſi illæ ſint conſiderabilis valoris ſuper quo videatur *Rot. deciſ. 408. & 503. coram Buratt.*

Quæ forma diuidendi in capita laborantium procedit, ſiue illi, qui laborarunt ſint maſculi,
138 ſiuè fœminæ, ſiuè adoleſcentes, habita tamen ratione, arbitrio boni viri, dandi aliquid plus illis, qui plus, & fortiùs laborarunt *Alex. con. 99. à n. 3. lib. 2., & conſ. 77. lib. 5. Cyriac.* vbi proximè *n. 9. Capon. alleg. diſcept. 112. n. 44. verſ. ſiuè illi, Trombett. de ſociet. cap. 11. n. 27. & ſeq., Coſt. de rat. ratæ q. 48. n. 1. ad 3., Pigant. Rubr. 32. n. 48. verſic. inter operantes, Caualcan. deciſ. 57. n. 10. & 11. p. 2., Cirocc. alleg. diſcept. 67. n. 66. verſic. circà partem, & n. 67.*, vbi reijcit Doctores tenentes, portiones debere eſſe æquales, etiamſi inæqualis ſit induſtria laborantium, ex quo illorum opinio eſt irrationabilis, nam æquum non eſt, vt qui minus laborarunt tantum recipiant ex acquiſitis laborando, quantum illi, qui plus laborarunt, & facit *Soccin. Iun. conſ. 74. nu. 11. & ſeq. lib. 2.*

Quo circa mulieribus, & adoleſcentibus, qui minùs laborarunt, minus dandum eſt, & adole-
140 ſcentes vſque ad duodecimum annum nihil lucrantur vltrà expenſas victus, & veſtitus, *Cirocc. diſcept. 67. n. 3. verſic. minoribus autem, Cyriac. contr. 392. n. 11.*, ab anno verò duodecimo vſque ad de-
141 cimum octauum computantur prò dimidia vnius viri, vel pro duabus partibus ex tribus *Cyriac. ibidem n. 12., Capon. diſcept. 112. n. 43. verſic. vbi dat regulam, Caualcan. deciſ. 57. num. 10. & 11. par. 2.*

At *Cirocc. dict. n. 67.* dicit, quod quandoque
142 adoleſcens, qui ſolum attingit decimum quartum annum debet ratione magnæ induſtriæ habere æqualem portionem cum maioribus, quinimmò, quod quandoque maior vix deberet conſequi expenſas victus ob eius pigritiam, & inertiam, vndè in hoc quid, & quantum adoleſcentes, ac laborantes debeant conſequi pro eorum labore plurimum exuberabit arbitrium Iudicis, ad cuius officium ſpectat diſcernere, quæ & qua-
143 lis omnium laborantium fuerit induſtria in acquirendo, & hoc idem tenent *Alex. conſ. 99. n. 3.*

&

& ſeq., *& conſ.* 133. *n.*1. *lib.* 3., *Siluan. conſ.* 41.
*n.*3., plenè *Anchar.Regien. familiar. qq.lib.*3. *q.*40.
*n.*3. *& ſeq.*

Quinimmò inter ruſticos, ſi paruuli cuſtodie-
runt Animalia communia, tunc vltrà alimenta
144 habita, in diuiſione deberet illis aliquid dari
tanquam mereedula *Aretin.conſ.*48.*n.*7.*Anchar.*
*dict.q.*40.*n.*28.*in fine*, *Cirocc. diſcept.*67.*n.*67.*ver-*
ſic.& ſi eſſemus.

Prout Animalia acquiſita durante colonia,
145 laboritio, ac ſocietate diuiduntur in capita
pro rata laboris, & induſtriæ, vt ſupra *Coſt. de*
*rat. ratæ q.*48.*n.*4.*& ſeq.*

Quæ ſupra firmata ſunt ſuper modo diuidendi
fructus inter ruſticos fratres, ac ſocios veniunt
declaranda, vt prius deducantur ſemen, & ex-
penſæ neceſſariæ factæ in cultura, & fructuum
perceptione extrà operas laborantium, itavt ſe-
men, ac expenſas prædictas conſequatur ille,qui
de ſuo poſuit, & fecit, & ſi ſemen, ac expenſæ de
communi fuerunt erogatæ in communi debent
eedire, & detractis ſemine, & expenſis prædictis,
detrahitur etiam pars bobum, qui laborarunt in
agro, ex quo recollecti fuere fructus, quæ pars
146 bobum eſt dimidia, & altera dimidia debet di-
uidi in capita illorum,qui laborarunt *Alex.conſ.*
99.*n.*2.*verſic.& ità dixit*, *& n.*6. *lib.*2., benè *Sil-*
*uan.conſ.*41.*n.*2., *& ſeq. Cirocc. diſcept.*67. *n.*78.,
*Trombett.de ſociet.c.*11.*n.*38.*&* 61.

Licèt partem bobum non eſſe dimidiam, ſed
147 arbitrariam inſpecto conſueto more Regionis
teneant *Alex.dict.conſ.*99.*lib.*2., *& conſ.* 77. *n.* 1.
*lib.*5., *Aanbar. Regien. qq. familiar. lib.*3. *q.*40.
*n.*25. & hanc eſſe communem opiuionem dicit
*Siluan. dict. conſ.*41.*n.*1.*&* 2. *Cirocc.dict.n.*78.*ver-*
ſic. & dicit.

Vndè iuxtà mores diuerſarum Regionum pro
148 collatico bobum debentur certæ menſuræ fru-
menti *Alex.dict.conſ.*77.*n.*1.*lib.*5.& facit *Crauett.*
*conſ.*145. *à n.*3. *& ſeq.*, qui plenè agit de hoc col-
latico bobum, *Poſt. reſol.*53.*n.*14. *&* 15.

Poſita concluſione, quod etiam minores, &
mulieres prò rata eorum induſtriæ, & laboris
149 lucrantur, & quod in diuiſione illorum, earum
perſonæ in capita fune conſiderandæ ex benè tra-
ditis per *Alex.conſ.* 99. *lib.*2. *Cyriac contron.*392.,
*& Cirocc.diſcept.*67.*n.*67.*& ſeq.*, *& n.*78.*in fine*,
Caualcan.decis. 11.*aliàs* 57.p. 2., non videtur ad-
150 mittenda doctrina *Io.de Amic.conſ.*16.volentis,
acquiſita ex pecudibus emptis per vnum ex fra-
tribus, & ex labore omnium, diuidi debere in
capita inter omnes, exceptis minoribus, cum
quibus non potuit contrahi ſocietas durante mi-
nori ætate, nam talis acquiſitio prouenit ex
promiſcuo labore etiam minorum, qui poſt
ætatem 12.annorum debent conſequi portiones
151 acquiſitorum etiam cum eorum laboribus,pro-
portionabiliter tamen ad eorum induſtriam, &
laborem, vt ſupra arbitrio Iudicis.

Et quando animalia empta fuere per vnum
ex fratribus de proprijs pecunijs (ceſſante ſocie-
tate omnium bonorum) tunc augumentum fa-
152 ctum in animalibus diuiditur, vt dimidia ſpe-
ctet ad fratrem illorum emptorem,quæ attribui-
tur capitali, & alia dimidia ad fratres, qui labo-
rarunt *de Amic.alleg. conſ.*16. *n.*13.

Diuiſio autem bonorum ſtabilium inter ru-
ſticos fratres, vel artifices, ſi agatur de hæredi-
tarijs, prouentibus à communi ſtripite, diuidun-
tur in ſtirpes, & non in capita, & eodem modo
diuiduntur acquiſita ex hæreditariorum bono-
rum fructibus; ſi vero agatur de diuiſione ſtabi-
lium partim acquiſitorum ex bonis hæreditarijs,
& partim opera laborantium, illa pars, quæ fuit
acquiſita ex fructibus bonorum hæreditariorum
153 erit pariter diuidenda in ſtirpes, alia verò ac-
quiſita opera laborantium diuiditur in capita
Alex.conſ. 133. *lib.*2. *Cyriac. contr.* 392. *n.*14. *&*
15. vbi teſtatur de veriori opinione qui reijcit
Borgnin.decis. 11.*alias* 57. *n.*12.*&* 13. *p.* 2., & re-
fert per extenſum ſententiam Senatus Mantuani
prolatam iuxta ab eo ſcripta, & facit *Lancellott.*
Gall.conſ. 57.*n.*5.*&* 6., & ſequitur *Pigant. Rubr.*
32.*n.*52.

Quando verò agitur de diuidendis bonis ſta-
bilibus in totum acquiſitis opera laborantium, &
154 tunc diuiduntur omnia in capita illorum, qui
laborarunt, habita ratione ad maiorem, vel mi-
norem ætatem, ac ad maiorem, vel minorem in-
duſtriam, vt ſuprà fuit firmatum, & probat *Cy-*
riac. dict. conor. 392. *n.*14. *&* 16., & tali caſu por-
tio filiorum acquiritur eorum Patri quoad vſum-
155 fructum, ſed quoad proprietatem ad ipſos ſpe-
ctat,cum dicantur bona aduentitia *Poſt Angel. de*
*Vbald. conſ.*112.*&* 113. *Cephal. conſ.*775. *num.*11.
*& ſeq. lib.*5.

Quid autem dicendum ſit de fructibus perce-
ptis ex bonis dotalibus vxoris vnius ex fratribus,
dic quod ſi fratres ſubſtinuerunt onera matri-
monij in communi, non reſtituuntur, & non di-
uiſi diuiduntur, cum ſpectent conſtante matri-
156 monio ad maritum, qui communiter viuebat
cum alio fratre *Decian. reſponſ.* 85. *num.* 9. *lib.*2.,
*Lancellott. Gall. conſ.*57. *num.* 8. *&* 9., *qui nu. ſeq.*
declarat, quomodò diuidatur pendentes vltimi
157 anni pro rata temporis, quo ſteterunt in com-
munione, & pro reſiduo ſpectent ad vxorem vel
maritum *Borgnin. decis.*11. *aliàs* 57. *num.*21. *p.* 2.,
& ſi fructus bonorum dotalium expenſis commu-
158 nibus collecti fuerint, pro dimidia ſpectant ad
fratres omnes, qui laborarunt in illis colligendis,
& pro alia dimidia ad vxorem, vel maritum pro
rata temporis vt ſuprà *Lancellot. Gall.ibidem n.*11.
& ſeq.

Prout ſi inter fratres, vel ſocios diuidentes ad-
ſit Clericus beneficiatus hic fructus perceptos in
communi, durante communione non repetit à
159 conſocijs, at fratribus,& ſolùm extantes, ac
pendentes de tempore diuiſionis tanquam ſuos
retinet *Alben. conſ.*378. *num.* 6., *Lancellott. Gall.*
*conſ.*57. *n.*18.; quod non credo verùm, ſi adſit ſo-
cietas tacita omnium bonorum, & alij fratres
laborauerunt ſuper bonis beneficij, cum tunc ra-
160 tione laboris debeant participare de fructibus
pro rata temporis, & laboris impenſi iuxtà theo-
ricam ſuprà traditam ſuper modo diuidendi fru-
ctus inter ruſticos fratres, vel ſocios.

Cæterum ſuper modo faciendi diuiſionem in-
161 ter ruſticos fratres, ſi quis plura ſcire cupit,
adeat *Alex. conſ.*99. *&* 133. *lib.*2. *& conſ.*77. *lib.*
5., *Soccin. Iun. conſ.*74. *lib.*2. benè *Siluan. conſ.*41.,
Lancellott. Gall. conſ. 57., latè *Petr. de Vbald. de*
duob. fratrib. p. 4., *Anchar. Region. qq. famil. lib.*
3. *qu.*40., *Cyriac. contr.* 392. *Michalor. de fratrib.*
par.

Digitized by Google

par. 2. cap. 35.; *Cirocc. diſcept. 67. Capon. diſcept.*
112., *Trombett. de ſocietat. cap. 11.*, *Pigant. ad*
Stat. Ferrar. Rubr. 32., *Caualcan. deciſ. 11. alias*
57. par. 2.

In Diuiſione bonotum antè omnia deducun-
tur debita, & ſic dotes, tanquam æs alienum,
162 *Menoch. conſ. 229. n. 1. & 2.*, *Cyriac. contr. 117.*
n. 5. Capon. diſcept. 112. n. 45. in fine Cirocc. diſcept.
67. n. 1. & ſeq.

Cum ex Statuto Vrbis 145. filiæ fœminæ ex-
cludantur à ſucceſſione in bonis patris, exiſtenti-
163 bus maſculis, & ſolùm illis reſeruetur dos de
paragio, & congrua in caſum nuptiarum, onere
iniuncto maſculis interim eas alendi, quæritur,
an tempore diuiſionis poſſint fœminæ petere,
quod pro ipſis deducatur, & ponatur in tuto dos
congrua, danda tempore nuptiarum; ego in
caſu occurrenti, quo hæreditas patris ferè in
totum conſiſtebat in locis montium Cameralibus,
quæ non recipiunt hypothecam, & ſi alienentur
liberè tranſeunt in emptores, cenſui, eſſe vincu-
landa pro dote tot loca montium neceſſaria pro
congrua dote, & interim pro alimentis fœmina-
rum, quoties fratres non dediſſent cautionem de
164 alendo, ac dando dotes in caſum nuptiarum
iuxtà tradita per *Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.*
1. gloſ. 9. n. 9., præciſo vero caſu, quod hæreditas
conſiſtat in locis montium, vel in aliquo nego-
165 cio, quod poſſet de facili perire, ſi agatur de
hæreditate conſiſtente in ſtabilibus, tali caſu ſat
erit, quod fratres in diuiſione ſe obligent ad do-
tandum ſorores, quando nubent, & interim ad
illas alendum.

Sed an debita contracta per vnum ex ſocijs,
debeant imputari ſocietati, & ſolui de communi
aceruo bonorum ſocietatis, vel potiùs ſolui de-
beant de proprio à ſocio, qui illa contraxit, decer-
165 tant Doctores, & quod debeant ſolui de portio-
ne illius, qui illa contraxit, niſi occaſione com-
munis vtilitatis ſocietatis contracta ſint, quod
non præſumitur, ſed debet probari tenent *Bero.*
conſ. 190. lib. 1., *Riminal. Iun. conſ. 366.*, *Menoch.*
conſ. 860., *Cyriac. contron. 147.*, *& contr. 313. vtro-*
bique n. 5., *Capon. diſcept. 112. nu. 13. verſic. immò*
dico ex ſocijs tom. 2.

Sed prædicti D.D. ſunt intelligendi, vel quan-
do agitur de debitis contractis voluntariè ex
cauſa maleficij, vel profundendo, vel ſi agatur de
ſocietate particulari, non autem in ſocietate
166 tacita vniuerſali omnium bonorum, hoc enim
caſu inter ſocios non datur debitum proprium,
ſed tam debita, quàm credita, tam vtilia, quàm
damna ſpectant ad corpus ſocietatis *l. cum duobus*
§. qui dum ſagariam ff. pro ſoc., *Menoch. conſ. 860.*
n. 15. lib. 9., plenè *Rolan. conſ. 91. lib. 1. Non. conſ.*
64.; vndè dos data filiabus vnius ex ſocijs, debet
poni ad damnum ſocietatis, nec in diuiſione de-
bet poni ad debitum proprium fratris, cuius fi-
lia dotata fuit, quando dos durante ſocietate,
ſcientibus, & non contradicentibus fratribus,
167 conſtituta fuit de communi (quicquid contro-
uertant *Riminal. iun. conſ. 366. Lancellott. Gall.*
conſ. 57. n. 24. ad 27., *Bero. conſ. 190. lib. 1.*, *Trom-*
bett. de ſocietat. cap. 8. n. 52. ad 58., qui dicit, quod
poteſt quis reſpondere, ac iudicare pro illa opi-
nione, quæ ſibi magis placet, *& n. 58. verſ. ex his*
vide. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. qu. 16. num. 6.
168 *& infra*) tenent *Dec. conſ. 66.*, qui teſtatur de
communi, *& conſ. 68. Soccin. Sen. conſ. 291. lib. 2.*,
Alber. conſ. 385. n. 7. Ruin. conſ. 104. lib. 1., *Non.*
conſ. 64. Rolan. conſ. 91. per tot. lib. 1., qui contra-
tijs plenè ſatisfacit *Lancellott. Gall. conſ. 57. n. 27.*,
vbi quod hæc opinio eſt æquior, quoties dos con-
ſtituta non ſit nimis exceſſiua, *Bero. conſ. 190. à*
n. 36. lib. 1., & hanc opinionem latè, ac doctè
tuetur *Mantic. de tacit.*, *& ambign. lib. 6. tit. 20. à*
n. 23. & ſeq., *Morquech. de bonor. diuiſ. lib. 2. cap. 2.*
n. 17. & ſeq., *Caren.*, *reſol. 238. num. 5.*, vbi quod
Doctores magis communiter tenent hanc opi-
nionem, & prædicti omnes adamuſſim reſpondent
contrarijs obiectis Doctorum tenentium opinio-
nem, tale dotis debitum cedere damno illius ſo-
cij, qui propriam filiam dotauit.

At fallit concluſio, ſi agatur de ſocietate par-
ticulari, tunc enim dotis onus ſpectans ad pa-
169 trem non imputatur ſocietati, ſed patri *Caren.*
reſol. 238. n. 6. in fine, vbi quod Doctores omnes
vno ore hoc concludunt.

Et quando frater, vel ſocius interuenit in do-
170 tatione filiæ alterius fratris, vel ſocij ex bonis
communibus, tunc nulli dubium eſt, quod ad
ſocietatis damnum cedit dotis debitum *Bero.*
conſ. dict. conſ. 190. lib. 1., *Soccin. Sen. conſ. 291. n.*
7. ad 10. lib. 2. Non. conſ. 64. num. fin., *Mandell.*
Alb. conſ. 12. n. 4.

Vndè ſi contingat, dotem datam ex communi-
bus bonis filiæ vnius ex fratribus, vel ſocijs re-
171 uerti ad domum per obitum dotatæ, illa cede-
re debet in communem ſocietatis, & non in ſo-
lam Patris vtilitatem *Lancellott. Gall. conſ. 57. n.*
24. in fine, *Borgnin. deciſ. 11. aliàs 57. n. 29. p. 1.*

Facta tamen diuiſione ſi agatur de dote non
172 conſtituta durante communione, ſed conſti-
tuenda, quilibet de proprio tenetur dotare pro-
prias filias *Dec. conſ. 68. num. 4.*, *Borgnin. dict. deciſ.*
11. n. 20.

Prout dos habita per vnum ex fratribus in
communione viuentibus, & poſita in vtilitatem
173 ſocietatis, debet reſtitui de communi à ſocieta-
te, quando fit diuiſio, vel eſt locus reſtitutioni
dotis *Pariſ. conſ. 100. num. 21. & 22. lib. 2.*, plenè
Gratian. cap. 904., *Rota deciſ. 9. n. 3. poſt Merlin.*
de Pignor.

Quando verò agitur de debito contracto vel
perſoluto occaſione maleficij patrati ab vno ex
fratribus, vel ſocijs, illud cedit damno illius, qui
patrauit delictum, non autem ſocietatis *l. ſi fra-*
tres 53. §. Socium ff. pro ſoc. plenè *Menoch. conſ.*
860. Decian. reſponſ. 85. n. 12. lib. 2. Cirocc. diſcept.
67. n. 65.

Secùs ſi deliquiſſet pro defenſione bonorum
175 communium, tunc enim imputatur ſocietati
d. l. ſi fratres, *Coſt. de rat. rat. qu. 154. num. 6. & 7.*
Cirocc. dict. n. 65.

Prout non imputatur ſocietati id, quod ſocius
impendidit pro ſoluendo voto ad Sacroſancta li-
mina Apoſtolorum, vel ad Sanctum Sepulcrum
176 in Hyeruſalem, vel ad Sanctum Iacobum in
Compoſtella, cum non concernat vtilitatem ſo-
cietatis, ſed proprium commodum ſocij *Decian.*
reſponſ. 85. n. 13. & 14. lib. 1. Petr. de Vbald. de
duob. fratr. par. princip. 6., *Trombett. de ſocietat.*
cap. 8. num. 38. ad 40., quod intellige ſi agatur de
177 ſocietate particulari, ſecùs ſi de vniuerſali ta-

cita omnium bonorum, in qua omnia lucra, &
damna imputantur ſocietati exceptis lucris ex
turpi queſtu, vel debitis contractis ex cauſa ma-
leficij alterius ex ſocijs, vt arguit *Menoch. conſ.*
860. n.15. ad 17., & hoc præciſè tenet *Trombett.*
dict. cap.8. n.44. ad 46., vbi de expenſis factis pro
178 ſoluendo voto ad ſacram Ædem lauretanam pro
ſanitate recepta per vnum ex ſocijs.

An autem in diuiſione ſit habenda ratio ex-
penſarum factarum per patrem pro ſtudio, Do-
ctoratu, emendis libris, officio, vel dignitate
179 pro aliquo ex filijs, & in huius portionem ſint
imputandæ, prò non imputatione latè concludit
Mandell. Alb. conſ.341. per tot., quoties ex conie-
180 cturis non conſtet, quod pater voluerit fieri im-
putationem, & idem tenent *Gratian. cap 643. &*
Cyriac. contr.470., apud quos videri poteſt, quan-
do conſtet de dictis coniecturis pro imputatione;
Sed ſi per vnum ex fratribus pro ſtudio, docto-
ratu proprij filij, vel emendis libris pro illo fue-
rit impenſum de communi, debere imputari in
181 portionem patris illius filij doctorati, & pro
quo factæ fuere expenſæ poſt *Rolan. à Valle conſ.*
91. n.23. lib.1., tenet *Trombett. de ſocietate cap. 8.*
n. 59. & 60., vbi teſtatur de veriori opinione;
182 licèt priùs *n.15. & ſeq.* contrarium dixerit, &
hæc opinio videtur verior, nam ſtante ſocietate
vniuerſali omnium bonorum omnes expenſæ fa-
ctæ, ac debita contracta per vnum ex ſocijs, ce-
dunt damno ſocietatis, exceptis debitis contra-
ctis ex cauſa maleficij vnius ex ſocijs, vt probant
omnes Doctores ſuprà relati ſuper articulo dotis
conſtitutæ per vnum ex ſocijs propriæ filiæ, du-
rante ſocietate vniuerſali tacita.

In diuiſione tamen non veniunt communican-
183 da acquiſita ex turpi quæſtu per alterum ex
ſocijs *Alex. conſ.177. n.5. verſic. illud ergo lib.5.*,
Menoch. conſ.860. per tot.

Et ſi tempore diuiſionis apparet, aliquem ex
184 ſocijs alienaſſe aliqua bona, in eius portionem
imputabitur dimidia, cùm vltrà illam non po-
tuerit alienare *Cyriac. contr.147. n. fin.*, *Capon. di-*
ſcept.112. n.14.; quod credo verùm ſi agatur de
ſocietate particulari, ſecùs ſi de vniuerſali tacita
omnium bonorum, cum hoc caſu ob promi-
ſcuam, & indiuiſam facultatem ſociorum in alie-
nando, quilibet ex ſocijs poſſit alienare, & pre-
tium præſumitur verſum in communem ſocieta-
185 tis vtilitatem, nec propterea ſocius tenetur, quã-
do agitur de ſocietate omnium bonorum reddere
rationem alteri ſocio vt poſt *Decian. reſponſ. 36.*
n.35. ad 38. lib.1. & ex alijs docet *Sabell. in ſumm.*
diuerſ. litt. S. §. ſocietas 20. n.9. verſ. quod ſtante.

Quando autem inter fratres fit diuiſio, ſi ad-
ſint ſcripturæ, ac inſtrumenta communia indiui-
186 ſibilia debent remanere pænès maiorem natu,
ac digniorem *l. fin. ff. de fid. Inſtrum.*, *Molfeſ. ad*
Conſuetud. Neapol. tom.3. par.17. qu.2. n.5. verſic.
inſtrumenta verò; ſi tamen frater minor ſit di-
187 gnior, quia Doctor, Sacerdos, vel alia digni-
tate præfulgens, tunc in retentione ſcripturarum
præfertur ætate maiori, ſuper quo videantur *An-*
dreol. controuer. 152., *Griuell. decis. Dolan. 146.*,
Koppen. deciſ. German. qu. 7., *Chriſtin. deciſ. Bel-*
gic. 179. tom. 2., *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4.*
gloſ.9. p.2. à n.65.

Et ſi moriatur frater ætate maior, & relinquat
filium minorem, tunc in retentione ſcriptura-
188 rum, quando fit diuiſio præferetur patruus, & ſic
frater ætate minor *dict. Fontanell. n.67.*

Eſt benè verum, quod tali caſu ſcripturæ ſunt
deſcribendæ, & per illum, apud quem remanere
189 debent, eſt præſtanda cautio de illis conſeruan-
dis, & exhibendis fauore alterius fratris, quando
illis egebit *Andreol. controu. 152. num.2.*, *Griuell.*
allegat. deciſ.146. n.4. verſic., ſed quiſquis ille ſit.

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Diuiſio quando facta præſumatur, ex lapſu temporis cum poſſeſſione pro diuiſo, & ex alijs circumſtantijs. Diuiſio ſemel facta, quando iterùm fieri debeat, ſi in prima error, vel dolus, vel læſio irrepſerit, & quæ læſio requiratur ad illam reſcindendam. Diuiſio quis contractus ſit, & quando ex ea debeatur, nec ne euictio. An illa à minore peti poſſit, & cum quibus ſolemnitatibus ab illo fieri debeat: & an aduerſus illam competat minori reſtitutio, & quid ſi ab eo maiore effecto fuerit ratificata. Diuiſio rei Emphyteuticæ quando ſine conſenſu Domini directi fieri poſſit. Quando demùm cenſeatur renunciatum fideicommiſſo per diuiſionem, breuiter, ac remiſſiuè enucleatur.

SVMMARIVM.

190 *Diuiſio non præſumitur, & ideò ab illam allegante eſt probanda.*
191 *Diuiſio poteſt probari etiam ſine ſcriptura.*
192 *Probatur ex coniecturis, & præſumptionibus, & ex ſimplicibus cartulis ſuper illa factis, inuctis alijs adminiculis*
193 *Diuiſio probatur per exactionem creditorum diuiſorum factam ſeparatim, & ex quo bona poſita ſint in cataſtro proprio nomine, & n.194.*
195 *Probatur ex lapſu longiſſimi temporis, & ex quo fuerit reddita inter fratres ratio.*
196 *Diuiſio præſumitur ex longa bonorum ſeparatione, & poſſeſſione pro diuiſo per decem annos inter præſentes, & 20. inter abſentes & n. 197.*
198 *Diuiſio præſumitur ex poſſeſſione ſeparatim per decennium, etiamſi partes poſſederint pro portionibus inæqualibus & n.199.*
200 *Procedit licèt adſit læſio vltrà dimidiam.*
201 *Contrarium ſi adſit læſio vltrà dimidiam.*
220 *Diuiſio ſtante magna inæqualitate non præſumitur ex lapſu longi temporis, ac poſſeſſione diuiſa.*
203 *Inæqualitas in diuiſione non attenditur, ſi facta ſit ad conſeruationem ſplendoris familiæ.*
204 *Diuiſio non præſumitur ex lapſu temporis, quando vnus poſſidet totam rem, & alter ex ea habet certos fructus, & n.205.*
206 *Diuiſio non reſcinditur ex capite non adimplementi.*
207 *Diuiſione ſemel facta, regulariter nouæ diuiſioni non eſt locus.*

208 Diuiſio ſi prætendatur errore, vel dolo, vel cum læſione proceſſiſſe, debet peti illius reſciſſio iudicio ordinario.

209 Diuiſio ſi prætenditur læſiua, non reſcinditur in totum, ſed ſolùm pro eo, quod læſio abſtulit.

210 Diuiſio reſcinditur ex integro, & noua fieri debet, ſi illa nulliter, vel doloſè, vel cum læſione proceſſerit.

211 Diuiſio vt ex capite læſionis reſcindatur, debet læſio eſſe vltrà dimidiam, & n.222.

212 Læſio debet tali caſu iuſtificari per concludentes probationes.

213 Si in diuiſione interuenit dolus, ſufficit qualibet læſio, ad hoc, vt illa debeat reduci ad æqualitatem.

214 Diuiſio erronea, ſiue agatur de errore iuris, ſiue facti, retractatur, non obſtante iuramento, num.215.

216 Diuiſio facta ex certa cauſa, quæ non ſubſiſtit, dicitur emanaſſe per errorem, & vitiatur.

217 Error quod irrepſerit in diuiſione, debet ab allegante probari.

218 In diuiſione ſi vni fuerint aſſignata corpora, vel credita non exiſtentia, debet diuiſio reduci ad æqualitatem.

219 In diuiſione partes debent eſſe æquales in quantitate, & qualitate.

220 Diuiſio facta à patre inter filios, etiam inæqualis ſuſtinetur, dummodò filij non fraudentur legitima.

221 Diuiſio ſi ſit facta à peritis, poterit impugnari, ac retractari ob minimam læſionem.

223 Læſio vltrà dimidiam requiritur in diuiſione extraiudiciali, ſecùs in iudiciali.

224 Valor bonorum diuiſorum ad effectum læſionis attenditur de tempore diuiſionis.

225 Diuiſio quando per errorem, vel fraudem, vel dolum reſcindatur, vide remiſſiuè.

226 Diuiſio facta ad euitanda ſcandala, & per modum prouiſionis ob inæqualitatem iterùm fieri debet.

227 Diuiſio habetur pro emptione, & venditione.

228 Diuiſio eſt ſpecies permutationis.

229 Diuiſio eſt etiam ſpecies tranſactionis, impropriè tamen, & n.230.

231 Diuiſio eſt ſolùm quædam tranſactio quoad exceptionem communionis finitæ.

232 In diuiſione debetur euictio.

233 Euictio in diuiſione debetur cum damnis, & intereſſe, inſpecto valore rei de tempore diuiſionis.

234 Euictio in diuiſione ſi non fuit promiſſa pro ea non datur actio realis contra tertium.

235 Euictio debetur etiam in diuiſione iudiciali facta per Iudicem.

236 Euictio in diuiſione non debetur, ſi ita fuerit conuentum.

237 Euictio in diuiſione non debetur recipienti ſcienter rem alienam, vel ſubiectam fideicommiſſo, ſi expreſsè ſibi de illa non cauerit, & n.238.

239 Euictio hoc caſu quando competat ob magnam inæqualitatem vide Doctores relatos remiſſiuè.

240 Euictio non debetur in diuiſione facta per teſtatorem, niſi culpa hæredis res eſſet euicta.

241 Hæredes non poſſunt recedere à diuiſione, quam fecit teſtator.

242 Euictio in diuiſione facta per teſtatorem debetur, ſi fuerit promiſſa.

243 Euictio quando nec ne debeatur ex contractu diuiſionis, vide Doctores relatos remiſſiuè.

244 Diuiſio inter minores requirit decretum Iudicis, & quare?

245 Etiàm in diuiſione mercium requiritur decretum, ſi perſeueret negocium, ſecùs eo diſſoluto n.246.

247 In diuiſione extraiudiciali à minoribus debent ſeruari ſolemnitates Stat. Vrb. lib.1. cap.151.

248 In diuiſione, quæ fit à minoribus, requiritur iuſta cauſa diuidendi.

249 Minor poteſt prouocare ad diuiſionem, ſi habeat ſocium rixoſum, vel ex communione reportet damnum.

250 Diuiſio tali caſu à minore debet fieri cum tutoris, vel curatoris authoritate.

251 Minor quando prouocatur ad diuiſionem non requiritur decretum Iudicis, & n.253.

252 Minor poteſt agere ad diuiſionem fructuum, non proprietatis.

254 In diuiſione, vti ſpecie alienationis, & permutationis, requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, & n.255., & 256.

257 Intellige in diuiſione extraiudiciali, ſecùs in iudiciali.

258 Diuiſio quando fuit iudicialiter facta, præſumitur petita à maiore, & quod minor fuerit prouocatus.

259 Secùs ſi extraiudicialiter, tunc enim debet probari, quod maior prouocauerit ad diuiſionem.

260 Diuiſio licèt vtilis facta à minore cum tutore illegitimo non ſuſtinetur.

261 Diuiſio facta à minore mediante procuratore cum ſolemnitatibus conſtituto ad ſic, & ſic diuidendum, valet.

262 Diuiſio nulliter facta à minore, dicitur ratificata per illius vſum, & n.263.

264 Contrarium tenent alij, præcipuè ſi non probetur ſcientia explicita nullitatis diuiſionis, & num. 265.

266 Minor, ſi in diuiſione fuit læſus, reſtituitur.

267 Secùs ſi ſuper diuiſione fuerit poſteà tranſactum.

268 Non datur minori reſtitutio, ſi diuiſio facta ſit iuxtà formam Statuti Vrbis.

269 A diuiſione facta per ſortes, ſi inſurgat magna inæqualitas, datur aduersùs illam minori reſtitutio.

270 Intellige ſi læſio ſit magna, & vltrà dimidiam.

271 In diuiſione, quæ fit à muliere requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ.

272 Diuiſio rei emphyteuticæ poteſt fieri ſine conſenſu Domini directi, & quando ſecùs, & n.276.

273 Laudemium domino directo ex tali diuiſione non debetur, & quando ſecùs, & n.274., & 275.

277 Fideicommiſſo purificando regulariter per diuiſionem non cenſetur renunciatum.

278 Fideicommiſſo per diuiſionem quando cenſeatur renunciatum nec ne vide remiſſiuè.

279 Fideicommiſſo licèt per diuiſionem eſſet renunciatum, quando qui venit ad fideicommiſſum iure proprio non eſt hæres diuidentium, tunc diuiſio illi non præiudicat.

280 Diuiſionis materia à quibus Doctoribus tractetur vide remiſſiuè.

CVm diuiſio ſit quid facti, & facta non
190 præſumantur, ideò illa non præſumitur,
ſed debet ab allegante probari, *Lancellott. Gall. conſ.116. n.3. Honded. conſ.59. n.56., & 57. lib.1.*
Gar-

*Gargiar. conſ.62. n.1. lib. 1. Capon. de pact., & ſti-
pulat. quæſt.45. n. 40.*

Nihilominùs, illam fuiſſe factam, poteſt pro-
191 bari etiam ſine ſcriptura *l. non ideò 12. C. famil.
erciſc. l. Inſtrumentis 9. C. de fid. inſtrum. l. ſi maior
4. C. commun. diuid. Rot. deciſ. 799. n. 11. coram
Buratt.*

Et quidem ex præſumptionibus, & coniecturis,
& etiam ex ſimplicibus cartulis, & notulis diui-
192 ſionis factis per partes, vnitis cum alijs admi-
niculis, *Rot. deciſ. 651. n. 2. cum duob. ſeq. coram
Caualer. deciſ.127. n.17., & 18. par.7. recen., &
deciſ.799. coram Buratt.*, vbi quod probatur per
193 exactionem creditorum diuiſorum factam ſe-
paratim, ex appoſitione bonorum diuiſorum in
Catastro ſub proprio nomine, ex teſtibus, & ex
confeſſionibus extraiudicialibus.

Quodque probetur ex deſcriptione bonorum
194 facta in Cataſtro, ſeu regiſtro bonorum videan-
tur *Alex. conſ.92. n.6. lib. 2. Lancellot. Gall. conſ.
106. n.6., & ſeq. Felic. de ſociet. cap.39. num. 23.
Rot. deciſ.799. n.12. coram Buratt.*

Et diuiſio præſumitur ex caſu longiſſimi tem-
poris, & inſimul, quod de tempore diuiſionis
inter fratres fuerit reddita ratio, cum antè diui-
ſionem ſoleat eſſe præambula redditio rationis,
195 nec vnus frater præſumitur diuidere, & dare
ſuam portionem liberam alteri, quando ab hoc
prætendit redditionem rationis, *Gutierez. in l.
nemo poteſt n. 209. verſic. ait prætereà ff. de leg. 1.
Lancellot. Gall. conſ.124. n.7., & ſeq. Capon. de
pact., & ſtipul. quæſt. 45. n. 41. verſic. quæ quidem
coniectura.*

Quodque præſumatur ex longa bonorum, &
196 perſonarum ſeparatione, & poſſeſſione bono-
rum pro diuiſo per decennium inter præſentes,
& viginti inter abſentes *gloſ. in l. penultim. C.
comm. diuidun. Crot. conſ.290. n. 8., & conſ. 409.
n.6., & 7. lib.3. Iaſon. conſ.172. n.9., & 10. lib.4.
Trentacinq. conſ.17. Peregrin. conſ. 94. n. 1. lib. 6.
Honded. conſ.59. n.50. lib. 1. Gargiar. conſ.62. n.2.,*
& plenè *conſ.30. n.84., & ſeq. lib. 2. Paſeth. conſ.
21. n.7. Felic. de ſociet. cap.39. n.11. Ludouic. deciſ.
Lucen.48. n.3. Rot. deciſ. 127. n.19. par.7. recen.*

Cum non ſit veriſimile, quod per tantum tem-
197 pus partes tacuiſſent, & nihil dixiſſent, ſi non
fuiſſent facta diuiſio *Peregr. dict. conſ.94. num. 1.
lib.6. Capon. dict. quæſt.45. n.41.*

Procedit concluſio, licèt partes poſſederint
198 pro portionibus inæqualibus, *Cephal. conſ.396.
n. 14., & ſeq. lib. 3.* aſſerens contrariam opinio-
nem eſſe reprobatam, *& conſ.777. n.14., & infrà
Honded. conſ.59. n.51. lib.1. Eugen. conſ. 68. n. 8.*,
vbi teſtatur de communi *lib.2. Anton. Perez. conſ.
19. n. 6.*, vbi de veriori opinione *Morquech. de
bonor. diuiſ. par.1. cap.14.*, vbi adducit rationem
199 quia de tempore diuiſionis pro recompenſa po-
tuere dari fratri pecunia, vel mobilia ad æquan-
das partes *Gamma deciſ. 146. per tot. Theſaur.
deciſ.205.*

Concluſio procedit etiamſi adſit læſio vltrà
200 dimidiam *Iaſon. conſ. 172. n. 10. verſic. vt pro-
cedat lib.4. Peregrin. conſ.94. n.2. lib.1.*

201 At *Honded. conſ. 59. n. 69., & 70. lib. 1.* dicit
requiri læſionem vltrà dimidiam, ſi agatur de
reſcindenda diuiſione ex capite læſionis, ſecùs ſi
petatur diuiſio, & opponatur illam factam præ-

ſumi ex curſu temporis, hoc enim caſu ex nota-
bili inæqualitate, etiamſi non ſit vltrà dimidiam,
debet præſumi non facta, & deueniri ad diuiſio-
nem, vt benè diſtinguit etiam *Felic. de Societ. cap.
39. n.19., & 20.*

Ex magna quippè inæqualitate, & læſione non
202 præſumitur diuiſio ex longo temporis lapſu
cum poſſeſſione *Crot. conſ. 219. n. 6. lib.2. Surd.
conſ.260. num. 26., & ſeq. lib. 2. Honded. conſ.59.
n.58., & ſeq. lib.1. Lancellott. Gall. conſ.156. n.8.
& 17. Gutier. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. n. 210.
Felic. de Societ. cap.39. n.14., & ſeq.* vbi declarat
contraria, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9.
par. 2. n. 118. tom. 1. Capon. de pact., & ſtipulat.
quæſt. 45. n. 44., & infrà*, qui contrarijs reſpon-
det, *Rot. deciſ. 384. n.6. par.2. recen., & deciſ.153.
n.8. par.8.*

At inæqualitas non eſt conſiderabilis, quando
203 diuiſio emanauit ex cauſa, quæ tendit ad con-
ſeruationem familiæ, ac eius ſplendoris *Rot. dict.
deciſ.153. n.6. par.8. recen.*

Sed præfata concluſio, quod ex temporis diu-
turnitate præſumatur facta diuiſio, procedit ſo-
lùm, quando ambæ partes actualiter aliquid poſ-
ſident ſeparatim, ſecùs verò quando vnus poſſi-
det totam rem communem, & alteri parti certam
204 ratam fructuum correſpondet, tunc enim ex
poſſeſſione licèt longæua non poteſt oriri præ-
ſumptio diuiſionis factæ *Rot. deciſ.2. de præſumpt.
coram Achill. de Graſſ., & deciſ. 327. nu. 3. coram
Amat. Dunozett.*

Nam taciturnitas conſortis non poteſt deſer-
205 uire pro diuiſione præſumenda, ſi cum illa non
concurrat actualis poſſeſſio in aliqua parte ſepa-
rata, *Gutier. in alleg. l. nemo poteſt nu. 213. verſic.
nam in caſu ff. de leg. 1. Anton. Perez. conſ. 19. n.5.
Boer. deciſ. 58. n. 6., & ſeq. Rot. alleg. deciſ. 327.
n.3. in fine coram Amat. Dunoz.*

Diuiſione autem ſemel facta quando retracte-
tur ob non adimplementum, vel quia in illa in-
terceſſerit dolus, fraus, vel error, vel quia ſit
læſiua; dic quod ob non adimplementum con-
ditionum non reſcinditur cum ſit contractus no-
206 minatus, & æquiparetur emptioni, & vendi-
tioni, permutationi, ac tranſactioni ad *text.
in l. ſi cum Patruo 6. C. commun. diuid. Euerhard. Iun.
conſ.9. n.40., & ſeq. lib.2. Decian. reſponſ.39. n.102.
& 103. lib.2. Negnſant. reſponſ.320. n.20.*

Cum regulariter diuiſione ſemel facta non ſit
207 locus nouæ diuiſioni, *l. ſi filia 5. fin., & l. fin.
ff. famil. erciſcun. gloſ. in l. 1. C. eod. Coſt. Sicul.
conſ. 32. n. 4. Aldcriſ. de hæredit. act. cap.6. n.18.,
& 19.*

Et ſi prætenditur læſio vltrà dimidiam, error,
208 vel dolus, debet peti reſciſſio diuiſionis iudi-
cio ordinario, *Mandell. Alb. conſ.214. n.24., &
50. Decian. reſponſ. 15. n. 50., & 51. lib. 1. Coſt.
dict. conſ. 32. num. 5. Mut. ad conſuetud. Panhorm.
cap.56. n.18.*

Nec quando in diuiſione prætenditur læſio
illa reſcinditur in totum, ſed ſolùm quatenùs
209 diuiſio abſtulit, & læſionem intulit *Gozadin. conſ.
44. n.6. Coſt. ibidem n.6.* plenè *Cyriac. contr.514.*

Si tamen in diuiſione interceſſerit læſio enor-
miſſima longè vltrà dimidiam, vel aliàs conſta-
ret de dolo, vel ageretur de diuiſione nulliter
facta inter minores, vel mulieres extraiudiciali-

tet ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, tunc poſſet
210 agi ad nouam diuiſionem ex integro, ex capi-
te nullitatis, cum prima dicatur nulla, nec præ-
ſtet impedimentum Euerbard. Iun. conſ. 11. n. 15.,
& 16. lib. 2. Coſt. Sicul. dict. conſ. 32. n. 12., & 13.
Calà de reſt. in integr. quæſt. 45. n. 48.

Et licet ad effectum reſcindendæ diuiſionis ex
211 capite lœſionis requiratur, quod hæc ſit vltrà
dimidiam Mnt. dict. cap. 56. num. 18. Molfeſ. dict.
par. 17. quæſt. 11. num. 5. Merlin. Pignatell. contr.
forenſ. cap. 57. n. 22. centur. 1. Rot. deciſ. 885. n. 23.,
& 24. coram Amat. Dunozett., & deciſ. 1835. n. 2.,
212 & ſeq. coram Coccin., vbi quod lœſio debet ab
illam allegante iuſtificari per concludentes pro-
bationes.

Nihilominùs ſi in diuiſione interceſſit dolus,
non eſt neceſsè, quod lœſio ſit grauis, ſed dam-
num paſſus, per diuiſionem doloſam debet om-
213 ninò reintegrari ad æqualitatem Rot. deciſ. 885.
n. 24. coram Amat. Dunozett.

Prout ſi in diuiſione interceſſit error, illa re-
tractatur, ſiue agatur de errore Iuris, ſiue facti,
non obſtante etiam iuramento, & decreto Iudi-
214 cis appoſito in inſtrumento diuiſionis, Dec. conſ.
351. n. 4., & ſeq. Eugen. conſ. 7. num. 22., & ſeq.
lib. 2. Molfeſ. dict. quæſt. 11. n. 9. Merlin. Pignatell.
contr. forenſ. cap. 57. n. 7. ad 9. centur. 1. Solorzan.
de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 12. n. 25. plenè Rot.
deciſ. 22. n. 2., & infrà poſt Oleam de Ceſſion. Iur.

Et diuiſio erronea ideò debet retractari, & ad
æqualitatem reduci, quia diuiſio eſt quædam
ratio compoſita inter diuidentes, vndè vti ratio
215 malè compoſita, & erronea debet iterùm fieri,
vt redeat ad æqualitatem, & rectitudinem, Solorz.
de Iure Indiar. dict. cap. 12. num. 26. ad 28. tom. 2.
Gobb. conſult. deciſ. 7. n. 14., & ſeq.

Hinc diuiſio facta ex titulo teſtamenti, vel al-
terius diſpoſitionis, ex quibus res videbatur
communis, ſi poſteà appareat, teſtamentum,
vel aliam diſpoſitionem non adeſſe, vel labo-
rare nullitate, vel aliter rem ſe habere, in diui-
216 ſione dicitur adeſſe error, & propterea vitiatur
ex defectu cauſæ finalis, vt benè firmat Eugen.
conſ. 7. n. 23., & ſeq. lib. 2. Molfeſ. alleg. quæſt. 11.
num. 8.

Quod autem error interceſſerit in diuiſione
317 debet ab illum allegante plenè probari latè Ca-
ball. conſ. 38. per tot. lib. 2.

Si verò vni parti fuerint in diuiſione data
corpora, vel credita non exiſtentia, debet diui-
ſio reduci ad æqualitatem, & qui minus habuit
debet reintegrari ab alia parte, etiamſi ſuper hoc
218 non fuerit in diuiſione facta conuentio, Capon.
diſcept. 112. n. 22. & ſeq., Rot. deciſ. 286. coram
Celſ. & plenè Gobb. conſult. deciſ. 7. ea ratione, quia
217 in diuiſione partes debent eſſe æquales in quã-
titate, & qualitate, l. ſi maior. 4. C. comm. diui-
dun. l. inter C. famil. erciſc., Molfeſ. dict. quæſt. 3.
n. 3. & 4., Solorzan. dict. cap. 12. n. 10. verſ. & hæ
partes Gobb. allegat. conſult. 7. n. 5.

At ſi agatur de diuiſione facta à Patre inter fi-
220 lios, illa ſuſtinetur, licèt contineat inæqua-
litatem, dummodò per illam filij non fraudentur
legitima Eugen. conſ. 68. per tot. lib. 2. Menoch.
conſ. 87. n. 81. & 82. lib. 1.

Eſt tamen aduertendum, quod ſi diuiſio facta
ſit à Iudice, vel ab æſtimatoribus, ac peritis,
poterit ab ea appellari, ſi prætendatur malè fa-
221 cta, & hoc caſu ob lœſionem etiam minimam
retractatur, plenè Calà. de reſtit. in integr. qu. 45.
n. 36. ad 38.

Si autem facta fuit extraiudicialiter hoc caſu
eſt probanda læſio magna, & vltrà dimidiam, vt
222 ſuprà fuit probatum Calà. dict. quæſt. 45. n. 39.
& ſeq.

Hinc reducuntur ad concordiam Doctores
volentes in diuiſione omnimodam æqualitatem,
& quod quomodolibet læſus reſtituatur, ac rein-
tegretur; & alij aſſerentes, ſolum ob lœſionem
grauem, & vltrà dimidiam illam retractari, vt
223 illorum opinio procedat in diuiſione iudicia-
li, à qua fuit appellatum, cum partes dicantur
conſentijſſe in Iudicem, vel peritos tanquam in
viros probos prò habenda æquali diuiſione, vel
ſi error, & dolus in facienda diuiſione interceſ-
ſerit: horum verò ſententia habeat locum in di-
uiſione extraiudicialiter, & voluntariè facta in-
ter ipſas partes, quam non decet retractare, niſi
ob grauem lœſionem, quoties dolus, vel error in
ea facienda non interceſſerit iuxtà concluſiones
ſuprà firmatas.

Quando autem ex capite læſionis prætenditur
diuiſio retractari, tunc attenditur valor bono-
224 rum diuiſorum de tempore factæ diuiſionis,
benè Euerhard. Iun. conſ. 11. n. 17., Rot. deciſ. 1835.
n. 5. coram Coccin. tom. 4.

At generaliter quando diuiſio facta per erro-
rem, vel fraudem retractetur, etiam non obſtante
225 pacto iurato de non contraueniendo, videndi
ſunt Dec. conſ. 408., Soccin. Sen. conſ. 25. lib. 4. Soc-
cin. Iun. conſ. 48. lib. 1., Aldonin. conſ. 90., Buccaferr.
conſ. 62., Gargiar. conſ. 26. & 74., Crauett. conſ.
188., Menoch. conſ. 91., Laurent. à Pinu. conſ. 72.,
& 73. Felic. de Societ. Cap. 40. Cirocc. diſcept. 12.,
Capicc. Latr. conſult. 149. Merlin. Pignatell. contr. fo-
renſ. cap. 57. centur. 1. Capon. diſcept. 112. latè Gobb.
conſult. deciſ. 7., Molfeſ. ad Conſuetudin. Neapol.
p. 17. q. 11. tom. 3., Surd. deciſ. 130. Rot. deciſ. 600.
p. 5. tom. 2. recen., & deciſ. 286. coram Cardin. Celſ.

Vnum tamen aduertè hic, quod quando diui-
ſio facta fuit, ad euitanda ſcandala per modum
226 prouiſionis, & ſine præiudicio ambarum par-
tium, tunc ſi in ea adſit error, & inæqualitas
iterum fieri debet Neguſant. reſponſ. 320. n. 27. &
infrà.

Congruit hic aduertere ad effectum regulan-
di lœſionem, euictionem, & alia plura, quod
diuiſio eſt ſpecies emptionis, & venditionis,
permutationis, ac tranſactionis, vel ſaltem,
quod illis aſſimilatur; & quod habeatur prò
227 emptione & venditione hoc firmant Ruger. conſ.
5. n. 57., & ſeq. Peregrin. conſ. 101. nu. 11. lib. 1.,
Mar. Auguiſ. conſ. 115. n. 7., Aldonin. conſ. 49. n. 21.,
Caball. conſ. deciſ. 145. n. 297. lib. 1., Aldobrand.
conſ. 51. n. 8., & conſ. 63. nu. 11. lib. 1., Trentacinq.
conſ. 17. n. 12. Neguſant. reſponſ. 320. n. 20., Cyriac.
contr. 196. n. 7. & 8. Felic. de ſociet. cap. 39. n. 39.,
& 40. Capon. diſcept. 112. n. 5., & ſeq. Molfeſ. ad
Conſuetud. Neapol. tom. 3. p. 17. q. 1. n. 13., Groſſ. de
minor. Inſpect. 3. q. 24. n. 5., Chriſtin. deciſ. Belgic.
18. n. 1., verſ. vbi diuiſio p. 2., Rot. deciſ. 470. n. 8.
coram Gregor.

Quod autem diuiſio ſit ſpecies permutationis
procedit, ſi bona diuiſa ſint ſine æſtimatione,

ſecùs

228 ſecùs ſi æſtimata ſine, cum hoc caſu habeat
potius ſpeciem venditionis *Molſeſ. alleg. quæſt.1.*
n.14. Borgin.deciſ. 36. n.4.p.1.
229 Et quod diuiſio ſit etiam ſpecies tranſactionis
l. tres fratres ff. de tranſact.Groſſ. alleg. q.24. n.4.
Valleron.de tranſact. cap.7. n.5. Bonden. colluct. le-
gal. 16. n.74. tom.1., Rot. deciſ. 473. n.6. coram
Gregor., & firmatur in Voto Aſſettamenti, de
quo *in rec.p.5. tom.2.deciſ. 497.n.89.*
Eſt tamen impropriè tranſactio, vt benè hoc
230 probat *Enerbard. Inn.conſ.11.n.13.& ſeq. lib.2.,*
& dicitur quaſi tranſactio, & ſolum quoad ex-
ceptionem communionis finitæ dicitur tranſa-
231 ctio, vndè diuiſione facta non eſt locus nouæ
diuiſioni, cum obſtet prima diuiſio ad inſtar
tranſactionis, quæ tollit iura antiqua *dict. Eue-*
rbard.conſ. 9.n. 39. ad 41. lib.2.
Subſequitur quod ſi diuiſio eſt ſpecies emptio-
nis, ac venditionis, vel permutationis, illiſque
232 aſſimilatur, in ea debetur euictio, etiam non
promiſſa *l.ſi familiæ 14. C. famil.erciſc., l. fratres*
7. C.comm. vtriuſque Iudic. Cyriac. plenè *contron.*
196. n.9. & ſeq., & contr. 514.per tot., Amat.Pa-
normit.reſol.77. n.14.& infrà lib.2.,Capon.diſcept.
112.n.8.& 9., Trombett. de ſociet. cap.9. n.30.,&
31., Chriſtin.deciſ. Belgic.179. n.12. & ſeq. vol.2.,
233 vbi quod in illa debetur euictio cum damnis, &
intereſſe inſpecto valore rei de tempore euictio-
nis, non diuiſionis, & ſic etiam cum melio-
ramentis non tamen auctis, & factis ſolo bene-
ficio temporis.
Si tamen euictio non fuit promiſſa datur pro
234 ea ſolùm actio perſonalis, non autem realis con-
trà tertium, ex quo quando non eſt promiſſa,
deficie hypotheca *Cyriac.controu.189.n.7. & ſeq.,*
& controu.200. n.10. ,Capon.dict.diſcept. 112. n.9.
in fine.
Quæ euictio debetur etiam in diuiſione iudi-
235 ciali facta per Iudicem, *l.ſi familiæ 14. C. fa-*
mil. erciſc.Trombett.dict.cap.9. n.32.,Amat. plenè
dict. reſol.77.
Non debeeur tamen in diuiſione euictio, ſi
236 fuerit conuentum expreſsè, quod neuter tenea-
tur de euictione, *Trombett.dict. cap.9. n.33.*
Pariter non debetur, ſi quis ſcienter tecepetie
rem alienam, vel ſubiectam fideicommiſſo, feu-
237 do, vel emphyteuſi latè *Peregrin.conſ.93. lib.1.*
hoc namque caſu ceſſante expreſſa promiſſione
248 euictionis, illam non deberi tenent *Trombett.*
dict.cap.9.n.39., & Anton.de Amat.reſol.77.n.20.
& ſeqq.
Et quando etiam hoc caſu debeatur ob inæ-
239 qualitatem videantur *Menoch. conſ.87.n.86. &*
ſeq., Peregrin. conſ.70.lib.5. & Chriſtin.deciſ. Bel-
gic.179.n.10.lib.2.
Nec debetur euictio in diuiſione facta per te-
240 ſtatorem, niſi culpa cohæredis res eſſet euicta,
Trombett.dict.cap.9.n.35., Alderiſ.de hæredit. act.
p.2.cap.6.n.46., Chriſtin. deciſ. Belgic. 179. n.14.
verſic.ſi vero diuiſio lib.2., ea ratione quia non
poſſunt hæredes recedere ab ea diuiſione, quam
241 fecit Teſtator *l.ſi filia 20. §. ſi Pater, & l. ſi Pa-*
terfamil. 34. ff. famil. erciſc. Vrceol. conſult. forenſ.
cap.27. n.13.
Fallit ſi etiam In hoc caſo expreſsè ſit promiſſa
242 euictio, *Alderiſ. alleg. n.46. in fine*.
Alij caſus, quando nec nè in diuiſione debea-
243 tur euictio videantur plenè apud *Mangil.de*
euict.q.114.116.& 123.,Guzman.eodem tract.q.33.
Cyriac. controu.514.,Amat.reſol.77., Trombett. de
ſociet.cap.9. à n.30.& ſeq.
Tandem ex Statuto noſtro hic in fine habetur,
quod diuiſio peti poſſit etiam per minores, &
pupillos, & pro eis à legitimis perſonis, hoc eſt
ab eorum Tutoribus, & Curatoribus, quo ſtatu-
to ceſſante, de iure, quando inter diuidentes ad-
ſunt minores, diuiſio non poteſt fieri, niſi cum
244 decreto Iudicis, quia illa tali caſu dicitur
voluntaria, & partes debent fieri æquales per
peritos à Iudice nominatos, alias diuiſio non
ſubſiſtit *Coſt. Sicul.conſ. 32. n.20., Montan.de Tu-*
tor. cap.13. n.189. Simoncell. de decret. minor. lib.
2. tit. 4. n.16., vbi reſtatur de communi *Felic.de*
ſociet. cap.39.n.42, Chriſtin.ad leg.Municipal. Mel-
chinen. tit.16. artic. 44. in addit. n. 3. Narbon. de
ætat. verbo Annus vigeſimus quintus quæſt.51.n.2.
verſic.negatiuam verò, Molſeſ. ad conſuetud.Nea-
pol.tom.3.p.17. q.1.n.9.18., & 21.Groſſ.de minor.
inſpect. 3. quæſt.24.n.3. & ſeq. Gobb. conſult.deciſ.
7.n.1., Morquech. de bonor. diuiſ. lib.1.cap.2.n.14.
& ſeq.; & hæc concluſio procedie nedum in di-
245 uiſione ſtabilium, ſed etiam mercium, ac mo-
bilium in negociatione exiſtentium, cum tali ca-
ſu inter immobilia computentur *Felic. de ſociet.*
cap.39.n.43. & 44., qui *n.45.* id limitat diſſoluta
246 ſocietate, & ceſſante cauſa negocij, cum tùnc
conſidererentur tanquam mobilia.
Et in ſpecie, quod in diuiſione extraiudiciali
247 minor debeat ſeruare ſolemnitates ſtatutarias,
& illas *Stat.Vrb. lib.1.cap.151. Rot. deciſ.467. co-*
ram Buratt.
Amplius de iure communi ad hoc vt minor
248 poſſit deuenire ad diuiſionem debet ſubeſſe iu-
ſta cauſa diuidendi *Socin. Iun. conſ.48. n. 4.& 5.*
lib.1. Panciról. conſ. 128. n.15. verſic. nihilominùs
expedit, Chriſtin. alleg. n. 3. verſic. & debet ſu-
beſſe, Morquech. dict. cap. 2. n.15. & 16.
Minor tamen poteſt prouocare ad diuiſionem,
& ad illam debet admitti, ſi habeat ſocium ri-
249 xoſum, vel quando alias ex communione re-
portaret damnum *Paul.de Monte Pic.conſ.66.n.3.*
Pancirol.conſ. 128. n. 14.verſic. veniamus.
Sed tali caſu debet hoc facere cum Tutoris,
250 vel Curatoris authoritate, *Narbon.dict. verbo*
Annus vigeſimus quintus q.51.n.6., & hoc diſponit
expreſsè ſtatutum noſtrum hic.
Quando tamen minor prouocatur ad diui-
251 ſionem, debet eam pati, nec dicitur hoc caſu
voluntariè, ſed neceſſariò alienare *l.ſi pupillorum*
7. in princip., & ibi gloſ. in verbo neceſſaria ff. de
reb. cor. Paul.de Monte Pic. dict. dict. conſ.66.n.3.
in fine, Molſeſ. alleg. qu.1. n. 10. & 18., Cyriac.
cont.147. n.1. Baron.de effect. minor.ætat. effect.33.
n.21. & 23.
Prout minor poteſt ad diuiſionem prouocare,
252 ſi velit ſolum diuidere meram poſſeſſionem, &
commoditatem fructuum, non autem proprieta-
tem, *Michalor.de fratr.cap.38.n.3., Baron.ibidem*
n.24. Felic.de ſociet. cap.39. n.67. in fine.
Et quando minor prouocatur ad diuiſionem
253 non requiritur decretum Iudicis, cum agatur
de diuiſione neceſſaria *l.1. §.communis reſ. ff. de*
reb.cor., Crot.conſ. 198. nu. 4. lib. 2., Coſt. Sicul.
conſ.32.n.20. & ſeq., Montan. de Tutor. & Curat.
cap.

Digitized by Google

cap.33.n.211. Groſſ. de minor.inſpect.3.q.24.n.29.
& ſeq., *Narbon.alleg. q.51.n.4.*, & videatur ple-
nè *Felic. de ſociet.cap.39. n.42. & infrà*.

Hoc declara procedere iu terminis Iuris com-
munis, ſecùs attento *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151.*,
cum decretum Iudicis, ac aliæ ſolemnitates à
dicto Statuto præſcriptæ in contractibus mino-
rum, ac mulierum requirantur in omnibus il-
lis actibus, in quibus minores poſſibiliter lœdi
poſſunt, vndè minor quando prouocatur ad di-
254 uiſionem, cum in ipſo actu diuidendi poſſit lœ-
di, debet propterea ſeruare ſolemnitates ſtatuta-
rias plenè *Groſs. de contract. minor. Inſpect. 3.*
255 *q.24.n.3.& ſeq.*, vbi adducit etiam rationem;
quia diuiſio ex dictis eſt ſpecies permutationis,
tranſactionis, ac emptionis, & venditionis *Baron.*
de effect.minor. ætat. effect. 23., & in puncto *Rot.*
256 *deciſ. 323. n.3. p.3. recen.*, & eſt etiam ſpecies
alienationis, vt poſt alios tenet *Felic. de ſociet.*
cap.39.nu.38., quod intellige ſi procedatur ad
diuiſionem ex prouocatione extraiudiciali, ſe-
257 cùs ſi in forma iudicij illa petatur contrà mi-
norem legitimè citatum cum deputatione Cu-
ratoris ritè illi facta.

Et aduertè, quod quando diuiſio fuit iudicia-
258 liter facta, præſumitur ad prouocationem ma-
ioris peracta, & quod prò minore prouocato Iu-
dex decretum interpoſuerit, *Gabr. conſ.36. n.42.*
*lib.1.*plenè *Coſt. Sienl. conſ.32. n.20. & ſeq.*, *Mol.*
feſ. alleg. quæſt. 1. nu.19. & 20.Felic.de ſociet. cap.
39. n.54.

Si verò facta ſit extraiudicialiter, debet pro
259 illius validitate probari, quod maior prouo-
cauerit ad diuiſionem, *Gabr.alleg.conſ. 36. n.42.*,
Eugen. conſ. 7. n. 12., verſic. quia requiritur lib.2.
dict. Felic. alleg.n.54. verſic. in ſecundo caſu.

Cum Statutum noſtrum hic ſtatuat, quod di-
uiſio à minoribus fieri debeat authoritate perſo-
næ legitimæ, hoc eſt cum illorum Tutoribus,
vel Curatoribus legitimè datis, hinc ſi petita,
260 & facta ſit à Tutore, vel Curatore falſo, & il-
legitimo non ſuſtinetur, etiamſi pupillis ſit eui-
denter vtilis, *Gabr. dict. conſ.36. n.43. lib.1.*, &
facit *Cyriac.contron.558.n.9.tom.4.*

Diuiſio tamen extraiudicialiter facta cum
procuratore à minore conſtituto cum ſolemnita-
tibus ad ſic, & ſic diuidendum, valet, licet in
ipſo actu diuiſionis aliquæ non interuenerint ſo-
lemnitates, cum ſat ſit illarum interuentus in
261 mandato procuræ, ſecùs ſi procurator fuiſſet
generaliter conſtitutus ad faciendam diuiſionem
Ciarlin. plenè *contr.forenſ.cap.118.n.18.& ſeq.lib.*
2., vbi de ratione, *Groſs.de contract. minor.inſpect.*
3.q.24. n.26.ad 28.

Quando verò minor poſt maiorem ætatem
262 vſus eſt diuiſione nulliter facta, illam produ-
cendo, ac exigendo credita in illa ipſi minori aſ-
ſignata, videtur illam ratificaſſe, nec poteſt am-
pliùs dicere de nullitate diuiſionis præclarè *Coſt.*
Sicul. conſ.32. ferè *per tot.*, & faciunt tradita per
Odd. de Reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 25. artic. 6.
n.66., & ſeqq.; & quod ſi minor maior factus poſ-
263 ſederit abſque reclamatione bona diuiſa per
decennium ex tali taciturnitate cenſeatur indu-
cta tacita, ac valida diuiſio ampliùs non retra-
ctabilis *Felic.de Societ.cap.39.n.22.*

264 Sed contrarium tenet *Groſs. de Contract. minor.*
inſpect. 3. quæſt. 24. n. 22. & ſeq., *Ciarlin. contron.*
forenſ.cap.118. nu.15. & ſeq., qui firmant, quod
ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs non poteſt induci
dicta tacita ratificatio per vſum diuiſionis, vel
ſaltem requiritur in ratificante effecto maiore
ſcientia explicita nullitatis contractus diuiſio-
nis, vt millies ſuper *Stat. Vrbis* 151. ad effectum
265 inducendi ratificationem contractus nulli ob
omiſſas ſolemnitates ab eo præſcriptas cenſuit
Rota vt apparet ex deciſionibus per nos relatis in
Annot.ad dict.Stat.151.

De Iure tamen Communi, quando minor in
266 diuiſione fuit læſus, reſtituitur in integrum ple-
nè *Crot.conſ.198. lib.2.*, *Marc Ant. Eugen. conſ.7.*
lib.2., *Chriſtin.ad leg.municipal. Melchinen. tit.16.*
artic.44.n.13.in addit., qui id ampliat, etiamſi di-
uiſio facta eſſet per modum tranſactionis.

Si tamen ſuper diuiſione iam facta inita fuerit
267 tranſactio, tunc non dari reſtitutionem poſt
Dec. conſ.258. tenet *Chriſtin. dict.n.13. verſic. ſecùs*
ſi tranſactio, vbi teſtatur ſic iudicatum.

At ſi diuiſio iudicialiter facta fuit cum legiti-
mo Tutore, vel Curatore iuxtà formam noſtri
ſtatuti hic, non videtur minoribus concedenda
reſtitutio, dum legitimè mediantibus peritis fue-
268 re factæ partes, & poſteà per ſortes ad præſcri-
ptum eiuſdem ſtatuti diſtributæ, cum à iudicio
ſortis minori non detur appellatio, nec reſtitutio,
Mart.conſ.158. n.27. & ſeq. qui benè hoc firmat,
Barr. pract. obſer. centur.2. obſer.11. nu.5., *Capon.*
diſcept.112. n.17. & ſeq., *Caldaſ de Reſt. in integr.*
Minor. in verbo vel Aduerſarij dolo nu.13., & 14.,
Merlin.Pignatell.contr.forenſ.cap.57.nu.27., & 28.
centur.1.

Datur tamen reſtitutio etiam aduersùs diui-
269 ſionem factam per ſortes, ſi adſit magna lœſio,
& inæqualitas, vel in diuiſione partium interceſ-
ſerit error *Matienz. ad leg.Recopill. lib. 5. titul. 11.*
leg.1. gloſ.8. n.4. Pignatell. dict.cap.57.nu.28. in
fine, Gobb. conſult. deciſ.7., & Caldaſ. vbi proximè,
Gizzarell.deciſ.57., quem tamen reprobat, ſed non
benè *Aldcriſ. de Symbolic. contract. tit. 3. capit. 9.*
per tot., & *Gizzarellum* approbat *Pignatell.dict.*
n.28. in fine.

At hoc caſu inæqualitas, & lœſio debet eſſe ma-
270 gna, & vltrà dimidium, vt ſupra fuit firmatum,
& tenent *Cyriac. contr.325.n.24., & 28. Gizzarell.*
deciſ.57.Merlin.Pignatell.contr.forenſ.cap.57.n.22.
Rot.deciſ.42.in fine poſt Oleam de Ceſs.iur.

Quando mulier facit diuiſionem requiruntur
271 pariter ſolemnitates ſtatutariæ requiſitæ in con-
tractibus mulierum *Simon de Petr. conſ. 169. nu.7.*
Felic.de Societ.cap.39.n.75., & 76.

Quæritur an rei emphyteuticæ poſſit fieri diui-
ſio irrequiſito domino, affirmatiuè reſponden-
dum ex clara diſpoſitione *Stat.Vrb.lib.1.cap.103.*
272 ex quo talis diuiſio eſt alienatio neceſſaria *Rot.*
deciſ.544. par. 2. recen.

Et ex tali diuiſione rei emphyteuticæ, ſiue
273 vnuſquiſque recipiat partem ſuam, ſiue tan-
quam indiuiſibilis vni conſorti aſſignetur, alteri
refuſo pretio, non debetur laudemium *Gabr. conſ.*
84. lib.1. Molſeſ. ad Conſuet.Neapol.tom.3. par.17.
quæſt.11. n.2., *Mut. ad Conſuet. Panhorm. cap. 56.*
n.1. Capon. diſcept.112. n.52., & 53., *Morquech.*
de bonor. diuiſ. par.1. cap.6. n.64., & 65., *Amod. à*
Ponte de Laudem. quæſt.25. per tot., *Fontanell. de*

Pact.

Pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.par.2.n.70., & infrà tom.1. & deciſ.280.n.2.12., & ſeq.

Fallit, quando res emphyteutica diuiſibilis to-
ta aſſignatur vni ex conſortibus alteri refuſo
pretio, cùm tunc non dicatur diuiſio neceſſaria,
274 ſed voluntaria, & ſic debetur laudemium tan-
quam noua aſſignatio facta nouo domino *Bur-
ſatt. conſ.181.num.8. & ſeq. lib.2.*, *Surd. conſ.308.
n.19. Morquech.* vbi proximè *n.66., & 67.*, *Gabr.
dict.conſ.84.*fœrè *per tot.lib.1.,Fontanell. deciſ.280.
nu.13.*, & in his terminis eſt intelligendus *Aldo-*
275 *brand.conſ.47.lib.2.*,& videantur de materia *Ful-
gin de Re emphyteut. de alienat. quæſt. 1. num. 200.
ad 206. Pinher.de Cenſ.. & Emphyteuſ. 2. p. diſp.4.
ſect.5. §.8. n.66.*

Et quando nec nè emphyteuſis poſſit diuidi
irrequiſito domino inter vocatos, ſi inter eos ad-
276 ſit, vel non adſit ius accreſcendi, vide vltrà ſu-
pradictos *Fulgin., Pinher., Fontanell., & Gabriel.,
Capon. diſcept.112.n.52., & ſeq. Rot. deciſ.50., &
ibi Adden. coram Buratt.*, *& deciſ.143., & 544.
par.2.recen.*

Quæritur demùm an per diuiſionem cenſeatur
renunciatum fideicommiſſo, quod adeſt ſuper re-
bus diuiſis, reſpondetur, quod non ſi agatur de
fideicommiſſo reciproco non purificato, ſed futu-
277 ro,& ſub certa conditione purificandu,quamuis
de illo diuidentes notitiam habuerint *l.cum Pa-
ter, §.hæreditatem il 2. ff. de leg.2.* plenè *Rot. deciſ.*
624. *par.2. recen., & deciſ.86.n.3. par.4 tom.2. de-
ciſ.272. par.10., deciſ.89. coram Buratt., deciſ.413.
n.11. & ſeq. coram Cerro, & in Spoletana Bonorum
8.Ianuarij, & 8.Iunij 1682.coram Pauluccio.*

Et quando dicatur per diuiſionem renuncia-
278 tum fideicommiſſo videantur *Curt.Sen.conſ.63.,
Non. conſ.41., Cephal. conſ.253. Menoch. conſ.87.,
Pariſ.conſ.71.lib.3. Natt.conſ.40.& 41., Marcam-
br. conſ.66. Honded. conſ.33.lib.2. Giouagnon.conſ.*
100. *lib.1. Cyriac. controu.283., Peregrin. de Fidei-
comm. art.52., Fuſar. de Subſtit. quæſt.593., Ludo-
uic. deciſ. Peruſ 19. Bonden. collect.17.* latè *tom.2.,
Barz. deciſ.96., Rot. deciſ. 89. coram Buratt. deciſ.
413.coram Cerro, deciſ.376. coram Celſ., deciſ.158.
coram Bich., deciſ.624. par.2., deciſ.86. par.4. to.2.,
deciſ.352. par.9., & deciſ.174. par.13. recen., Ro-
mana Succeſſionis de Comitibus 26. Iunij 1647., &
26 Iunij 1648. coram Ghislerio, Sauonen. Fideicom-
miſſi 23. Februarij, & 1. Iulij 1682. coram Vrſino,
eadem 12. Februarij 1683. coram Rondinino, & in
Spoletana Bonorum 8. Ianuarij, & 8.Iunij 1682. co-
ram Pauluccio*, & à dictis Doctoribus, & deciſio-
nibus habebis caſus, in quibus per diuiſionem
cenſetur renunciatum fideicommiſſo, nec nè.

Vnum tamen hic non eſt omittendum, quod
licèt eſſemus in caſu, in quo fuiſſet renunciatum
fideicommiſſo, adhuc ſi agens ad fideicommiſ-
ſum non ſit hæres diuidentium, ſed veniat ad fi-
deicommiſſum ex propria perſona vocatus, tunc
279 diuiſio illi non præiudicat *Odd.conſ.49.n.9., Rot.
deciſ.250. n.6. coram Merlin., deciſ.272. num.20.,
verſic. denique par.10. recen., Reatina Fideicommiſſi
17. Maij 1640. §.nec per diuiſionem, verſ. & in om-
nem caſum coram Albergato.*

Cœterùm ſuper materia diuiſionis quomodò
280 fiat, & de quibus rebus, & quando nec nè re-
ſcindatur, & de alijs concernentibus diuiſionem
videantur *tit. ff. & C. famil. erciſc., & commun.di-
uid., Alex.conſ.99.,& 133.lib.2., & conſ.77.lib.5.,
Siluan. conſ.41., Pariſ. conſ.100. lib. 2. Soccin Iun.
conſ.74. lib.2., Cephal. conſ.775., Lancellott. Gallia*
plenè *conſ.57., Decian. reſponſ.85. lib.2. Ger.Spin.
conſ.88., Crauett. conſ.159., Menoch.conſ.860., Coſt.
Sicul. conſ.32., Neguſant. reſponſ. 320., Cirocc. di-
ſcept.67., Cyriac. controu.392., Gratian. cap.160.,
Felic. de Societ. cap.15. 39., & 40., Ioſeph de Roſa
conſult.8. per tot., Merlin. Pignatell. controu.forenſ.
cap.57. centur.1., Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 4.
gloſ.9. par.2., Michalor. de fratrib. par.3. cap. 38.,
Petr. de Vbald. de duob. fratrib. Arias de Meſa var.
reſol. lib.3. cap.28. Cald. de Reſt.in integr. quæſt.45.,
Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. de Succeſs., Rubr.7.
§.5. fol. mihi 962., Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol.
tom.3. par.17. quæſt.1., & ſeq., Nepit. ad Conſuet.
Catan. tit.24. de Diuiſ. Bonor., Muta ad Conſuetud.
Panhorm. cap.56., Giurb. ad Conſuetud.Meſſan. c.1.
gloſ.9., Chriſtin. ad leg. Municipal. Melchinen. ti-
tul.16. artic.44., & 45., Pigant. ad Stat.Ferr.Rubr.
32., Conciol. ad Stat. Engub. lib.2. Rubr.67., & ibi
Romaguer. Bottin. ad Stat.Genu.lib.4.cap.4., Brill.
ad Conſuetud. Neapol. tit.28. cap.1., Tuſc. concluſ.
521. ad 543. litt.D, Maſcard. concluſ.526., Carocc.
de Locat. & Conduct. par.4. tit. de Paleis n.38., &
ſeq, Baron. de effect. minor. ætat. effect. 33., Groſs.
de Contract. minor. inſpect.3. quæſt.24., Sabell. in
Summ. diuerſ. litt. D. verbo Diuiſio §. 22., Alderiſ.
de hæredit. act. par.2. cap.6., Capon. diſcept. 112.*,
plenè *Borguin. deciſ.11. alids 57. par.2. Gratian. de-
ciſ.190., Carocc. deciſ., ſeu caſu 135., Chriſtin.deciſ.
Belgic.179., & ſeq. vol.2., Capicc. Latr. deciſ.28.,
Galganett., & Fenzon. ad hoc Stat. 101.*

De itinere, actuque priuatis, necnon & via publica. CAP.CV.

NVllus ædificet, conſtruat, aut quicquam aliud quoquomodò faciat, aut apponat in aliqua via publica, vel communi, ſeu vicinali, aut in ponte publico, vel priuato, per quod vſus ipſius loci impediatur, & qui contrafecerit viam, & locum ipſum ſuis ſumptibus liberare, & in priſtinum reſtituere teneatur, & pœnæ nomine Fiſco aureos quinquaginta perſoluat. Viæ autem vicinales in ruſticis prædijs debeant eſſe palmorum decem ad menſuram Senatus, niſi aliud ſit expreſſum.

P R Æ L V D I V M.

RVbrica huius Statuti eſt generalior nigro, dum illa concepta eſt: *De itinere, actuque priuatis, nec non & via publica*, & poſteà in nigro ſolùm decernitur, quod in via publica, vel communi, vel vicinali, ponte publico, vel priuato non poſſit aliquid apponi, per quod vſus illorum impediatur, & ſimul determinatur in illo menſura viarum vicinalium in prædijs ruſticis; ego verò ad ornatum huius Rubricæ Statuti plura obſeruare

uare ſtatui, tam circa contenta in illo, quàm circa alia eum illo connexa, & vt clara methodo perſtringantur, in tres articulos materiam diuidam.

In primo agetur de vijs publicis, & priuatis, ac vicinalibus, quæ illæ ſint, & in quibus differant, & ſub cuius iuriſdictione ſint viæ publicæ.

In ſecundo demonſtrabitur, qui teneantur, & cogi poſſint ad refectionem, ac expurgationem Viarum, Pontium, & Fontium, & à quibus fiat coactio, & an ſuper vijs tam publicis, quàm priuatis poſſit ædificari, vel aliquid proijci.

In tertio demùm an viæ publicæ, ac priuatæ poſſint præſcribi, & an poſſint à Principe tolli, & ſimul plura ponentur de Ædilibus, ac Magiſtris Viarum, eorumque officio.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Via publica quæ ſit, & quando ſit Conſularis, ac Regia, vel via ſimpliciter publica, & de vtriuſque differentijs; & quæ dicantur viæ vicinales, vel priuatæ. Viarum publicarum latitudo quæ ſit, & ſub cuius iuriſdictione illæ exiſtant.

SVMMARIVM.

1 *Via publica, quæ ſit deſcribitur.*
2 *Viæ publicæ antiquitùs intrà Vrbem ſilice, extrà Vrbem glarea conſtruebantur.*
3 *Viæ publicæ intrà Vrbem etiam hodie ſilicibus conſtruuntur.*
4 *Via publica vt ſit, requiritur, quod ſolùm ſit publicum, quod publicè per eam eatur, & quod ducat ad Ciuitatem, vel alium locum publicum.*
5 *Via publica, vt ſit, debent concurrere copulatiuè dicta tria requiſita.*
6 *Via publica dicitur etiam ſi pro tali fuerit habita, ac vſitata per tempus immemorabile, & num. 7. & 11.*
8 *Via publica ex acceſſu probatur talis, ſi habeat initium à via publica, & terminet in aliam viam, vel locum publicum.*
9 *Via ſi habeat exitum in aliquam curtim, viam, vel locum priuatum, non dicitur publica, ſed priuata.*
10 *Via non dicitur publica ex hoc, quod publicè per eam eatur, ſed requiruntur alia relata ſupra num. 4. & 6.*
12 *Via ſemper remanet priuata, ſi conſtat de principio aperitionis illius vti priuatæ.*
13 *Via non probatur publica ex enunciatiua in aliquo inſtrumento.*
14 *Enunciatiua viæ publicæ multò minùs probat, illam eſſe talem, ſi ex acceſſu, vel alio modo appareat, non eſſe publicam.*
15 *Via non probatur publica ex teſtibus non deponentibus eum ratione, nec ſcientibus diſtinguere viam publicam à vicinali.*
16 *Via in dubio præſumitur publica.*
17 *Contrarium tenent alij.*
18 *Diſtinctione conciliantur opiniones, & vtraque admittitur, & num. 19. & 20.*
21 *Via ſi non conſtat de tempore conſtructionis, ſi per eam ab immemorabili tempore omnes tranſierunt, præſumitur publica.*
22 *Via publica conſtituta in ſolo publico ſemper remanet talis, licèt diruta, at publica ex immemorabili requirit vſum in actu in vim publici vſus.*
23 *Via publica non eſt, ſi priuati in illa habeant arbores, vel pergulam.*
24 *Pariter ſi aliquando à priuatis fuit clauſa.*
25 *Viæ publicæ Conſulares, ſeu Prætoriæ ſunt verè publicæ, & quales hæ ſint.*
26 *Viæ publicæ Conſulares propriæ ſunt de regalibus Principis, & hic debet illas tenere ſecuras.*
27 *Viæ priuatæ ex priuatorum bonorum collatione ſunt conſtitutæ, & pro priuatis perſonis deſeruiunt.*
28 *Viæ priuatæ ſunt propriè illorum, in quorum prædijs exiſtunt, & poſſunt ab eorum dominis mutari, & deuaſtari.*
29 *Viæ vicinales fiunt ex collatione agrorum vicinorum, & ſunt in Vico, vel ad Vicos ducunt.*
30 *Viæ vicinales ducentes ad Vicos euadunt publicæ, ſi ab immemorabili habitæ ſint pro publicis.*
31 *Viæ vicinales ſi ſint ab omnibus viatoribus frequentatæ habentur pro publicis ad effectum, vt in illis graſſantes, non gaudeant Immunitate Eccleſiaſtica.*
32 *Via vicinalis, & priuata dicitur, ſi incipiat à via publica, & terminet in locum priuatum.*
33 *Via priuata dicitur, ſi ad Vicos ducit, & abſque alio exitu intermoritur, & num. 35.*
34 *Pariter ſi per illam ſolis vicinis datur acceſſus.*
36 *Viæ priuatæ interſecantes prædia vicinorum, nec riui priuati tollunt retractum iure vicinitatis, & num. 37.*
37 *Secùs eſt in via publica intermedia, quæ impedit retractum, & num. 38.*
39 *Via priuata venit in venditione fundi, ac in illius menſura vti pars fundi.*
40 *Secùs in via publica, quæ non venit in venditione, nec eſt menſuranda.*
41 *Via publica poſtquàm ingreſſa eſt Plateam, vel Vicos Ciuitatis, vel Oppidi, non dicitur ampliùs talis.*
42 *Secùs ſi via vlterius progrediatur.*
43 *Via publica eſt in porrectum, ſeu directum octo pedum, & in anfractum, hoc eſt vbi via obliquatur, ſexdecim pedum.*
44 *Intellige in via publica conſtituta de publico, ſecùs in via publica ex ſola immemorabili, in qua tantæ latitudo non requiritur.*
45 *Via non poteſt dici publica, ſi ſit ita anguſta, vt per illam nec currus, nec vehiculum ire poſſit.*
46 *Viæ publicæ Conſulares, ac Militares ſunt impropriè de regalibus Principis, cùm illæ, quoad vſum, ſicut littus maris, ſint omnium.*
47 *Viæ publicæ ſunt de regalibus Principis quoad illarum protectionem, & defenſionem.*
48 *Viæ publicæ non Conſulares, ſed Vrbicæ non ſunt de regalibus Principis ſed ſpectant ad Ciuitatem, in qua ſunt.*
49 *Viæ publicæ Vrbicæ poſſunt per Ciuitatem, in qua ſunt, alienari.*

50 *Alie-*

Digitized by Google

50 *Alienatio viarum publicarum à Ciuitate non poteſt fieri ſine ſolemnitatibus, & licentia Principis.*
51 *Referuntur contrarium tenentes.*
52 *Prima opinio eſt communis.*
53 *Viarum publicarum alienatio ſi fieri conſueuit ſine ſolemnitatibus, & licentia Principis, talis conſuetudo erit attendenda.*
54 *Ciuitas poteſt alienare viam publicam Vrbicam, ſi deſeruiat tantùm ipſi, & eius Populo.*
55 *Ciuitas ſubdita vias publicas extrà Ciuitatem non poteſt alienare ſine licentia Principis.*
56 *Viarum publicarum Conſularium cura in Vrbe, & Diſtrictu reſidet penès Ædiles, ac Magiſtros Viarum.*
57 *Ædilium munus in Vrbe iam extinctum reſtituit Martinus V.*
58 *Viæ publicæ non Conſulares factæ ab Vniuerſitatibus, vel Baronibus, ſunt ſub cura Baronum, & Vniuerſitatum, & ab illis reficiuntur, & n. 60.*
59 *Barones tamen in Diſtrictu Vrbis circa vias publicas Conſulares non habent iuriſdictionem.*
60 *Magiſtri Viarum Vrbis non ſe ingerunt in Diſtrictu circa vias publicas non Conſulares, cum illarum cura ſpectet ad Barones, vel Communitates, & num. 61.*
62 *Delictorum patratorum in vijs publicis per derobationes, ac craſſationes cognitio ſpectat cumulatiuè ad Barones.*
63 *Et quomodò in illis procedat Princeps ſupremus.*

VIa publica dicitur, cuius ſolum publicum eſt relictum, & directum certis finibus latitudi-
1 nis ab eo, qui ius publicandi habuerit, vt per
eas publicè eatur *l. 2. §. viam, & §. in loco verſic. viæ autem publica ff. ne quid in loc. public., Alex. conſ. 177. n. 6. lib. 6., Burſatt. conſ. 409. n. 1. & 2. lib. 4. Bertazzol. conſ. 470. num. 3. lib. 2., Gramatic. conſ. ciuil. 132. n. 4., Menoch. conſ. 448. n. 8. & 9., Staiban. reſol. forenſ. 65. n. 1. ad 6. p. 1., Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 7. n. 268. Surd. deciſ. 42. n. 3. & 4. Antonell. conſ. 95. n. 3. & 4. centur. 1. Brugiott. in prax. Viar. & Flumin. cap. 5. n. 5., & prius cap. 1. à n. 53.* poſt hæc ſcripta viſus.

Et tales viæ publicæ antiquitùs intrà Vrbem ſilice, ſeù lapidibus, extrà Vrbem glarea, hoc
2 eſt arena mixta paruis lapidibus, conſtruebantur,
vt aduertit *Borell. de Regis Catholic. præſtant.*
3 *cap. 7. n. 9.*, & etiam hodie intrà Vrbem Viæ ſilice
conficiuntur, vndè Italico idiomate, quando viæ reficiuntur, dicitur *rifare le Selciate.*

Vt autem via dicatur publica tria exiguntur; primo, quod publicè per eam eatur; Secundo quod ſolum ſit publicum, vel emptum ære publico, directum ab eo, qui ius publicandi habuit; tertio demum, quod ducat ad Ciuitatem, Villam,
4 vel alium locum publicum *l. fin. ff. de loc. & itiner. public.*, benè *Io. de Amic. conſ. 1. n. 27., Bertazzol. conſ. 470. n. 3. & ſeq., & conſ. 471. n. 14. lib. 2., Riminald. Iun. conſ. 382. n. 52. & ſeq. Menoch. conſ. 449. n. 13., Palm. conſ. 59. n. 11., Paitell. expedit. ciuil. 57. n. 8. in annot. Brugiott. in prax. Viar. & Flumin. cap. 6. n. 3. & prius cap. 1. n. 53. & ſeqq. Syxtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. n. 21. & 22., Ripoll. eodem tract. cap. 40. n. 9., Pacichell. de diſtant. cap. 6. membr. 9. nu. 2. in fine, Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 136. n. 4., Staiban. dict. reſol. 65. n. 6.*, qui di-
5 cit, quod dicta tria requiſita debent copulatiuè
concurrere, *Barz. deciſ. Bonon. 156. n. 9. Rot. deciſ. 638. n. 8. & 9. coram Cerr.*

Dicitur etiam via publica, ſi pro tali fuerit ha-
6 bita, reputata, ac vſitata per tantum tempus,
cuius initij memoria non extet *Alex. conſ. 177. n. 6. & infrà lib. 6., Siluan. conſ. 60., Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. num. 17., & ſub n. 28. verſic. ſed contrarium eſt verius. Afflict. de Iure Prothomis., §. eſt autem n. 3. fol. mihi 236.*, vbi quod ex tempore
7 immemorabili via priuata eſt ex collatione bo-
norum priuatorum constructa euadit publica, ſi non titulo ſeruituris, ſed vti viæ publicæ vſus interceſſerit, *Sola ad Conſt. Sabaud. tit. de Reparat., & manuten., Viar. gloſ. vnica n. 4., Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ. 137. n. 4., Barz. deciſ. 156. à num. 2., Capicc. latr. conſult. 64. n. 19. 25. & ſeq, Paccichell. de Diſtant. cap. 6. membr. 9. n. 3., verſic. hinc etiam. Surd. deciſ. 42. n. 15.*

Et viam eſſe publicam oſtenditur ad euidentiam, ſi ex acceſſu apparet, illam habere initium
8 à via publica, & terminare in aliam viam publi-
cam, vel in alium locum publicum *l. 2. §. viarum, & §. ſeq. ff. ne quid in loco publ. & l. vltima ff. de loco & itiner. publ., Riminal. Iun. conſ. 382. n. 12. vol. 4., Becc. conſ. 15. n. 2. lib. 1. Ludouic. Bell. conſ. 98. n. 1. Tondut. reſol. ciuil. lib. 2. cap. 133. nu. 10. Paitell. exped. 67. n. 7., Staiban. reſol. 65. n. 2. p. 1., Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 3. par. 12. qu. 10. n. 11., Montan. de Regal. verbo viæ publicæ num. 1. fol. 52., Card. de Luc. de ſeruit. diſc. 24. num. 3., diſcurſ. 69. n. 7. & de Regal. diſcurſ. 137. n. 2., Surd. deciſ. 42. n. 3., Cortiad. deciſ. Cathalon. 107. num. 26., Rot. deciſ. 631. n. 5. coram Caualer., & deciſ. 287. n. 6. p. 9. recen.*

Quo circà ſi non habeat exitum in aliam viam, vel locum publicum, ſed terminetur in loca pri-
9 uata, tunc non dicitur via publica, ſed potiùs
Curtis, ac via vicinalis; & priuata pro vſu, & commoditate dominorum prædiorum adiacentium *l. 2. §. Viarum verſic. vicinales, & §. priuatæ ff. ne quid in loco public., l. 3. ff. de vijs, & itiner. priuat., Staiban. reſolut. 65. num. 1. par. 1., Card. de Luc. dict. diſcur. 24. n. 4.*

Ad hoc autem vt via dicatur publica, non ſufficit, quod per eam publicè eatur, etiamſi totus mundus per eam iter, nec quod teſtes dicant
10 publicè per illam fuiſſe itum, etiam per longum
tempus, ſed requiruntur alia ad eſſentiam viæ publicæ neceſſaria ſuprà relata *Io. de Amic. conſ. 1. n. 27. Bertazzol. conſ. 470. n. 3. ad 9., & conſ. 471. n. 14. & ſeq. lib. 2. Palma Sen. conſ. 59. n. 13. & 14., Ladercb. conſ. 124. n. 54., Burſatt. conſ. 335. num. 26. Menoch. conſ. 449. n. 13. Antonell. inn. conſ. 95. n. 12. ad 15., Sola ad Conſt. Saband. tit. de Reparat., & manut. viar. gloſs. vnic. n. 8., Paccichell. de diſtant. membr. 9. n. 2. Surd. deciſ. 42. num. 4., Barz. deciſ. 156. n. 8., Cornazzan. deciſ. Lucen. 52. n. 1. & 2., Cenſal. deciſ. Lucen. 69. n. 18.*

Vel requiritur probatio, quod omnes per eam
11 iuerint ſine hominis prohibitione, & inſimul,
quod non extet memoria conſtructionis viæ, *l. final. ff. de locis & itiner. public. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 3. n. 17. verſic. vicinales & n. 28. verſic. ſed contrarium Alex. conſ. 177. n. 6. & 7. lib. 6. Bertazzol. conſ. 470. n. 6., & conſ. 471. n. 16. lib. 2. Rot. deciſ. 838. n. 9. coram Cerr.*

At ſi conſtat de principio aperitionis cum titulo

Digitized by Google

12 tulo viæ priuatæ, hæc ſemper remanet priuata
plenè Thor. in Compend. decif. pat. 3. Sect. 3. verb.
via vicinalis fol. 409. & 410. tom. 5.
Nec probatur, quod via ſit publica ex Inſtru-
mento facto cum vicino mentionem faciente de
via publica, & quod via in tali ſundo ſit publi-
ca, ex quo tale Inſtrumentum, & contractus in
13 eo celebratus ſunt inter diuerſas perſonas, & quia
enunciatiua viç publicç eſt prolata propter aliud,
& ſic ab illa non reſultat aliqua diſpoſitio benè
Grammatic. conſ. 122. n. 1. & 2., quem ſequitur Ber-
tazzol. conſ. 471. n. 7. lib. 2.
Quæ enunciatiua viæ publicæ emiſſa in Inſtru-
mento multominùs debet attendi, ſi ex teſtibus,
14 acceſſu, vel alio modo appareat, viam non eſſe
publicam, plenè Riminal. Iun. conſ. 382. n. 33. &
infrà lib. 4., Antonell. iun. conſ. 95. n. 21.
Nec per teſtes probatur, quod via ſit publica,
15 ſi interrogati neſciant diſcernere viam publicam
à vicinali, & ſi non reddant rationem, quod pu-
blicè per eam eatur Palm. ſen. conſ. 59., n. 11. verſic.
huiuſmodi autem Barz. deciſ. 156. n. 8.
At ſi dubium ſit an via ſit publica, vel vicina-
lis, ac priuata, in tali dubio præſumendum eſt,
16 eſſe publicam Riminal. iun. conſ. 431. n. 21. & 22.
lib. 4., Maſcard. de probat concluſ. 1006. nu. 1., Con-
ciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. Rubr. 17. n. 2., Capice.
Latr. conſult. 64. n. 24., & 25. lib. 1. Monach. deciſ.
Bonon. 3. n. 8., Cortiad. deciſ. 107. num. 30. Cenſal.
deciſ. Lucen. 69. n. 14., Rot. deciſ. 631. n. 4. coram
Caualer.
17 Sed contrarium tenent Bertazzol. conſ. 471. n. 16.
lib. 2., Ladereh. conſ. 124. nu. 6., qui reijcit dictum
Riminaldum, Palma Sen. conſ. 59. n. 18. Barz. deciſ.
156. nu. 1. & ſeqq., vnde prætendens quod via ſit
publica, debet hoc concludenter probare, alias
Reus abſoluitur Hyer. Palm. conſ. 59. n. 2., Barz.
dict. deciſ. 156. n. 3. & ſeqq.
At vtraque opinio fœdere diſtinctionis admit-
ti poteſt, vt prima procedat, quoties non extet
18 memoria, quod via à principio conſtituta ſit ſu-
per prædijs priuatorum, & ſuper ea ſemper om-
nes tranſierint tanquàm ſuper via publica, ſecun-
da verò habeat locum, quando conſtat, quod ex
adiacentibus prædijs priuatorum fuit conſtituta,
Cardin. de Luc. de ſeruitut. diſc. 69. n. 4.
19 Paccichell. verò de Diſtant. cap. 6. membr. 9. n. 3.
conciliat dictas opiniones contrarias alia di-
ſtinctione, quod aut via incipit, & terminat in
publicum, & præſumitur publica, & contrarium
prætendens debet ipſe probare, aut introitum
habet à loco priuato, & interlmitur in prædijs
priuatorum, & præſumitur priuata, & hoc idem
20 videtur placere Card. de Luc. de Regal. diſc. 136.
num. 18.
Quæ conciliationes licèt placeant, nihilominùs
aduertè, quod Doctores refutantes primam opi-
nionem fundantur ex quo ſcribentes pro illa alle-
gati ſe fundant in Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd.
cap. 3. n. 28., & Cæpoll. dicit ſolùm, quod ſi extat
memoria, quod via fuerit constructa ex fundis
vicinorum ſit priuata, non autem quod ſi non ex-
tet talis memoria, ſit publica, at quoties non
21 conſtat, quod via ſit conſtituta ex prædijs pri-
uatorum adiacentibus, ſed ab immemorabili
tempore publicè ab omnibus per illam itum
fuit, nec conſtat à quibus, & ex quibus bonis
fuit conſtituta, tunc debet præſumi publica plenè
Thor. in compend. deciſ. tom. 5. par. 3. Sect. 3. ver-
ſic. via vicinalis col. 2. circa med. fol. 409.
Vertitur autem differentia inter viam publi-
cam conſtitutam in ſolo publico ab eo, qui ius
conſtituendi habet, & viam publicam, quæ exi-
ſtit in fundis priuatorum, & quæ ſolùm publica
facta eſt ab immemorabili, quod in prima ſpecie
viæ publicæ, licèt per illam non eatur, vel quia
diruta ſit, vel ſpinis repleta, vel alio modo red-
dita ſit impracticabilis, adhuc poſſit à quolibet
de populo refici, & continuari illius vſus, cum
ſemper de ſua primordiali natura ſit apta nata
ad vſum publicum, in alia verò ſpecie viæ publicç
in ſolo priuato, ſolum tali ex immemorabili,
22 requiritur vſus publicus in eſſe, ſeu actu, à tanto
tempore cuius non extet memoria hominum in
contrarium, & quidem quod homines vſi fuerint
non iure ſeruitutis, ſed titulo publici vſus Af-
flict. de Iure protbom. §. 9. n. 5. verſic. ſi verò ſolum,
benè Molfeſ. alleg. qu. 10. n. 6. verſ. materia priua-
ta & n. 8. & 9. 12. & 13. tom. 3.
Quod via ſit publica excluditur, ex quo quis
23 in illa habeat proprias arbores, vel pergulam, Rot.
deciſ. 61. n. 6. p. 17. recen.
Pariter ex quo certo anni tempore vicini illam
24 clauſerunt, cum via publica nullo tempore poſſit
impediri, vel claudi Menoch. conſ. 448. num. 14. &
15., & conſ. 449. n. 12.
Viæ autem publicæ, de quibus ſuprà actum fuit,
aliæ ſunt Militares, Conſulares, ſeù Prætoriæ,
ſic dictæ à Conſulibus, vel Prætoribus, quibus
25 vel Authoribus, vel Curatoribus apectæ ſunt
Baſilicon. dictæ, de quibus plenè, ac eruditè Bo-
rell. de Regis Catthol. præſtant. cap. 7., Cardin. de
Luc. de Regal. diſc. 136. num. 14. §. Baſilica, & hæ
ſunt verè, & propriè viæ publicæ, vt ſunt via
Hoſtienſis, Portuenſis, Appia, Latina, Flaminia,
& ſimiles, & de dictis Vijs publicis Conſularibus
plenè agit etiam referendo illarum authores, & à
quibus ſtratæ ſint, & ad que loca ducant Brugiott.
in epitom. & prax. Viar., & Flumin. cap. 5. n. 12.
ad 70.
Aliæ verò habentes requiſita vt ſuprà neceſſa-
ria pro via publica, licèt & ipſæ ſint publicæ, ni-
hilominus ſolùm præfatæ viæ publicæ militares,
& Conſulares ſpeciali quodam iure ſunt de Rega-
libus Principis, & ſub illius ſpeciali protectione,
ac defenſione exiſtunt, dum illas tutas à latro-
26 nibus retinere ſpectat ad Principem Supremum,
ex quo à Mercatoribus, & Viatoribus dictas vias
peragrantibus percipit gabellas, & à tali ſecuri-
tate Princeps retrahit fructum, nàm illa poſita
Mercatores cum mercibus confluunt frequentiùs,
& Regnum in diuitijs creſcit, ac prouentus Do-
hanarum augentur Montan. de Regal. §. via publi-
cæ n. 2. & ſeq., & ſequitur Hodiern. ad Surd. deciſ.
42. num. 3.
Viæ autem priuatæ ſunt, quæ ex priuatorum
27 bonorum collatione ſunt conſtitutæ, & pro pri-
uatis tantùm deſeruiunt l. Prætor. ait §. Viarum ff.
ne quid in loc. public., Molfeſ. alleg. qu. 10. num. 16.
Surd. plenè deciſ. 42. ferè per tot., & ſignanter nu.
16., Rot. deciſ. 61. num. 5. par. 17. recen. Brugiott. in
Epitom., ac prax. Viar. & Flumin. cap. 1. num. 17.,
& ſeqq.
Et differunt à vijs publicis, & vicinalibus, ex

28 quo viæ priuatæ ſunt propriæ illorum, in quorum
prædijs exiſtunt *dict. l. Prætor ait. Staiban. reſol.*
65. n. 11. ad 13., vbi quod poſſunt propterea ea-
rum domini illas mutare, & ſuper eiſdem opus
facere.

Viæ verò vicinales dicuntur, quæ fiunt ex col-
29 latione agrorum vicinorum, & quæ ſunt in Vico
vel ad Vicos ducunt *l. 2. §. vicinales ff. ne quid in*
loc. public., *Antonell. conſ. 95. num. 5.*, *Ciarlin. contr.*
90. n. 15. Molfeſ. dict. qu. 10. n. 17., *Paitell. exped.*
Ciuil. 67. n. 8., *Staiban. reſol. 65. num. 7.*, *Viu. deciſ.*
488. n. 2. verſic. vicinalis verò, Barz. deciſ. 156. n.
20., *Surd. deciſ. 42. n. 15. & 16.*; at ſi tales viæ vi-
cinales ducentes ad vicos, & ex prædijs priuato-
30 rum conſtitutæ ab immemorabili habitæ fuerunt
pro publicis, tunc publicæ euadunt vt ſuprà fuit
probatum *n. 6.* & latè oſtendit *Thor. in Compend.*
deciſ. tom. 5. p. 3. Sect. 3. §. Via vicinalis circà med.
col. 2. fol. 409.

Etſi in talibus vijs vicinalibus frequentatis ha-
bitis pro publicis viatores derobentur, ac obſi-
deantur, derobantes, ac graſſantes non gaudeant
31 Immunitate Eccleſiaſtica ex textu ſatis claro *in*
cap. inter alia de Immun. Eccleſ. ibi -- *qui dum iti-*
nera frequentata, vel ſtratas publicas obſident, &
plenè probat *Cortiad. deciſ. Cathalon. 107. n. 29. &*
ſeq. quibus verbis præciſis vtitur *Conſt. 7. Gregorij*
XIV. 3. Bullar. nou. tom. 2., de quo alias interro-
gatus antequàm hec ſcriberem, ſic pro veritate
reſpondidi.

Et via vicinalis, ac priuata dicitur ſi inci-
32 piat à via publica, & terminent in locum priua-
tum *Antonell. iun. conſ. 95. n. 24. Capicc. Latr. conſult.*
64. n. 17. & 18., vbi quod ad Vicos ducit, vel
33 abſque alio exitu intermoritur, *Surd. deciſ. 42.*
n. 14., & quæ ſolis vicinis deſeruit, & alijs per
34 eam non datur acceſſus *Molfeſ. alleg. q. 10. n. 19.*
Bertazzol. conſ. 471. n. 15. in fine lib. 2., vbi quod
35 via priuata intermoritur in agris.

Dicunturque viæ vicinales, ac priuatæ pars
36 prædiorum adiacentium *Io. de Amic. conſ. 81. n. 10.*
Bertazzol. conſ. 470. n. 4. lib. 2.

Quod eſt adeò verùm, vt per illas interſecan-
37 tes prædia vicinorum, non tollatur ius congrui,
ac retractus, prout nec per Riuum priuatum, *Lan-*
cellot. Gall. conſ. 41. n. 11. & 12., vbi quod via
publica impedit ius congrui ſecùs via vicinalis
Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 69. n. 1., *& ſeq.*, ple-
nè *Molfeſ. dict. q. 10. n. 30. & ſeq.*, vbi quod dictæ
viæ nedum ſunt communes inter vicinos, ſed qui-
libet eorum in illis dicitur habere partem; &
38 ſolùm via publica ſeparat coherentiam inter vi-
cinos agros, ob quam competit ius congrui *ad*
leg. 4. §. hoc iudicium, & l. ſeq. ff. fin. regund., *Pac-*
cichll. de diſtant. cap. 6. membr. 9. n. 4. Rot. deciſ. 58.
n. 25. coram Ninot. & latius dictum fuit infrà *ad*
ſtatut. 110. n. artic. 3. n. 129. & ſeq.

Prout via priuata venit in venditione fundi,
39 & eſt menſuranda vti illius pars *Pacion. de locat.*
& conduct. cap. 84. n. 89., *& 90. Surd. deciſ. 42. n. 17.*
verſic. Senatus, *& n. 18. Caball. conſ. 139. à nu. 10.*
tom. 2.

Quod ſecus eſt in via publica, quæ non venit
40 in venditione, nec eſt menſuranda *littora l. vbi*
Bartol. & Bald. ff. de contrah. empt. Riminald. iun.
con. 382. n. 68. vol. 4., *Bertazzol. conſ. 470. n. 19. lib.*
2., *Caball. conſ. deciſ. 139. n. 10. & ſeq. tom. 2.*

Notandum tamen eſt, quod via publica, poſt-
quam ingreſſa eſt Plateam, vel Vicos Ciuita-
41 tis, vel Oppidi, non dicitur amplius via publi-
ca, quia moritur, ſed Platea, vel Vicus *Cardin.*
de Luc. de Regal. diſcurſ. 135. n. 4., *Cortiad. deciſ. Ca-*
thalon. 107. n. 28. Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 2. n. 99.,
& p. 3. cap. 5. à n. 21. Rouit. ſuper Pragmat. Regn.
pragmat. 5. Necquid in loco pub. n. 9. fol. 481.

At ſi via vlterius progrediatur vltrà Plateam,
42 & appareat, viam progredientem eſſe eamdem,
tunc non moritur in Platea, nec euadit Platea
Cardin. de Luc. dict. diſcurſ 135. n. 4. verſic. verum
hac doctrina.

Latitudo autem viæ publicæ eſt in porrectum,
43 ſeù directum octo pedum, & in anfractum, hoc
eſt, vbi via obliquatur, ſexdecim pedum, ne
currus obuiam ſe impedire poſſint *l. 1. §. Viarum*
ff. ne quid in loc. publ., *l. qui Sella 7. §. qui actum*,
& l. via 23. ff. de Seruit. Ruſt. præd. Paccichell. de Di-
ſtant. cap. 6. membr. 9. n. 8. Rot. deciſ. 402. n. 10. &
11. p. 16. recen.

Attamen, quando via publica non eſt talis,
quia conſtituta de publico ab eo, qui ius publi-
candi habet, ſed eſt ſolum publica per immemo-
rabilem, hoc caſu non eſt opus tali latitudine
44 viæ à legibus præſcripta, dum illa in hac via non
eſt neceſſaria, ſed voluntaria *Molfeſ. alleg. qu. 10.*
n. 6., ſed ſat eſt, quod caput quodlibet illius
correſpondeat in viam publicam, vel locum pu-
blicum *Afflict. de Iure Prothomiſ. §. 9. n. 4.*

Si tamen via ſit adeo anguſta, vt per eam nec
45 currus, nec vehiculum ire poſſit, non erit via
publica, nec talis poterit propriè appellari,
Sola ad conſt. Saband. tit. de Reparat., *& manut. via-*
rum gloſ. vnica n. 11. verſic. quandoque tamen, Pac-
cichell. allegat. membr. 9. n. 8., *Viuius deciſ. 488. n. 5.*

Licèt ex dictis viæ publicæ, militares, ſeu
Conſulares ſint de Regalibus Principis, non ſunt
tamen rigoroſè ſub illius dominio, & proprieta-
46 te, ſicut cætera regalia, ex quo viæ publicæ om-
nium quoad vſum ſunt, ſicut littus Maris, *Rouit.*
conſ. 58. n. 2. Ludouic. Bell. conſ. 97. n. 3., *Montan. de*
Regal. §. Viæ publicæ n. 1. plenè *Negùſant reſponſ.*
465. n. 72. & ſeq. vbi quando Communitates poſ-
ſint ſuper illis diſponere, & ſtatuere; & ſunt
47 tantum de Regalibus Principis, quoad illarum
protectionem, & defenſionem, vt per *Montan.*
ibid. Modiern. ad Surd. deciſ. 42. nu. 4. Capiblan. de
Baron. Pragm. 8. p. 2. n. 47. & 48., *de Roſa conſult.*
forenſ. 1. n. 17.

Aliæ verò publicæ non militares, ſeù Conſu-
48 lares, ſed Vrbicæ, non ſunt de regalibus Prin-
cipis, ſed ſpectant ad Ciuitatem in qua ſunt,
Monach. deciſ. Bonon. 3. n. 1. & alij apud *Ioſeph. de*
Roſa conſult. forenſ. 2. n. 3. & 4. & Zaul. poſt hæc
ſcripta in lucē æditus *ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 5.*
Rubr. 35. n. 2.; vnde poſſunt per illam alienari,
49 *Bertazzol. conſ. 393. in addit. litt. B. lib. 2.*, *Becc. conſ.*
15. n. 5. 15. & infrà, qui firmat, talem alienatio-
nem poſſe fieri à Ciuitate etiam abſque Princi-
pis licentia, ſequitur *Ioſeph. de Roſa conſult. forenſ.*
1. n. 7., *& ſeq. & n. 13. & infra.*

Cæterum, quod non poſſint per Ciuitatem ta-
50 les viæ alienari ſine ſolemnitatibus, & non ſer-
uata forma, de qua *in l. ſi quæ hæreditaria 3. C.*
de vendeu. reb. Ciuit. lib. 10. poſt *Luc. de Penn. in l. 1.*
52 *C. de diuerſ. præd. Vrban. & ruſtic.* tenet *Pecch. de*

ſeruit.tom.2. tap.8. q.29.n.14. ad 18.;At *Becc.dict.*
*conſ.*15.*n.*15.*, & ſeq.* renet primam opinionem
eſſe communem, & ab ea in iudicando non eſſe
recedendum, & plures prò ea cumulat, & illam
ſequitur *dict.de Roſ. n.*8.*& infrà*,qui diluit contra
ria, & teſtatur in fine,fuiſſe deciſum iuxtà eius
ſcripta.

Et quando ſuper tali opinione caderet dubium, ſi
ſolitũ ſit perCiuiratem fieri conceſſionem viæ,vel
ſitus publici abſque licentia Principis, ac alijs
ſolemnitatibus illa attendenda eſt, plenè poſt
alios *de Roſ. dict. conſult.*1.*n.*19.*& ſeq.*

55 At *Luc.de Penn.in dict. leg.*1.*n.*5.*C. de diuerſ.*
*præd. vrban. & ruſtic. lib.*10. hoc admittit, ſi via
alienanda deſeruiat tantum Populo, ac Ciuitati
alienanti, ſecus ſi alijs *Barr.contr.forenſ.*11.*n.*11.

Et amplius declacatur, quod poſſit Ciuiras
ſubdita alienare vias publicas intus Ciuitatem,
55 non vero illas extrà Ciuitatem, quæ ſunt de
Regalibus Principis *Becc.conſ.*15.*n.*5.,*Cancer.var.*
*reſol. p.*2.*cap.*2.*n.* 99.*dict. de Roſa n.* 13.*& ſeq.*,
*Tondut.reſol. ciuil.part.*2.*cap.*133.*n.*11., & 12.

Huiuſmodi Viæ Conſulares, ſeù Regiæ in Vr-
be, ac eius diſtrictu ſunt ſunt ſub iuriſdictione,
& Cura Ædilium, qui Magiſtri Viarum nuncu-
pantur, & ad ipſos ſpectat curare, vt viæ refi-
ciantur, complanentur, ab immunditijs pur-
56 gentur,& ne quid in illas in ſalubre,& mali odo-
ris proijciatur, nec in iiſdem ædificetur *ex textu*
in l ædiles ff. de vis pub.Borell.dict. dict.cap. 7.*n.*10.
*& infrà,Maſtrill.de Magiſtrat.lib.*3.*cap.* 10.*n.*276.
ad 278., *Fragoſ.de Regim.Reip.p.*1.*lib.*7.*diſput.*21.
*n.*9., *Coneiol. ad Stat.Engub. lib.*5. *Rubr.*24. *n.* 3.
57 quod munus Ædilium in Vrbe aboletum reſti-
tuit Magiſtcis Viarum Martinus V. eius *Conſt.* 9.
*Bullar. nou.tom.*1.; & Gregorius XIII. ampliauit
eius *Conſtit.*22.*Bullar.nou.tom.*2., vt aduertit *Car-*
din.de Luc. de Regalib. diſc. 136.*n.*5., & ad quæ
extendatur circà vias eorum Iuridictio,dicam in-
frà hic *artic.*3..

Aliæ verò viæ publicæ prò vſu publico conſti-
tutæ à principio, vel quæ ſunt tales ab immemo-
rabili, ſev non ſunt Conſulares, factæ à Baroni-
58 bus, vel Ciuitatibus, ac Caſtris in eorum ter-
ritorijs ſunt ſub iuriſdictione eorumdem Baro-
num, Ciuitatum, & Oppidorum, ac ab illis re-
ficiuntur idem *de Luc.dict. diſc.*135.*n.*5.*& ſeq.Io-*
ſeph. de Roſ. videndus *conſult. forenſ.*1.*n.*5.*& ſeq.*

In Viarum tamen Conſularium, & Regiarum
59 refectione Barones non habent iùriſdictionem in
diſtrictu Almæ Vrbis *Cardin. de Luc. de Regal.di-*
ſcurſ. 97.*nu.*3. ſecùs ſi agatur de refectione alia-
rum viarum publicarum, non Conſularium, cum
60 harum cura non ſpectet ad Ædiles, & Magiſtros
Viarum, ſed ad ipſos Barones *Cardin.de Luc.de*
61 *Regal.diſcurſ.*136.*n.*6., vbi teſtatur de inconcuſ-
ſa, & notoria obſeruantia, & idem firmat in
Ciuitatibus, & Communitatibus.

Quo circa ſi in vijs publicis committantur de-
licta, & craſſationes, procedunt in punitione
cumulatiuè etiam Barones, ſi habeant in terri-
62 torio Baronali iuriſdictionem cum conceſſione
meri, & mixti Imperij *Montan.de Regal.*5.*Viæ pu-*
*blicæ n.*7., vbi quod ralis diſtinctio viarum pu-
blicarum procedit ſolùm quoad iuriſdictionem,
ac ius illas reficiendi, non quoad cognitionem
delictorum, ac illorum punitionem, & ſubdit,
quod Barones quoad cognitionem delictorum
extrà derobationes, & craſſationes patratas in
vijs publicis,habent iuriſdictionem priuatiuam
*Cancer. var. reſol. p.*2, *cap.*2. *n.*96. *verſic hinc ap-*
63 *paret.*, qui dicit, quod ratione iniuriæ ſpecia-
lis illatæ Regi, qui habet ſpecialem protectio-
nem viarum publicarum, idem auocare poteſt in
vim ſuarum Regaliarum cauſas delictorum pa-
tratorum in vijs publicis *& n.*97.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Refectio, ac expurgatio Pontium, ac Fontium ad quos ſpectet: & ab onere refectionis an Eccleſiæ, Clerici, vel alij ſint exempti, & ad refectionem quando teneantur, per quos fiat coactio, plenè dilucidatur. Et an ſuper Vijs tàm publicis, quàm priuatis poſſit aliquid ſuperædificari, fieri, immitti, ac proijci, per quod viarum vſus impediatur.

SVMMARIVM.

64 *Super via publica non poteſt aliquod priuatum opus fieri.*

65 *Fallit ſtante permiſſione Principis, Statuti, vel conſuetudinis.*

69 *Pons ſuper via publica fieri non poteſt.*

67 *Procedit etiam in via publica ſolum tali ex immemorabili.*

68 *Via publica non poteſt à priuato claudi, nec deuaſtari ſine licentia Principis, & n.*72.

69 *Fallit cum licentia Principis, vel Ciuitatis prò conſtruenda, vel amplianda Eccleſia, vel loco pio.*

70 *Via publica poteſt claudi fauore Religionis, & decoris Vrbis.*

71 *Via publica non poteſt occupari ſine licentia Principis, licet hoc nemini eſſet nociuum.*

73 *Via publica ſine licentia Principis non poteſt mutari de vno loco ad alium, ſecùs cum licentia obtenta etiam lite pendente, & n.*74.

75 *Viæ publicæ mutatio quoad locum tenet, ſi fuerit longo tempore approbata per tranſitum in via noua.*

76 *In via publica non licet retinere fimum, morticinia, nec paleas, & n.* 77.*de praxi Vrbis.*

78 *Nec licet in via publica retinere glaream, hoc eſt arenam ſine licentia.*

79 *In via publica non poteſt aliquid fieri, per quod illa fiat deterior,vel impediatur eius vſus.*

80 *Viam publicam deuaſtans punitur ſaltem pæna pecuniaria.*

81 *Tenetur vlterius viam in priſtinum ſtatum reſtituere, ac ad omne intereſſe etiam expenſarum pro acceſſu Iudicis, & n.*82.

83 *Pæna pecuniaria quinquaginta aureorum imponitur per ſtatutum hic deuaſtanti viam.*

84 *Pæna à ſtatuto inflicta contrà deuaſtantem viam non procedit, non probata qualitate viæ publicæ.*

85 *Ad*

Digitized by Google

85 Ad viæ deuaſtatæ, vel occupatæ reſtitutionem in priſtinum, quilibet de Populo poteſt agere.

86 Impedimentum factum in via debet tolli via iuris per interdictum, ne quid in loco publico non autem de facto.

87 Statutum Vrbis, hic loquitur circà pœnam, & refectionem etiam de via communi, vel vicinali, vel ponte etiam priuato.

88 Via vicinalis pluribus communis non poteſt impediri ponendo in illa raſtrum.

89 In viam ac curtim priuatam licet per modicum tempus domino domus proycere immunditias.

90 Cęmenta in via antè ædes Vicini neceſſaria pro refectione licet ponere.

91 Viarum refectio, ſpectat ad quemlibet antè domum ſuam.

92 Procedit etiamſi agatur de refectione domus in Burgis Ciuitatis.

93 Procedit etiam in expurgatione viarum à ſordibus.

94 Viarum refectio extrà Ciuitatem, vel Oppidum fit per contributionem, non pro valore prædiorum adiacentium, ſed iuxtà illorum latitudinem.

95 Refectionem viæ quilibet etiam forenſis facere debet antè domum ſuam,

96 Ad expenſas refectionis viæ non tenentur, qui ea non vtuntur, & ex illa nullam reportant commodum.

97 Nec tenentur habens propè viam bona nullos reddentes fructus.

98 Nec tenentur Communitates ad refectionem Viæ, vel Pontis, ex quibus ſolum in conſequentiam ſentiunt commodum, ſed reficit Communitas, in cuius loco ſunt, at refertur contraria opinio.

99 Ad refectionem Viarum publicarum in diſtrictu Vrbis per 40. milliaria tenentur Barones, ac Vniuerſitates in eorum territorijs.

100 Viam deuaſtatam culpa alicuius tenetur culpoſus reficere, ſed hoc exiſtente non ſoluendo tenentur vicini.

101 Ab onere refectionis viarum publicarum nemo excuſatur ſub prætextu cuiuſuis dignitatis, & priuilegij, etiam ob numerum 12. liberorum, & n. 111.

102 Ad refectionem viarum publicarum tenetur etiam Domus Auguſta Principis.

103 Ad illam tenentur etiam Camerarius, Theſaurarius, & Camerales.

104 Tenentur ad illam etiam Clerici, Eccleſiæ, & Loca pia.

105 Non tenentur tamen ad tale onus Regulares nihil temporale poſſidentes.

106 Clerici, Eccleſiaſtici, Eccleſiæ, ac loca Pia coguntur ad contribuendum à Iudice Eccleſiaſtico, & num. 107.

108 Ad refectionem Viarum in Vrbe Clerici Eccleſiæ, ac loca Pia coguntur à Cardinali Camerario, & Laici ab eodem, ac à Magiſtris Viarum.

109 Viarum refectio Romæ ſi facta intimatione non fiat, deputati à Tribunali Viarum illas reficiunt.

110 A refectione viarum non excuſat quoduis priuilegium, niſi ſit ſpecialiſſimum eximens à tali refectione.

111 A refectione viarum non eximit priuilegium ob numerum duodecim filiorum.

112 Viarum refectio eſt onus locatoris non conductoris.

113 Conductor ſi cogatur ad refectionem viæ, expenſas pro illa factas compenſat cum penſionibus domus.

114 Conductor tenetur ad tale onus refectionis, ſi in inſtrumento locationis illud in ſe aſſumpſit.

115 Pactum, quod conductor teneatur ad refectionem viæ vti contrà ius ſtrictè eſt interpretandum fauore locatoris.

116 Contrarium eſt verius, quia tale onus videtur aſſumptum in partem penſionis domus.

117 Conductor ad longum tempus tenetur ipſe ad refectionem viæ.

118 Pariter emphyteuta.

119 Ad refectionem viæ tenetur vſufructuarius, non proprietarius.

120 Etiamſi ageretur de expenſa magna, dummodò per illam vſusfructus non reddatur inutilis toto tempore.

121 Tenetur proprietarius pro rata, ſi expenſæ refectionis longa tempore ſint duraturæ.

122 Ad refectionem viæ pro rebus dotalibus vxoris tenetur maritus.

123 Refectio Pontium, & Fontium regulatur cum diſpoſitis à iure ſuper refectione viarum, & num. 124.

125 Pontes, & fontes ſi ſpectent ad vniuerſam Ciuitatem, & oppidum omnes Ciues tenentur, ſi verò ad vnum vicinatum, tenentur ſolùm illi talis vicinatus.

126 A Pontium publicorum refectione nemo excuſatur.

127 In expenſis viarum, pontium, & fontium etiam quoad expurgationem, intrant regulæ refectionis eorundem.

128 Appellatio non datur à decreto ſuper refectione viæ, vel pontis.

129 Decretum ſuper refectione viarum, & pontium mandatur executioni, etiam ſi appellatio admiſſa ſit cum clauſula ſi & in quantum.

130 Via publica penitùs collapſa, ſi in eodem loco refici non poſſit tenetur vicinus aliam viam præſtare ſuper ſuo fundo.

131 Pretium vicino debet tali caſu præſtari iuxtà æſtimationem.

132 Pretium debet ſolui ſolùm pro via priuata, non pro publica, cum fiſcus pro illa aperienda nihil ſoluat, & n. 135., & 136.

133 Contrarium quod etiam Princeps, & fiſcus debeat ſoluere pretium terreni ablati domino pro aperitione nouæ viæ publicæ, & n. 134.

134 Viatoribus via publica redacta impracticabili ob lutum, non poteſt impediri tranſitus temporaliter per fundum vicinum.

135 Via tamen, ſi perpetuò ſit deuaſtata, debet alia fieri in fundo vicino, ſoluto tamen pretio.

136 Viam nouam petens ſuper bonis vicini, ex quo antiqua ſit deuaſtata debet hoc obtinere in ſitu minùs damnoſo, & ſimul ſoluere pretium.

137 Viam ſi quis poſſit habere tranſeundo aliundè, non poteſt cogere vicinum ad vendendum ſitum pro via.

138 Procedit licèt via, qua vti poteſt, eſſet longior, & afferret incommodum, & n. 139.

64 IN via publica ex ſtatuto hìc, & idem ſancitum eſt de iure, non poteſt aliquod opus fieri ſine licentia Principis, vel Magiſtratus *l. 1., & 2.*

Digitized by Google

& 2. ff. ne quid in loc. publ. Barz. deciſ.156. n. 22.
Rot. deciſ.69. n.12. par.5. recen.

Fallit tamen ſi ſtatuto, conſuetudine, vel
65 Principis licentia contrarium permitteretur
Barz. ibidem n.23.

Nec poteſt quis facere pontem etiam lapideum
66 ſuper via publica, ad hoc vt de vna via vadat in
aliam, plenè Siluan. conſ.60. Surd. conſ. 137. n. 1.
Negusant. reſponſ.465. n.61. Maſtrill. de magiſtrat.
lib.3. cap.10. n.274. Barz. deciſ.156. n.22., & alij
apud Zaul. ad Stat. Fauent. tom.2. lib.7. Rubr.14.
n.19., & ſeqq.

Etiamſi ex prædijs priuatorum via publica
67 collata ſit, dummodo de hoc non extet memo-
ria Siluan. dict. conſ.60. Surd. deciſ.42. n.15.

Minuſque poteſt à priuato via publica claudi,
68 nec occupari l. 2. §. Prætor ait ff. ne quid in loc.
publ. Palm. Sen. conſ. 19. n.22. Maſtrill. alleg. cap.
10. n.272. Rot. deciſ.82. n.15. par.18. recen. Zaul.
ad Statut. Fauent. lib.5. Rubr.35. n.5., & ſeq.

Fallit ſi adſit licentia Principis, vel Ciuitatis
69 pro conſtruenda, vel amplianda Eccleſia, Col-
legio, ac loco Pio Menoch. conſ. 1206. n. 18., &
ſeq. Coſt. Sicul. conſ.28. n. 15., & 16. Ioſeph de
Roſ. conſult.1. tom.1., vbi refert ſic deciſum.

Et quod poſſit claudi fauore Religionis, &
70 decoris Vrbis, & ex quibus talis fauor, & orna-
tus habeatur Bald. conſ. 206. lib. 2. Becc. conſ. 15.
n.19. Capiblanc. de Baron. par.2. pragm. 8. nu. 46.
ad 43., vbi idem ſi fiat ad vtilitatem, & decorem.

Et quod via publica non poſſit occupari ſine
71 licentia Principis procedit, licet hoc nemini eſ-
ſet nociuum l. 2. in princip. ff. ne quis in loco publ.
Bertazzol. conſ.393. num.2., & ſeq. lib.2. Tondut.
reſol. Ciuil. par.2. cap.133. n.12. Manſ. conſ. 223.
n.20. tom.3.

Nec poteſt dextrui ſine dicta Principis, ac Su-
72 periorum licentia Cyriac. contr.167. n.18., & 19.
Franc. Marc. deciſ.592., & 595. par.1.

Minuſque ſine tali licentia poteſt mutari de
73 vno loco ad alium Franc. Marc. dict. deciſ. 592.
n.2., & 3., & deciſ.596. n.6., & 8. Monach. deciſ.
Bonon. 3. n.1., & 2. Zaul. dict. Rubr.35. n.10.

At ſecùs eſt interueniente licentia Principis
74 ſuper mutatione viæ etiam lite pendente obten-
ta Monach. dict. deciſ.3. n.13., & infrà.

Fallit pariter, ſi Communitas approbauerit mu-
tationem viæ, quia per longum tempus Ciues
75 tranſiuerint per viam nouam apertam, & ſubro-
gatam in locum viæ mutatæ Monach. ibidem n.9.,
& 10.

Nec licet in via publica tenere fimum, ſeu le-
76 tamen, nec etiam paleas, vt ibi marceſcant, ne-
que morticinia, neque coria l. ædiles 3. in fine ff.
de via publica, Ripa de Remed. contrà peſt. cap. 4.
n.83., & ſeq. Muta ad Conſuetud. Panhorm. cap.42.
77 n.44., & conſonat Stat. Vrb. lib. 3. cap. 75., &
rigoroſè Romæ aduerſùs contrà facientes proce-
dunt Magiſtri Viarum, vt omnibus notum eſt;
78 itaut in via publica ſine licentia Principis, nec
licitum ſit aliquid ponere etiam terrenum gla-
reum, hoc eſt arenam Rouit. conſ. 58. n. 2. lib.1.,
& Romæ talem licentiam concedunt Magiſtri
Viarum.

Et in ſumma non poteſt priuatus in via publi-
ca aliquod opus facere per quod præiudicetur
79 vſui publico, vel per quod via euadat deterior
l. ædiles ff. de via publ. l. Prætor ait §. ſi quis nemi-
ne, & §. idem labeo ff. ne quid in loc. publ. Cardin.
de Luc. de ſeruit. diſcurſ.24. n.2.

Qui autem occupat, claudit, vel deuaſtat viam
80 publicam punitur pœna ſacrilegij, vel ſaltem
pœna pecuniaria Afflict. de Iure Prothomiſ. §. eſt
autem 9. verſic. ſed bonum eſt num.10., vbi ſubdit,
quod tenetur pœna quinquaginta librarum auri,
Maſtrill. alleg. cap.10. n.275.

Simulque tenetur viam reficere, & in priſtinum
81 ſtatum reſtituere, ac etiam ad omne intereſſe
l. 2. §. Prætor ait, & §. reſtituas ff. ne quid in loc.
publ. Honded. conſ.100. n. 38. lib. 2. Cyriac. contr.
667. n.30. Ripoll. de Regal. cap. 40. num. 82., vbi
quod conſtito per acceſſum, quod via publica
82 fuit deuaſtata, vel immutata, illa reponitur in
priſtinum expenſis illius, qui illam deuaſtauit,
vel mutauit, & ſuper eiuſdem bonis fit executio
pro expenſis refectionis viæ, ac ſimul pro illis
acceſſus.

Hoc idem diſponit ſtatutum noſtrum hìc, dum
83 vltrà onus reſtitutionis viæ in priſtinum impo-
nit pœnam quinquaginta aureorum fiſco appli-
candam.

Ad hoc autem, vt talis pœna à ſtatuto hìc præ-
84 ſcripta habeat locum, debet probari qualitas
viæ publicæ, vel priuatæ requiſita à ſtatuto Palm.
Sen. conſ.59. n.2. Barz. deciſ.156. n.4., & 5.

Et cuilibet permiſſum eſt agere interdicto, vt
85 via deuaſtata, occupata, vel immurata, reſti-
tuatur in priſtinum l. 2. §. ait Prætor ff. de loc., &
itiner. publ. Bertrand. conſ.334. vol.3. par.1. Rouit.
ſuper Pragm. Regn. pragm 5. ne quid in loc. pub. n.5.
fol. mihi 481. Monach. deciſ. Bonon. 3. n.3.

At impedimentum factum in via non poteſt
86 tolli de facto, & propria authoritate, ſed agen-
dum eſt via iuris per interdictum ne quid in loco
publico Cæpoll. de ſeruit. Ruſt. Præd. cap.3. de
ſeruit. via n.30. in fine, Menoch. conſ.449. n.14.

Quæ dicta ſunt de aliquid non faciendo ſuper
87 via publica, vel ponte publico, idem ex ſtatuto
hìc ſancitum fuit in via communi, vel vicinali,
vel in ponte priuato, ſed tali caſu ſolùm vicini,
ſocij, ac habentes intereſſe poterunt agere, &
non omnes.

Et eſt etiam de iure, quod viam vicinalem
88 pluribus communem, non poteſt quis impedire,
ponendo in illa raſtrum, quia impediretur liber
vſus viæ Menoch. conſ. 449. n. 15. Ciarlin. contro-
verſ. foren. lib.1. cap.90. n.14. ad 17.

In curtem tamen, ſiue viam priuatam licet
89 domino domus adiacentis ex cauſa neceſſitatis
proijcere immunditias, breui tamen tempore
tollendas plenè Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 24.
per tot. & ſignanter n.5.

Prout ſi domus mea egeat refectione, poſſum
90 ponere antè ædes vicini, & in via publica omnia
cœmenta neceſſaria ad refectionem domus Mut.
alleg. cap.42. n.47.

Refectio tamen viarum deuaſtatarum, quando
91 alterius culpa deuaſtatio non ſucceſſit, ſed ex
temporum iniuria, ſpectat ad quemlibet antè do-
mum ſuam l. ædiles §. conſtruat, & l. fin. ff. de via
publ. l. ad inſtructionem C. de Sacroſ. Eccleſ. Vermi-
gliol. conſ.424. n. 1. Afflict. in alleg. §. eſt autem 9.
n.6. Maſtrill. de Magiſtr. cap.10. n.279. lib. 3. Cy-
riac. contr.125. num.9., & 10. Vizzan. de mandat.
Princip.

Prinrip. cap.4. n. 43. fol. 151. Borell. alleg. cap. 7. n.18. Paerirbell. de diſtant. cap.6. membr.9. n.6.

Et præfata concluſio procedit etiam in refe-
92 ctione viarum in Burgis Ciuitatis *l. Ædiles ff. de via publ. Vermigliol. conſ. 424. nu. 2. Vizzan. dict. cap.4. n.43.*

Procedit etiam in viarum expurgatione, &
93 conſeruatione ab omolnm ſotdium genere ad *text. in l. vnic. §. penult. ff. de via publ. Vizzan. n.45. verſic. eademque ratio fol.151.*

Et quando reficiuntur viæ extrà Ciuitatem, vel Oppidum tenetur quilibet habens prædia propè
94 viam ſubire onus, & expenſas refectioois, non ad rationem valoris prædij, ſed iuxtà illius latitudinem *l. Ædiles §. conſtruat ff. de via pub. l.2. C. de immunit. nemin. conceden. Vizzan. de mandat. Princip. dict. cap.4. n.45. fol.151. Paccirbell. de diſtant. dict. membr.9. n.6. Cardin. dè Lur. de Regal. diſcurſ.139. n.1. diſcurſ.141. n.7., & 8. & diſcurſ. 156. n.4. Zaul. ad Stat. Faurnt. lib. 7. Rubr. 14. n.6. tom.2.*

Cumque tale oous refectionis viæ ſit reale, non perſonale, hinc vnuſquiſque tenetur illam refi-
95 cere aotè domum ſuam etiam foreuſis, cum noo imponatur ratione iucolatus, ſed ipſius tei *leg. Ædiles 1. aliàs 3. §. conſtruat ff. de vis pub. l. honor. 14. §. Viarum ff. de muner., & honor. Luc. de Penu. in l.3. n.24. verſic. item quia hoc onus, C. de quib. muner. vel praſt.* plenè *Natt. conſ.245. Cepoll. de ſeruit. Ruſt. præd. cap. 3. num. 47., & 48. Cyriar. contron.125. n.9., & 10. Reuerendiſſ. Epiſc. Zaulus Rubr. 14. num. 6. Brugiott. in epitom., & prax. viar., & flumin. cap.1. n.78.*

Non tenentur tamen ad talem refectionem, nec ad contributiouem taxæ impoſitæ pro viarum refectione illi, qui ex via reficienda nullam recipiunt vtilitatem, & illa non vtuntur, ſed tan-
96 tùm illi, qui per eam pertranſeunt, & ex illius vſu percipiunt commodum *Card. de Luc. de Regal. diſcurſ.139. n. fin., & diſcurſ.141. n.11., & 12.*, qui teſtatur ſic iudicatum *Bardax. ad for. Aragon. Rubr. de Commiſſ. itinerum foro vnico n.2.*

Vnde ſi quis propè viam reficiendam poſſide-
97 ret bona ſterilia, & nullos reddentia fructus, non tenetur ad contributionem pro talibus bonis infructiferis *Card. de Luc. dict. diſc.139. n.5., & diſcurſ.141. n.12.*

Quioimmò ſi vna Ciuitas reficiat viam, vel
98 pontem io ſuo territorio, ex qua refectione ipſa principaliter ſentiat commodum, licèt aliæ Ciuitates extrà territorium ex refectione huiuſmodi, ſecundario, & per quamdam conſequeotiam commodum reciperent, noo tameo tenentur contribuere pro tali refectione, benè *Bim. conſ.198. n.5., & 6. lib.2.*, ſuper quo tamen videatur, *Brugiott. in epitom., & prax. viar., & flumin. cap.7. à num.287., & ſeqq.*, vbi videtur reſoluere contrarium.

In Diſtrictu autem Vrbis per quadraginta mil-
99 liaria tenentur Vuiuerſitates, ac illarum Domini, & Barones vias publicas, quæ per eorum territoria tranſeunt reficere, & aptare, itaùt tranſeuntes commodè, & ſine periculo ire, agere, & tranſire poſſint, vt cauetur per *Statut. Vrb. cap.60. lib.3.*, & de iure idem teoet *Sola ad Conſt. Saband. tit. de Reparat., & manut. viar. gloſ. vnica n.12.*

Quando tamen via fuit deuaſtata culpa alte-
100 rius, tunc non vicini, ſed culpoſus tenetur illam reficere ſi ſit ſoluendo, ſed illo exiſtente non ſoluendo, adhuc tenentur vicini *Paccicbell. de Diſtant. cap.6. membr.9. num.6., Brugiott. in epitom., & prax. viar., & flumin. cap.1. n.75.*

A tali autem onere refectionis viarum, ac contributionis pro expenſis factis in huiuſmodi re-
101 fectionem nemo excuſatur ſub prætextu cuiuſuis dignitatis, vel priuilegij *l. ſunt munera, ff. de varat. muner. l. omnes C de muner. pub., Lur. de Pen. in alleg. l.3. n. 24. verſic. ita quod ab eis C. de quib. muner., vel præſtat. Bero. conſ.152. n.10. lib.1. Bardax ad for. Aragon. alleg. for. vnic. num.2. in fine Vizzan. dict. cap.4. num.46.50. & 51.*, vbi de ratione *fol.151.*, itaùt nec ſint à tali onere exempti habentes Immunitatem ob numerum duodecim filiorum *l. ſunt munera & ibi gloſa, ff. de varat., & excuſat. muner. Brugiott. in epitom. ſeu prax. viar., & flumin. cap.7. n.35. cum duobus ſeqq.*, vbi refert pluries ſic iudicatum, *& n.360.*

Vnde ad tale onus tenetur etiam Domus Au-
102 guſta ipſius Principis ſupremi *l. abſit, C. de priuil. Dom. Auguſtæ lib.10., & ibi Perez n.4. Luc. de Pen. in dict. l.3., & n.24. verſic. item Principis, Sola dict. gloſ. vnic. nu.16. verſic. nam Domus Auguſta fol.288., Vizzan. dict. cap.4. nu.48., Vin. deciſ.488. nu.12., Brugiott.* poſt hæc ſcripta viſus in ſua *epitom., ſeu prax. viar., & flumin. cap.7. n.34., & 339.*, ſecùs autem dicendum eſt iu bonis patrimonialibus ipſius Principis, quæ ſunt bona Cameræ Apoſtolicæ, ac Fiſci ſupremi Principis, nam cum ex illorum fructibus merces omnium præſidiorum, ac omnium Officialium Status Eccleſiæ perſoluatur, & ad alios publicos vſus ſint deſtinati, propterea talia bona debent eſſe immunia etiam à taxa viarum plenè *Brugiott. in epitom., ſeu prax. viar., & flumin. cap.7. n.28., & ſeqq.*

Et ad tale onus tenentur etiam Cardinalis Camerarius, Theſaurarius, Clerici Cameræ, ac alij
103 Camerales, dum ab illo non eſt exempta ipſa Domus Auguſta Principis, & ſuper hoc etiam vidi ſpecialia etiam Chirographa, proùt ſub Alexandro VIII. ab onere refectionis Aquæductuum Aquæ Virginis fuerunt ſpecialiter grauati dicti Camerales, & alij quantumuis priuilegiati, ex quo talis refectio Viarum, Pontium, & Aquæductuum concernit priuatum commodum etiam priuilegiatorum.

Ac propterea ad tale onus refectionis viarum tenentur etiam Clerici, ac aliæ Eccleſiaſticæ per-
104 ſonæ, ac Eccleſiæ, & loca Pia cùm agatur de bono publico, tam ipſos, quàm laycos concernente ad *text. in l. fin. §. iudicandi, & ibi gloſ. in verbo Pontifex, ff. de muner., & honor. §. ad hæc ſancimus in Auth. de Eccleſiaſt. Tit., Luc. de Pen. in dicta l.3. & n.24. verſic. item quia illud, & verſic. caſus eſt, Bero. conſ.152. n. 10. lib. 2. Gilian. ad Stat. Peruſ. verbo via n.7., Mexia de taxa Pan. concluſ. 5. n.70., Canrer. var. reſol. par.3. cap.4. n.278., Fragoſ. de Regim. Reipub. par.1. lib.7. diſput.21. nu.9. §. non tamen, verſic. à quo onere, Borell. de Regis Catholic. praſtant. cap.7. n.20., Vizzan. alleg. cap.4. n.49., Fagnan. in cap. non minus nu.12., & 13. de Immunit. Eccleſ. in 2. par.3. lib. decretal., Cardin. de Luc. de Regal. diſc.58. n.11., & diſc.59. n.5. Brugiott. in epitom., ſeu prax. viar., & flumin. cap.7. n.40., & ſeqq., & n. 232. & infra, Zaul. ad Stat.*

Fa-

Fauent. tem. 2. lib. 7. Rubr. 14. n. 9.
Non tenentur tamen ad tale onus refectionis
105 viarum Eccleſiæ, vel Regulares, nihil tempora-
le poſſidentes *Sola d. gloſ. vnic. n. 15.*
Clerici tamen, Eccleſiaſtici, Eccleſiæ, ac loca
pia coguntur ad contribuendum pro refectione
106 Viarum per Iudicem Eccleſiaſticum, non verò
laycum *Sola ad Conſt. Saband. alleg. gloſs. vnic. de
Reparat., & manut. Viar. n. 14. verſic. qui tamen,
Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 4. nu. 278.*, qui licèt
dicat contrarium eſſe verius, quod ſcilicet coa-
ctio fiat per Iudicem laycum, attamen ingennè
fatetur, quod fuit in illo caſu contrarium deci-
ſum, ſcilicet coactionem ſpectare ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum, quoties enim Clerici, Eccleſiæ, ac
Loca pia tenentur ex aliqua iuſta cauſa contri-
buere ad onera, quoad perſonas, & bona ſunt im-
107 munes à iuriſdictione laycali, & propterea de-
bent cogi ad contribuendum per eorum Iudices
Eccleſiaſticos *Rolan. conſ. 2. n. 3. lib. 4. Vizzan. al-
leg. cap. 4. n. 50. fol. 151. Brugiott in epitom., ac prax.
viar., & flumin. cap. 7. n. 237.*
At Romæ Magiſtri Viarum cum Cardinali Ca-
merario vigore ſpecialis facultatis ipſis à Papa
108 attributæ cogunt Seculares, quo verò ad Cleri-
cos, & Eccleſiaſticos, Eccleſias, ac alia loca Ec-
cleſiaſtica coguntur à Cardinali Camerario *Syxt.
IV. Conſtit. 20. §. 10., Bullar. nou. tom. 1., & Gre-
gor. XIII. eius Conſt. 22. §. 22.* plenè *Brugiott. in
epitom., ac prax. viar., & flumin. cap. 7. n. 238., &
ſeqq.*; & ſi in termino ipſis aſſignato vias non re-
ficiant ante proprias domos, reficiuntur per mi-
niſtros Tribunalis Ædilium, ſiue Magiſtrorum
Viarum, in quo ſucceſſiuè relaxantur mandata à
Cardinali Camerario capite eiuſdem Tribuna-
109 lis contra eoſdem Eccleſiaſticos pro rata expen-
ſarum factarum in refectione viarum propè eo-
rum domos iuxtà menſuram, ac taxam factam ab
Architectis eiuſdem Tribunalis.
Et adeò tenentur omnes ad refectionem via-
rum, vt nullum priuilegium ad tale onus effugien-
dum ſuffragetur, ſi non adſit Principis priuile-
110 gium ſpecificum eximens à refectione viarum,
aliàs non deſeruiret, licèt etiam maiora contine-
ret *Vizzan. dict. cap. 4. n. 52., & 53. fol. 152. in fine,
Mundius de muner., & honor. cap. 1. n. 251.*
Nec à tali onere liberat Immunitas concessa
111 ob numerum duodecim liberorum *Natt. conſ.
215. n. 1. verſic. vbi vult, Sola ad Conſt. Saband. de
Reparat., & manut. viar. gloſs. vnic. nu. 16. in fine,
Brugiott. in epitom. prax. viar., & flumin. cap. 7.
nu. 335. cum duob. ſeq.*, qui refert pluries ſic iudi-
catum, *& n. 360.*
Onus tamen talis refectionis viarum ſpectat
112 ad locatorem, non ad conductorem *l. Ædiles,
§. Conſtruat autem, & §. quicumque, ff. de via publ.
Riminal. Sen. conſ. 31. n. 31. 55., & ſeq.* ea ratio-
ne, quia ipſe non poſſidet, ſed locator, *Pacion. de
Locat., & Conduct. cap. 34. §. 1. n. 25., Rot. deciſ. 291.
n. 6., & 7. par. 17. recen.*
Vnde ſi conductores domorum cogantur ad
refectionem viæ poſſunt compenſare expenſas
113 erogatas in tali refectione cum penſionibus do-
mus *dict. l. Ædiles, verſic. quicumque autem, Rimi-
nald. Sen. conſ. 31. n. 31. 55., & 57.*, vbi de ratione,
*Pacion. dict. §. 1. num. 26., Maſtrill. alleg. cap. 10.
n. 281., Fragoſ. de Regimin. Reipub. par. 1. lib. 7.,
diſput. 21. n. 9., §. Sed quid dicendum, verſ. conducto-
res tamen, Vizzan. dict. cap. 4. n. 48., Brill. ad Con-
ſuetud. Neapol. tit. 22. cap. vnic. n. 44., Sperell. de-
ciſ. 45. n. 18., Rot. deciſ. 291. n. fin. par. 17. recen., Zaul.
alleg. Rubr. 14. n. 7.*
Tenetur tamen conductor ad tale onus refe-
114 ctionis viæ, ſi illud in inſtrumento locationis
in ſe aſſumpſit *Card. de Luc. de Regal. diſc. 140.*
At tale pactum vti exorbitans, & deuians à di-
115 ſpoſitione Iuris Communis ſtrictè eſt interpre-
tandum fauore locatoris, & potiùs benignè eſt
interpretandum fauore conductoris *de Luc. dict.
diſc. 140.*, nec diſſentit *Pacion. d. §. 1. n. 27.*
Videtur tamen contrarium tanquam verius te-
nendum, & interpretari debet pactum prædictum
potiùs fauore locatoris, nam ſtante aſſumptione
116 talis oneris reficiendi viam, videtur domus da-
ta conductori in locationem pro minori penſio-
ne, vt benè aduertit *Vermigliol. conſ. 424. num. 9.
ad 11.*, vbi quod conductor, qui promiſit omnia
melioramenta facere in domo, & quod cedant
ſolo, tenetur etiam reficere viam ſilicibus vulgò
Seleiata.
Conductor verò ad longum tempus tenetur
117 ipſe, & non locator reficere viam *Vermigliol. d.
conſ. 424. n. 3., & ſeq., Card. de Luc. d. diſc. 140. n. 5.
Zaul. d. Rubr. 14. n. 8.*
Itidem emphyteuta, qui ſimul habet vtile do-
118 minium, tenetur ad talem refectionem *Fragoſ.
de Regim. Reipub. par. 1. lib. 7. diſput. 21. n. 9., verſ.
emphyteuta.*
Tale onus ſubire debet vſufructuarius, & non
119 proprietarius *l. ſed etſi pendentes 33. alias 27. §. ſi
quid cloacarij, ff. de vſufruc.*, plenè *Cyriac. contr.
125. n. 1. & ſeq., & num. 9. ad 13., Vizzan. alleg.
cap. 4. n. 44. verſic. ad differentiam, Fragoſ. alleg.
n. 9. verſ. idem eſt iudicium, Card. de Luc. de Regal.
diſc. 140. n. 5.*
Quod procedit licèt talis expenſa refectionis
120 eſſet magna, dummodò per eam vſusfructus
non reddatur inutilis toto tempore, *Cyriac. ibi-
dem n. 20. ad 22.*
Limita ſi expenſæ refectionis ſint longo tem-
pore duraturæ, itaùt magis proprietarij commo-
121 dum, quam vſufructuarij reſpiciant, tunc enim
pro rata ad illas tenetur proprietarius *Card. de
Luc. d. diſc. 140. n. 6.*
Tenetur pariter ad refectionem viæ pro rebus
122 dotalibus vxoris maritus *Cyriac. d. cont. 125. n. 7.
Vizzan. alleg. cap. 4. n. 44. verſic. qui aſſerit, fol. 151.*
Omnia prædicta, quæ de refectione viarum fir-
123 mata ſunt, procedunt etiam in refectione Pon-
tium, & Fontium, cùm militet eadem ratio *Ri-
minald. Sen. conſ. 31. n. 27., & 48. Burſatt. conſ. 142.
n. 2., & 3. lib. 2., Bim. conſ. 198. num. 3., Carpan. ad
Stat. Mediolan. cap. 253. n. 8. par. 2., Sola ad Conſt.
Saband. tit. de Reparat., & manut. Pontium gloſ.
vnic. n. 2. & ſeq., Vizzan. d. cap. 4. n. 55., verſ. &
124 vniuerſa quidem.* & concordat ſtatutum noſtrum
hic, vbi promiſcuè loquitur de vijs, ac de Pon-
tibus.
Et quidem ſi pontes, & Fontes ſpectent ad vni-
125 uerſam Ciuitatem, tenentur ad refectionem
omnes Ciues, ſi verò vni tantùm viciniæ Ciuita-
tis inſeruiant, tenentur ſolùm illi de dicta vici-
nia, *Vizzan. dict. cap. 4. n. 55., verſ. & vniuerſa
quidem fol. 153.*

Et

Et à Pontium publicorum refectione nemo eſt
126 exemptus , cùm intrent omnia , quæ ſupra fir-
mata ſunt ſuper refectione viarum *Burſatt. conſ.*
142.n.2.& infrà lib.2., Sola d.tit. de refect., & ma-
nut.Pont.gloſ.vnic.per tot.
Prædicta quæ de refectione Viarum, Pontium ,
127 & Fontium firmata ſunt, procedunt etiamſi
agatur de illis expurgandis ab omnium ſordium
genere *l. vltima, §. penult., & §. fin. ff.de via publ.,*
Vizzan. alleg. cap. 4. n.45. verſic. eademque ratio ,
vndè quilibet tenetur vias expurgare ante pro-
priam domum, nec ſufficit immunditias de me-
dio tollere, & illas ponere in partibus lateralibus
viæ *Zaul.alleg.Rubr.14.n.12., & 13.*
A decreto facto ſuper refectione viæ , vel pon-
128 tis , ex quo talis refectio ſummam deſiderat ce-
leritatem non datur appellatio *Cancer. var. reſol.*
par.3. cap.4. n.273. , vbi quod ſic conſuetudo ob-
ſeruat, *Coſt. de rat.ratæ queſt.15.num.9. , & remed.*
ſubſid.94.n.4., vbi quod tale decretum mandatur
129 execurioni , non obſtante appellatione admiſſa,
cum clauſula *Si & in quantum*, vel etiam ſimplici-
ter *Cancer. var. reſol. par.3. cap.4. n.273.* ; & Ro-
mæ Magiſtri Viarum procedunt ad exactionem
taxæ viarum ex abrupto, & manu Regia , appel-
latione remota ex Chirographis Alexandri VII. ,
& Clementis X. relatis per *Zaul. alleg. Rubr.14.*
n.14., & ſeqq.
Si verò via publica in totum corrupta, & amiſ-
ſa ſit vi fluminis, terræmotus, vel tempeſtaris ,
itaùt in eodem loco ampliùs reſtitui non poſſit ,
130 tunc fauote publico, & pro communi bono de-
bet vicinus aliam viam præſtare ſuper ſuo fundo
l. ſi locus 14. §. cum via publica, & ibi gloſs. in ver-
bo debet, ff. quemadmod. ſernit. amitt., Rolan. con-
ſil.70. n.16. lib.2. Natt. conſ.642. per tot., Pigant.
ad Stat.Ferrar. par.2. Rubr.2.n.26., Chriſtin.ad leg.
Municip. Melchin. tit.14. artic. 50. in addit. verſic.
ſi via publica, & art.51. n.2., Rot. Bonon.diuerſ. de-
ciſ.138.n.66., Barz. deciſ.156.n.14., & 15., Zaul.
ad Stat.Fanent. tom.2. lib.5. Rubr.36.n.2., & 3.
Soluto tamen pretio ſoli iuxtà æſtimationem
131 domino fundi *Riminald. Iun. conſ.382.n.19.tum*
duob. ſeq. lib.4. Valaſc.conſult.22.n.4.ad 6., Pigant.
dict.Rubr.2.n.25., Franc.Marc. deciſ.596.n.2.p.1.,
Koppen. deciſ.German.59.n.14.,& ſeq ,& deciſ.61.
n.14., Chriſtin.deciſ.Belgic.177.n.14. par.3., Antu-
nez de Donat.Reg. vol.2. par.3. cap.3. n.52. Zaul.d.
Rubr.36.n.4., & ptiùs *Rubr.21. nn.3., Maſtrill. de-*
ciſ.280.num.20., Rot. deciſ.101. n.26. par.4. tom.2.
recen.
At quod talis ſolutio pretij debeat ſolùm fieri
à priuatis volentibus vti terreno vicini pro via
priuata diruta , de nouo aperienda , ſecùs ſi aga-
132 tur de via publica, cùm tunc Fiſcus propter hu-
iuſmodi neceſſitatem nouæ viæ aperiendæ , non
debeat ſoluere aliquod pretium tenet *Gloſ. in l. ſi*
locus §. vltimo , ff. quemad. ſer. ammitt. , vbi quod
de conſuetudine Fiſcus pro via publica aperien-
da , non ſoluit pretium vicino domino fundi ,
idemque firmant *Iacob. de Arena , & Alberic. in*
d. l. ſi locus §.1., Brugiott. in epitom., & prax.viar.,
& flumin. cap.1. n.70., & hoc tenent etiam *Aſcius*
determinat.172.n.4., & 5., Franc. Marc. dict. de-
ciſ.596. n.4. par. 1. , & cum dicta diſtinctione viæ
publicæ , & priuatæ procedit *Card. de Luc. de Ser-*
uit. diſc.23. n.8.

At talis diſtinctio non placet , & videtur aber-
rare à iuſtitia , & æquitate , qua Fiſcus Principis
pollere debet, nam licèt Princeps ex cauſa peſtis ,
famis, belli, & ſimilium poſſit priuatorum domos
diruere, arbores incidere, fruges auferre , & alia
ſimilia facere , vrgente neceſſitate , ob bonum pu-
blicum , attamen id facit ſoluto iuſto pretio di-
133 ctis priuatis , quorum bona tolluntur , vel dex-
truuntur, vnde idem dicendum eſt , ſi vrgente ne-
ceſſitate velit vti fundis vicinorum pro noua via
aperienda ex benè traditis per *Rolan. conſ.71. n.2.*
3.15. & infrà lib.3., Cabed. deciſ. Luſitan.18.n.12.,
& 13. par.2., & præcisè *Sola ad Conſt. Sabaud. tit.*
de Reparat., & manut. viar. gloſ.vnic. n.18. in fine,
Koppen. deciſ. German.quæſt.59. n.14., & 15.; præ-
134 cipuè quia Princeps, pro dictæ nouæ viæ aperi-
tione, à vicinis , & alijs etiam exteris recipienti-
bus commodum à dicta via , percipit contribu-
tionem neceſſariam pro talis viæ deuaſtatæ noua
aperitione, nec video rationem diſparitatis inter
Fiſcum, & priuatum ; licèt enim poſſint viatores
tranſire per fundum vicini , quando via publica
135 dicto ſundo proxima ob magnum lutum , vel
inundationem temporaliter non poteſt peragra-
ri , nec hic poſſit impedire tranſitum *Natt. conſ.*
642. n.5., Honded. conſ.81. n.41. lib.1., Nouar. qu.
forenſ. 25. n.12. par.2. Pigant. dict. Rubr.2. nu.26.
par.2., Surd. deciſ.42. n.11., Barz. deciſ.156. n.14.:
attamen ſi via ſit perpetuò deuaſtata , itaùt am-
pliùs per illam non poſſit itinerari , tunc perne-
ceſſe eſt aperienda noua via per fundum vicini ,
136 ratione publici vſus , & commodi , & quidem
cogendus eſt vicinus ad tradendum ſolum neceſ-
ſarium pro noua via aperienda , *Natt. conſ. 642.*
n.5., & ſeq., Surd. deciſ.42. n. 11. verſ. vbi quod ſi
dextructio , ſed quod hoc debeat facere gratis nec
æquitas, nec iuſtitia patitur ex benè traditis per
Roland. conſ.71. lib.3., & probant alij ſupra relati;
hic eſt meus ſenſus , quia illi ratio , & æquitas
aſſiſtit, qua præpollere debet ſupremus Princeps ,
& ipſe Fiſcus , vnde dicit *Brugiott. in epitom. , ac*
prax. viar., & flumin. cap.1. nu.70. verſ. ſed vide-
tur durum , quod videtur durum , quod dominus
duplici onere affici debeat, nempè præſtandi par-
tem fundi coactè pro noua via ſternenda, & ſimul
quod illam debeat tradere gratis , & poſt *Antu-*
nez de Donat. Reg. vol.2. par.3. cap.3. nu.52. hanc
opinionem etiam contra Fiſcum tenet *Zaul.alleg.*
Rubr.21. n.3., & Rubr.36. num.4., vnde intrepidè
cum hac opinione perſiſto .
At ſi ſuper nouæ viæ publicæ aperitione,quoad
Fiſcum quis velit , ſed parùm ſolidè pro eo tene-
re , dubium non cadit ſuper via priuata , qua de-
137 uaſtata, ſi quis velit tranſire per ſundum vicini ,
tenetur hic tradere ſitum in ſuo fundo pro noua
via, ſoluto iuſto pretio, *Rot. deciſ.101.n.25. par.4.*
tom.2. recen., & probant omnes etiam contrarium
tenentes fauore Fiſci .
Ità tamen, quod ille , qui petit tranſitum , eli-
138 gat ſitum minùs damnoſum , & quod dominus
fundi ſoluat iuſtum pretium ad *text. in l. ſi quis*
ſepulchrum , ff. de relig. , & ſumpt. funer. , Natt.
conſ.642., Pigant. dict. Rubr.2. n.25., Card. de Luc.
de Seruit. diſc.23. n.8., Caualc. deciſ.3.n.41. par.5.,
Rot. deciſ.838.n.12. coram Card.Cerr.
Et quando quis poteſt habere aliundè tranſi-
139 tum ad proprium fundum per aliam viam, tunc

vicinus non tenetur vendere pro conſtruenda via, cùm ceſſet neceſſitas, & remedium d.l. ſi quis ſepulchrum. Honded. conſ. 81. n. 45., & 46. lib. 1. Rot. deciſ. 101. num. 27. par. 4. tom. 2. recen., & deciſ. 838. n. 13 coram Cerr.

Quod procedit licèt alia via eſſet longior, ac
140 difficilior, quia remedium dict. l. ſi quis ſepulchrum eſt merè ſubſidiarium, & ſolum procedit, quando quis nulla alia via poteſt habere acceſſum ad proprium fundum, & ſic ſi adſit alia via licèt longior, & incommoda, non poteſt vti dicto remedio emendi pro via conſtruenda fundum vi-
141 cini, ſolùm ſubſidiario pro caſu meræ neceſſitatis, & non ob commoditatem, vt tenent Honded. conſ. 81. n. 46. lib. 1., Coſt. Sicul. conſ. 28. n. 10., & conſ. 33. n. 18., alter Coſt. de Rat. ratæ quæſt. 15. n. 7., Ciarlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 13. nu. 89., & ſeqq., Pigant. dict. Rubr. 2. n. 25. par. 2. Boer. deciſ. 322. n. 8., Caualcan. deciſ. 3. n. 41. par. 5., Leoncill. deciſ. Ferrar. 102. n. 7.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Viæ publicæ, vel priuatæ an præſcribantur, & quo tempore, & an poſſit per Principem tolli vſus viæ publicæ. Cura viarum, ad quos ſpectet, & in Vrbe illam ſpectare ad Ædiles Magiſtros Viarum nuncupatos, & de eorum iuriſdictione tractatur; & ſimul probatur validitas, ac obſeruantia Statuti Aſculani mandantis non poſſe fieri foſſata propè vias publicas, vel vicinales non relicto certo ſpatio.

SVMMARIVM.

140 Viarum publicarum vſus non præſcribitur per quemcumque lapſum temporis, & num. 141.
142 Fallit ſi via publica fuerit clauſa, nam per clauſuram cum acquieſcentia immemorabili illa tollitur.
143 Princeps ſine iuſta cauſa non poteſt tollere vſum viæ publicæ, cùm ſit de iure gentium, & n. 144. & 145.
146 Viæ priuatæ vſus præſcribitur, & quanto tempore, num. 147.
148 Curatores Viarum Romæ florente Republica Romana aderant, & habebant iuriſdictionem per totum Imperium.
149 Officium Curatorum Viarum in Vrbe iam abolitum reſtituit Martinus V., & illud ampliarunt Pontifices ſucceſſores, & n. 150.
151 Iuriſdictio Magiſtrorum Viarum Vrbis non ſe extendit extrà Diſtrictum Vrbis vltra quadraginta milliaria.
152 Si cum Magiſtris Viarum interueniat etiam Præſes Viarum, eorum iuriſdictio extenditur extrà Diſtrictum.
153 Officium Magiſtrorum Viarum eſt annale, & datur duobus Nobilibus Romanis à Papa, & num. 154.
155 A ſententijs prolatis à Magiſtris Viarum datur forma appellandi ex Statuto Vrbis.
156 Hodie ab illorum ſententijs appellatur ad Præſidem Viarum, & ab hoc ad Cameram etiam in cauſis mercedis taxæ viarum, & n. 157.
158 Magiſtri Viarum Vrbis, quando Papa equitat, ſolent præire Papam capite denudato, & n. 159.
160 Magiſtri Viarum de anno 1689. erant DD. Marchio Martius Ginettus, & Lælius Falconerius Nobiles Romani.
161 Magiſtri Viarum debent curare, vt viæ Vrbis bonis lapidibus, & calce reficiantur.
162 Miniſtri inferiores magiſtratus viarum ſæpè cum fabris murarijs conueniunt, vnde viæ peſſima materia reficiuntur.
163 Magiſtri Viarum olim ex Statuto erant expoſiti ſyndicatui, non hodie, cùm deputentur immediatè à Papa.
164 Magiſtri Viarum Vrbis cognoſcunt etiam de retractu coactiuo, & prælatiuo ex Conſtitut. Gregorij XIII. ſuper Iure congrui.
165 Facultates Magiſtrorum Viarum quæ ſint, vide remiſſiuè.
166 Statutum in loco vbi viget ſeruandum eſt vti caſus legis.
167 Probatio reſultans ab acceſſu, dicitur euidentiſſima.
168 Statuta condita à Populis ſubiectis Sedi Apoſtolicæ non tenent in Prouincia Marchiæ ſine confirmatione Sanctæ Sedis, vel Rectoris Prouinciæ.
169 Statutum, ne fiant foſſata propè vias non eſt contra Ius.
170 Communitates ſubditæ poſſunt facere ſtatuta, quæ non ſunt contra ius ſine licentia, vel confirmatione Superioris.
171 Statuta Ciuitatis Aſculi ſunt confirmata à Sede Apoſtolica in forma communi.
172 Super ſtatutis Ciuitatis Aſculi emanarunt plures Rotæ deciſiones.
173 Confirmatio Statutorum in forma communi habetur ex longa obſeruantia illorum.
174 Statuta Aſculi fuere confirmata in forma communi à Pio IV., Gregorio XIII., & Paulo V.
175 Confirmatio ſtatutorum in forma communi parùm operatur.
176 Confirmatio in forma communi validat ſtatuta contra ius, quatenùs alias ſint rationabilia, & num. 177.
178 Clauſula quatenùs ſint in vſu appoſita in confirmatione ſtatutorum, & priuilegiorum refertur ad hæc, non ad ſtatuta.
179 Officialis atteſtationi ſuper re ſpectante ad eius officium defertur.
180 Obſeruantia ſtatuti comprobatur ex teſtibus de illa deponentibus.
181 Statuti obſeruantia præſumitur ex ſola inſertione facta in volumine ſtatutorum, & n. 182.
183 Obſeruantia ſtatuti probatur, ex quo aliquis Doctor eximius, antiquitus ſuper eo ſcripſit.
184 Obſeruantia ſtatuti comprobatur, ex quo fuit tentata, ſed non facta probatio inobſeruantiæ.
185 Fides non facit fidem, & non probat.
186 Fides extraiudicialis ſuper non vſu Conſtitutionis non attenditur.
187 Fides extraiudicialis extorta lite pendente, & poſt duas ſententias contrarias eò minùs probat.

Digitized by Google

188 *Fides extraindicialis contraria diſpoſitioni ſtatuti non probat.*
189 *Fides extraindicialis non probat ſi contra illam vrgeant etiam contrariæ probationes.*
190 *Fidei extraindiciali erroneæ, & cui contrariantur aliæ probationes, non eſt deferendum.*
191 *Statuti inobſeruantia non probatur, ſi non conſtet quod ſit contrauentum ſtatuto, & ſtatuentes hoc ſcinerint, & paſſi ſint contra ſtatutum induci obſeruantiam.*
192 *Obſeruantia ſtatuti deducitur, ex quo illius vſus præciſè oſtenditur in caſu ſimili controuerſo.*
193 *Seruitus non aperiendi foſſatum, quando inducta.*
194 *De materia Viarum publicarum, & priuatarum, vide remiſſiuè DD. relatos.*

VIa publica per non vſum etiam longiſſi-
140 mi temporis non præſcribitur, itaut quis
non poſſit impediri in tranſitu, licet per longiſ-
ſimum tempus non tranſiuerit *text.* ad litteram in
l. viam publicam 2. ff. de via publ. ibi -- *Viam publicam Populus non vtendo amittere non poteſt Boro. conſ. 136. n. 2. lib. 3., Bertazzol. conſ. 393. n. 6. & 7. lib. 2., Riminal. Iun. conſ. 626. n. 23., & 33., Caball. conſ. deciſ. 111. n. 27. tom. 2., Cyriac. contr. 178. n. 53. & ſeq., & contr. 667. n. 2., Pecch. de ſeruit. tom. 2. cap. 8. qu. 28. n. 17., Mut. ſuper cap. Regn. Sicil. tom. 2. cap. 126. n. 88.*, ea ratione ferè per omnes
141 adducta, quod talis vſus viæ publicæ eſt merè
facultatiuus, & poteſt quis ſemper eo vti ad libitum.
142 At *Riminal. dict. conſ. 626. n. 33. & 48.* limitat
ſi v. [illegible] clauſa, tunc enim per clauſuram
cum acqui[illegible]ſcientia illà euadit priuata, ſi adſit
tempus immemorabile ſuper non vſu.

Nec vſum viæ publicæ poteſt Princeps impedire, ac tollere ceſſante cauſa publicæ vtilitatis,
143 cum non poſſit Princeps ſine iuſta cauſa tollere
ea, quæ ſunt de Iure gentium benè *Surd. conſ. 321. n. 41. Caball. dict. conſ. 111. n. 30., & infrà tom. 2.*, & viarum publicarum vſum eſſe publicum, & ad
144 omnes de Iure Gentium ſpectare probant *Surd. dict. conſ. 321. n. 39., Caball. conſ. 311. à num. 39.*,
& propterea nemini poteſt prohiberi tranſitus
145 per illam *Surd. dict. nu. 39. verſic. & prohiberi, Caball. dict. conſ. 111. n. 26. verſic. & nemini prohiberi, Rot. deciſ. 631. n. 1. coram Cauàler.*

Viæ autem vicinales, vel priuatæ credo quod
146 præſcribātur ſpatio decem annorum inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes, ſi illæ acquiſitæ ſint mediante ſeruitute *Rot. deciſ. 109. nu. 5. & infrà par. 2. diuerſ.*, quod intellige, ſi quis voluit vti via, & fuit repulſus, & acquieuit, vel in via priuata fuit poſita clauſura, & non fuit reclamatum,
147 itaut ſit interuerſa facultas tranſeundi per
viam, nam ſi illa remanet aperta, dum agitur de actu facultatiuo, cum quis poſſit ire, quando vult, exiſtimo, quod non amittatur, nec interet præſcriptio, ſi non concurrat tempus immemorabile.

Quia viarum cura in Vrbe ſpectat ad Magiſtros Viarum, hinc aliqua de illorum origine, Iuriſdictione, ac præeminentijs hic adnotanda ſunt; & primo, quod tempore florentis Imperij
148 Romani aderant in Alma Vrbe Curatores Via-
rum, qui habebant iuriſdictionem per totum Imperium *Ronit.* plenè *conſ. 58. lib. 1. Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 136. n. 16. Zaul. ad Stat. Fauent. lib. 5. Rub. 37. n. 1. tom. 2.*, cumque tale officium non adeſſet amplius illud reſtituit *Martinus V. ſua*
149 *Conſt. 9. Bullar. nou. tom. 1.*, volens, quod exerce-
retur per duos Ciues Romanos, quibus viarum curam attribuit, & talis Conſtitutio ſemper viguit, & confirmata fuit à varijs Pontificibus. *Brugiott. infraſcript. cap. 3. n. 105. & ſeq.*; & poſteà
150 tale munus confirmarunt, & ampliarunt *Syx-
tus IV. eius Conſt. 20., Leo X. Conſt. 19. Bullar. nou. tom. 1., Pius IV. eius Conſt. 102., & Gregor. XIII., Conſt. 22. Bullar. nou. tom. 2.*, & conſonat *Zaul. dict. Rubr. 37. n. 1. & ſeq. & ſignanter à n. 6.* & latè *Brugiott. in ſua Epitom. ſeù praxi Viar. & Flumin. cap. 3. per tot.*, qui plura ſuper illorum Iuriſdictione, ac facultatibus adducit.

At tale officium cum iuriſdictione reſtitutum
Magiſtris Viarum non extenditur extrà Vrbem
151 eiuſque diſtrictum vltrà quadraginta milliaria
Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ. 141. n. 6. & 7., & conſonant Iuris reſponſa Aduocatorum Ridolphini, & Simonetti relata per *Brugiott. cap. 7. n. 256. ad 286.*, at ſi cum illis interueniat Clericus Cameræ Præſes Viarum pro tempore, tunc proce-
152 dunt in materia viarum etiam extrà Vrbem, &
diſtrictum *Cardin. de Luc. ibidem n. 9.*, vbi dicit, quod in illa cauſa talis erat ſenſus Cameræ, & priùs *diſc. 97. n. 3.*, & quod etiam Communitates extra diſtrictum ſubſint Iuriſdictioni Præſidis Viarum circa refectiones Viarum publicarum, & Conſulariun, quodque poſſint taxari pro rata commodi, quod recipiunt ex refectione latè probat *Brugiott. dict. cap. 7. n. 287. ad 334. qui n. 215.* refert ſic iudicatum per Præſidem Viarum qui tunc erat Eminentiſſimus D. Cardinalis Sacchettus.

153 Dictorum Magiſtrorum Viarum munus eſt
regulariter annale *ex Statut. Vrb. lib. 3. cap. 39. § opus ipſum*, & aliàs ad illud à Populo Romano quot annis vigore dicti ſtatuti deputabantur duo Nobiles Romani.

At hodie dicti duo Nobiles deputantur quoli-
154 bet anno à Papa, licet quandoque, ſed raro
illis prorogetur officium, & vna cum Præſide Viarum, ac Cardinali Camerario exercent eorum munus circà vias.

Et à ſententijs prolatis in Tribunali Magiſtro-
155 rum viarum ex dicto Statuto Vrbis *lib. 3. capit.*
39. datur forma appellandi, & Iudex appellationum; at hodie ex praxi appellatur ad Præſidem Viarum, & ab hoc ad Tribunal Cameræ, nec Cu-
156 ria Capitolina habet amplius Iuriſdictionem
cognoſcendi in gradu appellationis cauſas deciſas à Magiſtratu Viarum, etiam concernentes
157 taxas mercedum erogatarum pro refectione
viarum *Rota deciſ. 291. n. 3. p. 17. recen.*

Officium Magiſtrorum Viarum eſt nobiliſſimum, & ſolùm Nobilibus Romanis à Pontifici-
158 bus concedi ſolitum, & quando Papa equitat,
illi ſolent capite denudato præire propè ipſum Papam, & ad eius aures teſte *Cherub. in Compend. Bullar. ad Conſt. 9. Martini V. Scholij*, & quilibet hoc ſcit de viſu, & ego ſub *die 22. Octobris 1689.*
159 hoc vidi dum Alexander VIII. equitauit ſolem-
niter à Palatio Vaticano ad Patriarchatum Lateranenſe occaſione adipiſcendæ poſſeſſionis Ec-
160 cleſiæ Lateranenſis, dum aderant propè Ponti-

Ex quibus ad oculum demonſtratur iuſtitia ſententiarum de partibus, quæ propterea merentur confirmari.

193 Cæterum ſi plura deſideras ad materiam Viarum tam publicarum, quam priuatarum videantur *Angel. de Peruſ. conſ. 18., Siluan. conſ. 60., Grat. reſponſ. 112. lib. 1. Borell. conſ. 28., Bero. conſ. 136. lib. 3., Bertazzol. conſ. 393. 470. & 471. lib. 2., Houded. conſ. 81. lib. 1., & conſ. 100. lib. 2., Natt. conſ. 642., Riminal. Sen. conſ. 31., Riminal. iun. conſ. 382. li. 4., Bim. conſ. 198. lib. 2., Caball. conſ. 111. tom. 2. Ioann. de Amicis conſ. 1., Becc. conſ. 15., Palm. Sen. conſ. 59., Rcuit. conſ. 58. lib. 2., Alben. conſ. 403., Cyriac. contr. 125., 178., 274., & 667., Manſ. conſult. 228. tom. 3. Tondut. reſol. Ciuil. p. 2. cap. 133., Staiban. Iun. reſol. forenſ. 65. per tot. lib. 1., Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. à n. 267. ad 382. Molſeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 2. p. 12. quæſt. 10., Borell. de Regis Catthol. præſtan. cap. 7., Theodor. alleg. 82., Coſt. Remed. Subſid. 92., Capon. diſcept. 170., Paccichell. de diſtant. cap. 6. membr. 9., Ripoll. de Regal. cap. 40., Montan. eodem tract. §. viæ publicæ fol. 52. Maſcard. de probat. concluſ. 1412. Bard. de Iure Prothomiſ. §. 1. per tot., Afflict. eodem tract. §. eſt autem 9.,* & ibi, *Rumius in addit. fol. 236., Roſſental. de feud. cap. 5. de Regal. concluſ. 20., & ſeq., Fragoſ. de Regimin. Reipub. par. 1. lib. 7., diſput. 21., Autonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 23., Carpan. ad Stat. Mediolan. p. 2. cap. 240., & ſeq., Ioſeph de Roſa conſult. 1. par. 1., Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 5. Rubr. 24. ad 28., & lib. 6. Rubr. 17., Thor. in compend. deciſ. tom. 5. part. 3. ſect. 3. verbo Via fol. 409., Sabell. in ſumma diuerſ. §. via 12. fol. 560., Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 23. 24. 27. 88., & 89., & de Regal. diſcurſ. 136. 139. 140. & 141., Vin. deciſ. 488., Surd. deciſ. 42., Monach. deciſ. Bonon. 3., Barz. deciſ. 156., Cenſal. deciſ. Lucen. 69., Rota deciſ. 631. coram Caualer., deciſ. 61. par. 17. recen., & deciſ. 82. par. 18. Reuerendiſs. Zaul. Epiſc. Verulan. ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 7. Rubr. 14.* poſt hæc ſcripta in lucem æditus, & prius *lib. 5. Rubr. 35. & 37., Autunez. de donat. Reg. lib. 3. cap. 3., Brugiott. in Epitom., ſeu prax. viar. & flumin.* diuiſa *in cap. 7.*

De Pariete Communi. CAP. CVII.

SI aliquis paries ſit inter aliquos communis, liceat vnicuique in eo trabem, ſeù lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere, & etiam ſi vicini luminibus officiatur, altius tollere.

PRÆLVDIVM.

DIſponitur ab hoc Statuto ſolùm, quid in pariete communi à ſocio fieri poſſit, nihil autem in eo dicitur de pariete proprio, & quia omnis paries, vel eſt proprius, vel communis, & cognitio ſuper vno valdè deſeruit prò cognitione alterius; hinc commentando præſens Statutum, in quo continetur paucis verbis materia quotidiana, & vtilis, illam diuidam in duos articulos, in quorum primo agetur de pariete proprio, ex quibus dicatur talis, & quando ſuper illo poſſit ſuperædificari nec ne, & quando in eo licitum ſit apponere trabes ſeu ligna, vel aperire fæneſtras; & in ſecundo demonſtrabitur, qui ſit paries communis, & referentur ſigna communionem denotantia, & ſimul explicabitur, quando ſuper pariete communi poſſit ſuperædificari nec ne, & quando dicatur conſtructus ad diuidendum, vel deſtinatus, & aptus etiam ad eleuandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur plenè quando murus dicatur proprius alicuius, & de ſignis proprietatem denotantibus; oſtenditur etiam quantum in hoc Architectis, & Fabrimurarijs peritis in arte ſit deferendum. Super pariete proprio ceſſante æmulatione, quæ regulariter non præſumitur, & eſt probanda ab illam allegante,) poteſt quis ad libitum ædificare, & feneſtras aperire, & quando ſecùs ſi habeatur proſpectus ad Monaſteria Monialium, vel per fabricam impediatur aer ſalubris locis publicis, vel ſi adſit ſeruitus non aperiendi feneſtras, quæ quando inducta ſit oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Paries dicitur proprius illius, qui habet in illo caminum totum parietem perforantem, & n. 3.*

2 *Idem de latrina perforante totum parietem.*

3 *In pariete proprio non communi licet habere caminum, vel latrinam perforantem totam parietem.*

4 *Paries præſumitur proprius illius, qui habet immiſſas trabes, ac ſigna per totam ſpiſſitudinem parietis.*

5 *Idem ſi trabes perforent vltrà medietatem parietis.*

6 *Paries præſumitur illius, qui habet tectum domus totum fundatum ſuper ipſo pariete.*

7 *Idem reſultat ex quo quis habet feneſtras penetrantes totum parietem.*

8 *In pariete communi non licet facere feneſtras.*

9 *Ex ſolis feneſtris perforantibus totum parietem non arguitur proprietas muri, ſi ex alijs appareat de communione.*

10 *Paries præſumitur illius qui habet trabes perforantes totum parietem, licèt alter habeat in illo trabes perforantes dimidiam parietis.*

11 *Paries ſi ex pluribus ſignis appareat proprius, ſignum immiſſionis tignorum ab alio facta non tollit proprietatem, cum cenſeantur immiſſa iure ſeruitutis & n. 12., & quando ſecùs n. 13.*

15 *Si vterque dominus eſt in poſſeſſione parietis immiſſio tignorum, & trabium cenſetur facta iure proprio, & communionis, & non iure ſeruitutis, & n. 16.*

17 *Et præſumitur proprius illius qui aperuit feneſtras donec plenè probetur contrarium.*

18 Pa-

18 Paries præſumitur proprius alicuius, ex quo ædificatus iu illius ſolo.

19 Præſumitur proprius illins, cuius expenſis probatur ædificatus.

20 Pariter præſumitur illius, qui ſuper eo habet tectum, & ſtillicidium protendens ſuper domo, vel curtili vicini vltrà parietem.

21 Præſumitur proprins illius cuius tecto coopertus reperitur.

22 Si maximè ſit altior, & antiquior domo vicini.

23 Stillicidinm ſuper pariete non arguit proprietatem muri, ſi uon ſit protcuſum vltrà parietem.

24 Parietis dominium deducitur ex quo quis in illo versùs ſuam curtem babet lapides, ac feneſtrellas.

25 Fallit ſi conſtet de contrario principio conſtructionis parietis, quod ad alium ſpectet.

26 Præſumitur proprius alicuius, ſi ſuſtentet proprium illius terrenum, & u.27.

28 Præſumitur proprins illius, qui babet alios muros proprios confiuantes eiuſdem ſtructuræ, & profilis, & in quibus adſunt portæ, & feneſtræ totum parietem perforantes, & u.30., & 33., & quando ſecùs u.34.

29 Probatur boc ex viſione loci.

31 Probatur proprins ex pluribus operibus antiquibus, nou autem de recenti factis ſuper illo in ſolam vtilitatem prætendentis proprietatem.

32 Pariter ex quo ſuſtinet tantùm onera domus alicius, nam buius præſumitur.

35 Murus præſumitur proprins illius cuius domus ſine illo ſtare non poteſt, & quæ tota ſuper eo recumbit.

36 Murus præſumitur proprius ex confeſſionibus, & euunciatiuis, quod murus ſit proprius alicuius.

37 Sed talis enunciatiua eſt probatio æquiuoca, quia poteſt verificari in muro communi, dum hic etiam appellatur proprius.

38 Murus probatur proprius alicnius ex relatione peritorum.

39 Periti ſi ſuper hoc diſcordant ſtatur dicto maioris partis, & illis, qui coucludentiora ſigua adducant.

40 Peritus depouens ſuper ſiguis magis claris præfertur.

41 Iudex iu diſcordia peritorum poteſt ſe inſtruere ab alijs peritis etiam partibus nou vocatis, & num.42.

42 Relationi peritornm ſuper hoc ſtari non debet, ſi ex facie iaci, & ex alijs probationibus eorum peritia detegatur erronea, & u.45.

43 Peritorum mala relatio debet corrigi per nouos peritos.

44 Facies loci ſi præſeferat coutrarium illius, quod depoſuerunt teſtes, vel periti illa attenditur.

46 Parietis proprietas probatur per acceſſum Iudicis, quæ probatio per acceſſum, ſuperat relationes peritorum.

47 Index antè acceſſnm debet ex Doctoribus ſe inſtruere, qnid adnotare debeat in illo.

48 Muri proprietas ſi clara ſit ex acceſſu, vel aliundè, non eſt apus electione peritornm.

49 Prabatione, quæ reſultat ab acceſſu, uulla poteſt dari maior.

50 Paries probatur proprius qnoad dominium alicuius ex ſola poſſeſſione iu ædificaudo, uon facta probatione contraria.

51 Muri dominio probato in certa parte, totus præſumitur proprius.

52 Murus, ſi deſint ſigna proprietis, pro aliquo, & ſigna communionis, præſumitur ptoprius, vel communis, iuxtà maiora, & potiora ſigna, & u.53.

54 Paries ſi probetur proprius alicuius, ſi aliquid ab alio factum fuit in eodem pariete præſumitur iure ſeruitutis, vel liberalis conceſſionis.

55 Allegans aiiquid feciſſe in pariete iure commnuionis, ſi poſtea probetur proprius alicnius, non poteſt allegare ius ſeruitutis.

56 Dominio totius parietis in aliquo probato non poſſunt ab alio immitti tigna, & ſi fuerint immiſſa, poterunt tolli.

57 Paries, quando eſt proprins alicuius, non poſſunt feneſtræ in eo exiſtentes per fabricam claudi.

58 In pariete proprio alicuins non licet aliquid facere inuita domino.

59 Ædificare licet ſuper pariete propria, & illum altius tollere, etiam poſt mille annos, uiſi præceſſerit probibitio eleuandi cum acquieſcentia.

60 Poſſunt etiam in eo aperiri feneſtræ habentes proſpectum iu Aream, Curtem, Hortum, vel Domum vicini ceſſante æmulatione.

61 Procedit etiamſi luminibus vicini officiatur, ceſſante æmulatione, vel ſeruitute ne luminibus officiatur.

62 Feneſtræ aperiri non poſſuut ſtante ſeruitute ne luminibus officiatur, & illas non aperiendi tam expreſſa, quam tacita.

63 Stante ſeruitute quando luminibus non infertur præiudicium, ſed ſolùm proſpectui poteſt eleuari murus, & n.64.

65 Æmulatio in ædificanda, ac aperiendo feneſtras non præſumitur, ſed debet illa probari ab allegante & n. 66.

67 Æmulatio ceſſat, ſi eleuatio parietis, vel aperitio feneſtrarum ſit vtilis eleuanti, ac aperienti, licet noceat vicino.

68 Æmulatio excluditur etiam ex modica vtilitate.

69 Æmulatio ſi habeat mixturam vtilitatis, hæc præfertur non attenta emulatione.

70 Æmulatio reſultat, quanda ex ædificio uulla, vel ſatis modica reſultat ædificanti vtilitas.

71 Æmulatio an adſit arbitrio Iudicis plurimnm attribuitur.

72 Ædificatio, ac aperitio feueſtrarnm præſumitur iu dnbio fieri ad propriam vtilitatem, & non ad æmulatianem.

73 Fallis ſi aperiens poteſt ab alia parte ſine præiudicio vicini babere lumen ſufficieus, & u.83.

74 Ædificare priuatis non licet, ſi ex illo proſpectus, vel aliud damunm patiatur Eccleſia.

75 Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 16. reprobatur.

76 Eleuatio parietis, ac aperitio feneſtrarnm fieri uon poteſt, ſi ex illis reſultet proſpectus actiuns, vel paſſiuus intùs Monaſteria Monialinm, & u.78. quando ſecus.

77 Pariter ſi ex nouo ædificio, Monialibus, ac locis pnblicis tolleretur aer, ac ſalubritas ventorum.

79 Feneſtras nouas aperire non licet, ſi vigore pacti fuerit clauſa alia, ſi per aperitionem nouæ feneſtræ habetur idem proſpectus.

80 Proſpectus ſi ſit ſublatus ex pacto per elenationem certi muri non licèt poſteà apertre alibi feneſtram

pro

ficem D.D. Marchio Martins Ginertus, & Lelius
Falconerius Nobiles Romani pro illo anno Magi-
ſtri Viarum.

Debent dicti Magiſtri Viarum curare, vt Fa-
bri murarij in vijs ſternendis ponant ſilices, ac
lapides nouos, & vt Silicium vulgo *Selciata*, no-
uis lateribus optima calce, & arena benè com-
mixta, atque ſubacta conficiatur, aliàs eoſdem
cogant eorum ſumptibus opus denuò facere ex
161 integro, vltrà pœnam aureorum decem pro
qualibet vice *ex dict. Statut. Vrb. lib. 3. cap. 39. §.
curent. autem*; & vtinam talis ſancta prouiſio pra-
cticaretur, nam viæ eſſent meliùs refectæ, ac ma-
gis durarent, ſed opera Architectorum, & alio-
162 rum miniſtrorum inferiorum, qui cum Fabris
muratijs non ſemel colludunt, vt plurimum ſeli-
ciatæ fiunt parùm bonæ qualitatis, itaùt per ſæpè
nec per annum durent, ſic loquor apertè, quia
diſpoſitio ſancta Statuti non benè ſeruatur, &
ſic celeriter domini domorum debent ſubire ex-
penſas nouæ ſeliciatæ, & hoc quilibet videt.

Et ſi diſpoſitio Statuti Vrbis *in dict. capit. 39.*
practicaretur ſyndicando dictos Magiſtros Via-
163 rum, quæ non ſeruatur cum deputentur hodie
à Papa, fortè eorum miniſtri melius incumbe-
rent publico ſeruitio, viæ non eſſent luto, & im-
munditijs plenæ, & ſeliciatæ meliori, ac ma-
gis duratura materia componerentur.

Cognoſcunt etiam dicti Magiſtri Viarum de
Iure congrui, ac retractu, tam coactiuo, quàm
164 prælatiuo conceſſo pro ornatu Vrbis *per Conſt.
22. Gregorij XIII.*, & pro huiuſmodi cauſis deci-
dendis in prima inſtantia habent Aſſeſſorem, ac
Iudicem, qui in illis procedit vna cum Auditore
Cardinalis Camerarij, & ab eorum ſententijs ap-
pellatur ad Præſidem Viarum, & poſteà ad Came-
ram, dicti tamen Aſſeſſoris munus, dum hæc ſcri-
pta reuideo, fuit extinctum per Sanctiſſimum D,
N. Innocentium XII.

Cœterum ſi alia de facultatibus, & officio di-
165 ctorum Magiſtrorum viarum ſcire peroptas ad-
eas dictas Conſtitutiones Martini V. Sixti IV.,
Leonis X. Pij IV. & Gregorij XIII. ſuprà relatas,
& perlege bonum *tex. in l. Ædiles ff. de via publ.*,
Galganett. ad Stat. Vrbis cap. 39. lib. 3., plenè *Ro-
uit. conſ. 58. lib. 2.*, *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.
248. & ſeq., & ſignanter cap. 271. Fragoſ. de Re-
gim. Reipub. p. 1. lib. 7. diſput. 21.*, *Cobell. ad Bull.
Bon. Regim. cap. 28. Cardin. de Luc. de Regalib. di-
ſc. 141.*, *Zaul.* poſt hęc ſcripta in lucem ęditus *ad
Statut. Fauent. tom. 2. lib. 5. Rubr. 37.* (vbi refert
etiam Conſtitut. Sanctiſſimi D, N, Innocentij Pa-
pæ XII. ſuper facultatibus Præſidis Viarum, ac
Ædilium Vrbis) *Brugiott. in ſua Epitom., ſiue prax.
Viar. & Flumin. cap. 3. fol. 29.*

Cum ſuprà pro perennitate Viarum, ac illa-
rum conſeruatione, & quod in illis aliquid fieri
non poſſit, per quod illarum vſus deterioretur,
actum ſit, non erit incongruum hic ponere ca-
ſum, aliàs per tres ſententias conformes deciſum
in quadam cauſa Aſculana, pro qua ipſe in ter-
tia inſtantia ſcripſi coram Cardinali de Caualc-
rijs, tunc Prælato, & obtinui; & motiua ſuper
caſu, de quo agebatur per me deducta ſunt ſe-
quentia,

Suppoſito Statuto Aſculano prohibente reti-
nere foſſata propè vias publicas, vel vicinales non
relicta franchitia, ſeù diſtantia medij paſſus, ſi
viæ ſint in plano, & paſſus integri ſi ſint in loco
decliui, & non plano, & ſi de facto excauata ſint
foſſata. tali diſtantia non relicta, debeant reple-
ri, ſententiæ de partibus condemnantes Ioannem
ad replendum foſſatum excauatum propè viam
vicinalem diuidentem eius bona ab illis D. Blan-
chi, non relicta tali diſtantia, tanquam iuſtæ
166 ſunt confirmandæ, dum nituntur litterali ſta-
tuto, quod eſt caſus legis in Ciuitate Aſculi *Gra-
tian. cap. 556. n. 17.*, *Rot. deciſ. 102. n. 18. poſt. Zuff.
de Crim. proceſ. legitimat.* & in his terminis Via-
rum *Cenſal. deciſ. Lucen. 69. n. 20. cum duobus ſeqq.*

De excauatione verò facta contrà formam
ſtatuti conſtat ex acceſſu facto per Iudicem pri-
mæ inſtantiæ, quæ probatio ab acceſſu reſultans
167 tanquam oriens ab euidentia, & facie loci di-
citur euidentiſſima *ad text. in l. ſi irruptione §. ad
officium ff. fin. regund. cap. propoſuiſti de probat.*,
Bald. conſ. 388. n. 6. lib. 1., & eruditè *Suelneſ. conſ.
9. n. 21. lib. 1.*, *Barz. deciſ. 2. n. 57.*, *Rot. deciſ. 58. n.
23. coram Ninot.*

Non obſtat inualiditas Statuti Aſculani ex
quo non ſit confirmatum à Sede Apoſtolica, vel
168 ſaltem à Rectore Prouinciæ Marchiæ, vt diſpo-
nit. *Conſtit. Marchiæ lib. 3. cap. 36.*, *Rot. deciſ. 710.
n. 3. in fin. par. 1. recen.*, loquens in puncto ſtatu-
torum Aſculi, quia reſpondetur primo, dictum
169 ſtatutum non eſſe contrà Ius, ſed potius illi
conforme, dum ſamulatur diſpoſitioni *l. fin. ff.
fin. regund., & l. 2. §. viæ autem ff. ne quid in loc.
publ.*, in quibus Iuribus plura determinantur ad
perennitatem viarum etiam ruſticarum, & ratio-
ne naturali conuincitur per foſſata propè vias ex-
cauata faciliter corrodi terrenum viæ confinan-
tis, & etiam incurri periculum in eadem foſſata
proſiliendi tempore pluuioſo, & hiemali, vnde
170 tale ſtatutum non contrarium diſpoſitioni Iu-
ris potuit fieri à Ciuitate licèt ſubdita ſine alia
licentia, & confirmatione benè *Seſſ. deciſ. Aragon.
9. n. 13. & 14.*

Secundò reſpondetur, quod ſuper Statutis Ci-
uitatis Aſculi à pluribus ſeculis citrà ſcripſere
171 eximij Iuris Conſulti, & illa ſuppoſuere con-
firmata, & prior omnium *Angel. de Vbald. conſ.
88. qui n. 2. & 3.*, aſſerit eſſe à Sede Apoſtolica
confirmata *Ludouic. Alfer.*, (qui fuit Prætor
Aſculi ſub Pio IV.) *in alleg. 5. & 6. poſt conſ. Andreę
Alfer.*, *Gratian. deciſ. March. 130. & in addit. num.
11.*, & ſuper ijſdem ſtatutis adſunt plures Rotæ
172 deciſiones, & ſunt *deciſ. 39. poſt Merlin. de legi-
tim.*, *deciſ. 72. & 128. poſt Fenzon. ad Statut. Vrb.
deciſ. 140. n. 8. coram Duran.*, *deciſ. 399. & 413.
coram Royas*, *deciſ. 46. 66. & 87. coràm Celſ.*, *deciſ.
929. coram Amat. Dunoz. Aſculana Succeſſionis 21.
Iunij 1666. coràm Bourlemont.*, & *in Aſculana
Aquarum 28. Iunij 1667. coram eodem*, ex qua
ſtatutorum obſeruantia per tot ſecula præſumi-
173 tur, quatenùs eſſet opus, confirmatio ſaltem in
forma communi, *Rot. deciſ. 316. nu. 11. coram
Royas*.

Tertio ad exuberantiam vltra confirmationes
174 antiquiores Pij IV. & Gregorij XIII. de quibus
teſtatur *Rot. deciſ. 536. n. 3. p. 1. diuerſ.*, datur vlri-
ma confirmatio Pauli V., quæ licèt ſit in forma
communi, ſufficit in hoc ſtatuto rationabili.

Nec turbat, quod talis confirmatio tam

Pau-

175 Pauli V., quam illa deducta ex lapſu temporis
cumobſeruantia ſit in forma communi, quæ pa-
tùm, aut nihil operatur *Rot.deciſ. 168. n.8.coram*
Royas quia reſpondetur primo,dictum ſtatutum
ex dictis non eſſe contrà Ius, & ſic non eguiſſe
aliqua confirmatione, ſecundo dicitur, quod
etiamſi eſſet contrà Ius, adhuc cum ſit rationa-
bile præſeferens viarum conſeruationem, prò il-
lius validitate ſat eſt confirmatio in forma com-
muni, quę tunc ſolum non operatur,quando ſta-
tutum ne dum eſt contrà ius, ſed eſt etiam illici-
tum, & inhoneſtum, Dei, ac proximi offenſio-
nem continens, peccatum nutriens, & occaſio-
nem delinquendi præbens, dum ex eo ſolum,
quod eſt contra diſpoſitionem iuris communis,
176 ſi aliàs ſit rationis fomento munitum, non
remanet ineſſicax, ſi ſit confirmatum in forma
communi *Gratian. cap. 9.num.4.*, *Rot. deciſ. 510.*
num.3.4., & 9.par.4. diuerſ.deciſ. 349. num.12.,
& deciſ. 853. ad 15.coram Penia deciſ.628.n.12.
n.10.coram Merlin., *deciſ. 189. n.11. & infrà.par.*
11.recen., *Adden.ad Gregor. deciſ. 267. n. 11. &*
177 *infrà*, & eſt ratio, quia ſtatutum poteſt eſſe
contrà Ius, & nihilominùs eſſe rationabile, &
honeſtum *Salon. ad leg. Tauri in relect. l.1.n.331.*
& 332.

Haud refragante quod ſit probanda obſeruan-
tia Statuti, ex quo in cofirmatione ſtatutorum
facta à Paulo V. adſit clauſula *quatenus ſint in vſu*;
quia dicta clauſula refertur ad priuilegia ſimul
178 cum ſtatutis confirmata, non autem ad ſtatuta
latè *Poſt.reſolut. 88. n. 134. & ſeq. Rot. deciſ. 442.*
*n.1.*vbi de ratione *coram Millin.deciſ. 305. n.3. &*
4.coram Pen., & in puncto confirmationis ſta-
tutorum Ciuitatis Aſculi ſic reſpondet *Rot. de-*
ciſ. 536.n.3. verſic. Bulla enim p.1.diuerſ.

Ptereà de obſeruantia apparet ex actis,dum
ex illis habentur atteſtationes Iudicum Viarum
Ciuitatis Aſculi, aſſerentium de pluribus pro-
uiſionibus, & ſententijs executioni demandatis,
decernentibus repleri foſſata excauata contrà
formam ſtatuti, quando partes ſuper hoc inſte-
terunt, quibus Iudicibus, dictis ibi *Vialibus*, at-
179 teſtantibus de re ad eorum officium pertinente
deferendum eſt *Rot. deciſ. 343.n.8.p.6.recen.deciſ.*
26.n.5.& 11.p.7.,& coram Merlin.deciſ.377.n.3.

Præcipuè dum talis atteſtatio publicorum Of-
180 ficialium remanet comprobata ex teſtibus for-
miter examinatis deponentibus de eadem obſer-
uantia *Rot. deciſ. 243. n.9.p.6. recen.*

Quæ probatio ſuper obſeruantia ſtatuti facta
fuit ad exuberantiam, nam vſus, & obſeruantia
181 ſtatuti præſumitur eo ipſo, quod inſertum eſt
in volumine ſtatutorum poſt Doctores, ac deci-
ſiones relatas *Sperell.deciſ. 15. n.15. n.16. & 17.*,
vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, &
182 quod temerarium eſt ab ea recedere, vti recepta
à tot Patribus, & pluries à Rota firmata, & hoc
firmat *Rot. deciſ.305. n.1., & 2.coram Pen.*, vbi
quod allegans non vſum tenetur probare, *& de-*
ciſ. 169.n.7.p.11.recen., vbi ampliùs ad propoſi-
183 tum noſtrum addit, quod vſus, & obſeruan-
tia ſtatuti comprobatur, ex quo aliquis Doctor
eximius antiquitus ſuper illo ſcripſerit.

Idque agnouit idem Ioannes aduerſarius,
dum per teſtes niſus fuit probare, ſed parùm fœli-
citer, inobſeruantiam, cum teſtes ab eo inducti
184 id non potuerint concludere contrà patentem
veritatem in contrarium probatam pro parte
D. Blanchi, & per res iudicatas iuxtà Statutum,
& atteſtationes Iudicum Vialium, & per depoſi-
tiones formiter factas ab alijs teſtibus.

Prò inobſeruantia Statuti non ſunt attendendę
fides extraiudiciales productæ poſt duas ſenten-
tias contrarias de partibus, & lite pendente in
Curia, ex quibus habetur in pluribus locis extrà
Ciuitatem, & in eius diſtrictu, ac territorio
propè vias adeſſe foueas confinantes, quia pro-
185 batio deducta ex dictis fidibus multipliciter
euertitur, primo quod fides non facit fidem
Rot.deciſ.632.n.13. & 14.coram Merlin., & in
186 puncto fidei datæ ſuper non vſu Conſtitutionis
Rot. deciſ. 260. n.5. coram Gregor., & multò mi-
nùs dum fides fuit extorta lite pendente, & poſt
187 duas ſententias contrarias, *Thomat.deciſ.141.*
n.9., *Rot.deciſ. 125.n.6. coram. Cauaier.*, præci-
188 puè dum dictæ fides contrariantur diſpoſitio-
ni ſtatuti, *Rot.deciſ. 303. n. 19. p.7.recen.*; ſecun-
do eo minùs dictis extraiudicialibus atteſtatio-
nibus eſt præſtanda fides, dum contrà illas vr-
gent res iudicatæ, teſtes formiter examinati,de-
189 ponentes contrarium, & vniuocè conuenien-
tes ſuper obſeruantia ſtatuti, ac atteſtationes pu-
blicorũ Officialiũ ſuper eadẽ obſeruantia quibus
magis credendum eſt, dum remanent ſuffultæ à
diſpoſitione iuris volentis, quod ſtatutum præ-
190 ſumatur vſu receptum, & proptereà dictis fi-
dibus extraiudicialibus vti erroneis in aliquo
non eſt deferendum *Rot. deciſ. 230. n.9. coram*
Coccin.& deciſ.632.n.15.coram Merlin.

Tertio demum dicitur, quod dictæ fides licet
eſſent recognitæ, in aliquo non releuaret, ex quo
non ſufficit, quod teſtes in illis dicant vidiſſe in
pluribus locis foſſata propè vias publicas, ac vi-
cinales, ſed debebant addere, quod vicini recla-
mauerint, & Magiſtratus Viarum, ſeu Vialium
de hoc habuerit notitiam, & non demandauerit
191 illorum repletionem, aliàs non dicitur pro-
bata inobſeruantia Statuti plenè, *Gratian. deciſ.*
28.n.16. & infrà; quod in dictis fidibus non le-
gebatur, quia non verum, ex tot probationi-
bus in contrarium factis prò obſeruantia Statuti.

Tametſi prò iuſtitia ſententiarum de partibus
prò illatum confirmatione prædicta exuberare
videantur,nihilominùs ſupplicatur reflecti aliud
motiuum potentiſſimum, quod Ioannes emit
bona, ſuper quibus aperuit foſſatum à quodam
Sanctino, & hic illa habuerit in dotem à Pau-
lotio, qui olim habens foſſatum in loco contro-
uerſo, & vbi nunc reperitur apertum hoc, ſuper
quo cadit lis, ad conqueſtionem, & reclamatio-
nem Blanchi vicini, illud repleuit, ex quo ha-
192 betur obſeruantia ſtatuti deducta ex facto præ-
ciſo in loco controuerſo, vt ferè in puncto ad-
uertit *Alben.conſ.157. n.8.& 9.lib.1.*, ex quo vlte-
rius inſurgit, quod licet non haberemus ſtatu-
tum clarum, & quod eſt in viridi obſeruantia,
eſſet inducta ſeruitus ex conuentione foſſatum
193 ampliùs non aperiendi, cum quo iure cenſetur
Ioannes emiſſe ex benè traditis per *Alben.dict.*
conſ.157. n.8.lib.1., & ſtante ſtatuto res remanet
indubia, quod repletio tunc facta fuit in vim
Statuti, & ex quo ſecundum illud, poterat cogi
ad replendum.

Ex

Ex quibus ad oculum demonſtratur iuſtitia ſententiarum de partibus, quæ propterea merentur confirmari.

193 Cœterum ſi plura deſideras ad materiam Viarum tam publicarum, quam priuatarum videantur *Angel. de Peruſ. conſ. 18., Siluan. conſ. 60., Grat. reſponſ. 112. lib. 1. Borell. conſ. 28., Bero. conſ. 136. lib. 3., Bertazzol. conſ. 393. 470. & 471. lib. 2., Honded. conſ. 81. lib. 1., & conſ. 100. lib. 2., Natt. conſ. 642., Riminal. Sen. conſ. 31., Riminal. iun. conſ. 382. li. 4., Bim. conſ. 198. lib. 2., Caball. conſ. 111. tom. 2. Ioann. de Amicis conſ. 1., Bece. conſ. 15., Palm. Sen. conſ. 59., Reuit. conſ. 58. lib. 2., Alben. conſ. 403., Cyriac. contr. 125., 178., 274., & 667., Mauſ. conſult. 228. tom. 3. Toudut. reſol. Ciuil. p. 2. cap. 133., Staiban. Iun. reſol. forenſ. 65. per tot. lib. 1., Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. à n. 267. ad 382. Molſeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 2. p. 12. quæſt. 10., Borell. de Regis Catthol. præſtan. cap. 7., Theodor. alleg. 82., Coſt. Remed. Subſid. 92., Capon. diſcept. 170., Paccichell. de diſtant. cap. 6. membr. 9., Ripoll. de Regal. cap. 40., Moutan. eodem tract. §. via publica fol. 52. Maſcard. de probat. concluſ. 1412. Bard. de Iure Protbomiſ. §. 1. per tot., Afflict. eodem tract. §. eſt autem 9.,* & ibi, *Rumius in addit. fol. 236., Roſſental. de feud. cap. 5. de Regal. concluſ. 20., & ſeq., Fragoſ. de Regimin. Reipub. par. 1. lib. 7., diſput. 21., Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 23., Carpan. ad Stat. Mediolan. p. 2. cap. 240., & ſeq., Ioſeph de Roſa conſult. 1. par. 1., Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 5. Rubr. 24. ad 28., & lib. 6. Rubr. 17., Thor. in compend. deciſ. tom. 5. part. 3. ſect. 3. verbo Via fol. 409., Sabell. in ſumma diuerſ. §. via 12. fol. 560., Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 23. 24. 27. 88., & 89., & de Regal. diſcurſ. 136. 139. 140. & 141., Viu. deciſ. 488., Surd. deciſ. 42., Monach. deciſ. Bonon. 3., Barz. deciſ. 156., Cenſal. deciſ. Lucen. 69., Rota deciſ. 631. coram Caualer., deciſ. 61. par. 17. recen., & deciſ. 82. par. 18. Reuerendiſs. Zaul. Epiſc. Verulan. ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 7. Rubr. 14.* poſt hæc ſcripta in lucem æditus, & prius *lib. 5. Rubr. 35. & 37., Antunez de donat. Reg. lib. 3. cap. 3., Brugiott. in Epitom., ſeu prax. viar. & flumin.* diuiſa *in cap. 7.*

De Pariete Communi. CAP. CVII.

SI aliquis paries ſit inter aliquos communis, liceat vnicuique in eo trabem, ſeù lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere, & etiam ſi vicini luminibus officiatur, altius tollere.

PRÆLVDIVM.

DIſponitur ab hoc Statuto ſolùm, quid in pariete communi à ſocio fieri poſſit, nihil autem in eo dicitur de pariete proprio, & quia omnis paries, vel eſt proprius, vel communis, & cognitio ſuper vno valdè deſeruit prò cognitione alterius; hinc commentando præſens Statutum, in quo continetur paucis verbis materia quotidiana, & vtilis, illam diuidam in duos articulos, in quorum primo agetur de pariete proprio, ex quibus dicatur talis, & quando ſuper illo poſſit ſuperædificari nec ne, & quando in eo licitum ſit apponere trabes ſeu ligna, vel aperire fæneſtras; & in ſecundo demonſtrabitur, qui ſit paries communis, & referentur ſigna communionem denotantia, & ſimul explicabitur, quando ſuper pariete communi poſſit ſuperædificari nec ne, & quando dicatur conſtructus ad diuidendum, vel deſtinatus, & aptus etiam ad eleuandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

DIſcutitur plenè quando murus dicatur proprius alicuius, & de ſignis proprietatem denotantibus; oſtenditur etiam quantum in hoc Architectis, & Fabrimurarijs peritis in arte ſit deferendum. Super pariete proprio ceſſante æmulatione, quæ regulariter non præſumitur, & eſt probanda ab illam allegante,) poteſt quis ad libitum ædificare, & feneſtras aperire, & quando ſecùs ſi habeatur proſpectus ad Monaſteria Monialium, vel per fabricam impediatur aer ſalubris locis publicis, vel ſi adſit ſeruitus non aperiendi feneſtras, quæ quando inducta ſit oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Paries dicitur proprius illius, qui habet in illo caminum totum parietem perforantem, & n. 3.*
2 *Idem de latrina perforante totum parietem.*
3 *In pariete proprio non communi licet habere caminum, vel latrinam perforantem totam parietem.*
4 *Paries præſumitur proprius illius, qui habet immiſſas trabes, ac ſigna per totam ſpiſſitudinem parietis.*
reſtatur *Rot. deciſ. 536. n. 3. p. 1. diuerſ.*, datur vlti-
ma confirmatio Pauli V., quæ licèt ſit in forma
communi, ſufficit in hoc ſtatuto rationabili.

Nec turbat, quod talis confirmatio tam
Pau-

175 Pauli V., quam illa deducta ex lapſu temporis
cum obſeruantia ſit in forma communi, quæ pa-
tùm, aut nihil operatur *Rot. deciſ. 168. n.8. coram*
Royas quia reſpondetur primo, dictum ſtatutum
ex dictis non eſſe contrà Ius, & ſic non eguiſſe
aliqua confirmatione, ſecundo dicitur, quod
etiamſi eſſet contrà Ius, adhuc cum ſit rationa-
bile præſeferens viarum conſeruationem, prò il-
lius validitate ſat eſt confirmatio in forma com-
muni, quę tunc ſolum non operatur, quando ſta-
tutum ne dum eſt contrà ius, ſed eſt etiam illici-
tum, & inhoneſtum, Dei, ac proximi offenſio-
nem continens, peccatum nutriens, & occaſio-
nem delinquendi præbens, dum ex eo ſolum,
quod eſt contra diſpoſitionem iuris communis,
176 ſi aliàs ſit rationis fomento munitum, non
remanet ineſſicax, ſi ſit confirmatum in forma
communi *Gratian. cap. 9. num. 4., Rot. deciſ. 510.*
num. 3. 4., & 9. par. 4. diuerſ. deciſ. 349. num. 12.,
& deciſ. 853. ad 15. coram Penia deciſ. 628. n. 12.
n. 10. coram Merlin., deciſ. 189. n. 11. & infrà par.
11. recen., Adden. ad Gregor. deciſ. 267. n. 11. &
177 *infrà*, & eſt ratio, quia ſtatutum poteſt eſſe
contrà Ius, & nihilominùs eſſe rationabile, &
honeſtum *Salon. ad leg. Tauri in relect. l. 1. n. 331.*
& 332.

Haud refragante quod ſit probanda obſeruan-
tia Statuti, ex quo in cofirmatione ſtatutorum
facta à Paulo V. adſit clauſula *quatenus ſint in vſu*;
quia dicta clauſula refertur ad priuilegia ſimul
178 cum ſtatutis confirmata, non autem ad ſtatuta
latè *Poſt. reſolut. 88. n. 134. & ſeq. Rot. deciſ. 442.*
n. 1. vbi de ratione *coram Millin. deciſ. 305. n. 3. &*
4. coram Pen., & in puncto confirmationis ſta-
tutorum Ciuitatis Aſculi ſic reſpondet *Rot. de-*
ciſ. 536. n. 3. verſic. Bulla enim p. 1. diuerſ.

Propereà de obſeruantia apparet ex actis, dum
ex illis habentur atteſtationes Iudicum Viarum
Ciuitatis Aſculi, aſſerentium de pluribus pro-
uiſionibus, & ſententijs executioni demandatis,
decernentibus repleri foſſata excauata contrà
formam ſtatuti, quando partes ſuper hoc inſte-
terunt, quibus Iudicibus, dictis ibi *Vialibus*, at-
179 teſtantibus de re ad eorum officium pertinente
deferendum eſt *Rot. deciſ. 343. n. 8. p. 6. recen. deciſ.*
26. n. 5. & 11. p. 7., & coram Merlin. deciſ. 377. n. 3.

Præcipuè dum talis atteſtatio publicorum Of-
180 ficialium remanet comprobata ex teſtibus for-
miter examinatis deponentibus de eadem obſer-
uantia *Rot. deciſ. 243. n. 9. p. 6. recen.*

Quæ probatio ſuper obſeruantia ſtatuti facta
fuit ad exuberantiam, nam vſus, & obſeruantia
181 ſtatuti præſumitur eo ipſo, quod inſertum eſt
in volumine ſtatutorum poſt Doctores, ac deci-
ſiones relatas *Spetell. deciſ. 15. n. 15. n. 16. & 17.*,
vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, &
182 quod temerarium eſt ab ea recedere, vti recepta
à tot Patribus, & pluries à Rota firmata, & hoc
firmat *Rot. deciſ. 305. n. 1., & 2. coram Pen.*, vbi
quod allegans non vſum tenetur probare, *& de-*
ciſ. 169. n. 7. p. 11. recen., vbi ampliùs ad propoſi-
183 tum noſtrum addit, quod vſus, & obſeruan-
tia ſtatuti comprobatur, ex quo aliquis Doctor
eximius antiquitus ſuper illo ſcripſerit.

Idque agnouit idem Ioannes aduerſarius,
dum per teſtes niſus fuit probare, ſed parùm feli-
citer, inobſeruantiam, cum teſtes ab eo inducti
184 id non potuerint concludere contrà patentem
veritatem in contrarium probatam pro parte
D. Blanchi, & per res iudicatas iuxtà Statutum,
& atteſtationes Iudicum Vialium, & per depoſi-
tiones formiter factas ab alijs teſtibus.

Prò inobſeruantia Statuti non ſunt attendendę
fides extraiudiciales productæ poſt duas ſenten-
tias contrarias de partibus, & lite pendente in
Curia, ex quibus habetur in pluribus locis extrà
Ciuitatem, & in eius diſtrictu, ac territorio
propè vias adeſſe foueas confinantes, quia pro-
185 batio deducta ex dictis fidibus multipliciter
euertitur, primo quod fides non facit fidem
Rot. deciſ. 632. n. 13. & 14. coram Merlin., & in
186 puncto fidei datæ ſuper non vſu Conſtitutionis
Rot. deciſ. 260. n. 5. coram Gregor., & multò mi-
nùs dum fides fuit extorta lite pendente, & poſt
187 duas ſententias contrarias, *Thomat. deciſ. 141.*
n. 9., Rot. deciſ. 125. n. 6. coram. Caualer., præci-
188 puè dum dictæ fides contrariantur diſpoſitio-
ni ſtatuti, *Rot. decif. 303. n. 19. p. 7. recen.*; ſecun-
do eo minùs dictis extraiudicialibus atteſtatio-
nibus eſt præſtanda fides, dum contrà illas vr-
gent res iudicatæ, teſtes formiter examinati, de-
189 ponentes contrarium, & vniuocè conuenien-
tes ſuper obſeruantia ſtatuti, ac atteſtationes pu-
blicorũ Officialiũ ſuper eadẽ obſeruantia quibus
magis credendum eſt, dum remaneant ſuffultæ à
diſpoſitione iuris volentis, quod ſtatutum præ-
190 ſumatur vſu receptum, & proptereà dictis fi-
dibus extraiudicialibus vti erroneis in aliquo
non eſt deferendum *Rot. deciſ. 230. n. 9. coram*
Coccin. & deciſ. 632. n. 15. coram Merlin.

Tertio demum dicitur, quod dictæ fides licet
eſſent recognitæ, in aliquo non releuaret, ex quo
non ſufficit, quod teſtes in illis dicant vidiſſe in
pluribus locis foſſata propè vias publicas, ac vi-
cinales, ſed debebant addere, quod vicini recla-
mauerint, & Magiſtratus Viarum, ſeu Vialium
de hoc habuerit notitiam, & non demandauerit
191 illorum repletionem, alias non dicitur pro-
bata inobſeruantia Statuti plenè, *Gratian. deciſ.*
28. n. 16. & infrà; quod in dictis fidibus non le-
gebatur, quia non verum, ex tot probationi-
bus in contrarium factis prò obſeruantia Statuti.

Tametſi prò iuſtitia ſententiarum de partibus
prò illarum confirmatione prædicta exuberare
videantur, nihilominùs ſupplicatur reflecti aliud
motiuum potentiſſimum, quod Ioannes emit
bona, ſuper quibus aperuit foſſatum à quodam
Sanctino, & hic illa habuerit in dotem à Pau-
lotio, qui olim habens foſſatum in loco contro-
uerſo, & vbi nunc repetitur apertum hoc, ſuper
quo cadit lis, ad conqueſtionem, & reclamatio-
nem Blanchi vicini, illud repleuit, ex quo ha-
192 betur obſeruantia ſtatuti deducta ex facto præ-
ciſo in loco controuerſo, vt ferè in puncto ad-
uertit *Alben. conſ. 157. n. 8. & 9. lib. 1.*, ex quo vlte-
rius inſurgit, quod licet non haberemus ſtatu-
tum clarum, & quod eſt in viridi obſeruantia,
eſſet inducta ſeruitus ex conuentione foſſatum
193 ampliùs non aperiendi, cum quo iure cenſetur
Ioannes emiſſe ex benè traditis per *Alben. dict.*
conſ. 157. n. 8. lib. 1., & ſtante ſtatuto res remanet
indubia, quod repletio tunc facta fuit in vim
Statuti, & ex quo ſecundum illud, poterat cogi
ad replendum.

Ex

Ex quibus ad oculum demonſtratur iuſtitia ſententiarum de partibus, quæ propterea merentur confirmari.

193 Cœterum ſi plura deſideras ad materiam Viarum tam publicarum, quam priuatarum videantur *Angel. de Peruſ. conſ. 18., Siluan. conſ. 60., Grat. reſponſ. 112. lib. 1. Borell. conſ. 28., Bero. conſ. 136. lib. 3., Bertazzol. conſ. 393. 470. & 471. lib. 2., Honded. conſ. 81. lib. 1., & conſ. 100. lib. 2., Natt. conſ. 642., Riminal. Sen. conſ. 31., Riminal. iun. conſ. 382. li. 4., Bim. conſ. 198. lib. 2., Caball. conſ. 111. tom. 2. Ioann. de Amicis conſ. 1., Becc. conſ. 15., Palm. Sen. conſ. 59., Rcuit. conſ. 58. lib. 2., Alben. conſ. 403., Cyriac. contr. 125., 178., 274., & 667., Manſ. conſult. 228. tom. 3. Tondut. reſol. Ciuil. p. 2. cap. 133., Staiban. Iun. reſol. forenſ. 65. per tot. lib. 1., Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. à n. 267. ad 382. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 2. p. 12. quæſt. 10., Borell. de Regis Catthol. præſtan. cap. 7., Theodor. alleg. 82., Coſt. Remed. Subſid. 92., Capon. diſcept. 170., Paccichell. de diſtant. cap. 6. membr. 9., Ripoll. de Regal. cap. 40., Montan. eodem tract. §. viæ publicæ fol. 52. Maſcard. de probat. concluſ. 1412. Bard. de Iure Protbomiſ. §. 1. per tot., Afflict. eodem tract. §. eſt autem 9.,* & ibi, *Rumins in addit. fol. 236., Roſſental. de feud. cap. 5. de Regal. concluſ. 20., & ſeq., Fragoſ. de Regimin. Reipub. par. 1. lib. 7., diſput. 21., Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 23., Carpan. ad Stat. Mediolan. p. 2. cap. 240., & ſeq., Ioſeph de Roſa conſult. 1. par. 1., Conciol. ad Stat. Engubin. lib. 5. Rubr. 24. ad 28., & lib. 6. Rubr. 17., Thor. in compend. deciſ. tom. 5. part. 3. ſect. 3. verbo Via fol. 409., Sabell. in ſumma diuerſ. §. via 12. fol. 560., Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 23. 24. 27. 88., & 39., & de Regal. diſcurſ. 136. 139. 140. & 141., Vin. deciſ. 488., Surd. deciſ. 42., Monach. deciſ. Bonon. 3., Barz. deciſ. 156., Cenſal. deciſ. Lucen. 69., Rota deciſ. 631. coram Caualer., deciſ. 61. par. 17. recen., & deciſ. 82. par. 18. Reuerendiſs. Zaul. Epiſc. Verulan. ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 7. Rubr. 14.* poſt hæc ſcripta in lucem æditus, & prius *lib. 5. Rubr. 35. & 37., Antunez. de donat. Reg. lib. 3. cap. 3., Brugiott. in Epitom., ſeu prax. viar. & flumin.* diuiſa in *cap. 7.*

De Pariete Communi. CAP. CVII.

SI aliquis paries ſit inter aliquos communis, liceat vnicuique in eo trabem, ſeù lignum immittere, & ex eo vtilitatem capere, & etiam ſi vicini luminibus officiatur, altius tollere.

PRÆLVDIVM.

DIſponitur ab hoc Statuto ſolùm, quid in pariete communi à ſocio fieri poſſit, nihil autem in eo dicitur de pariete proprio, & quia omnis paries, vel eſt proprius, vel communis, & cognitio ſuper vno valdè deſeruit prò cognitione alterius; hinc commentando præſens Statutum, in quo continetur paucis verbis materia quotidiana, & vtilis, illam diuidam in duos articulos, in quorum primo agetur de pariete proprio, ex quibus dicatur talis, & quando ſuper illo poſſit ſupræ dificari nec ne, & quando in eo licitum ſit apponere trabes ſeu ligna, vel aperire fæneſtras; & in ſecundo demonſtrabitur, qui ſic paries communis, & referentur ſigna communionem denotantia, & ſimul explicabitur, quando ſuper pariete communi poſſit ſupræ dificari nec ne, & quando dicatur conſtructus ad diuidendum, vel deſtinatus, & aptus etiam ad eleuandum.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur plenè quando murus dicatur proprius alicuius, & de ſignis proprietatem denotantibus; oſtenditur etiam quantum in hoc Architectis, & Fabrimurarijs peritis in arte ſit deferendum. Super pariete proprio ceſſante æmulatione, quæ regulariter non præſumitur, & eſt probanda ab illam allegante,) poteſt quis ad libitum ædificare, & feneſtras aperire, & quando ſecùs ſi habeatur proſpectus ad Monaſteria Monialium, vel per fabricam impediatur aer ſalubris locis publicis, vel ſi adſit ſeruitus non aperiendi feneſtras, quæ quando inducta ſit oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Paries dicitur proprius illius, qui habet in illo caminum totum parietem perforantem, & n. 3.*
2 *Idem de latrina perforante totum parietem.*
3 *In pariete proprio non communi licet habere caminum, vel latrinam perforantem totam parietem.*
4 *Paries præſumitur proprius illius, qui habet immiſſas trabes, ac ſigna per totam ſpiſſitudinem parietis.*
5 *Idem ſi trabes perforent vltrà medietatem parietis.*
6 *Paries præſumitur illius, qui habet tectum domus totum fundatum ſuper ipſo pariete.*
7 *Idem reſultat ex quo quis habet feneſtras penetrantes totum parietem.*
8 *In pariete communi non licet facere feneſtras.*
9 *Ex ſolis feneſtris perforantibus totum parietem non arguitur proprietas muri, ſi ex alijs appareat de communione.*
10 *Paries præſumitur illius qui habet trabes perforantes totum parietem, licèt alter habeat in illo trabes perforantes dimidiam parietis.*
11 *Paries ſi ex pluribus ſignis appareat proprius, ſignum immiſſionis tignorum ab alio facta non tollit proprietatem, cum cenſeantur immiſſa iure ſeruitutis & n. 12., & quando ſecùs n. 13.*
15 *Si vterque dominus eſt in poſſeſſione parietis immiſſio tignorum, & trabium cenſetur facta iure proprio, & communionis, & non iurè ſeruitutis, & n. 16.*
17 *Et præſumitur proprius illius qui aperuit feneſtras. donec plenè probetur contrarium.*

18 Pa-

Digitized by Google

18 *Paries præſumitur proprius alicuius, ex quo ædificatus in illius ſolo.*

19 *Præſumitur proprius illius, cuius expenſis probatur ædificatus.*

20 *Pariter præſumitur illius, qui ſuper eo habet tectum, & ſtillicidium protendens ſuper domo, vel curtili vicini vltrà parietem.*

21 *Præſumitur proprius illius cuius tecto coopertus reperitur.*

22 *Si maximè ſit altior, & antiquior domo vicini.*

23 *Stillicidium ſuper pariete non arguit proprietatem muri, ſi non ſit protenſum vltrà parietem.*

24 *Parietis dominium deducitur ex quo quis in illo versùs ſuam curtem habet lapides, ac feneſtrellas.*

25 *Fallit ſi conſtet de contrario principio conſtructionis parietis, quod ad alium ſpectet.*

26 *Præſumitur proprius alicuius, ſi ſuſtentet proprium illius terrenum, & n. 27.*

28 *Præſumitur proprius illius, qui habet alios muros proprios confinantes eiuſdem ſtructuræ, & profilis, & in quibus adſunt portæ, & feneſtræ totum parietem perforantes, & n. 30., & 33., & quando secùs n. 34.*

29 *Probatur hoc ex viſione loci.*

31 *Probatur proprius ex pluribus operibus antiquibus, non autem de recenti factis ſuper illo in ſolam vtilitatem prætendentis proprietatem.*

32 *Pariter ex quo ſuſtinet tantùm onera domus alicius, nam huius præſumitur.*

35 *Murus præſumitur proprius illius cuius domus ſine illo ſtare non poteſt, & quæ tota ſuper eo recumbit.*

36 *Murus præſumitur proprius ex confeſſionibus, & ennunciatiuis, quod murus ſit proprius alicuius.*

37 *Sed talis ennunciatiua eſt probatio æquiuoca, quia poteſt verificari in muro communi, dum hic etiam appellatur proprius.*

38 *Murus probatur proprius alicuius ex relatione peritorum.*

39 *Periti ſi ſuper hoc diſcordant ſtatur dicto maioris partis, & illis, qui concludentiora ſigna adducant.*

40 *Peritus deponens ſuper ſignis magis claris præfertur.*

41 *Iudex in diſcordia peritorum poteſt ſe inſtruere ab alijs peritis etiam partibus non vocatis, & num. 43.*

42 *Relationi peritorum ſuper hoc ſtari non debet, ſi ex facie loci, & ex alijs probationibus eorum peritia detegatur erronea, & n. 45.*

43 *Peritorum mala relatio debet corrigi per nouos peritos.*

44 *Facies loci ſi præſeferat contrarium illius, quod depoſuerunt teſtes, vel periti illa attenditur.*

46 *Parietis proprietas probatur per acceſſum Iudicis, quæ probatio per acceſſum, ſuperat relationes peritorum,*

47 *Iudex autè acceſſum debet ex Doctoribus ſe inſtruere, quid adnotare debeat in illo.*

48 *Muri proprietas ſi clara ſit ex acceſſu, vel aliundè, non eſt opus electione peritorum.*

49 *Probatione, quæ reſultat ab acceſſu, nulla poteſt dari maior.*

50 *Paries probatur proprius quoad dominium alicuius ex ſola poſſeſſione in ædificando, non facta probatione contraria,*

51 *Muri dominio probato in certa parte, totus præſumitur proprius.*

52 *Murus, ſi deſint ſigna proprietis, pro aliquo, & ſigna communionis, præſumitur ptoprius, vel communis, iuxtà maiora, & potiora ſigna, & n. 53.*

54 *Paries ſi probetur proprius alicuius, ſi aliquid ab alio factum fuit in eodem pariete præſumitur iure ſeruitutis, vel liberalis conceſſionis.*

55 *Allegans aliquid feciſſe in pariete iure communionis, ſi poſtea probetur proprius alicuius, non poteſt allegare ius ſeruitutis.*

56 *Dominio totius parietis in aliquo probato non poſſunt ab alio immitti tigna, & ſi fuerint immiſſa, poterunt tolli.*

57 *Paries, quando eſt proprius alicuius, non poſſunt feneſtræ in eo exiſtentes per fabricam claudi.*

58 *In pariete proprio alicuius non licet aliquid facere inuito domino.*

59 *Ædificare licet ſuper pariete proprio, & illum altius tollere, etiam poſt mille annos, niſi præceſſerit prohibitio eleuandi cum acquieſcentia.*

60 *Poſſunt etiam in eo aperiri feneſtræ habentes proſpectum in Aream, Curtem, Hortum, vel Domum vicini ceſſante æmulatione.*

61 *Procedit etiamſi luminibus vicini officiatur, ceſſante æmulatione, vel ſeruitute ne luminibus officiatur,*

62 *Feneſtræ aperiri non poſſunt ſtante ſeruitute ne luminibus officiatur, & illas non aperiendi tam expreſſa, quam tacita.*

63 *Stante ſeruitute quando luminibus non infertur præiudicium, ſed ſolùm proſpectui poteſt eleuari murus, & n. 64.*

65 *Æmulatio in ædificando, ac aperiendo feneſtras non præſumitur, ſed debet illa probari ab allegante & n. 66.*

67 *Æmulatio ceſſat, ſi eleuatio parietis, vel aperitio feneſtrarum ſit vtilis eleuanti, ac aperienti, licet noceat vicino.*

68 *Æmulatio excluditur etiam ex modica vtilitate.*

69 *Æmulatio ſi habeat mixturam vtilitatis, hæc præfertur non attenta æmulatione.*

70 *Æmulatio reſultat, quando ex ædificio nulla, vel ſatis modica reſultat ædificanti vtilitas.*

71 *Æmulatio an adſit arbitrio Iudicis plurimum attribuitur.*

72 *Ædificatio, ac aperitio feneſtrarum præſumitur in dubio fieri ad propriam vtilitatem, & non ad æmulationem.*

73 *Fallit ſi aperiens poteſt ab alia parte ſine præiudicio vicini habere lumen ſufficiens, & n. 83.*

74 *Ædificare priuatis non licet, ſi ex illo proſpectus, vel aliud damnum patiatur Eccleſia.*

75 Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 16. *reprobatur.*

76 *Eleuatio parietis, ac aperitio feneſtrarum fieri non poteſt, ſi ex illis reſultet proſpectus actiuus, vel paſſiuus intùs Monaſteria Monialium, & n. 78. quando ſecus.*

77 *Pariter ſi ex nouo ædificio, Monialibus, ac locis publicis tolleretur aer, ac ſalubritas ventorum.*

79 *Feneſtras nouas aperire non licet, ſi vigore pacti fuerit clauſa alia, ſi per aperitionem nouæ feneſtræ habetur idem proſpectus.*

80 *Proſpectus ſi ſit ſublatus ex pacto per eleuationem certi muri non licèt poſteà aperire alibi feneſtram*

pro

pro habendo ſimili proſpectu , & num. 82.
81 Deciſ.81. par.17. recen. *fuit reuocata* .

PAries dicitur primò proprius illius, qui ha-
1 bet in illo caminum perforantem totum pa-
rietem *l. cum quidam Hyberus ff. de ſeru. vrban.
præd. Crot. conſ.* 153. *n.* 10. , & 11. *lib.* 2. *Gram-
matic. conſ. ciuil.*164.*n.*4. *Lancellott. Gall.conſ.*104.
*n.*42. *Menoch. conſ.*1237. *n.*36. *Rot. deciſ.*152.*n.*8.
coram Vbald. , & *deciſ.*50.*n.*6. *par.*19. *recen.*
Idem reſultat, ex quo quis habet latrinam
2 perforantem totum parietem *Menoch.* , & *Gram-
matic.* mox allegati , *Tondut. reſol. ciuil. par.*1.
*cap.*88.*n.*4. , ex quo caminum , vel latrinam ha-
bere vltrà dimidiam parietis competat tantum
3 illi , qui habet integrum illius dominium , non
autem illi, qui habet communionem tantum in
pariete *Soccin. Sen. conſ.* 42. *n.* 3. *lib.*4. *Crot. conſ.*
153. *n.*11. *Ruin. conſ.*55. *n.*6. *lib.*4. *n.* 43. *Menoch.
conſ.* 1237. *n.*33. *Aldouin. conſ.* 10. *n.*15. *Rot. deciſ.*
152. *num.* 6. *coram Vbald.* , vbi quod hoc ſolùm à
domino parietis fieri poteſt , & *dict. deciſ.* 50. *à
n.*6. *par.*19. *recen.*
4 Proprietas alicuius reſultat etiam ex tignis ab
eo immiſſis per totam ſpiſſitudinem parietis,
*Menoch. conſ.*1237. *n.* 12. , & *ſeq. lib.* 13. *Tondut.
alleg. cap.*88. *num.*5. *Hyer. Leo deciſ. Valent.* 178.
*n.*6. *lib.*2. *Rot. deciſ.*50. *n.*9. *par.* 19. *recen. Palm.*
5 *Nepos alleg.*260. *n.*6., vbi de trabibus perforanti-
bus vltrà medietatem parietis *tom.*3.
Pariter murus præſumitur proprius illius, qui
6 habet tectum propriæ domus totum fundatum ,
poſitum , ac recumbens ſuper dicto muro , *Lan-
cellott. Gall. conſ.*102. *n.*60.,& 61. *Surd. conſ.*126.
*n.*27. *Palm. Nepos allegat.*264. *n.*5.
Idem reſultat ex feneſtris penetrantibus totum
7 parietem , nam habens tales feneſtras præſumitur
dominus, cum illas aperire non liceat in muro
communi *Ruin. conſ.*55. *nu.*6. *lib.*4. *Caſtrenſ. conſ.*
8 334. *n.*1. *lib.* 2. *Berons conſ.* 132. *n.* 1. *verſic. item
in dicto pariete lib.*3. *Menoch. conſ.*1237. *n.*14. , &
33. *Honded. conſ.*80. *num.* 4. , & 5. *lib.*1. *Aldouin.
conſ.*10. *n.*24. *Aldobrand. conſ.*77. *num.* 23. *lib.* 2.
*Altograd. conſ.*100. *n.*21. *lib.*1. *Tondut. reſol. Ciuil.*
88. *n.*3. *par.*1. *Gratian. diſcept.*263. *num.* 1. *Rocc.
diſput. Iur. Select. tom.*2. *cap.* 175. *n.* 3. *Rot. deciſ.*
152. *nn.* 6. , & 13. *coram Vbald. Cepoll. de ſeruit.
vrban. præd. cap.*40.*n.*13. *Palma Nepos alleg.*262.
*num.*7.
Fallit ſi ex alijs ſignis appareat parietem eſſe
9 communem *Surd. conſ.*126. *n.*22. , & 23. *Honded.
conſ.*80. *n.*29. *lib.*1. *Palm. Nepos allegat.*265.*n* 11.
Et ſi paries perforetur totus per ſigna immiſſa
10 ab aliquo , & pro dimidia per tigna immiſſa ab
alio , præſumitur proprius illius, qui habet tigna
perforantia totum parietem *Crot. conſ.*153. *n.*27.,
& 28. *lib.*2. *Honded. conſ.*80. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd.
conſ.*126. *n.*22. *in fine* , *Menoch. conſ.*1237. *n.* 12. ,
& *ſeqq.* , & facit *Rot. deciſ.*50. *n.*12. *par.*19. *recen.*
Quinimmò probato per concludentia ſigna ,
11 parietem eſſe proprium alicuius , ſolum ſignum
immiſſionis tignorum ab alio in contrarium al-
latum non tollit proprietatem parietis in alio ,
cum tigna cenſeantur immiſſa iure ſeruitutis non
probata ſolutione pretij condigni , *Menoch. conſ.*
1237. *n.*13. *Vegg. conſ.*53. *n.*47., ſed fuiſſe immiſ-
12 ſa iure communionis,non ſeruitutis videtur vel-
le *Honded. conſ.*80. *num.*3. *verſic. ſi verò lib.*1., &
quod præſumatur communionis præſumptio in
illa parte tradunt *Menoch. conſ.*1237. *num.* 37. *ad
med. cum ſeq. Altograd. conſ.*100. *n.*32. *ad medium
lib.*2. , ſed hoc non videtur admittendum ſi exu-
berent ſigna proprietatis pro alio, cum tali caſu
non dicatur facta immiſſio iure communionis
*Surd. conſ.*126. *n.*27. , & *ſeq. Rot. deciſ.* 450. *n.*6.,
& 7. *coram Duran.*
13 Vndè *Simon de Petr. conſ.*73. *n.* 5. *centur.* 1. be-
nè dicit, quod præſumitur facta immiſſio iure
ſeruitutis , quando dominus , qui prætendit pro-
prietatem parietis ob plura ſigna, quæ habet pro
14 ſe, & maiora , probat etiam , eius domum eſſe
antiquiorem illa alterius, qui prætendit commu-
nionem in muro .
Paries autem præſumitur communis, ſi pro
communione plura adducantur ſigna , & vterque
ſocius ſit in poſſeſſione parietis, tali quippè caſu
15 immiſſio trabium, ac aliorum huiuſmodi præſu-
mitur facta iure proprio communionis , non ſer-
uitutis *Surd. conſ.* 126. *n.* 29. , & 30. *Rot. Lucen.*
apud *Palm. Nep. allegat.*264. *n.*8. , & 9.
Et licèt conſtaret,quod antiquitùs murus fuiſ-
ſet proprius alicuius , ſi poſteà hic paſſus fuit
ædificari ſuper illo , & trabes immitti , ex hoc vi-
16 detur ſuper pariete contracta quædam ſocietas ,
ac communio eiuſdem muri plenè *Theſaur. deciſ.*
219. , & cum eo *Rota Lucen.* apud *Palm. Nepot.
allegat.*264. *n.*10. *tom.*3.
Aduertendum quoque hìc , quod concurrenti-
bus ſignis denotantibus proprietatem parietis ,
& alijs communionem , vel quod facta in illo
cenſeantur iure ſeruitutis , vel alterius tituli , &
non iure dominij , interim quouſque plenè non
17 doceatur de communione, vel alio titulo, præ-
ſumitur proprius illius , qui aperuit in eo fæne-
ſtras perforantes totum parietem , donec plenè
probetur contrarium *Bocr. conſ.*5.*n.*5. *cum duobus
ſeqq. Pariſ. conſ.*115. *n.*5., & 6. *lib.*1. *Grillenzon.
conſ.*172. *n.*5. 6. , & 12.
Secundo murus præſumitur proprius alicuius ,
18 ex quo oſtenditur ædificatus in ſolo prætenden-
tis proprietatem eiuſdem *Altograd.conſ.*100.*n.* 14.
*lib.*1. *Palm. Nep. allegat.*260. *num.* 2. *tom.*3. , quo
circa ſi ducta linea recta ab altero pariete pro-
prio illius, qui prætendit, proprietatem appa-
reat , parietem controuerſam eſſe in eadem recti-
tudine , & profilo , dicitur proprius illius, qui
habet dominium alterius parietis in eodem pro-
filo , *Bero. conſ.*132. *n.*1. *lib.*3. *Hyer. Leo deciſ.*178.
*n.*7. *verſic. ex dictis* , & in voto Præſidis Viarum
relato in *deciſ.*253. *n.*57. *par.*7. *recen.*
Tertiò præſumitur proprius illius,. cuius ex-
19 penſis probatur ædificatus *Ruin. conſ.*55. *num.* 6.
*lib.*4. *dict. Lancellott. Gallia conſ.*104. *n.*49.
Quartò præſumitur illius , qui ſuper eo habet
20 tectum , & ſtillicidium protendens vltrà pro-
prium parietem , & ſuper domum , & curtile vici-
ni *Bero. dict. conſ.*132.*n.*1.*lib.*3. *Menoch.conſ.*1237.
*n.*34. *Lancellott. Gall. conſ.*104. *num.* 56. *Gargiar.
conſ.*52. *n.*51. *lib.*1. *dict. Vot.* 253. *num.*7., & 21.
*par.*7. *recen. Rot. deciſ.*50. *n.*19. *par.*19. *recen.*
Et quod præſumatur proprius illius , cuius te-
21 cto coopertus reperitur *Corn. conſ.* 227. *num.* 1.
*verſic. & totus paries lib.*1. *Bero.conſ.*132.*n.*1.*lib.*3.
*Aldobrand. conſ.*77. *n.*24. *lib.*2. *Hyeron. Leo deciſ.
Valent.*

Digitized by Google

Valent. 178. n.7. lib.2. in dict. Vot. 253. n.34. p.7.
recen., & deciſ.50. n.10. par.19. recen.
22 Præcipuè quando eſt altior, & antiquior do-
mo vicini Aldobrand. conſ.77. n. 17. lib. 2. Hyer.
Leo dict. deciſ.178. n.6. lib.2.

Ad hoc autem, vt ex ſtillicidio ſuper pariete
poſſit deſumi ſignum proprietatis in illo, de-
23 bet ſtillicidium eſſe protenſum vltrà parietem,
nec ſufficit, quod ſolùm ſit ſuper pariete Gallia
dict. conſ.104. n.56.

Quintò ex quo quis habet in pariete, versùs
eius curtem, & ſolum proprium, lapides, qui
24 protenduntur vltrà parietem, vel fæneſtrellas
versùs eamdem partem, cum cenſeantur lapides
poſiti, ac fæneſtrellæ factæ ad oſtendendum do-
minium parietis Boer. conſ.5. n.10., & 13.

At hæc coniectura, & præſumptio non conclu-
dit, ſi conſtet de contrario principio conſtru-
25 ctionis parietis in alia perſona, tunc enim con-
iecturæ, & præſumptiones cedere debent veritati
Cæpoll. conſ.35. n.8. Gallia conſ.104. n. 51., & la-
tiùs dicetur infrà, vbi firmabitur, quod talis
coniectura poteſt denotare etiam muri commu-
nionem.

Sextò præſumitur proprius alicuius, ſi ſuſtentet
proprium illius terrenum, nam vbi factum requi-
26 rit expenſam, is feciſſe præſumitur, qui facere
tenebatur Gallia dict. conſ.104. n. 14., & 15. Cæ-
poll. de ſeruitut. vrban. præd. cap.40. n.5., & in
alleg. vot.253. n.3., & ſeq. par.7. recen. nec poteſt
27 præſumi conſtructus ab eo, qui à pariete dam-
num recipiebat dict. vot.253. n.13., & 14. par.7.
recen.

Septimò præſumitur proprius, & conſtructus
ab eo, qui habet alios muros proprios vltrà
aream vicini confinantes, eiuſdem vetuſtatis,
groſſitici, & qualitatis, & ex quibus conſtituitur
vniforme quoddam, & in dictis alijs partibus
murorum adſint portæ, vel fæneſtræ totum mu-
28 rum perforantes, tunc enim etiam in reſiduo mu-
ri controuerſi præſumitur proprietas, ac domi-
nium, Theſaur. deciſ.219. n.3. Palm. Nepos alleg.
260. n.7. tom.3. Rot. deciſ.450. n.6. coram Duran.,
& in dict. Vot.253. num. 15. 16. 47., & 48., vbi
29 quod hoc cognoſcitur ex viſione loci, benè Ton-
dut. reſol. ciuil. par. 1. cap. 88. num. 7., & 8., &
quando paries controuerſus eſt in eadem rectitu-
dine, & profilo cum muro proprio alicuius, &
apparet eiuſdem ſtructuræ, groſſitiei, & qualita-
30 tis, & eodem tempore conſtructus, tunc præſu-
mitur, & ille proprius Crott. conſ.153. n.17., &
18. Bero. conſ.132. n.1. lib.3. Hyer. Leo alleg. deciſ.
178. n.7. verſic. ex dictis, & in dict. Vot. Cameræ
253. n.57. par.7. recen.

Octauò arguitur proprietas parietis, ſi appa-
reat ex viſura loci, à principio eleuationis muri
fuiſſe ſuper illo appoſita canalia pro recipiendis
aquis pluuijs, nec non fuiſſe factos murellos, vt
dicitur à caſſetta in ipſo pariete, vaſchettam prò
tranſportandis aquis in Ciſternam, appoſitos anu-
los ferreos pro ſuſtinendis vitibus, & alijs oneri-
31 bus, ſi prædicta ex oculari inſpectione apparent
facta à principio eleuationis parietis, non autem
poſtea cum aliqua ruptura vulgò ſquarcio de re-
centi, vt in dicto Vot. 253. n.20. Rot. deciſ.50. n.6.
& ſeqq. par.19. recent. vbi approbatur dictum vo-
tum 253.

Nonò ex quo murus ſuſtinet tantùm tigna, ac
32 alia onera domus alicuius perſonæ, nam huius
tantùm præſumitur, non vicini Bero conſ.132. n.1.
verſic. nam ex quo lib.3.

Decimò ex quo paries eſt colligatus cum alijs
muris proprijs illius, qui prætendit in illo pro-
prietatem, qui apparent omnes vnica ſtructura,
33 & eodem tempore fabricati, colligati, & conca-
tenati Corn. conſ.227. nu. 1. lib.1. Crot. conſ. 153.
n.18. lib.2. Altograd. conſ.100. n.20. lib.1. Gratian.
cap.263. num.6., & 7. Tondut. reſol. Ciuil. par. 1.
cap.88. n.7., & 8. Hyeron. Leo deciſ. Valent. 178.
n.7. verſic. ex dictis tribus lib.2. Theſaur. deciſ.219.
n.3., & in dict. Vot.253. n.15. 16. 27. 40. 45., &
48. par.7. recen.

Hæc tamen concluſio limitatur, quoties con-
34 ſtat de dominio, vel poſſeſſione muri colligati
in alia perſona, Gallia dict. conſ.104. n.45.

Vndecimò murus præſumitur proprius illius,
35 cuius domus non poteſt ſtare ſine dicto muro, &
quæ tota in eo recumbit Theſaur. deciſ.219. n. 3.,
& deciſ.253. n.33. par.7. recen.

Duodecimò, ex quo in aliquo inſtrumento an-
tiquo celebrato inter partes, ſeu inter illarum
authores fuerit datus pro confini murus, tan-
quam proprius alicuius, dictæ namque confeſſio-
ni ſtari debet etiam per ſucceſſores, prout ſi in
36 reſponſione ad poſitiones idem fuerit confeſſa-
tum, cum nulla detur maior probatio ea, quæ
ex inſtrumentis, & propria confeſſione reſultat,
vt in proximis terminis firmat Simon de Petr.
conſ.73. n.9., & ſeq. centur.1.; ſed enunciatiuam
factam in inſtrumento, quod murus ſit proprius,
eſſe æquiuocam, ex quo etiam in muro communi
37 poteſt hoc verificari, dum quod commune eſt
proprium etiam dici poſſit, Surd. deciſ.263. n.2.,
& num. 7., & 9., & in terminis præciſis, Franc.
Merlin. deciſ. Lucen. 3. n.7.

Decimotertiò probatur, quod murus ſit pro-
prius ex relatione peritorum, nempè Architecto-
rum, & Fabrorum murariorum ſuper hoc depo-
38 nentium, ſi in eorum relatione deducant ratio-
nes, ſigna, & coniecturas ſuper proprietate pa-
rietis Crot. conſ. 153. n. 22. lib. 2. Bero. conſ. 132.
n.2. lib.3. Aldobrand. conſ.157. num.22., & ſeqq.
Surd. conſ. 126. n. 16., & infrà, Gallia conſ. 104.
n.6. 29., & ſeq. Altograd. conſ. 100. n. 25. lib. 1.
Caualcan. deciſ.8. num.13. par.5. Sperell. deciſ.54.
n.3., & ſeq. Hyer. Leo. deciſ. Valent.178. num.1.,
& 2. lib. 2., & in dict. Vot. 253. num. 22. par. 7.
recen.

Et ſi periti diſcordent ſuper proprietate, vel
communione parietis ſtatur dicto maioris partis
39 illorum, qui veriſimilia, & per concludentiora
ſigna proprietatis, vel communionis deponunt
Crot. conſ.153. num.22. Lancellott. Gall. conſ.104.
n.30., & ſeqq. Bero. conſ. 5. n. 7. Pariſ. conſ. 116.
n.12. lib.4. Simon de Pret. conſ. 73. n. 14., & 15.
centur. 1., vbi etiam de pluribus teſtibus redden-
tibus rationem ſuper qualitate parietis præfe-
rendis alijs teſtibus non reddentibus rationem,
Vnameſ. conſ. 50. num. 1. in fine col. 2. tom. 2. cen-
tur.2.

Quinimmò data diſcordia peritorum, non
40 eſſe deueniendum ad electionem peritioris, ſed
ſtandum eſſe dicto periti, qui ſe fundat in ſignis
claris Alba conſ. 157. n. 25., & ſeq., qui tamen

41 *n. fin.* dicit, quod poſſit Iudex tali caſu vocare
alios peritos ad magis ſe informandum, etiam
partibus non vocatis, & ignorantibus.

Et ampliùs quando periti perperam retule-
runt, prout non ſemel contingit, cum quilibet
velit gratificari parti, quæ illum in peritum ele-
git, etiam contrà veritatem in contrarium ab
42 ipſi benè cognitam, tunc ſi ex facie loci, vel
alijs probationibus conſtet de iniuſta, & erronea
relatione, illis ſtari non debet *Alb. dict. conſ.* 157.
*n.*23., *& ſeq. Sperell. deciſ.*54. *n.*47., *&* 48. *Gra-*
43 *tian. diſcept.* 263. *n.* 16., *& infrà*, vbi quod tunc
dabitur reuiſio per nouam electionem peritorum,
& ſi relatio erronea fuerit per ſententiam appro-
bata, dabitur appellatio.

Eſtque adeò verum, quod in hac materia to-
tum pondus relationis peritorum dependeat à
rationibus, quod etiam teſtes debeant deponere
per rationes, ſigna, & coniecturas præſeferentes
proprietatem, & quod etiam teſtibus nobilibus,
& bonæ conditionis, & famæ non præſtetur fides,
44 quando deponunt contrà rei euidentiam, quia
ſcilicèt ex facie loci per acceſſum Iudicis appa-
reat contrarium, & contrarium deponant etiam
periti Architecti *Simon de Petr. dict. conſ.* 73. *n.* 14.,
& 15. *Gratian. cap.* 263. *n. final. Caualcan. deciſ.* 8.
num. 57., *&* 58. *par.* 5. *Hyeron. Leo deciſ. Valent.*
45 178. *n.* 11. *lib.* 2., vbi quod peritis ſtandum non
eſt, ſi per ſigna conſtet de contrario illius, quod
ipſi dicunt.

Decimoquartò ex facie loci per acceſſum Iudi-
cis probatur parietis proprietas, nam probatio
per acceſſum tanquam per euidentiam ſuperat
46 omnes probationes, & etiam ipſas relationes
peritorum *Riminald. Iun. conſ.* 208. *nu. fin. lib.* 2.
Hyer. Leo deciſ. Valent. 178. *n.* 11. *lib.* 2, *Sperell.*
47 *deciſ.* 54. *n.* 10., qui propterea docet, quod Iudex
prouidus, & doctus antequam accedat ad locum
differentiæ, vt benè poſſit adnotare ſigna pro-
prietatis, vel communionis parietis, debet videre
Doctores referentes ſigna denotantia proprieta-
tem, vel communionem, ad hoc vt ea in loco
differentiæ adnotare poſſit, itaut ſi ex acceſſu,
48 vel aliundè clarè pateat de pertinentia muri, non
ſit locus electioni peritorum ex firmatis per *Alb.*
conſ. 157. *n.* 22.; hinc non ſolùm non ſunt dam-
nandi Iudices, qui in his materijs ſtatim ordi-
nant acceſſum ad locum differentiæ, ſed potiùs
ſunt omni laude digni, cum nulla maior, nec ex-
49 celſior ſuper hoc poſſit dari probatio, quàm
illa, quæ reſultat ex acceſſu, & euidentia rei, vt
benè ponderat *Alba conſ.* 157. *n.* 47., vbi in pro-
poſito agit de probatione per acceſſum, & ex eui-
dentia rei.

Decimoquintò murus probatur proprius ædi-
ficantis quoad dominium ex ſola poſſeſſione in
50 ædificando, non probato, quod ſolùm, in quo
fuit fabricatum, ſit proprium alterius, vel com-
mune *Rnin. conſ.* 55. *n.* 2. 3., *&* 7. *lib.* 4. *Altograd.*
conſ. 100. *n.* 18. *lib.* 1. *Theſaur. deciſ.* 219. *n.* 5. *verſic.*
ſed ad hæc; & probato dominio muri in certa
parte, totus præſumitur proprius, cum vnus, &
51 idem murus non poſſit pro parte eſſe proprius
vnius, & in altera communis, vel alterius *Palm.*
Nep. alleg. 260. *n.* 7. *Rot. deciſ.* 450. *n.* 6. *coram*
Duran.

Et ſi adſint ſigna importantia, parietem eſſe
proprium alicuius perſonæ, & alia præſeferentia
eſſe communem cum alio, debet iudicari pro-
52 prius illius, qui habet plura, & vrgentiora ſigna
proprietatis *Corn. conſ.* 227. *n.* 2. *verſic. & maximè*
ſtante pluralitate lib. 1. *Crot. conſ.* 153. *n.* 20. *verſic.*
non obſtat igitur lib. 2. *Menoch. conſ.* 1237. *n.* 16.,
& ſeq., *& n.* 41. *Simon de Petr. conſ.* 73. *n.* 6. *cen-*
tur. 1. *Gargiar. conſ.* 52. *n.* 53. *lib.* 2. *Altograd. conſ.*
100. *nu.* 33. *lib.* 1. *Neguſant. reſponſ.* 511. *num.* 15.
Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. cap. 263. *n.* 5.

Et è contrà paries erit iudicandus communis,
53 ſi pro communione plura, & vrgentiora ſigna
aſſiſtant, vt fuit dictum infrà hìc *artic.* 2. *n.* 119.,
& ſeqq., cum in hac materia præualere debeant
ſigna, ac coniecturæ plures, ac magis vrgentes
pro proprietate, vel communione.

Probata verò proprietate parietis quoad ali-
quem, ſi conſtat de aliquibus actibus poſtea ge-
ſtis per aliam perſonam in eodem pariete, præſu-
54 muntur, vel iure ſeruitutis, vel liberalis con-
ceſſionis peracti, non autem iure dominij *Corn.*
conſ. 227. *n.* 2. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1237. *n.* 38. *Vegg.*
conſ. 53. *n.* 47. *verſic. aut nullum*, *Altograd. conſ.*
100. *n.* 32. *lib.* 1. præclarè in *dict. voto* 253. *n.* 41.
ad 43., *& n.* 54. *ad* 56. *par.* 7. *recen.*, *& deciſ.* 450.
n. 14., *& ſeq. coram Duran.*

Quinimmò ſi fuiſſet probata proprietas parie-
tis quoad aliquem, & alter allegaret fabricaſſe,
& feciſſe aliquos actus in eodem pariete iure
communionis, & hæc excludatur, ex quo pro-
betur proprius alterius, non poterit ille, qui al-
legauit fabricaſſe in pariete, tanquam commu-
55 ni, ampliùs allegare, fabricam peregiſſe iure ſer-
uitutis, ea ratione, quia res propria, vel com-
munis nemini ſeruit, optimus *text. in l. in re*
communi ff. de ſeruit. vrban. præd. Rnin. conſ. 55.
num. 7. *verſic. nec etiam iure ſeruitutis lib.* 4. *Natt.*
conſ. 23. *n.* 1., *&* 2.

Et amplius, quandò conſtat de iure vnius ſuper
toto pariete, & ille eſt in poſſeſſione totius, licèt
ab alio vicino fuiſſent ſuper eo ſuperimmiſſa ti-
gna, vel alio modo ſuperædificatum, non ob
hoc præſumitur communis, ſed debet ab eo pro-
bari ius immittendi, & ædificandi, alias iniuſta
dicitur immiſſio, & ſuperædificatio, & poterit
56 per illum, qui poſſidet totum parietem, tolli
immiſſum propria authoritate, vel poterit agi
interdicto vti poſſidetis *Rnin. conſ.* 55. *n.* 5. *& ſeq.*
lib. 4. *Bero. conſ.* 132. *n.* 3. *lib.* 2.

Et quando paries eſt proprius alicuius, non
57 poſſunt feneſtræ in eo exiſtentes à vicino per fa-
bricam obturari *Surd. conſ.* 126. *n.* 1., *& ſeq. Ton-*
dut. reſol. Ciuil. par. 1. *cap.* 83. *n.* 19., *&* 20., vbi
ſolùm dicit poſſe obturari ædificando, ſi agatur
de pariete communi.

Nec in pariete proprio alicuius licet aliquid
58 facere inuito domino *Rnin. conſ.* 55. *per tot. lib.* 4.
Bero. conſ. 132. *n.* 3. *lib.* 3.

Super pariete, vt ſuprà proprio, poteſt domi-
nus ad libitum ædificare, & altiùs tollere vſque
59 ad Cœlum, nec poteſt impediri in libero vſu rei
propriæ, etiamſi per mille annos idem murus
non fuiſſet eleuatus, niſi præceſſerit prohibitio
eleuandi, ac fabricandi cum acquieſcentia *l. al-*
tius C. de ſeruit., *& aqu.*, *& l. cum eo C. de ſeruit.*
vrb. præd. Iaſon. conſ. 98. *n.* 5., *& ſeq. lib.* 1. *Me-*
noch. conſ. 1237. *n.* 29. *Aldonin. conſ.* 10. *n.* 10., *&*
infra,

infra, *Anton. Perez. conſ.3. num.2. Anell. Amat.*
conſ.40. n.3., *& 4. Palm. Nepos allegat.260. n. 8.*
tom.3. Thomat. decis.119. n.9., *& 10.*, *& in alleg.*
voto Præſidis Viarum *in recen. par. 7. deciſ.253.*
n.58., *& 59.*

Et quidem poteſt ad libitum illum eleuare, &
in eo aperire feneſtras habentes proſpectum in
60 curtim, aream, domum, vel hortum vicini,
dummodò id faciat ad ſuam propriam vtilita-
tem, & non ad emulationem *Aldouin. conſ.10. d*
n.7., *& per tot. Anell. Amat. conſ. 40. n. 3. Card.*
de Luc. de ſeruit. diſc.2. n. 5., *& 6.*, *& n. 9. Rocc.*
diſput. Iur. Select. tom.2. cap. 175. nn. 5. Leo deciſ.
Valent.178. n.8., *& 9. lib.1. Sperell. deciſ.55. per*
tot., & latè *Rot. deciſ.587. 596. 599.*, *& 611. p.5.*
tom.2. recen., & in *Aſculana feneſtrarum 6. Martij*
1690. §. aſsiſtit eum coram R. P. D. Caprara, quæ
ſunt ad materiam magiſtrales.

61 Quod procedit etiamſi per eleuationem lumi-
nibus vicini officiatur *Magon. deciſ. Lucenſ. 29.*
n.9. Rot. deciſ.404. n.1. verſic. etiam extollendo co-
ram Amat. Dunozzett.; ceſſaute tamen æmulatio-
ne, vel ſeruitute ne luminibus officiatur vicino
debitæ *Sperell. alleg. deciſ.55. n.18.*, *& infrà*, vbi
latè oſtendit, ex quibus reſultet, vel ceſſet æmu-
latio *Rot.* plenè *deciſ.61. par.17. recen.*

Concluſio verò quod quis non poſſit eleuare
murum proprium, nec in eo aperire feneſtras, ſi
adſit ſeruitus fauore vicini, ne luminibus offi-
ciatur, vel proſpiciatur in eius domum, proce-
dit tam in ſeruitute expreſsè conuenta, quàm ta-
62 cita deſumpta ex ſignis, & coniecturis, quæ ſer-
uitus tacita ex quibus reſultet videantur *Cyriac.*
controu.28. n. 19., *& infrà*, *Cardin. de Luc. de ſer-*
uit. diſcurſ.3. per totum, *& diſc.4. n.22. Rot. deciſ.*
71. coram Nunot. confirmata *coram Otalora in*
recen. par. 14. deciſ. 276., in qua cauſa ſcripſit
Card. de Luc. allegat. diſc.3.

Quinimmò etiam ſuppoſita ſeruitute ne lumi-
nibus officiatur, poteſt proprius murus eleuari,
quando facta eleuatione poteſt à vicino videri
tanta pars Cæli in quacumque parte plani nobi-
lis domus, cui debetur dicta ſeruitus, quanta de
63 præſenti conſpicitur antè eleuationem, vt in *di-*
cto vot.253. n.61. par.7. recen., & facit *Rot. deciſ.*
64 *404. per tot. coram Amat. Dunozzett.*, vbi quod
ſtante ſeruitute ne luminibus officiatur poteſt
eleuari murus, quoties per hunc non inferatur
præiudicium luminibus, licèt impediatur pro-
ſpectus, cum ſeruitus ne luminibus officiatur,
tanquam ſtricti iuris, non poſſit extendi ad ſerui-
tutem proſpectus.

Qui verò prætendit fieri eleuationem, & lumi-
na offuſcari, vel aperiri feneſtras ad æmulatio-
65 nem, debet hoc probare cum æmulatio non præ-
ſumatur *Honded. conſ.80. n.35.*, *& 36. lib.1. Palm.*
Nepos allegat. 263. n. 18., & poſt congeſtos fir-
mat *Sperell. deciſ.55. n.27. Rot. deciſ.450. num. 9.*
coram Duran. deciſ.31. n.5., *& deciſ.61. n.15.*, *&*
16. par. 17. recen.; & idem procedit in aperitione
feneſtrarum, etiamſi quis per mille annos illas
66 nunquam aperuerit, vel ſi clauſas iterum velit
aperire, plenè *Rot. in Aſculana feneſtrarum 6. Mar-*
tij 1690. §. aſsiſtit, *verſic. quod etiam procedit*, *&*
§. Neutra tamen coram R. P. D. Caprara.

Et ceſſat æmulatio, quando eleuatio, ac ape-
67 ritio feneſtrarum fit ad propriam vtilitatem ædi-
ficantis, licèt obſcurentur vicini lumina, vel ha-
beatur proſpectus in eius domum, curtem, vel
hortum *Iaſon. conſ.98. lib. 1.* in dicto voto Præſi-
dis *deciſ. 253. n. 63. ad 66. par. 7. recen.*, *& Rot.*
deciſ.587. 596. 599., *& 611. par.5. tom.2. recen.*;
68 & concluſio pro excluſione æmulationis proce-
dit, etiamſi modica ex ædificio reſultaret vtilitas
Rot. deciſ.599. n.27., *& 28. par.5. tom. 2. recent.*,
& deciſ.31. n.2., *& 3. p. 17.* cum alijs cumulatis
in *d. Aſculana feneſtrarum 6. Martij 1690. §. Neu-*
tra verſic. ad excludendam coram R. P. D. Caprara,
vbi quod ſi adſit mixtura vtilitatis cum æmula-
tione, hæc non habetur in conſideratione.

Æmulatio tamen reſultat, quando ex ædificio
70 nulla, vel ſatis modica reſultat ædificanti vtili-
tas *Card. de Luc. de ſeruitut. diſc.14. n.4.*, & quod
æmulatio reſultet, quando ex ædificio nulla ædi-
ficanti reſultat vtilitas *Rot. dict. deciſ. 31. num. 4.*
par.17. recen.

Quando autem vtilitas ædificantis ſit modica,
ac damnum vicino reſultans ex ædificio ſit ma-
gnum, itaut adſit æmulatio, plurimum in hoc
defertur arbitrio Iudicis, qui debet ſuper hoc
eligere Peritos Architectos, qui ex qualitate ædi-
71 ficij, & vtilitate ex eo reſultante ædificanti po-
terunt diſcernere, an intret nec ne æmulatio *Spe-*
rell. deciſ. 55. n. 36., *& infrà*; & in dubio præſu-
mitur, quod aperitio fiat ad aperientis commo-
dum, & vtilitatem, non autem ad æmulationem,
72 & alterius damnum, vt poſt relatos firmat *Rot.*
deciſ. 31. n. 5. par. 17. recen.; quod tamen non
procedit, ſi appareat, quod aperiens feneſtras
ab alia parte ſine damno vicini poteſt habere lu-
men ſufficiens, tunc enim præſumitur æmulatio
73 ex aperitione, quæ fieri intenditur ad proſpectum
habendum in domum vicini *Rot. deciſ.348. n. 18.*
& 19. par.17. recen.

At ſi agatur de ædificando propè Eccleſiam,
ſeu ſuper illa, itaùt ex ædificio poſſit haberi per
laycos proſpectus intùs Eccleſiam, vel huic poſſit
74 imminere periculum ruinæ ex ſuperædificando,
regulariter priuatis non licèt ædificare in præiu-
dicium Eccleſiæ *Cardin. de Luc. de Seruit. diſc.16.*,
& 17.

Et licet in caſu *d. diſc.16.* fauore Baronis volen-
75 tis aperire fœneſtram ad effectum audiendi Miſ-
ſam intùs Eccleſiam, ipſe exiſtimet eſſe reſpon-
dendum, attamen contrarium eſt verius, & fuit
ſic reſolutum in illo caſu contra Baronem, dum
enim Epiſcopus fœneſtram apertam per Baro-
nem claudi mandauerat, & de facto clauſa fuerat,
vt apparet ex *dict. diſc.16. in figuratione caſus n.1.*,
Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium,
recurrente Barone, nihil voluit reſcribere, ex quo
innoteſcit, quod Congregatio approbauit opi-
nionem pro illicita aperitione iuxtà deducta
etiam per ipſum *de Luc. ibidem n.2.*

Prout eleuatio parietis, ac aperitio fœneſtra-
rum fieri non poteſt, ſi ex illis habeatur proſpe-
76 ctus actiuus, vel paſſiuus intùs Monaſteria Mo-
nialium *Capice. Latr. deciſ.157. n.20.*, *& ſeq.*, *Spe-*
rell. deciſ.58., *Card. de Luc. de Seruit. diſc.20. n.7.*,
& diſc. 21. vbi *n.3.* ſuper hoc refert plures reſolu-
tiones concordantes Sacr. Congreg. Epiſc. & Re-
gular.

Idem dicas, ſi per nouum ædificium Moniali-
77 bus, & locis publicis tolleretur aer, ac ſalubritas

Tom. I. Yy 2 ven-

ventorum, *Card.de Luc. de Seruit.diſc.*18. *nu.*7., *&*
*diſc.*21.*n.*4. *verſ.aderat tamen* .
Licèt tamen eleuare parietem,de nouo reficien-
do fabricam, & in eo fœneſtras aperire, quando
Monaſterium fuit de nouo conſtructum propè
antiqua ædificia layci volentis reficere fabricam,
vel ſi in Monaſterio, quod antiquitùs conſtru-
78 ctum eſt, facta fuerit innouatio per deiectionem
alicuius partis ſuæ fabricæ, ex qua naſcatur pro-
ſpectus, *Card. de Luc.de Seruit.diſc.*19.*per tot.*
Vnum nota hic, quod habui de facto, dum-
cauſas in foro agebam, quod ſi vigore pacti, vel
laudi ſit clauſa fœneſtra ad impediendum pro-
79 ſpectum in domû vicini, non poteſt aperiri noua
fœneſtra in alia parte domus habens eumdem-
proſpectum ex plenè traditis per *Eugen. conſ.* 32.
*lib.*1., & præcisè *Rot. deciſ.*348., *&* 394. *par.*17.
recen., *& deciſ.* 69. *par.* 18., ea ratione, quia ex
clauſura fœneſtræ, & ex certo murello communi-
80 bus expenſis fabricato pro impediendo proſpe-
ctu apparebat, partes intellexiſſe prohibere om-
nem proſpectum, & clauſura antiquæ fœneſtræ,
ac murellus eleuatus ad prohibendum proſpe-
ctum deſeruiſſent de vento, ſi in alia diuerſa parte
domus potuiſſent aperiri nouæ fœneſtræ ad eum-
dem proſpectum, præcipuè ſine aliqua neceſſita-
te, dum in alia parte poterant fieri ad lumen ſine
lœſione vicini.
Quę deciſiones,(licèt ipſe ſcribens pro ſuccum-
bentibus priùs obtinuerim, vt poſſet noua fœne-
ſtra aperiri in loco proſpectus obliqui, & non di-
recti, ſuper quo tantùm videbatur loqui laudum,
enim hoc tamen, quod fœneſtra aperienda clau-
deretur cum crate ferrea apponenda in medio
81 craſſitiei parietis, ad hoc vt hoc modo eſſet con-
ſultum luminibus domus volentis aperire nouam
fœneſtram, & ſimul prohiberetur proſpectus ab
extrà in ædes vicini, vt ex *deciſ.* in eadem cauſa-
emanata *in rec. par.*17. *deciſ.* 31.,) mihi viſæ ſunt
ſubſiſtentes, & quod iuſtè fuerit receſſum *à dicta*
deciſ. 31., poſtquam deciſionem ipſe non ſcripſi
in noua cauſæ propoſitione, ſuper qua emanauit
prima deciſio reuocatoria, quæ eſt 348. *part.* 17.
recen., ſed poſt dictam deciſionem alter Medicus
peritus ad cauſæ languentis curam, & per me ha-
bitæ pro deſperata, fuit vocatus, ſed quia cauſa-
ob incurabilem morbum erat ſine ſpe ſalutis,
hinc nouus Medicus non potuit illam ob ma-
lum ius deficientem à mortis languore reuocare,
hinc perijt in alijs inſtantijs cum re iudicata iu-
xtà meum ſenſum, priùs clientibus ingenuè inſi-
82 nuatum; deciſiones quippè, quæ denegarunt
aperitionem nouæ fœneſtræ etiam in proſpectu
obliquo, ſunt benè fundatæ, quia ex laudo, & ex
illo murello communibus expenſis erecto in do-
mo volentium aperire nouam fœneſtram pro im-
pediendo proſpectu, clarè apparebat, quod inten-
tio partium fuerat impedire omnem proſpectum,
& per aperitionem nouæ fœneſtræ, licèt in proſpe-
ctu obliquo, domus vicini patiebatur eumdem,
& fortè maiorem proſpectum.
Et ampliùs erat in dicta cauſa animaduerſione
dignum, quod volentes aperire nouam fœneſtram
etiam ad lumen, vel tali lumine non egebant, vel
quatenùs eguiſſent poterant commodè, & cum-
maiori lumine illam aperire in alia parte eorum
domus, ex qua nullum vicinus patiebatur pro-
ſpectum, prout illum patiebatur in loco etiam
proſpectus obliqui, ex fœneſtra etiam cum cra-
te ferrea, quam adhuc ex illa reſultabat intollera-
bilis proſpectus, vnde ex tali themate facti ema-
nabat alia concluſio, quod quando fœneſtræ poſ-
83 ſunt fieri ita vtiliter, & commodè in alio pariete,
ac loco, vbi non datur proſpectus paſſiuus vici-
no, non debent aperiri in loco, vbi vicinus pati-
tur proſpectum, *Cephal.conſ.*13., *Aldouin.conſ.*10.
*n.*38., *&* 39.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic pleno calamo, quando murus dicatur communis, & communionis ſigna recenſentur; & quando dicatur communis pro diuiſo, vel indiuiſo, & de diſcrimine inter vtramque communionem. Reſoluitur denique quando ſuper muro communi poſſit ſocius inuito ſocio ſuperædificare, ſi ille ſit aptus ad ſuperædificandum; & ex quibus dignoſcatur, quod paries eſt aptus ad eleuandam ſuper eo fabricam, & non eſt ſimpliciter diuiſorius, materia latè diſcutitur, & contraria explanantur, & conciliantur.

SVMMARIVM.

84 *Murus dicitur communis pro diuiſo, quando in eo nihil eſt immiſſum, vel immiſſum non perforat parietem, niſi pro dimidia.*
85 *Murus communis pro indiuiſo eſt, quando ſocius ab vtraque parte habet tigna perforantia parietem vltrà dimidiam, & num.*87. 88., *&* 104.
86 *Ex parietis communis vſu in parte præſumitur communio in toto.*
89 *Paries in dubio ceſſantibus ſignis in contrarium præſumitur communis pro diuiſo.*
90 *Communio parietis non præſumitur, ſed eſt probanda ab allegante.*
91 *Parietis communio probatur per ſigna, & coniecturas.*
92 *Paries dicitur communis, quando vterque ſocius habet ſigna proprietatis.*
93 *Murus exiſtens inter duas domos præſumitur communis.*
94 *Dicitur etiam communis ex poſſeſſione parietis in communi.*
95 *Paries ædificatus communibus expenſis vicinorum præſumitur communis, & n.*96.
97 *Paries dicitur communis ex conuentione, quod ſit talis.*
98 *Murus communis egens refectione refici debet communibus expenſis.*
99 *Socio volenti ædificare voluntariè ſuper pariete communi, non tenetur alter ſocius contribuere expenſas.*
100 *Socius volens poſteà vti pariete communi ſuperædificato tenetur ſoluere dimidium expenſarum.*
101 *Parietis communio probatur, ex quo à parte illam*
præ-

prætendentis adſunt lapides, annli ferrei, & ſimilia protendentia vltra parietem.

102 Pariter ex fæneſtrellis relictis ex parte illius, qui prætendit communionem.

103 Pariter ex tignis, trabibus, tabulis, & alijs immiſſis ex parte illius, qui prætendit communionem.

105 Communio parietis ex ſola immiſſione tignorum, non probatur, conſtito ex pluribus de proprietate alterius, cùm potuerint immitti iure ſeruitutis, & n.106.

107 Si paries probetur communis, tunc trabes cenſentur immiſſi iure communionis non ſeruitutis.

108 Communio pariter probatur ex tignis in pariete, colligatis pro ſuſtinendis vitibus ex parte prætendentis communionem.

109 Similiter ex fracturis, & foraminibus, vbi erant antiquitùs tigna, trabes, ac alia onera, quæ ſuſtentabantur in pariete ex parte prætendentis communionem.

110 Paries ſi in extremitatibus probatur communis, talis præſumitur etiam in medio, & n.124.

111 Communio præſumitur ex inſignibus proprijs depictis in pariete, ab eo qui prætendit communionem.

112 Similiter ex quo fuere obturatæ fæneſtræ ſumptibus communibus.

113 Similiter ex relatione peritorum atteſtantium de communione.

114 Periti adducentes ſigna magis concludentia ſuper communione præferuntur.

115 Periti adducentes ſigna magis concludentia ſunt præferendi.

116 Teſtibus deponentibus ſuper communione parietis adducentibus rationem, eſt credendum, & num.117.

118 Paries præſumitur communis, ex quo ædificatus in ſolo communi.

119 Parietis communio ex pluribus ſignis non tollitur ex aliquibus alijs demonſtrantibus, proprietatem ſpectare ad alium.

120 Communionem parietis probatam non excludit aperitio fæneſtrarum.

121 Paries præſumitur communis, quando adſunt tigna ab vtraque parte perforantia totum parietem, vel vltrà dimidiam, licèt plura adſint ab vna parte.

122 Signa plura & concludentiora ſi concurrant pro communione illa præferuntur, & n.123.

125 Gramat. conſ.164. n.8., & 9. reprobatur.

126 Communione parietis probata in maiori parte præſumitur in alia parte.

127 Paries communis in parte inferiori eſt talis in parte ſuperiori ædificata à conſocio.

128 Et poteſt ſuper eo ædificari licet clauderentur fæneſtræ factæ in parte ſuperiori ſuperædificata, ceſſante æmulatione, vel ſeruitute altius non tollendi.

129 Nec tali caſu debet relinqui aliquod ſpatium, etiamſi claudantur fæneſtræ vicini.

130 Acceſſus Iudicis ad locum differentiæ cum relatione peritorum, deſeruit pro habenda probatione ſuper communione parietis.

131 Paries non dicitur deſtinatus ad eleuandum, ſi non adhæreat alteri ædificio, ſed ab vtraque parte adſit area, hortus, ac territorium.

132 Idem ſi ſit conſtructus ex creta, & materia fragili, & non aptus ad ſuſtinendum ſuperædificatum.

133 Fallit ſi ſimus in loco vbi cum creta fiunt fabricæ.

134 Murus diuiſorius poteſt eleuari cauſa tutioris clauſuræ, vel ad impediendum intollerabilem proſpectum.

135 Murus, quod ſit diuiſorius, & quod poſſit deſeruire pro ædificando non eſt incompatibile.

136 In muro ſimpliciter diuiſorio melior eſt conditio ſocij nolentis ſuper eo ædificari, & de ratione, & n.137.

138 Prætendens murum communem eſſe deſtinatum ad ædificandum debet probare, & n.139.

140 Paries non dicitur deſtinatus ad eleuandum, ſed ad diuidendum, ſi ſuper eo adſit tectum, vel tabulatum.

141 Idem ſi paries in eius vertice ſit factus ad dorſum aſini, vel pro clauſura domus, & viridarij.

142 Idem ſi in parietis vertice adſit corona.

143 Super pariete communi pro indiuiſa apto ad eleuandum poteſt ſocius ex parte ſui parietis ſuperædificare.

144 Fallit ſi fabrica noceat ſocio, vel tangat partem parietis ſocij.

145 Socius in pariete communi pro diuiſo ex parte ſua poteſt facere caminum.

146 Paries communis pro indiuiſo ſi eſt aptus, & deſtinatus ad eleuandum, poteſt per ſocium etiam inuito altero ſocio eleuari.

147 Id procedit licet ædificium noceat ſocio, ſi proſit alteri ædificare volenti, & ceſſet æmulatio.

148 Regula eſt, quod volenti ſocio ædificare ſuper pariete communi, & alter nolit, melior ſit conditio prohibentis.

149 Regula prædicta procedit, quando ſocius vellet vti pariete communi, non deſtinato ad eleuandum, & ædificium noceret ſocio contradicenti.

150 Socius poteſt inuito ſocio ædificare ſuper pariete communi, quando paries eſt deſtinatus ad eleuandum.

151 Regula prædicta quod melior ſit conditio ſocij prohibentis procedit in pariete diuiſorio, non in deſtinato ad eleuandum.

152 Socius in muro deſtinato ad eleuandum poteſt ſuperædificare, licèt per nouam fabricam obſcurentur, vel obturentur fæneſtræ vicini, & n.154. & 156.

153 Procedit licèt diù ſocius ſtetiſſet à prima eleuatione, cùm non detur in hoc præſcriptio, niſi poſt prohibitionem cum acquieſcentia.

155 Procedit licèt ſocius in muro communi priùs aperuiſſet fæneſtras de licentia ſocij, nam adhuc fabricando poſſunt claudi.

157 In pariete deſtinato ad eleuandum conſideratur vtilitas ædificare volentis, & non damnum prohibentis ædificium.

158 Luminum læſio ex ædificio reſultans non conſideratur in muro deſtinato ad eleuandum.

159 Referuntur contrarij.

160 Prior opinio retinetur, & n.161., & 162.

163 Iaſon. conſ.98. lib.1. à pluribus improbatur, ſed approbatur per Rotam.

164 Cardin. de Luc. diſc.11. declaratur.

165 In fabricando debet retineri ſtatus antiquus, nec poteſt alterari illius forma.

166 Intellige in pariete non deſtinato ad eleuandum, ſecùs è contra, & n.167.

168 Paries dicitur aptus ad ædificandum, ex quo habeat

beat bona ſundamenta, & ex groſſitie parietis.

169 *Muri ſimpliciter diuiſorij, & pro clauſura ſolent eſſe ſubtiles, & depreſſi, & non apti ad ædificandum, & n. 170.*

171 *Murus dicitur deſtinatus ad eleuandum ex morſis relictis in eius vertice.*

172 *Pariter ex quo ſocius aliàs ſuper eo ædificauit.*

173 *Probatur aptus, & deſtinatus ad eleuandum ex relationibus peritorum.*

174 *Intellige ſi verè ſunt periti, ſecùs è contra ſi alij adducant rationes in contrarium.*

175 *Relatio vnius periti non ſufficit, ſi plures in loco haberi poſſunt.*

176 *Peritis non creditur, ſi illis contradicat facies loci, & acceſſus Iudicis, qui præualet, & n. 177.*

178 *In conflictu rationum, an paries ſit deſtinatus ad eleuandum, in dubio iudicandum eſt pro ædificare volente.*

179 *Muri diuiſorij eleuatio ex rationabili cauſa permitti poteſt.*

180 *Super muro diuiſorio quoque poteſt permitti ædificatio, ſi & ille ex ſignis appareat ad ædificandum deſtinatus.*

181 *An murus ſit deſtinatus ad eleuandum, Iudex ex facie loci relatione peritorum, ac alijs poterit cognoſcere, & n. 182.*

183 *Socius in muro communi non poteſt aperire fæneſtras, & de facto apertas ſocio reclamante debet illas claudere, & n. 184. 189., & 190.*

185 *Socius ſciens aperiri fæneſtras in muro communi, non dicitur conſentire.*

186 *Conſenſus præſtitus per ſocium aperitioni vnius fæneſtræ, non extenditur, quod poſſit aperire alias.*

187 Riminal. Sen. conſ. 78. lib. 1. *volens, fæneſtras in pariete communi cenſeri apertas iure ſeruitutis, reprobatur.*

188 *Socius in muro communi dicitur dominus* Altograd. conſ. 100. num. 41, & ſeqq. lib. 1. *impugnans* Surd. conſ. 387., *reprobatur, & defenditur* Surdus, *& n. 190., & 193.*

191 R. P. D. Fartinellus de Fattinellis *laudatur, ac eius munera recenſentur.*

192 *Fæneſtræ poſſunt à ſocio aperiri in pariete communi cum declaratione, quod in caſu ædificationis non ſe opponet.*

194 *In muro communi non licet facere caminum, aquarolum, vel latrinam.*

195 *Fallit ſi murus ſit ità groſſus, vt poſſit fieri excauatio pro camino, quæ non excedat dimidiam parietis, & 197.*

196 Gabr. conſ. 194. n. 6., & 7., & conſ. 150. lib. 1. *tenens contrarium reprobatur à* Surdo conſ. 126. n. 1.

198 *Sterquilinium non poteſt fieri in muro communi reluctante ſocio, & n. 200., & 201.*

199 Cæpoll. de Seruit. vrb. præd. c. 65. *declaratur.*

202 Gabriel. conſ. 150. lib. 1. *tranſcripſit* conſ. Petr. Ant. Anguiſ. 29. lib. 3., *hoc tacito.*

203 *Murus debilitatur ex camino, & ſterquilinio, vltrà periculum ignis, & fætorem reſultantem vicino.*

204 Surd. conſ. 126. *ſcribens contra* conſ. 150. Gabrielis *declaratur.*

205 *Caminum in muro communi non licet excauare, ſi agitur de muro ſubtili, & n. 206., & 207.*

208 *Vicinus ex Statuto Vrbis poteſt vti muro communi ad quemcumque vſum, & n. 221.*

209 *Intelligitur tale ſtatutum, quatenùs paries poſſit ſuſtinere ſuperædificatum.*

210 *Conſtitutio Gregorij XIII. procedit quoad ornatum publicum, non in aperitione aquaroli, vel ſterquilinij, & n. 211. 212., & 226.*

213 *Si cadat dubium, an paries ſit aptus pro excauatione camini, debet illa concedi præſtita cautione damni infecti.*

214 *Super pariete communi non poteſt ædificari, ſi adſit ſeruitus, ne luminibus officiatur, nec ſtante æmulatione.*

215 *Intellige, quando ſeruitus concludenter probatur.*

216 *Æmulatio pariter debet probari.*

217 *Seruitus ne luminibus officiatur, ex quibus inducta nec nè, & n. 218., & 220.*

219 Burſatt. conſ. 57. lib. 1. *reijcitur à* Rouit. deciſ. 30. n. 11.

222 *In pariete communi etiam diuiſorio procedit diſpoſitio huius ſtatuti 107.*

223 *Contrarium ſi non ſit aptus, & deſtinatus ad eleuandum, & n. 224. 225. 226., & 230.*

231 *Domo diuiſa per ſolaria à quo, & cuius expenſis reficiatur quodlibet ſolarium, & n. 241.*

232 *Reficitur ſolarium propè ſolum à domino primi appartamenti, & alij domini ſuperiores reficiunt propria appartamenta.*

233 *In domo diuiſa per ſolaria non intrat communio, ſed quilibet eſt dominus ſui appartamenti.*

234 *Si pluuia tecti ſolarij ſuperioris damnificet ſolaria inferiora, poteſt cogi dominus ſolarij ſuperioris ad reaptandum tectum.*

235 *Dominus appartamenti inferioris poteſt in pariete aperire portam, dummodò non debilitetur ſolarium ſuperius, & n. 236.*

237 *Dominus appartamenti inferioris ceſſante ſeruitute oneris ferendi non tenetur reficere, vel fulcire fundamenta, & n. 239.*

238 *Dominus ſolarij ſuperioris quando teneatur domino ſolarij inferioris, ſi excauando fundamenta pro fulcienda domo illa cecidit.*

240 *Dominus Solarij inferioris, ſi cecidit, licet non teneatur reficere, tamen remanet dominus ſoli.*

242 *Murus quando dicatur proprius, & quando communis vide Doctores relatos ad materiam.*

CIrcà murum communem, de quo loquitur
ſtatutum noſtrum hic, eſt primo præmittendum, quod ille dicitur communis prò diuiſo,
vel pro indiuiſo; dicitur communis prò di-
84 uiſo, quando in pariete inter duos vicinos ni-
hil eſt immiſſum, vel ſi aliquid eſt immiſſum, hoc non perforat parietem vltrà dimidiam ex parte illius, qui immiſit plenè *Corn. conſ. 90. à n. 14. & infrà lib. 2., Crot. conſ. 153. n. 4., & 5. vol. 2., Menoch. conſ. 1237. n. 5. & ſeqq. Gabr. conſ. 149. n. 1. lib. 1., Caball. conſ. deciſ. 8. n. 11., & ſeq. tom. 2.* plenè *Aldobrand. conſ. 77. n. 1., & ſeq. lib. 2. Anton. Perez conſ. 3. nu. 8., Capoll. de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. de Pariet. ſeù mur. n. 11., Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 3. p. 13. q. 21. n. 1. & 2., Rouit. deciſ. 30. num. 13.*

Dicitur verò communis prò indiuiſo, quando quilibet ex ſocijs habet dominium indiuiſum, & inſolidum iure communionis ex ſocietate incidenter, & tacita inter ſocios contracta ſuper to-
85 to pariete, & in qualibet parte muri, quando
vter-

vterque Socius in illo ab vtraque parte habet tra-
bes, vel alia tigna perforantia totum parietem
Corn.conſ.78.n.2. verſic.prò indiuiſo autem lib.4.,
Boer. conſ.n.6., Turrett. conſ.21.n.1. & 9. lib.1.,
Menoch.conſ.1237.n.5.6.9. & 10., Lancellott.Gall.
conſ.104. n.1. 2.& 3., Soccin.Sen.conſ.44. num. 2.
vol.4.,Surd.conſ.126.n.18.lib.1.Gabr.conſ.149.n.1.,
Honded.conſ.80.n.29. & ſeq.lib.1., Altograd.conſ.
100.n.35.lib.1.Aldobrand.conſ.77.n.10.& 11.lib.2.
Menoch.conſ.1237. n.8.& 9. tom.13..Anton. Perez.
conſ.3. nu.8.verſic.tacita vero Cępoll.de ſeruit. vrb.
præd.c.40.n.11., Tondut.reſol.Ciuil.p.1.c.88.n.14.,
Cardin.de Luc.de ſeruitut.diſcurſ.6.n.2.,Theſaur.de-
ciſ.219.n.2.Caualcan.deciſ.8. n.16.p.5., Ronit.deciſ.
30.n.3. verſic.ſecùs ſi immiſſum , Sperell. deciſ.54.
n.1., Zaul Epiſc. Verulan. poſt hęc ſcripta in lu-
cẽ æditus *ad Stat.Fauent. Rubr.20.n.4.lib.7.tom.2.*

86 Ee prædicti Doctores omnes ex theorica *Bar-*
tol. in l. damni §. cum parietem ff. de damn.infect.,
quam extollit. *Socin.Sen. dict. conſ.44.n.2. lib. 4.*
firmant ex parietis communis vſu in totum, vel
in parte, hoc eſt ſi ſocius eo vtatur ex parte ſua
tantum, & non penetrando dimidiam parietis,
dignoſcitur, quod eſt communis prò diuiſo, &
quod vterque ſocius habet dominium integrum
parietis prò diuiſo ex parte ſua; ſi verò vſus ſo-
ciorum eſt promiſcuus in toto pariete, quia
87 vterque cum trabibus, ac tignis proprijs illum
penetret per totam ſpiſſitudinem, & hoc caſu di-
citur communis prò indiuiſo, præclarè *Boer.*
conſ.5. per tot. & ſignanter *à n.9., Rouit. deciſ. 30.*
n.3., & 9.verſic. ad probandum, & ibi. *Altimar.*
in addit.in princip.; idem dic quando in pariete
88 ex vtraque parte vnius, vel alterius vicini adſunt
tigna, vel alia ſimilia penetrantia, ſi non inte-
grum parietem, ſaltem vltra illius dimidiam, vt
poſt alios firmat *Menoch. conſ.1237.n.10 tom.13.*

In dubio tamen, & ceſſantibus ſignis in con-
89 tiarium paries pręſumitur communis pro diuiſo
Corn. conſ.78.n.2. verſic. vbi vult. lib. 4. & prius,
conſ.90.n.16.lib.2. Aldobrand. conſ 77.n.10. Dec.
conſ.388.n.5.Gabriel.conſ.149.n.3. lib.1., Turrett.
conſ. 21.n.3.lib.1., Menoch.conſt 1237. n. 1. ad 4.
Surd.conſ.126.n.19.,Corn.conſ.90.lib.2 Anton.Pe-
*rez.conſ.3.n.15.*vbi refert hanc opinionem ob ali-
quibus appellari communem *Tondut. reſol.ciuil.*
par. 1.cap.88.n.12., Bonden.collect.legal.50.n.73.,
Theſaur.deciſ.41.n.21.Ronit.deciſ.30.n.4., Sperell.
deciſ.54.n.7.& 8., & in voto Cameræ *253.n.67.p.*
7.recen.

Parietis tamen communio non præſumitur,
90 ſed illa probanda eſt ab allegante *Soccin.Sen.dict.*
conſ.44.n.1.lib.4.Surd.conſ. 126. n.5. lib.1.

Probatur autem communio per ſigna, & con-
91 iecturas proprietatis muri hinc inde, de quibus
per *Boer.conſ.5.Alb. conſ.157. Soccin. Sen. conſ.44.*
lib.4., Surd. conſ.126.n.3.Lancellott.Gall.conſ.104.,
Simon de Petr.conſ.73. centur. 1., Cæpoll. conſ.35.,
idem *de ſeruitut. vrb. præd. cap.40., Menoch. præ-*
ſumpt. 73. lib.6., & quando vterque vicinus ha-
92 bet ſigna proprietatis dicitur verè, & propriè
communis *Surd.conſ.126. n.23., Palma Nepoſ.*ſiuè
Rot. Lucen.apud ipſum allegat.264.n.6.tom.3.

Et primò murus exiſtens inter duas Domos,
93 ac illas diuidens præſumitur communis per *text.*
in l.arbor.ff.commun.diuid., Soccin.Sen.conſ.44.n.2.
verſic.poſtremo etiam lib.4.Lancellot.Gall.conſ.104.
n.1.Surd.conſ. 126. n.6.,Honded.conſ.80.n.19.lib.1.
Simon.de Prat. conſ.75. n.12. lib.1., & recentius
poſt alios *Palm Nepoſ.allegat.264. num.1. tom.3.*
Franc.Merlin.deciſ.Lucen.3.n.5.verſic., quod enim,
Hyeron.Leo deciſ. Valent.178. n.3. tom.2., Rot. de-
ciſ.450.n.4. & 5. coram Duran.

Prout dicitur communis quoad proprietatem
94 ex poſſeſſione parietis in communi, cum ex poſ-
ſeſſione tali caſu inferatur ad proprietatem
Lancellott.Gall.conſ.104.n.23.Surd. conſ.126. n.2.,
& 12. Rot.Lucen.apud Palm.dict. allegat.264.n.2.

Secundo paries dicitur communis, ex quo fuit
95 expenſis communibus ædificatus, & quando
vterque vicinus ad illius conſtructionem contri-
buit, *Lancellot.Gall.ibidem.n.8. 9. & 54., Vegg.*
conſ. 53. n. 27., nam ſi fuiſſet proprius vnius, &
alter ſolum habuiſſet ius tigni immittendi ſuper
pariete non iure communionis, ſed ſeruitutis,
96 ſolus Dominus parietis debuiſſet facere omnes
expenſas neceſſarias prò refectione, & non de-
buiſſet concurrere habens ſolum ius immittendi
iure ſeruitutis *Lancellott.Gall.*vbi proximè *n. 10.,*
Carpan.ad Stat.Mediolan.cap.341.n.37.p.2.

Et quod præſumatur communis ſi probetur
97 ædificatus communiter, vel oſtendatur conuen-
cio, quod debeat eſſe communis *Pariſ. conſ. 116.*
n.9. lib.4., Vegg.conſ.53.n.27.Alb.conſ.157.n.17.
dict. Gall. n. 9. verſic. præcipuè, & nu 45. & facie
Rot.deciſ.348. n.9.& ſeq.par. 17.recen., vbi, quod
paries conſtructus communibus expenſis duorum
prò communi intereſſe debet deſeruire prò com-
modo vtriuſque.

Ex quo infertur etiam, quod quando murus
communis eget refectione, expenſis communi-
98 bus refici debet, & contribuere nolens cogitur
actione prò ſocio, vel familiæ ereiſcundæ per
ſententiam Iudicis, vt vel contribuat prò eius ra-
ta, vel relinquat ædificium ſocio reficienti,
Cæpoll.de ſeruitut. Vrban.præd.cap.59.n.5. & ſeq.,
Molfeſ. ad Conſuetud.Neapol. tom.3.par.13. q.21.,

Secus tamen eſt, quado ſocius non reficit ob
neceſſitatem, ſed voluntariè ad ſui vtilitatem
99 vult ſuper muro communi ædificare, tunc enim
non tenetur ad expenſas plenè *Cæpoll. de ſeruit.*
vrb.præd. tit.de Pariet.cap. 40. n.27. & ſeqq., &
plenè *Valenzuol.Velaſq.conſ.118.n.18.& ſeq.lib.2.,*
100 benè verum eſt, quod ſi poſteà vult vti tali pa-
riete communi tenetur ad dimidiam expenſa-
rum *Rot.deciſ.450.n.7.coram Duran.*

Tertiò muri communio probatur, ex quo à par-
te illius, qui prætendit communionem, adſunt
lapides, anuli ferrei, & ſimilia quæ protendun-
tur vltrà parietem, cum cenſeantur relicta à Fa-
101 bris murarijs, ad ſignificandum, illum in pa-
riete habere ius, verſus quem dimittuntur *Pariſ.*
conſ. 116.n.9.lib.4. Surd. conſ.126.n.7. Cæpoll. de
ſeruit.vrb.præd.c.40,n.20.verſic.ſed ſi ſunt, & infrà.

Idemque important feneſtrellæ relictæ in pa-
102 riete ex parte illius, qui prætendit commu-
nionem *Surd. dict. conſ. 126. n.8. Lancellott. Gall.*
conſ.104. n.4.

Hoc idem deducitur ex tignis, trabibus, tabu-
103 lis, & alijs immiſſis ex parte illius, qui præ-
tendit communionem *Soccin.Sen.conſ.44 n.2., ver-*
ſic.cum ergò lib.4.Surd.conſ.126. n. 9. Hyeron. Leo,
deciſ.Valent.178.n.2.verſ.ſecundo quia tom.2. & ex
immiſſione lignorum, ac tignorum hinc inde in
patie-

Digitized by Google

164 pariete in totum illum penetrantium præſumi-
tur pariter communio, ſed pro indiuiſo *Pariſ.*
conſ. 115. *n.9.lib.* 4., *Gall.dict. conſ.*104.*n.*2., *Al-*
*dobrand.conſ.*77. *n.*10.*lib.*2.

Ex ſola tamen immiſſione tignorum non pro-
batur concludenter communio parietis, cum
105 potuerit illa fieri iure ſeruitutis, quando ex
pluribus ſignis conſtat, quod eſt proprius alte-
rius plenè *Aldobrand.conſ.*77 *per tot.lib.*2.,*Rot.de-*
ciſ. 152. *n.*5.*&* 10. *coram Vbald.*, & cum hac di-
ſtinctione procedit *Palm. Nepoſ. allegat.* 264.
*n.9.tom.*3., aliàs ſi poſſeſſio parietis ſit commu-
106 nis, præſumuntur trabes, ac tigna appoſita iure
communionis, non autem ſeruitutis *Surd. conſ.*
126.*n.*28.29.*&* 30. *Palm. ibidem.*

Quarto arguitur communis ex tignis in pa-
108 riete colligatis prò ſuſtentandis vitibus ex par-
te illius, qui prætendit communionem *Soccin. Sen.*
*conſ.*44.*n.*2.*verſ.confirmatur iſta opinio lib.* 4.

Quinto arguitur ex foraminibus, fracturis, &
ſignis, vbi erant antiquitus tigna trabes, ac alia
onera, quæ ſuſtentabantur in dicto pariete ex par-
109 te prætendentis communionem *Surd. conſ.*126.
*n.*10.*&* 11.*Cæpoll.conſil.ciuil.*35. *n.*6.7.

Sextò ex quo extremitates parietis probantur
110 communes ita etiam in medio præſumitur
communis, cum media cenſeantur eiuſdem na-
turæ, & qualitatis, cuius ſunt extrema *Surd. dict.*
*conſ.*126. *n.*13.*&* 14., & priùs *Soccin. Sen. alleg.*
*conſ.*44.*n.*2.*verſic.confirmatur etiam lib.*4.

Septimò ex inſignijs proprijs de pictis in pa-
111 riete ab eo, qui in illo pretendit communio-
nem *Mandell. Alb.dict. conſ.*157. *n.*5., *&* 35., *Cæ-*
*poll.alleg.cap.*40.*n.*26.

Octauo ex quo feneſtræ in muro exiſtentes
112 fuere obturatæ expenſis communibus *Alb. al-*
*leg.conſ.*157.*n.*17.20.39.*&* 41.

Nonò ex relatione Peritorum atteſtantium de
113 muri communione cum in hoc ſtetur illorum
relationi *Crot.conſ.*153.*n.*3.*lib.*2. *Boer. conſ.*5.*n.*7.,
*Gramat.conſ. ciuil.*164. *n.* 4.*in fine*, *Surd. conſ.*126.
*n.*16. *&* 17.*lib.*1. *Lancellott. Gall. alleg. conſ.*104.
*n.*6., *Bero conſ.*132.*n.*2.*lib.*3.*Honded.conſ.*70.*n.*21.
*lib.*1.*Anton.Perez.conſ.*3.*n.*12.*verſ. abſurdum enim*
*Molfeſ.adConſuetud.Neapol.tom.*3.*par.*13.*quæſt.*21.
*n.*2.*Sperell.deciſ.*54.*n.*3.*& ſeqq.*,*Hyeron. Leo deciſ.*
*Valent.*178.*n.*2.*tom.*2.*Merlin. deciſ. Lucen.*3. *n.*5.,
*Palm.Nepoſ.alleg.*265.*n.*8., & probatur etiam ex
Doctoribus ſuprà relatis ad prodandam conclu-
ſionem, quod muri proprietas probatur ex rela-
tione peritorum.

Et præferuntur periti reddentes rationem, &
114 adducentes ſigna demonſtrantia communio-
nem *Simon.de Petr.conſ.*73.*n*,14. *&* 15. *centur.*1.,
*Lancellott.Gall.dict.conſ.*104.*n.*30.*& ſeq.*, vbi quod
115 pręferuntur illi periti, qui per ſigna magis con-
cludentia deponunt ſuper communione parietis.

Probaturque etiam ex teſtibus deponentibus,
115 murum eſſe communem, & illis creditur *Hon-*
*ded.conſ.*80.*n.*22., *&* 35. *lib.*1.*Franc.Merlin.deciſ.*
*Lucen.*3.*n.*5., vbi quod illis plena fides eſt adhi-
117 benda, & multo magis ſi deponant cum ratio-
nibus ſignorum *Aldobrand.conſ.*77.*n.*5.,*&* 6.*lib.*2.

Decimo ex quo probetur ędificatus ſuper ſolo
118 communi *Vegg.conſ.*53.*n.*36.

Probata autem communione parietis ex pluri-
bus ſignis, etiamſi ex alia parte adſint aliqua ſi-
gna demonſtrantia proprietatem eiuſdem parie-
tis, ſignanter ſuperædificatum ſuper pariete com-
119 muni, aperitio feneſtrarum perforantium to-
tum parietem, appoſitio ferriararum, ac clauium
excedentium dimidiam parietis, non tollitur per
hæc communio *Soccin.Sen.conſ.*44.*n.*2. *&* 3.*lib.*4.,
*Alben. dict. conſ.*157. *n.*16. 24.*&* 43.; præcipuè
ſi dictæ feneſtrę apertæ ſint ex gratia ſpeciali il-
120 lius, qui in muro habet communionem *Alb.*
*ibidem.n.*15., vel ſi apertæ ſint in alio pariete, ſu-
per quo non cadit controuerſia *Alb. n.*45., *Lan-*
*cellott. Gall.alleg.conſ.*104.*n.*53.

Qinimmò, quando ex alia parte ſocij adſunt
pariter trabes, ac tigna penetrantia totum parie-
tem, vel vltrà dimidiam, ex hoc arguitur com-
121 munio parietis, licèt plura adſint ſigna ab vna
parte, quā ab alia *Crot. conſ.*153.*n.*25. *lib.*2., *Gar-*
*giar.conſ.*52.*n.*62.*lib.*1.*Gallia dict.conſ.*104.*n.*60.*ad*
62., *Vegg. conſ.*53.*n.* 37.,*verſic. ſi verò non conſtat.*

Et in conflictu, ac concurſu ſignorum pro mu-
ri proprietate, vel pro communione, ſi potentio-
ra, & euidentiora ſigna concurrant prò commu-
122 nione, hæc præferenda ſunt *Lancellot.Gall.dict.*
*conſ.*104.*n.*64.*verſ.adeoque ſignis*, *Gargiar.conſ.*52.
*n.*62. *lib.*1., *Caualcan.deciſ.* 81.*n.*14., *&* 15.*par.*5.
vbi, quod ſi agatur de muro antiquo vltrà cen-
123 tum annos, & dubitetur an ſit proprius, vel
communis, in re adeò antiqua coniecturis ſtan-
dum eſt pro communione, vel proprietate, itàve
plures, & fortiores vincant vnam, vel plures,
ſed debiliores.

Et probata, ac admiſſa communione parie-
tis in vna parte, cenſetur etiam communis in
alia parte, dum vnus, & idem paries non de-
124 bet diuerſo iure cenſeri *Soccin.Sen.dict. conſ.*44.
*n.*2.*verſic.*,*ſed hic ſupereſt Lancellott.Gall.dict.conſ.*
125 104. *n.*12. *&* 13.58.65., *& infrà*, vbi refutat
*Gramatic.conſ.*164. *n.*8.*&* 9.contrarium tenentem
in cauſa propria *Gabr.conſ.*149.*num.* 1.*lib.*1. *Surd.*
*conſ.*126.*n*,12. 32.*&* 33. vbi pariter refutat *Gra-*
matic. tanquam malè ſentientem, *Simon de Petr.*
*alleg. conſ.*73.*n.*18.*centur.* 1.*Alb. conſ.*157. *num.*4.
*Anton.Perez.conſ.*3.*n.*9.*&* 10.*Sperell.deciſ.*54.*n.*2.
Thomat.deciſ. 119.*num.*1.*&* 2. *Rot. deciſ.*450. *n.*6.
coram Duran.

126 Idque faciliùs procedit probata communione
in maiori parte parietis *Simon.de Pret.dict.conſ.*
73. *n.*18.

Ac facta probatione, & oſtenſione, quod paries
ſit communis in parte inferiori, ſi fuerit ab vno
ſocio ſuper illo ædificatum, dicitur etiam com-
munis in parte ſuperiori, ſaltem in potentia, ſi
non in actu, nam ſocius refundendo partem ex-
penſarum factarum in ſuperædificato, reducitur
127 paries ſuperior communis in potentia ad vſum
in actu, vt ipſe ſocius, qui non ædificauit poſſit
pariete effecto communi vti ad æqualem vſum al-
tiùs eleuandi *Soccin. Sen. ſæpè alleg. conſ.*44. *nu.* 3.
*lib.*4., *Honded. conſ.* 80. *n.* 23. *&* 24. *lib.*1., *Vegg.*
*conſ.*53. *n.*36. *ad* 46., vbi benè, *Sperell. deciſ.* 54. *n.*
6. *Theſaur. deciſ.*259. *n.* 5. *verſic iſtis in facto Tho-*
*mat.deciſ.*119. *n.*1.*&* 2., vbi conſiderat ad hoc,
quod eadem res non debet diuerſo iure cenſeri
*Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.*4. *n.*16., *Rot. deciſ.*
450. *n.*7. *coràm Duran.*

Itaùt ſi ſit communis in parte inferiori paries
ſuperædificatus, etiam cum aperitione fæneſtra-
rum,

rum, ſi vicinus vult eo vti, & eleuare domum
ſuam magis depreſſam, poſſit hoc facere ſolura
portione muri ſuperioris ſuperædificati, etiamſi
vtendo tali pariete claudantur feneſtræ apertæ in
pariete ſuperiori, ſi fabrica fiat principaliter, ad
128 hoc vt proſit ædificare, ac extollere volenti
domum ſuam, non autem ad æmulationem, &
dum non adſit conſtituta ſeruitus altiùs non tol-
lendi plenè *Thomat. deciſ.* 119., *Rot. deciſ.* 450.
coram Duran., & facit *Theſaur. deciſ.* 219. *per tot.*,
& ſignanter in fine, vbi teſtatur ſic deciſum per
ſuum Senatum.

Nec tenetur relinquere aliquod ſpatium, dum
ædificat à latere ędium vicini, eo quia acquiſiuit
à principio ius ædificandi vſque ad Cœlum ſuam
129 domum depreſſam, etiamſi ædificando obſcu-
rentur & claudantur feneſtræ vicini, dummodò
non adſit ſeruitus conſtituta, ne luminibus offi-
ciatur plenè *Iaſon. conſ.* 91. *lib.* 1., & cum eo *Si-
mon. de Petr. conſ.* 73. *n.* 19. 20. *&* 21. *centur.* 1.

Aduertendum tamen eſt, quod Iudex in hac
materia ex loci viſione, & ſignorum adnota-
tione ibi facta tendentium ad communionem,
vel excluſionem communionis, & ex relatione
peritorum diiudicabit, an adſit, nec ne communio
130 in pariete, vel ſit proprius alterius ex collitigan-
tibus, iuxtà ea quæ dicta ſunt *artic.* 1. *hic n.* 44. *&
ſeq.*, quando actum fuit de pariete proprio ali-
cuius, & probat *Anton. Perez. conſ.* 3. *n.* 12.

Poſito quod paries ſit communis, quando de
iure liceat, nec ne ſuper eo ædificare (nam ſecun-
dum terminos ſtatuti noſtri hic dicemus infrà)
eſt nunc videndum; & quidem regula eſt, quod
aut verſamur in muro deſtinato ad eleuandum,
& fabricandum, & poteſt ſuper eo fabricari, aut
non eſt deſtinatus ad eleuandum, & fabricandum,
ſed eſt ſimpliciter diuiſorius, & conſtructus potiùs
ad claudendum, & diuidendum vnam domum
ab alia, vel vnum hortum, aream, curtem, ac
terrenum ab alio, & tunc non poteſt ſuper eo fa-
bricari latè *Cyriac. contr.* 460. *n.* 3. *& ſeq.*, & in
hac diſtinctione conueniunt omnes Doctores,
licèt in aliquibus diſcrepent circà illius explica-
tionem.

Tu verò dic, quod quando paries communis
non adhæret alicui alteri ædificio, ſed ab vtra-
que parte adeſt area, hortus, vel aliud terrenum,
ac ſolum vacuum abſque ædificio, & tunc talis
paries dicitur ſolùm conſtructus ad ſimplicem
131 clauſuram, & habetur pro muro ſimpliciter
diuiſorio, non autem dicitur deſtinatus ad ſuper-
ædificandum *Burſatt. conſ.* 57. *&* 58. *lib.* 1., qui
teſtatur in illa cauſa ſic deciſum *Boer. conſ.* 5. *n.* 7.
Surd. conſ. 126 *n.* 4. *Menoch. conſ.* 1237. *num.* 28.,
Cyriac. controu. 460. *n.* 4. *Felic. de ſocietat. cap.* 28.
n. 27., *Card. de Luc. de ſeruit. diſc.* 6. *num.* 6. *verſic.
tertio fortiſſimè*, *Theſaur. deciſ.* 23. *num.* 4., *Rouit.
deciſ.* 30. *n.* 5. *&* 8., vbi benè de hoc agit, *Chriſtin.
deciſ. Belgic.* 210. *n.* 8. *in fin. p.* 1.

Proùt præſumitur ſimpliciter diuiſorius, & pro
ſola clauſura deſtinatus, non autem ad ſuperędi-
ficandum, ſi fuerit conſtructus ex creta, & mate-
132 ria luti non conſiſtente, nec apta ad ſuper ędi-
ficandum, ac ſuſtinendum ædificium ob fragili-
tatem parietis ex tali materia compacti *Boer.
conſ.* 5. *n.* 21. *Bero. conſ.* 133. *n.* 9. *lib.* 3., *Menoch.
conſ.* 1237. *n.* 9. *&* 42., *Theſaur. deciſ.* 41. *num.* 4.
verſic. item ſi tenuis, *Rouit. deciſ.* 30. *n.* 5. *verſic.*,
& hic erat & ſequitur *Card. de Luc. de ſeruitut. diſc.*
6. *n.* 6., proùt præſumitur diuiſorius ſi ſit debilis
Cyriac. controu. 460. *n.* 8.

At etiam ſuper tali muro conſtructo ex creta,
& luto poteſt fabricari, ſi ex relatione peritorum
133 habeatur, quod etiam ſuper tali pariete ſolitum
ſit in loco ſuperædificari *Card. de Luc. allegat. di-
ſcurſ.* 6. *n.* 8., *Rot. deciſ.* 50. *n.* 17. *p.* 19. *recen.*

Similiter murum ſimpliciter diuiſorium, & de-
ſtinatum ad clauſuram licèt eleuare, quando ele-
uatio ſit ad vſum deſtinatum clauſuræ, ex quo
paries ſit depreſſus, & facilis cum parua ſcala
ſit aditus in domum, vel viridarium eleuare
volentis, vel quia ex muri depreſſione ædifica-
re volens pateretur intolerabilem proſpectum,
134 tunc enim eleuatio nō excederet vſum deſtina-
tum clauſuræ, *Rouit. deciſ.* 30. *n.* 12. *Card. de Luc.
de ſeruit. diſc.* 7. *n.* 7., cum non ſit incompatibile,
quod murus ſit diuiſorius, & nihilominùs poſſit
135 deſeruire pro ædificando *Gratian. cap.* 572. *nu.*
56., *Sabell. var. reſol. cap.* 15. *n.* 19. *Palm. Nepos
alleg.* 260. *n.* 13. *tom.* 3.

Et in tali muro communi diuiſorio ſimpliciter
deſtinato ad vſum clauſuræ melior eſt conditio
ſocij prohibentis, ac nolentis ſuperædificari,
136 quando per ædificium mutatur illius antiqua
forma à principio deſtinata ad ſolam clauſuram,
& non ad ſuperædificandum *l. Sabinus* 28. *ff. com-
mun. diuid. Cyriac. controu.* 460. *nu.* 4. *&* 29. *Felic.
de ſociet. cap.* 28. *n.* 27. *Card. de Luc. de ſeruit. diſc.*
6. *n.* 3., *& diſc.* 9. *n.* 2., *Rouit. deciſ.* 30. *n.* 5., *Chriſtin.
deciſ. Belgic.* 210. *n.* 8. *in fine par.* 1., & benè *Mol-
feſ. ad conſuetud. Neapol. tom.* 3. *par.* 13. *quæſt.* 21.
137 *n.* 12. *&* 13., vbi quod dum paries eſt deſtinatus
ad vſum ſolius clauſuræ, non debet talis vſus mu-
tari in præiudicium alterius, eo reluctante.

Quinimmò paries in dubio non cenſetur deſti-
natus ad eleuandum, ideoque prætendens ſuper
illo ædificare, ex quo ſit deſtinatus ad ædifican-
dum debet ipſe talem aptitudinem oſtendere,
cum in hoc dicatur actor, & ſocio prohibenti
138 eleuationem tanquam Reo ſat eſt huiuſmodi de-
ſtinationem, & aptitudinem negare *Bald. conſ.*
233. *n.* 1. *verſic. ſi autem omnia lib.* 1. *Card. de Luc.
de ſeruit. diſc.* 6. *n.* 5., *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 210. *n.*
9. *&* 10. *lib.* 1. *Sperell. deciſ.* 54. *nu.* 31., vbi quod
139 ſi non conſtat per euidentiam rei, vel per rela-
tionem peritorum, parietem eſſe deſtinatum ad
eleuandum, potior eſt conditio prohibentis, *&*
rursùs *deciſ.* 56. *n.* 14. *& ſeqq.*

Et non dicitur deſtinatus ad eleuandum, ſed
ſolùm ad diuidendum, ſi ſuper eo ad ſit tectum,
vel tabulatum, quæ ſunt ſigna, vicinos à princi-
140 pio deſtinaſſe, ne liceret altiùs tollere, vel eleua-
re parietem *Corn. conſ.* 78. *n.* 1. *verſic. in caſu au-
tem noſtro lib.* 4. *Menoch. conſ.* 1237. *n.* 27., *Tondut.
reſol. ciuil. par.* 1. *cap.* 88. *num.* 37., *Theſaur. deciſ.*
41. *num.* 4.

Similiter non dicitur paries deſtinatus ad ele-
141 uandum, ſi in ipſius vertice adſit ſuperficies
facta ad dorſum Aſini, vel factus ſit pro ſecu-
riori clauſura curtilis, domus, vel viridarij, *The-
ſaur. deciſ.* 41. *n.* 24., *verſic. vel paries ſit factus Ro-
uit. deciſ.* 30. *n.* 12., *& in allegat. Vot.* 253. *num.* 12.
par. 7. *recen.*

Idem dicendum, ſi in vertice parietis adſit co-

142 rona. cum ex illa pariter arguatur. parietem
non eſſe deſtioatum ad eleuandum, ſed quod ſit
ſimplicitet diuiſorius Menoch. conſ.1237. num.27.
& 28. & num. 43. ad 45. Cardin. de Luc. de ſeruit.
diſcurſ.7. n.5., & in dicto Voto Præſidis 253. n.12.
par.7. recen.

Quando tamen paries eſt deſtinatus ad eleuandum, & fabricandum, tunc de iure commuui
licet ſuper eo fabricare, vel ſit communis pro di-
143 uiſo, vel pro indiuiſo, & quidem ſuper muro
communi pro diuiſo ædificare licèt ſuper dimidia parietis versùs partem, & ſolum proprium ædificare volentis, ac ſuper dicta dimidia parietis poſſunt trabes, ac tigna imponi, etiamſi hoc noceat ſocio vicino, ceſſante eamen ęmulatione Boer. conſ.5. per tot. Corn. conſ.78. num.2. verſic. ſi autem eſſet lib.4., & latè conſ.90.lib.2., Caball. conſ. deciſ.8. n.9. & ſeq. tom.2. Menoch. conſ.1237. num. 17. & 18. Anton. Perez. conſ.3. n.16. Palm. Nep. allegat. 260. n. 9. tom. 3. Franc. Merlin. deciſ. Luceen.3. n.6., Rouit. deciſ. 30. n. 2., vbi teſtatur de communiſſima Doctorum ſenrentia, Sperell. de-
144 ciſ.56. n. 43. & 44., vbi id admittit, ſi fabrica
poſſie fieri, uon tangendo partem ſocij, aliàs in tali pariete nun poteſt dari communio pro diuiſo.

Vndè ſocius in tali pariete communi pro diuiſo poteſt in parte ſua illum excauare pro latrina,
145 vel camino, dummodò ſit talis groſſitiei, &
latitudinis, vt vicino ſocio non oaſcatur ab excauatione dettimentum, ſecùs ſi ſit adeò ſubtilis, vt ab excauatione poſſit dubitari de illius debilitatione, Dec. conſ.388. n.1. Gabr. conſ. 150. nu.6. & ſeq. lib.1., Turrett. conſ. 20. n.9. & 10. lib. 1. Anton. Perez. conſ.3. n.16. verſic. intelligitur verum Molſeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom.3. par.13. de ſeruit. qu.21. n.29.

Quando verò paries eſt communis pro indiuiſo, ſi eſt deſtinatus ad fabricandum, & eleuandum, poteſt ſocius ſuper toto pariete ædificare, ac in illo tigna, & trabes immittere, etiamſi perforent totam craſſitiem parietis, nec poteſt à
146 ſocio vicino impediri l. cũ duobus vicinis §. item
mela ff. pro Soc. l. ſi ædes ff. comm. diuid. Corn. conſ. 90. n.14. lib.2. & conſ. 78. n.1., verſic. & hæc regula lib.4., latè Vegg. conſ.53. à n.24. & ſeqq., vbi magiſtraliter de materia Rot. deciſ. 50. num. 6., confirmata deciſ. 113. n. 5. & infrà p. 19. recen.

Quod procedit licèt ædificium noceret conſo-
147 cio, dummodò proſit ædificanti, & ceſſet ęmu-
latio, quæ non præſumitur Rot. dict. deciſ. 113. n. 6. & ſeq. p.19. recen.

Et contraria concluſio, quod non liceat ſocio in muro communi pro indiuiſo ædificare inuito
148 altero ſocio, & quod melior ſit conditio prohi-
bentis ex l. Sabinus 28. ff. commun. diuid., & l. quidam Hyberus 12., & l. eos qui 39. ff. de ſeruit. vrban. præd., Menoch. conſ. 1237. num. 21. & infrà, plenè Valenzuol. Velaſqu. conſ. 118. vol. 2., Magon. deciſ. Florent. 46. num. 3. ad 5. & per tot. Theſaur. deciſ.41. n.13., Chriſtin. deciſ. Belgic.210. n.8. par.1., Hyer. Leo deciſ. Valent.178. n.4. tom.2. procedit, quando ſocius vellet vti pariete com-
149 muni ad vſum non deſtinatum, eo quia non
eſſet aptus ad eleuaodum, & ædificium noceret ſocio contradicenti, & ædificanti non prodeſſet Honded. conſ.80. n.33. lib.1., Magon. dict. deciſ. 46. n.6. Thomat. deciſ.119. n.19., ſecùs quando ſocius illo vtitur ad vſum deſtinatum ædificandi, cum hoc caſu potiùs procedat regula contraria. quod ſocius poſſit etiam ſocio inuito ædificare ſuper commuoi pariete etiamſi ſocio damnum per
150 ædificium afferatur per fenestrarum obſcuratio-
nem, vel Sol, ac ventus impediantur, Iaſon. conſ. 98. n.1. vol.1. præclarè Vegg. conſ.53. num.20. & ſeq. & ſignanter n.33., Tondut. reſol. ciuil. par. 1. cap.88. n.32. & 33., Card. de Luc. de ſeruit. diſc.6. n.8. Palm. Nepoſ. alleg.260. n.9. tom.3., Theſaur. deciſ.23. & 41., vtrobique n.1., & facit plena deciſ.33. Hyer. Leo lib. 1. Thomat. deciſ.119. num.19. Sperell. deciſ.54. n.13. Rot. deciſ. 113. nu. 10. par. 19. recen.

Vel dicta concluſio, quod melior ſit conditio prohibentis, procedit in pariete ſimpliciter diui-
151 ſorio, & ad ſolam clauſuram deſtinato, non
autem ſi paries vſque à principio eſſet deſtinatus ad eleuandum, & fabricandum, Vegg conſ.53. n. 32., Menoch. conſ.1237. n. 17. & 18. Gratian. cap. 572. nu. 37. & ſeq., Card. de Luc. de ſeruitut. diſcurſ.6. n.3., & diſcurſ.7. n.4. verſic. aut verò agitur Palm. Nepoſ. allegat. 260. n. 9. tom.3. Sperell. deciſ.54. n.29. & 30., Rot. deciſ. 253. n. 69. & 70. p.7. & deciſ.113. n.10. p.19. recen.

Conſtito quippè quod murus pro indiuiſo vſque à principio eſt deſtinatus ad eleuandum, &
152 eſt aptus ad ſuperædificandum, poteſt per ſo-
cium ſuper eo ædificari, licèt per nouam fabricam obſcurarentur, vel obturarentur fæneſtræ vicini, ac ſocij Vegg. conſ. 53. færè per totum, & ſignanter n.23. & ſeq. & n.46., Iaſ. conſ. 98. lib. 1. Lancellott. Gall. conſ.104. n.75. ad 78., Riminal. Sen. conſ.401. num.14. & 15. lib.3., Riminal. Iun. conſ.443. per tot. Surd. conſ. 233. num. 15. Menoch. conſ. 1237. n. 18., Bero. qu. familiar.26., Antonell. de loc. legal. lib.2. cap. 23. n. 28. & 29. Cæpoll. de ſeruit. vrb. præd. cap.40. n.11. 12. & 19, Tondut. reſol. Ciuil. par.1. cap.88. num. 20. Felic. de ſociet. cap.28. n.24. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſc. 6., & diſc.9. vtrobique n.3., & diſc.15. nu.2., Rot. deciſ. 450. n.7. coràm Duran., vbi approbatur dict. conſ. 98. Iaſoniſ., & deciſ. 50. n. par. 19. recen. Thomat. deciſ.119. à n. 7. & n. 15. & ſeqq., qui reſpondet contrarijs; idque procedit licet longum tempus interceſſerit ab vna eleuatione ad aliam, quia in hoc nulla currit præſcriptio contrà ſocium ædificare volentem, niſi eleuationem ſocius pro-
153 hibuiſſet, & ipſe acquiſiuiſſet, & poſt modum
elapſum eſſet tempus ad præſcribendum ſufficiens, Theſaur. deciſ.23. nu.4., Thomat. deciſ. 119. n.9., Cardin. de Luc. de ſeruitut. diſc.13. n.2. & 3., & priùs diſc.3. n.10., Royas deciſ.460. n.5.

Ratio autem cur in muro communi pro indiuiſo apto ac deſtinato ad eleuandum poſſit per ſocium ædificari, etiamſi per ædificium clauderentur feneſtræ per ſocium apertæ in eodem pariete, ea eſt, quia ſi licuit alteri ſocio immutando vſum deſtinatum parietis in illo aperire feneſtras,
154 ſi non liceret ſocio ædificare, & ædificando
claudere eaſdem feneſtras apertas per vicinum, ac ſocium, murus illi remaneret inutilis, & communio eſſet de vento Fælic. de ſociet. cap.28. n.21. 22. & 23., vbi dicit, quod hæc opinio eſt ſequenda, Cardin. de Luc. de ſeruit. diſc. 9. n. 3. Sperell. deciſ.56. n.40. 41. & 42.

Et

Et id procedie licèt alter ſocius in muro com-
muni prius aperuiſſet feneſtras de licentia expreſ-
ſa, vel tacita conſocij, quia talis licentia præſu-
mitur conceſſa, & præſtitus conſenſus, quouſque
ipſe conſentiens nollet vti pariete ad vſum deſti-
155 natum fabricandi, vndè eo ipſo quod vult fa-
bricare hoc facere poteſt etiamſi per ædificium
claudantur feneſtrę apertę in eodem pariete com-
muni *Sperell. deciſ. 56. num. 10.*, *Card. de Luc. de
ſeruit. diſc. 9. n. 5.*

Vndè non impeditur ſocius vti pariete ad
vſum deſtinatum in eo eleuando, licèt per eleua-
tionem diminuerentur lumina prohibentis fabri-
156 cam *Riminal. Sen. conſ. 402. num. 2. & 7. lib. 3.*,
Iaſon. conſ. 98., *lib. 1. Antonell. dict. cap. 22. n. 31.*,
Thomat. deciſ. 119. n. 6. & ſeq., & in allegato Voto
Præſidis Viar. *deciſ. 253. n. 70. par. 7. recen. & de-
ciſ. 450. coram Duran.*, qui omnes hoc firmant
etiamſi per fabricam in totum clauderentur fene-
ſtræ ſocij.

In pariete quippè deſtinato ad eleuandum non
conſideratur damnum prohibentis, ſed ſola vti-
157 litas ædificantis *Theſaur. deciſ. 24. num. 5.*, *& in
dict. Vot. 253. n. 71. par. 7. recen.*; præcipuè quan-
do ædificium multum prodeſt ædificare volenti,
& alteri nihil, vel parum nocet, *Gratian. cap. 541.
n. 8. & 9. Sperell. deciſ. 54. n. 14.*

Et offenſio luminum, quæ reſultat ſocio ab
158 ædificio conſideratur ſolùm in pariete ſimplici-
ter diuiſorio, & non in deſtinato, ac apto ad al-
tiùs eleuandum *Vegg. conſ. 53. n. 30.*, *& ſeq.*, *The-
ſaur. deciſ. 24. n. 5.*, *& dict. vot. 253. n. 72. par. 7.
recen.*

159 Et licet *Sperell. deciſ. 54. n. 18.*, *& infrà*, *& de-
ciſ. 56. n. 15.* videatur determinare, quod non li-
ceat ædificare in pariete communi, quando ædi-
ficium nocet luminibus vicini, & reprobet *Iaſo-
nem dict. conſ. 98. lib. 1.* contrarium tenentem,
proùt illum reprobat *Cardin. de Luc. de Seruit.
diſc. 11. nu. 7.* proùt reprobatur etiam à *Riminald.
Iun. conſ. 421.*, qui in eadem cauſa ſcripſit; nihilo-
160 minùs non eſt recedendum à contraria opinio-
ne ſupra firmata, cùm opinio *Iaſonis* approbetur
à *Felic. de Societ. cap. 28. n. 23. & à Rot. deciſ. 450.
coram Duran.*, & à tot alijs ſupra relatis, qui mo-
uentur optimis rationibus, eo quia ſocius, qui
aperuit feneſtras in muro communi deſtinato
ad ædificandum, malè fecit, cum in pariete com-
muni non liceat aperire feneſtras, per quas impe-
diatur ſocio vti muro ad vſum deſtinatum, vt
161 poſt relatos firmat *Thomat. deciſ. 119. n. 8.*; quod
procedit licèt aliundè non poſſet habere lumen
Surd. conſ. 387. per tot. Pariſ. conſ. 63. n. 31., *& ſeqq.
lib. 1. Felic. de Societ. cap. 28. n. 24.*, *& 25.*, *Caual-
can. deciſ. 8. n. 3.*, *& ſeqq. par. 1.*; vel licita remanet
aperitio quouſque alter ſocius nolit vti pariete,
& ſuper illo ædificare, nam aliàs illi remaneret
162 inutilis communio parietis, ſi eo non poſſet
vti, ex quo clauderentur feneſtræ ſocij, vel illicitè
apertæ, vel ſi licitè, cum conditione tamen, quod
ſtarent apertæ, quouſque ſocius illas non claude-
ret fabricando in eodem muro communi.

163 Hinc pro opinione *Iaſonis* ſat eſt, quod illa ſit
recepta per *Rotam*; *& Cardin. de Luc. alleg. diſc. 11.*
contrarium tenens non loquitur de muro com-
164 muni deſtinato ad eleuandum, & qui deſeruiat
pro manſionibus, & tectis vtriuſque domus, ſed
de muro, qui verè erat domus, cuius lumina ob-
ſcurabantur per nouam fabricam, & habitator
illius ſepelliebatur viuus, & ædificare volens tra-
ctabat de lucro captando ad augendas penſiones
domus contra pauperem Eccleſiam Parochialem
tractantem de damno vitando, ex quo per nouam
fabricam eius domus remanſiſſet fœrè inutilis,
& ſepultura ſine lumine.

Ideòque Doctores tenentes, quod in fabrican-
165 do debeat retineri ſtatus antiquus, nec poſſit
alterari illius forma, vt tenent *Bero. conſ. 132. n. 8.
lib. 3. Cyriac. contr. 28. nu. 7.*, & alij apud *Sperell.
deciſ. 54. n. 26. & ſeq.*, debent intelligi, ac proce-
dunt, quando paries non eſt deſtinatus ad eleuan-
dum, tunc enim non poteſt ſuper eo ædificari,
nec alterari illius antiquus ſtatus, ſecùs autem
ſi agatur de pariete deſtinato ad eleuandum, ac
fabricandum, nam hoc caſu poteſt alterari ſtatus
antiquus parietis ſuperædificando, ac altiùs illum
166 tollendo, vt in ſpecie reſpondent *Theſaur. de-
ciſ. 24. n. 4. Sperell. deciſ. 56. n. 2.*, *& 5.*, *& nu. 20.*,
& infrà, & colligitur etiam ex *Bero. conſ. 132. n. 8.*
in contrarium allegato, nam aliàs in pariete
communi deſtinato ad ſuperædificandum nun-
quam poſſet fabricari, quia per nouam fabricam,
& eleuationem, vt ſenſui patet, ſemper alteratur
ſtatus antiquus, vndè alteratio procedit, ſi præ-
tenderetur fabricari ſuper muro ſimpliciter diui-
ſorio, & non apto, nec deſtinato ad fabrican-
dum, & hæc diſtinctio eſt veriſſima, & colligitur
167 ex ipſiſmet Doctoribus tenentibus nõ poſſe ędi-
ficando ſuper pariete communi alterari anti-
quum illius ſtatum, ac formam, ſi benè eorum
dicta perpendantur, & ſignanter hoc videtur col-
ligi ex *Sperell. deciſ. 56. n. 1. ad 10.*

Probatur autem, quod paries ſit deſtinatus ad
eleuandum, & ædificandum, ex quo ſit groſſus,
& aptus ad onera ferenda, ex profunditate funda-
168 mentorum, ſuper quibus fabricatus eſt, ex illius
altitudine, & ex manſionibus, & tignis, quæ ſo-
cij litigantes habeant ab vtroque latere *Bero conſ.
132. n. 9. verſic. idem ſi non eſſet, & conſ. 133. n. 4.
lib. 3.*, *Gratian. cap. 572. n. 47.*, *& ſeq.*, *Card. de Luc.
de Seruit. diſc. 6. n. 8. verſic. ſecundo groſſities. Palm.
Nepos allegat. 260. n. 10. tom. 3.*, *Rot. deciſ. 450. n. 5.
coram Duran.*, *& deciſ. 113. n. 5. ad 7. par. 19. rec.*;
nam muri ſimpliciter diuiſorij, & ad ſolam clau-
ſuram deſtinati ſolent eſſe ſubtiles, ac depreſſi, &
169 mediocris altitudinis, quæ ſat eſt pro ſimplici
clauſura *Card. de Luc. d. diſc. 6. n. 8.*

Vndè quando paries eſt ſubtilis, ac debilis, &
conſtructus non cum calce, ſed cum creta, & ſic
170 non aptus ad ſuſtinendum id, quod ſuperædifi-
cari prætenditur, tunc non eſt locus eleuationi fa-
bricæ ſuper illo *Menoch. conſ. 1237. nu. 29.*, *& 30.
tom. 13.*, *Surd. conſ. 233. num. 8.*, *& 9. lib. 2.*, *Vegg.
conſ. 53. n. 30. & 31.*; licet ex hoc non impediatur
ædificium, quoties ſocius ædificare volens velit
proprijs expenſis à ſuo latere fortificare murum,
itaùt ille ſine damno vicini poſſit ſubſtinere ſuper-
ædificandum *Palm. dict. allegat. 260. n. 14. Rot. de-
ciſ. 113. n. 11. verſ. & nihilominùs par. 19. rec.*

Proùt dicitur deſtinatus ad eleuandum ex mor-
171 ſis in eius vertice relictis ad colligandum no-
uum parietem in caſum maioris eleuationis *Surd.
conſ. 126. n. 25. lib. 1.*, vbi dictas morſas appellat
dentes, & in *allegat. vot. ſeu deciſ. 253. n. 10.*, *& 38.*

142 rona, cum ex illa pariter arguatur, parietem
non eſſe deſtinatum ad eleuandum, ſed quod ſit
ſimpliciter diuiſorius Menoch. conſ. 1237. num. 27.
& 28. & num. 43. ad 45. Cardin. de Luc. de ſeruit.
diſcurſ. 7. n. 5., & in dicto Voto Præſidis 253. n. 12.
par. 7. recen.

Quando tamen paries eſt deſtinatus ad eleuan-
dum, & fabricandum, tunc de iure communi
licet ſuper eo fabricare, vel ſit communis pro di-
143 uiſo, vel pro indiuiſo, & quidem ſuper muro
communi pro diuiſo ædificare licèt ſuper dimi-
dia parietis versùs partem, & ſolum proprium
ædificare volentis, at ſuper dicta dimidia parie-
tis poſſunt trabes, ac tigna imponi, etiamſi hoc
noceat ſocio vicino, ceſſante tamen æmulatione
Boer. conſ. 5. per tot. Corn. conſ. 78. num. 2. verſic. ſi
autem eſſet lib. 4., & latè conſ. 90. lib. 2., Caball. conſ.
deciſ. 8. n. 9. & ſeq. tom. 2. Menoch. conſ. 1237. num.
17. & 18. Anton. Perez. conſ. 3. n. 16. Palm. Nep.
allegat. 260. n. 9. tom. 3. Franc. Merlin. deciſ. Lu-
cen. 3. n. 6., Ronit. deciſ. 30. n. 2., vbi teſtatur de
communiſſima Doctorum ſententia, Sperell. de-
144 ciſ. 56. n. 43. & 44., vbi id admittit, ſi fabrica
poſſit fieri, non tangendo partem ſocij, aliàs in
tali pariete non poteſt dari communio pro di-
uiſo.

Vndè ſocius in tali pariete communi pro diui-
ſo poteſt in parte ſua illum excauare pro latrina,
145 vel camino, dummodò ſit talis groſſitiei, &
latitudinis, vt vicino ſocio non naſcatur ab exca-
uatione detrimentum, ſecùs ſi ſit adeò ſubtilis,
vt ab excauatione poſſit dubitari de illius debili-
tatione, Dec. conſ. 388. n. 1. Gabr. conſ. 150. nu. 6.
& ſeq. lib. 1., Turrett. conſ. 20. n. 9. & 10. lib. 1.
Anton. Perez. conſ. 3. n. 16. verſic. intelligitur verum
Molſeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 3. par. 13. de ſer-
uit. qu. 21. n. 29.

Quando verò paries eſt communis pro indiui-
ſo, ſi eſt deſtinatus ad fabricandum, & eleuan-
dum, poteſt ſocius ſuper toto pariete ædifica-
re, ac in illo tigna, & trabes immittere, etiamſi
perforent totam craſſitiem parietis, nec poteſt à
146 ſocio vicino impediri l. cũ duobus vicinis §. item
mela ff. pro Soc. l. ſi ædes ff. comm. diuid. Coru. conſ.
90. n. 14. lib. 2. & conſ. 73. n. 1., verſic. & hæc re-
gula lib. 4., latè Vegg. conſ. 53. à n. 24. & ſeqq., vbi
magiſtraliter de materia Rot. deciſ. 50. num. 6.,
confirmata deciſ. 113. n. 5. & infrà p. 19. recen.

Quod procedit licèt ædifitium noceret conſo-
147 cio, dummodò proſit ædificanti, & ceſſet æmu-
latio, quæ non præſumitur Rot. dict. deciſ. 113. n.
6. & ſeq. p. 19. recen.

Et contraria concluſio, quod non liceat ſocio
in muro communi pro indiuiſo ædificare inuito
148 altero ſocio, & quod melior ſit conditio prohi-
bentis ex l. Sabinus 28. ff. commun. diuid., & l.
quidam Hyberus 12., & l. eos qui 39. ff. de ſeruit.
vrban. præd., Menoch. conſ. 1237. num. 21. & in-
frà, plenè Valenzuol. Velaſqu. conſ. 118. vol. 2.,
Magon. deciſ. Florent. 46. num. 3. ad 5. & per tot.
Theſaur. deciſ. 41. n. 13., Chriſtin. deciſ. Belgic. 210.
n. 8. par. 1., Hyer. Leo deciſ. Valent. 178. n. 4. tom. 2.
procedit, quando ſocius vellet vti pariete com-
149 muni ad vſum non deſtinatum, eo quia non
eſſet aptus ad eleuandum, & ædifitium noceret
ſocio contradicenti, & ædificanti non prodeſſet
Honded. conſ. 80. n. 33. lib. 1., Magon. dict. deciſ. 46.
n. 6. Thomat. deciſ. 119. n. 19., ſecùs quando ſocius
illo vtitur ad vſum deſtinatum ædificandi, cum
hoc caſu potiùs procedat regula contraria,
quod ſocius poſſit etiam ſocio inuito ædificare
ſuper communi pariete etiamſi ſocio damnum per
150 ædificium afferatur per feneſtrarum obſcuratio-
nem, vel Sol, ac ventus impediantur, Iaſon. conſ.
98. n. 1. vol. 1. præclarè Vegg. conſ. 53. num. 20. &
ſeq. & ſignanter n. 33., Tondut. reſol. ciuil. par. 1.
cap. 88. n. 32. & 33., Card. de Luc. de ſeruit. diſc. 6.
n. 8. Palm. Nepoſ. alleg. 260. n. 9. tom. 3., Theſaur.
deciſ. 23. & 41., vtrobique n. 1., & facit plena de-
ciſ. 33. Hyer. Leo lib. 1. Thomat. deciſ. 119. num. 19.
Sperell. deciſ. 54. n. 13. Rot. deciſ. 113. nu. 10. par.
19. recen.

Vel dicta concluſio, quod melior ſit conditio
prohibentis, procedit in pariete ſimpliciter diui-
151 ſorio, & ad ſolam clauſuram deſtinato, non
autem ſi paries vſque à principio eſſet deſtinatus
ad eleuandum, & fabricandum, Vegg. conſ. 53. n.
32., Menoch. conſ. 1237. n. 17. & 18. Gratian. cap.
572. nu. 37. & ſeq., Card. de Luc. de ſeruitut. di-
ſcurſ. 6. n. 3., & diſcurſ. 7. n. 4. verſic. aut verò agi-
tur Palm. Nepoſ. allegat. 260. n. 9. tom. 3. Sperell.
deciſ. 54. n. 29. & 30., Rot. deciſ. 253. n. 69. & 70.
p. 7. & deciſ. 113. n. 10. p. 19. recen.

Conſtito quippè quod murus pro indiuiſo
vſque à principio eſt deſtinatus ad eleuandum, &
152 eſt aptus ad superædificandum, poteſt per ſo-
cium ſuper eo ædificari, licèt per nouam fabri-
cam obſcurarentur, vel obturarentur fæneſtræ
vicini, ac ſocij Vegg. conſ. 53. ferè per totum, &
ſignanter n. 23. & ſeq. & n. 46., Iaſ. conſ. 98. lib.
1. Lancellott. Gall. conſ. 104. n. 75. ad 78., Riminal.
Sen. conſ. 401. num. 14. & 15. lib. 3., Riminal. Iun.
conſ. 443. per tot. Surd. conſ. 233. num. 15. Menoch.
conſ. 1237. n. 18., Bero. qu. familiar. 26., Antonell.
de loc. legal. lib. 2. cap. 23. n. 28. & 29. Cæpoll. de
ſeruit. vrb. præd. cap. 40. n. 11. 12. & 19, Tondut.
reſol. Ciuil. par. 1. cap. 88. num. 20. Felic. de ſociet.
cap. 28. n. 24. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſc. 6., &
diſc. 9. vtrobique n. 3., & diſc. 15. nu. 2., Rot. deciſ.
450. n. 7. coràm Duran., vbi approbatur dict. conſ.
98. Iaſoniſ., & deciſ. 50. n. par. 19. recen. Thomat.
deciſ. 119. à n. 7. & n. 15. & ſeqq., qui reſpondet
contrarijs; idque procedit licet longum tempus
interceſſerit ab vna eleuatione ad aliam, quia
in hoc nulla currit præſcriptio contrà ſocium
ædificare volentem, niſi eleuationem ſocius pro-
153 hibuiſſet, & ipſe acquiſiuiſſet, & poſt modum
elapſum eſſet tempus ad præſcribendum ſuffi-
ciens, Theſaur. deciſ. 23. nu. 4., Thomat. deciſ. 119.
n. 9., Cardin. de Luc. de ſeruitut. diſc. 13. n. 2. & 3.,
& priùs diſc. 3. n. 10., Royas deciſ. 460. n. 5.

Ratio autem cur in muro communi pro indi-
uiſo apto ac deſtinato ad eleuandum poſſit per
ſocium ædificari, etiamſi per ædifitium claude-
rentur feneſtræ per ſocium apertæ in eodem pa-
riete, ea eſt, quia ſi liceat alteri ſocio immutando
vſum deſtinatum parietis in illo aperire feneſtras,
154 ſi non liceret ſocio ædificare, & ædificando
claudere eaſdem feneſtras apertas per vicinum,
ac ſocium, murus illi remaneret inutilis, & com-
munio eſſet de vento Fælic. de ſociet. cap. 28. n. 21.
22. & 23., vbi dicit, quod hæc opinio eſt ſequen-
da, Cardin. de Luc. de ſeruit. diſc. 9. n. 3. Sperell.
deciſ. 56. n. 40. 41. & 42.

Et

Et id procedit licèt alter ſocius in muro com-
muni prius aperuiſſet feneſtras de licentia expreſ-
ſa, vel tacita conſocij, quia talis licentia præſu-
mitur conceſſa, & præſtitus conſenſus, quouſque
ipſe conſentiens nollet vti pariete ad vſum deſti-
155 natum fabricandi, vndè eo ipſo quod vult fa-
bricare hoc facere poteſt etiamſi per ædificium
claudantur feneſtræ apertæ in eodem pariete com-
muni *Sperell. deciſ. 56. num. 10.*, *Card. de Luc. de
ſeruit. diſc. 9. n. 5.*

Vndè non impeditur ſocius vti pariete ad
vſum deſtinatum in eo eleuando, licèt per eleua-
tionem diminuerentur lumina prohibentis fabri-
156 cam *Riminal. Sen. conſ. 402. num. 2. & 7. lib. 3.*,
Iaſon. conſ. 98., lib. 1. Antonell. dict. cap. 22. n. 31.,
Thomat. deciſ. 119. n. 6. & ſeq., & in allegato Voto
Præſidis Viar. *deciſ. 253. n. 70. par. 7. recen. & de-
ciſ. 450. coram Duran.*, qui omnes hoc firmant
etiamſi per fabricam in totum clauderentur fene-
ſtræ ſocij.

In pariete quippè deſtinato ad eleuandum non
conſideratur damnum prohibentis, ſed ſola vti-
157 litas ædificantis *Theſaur. deciſ. 24. num. 5., & in
dict. Vot. 253. n. 71. par. 7. recen.*; præcipuè quan-
do ædificium multum prodeſt ædificare volenti,
& alteri nihil, vel parum nocet, *Gratian. cap. 541.
n. 8. & 9. Sperell. deciſ. 54. n. 14.*

Et offenſio luminum, quæ reſultat ſocio ab
158 ædificio conſideratur ſolùm in pariete ſimplici-
ter diuiſorio, & non in deſtinato, ac apto ad al-
tiùs eleuandum *Vegg. conſ. 53. n. 30., & ſeq.*, *The-
ſaur. deciſ. 24. n. 5., & dict. vot. 253. n. 72. par. 7.
recen.*

159 Et licet *Sperell. deciſ. 54. n. 18., & infrà, & de-
ciſ. 56. n. 15.* videatur determinare, quod non li-
ceat ædificare in pariete communi, quando ædi-
ficium noceat luminibus vicini, & reprobet *Iaſo-
nem dict. conſ. 98. lib. 1.* contrarium tenentem,
prout illum reprobat *Cardin. de Luc. de Seruit.
diſc. 11. nu. 7.* prout reprobatur etiam à *Riminald.
Iun. conſ. 421.*, qui in eadem cauſa ſcripſit; nihilo-
160 minùs non eſt recedendum à contraria opinio-
ne ſupra firmata, cùm opinio *Iaſonis* approbetur
à *Felic. de Societ. cap. 28. n. 23. & à Rot. deciſ. 450.
coram Duran.*, & à tot alijs ſupra relatis, qui mo-
nentur optimis rationibus, eo quia ſocius, qui
aperuit feneſtras in muro communi deſtinato
ad ædificandum, malè fecit, cum in pariete com-
muni non liceat aperire feneſtras, per quas impe-
diatur ſocio vti muro ad vſum deſtinatum, vt
161 poſt relatos firmat *Thomat. deciſ. 119. n. 8.*; quod
procedit licèt aliundè non poſſet habere lumen
*Surd. conſ. 387. per tot. Pariſ. conſ. 63. n. 31., & ſeqq.
lib. 1. Felic. de Societ. cap. 28. n. 24., & 25.*, *Caual-
can. deciſ. 8. n. 3., & ſeqq. par. 1.*; vel licita remanet
apertio quouſque alter ſocius nolit vti pariete,
& ſuper illo ædificare, nam aliàs illi remaneret
162 inutilis communio parietis, ſi eo non poſſet
vti, ex quo clauderentur feneſtræ ſocij, vel illicitè
apertæ, vel ſi licitè, cum conditione tamen, quod
ſtarent apertæ, quouſque ſocius illas non claude-
ret fabricando in eodem muro communi.

163 Hinc pro opinione *Iaſonis* ſat eſt, quod illa ſit
recepta per *Rotam*; *& Cardin. de Luc. alleg. diſc. 11.*
contrarium tenens non loquitur de muro com-
164 muni deſtinato ad eleuandum, & qui deſeruiat
pro manſionibus, & tectis vtriuſque domus, ſed
de muro, qui verè erat domus, cuius lumina ob-
ſcurabantur per nouam fabricam, & habitator
illius ſepelliebatur viuus, & ædificare volens tra-
ctabat de lucro captando ad augendas penſiones
domus contra pauperem Eccleſiam Parochialem
tractantem de damno vitando, ex quo per nouam
fabricam eius domus remanſiſſet ferè inutilis,
& ſepultura ſine lumine.

Ideòque Doctores tenentes, quod in fabrican-
165 do debeat retineri ſtatus antiquus, nec poſſit
alterari illius forma, vt tenent *Bero. conſ. 132. n. 8.
lib. 3. Cyriac. contr. 28. nu. 7.*, & alij apud *Sperell.
deciſ. 54. n. 26. & ſeq.*, debent intelligi, ac proce-
dunt, quando paries non eſt deſtinatus ad eleuan-
dum, tunc enim non poteſt ſuper eo ædificari,
nec alterari illius antiquus ſtatus, ſecùs autem
ſi agatur de pariete deſtinato ad eleuandum, ac
fabricandum, nam hoc caſu poteſt alterari ſtatus
antiquus parietis ſuperædificando, ac altiùs illum
166 tollendo, vt in ſpecie reſpondent *Theſaur. de-
ciſ. 24. n. 4. Sperell. deciſ. 56. n. 2., & 5., & nu. 20.,
& infrà*, & colligitur etiam ex *Bero. conſ. 132. n. 8.*
in contrarium allegato, nam aliàs in pariete
communi deſtinato ad ſuperædificandum nun-
quam poſſet fabricari, quia per nouam fabricam,
& eleuationem, vt ſenſui patet, ſemper alteratur
ſtatus antiquus, vndè alteratio procedit, ſi præ-
tenderetur fabricari ſuper muro ſimpliciter diui-
ſorio, & non apto, nec deſtinato ad fabrican-
dum, & hæc diſtinctio eſt veriſſima, & colligitur
167 ex ipſiſmet Doctoribus tenentibus nõ poſſe ædi-
ficando ſuper pariete communi alterari anti-
quum illius ſtatum, ac formam, ſi benè eorum
dicta perpendantur, & ſignanter hoc videtur col-
ligi ex *Sperell. deciſ. 56. n. 1. ad 10.*

Probatur autem, quod paries ſit deſtinatus ad
eleuandum, & ædificandum, ex quo ſit groſſus,
& aptus ad onera ferenda, ex profunditate funda-
168 mentorum, ſuper quibus fabricatus eſt, ex illius
altitudine, & ex manſionibus, & tignis, quæ ſo-
cij litigantes habeant ab vtroque latere *Bero. conſ.
132. n. 9. verſic. idem ſi non eſſet, & conſ. 133. n. 4.
lib. 3.*, *Gratian. cap. 572. n. 47., & ſeq.*, *Card. de Luc.
de Seruit. diſc. 6. n. 8. verſic. ſecundo groſſities. Palm.
Nepos allegat. 260. n. 10. tom. 3.*, *Rot. deciſ. 450. n. 5.
coram Duran., & deciſ. 113. n. 5. ad 7. par. 19. rec.*;
nam muri ſimpliciter diuiſorij, & ad ſolam clau-
ſuram deſtinati ſolent eſſe ſubtiles, ac depreſſi, &
169 mediocris altitudinis, quæ ſat eſt pro ſimplici
clauſura *Card. de Luc. d. diſc. 6. n. 8.*

Vndè quando paries eſt ſubtilis, ac debilis, &
conſtructus non cum calce, ſed cum creta, & ſic
170 non aptus ad ſuſtinendum id, quod ſuperædifi-
cari prætenditur, tunc non eſt locus eleuationi fa-
bricæ ſuper illo *Menoch. conſ. 1237. nu. 29., & 30.
tom. 13.*, *Surd. conſ. 233. num. 8., & 9. lib. 2.*, *Vegg.
conſ. 53. n. 30. & 31.*; licet ex hoc non impediatur
ædificium, quoties ſocius ædificare volens velit
proprijs expenſis à ſuo latere fortificare murum,
itaut ille ſine damno vicini poſſit ſuſtinere ſuper-
ædificandum *Palm. dict. allegat. 260. n. 14. Rot. de-
ciſ. 113. n. 11. verſ. & nihilominùs par. 19. rec.*

Prout dicitur deſtinatus ad eleuandum ex mor-
171 ſis in eius vertice relictis ad colligandum no-
uum parietem in caſum maioris eleuationis *Surd.
conſ. 126. n. 25. lib. 1.*, vbi dictas morſas appellat
dentes, & in *allegat. vot. ſeu deciſ. 253. n. 10., & 38.*

Google

par.7.recen., Rot. deciſ.60. n.6. §.nihilominus p.16. & deciſ.50.n.11. par.19., & ſequitur Palm. Nepos allegat.260.n.11.tom.3.

Dicitur etiam deſtinatus ad eleuandum, ex quo
172 alter ſocius, aliàs ſuper eo ædificauit, nam ex
obſeruantia tali caſu deſtinatio eleuationis arguitur Vegg. conſ.53.n.34., Cardin. de Luc. de Seruit. diſc.6. n.8. verſic. tertio fortiſſimè, Palm. Nepos allegat.260. n.9. verſic. quod vero.

Quodque ſit deſtinatus ad eleuandum proba-
173 tur ex dicto, & relatione Architectorum, vel fabrorum murariorum in arte fabricandi peritorum Bald. conſ.333. n.1. verſic. & de iſta aptitudine lib.2. Alex. conſ.174. lib.2., Corn.conſ.90.n.36., Gratian.cap.572.n.48. & ſeq., Card.de Luc. de Seruit. diſc.7.n.5., Chriſtia. deciſ. Belg.210.n.9. lib.1.,
174 ſi tamen reddant rationem, & verè ſint in arte periti, ſecùs è contra, maximè ſi alij deponant contrarium, & addant rationes Corn.conſ.90.n.36., & ſeq. lib.2.

Non ſufficit tamen relatio vnius periti ſi plu-
175 res in loco haberi poſſunt Riminal.Iun. conſ.208. nu.23. 39., & 40. lib.2., & relationi peritorum ſi contradicat facies loci, & rei euidentia per acceſſum, ac ocularem inſpectionem, tunc peritorum dicta confunduntur ab euidenti probatione, quæ
176 reſultat ex facie loci, vndè illis credendum non eſt, quinimmò ex acceſſu, & facie loci eorum relatio detegitur falſa, vt benè poſt alios probat Fontanell, deciſ. Cathalon. 600. n.4., & ſeqq., qui addit n.16., Senatum voluiſſe potiùs deferre in illa cauſa atteſtationi Relatoriæ cauſæ, qui viderat locum differentiæ, quàm relationi duorum expertorum concorditer per partes electorum, & per Iudicem approbatorum.

Hinc per acceſſum ad locum differentiæ, Plantam, ac facti circumſtantias ex loci viſitatione reſultantes, benè colligitur, an paries ſit deſtina-
177 tus, & aptus ad eleuandum, vel pro ſola clauſura ſit conſtructus, Bald. alleg.conſ.323. lib.2. Card. de Luc.de Seruit.diſc.6.n.4.

Si autem ex acceſſu, & relatione peritorum, & ex alijs probationibus appareat de coniecturis hincindè ſuper qualitate parietis, an ſit deſtinatus, & aptus ad ædificandum, vel ſit ſimpliciter diuiſorius, & ad ſolam clauſuram conſtructus; & ſic ſuper hoc adſit dubium, in tali dubio reſpondendum eſt pro ædificare volente, ſi hic ex iuſta, honeſta, ac rationabili cauſa ædificare velit,
178 ſecùs ſi ex cauſa irrationabili, & ædificium tenderet ſolùm ad luxum Cardin.de Luc. alleg. diſc.6. n.10., & diſc.8.n.5.

Quinimmò ſtante dicta rationabili cauſa arbitrium Iudicis extendi poteſt ad concedendam
179 etiam eleuationem muri diuiſorij, & ad ſolam clauſuram, ac arearum diuiſionem conſtructi Dec. conſ.388. in fine, Cardin. de Luc. alleg. diſc. 6. n.10., Rouit.deciſ.30.n.10., Palm.Nepos alleg.260. n.12., & 13. tom.3.

Quod enim in muro ſimpliciter diuiſorio conſtructo inter duas areas, & qui in dubio præſumitur conſtructus ad ſolam clauſuram, non poſſit
180 fabricari, procedit in dubio, ſecùs ſi in tali pariete adſint ſigna, & coniecturæ, quod ſit deſtinatus ad eleuandum, nam hoc caſu etiam ſuper eo poteſt ædificari, Gratian. cap.572. n. 55., & ſeq., Palm. Nepos dict. alleg.260. n.16. tom.3., Card. de Luc. dict. diſc.6. n.8. in fine, & n.10., vbi præcipuè ex dictis id firmat, ſi eleuatio fiat ex iuſta, ac rationabili cauſa.

Cùmque in hoc puncto, an murus ſit deſtinatus, nec nè ad eleuandum, agatur de materia potiùs facti, quàm iuris, hinc in conflictu Doctorum ſuper hac materia ſcribentium, & quandoque ad cauſæ opportunitatem iuxtà proprium deſiderium etiam contraria dicentium, non poteſt conſtitui certa regula, nec Iudex poteſt ſuper illorum dictis non ſemel contrarijs ſuum certum efformare iudicium, ideo debet ex caſuum circumſtantijs indiuiduis, facie loci, relatione peri-
181 torum, ac alijs probationibus ſe regulare, vt pluries admonet oculatiſſimus, ac Eminentiſſimus Iuriſconſultus Card. de Luc. de Seruit. diſc. 4. & ſeq., & ſignanter diſc.4. n.18., & diſc.6. num. 2.
182 verſic. ſola igitur; & de relatione peritorum, quod in hoc ſit attendenda Gratian.cap.572.n.48. & ſeq.

Fuit ſupra firmatum, quòd ſi in pariete communi fuerunt à ſocio apertæ feneſtræ, quando ille paries eſt deſtinatus, & aptus ad eleuandum, poſſit alter ſocius illas claudere ſuperædificando;
183 hinc ſubſequitur concluſio, quod non poſſit ſocius in pariete communi feneſtras aperire, ſiuè illæ ſint ad lumen, ſiuè ad aerem recipiendum, Anell.Amat. conſ.40. n. 3. verſic. nam idem Veronenſis, & n.6., Surd. conſ.387. per tot. lib.3., qui n.10.reijcit Capoll. contrarium tenentem; & ſi de
184 facto à ſocio factæ fuerint, altero ſocio reclamante ſunt claudendæ, Bero. conſ.133. n.8. verſic. nec etiam licitum eſt lib. 3. plenè, ac doctè Pariſ. conſ.63. lib.1., Burſatt. conſ.111. lib.1., Surd.alleg. conſ.387. n.5., & 11., Cyriac. contr. 460., Tondut. reſol. ciuil. par.1. cap.88. n.16. & 20., vbi approbat dict.conſ.Surd. Felic. de Societ. cap. 28. nu.24., & 25., Mut.ad Conſuetud. Panhorm. cap.39. n.33., Caualcan. deciſ.8. n.3., & ſeq. par.5.

Quinimmò ſocius ſciens, aperiri feneſtras in pariete communi, & tacens, non dicitur conſen-
185 tire aperitioni, vndè illo poſteà reclamante ſunt claudendæ Pariſ. conſ.63.n.8. lib.1., Felic.de Societ. cap.28.n.24., Sperell.deciſ.56.n.8., & 9.

Et ampliùs ſi ſocius aperuerit feneſtram in muro communi de conſenſu ſocij non poterit aliam
186 aperire ſub prætextu talis conſenſus, cum præſtitus circa aperitionem vnius feneſtræ non extendatur quoad alias Surd.alleg.conſ.387.n.26.& ſeq. lib.3., Sperell.deciſ.56.n.9.

187 Hinc non eſt vera opinio Riminal.Sen.conſ.78. lib.1., volentis, quod ſi in pariete communi reperiantur apertæ feneſtræ, ex quo de iure non poterant in illo aperiri, cenſeantur apertæ iure ſeruitutis, nam tale aſſertum Riminaldi caret omni ratione, & fundamento, dum præſumuntur apertæ ex permiſſione ſocij, quouſque hic nolit illas claudere ſuperædificando, & vtendo pariete communi, in quo illæ ſunt apertæ; nec titulus ſeruitutis, ſuper quo ſe fundat Riminaldus in re communi poteſt adaptari, ex quo res propria nemini
188 ſeruit, & ſocius in re communi dicitur dominus, & murus communis benè poteſt dici proprius Franc.Merlin. deciſ.Lucen.3.n.7.

Nec turbat concluſio firmata per celeberri-
189 mum virum Lel. Altograd. conſ.100. n. 41., & ſeq. lib.1., quod ſcilicèt in pariete communi pro indi-

indiuiſo, poſſit ſocius aperire portas, & feneſtras
inre ſocietatis, & impugnet idem *Altogradus* di-
ctum *conſ.* 387. *Surdi* contrarium firmantis, ex
quo altet ſocius ex tali aperitione damnum non
ſentiat, nam adhuc magis placet opinio *Surdi*
melioribus fundamentis fulcita, cùm per aperi-
tionem feneſtrarum facies parietis mutetur, nam
hic eſt deſtinatus ad fabricandum, & ſuperædifi-
190 candum, non ad hoc, vt in eo aperiantur fene-
ſtræ perforantes totum parietem, ex quo per ta-
lem aperitionem potiùs tolleretur vſus parietis
ad ædificandum deſtinati, dum vltrà alteratio-
nem vſus, communio ampliùs non adeſſet, & to-
tus paries euaderet ædificantis, quod eſt contra
naturam communionis ex benè traditis per *Vegg.*
conſ. 53. *n.* 27. *& ſeq.*, *Cardin. de Luc. de Seruitut.*
diſc. 14. *n.* 2. *&* 3., vbi id limitat in terminis no-
ſtri Statuti hic, dum permittit ſocio aperitionem
feneſtrarum in pariete communi, ac illarum re-
tentionem, donec ſocius voluerit ipſe fabricare,
& muro vti, quo caſu poteſt illas claudere.

Quæ *Surdi* opinio in terminis iuris communis
191 non obſtante *dict. conſ.* 100. *Altogradi*, per me
allegato, fuit in praxi retenta in quadam cauſa
Aſculana feneſtrarum inter Petrum Pelam, &
quoſdam de Nobilibus per D. Fattinellum de Fat-
tinellis Nobilem Lucentem Eminentiſſimi Cardi-
nalis Acciaioli tunc A.C. Auditorem, poſteà in
Curia Capitolij Primum Collateralem, exindè
Cameræ Apoſtolicæ Præſidem, & dum hæc ſcri-
pta reuideo Signaturæ Iuſtitiæ Votantem, virum
doctrina, & integritate præſtantiſſimum, nam
fuit demandata clauſura feneſtrarum per dictos
de Nobilibus apertarum in pariete communi,
non obſtante, quod ipſe ſcribens pro illis de No-
bilibus ne dum adducerem pro licita aperitione
feneſtrarum *dict. conſ.* 100. *Altogradi*, ſed ampliùs
adderem, quod ſocij, qui aperuerant feneſtras,
declarauerant per inſtrumentum publicum, quod
feneſtræ erant apertæ in pariete communi iure
ſocietatis, & quod illas retinuiſſent apertas ſo-
lùm ad tempus, & quouſque Petrus Pela ſocius
192 non fabricaſſet in eodem pariete, & quod tali fa-
bricæ non ſe oppoſuiſſent ſub prætextu clauſuræ
feneſtrarum, quod conſilium dat *Cardin. de Luc.*
de ſeruit. diſcurſ. 14. *n.* 4., tunc non impreſſus, nec
per me propterea viſus; at ego veritatis amator
conſului illos de Nobilibus clientes, vt clande-
rent feneſtras, & à lite deſiſterent, quia ſenten-
tiam A. C. credebam benè fundatam ſuper *alleg.*
conſ. 387. *Surdi*, & quod ſi non impoſſibile, ſal-
193 tem difficillimum erat inuenire Iudicem, qui
vellet amplecti opinionem *Altogradi*, quæ apud
me, licèt ad cauſæ defenſam illi inſiſterem, non
erat tuta ob præponderantem, & magis funda-
tam opinionem contrariam *Surdi*.

An autem in pariete communi poſſit fieri ca-
minus, latrina, vel aquarolum, vulgò *ſciarqua-*
194 *tore*, videtur negatiuè reſpondendum ex diſpo-
ſitione *text. in l. quidam Hyberus* 12. *ff. de ſeruitut.*
vrb. præd., vbi quod non licet habere tubulos,
hoc eſt canales fictiles, per quos tranſeat ignis
per parietem, ex quo textu deſumitur, non poſſe
caminum, & alia prædicta fieri in pariete com-
muni *Valenz. Velaſq. conſ.* 108. *n.* 51., *& ſeq. lib.* 2.
Neguſant. reſponſ. 108. *nu.* 51., *& infrà*, *Mut. ad*
Conſuetud. Panhorm. cap. 29. *n.* 23. *in fine Sperell.*
deciſ. 56. *n.* 53., nam ex illis periculum incendij,
malus odor, humiditas, ac muri ruina proce-
dere poteſt.

Fallit concluſio ſi murus ſit ita groſſus, vt
195 poſſit in eo fieri excauatio pro camino, quæ
non excedat dimidiam parietis *Surd. conſ.* 126.
n. 21. *Neguſant. reſponſ.* 108. *n.* 9., *&* 10. *Sperell.*
dict. n. 53.

196 Et licet *Hyer. Gabr. conſ.* 149. *nu.* 6., *&* 7., *&*
150. *per tot. lib.* 1. firmet, quod à communiter
accidentibus non poteſt fieri caminus abſque
debilitatione parietis, nihilominus *Gabr.* reijci-
tur à *Surdo alleg. conſ.* 126. *n.* 21., vbi quod con-
trà *Gabriellium* ſtant plures, & grauiores autho-
res, & contrà *Gabriell.* cum *Surdo* ſtat *Gratian.*
197 *cap.* 572. *nu. fin.*, & *Surdi* opinio videtur reci-
pienda, quoties paries ſit ita groſſus, vt per ex-
cauationem non patiatur detrimentum, ſecùs ſi
eſt ita ſubtilis, vt timeri poſſit, ne comburatur,
& cum dicta declaratione, & diſtinctione proce-
dit *Valenz. Velaſqu. conſ.* 118. *n.* 6. *lib.* 2., & ego
dixi in certo voto in quadam cauſa facto, cuius
tenor eſt, qui ſequitur.

Sterquilinium, ſiue tubam, per quam ſtercora,
& aliæ immunditiæ proijciantur, non poſſe per
Emilium fieri in muro communi inter ipſum, &
198 Petrum conſtanter teneo, dum Petrus ſocius
contradicit ex *l. Sabinus ff. commun. diuid.*, & in
puncto ſterquilinij hoc probat *Petr. Anton. An-*
guiſſol. conſ. 29. *lib.* 3., vbi reijcit *Cæpollam de ſer-*
199 *uitut. Vrban. præd. cap.* 65. in contrarium alle-
gatum pro Emilio; Iura quippè allegata per *Cæ-*
poll. loquuntur de his, quæ fiunt non in muro,
ſed propè murum, inter quæ magnum verſatur
diſcrimen, nam faciens propè murum dicitur fa-
cere in ſuo, & cuilibet in ſuo licitum eſt facere,
quod vult, dummodò alteri expreſsè non noceat,
200 faciens verò in muro communi, dicitur facere
in re communi, in qua potior eſt conditio prohi-
bentis, vt probat *Anguiſſol. alleg. conſ.* 29. *n.* 2.

Et ampliùs nec propè vicinum poſſunt fieri fi-
ſtulæ, vel ſterquilinium, ſi ex illis reſultet muro
communi damnum ex humiditate, vel madefa-
201 ctione procedens, vndè multo minùs poteſt
fieri in ipſo muro communi, vt probat *Anguiſſol.*
alleg. conſ. 29. per iura ab ipſo allegata, & conue-
202 nit *Hyer. Gabr. conſ.* 150. *lib.* 1., dum per eadem
iura, verba, & rationes excerptas ab *Anguiſſola*
(eo tamen tacito) concludit non poſſe in pariete
communi fieri caminum ad vſum ignis, cum pa-
ries communis per excauationem pro facienda
203 tuba camini, vel ſterquilinij debilitetur, & ſi-
mul reſultet damnum vicino, ac ſocio ex igne,
fœtore, ac humiditate ad *text. in l. quidam Hy-*
berus ff. de ſeruit. vrb. præd. Neguſant. reſponſ. 108.
n. 1., *& ſeq. Sperell. deciſ.* 56. *n.* 53.

204 Non obſtat contraria opinio *Surd. conſ.* 126.
nu. 21. *lib.* 1. qui reijcit *dict. conſ.* 150. *Gabriel.*, &
dicit pro ſe ſtare plures, & grauiores Authores,
& cum opinione *Surdi* procedit *Gratian. cap.* 572.
n. fin. quia opinio *Surdi*, & ſequacium eſt vera, ſi
paries ſit ita groſſus, vt in eo poſſit fieri excaua-
tio congrua pro conſtruenda, ac aperienda tuba
camini, vel latrinæ, ſecùs ſi paries ſit ita debilis,
& ſubtilis, vt non poſſit ſuſtineri, ſi perforetur
205 pro tuba camini, vel ſterquilinij, vt per *Surd.*
ibidem num. 20., qui tali caſu adhæret opinioni

Ga-

Gabriellij; at in caſu, de quo agitur tam ex facie
loci, quàm ex relatione peritorum apparet, quod
paries communis non eſt niſi palmorum duorum,
& paulò plus in latitudine, ſeu craſſitie, vndè ad
euidentiam non erat aptus ad illum excauandum
vltrà palmum, nam vix remanſiſſet medietas pal-
mi ab vtraque parte tubæ excauandæ, quæ non
fuiſſet ſufficiens pro ſuſtinendo pariete, & vlte-
rius faciliter humiditas, ac fœtor penetraſſet per
totam ſpiſſitudinem parietis.
206 Et ampliùs *Surd. alleg. conſ. 126. n. 21., & 22.*
tranſit cum communi concluſione, quod quan-
do paries communis eſt aptus ad ſuperædifican-
dum, tunc poſſit in eo fieri etiam caminus, &
ſterquilinium, cum hoc caſu melior ſit conditio
ædificare volentis; ſi verò paries non ſit ad hoc
deſtinatus, quia ob illius ſubtilitatem facta ex-
cauatione non ſit aptus ad ſuſtinendum ædifica-
tum, & ſic poſſit reſultare ab excauatione dam-
207 num ſocio, tunc melior erit conditio ſocij pro-
hibentis, *dict. l. Sabinus ff. de commun. diuid.* quem
text. ad hoc expendit *Anguiſſol. dict. conſ. 29.*, &
eo tranſcripto *Gabriel. alleg. conſ. 150. lib. 1.*, &
benè ponderat *Sperell. deciſ. 54. n. 18., & ſeqq.*

Nec à dicta diſpoſitione iuris communis in
hoc receditur à *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 107.* nec à
Conſt. 22. §. 2. Gregorij XIII. diſponentibus poſſe
208 vicinum vti muro communi ad quemcunque
vſum, vt ibi aduertit *Fenzon. nu. 2., & 3.*, & ha-
betur in voto Præſidis Viarum in *recen. par. 7.
deciſ. 253. n. 73., & ſeqq. Cardin. de Luc. de ſeruit.
diſc. 14. n. 3.*; ſiquidem ſtatutum prædictum intel-
ligitur quoties paries communis ſit deſtinatus,
209 ac aptus ad ſuſtinendum onus ſuperædificati,
cum recipiat interpretationem à iure communi,
vt in ſpecie aduertit *Fenzon. ad dict. ſtat. 107. n. 3.*
Conſtitutio verò Gregorij XIII. de qua facie quo-
que mentionem *Fenzon. ibidem nu. 4.* referens in
210 hoc eius verba procedit ſolum fauore publico,
& ad ornatum Vrbis, vt aduertit *Rot. deciſ. 339.
n. 32. par. 5. recen.*, vndè non poteſt illius diſpo-
ſitio adaptari in ſterquilinio, ac illius tuba ape-
211 rienda in pariete communi, in quibus nullus
verſatur decus, ac ornatus Vrbis ex appoſitè pon-
deratis per *Gratian. cap. 43. nu. 12. cum duob. ſeqq.
& n. 19. Rot. deciſ. 245. n. 43., & 44., & deciſ. 437.
n. 29., & ſeqq. coram Merlin.*; & vlterius dicta
Conſtitutio Gregoriana permittit vti muro com-
muni vicinis in conſtruendis nouis ædificiis, vel
veteribus ampliandis, non autem in excauatione
212 parietis pro facienda tuba camini, vel ſterquili-
nij, quæ non tendit ad ornatum Vrbis deſidera-
tum à Conſtitutione.

Ex quibus cenſeo in caſu prædicto non licere
Emilio facere ſterquilinium excauando parietem
communem ob eius ſubtilitatem ad hoc non
aptum. *Hactenus Votum.*

At ad tollendam omnem altercationem per
213 cautionem damni infecti poteſt ſuccurri ſocio
reclamanti in caſum, in quem excauatio camini,
vel ædificium faciendum afferret damnum, cum
melior ſit conditio ædificare volentis in pariete
deſtinato ad eleuandum, ac fabricandum, quo-
ties tamen ſit dubium, an murus ſit aptus *Sperell.
deciſ. 56. n. 55. ad 57.*

Non poteſt tamen ſuper pariete communi ſu-
214 perædificari, ſi adſit ſeruitus conſtituta ne lu-
minibus officiatur, vel ſi ædificetur ad ſolam
æmulationem *Vegg. conſ. 53. num. 30., & 31.*; at
215 ſeruitus debet concludenter probari, alias ſo-
cius non impeditur ſuper muro communi apto
ad ædificandum ſuperædificare *Soccin. Sen. conſ. 44.
n. 3. verſic. circa ſecundam quæſtionem, & n. ſeqq.
lib. 4.*

Prout debet probari, quod ædificium fiat ad
216 æmulationem, cum hæc non præſumatur ex ſu-
prà firmatis, & poſt alios firmat *Rot. deciſ. 450.
n. 8., & 9. coram Duran.*

Dicta autem ſeruitus ne luminibus officiatur
dicitur inducta, ex quo vtraque domus antiqui-
tùs erat vnius domini, qui poſtea illius partem
217 vendidit alteri cum omnibus eius iuribus, lu-
minibus &c. & ſic non poteſt in præiudicium lu-
minum domus venditæ ædificari, ſi huius lumina
per nouum ædificium obſcurarentur *Burſat. conſ.
57. n. 12. lib. 1. Surd. conſ. 17. n. 33., & ſeqq. lib. 1.*
& alij apud *Card. de Luc. de ſeruitut. diſc. 6. n. 7.,
& diſc. 32. n. 10.*, & videtur hoc probari per *tex.
in l. binas qui ædes 35. ff. de ſeruit. Vrb. Præd.*

Sed opinio negatiua eſt verior, quia intelligi-
tur facta venditio cum omnibus ſeruitutibus ha-
218 bentibus cauſam continuam permanentem, ac
perpetuam, non autem cum ſeruitute altiùs non
219 tollendi, & ne luminibus officiatur, quæ non
habet cauſam perpetuam *Bero conſ. 133. n. 12., &
ſeq. lib. 3. Ronit deciſ. 30. n. 11.* qui reijcit in ſpecie
Burſatt. dict. conſ. 57. pro contraria opinione ad-
ductum, & ſequitur *Cardin. de Luc. de ſeruit.
diſcurſ. 6. n. 9. verſic. primo ſcilicèt.*

Vel quando prima opinio eſſet retinenda, pro-
cederet tantum, quando ſuperædificando tota-
liter obſcurarentur lumina vicini, secùs ſi tan-
tùm aeris ſupereſſet, ex quo cœli aſpectus, & lu-
220 minis ingreſſus, ac ventorum agitatio non im-
pediretur *Card. de Luc. dict. n. 9. verſic. ſecundo quia.*

Super hoc puncto quando quis poſſit necne
ædificare, vel tigna, ac trabes in pariete com-
muni apponere, licèt adſint controuerſiæ, & dif-
ficultates, de quibus ſuprà, adhuc ex ſtatuto no-
221 ſtro hic illæ fuere ſublatæ, dum expreſsè diſpo-
nit, quod in pariete communi liceat vnicuique
ex ſocijs trabes, ac ligna imponere, & ex eo vti-
litatem capere, ac altius illum extollere, licèt
per eleuationem luminibus vicini officeretur
pleuè in Voto Præſidis Viarum in *recen. deciſ. 253.
n. 73., & ſeq. par. 7.*

Et tale ſtatutum obſeruari etiam in muro ſim-
pliciter diuiſorio, ita de obſeruantia generali, &
222 quod id pro certo præſupponunt Magiſtri Via-
rum Vrbis, ac eorum Notarius, ac Miniſtri, &
etiam Periti Architecti, teſtatur *Card. de Luc. de
ſeruit. diſcurſ. 8. n. 1., & diſcurſ. 9. n. 2.*

Sed quod non procedat hoc ſtatutum in muro
223 ſimpliciter diuiſorio, & non apto, nec deſtina-
to ad eleuandum tenet idem *de Luc. de ſeruitut.
diſcurſ. 7. n. 2., & 3., & dict. diſcurſ. 8. n. 1. verſic.
quod ſtatutum, & diſcurſ. 9. n. 2. Fenzon. hic n. 3.*,
& in *dict. vot.* ſeu *deciſ. 253. à n. 80., & ſeq. par. 7.
recen.*, & ſuper ſimili Statuto Lucano idem fir-
mat *Franc. Merlin. deciſ. Lucen. 3. n. 4., & ſeqq.*,
224 & in terminis aliorum ſtatutorum ſimilium,
quod procedant in muro apto, ac deſtinato ad
eleuandum ad limites iuris communis, non au-
tem in ſimpliciter diuiſorio, & non deſtinato,

nte

nec apto ad fabricandum *Cyriac. controu. 460.
n. 11. Card. de Luc. alleg. diſcurſ. 8. n. 2. verſic. &
in terminis huiuſmodi ſtatutorum* .

Nec in hoc atteſtationi peritorum contrarium
tenentium ſtandum eſt, ſed obſeruantia ſtatuti
in muro ſimpliciter diuiſorio, & non apto, nec
deſtinato ad fabricandum debet probari conclu-
denter cum debitis requiſitis, & quod partibus
opponentibus in contradictorio iudicio ità iudi-
catum fuerit, cum agatur de materia concer-
225 nente deciſoria, & propterea perfecta obſeruan-
tiæ probatio requiritur, nec ſatisfacit ſimplex,
vel extraiudicTale iudicium peritorum, qui per
ſæpè ſolent de proprio capite abſque ratione, &
ſecundum ſimplicem eorum credulitatem depo-
nère, ac loqui *Cyriac. Contr. 460. n. 22., & ſeq.*,
& poſt ipſum *de Luc. alleg diſc. 8. n. 3.*

Et licet ex *Conſtit. 22. Gregorij XIII. Bullar. nou.
tom. 2.* ad Vrbis ornatum fuerit indultum quod
poſſit ſuper quouis pariete communi ædificari,
& ſic talis Conſtitutio compræhendat etiam mu-
rum diuiſorium, attamen cum dicta Conſtitutio
ſit exorbitans, procedere ſolùm poteſt ſi ex ędifi-
cio ſuper muro diuiſorio reſultet ornatus Vrbis,
ſecus illo ceſſante, quia ædificium ſit in parte
226 interiori domus, ex quo nullus publicus orna-
tus reſultat, *Cardin. de Luc. dict. diſc. 8. n. 4., & 5.*,
vbi quod cum hac diſtinctione publici ornatus
poſſunt intelligi atteſtationes peritorum, quod
poſſit in Vrbe ſuperædificari etiam in pariete
ſimpliciter diuiſorio, ſecùs, quando ex fabrica
ſuper muro diuiſorio non reſultat huiuſmodi
publicus ornatus.

227 Et quamuis idem *Cardin. de Luc. de ſeruitut. diſ-
curſ. 7. & 9.* parumm ſibi conſtans videatur con-
cludere, quod ſtante hoc *Statut. 107. & Conſt. 22.
Gregor. XIII.* ſint ſublatæ quæſtiones, quæ fiunt
iuxtà diſpoſitionem Iuris communis, quando
paries nec ne ſit communis, vel proprius, & quan-
do, nec nè ſit deſtinatus ad eleuandum, eo quod
propterea in pariete etiam diuiſorio ædificari
poſſit, ac etiam in muro alieno ſoluto appodio
ex dicta *Conſtit. 22. Gregorij XIII.* attamen in ter-
minis ſimilis Statuti hic, & fortiùs Conſtitutio-
228 nis Gregorianæ admittenda eſt talis opinio, ſi
ex ædificio reſultet ornatus Vrbis, vel concurrat
alia iuſta, & rationabilis cauſa in ædificante, ſe-
cùs deficientibus dicto ornatu, vel iuſta, ac ra-
tionabili cauſa, nam tunc ſuper muro ſimpliciter
diuiſorio, & conſtructo ad claudendum cum
merlis, vel cum extremitate, quæ vulgò dicitur
ad dorſum Aſini non poteſt fabricari, cum ex ta-
li muro diuiſorio ſic perfecto videantur ſocij in-
uicem conſtituiſſe ſeruitutem altiùs non tollendi,
& in communione parietis permanendi in eo ſta-
230 tu, niſi iuſta, & rationabilis cauſa ſuperue-
niat, aliàs prædicta Conſtitutio Gregoriana eſ-
ſet nimis irrationabilis *Card. de Luc. de ſeruit. alle-
gat. diſcurſ. 8. n. fin.*, & facit Votum Præſidis Via-
rum *in dict. deciſ. 253. n. 84., & 85. par. 7. recen.*

Vnum nota hic, quod ſi domus ſit diuiſa per ſo-
laria, itàvt vnus habeat ſolarium propè ſolum, &
alter ſolarium ſuperiùs, ſi hoc egeat refectione,
poteſt refici ab huius domino, ſed ſi dominus ſo-
larij ſuperioris velit fulcire, & reficere in ſolario
231 inferiori propè ſolum, non poſſet ex ſe hoc fa-
cere, cum inter dicta ſolaria adſit diuiſio, &
quilibet dominus poſſit tantùm in ſuo ſolario di-
uiſo fabricare plenè *Caball. conſ. deciſ. 8. per tot. lib.
2. Rot. deciſ. 220. n. 13. & 14. par. 18. recen.*, vbi li-
cet hoc non habeatur cum tota claritate, nihi-
lominus colligitur quod cura ſoli domus diuiſæ
per ſolaria ſpectat ad dominum appartamenti
232 poſiti ſuper ſolo vſque ad terminos alteriùs ſo-
larij ſuperioris ſpectantis ad alium Dominum,
cum tali caſu diuiſionis domus per ſolaria, ſeù
233 appartamenta ceſſet communio, & quilibet
dicatur dominus ſuæ partis, & proprij apparta-
menti *Borgnin. deciſ. 19. n. 52. & ſeq. p. 2. Cardin. de
Luc. de ſeruit. diſcurſ. 10. n. 4.*

Et ſi tectum ſit deuaſtatum, itaùt aqua pluuia
cadat ex illo in ſolarium inferius, poteſt dominus
ſolarij inferioris cogere dominũ ſolarij ſuperioris
234 ſuper quo eſt tectum, vt illud reficiat *Cæpoll. de
ſeruit vrban. præd. cap. 12. de ſtillicid., ſeù tecto n. 7.,
Gerar. Mazzol. conſ. 80. n. 9.*

Si verò dominus appartamenti inferioris vel-
let aperire in illo portam, poterit hoc facere, non
obſtante contradictione domini ſolarij ſuperio-
235 ris, quando illi non reſultat damnum *Card. de
Luc. de ſeruit. diſcurſ. 10.*, ſecùs ſi ex tali apertura
ianuæ damnum reſultaret *de Luc. ibidem n. 7.*, vt
quia ageretur de muro ſubtili, & in loco vbi
aperitur porta adeſſet tignum ſuſtinens magnum
pondus ſolarij ſuperioris, quod faciliter rueret,
facta aperitione portæ, ſuper quo aliàs fui con-
ſultus, & iudicio Architectorum fuit remiſſa de-
ciſio, an ex apertura portæ fuiſſet nata aperitio,
136 & vt dicitur crepatura in pariete, ex qua de
breui poterat timere ruina Domus, iuxta tradi-
ta per *dict. de Luc. alleg. diſcurſ. 20. n. 3.*

Nec dominus appartamenti inferioris, quo-
ties non probetur, habere ſeruitutem ſuſtinen-
di onus partis ſuperioris tenetur reficere funda-
menta, ac muros inferiores, ad effectum, ne ruat
237 appartamentum, ac ſolarium partis ſuperio-
ris ſpectans ad alium *Soacin. Sen. conſ. 138. & 139.
lib. 1. Caball. conſ. deciſ. 8. n. 2. & ſeq. lib. 1. Vegg.
conſ. 53. n. 38. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 36. n.
47., & infrà, Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 347.
n. 9. tom. 2.*

Et ſi de facto dominus appartamenti ſuperioris
volens ipſe ſine licentia domini appartamenti
propè ſolum, ac ſuperficiem, reficere funda-
menta, ſi in excauatione illorum cecidit domus,
238 tenetur ad reſarciendum damnum domino ap-
partamenti inferioris *Caball. conſ. deciſ. 8. per tot.
vol. 1.*

Quinimmò ſi corruat pars inferior domus hu-
ius dominus non tenetur illam reficere, & dextrui-
tur ius habentis ſolaria ſuperiora etiam quoad
ſeruitutem, non dextruitur tamen ius ipſius do-
240 mini appartamenti inferioris cum remaneat
dominus ſoli, & ſuperficiei *Carpan. ad ſtat. Me-
diol. cap. 347. n. 5. & 6. tom. 2. Soccin. Sen. conſ. 139.
circa fin. lib. 1.*

Quando autem domus diuiſa per ſolaria, ſi mi-
netur ruinam, debeat refici nec nè, & cuius ex-
241 penſis, tam ſi egeant refectione ſolaria ſuperio-
ra, quam ſi inferiora, videantur *Carpan. ad Stat.
Mediolan. cap. 347. tom. 2., Andreol. controu. 217.,
Soccin. Sen. conſ. 138. & 139. lib. 1. Mazzol. conſ. 80.
Caball. conſ. deciſ. 8. lib. 2., Michalor. de fratribus
par. 3. cap. 38. à n. 46. & infrà, Cardin. de Luc. de*

Seruit.

*Seruit.diſc.*10. *Conciol. ad ſtat. Eugub. lib.*2. *Rubr.* 69., *Rota decis.* 220.*p.*18.*recen.*

Generaliter verò quando murus dicatur proprius vel communis, & quando ſit communis pro diuiſo, vel indiuiſo, & quando ſimpliciter diuiſorius, & poſſit ſuper eo fabricari, quia de-
240 ſtinatus, & aptus ad eleuandum, & quando non videantur de materia *Bald.conſ.*233. *lib.*2., *Caſtren. conſ.* 334. *lib.* 2. *Soccin. Sen. conſ.* 44. *lib.* 4., *Dec. conſ.*388., *Corn. conſ.* 227. *lib.*1. *conſ.*90. *lib.* 2. & *conſ.*78. *lib.*4., *Riminal. Sen. conſ.*395., *Boer. conſ.*5., *Ruin. conſ.*55. *lib.*4., *Iaſon. conſ.*98. *lib.*1. *Crot. conſ.* 153. *lib.*2., *Surd. conſ.*126. *lib.*1. *conſ.* 233. *lib.*2., & *conſ.*387. *lib.*3., *Honded. conſ.* 80. & 81. *lib.*1., *Menoch. conſ.*1237. *Aldouin. conſ.*10., *Turrett. conſ.* 21. *lib.*1., *Simon. de Petr. conſ.*73. *centur.*1., *Mandell. Alb. conſ.*157. *lib.*1., *Cepoll. conſ.* 25. *Grammat. conſ. ciuil.*164. *Pariſ. conſ.* 63. *lib.*1., & *conſ.* 116. *lib.*4. *Gabriel. conſ.* 149. *lib.* 1., *Aldobrand. conſ.*77. *lib.*2., *Riminal. Iun. conſ.*208. *lib.*2., *Lancellott. Gall. conſ.* 104., *Vnames conſ.*50. *centur.* 2. *tom.* 2., *Burſatt. conſ.* 57. 48. & 111. *lib.*1., *Bero. conſ.* 133. *lib.* 3. & *quæſt. familiar.* 26., *Valenzuol. Velaſqu. conſ.*118. *tom.*2., *Altograd. conſ.* 100. *lib.* 1., *Gratian. cap.*263. & 572., *Anton. Perez. conſ.* 3. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1144., *Menoch. præſumpt.* 73. *lib.* 9., *Cæpoll. de ſeruit. vrb. præd. Rubr. de pariete cap.*40., *Bonden. collect. legal.*50., *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom.*3. *par.* 13. *quæſt.* 21. & *ſeq.*, *Antonell. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 23. *Tondut. reſol. ciuil. par.*1. *cap.*88., *Sabell. in ſumm. diuerſ. Iur. tom.*2. *litt. E.* §. *Ædificare* plenè *Card. de Luc. de ſeruit. diſc.* 1. *ad* 14. *Ciarlin. contr.* 30., *Cyriac. contr.*460. plenè *Palm. Nepos allegat.*260. *ad* 265. *tom.*3., *Hyer. Rocc. diſput. Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 163., *Epiſcop. Zaul.* poſt hęc ſcripta in lucem ęditus *ad Stat. Fauent. tom.*2. *lib.*3. *Rubr.* 21., & *lib.*7. *Rubr.*40., *Rocc. diſput. Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 175. & 176., *Sabell. reſol.* 15. *Theſaur. deciſ.* 23. 41. & 219., *Rouit. deciſ.* 30., *Thomat. deciſ.* 119., *Franc. Merlin. deciſ. Lucen.*14., *Magon. deciſ. Florent.*46., *Caualcan. deciſ.*8. *par.*5., *Sperell. deciſ.* 54. 55. & 56. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 210. *par.* 1. *Hyeron. Leo deciſ. Valent.*178. *lib.*2., Votum Pręſidis Viarum *in recen. par.*7. *deciſ.*253. ad materiam magiſtrale *deciſ.*587. 596. 599. & 611. *par.*5. *tom.* 2. *recen. deciſ.*50. & 113. *par.*19., *deciſ.*152. *coràm Vbald.*, *deciſ.*450. *coram Duran.*, & *in Aſculana feneſtrarum* 6. *Martij* 1690. *coram R.P.D. meo Caprara.*

De Venditionibus, quæ fiunt per Conſortes.

CAP. CX.

SI quis rem aliquam cum altero communem habeat, etiam cum pacto de non diuidendo, & partem ſuam vendere voluerit, teneatur conſortem requirere, ſi velit ſuam partem emere, pro prætio cum alio, verè, & non fictè conuento (de quo etiamſi conſors requiſitus voluerit, per vtriuſque iuramentum emptoris ſcilicet, & venditoris, conſtare debeat) vel pro iuſto pretio, vbi de eo cum alio non conuenerit, & ſi requiſitus ceſſauerit per dies quinque, à die interpellationis numerandos declarare, & ſe obligare de implenda conuentione, vel ſoluendo pretio, & intra alios ſequentes viginti dies non impleuerit, vel non ſoluerit, tunc poſſit ipſe requirens portionem ſuam cuicumque alteri liberè vendere.

PRÆLVDIVM.

LIcet hoc ſtatutum loquatur tantum de retractu vigore conſortij, quia tamen paſſim per Italiam vigent ſtatuta ſuper retractu vigore conſanguinitatis, vel viciniratis, & in Alma Vrbe viget Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper retractu, tàm prælatiuo, quàm coactiuo, & adeſt etiam Bulla Beati Pij V. ſuper prælatione creditoris cenſus ſuper fundo cenſito: & inſimul de Iure eſt præſcriptus alter retractus coactiuus fauore Eccleſiarum, Monaſteriorum, & ſimillium, per quem quis cogitur vendere pro conſtruendis, vel ampliandis Eccleſijs, Monaſterijs, Scholis, & alijs ſimillibus; hinc ad ornatum præſentis ſtatuti ſuper omnibus prædictis ſpeciebus retractus aliqua libabimus, materiam cotam retractuum huiuſmodi diſpungendo in octo articulos.

Et quidem in primo tractabitur, an Statuta, Pragmaticæ, ac Conſtitutio prædicta Gregorij XIII. ſuper retractu ſint odioſa, vel fauorabilia, & an ſtrictè, vel latè interprætanda ſint.

In ſecundo an ſtatuta laicalia ſuper retractu comprehendant Clericos, ac Eccleſiaſticos.

In tertio, in quibus caſibus retractui ſit locus, nec ne.

In quarto propriè tractabitur materia retractus vigore conſortij, de quo in hoc ſtatuto.

In quinto erit ſermo de retractu prælatiuo, vel coactiuo in Vrbe vigore Bullæ Gregorij XIII., quando ille, nec ne competat.

In ſexto plura miſcellanea circa retractum, tàm ratione agnationis, quàm vicinitatis ponentur, de quibus in ſummario.

In ſeptimo plura practicabilia obſeruabuntur circa retractum competentem Creditori, ac Domino cenſus ſuper fundo cenſito ex Bulla Beati Pij V.

In octauo demum obſeruabuntur plura circa retractum coactiuum, & Ius competens Eccleſijs, Monaſterijs, Seminarijs, ac alijs locis Pijs cogendi vicinos ad vendendas Domos, hortos, vel areas pro conſtructione, vel ampliatione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Seminariorum, ac ſimillium, quando nec ne talis coactio intret, & cum quibus requiſitis.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic, ſtatuta ſuper retractu vigore conſortij vicinitatis, ac agnationis, eſſe odio-

odioſa, & non fauorabilia, & propterea eſſe ſtrictè intelligenda; idem firmatur de Conſtitutione Gregorij XIII. ſuper Iure congrui. Diſcutitur ſimul, an ſtatuta ſuper retractu egeant confirmatione Supremi Principis in forma ſpecifica, vel ſufficiat confirmatio in forma communi. Oſtenditur etiam, *Conſtitutionem ſancimus* Friderici Imperatoris non eſſe legem Imperialem, nec illam eſſe ſeruandum, niſi vbi vſu probetur recepta. Oſtenditur demum, quæ actio competat pro retractu, quomodo intentetur, & à quibus, & quid petens retractum probare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſuper retractu ſunt odioſa, ſtrictè intelliguntur, & non extenduntur, & num. 9. 321., & 322.*

2 *Statutum ſuper retractu vigore conſortij eſt odioſum, & ſtrictè intelligitur.*

3 *Contrariæ authoritates declarantur.*

4 *Statutum ſuper retractu vigore conſortij non eſt adeò exorbitans, ſicut ſunt ſtatuta ſuper alijs retractibus.*

5 *Conſtitutio ſancimus Friderici Imperatoris aſſiſtit ſtatutis ſuper retractu.*

6 *Conſtitutio prædicta non eſt lex Imperialis, ſed localis pro Regno Siciliæ.*

7 *Conſtitutio ſancimus Friderici non ſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, nec alibi, vbi non eſt vſu recepta.*

8 *Statuta ſuper retractu, vti contra Ius, debent eſſe confirmata in forma ſpecifica.*

10 *Statuta ſuper retractu condita à Baronibus, vel Communitatibus ſubditis egent confirmatione Principis in forma ſpecifica.*

11 *Contrarium, nempè quod ſufficiat confirmatio in forma communi, firmatur, & n. 14. & 15.*

12 *Statuta quatenus ſint licita, & honeſta robur aſſumunt à confirmatione in forma communi.*

13 *Confirmatio in forma communi ſufficit ſtatutorum etiam contra Ius, ſi alias habeant fomentum rationis.*

14 *Statuta ſuper retractu habent fomentum rationis.*

15 *Statuta ſuper retractu reducunt ad antiquum Ius legis Moſaicæ.*

16 *Statuta particularia ſuper retractu non deſpicit Ius Commune.*

17 *Conſuetudo ſuper retractu non eſt à Iure improbata & num. 22.*

18 *R. P. D. Laucetta Sacræ Rotæ Auditor laudatur.*

19 *Statuta ſuper retractu non prohibent ſimpliciter vendere.*

20 *Obſeruantia quadragenaria ſtatuti ſuper retractu ſufficit pro illius validitate.*

21 *Confirmatio ſtatuti in forma communi deſumpta ex obſeruantia longiſſimi temporis ſuffragatur pro illius validitate.*

23 *Statutum ſuper retractu præſumitur vſu receptum.*

24 *Statuti ſuper retractu non vſus non probatur ex ſententia prolata contra retractum.*

25 *De non vſu ſtatuti ſuper retractu debet conſtare per actus ſpecificos contrarios ſtatuto.*

26 *Statuta dubia ſuper retractu declarantur ab obſeruantia.*

27 *Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper retractu eſt exorbitans, & odioſa, ac ſtrictè intelligenda, & non extendenda, & num. 31. 32., & 35., 324., & 325.*

28 *Conſtitutiones antiquæ ſuper retractu in Vrbe vti aberrantes à iure abrogauit Beatus Pius V. & num. 29.*

30 *Retractum abrogatum à Beato Pio V. reſtituit Gregorius XIII.*

33 *Conſtitutio Gregorij XIII. ſuper retractu eſt fauorabilis.*

34 *Intellige ſi agatur de magno ornatu Vrbis, alias ſecus.*

36 *Retractus prælatiuus inductus à Conſtitutione Gregorij XIII. eſt exorbitans, & ſtrictè debet in eo procedi.*

37 *Retractum petens vigore ſtatuti, vt obtineat debet adimplere formam, & qualitates à ſtatuto præſcriptas.*

38 *Et debet illas adimplere præcisè, & in forma ſpecifica, & de ratione num. 39.*

40 *Retractum petens vti agnatus, vel vicinus, vel conſors debet probare agnationem, vicinitatem, ac conſortium.*

41 *In dubio pronunciandum eſt contra retractum fauore Rei conuenti, & num. 155.*

42 *Retrahere volens tractat de lucro captando, & Reus conuentus pro retractu de damno vitando.*

43 *Et quando ſecus.*

44 *Agens ad retractum ſufficit quod doceat de poſſeſſione Rei conuenti abſque probatione dominij.*

45 *Retractum petens debet facere depoſitum integrum rei retrahendæ.*

46 *Et depoſitum, ſi deficiat etiam in vno nummo, non releuat.*

47 *Depoſitum poteſt à retrahente fieri integrum etiam poſt ſententiam.*

48 *Depoſitum à retrahente debet etiam fieri fructuum cenſus, quos ille, à quo petitur retractus, coactus fuit ſoluere.*

49 *Retrahens debet ſubire omnia onera, ac conditiones, cum quibus emit ille, à quo petitur retractus, itaut hic nullum damnum ſentiat, & num. 50.*

51 *Retractus non eſt noua emptio, ſed ſubingreſſio in locum primæ emptionis.*

52 *Retrahenti competit dilatio ad ſoluendum pretium conceſſa primo Emptori.*

53 *Non competit retrahenti dilatio conceſſa emptori ob aliquem particularem reſpectum.*

54 *Retrahens debet ſoluere illi, à quo retrahit, omnes expenſas Gabellæ, Proxenetici, ac Notarij, ab eo ſolutas.*

55 *Intellige de expenſis legitimè, & non exceſſiuè, & in fraudem factis.*

56 *Retrahens debet reficere illi, à quo retrahit, melioramenta quecumque ab illo facta ante denunciationem retractus.*

57 *Facta verò poſt intimatum retractum non debet reficere præter neceſſaria, & vtilia.*

58 *Actio competens pro retractu eſt in rem ſcripta, & habetur pro reali, & datur contra quemcumque poſſeſſorem.*

59 *Actio ſuper retractu debet intentari coram Iudice Ordinario emptoris.*

60 *In retractu ſunt attendenda ſtatuta loci, vbi res ſita eſt.*

61 *Retractus poteſt peti etiam coram Iudice rei ſitæ.*
62 *Mandatum ſpeciale requiritur ad petendum retra-ctum, nec illum poteſt petere coniunctus pro con-iuncto.*
63 *Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandum ea, quæ ab animo pendent.*
64 *Retractus petitus à procuratore poteſt ratificari à principali intra terminum à ſtatuto præſcriptum ad retrahendum.*
65 *Ratificatio retractus non ſuffragatur, ſi facta ſit ela-pſo termino à ſtatuto præſcripto.*
66 *Monitorium ſuper retractu, & prælatione factum extra tempus ſtatuti, & à procuratore non ha-bente ſpeciale mandatum, non ſuffragatur.*
67 *Retractus poteſt peti à patre pro filio, à tutore, vel Curatore pro pupillo, vel minore.*

HViuſmodi ſtatuta ſuper retractu eſſe odioſa,
1 & correctoria Iuris communis, dum ſunt
contra diſpoſitionem *l. dudum C. de contrab. empt.,*
& vendit., in qua cuilibet datur liberum arbi-
trium vendendi, ac alienandi res ſuas, quibus
vult, & propterea eſſe præciſè intelligenda, ac
ſtrictè interpretanda, nec poſſe extendi ad caſus
in ſtatutis non comprehenſos, tenent communiter
ſcribentes, & ſignanter. *Corn. conſ.166. n.7. & 8.*
lib.2. Socinn. Iun. conſ.1. num.21. & 22. lib.2. Ro-
lan. à Vall. conſ.63. num.7. & 8. lib. 1. Decian. re-
ſponſ.15. n.19., & 20. lib.4. Pariſ. conſ. 82. nu. 5.
& ſeqq. lib.3. Lancellot. Gall. conſ.14. num.22., &
conſ.76. n.3. cum duobus ſeqq. Vegg. conſ.2. nu. 68.
& 69. Aldouin. conſ.37. n.69. & conſ.40.n.38. vbi
teſtatur de magis communi, *Hyeron. Palm. conſ.*
31. n.35. Palm. Nepos alleg.55. num. 22. Berlicch.
concluſ.39.n.55., & 56. par.2. Cirocc. diſcept.29. n.8.
& 11. Chriſtin. ad leg. Municip. Melchinen. tit.11.
artic.19. n.18. & 18. Azeued. ad leg. Recopill. tom.3.
lib.5. tit.11. leg.7. n.6. Gratian. cap. 245. num.40. &
ſeqq. Groſs. contr. forenſ. 2. n.10. Rumm. ad Aſſlict.
de Iure Protbom. in Rubr. n.1. & 2. Gratian. cap.947.
n.15. Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.68. n.2. & 3., &
diſcurſ.71. n.10. & 11. Armenzan. deciſ. Ianuen.32.
n.9. & 10., Cortiad. deciſ. Cathalon.150. nu.5. tom.3.
Rot. deciſ.6. n.8. & 9. coram Buratt. deciſ.698. n.1. &
ſeqq. & deciſ.740. n.1. & infra coram Merlin.

Et in ſpecie ſtatuti vigore conſortij, vt eſt no-
ſtrum ſtatutum, quod ſit correctorium Iuris com-
2 munis, & ſic ſtrictè veniat intelligendum, & in-
terpretandum tenent *Vegg. conſ.2. nu.4., & ſeqq.*
Piſtor. obſer.191. n.7. & infra lib.4., Gratian. cap.
546. n.1. & 2., & articulo diſcuſſo idem firmauit
Rot. deciſ.2229. per totam coram Coccin.

3 Et licet eadem *Rot. deciſ.65. n.2. poſt Mangil. de*
ſubbaſt., & deciſ.734. n.3. coram Seraph. teneat, ar-
ticulo non diſcuſſo, ſtatutum ſuper retractu vigo-
re conſortij eſſe fauorabile, attamen verius eſt,
eſſe exorbitans, ac odioſum vti contra Ius, ex ra-
tionibus, & fundamentis exacto calamo ponderatis
in dicto deciſ.2229. coram Coccin.

Poteſt benè admitti, quod ſtatutum ſuper retra-
ctu vigore conſortij ſit minus exorbitans, quam
ſint alia ſtatuta ſuper retractu vigore viciuita-
4 tis, vel conſanguinitatis, ex quo conſors in re
communi videtur habere aliquod maius Ius, cum
ante diuiſionem habeat in illa condominium, at
ob hoc non ceſſat, quod non ſit correctorium iu-
ris communis.

Non obſtat, quod talia ſtatuta ſuper retractu
vigore vicinitatis, & conſanguinitatis non ſint
contra ius, & ſic ſint fauorabilia, cum pro illis
5 aſſiſtat Conſtitutio Ceſarea Imperatoris Frideri-
ci Regis Siciliæ, quæ incipit *ſancimus de Iure*
prothomis, vt autumant *Caſtald. conſult. forenſ. 54.*
n.2., & conſult.115. n.1. Cattan. deciſ.5. n.7., & 9.
de Marin. reſol. 55. lib. 1. Altograd. Iun. contr. fo-
renſ. cap. 100. n.24. & ſeqq., vbi quod hodie talis
Conſtitutio reperitur impreſſa in Codice poſt li-
bros feudorum, & videtur voluiſſe *Rot.*, *ſiuè Vo-*
tum Cameræ in recen. par.2. deciſ.783. n.2. & deciſ.
173. n. 11. verſic. ſed ſucceſſit deindè & n. 12. par.
4. recen.; etenim reſpondetur quod dicta *Conſtitu-*
tio ſancimus non eſt ius commune, nec facta à
6 Friderico vti Imperatore Romanorum, ſed eſt
localis pro Regno Siciliæ, cuius erat Rex, dum
maximè Conſtitutio prædicta reperitur facta de
tempore, quo Fridericus priuatus fuerat Imperio
à Sede Apoſtolica, & ſic non eſt ſeruanda in Statu
temporali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, nec alibi, niſi
7 vbi eſt recepta per conſuetudinem, vel particula-
ria ſtatuta, nec propterea derogauit diſpoſitioni
l. dudum C. de contrahen. empt., & vendit., vt ad-
uertunt *Bard. de Iure Prothomiſ. in præm. Bullæ*
Sixti IV. notabil.2. n.15., Tapia ſuper Iurib. Regn.
tom.2. lib.4. de Iure Prothomiſ. nu. 1. & ſeqq. fol.
81. Rouit. deciſ. 24. n.20., & plenè aduertit *Card.*
de Luc. de ſeruit. diſcurſ.68. n.3., & ſeqq. & diſcurſ.
70. num.19., & idem fuit dictum in Voto Cameræ
impreſs. deciſ. 783. n.7. par. 2. recen., & præclarè
more ſuo hoc probat Epiſcopus *Rocc. diſput. Iur.*
Select. tom.2. cap.160. n.28. ad 34.

Et hæc reſponſio confouetur, ex quo iuxta
opinionem *Rot. coram Buratt. deciſ.6., coram Mer-*
8 *lin. deciſ.740., & 898., & deciſ.267. par.16. recen.*
ſtatuta ſuper retractu dicuntur adeo odioſa, ex-
orbitantia, & contra diſpoſitionem Iuris, vt
nullius roboris reputentur, ſi non ſint confirmata
in forma ſpecifica, quæ opinio eſſet penitus in-
ſubſiſtens, ſi *Conſtitutio Friderici ſancimus* eſſet lex
Imperialis, & pro lege communi haberetur, tunc
enim non fuiſſet opus ſtatutis ſuper retractu, &
quatenus facta fuiſſent, non eſſent exorbitantia,
nec aberrantia à diſpoſitione Iuris, & ſic nulla
egerent confirmatione.

Stat ergo firma irrefragabilis concluſio, quod
9 ſtatuta ſuper retractu ſunt contra diſpoſitionem
Iuris, de qua in *l. dudum*, cui non fuit deroga-
tum per dictam Conſtitutionem Friderici, dum
non eſt lex Imperialis vſu recepta, prout poſt *Rot.*
deciſ. 2229. nu. 3. & ſeqq. coram Coccin. obſeruat
Epiſcop. Rocc. alleg. cap. 160. n.34.; vnde condita
à Ciuitatibus, Locis, ac Baronibus non liberis, ſed
recognoſcentibus ſuperiorem, ſi non ſint à Prin-
10 cipe Supremo confirmata in forma ſpecifica, non
ſuffragantur, nec ſufficit confirmatio in forma
communi ex firmatis per nos *in Prælud. ad Statut.*
Vrbis artic.1. n. 13. & ſeq., & in ſpecie probant
Palm. Nepos alleg.55. num.8. & ſeqq. Antonell. de
loc. legal. lib.2. cap.1. n. 169. & infra Rot. deciſ. 6.
n.4. & ſeqq. coram Buratt. deciſ.698. nu. 6. confir-
mata *deciſ.740. coram Merlin.* vbi plenè, *& deciſ.*
267. n.15. p.16. recen.

At ego exiſtimo, confirmationem in forma ſpe-
cifica talium ſtatutorum non eſſe neceſſariam,
ſed ſat eſſe confirmationem in forma communi,

&

& hæc verior, ac probabilior videtur opinio, ex
11 duabus irrefragabilibus concluſionibus de prom-
ptis ex authoritate eiuſdem ſacræ Rotæ, quam
veneror, nec ſum tam temetarius, quod velim
ab illius placitis apud omnes veneratis, recedere
ſine aſſiſtentia ipſius Rotæ, & prima concluſio eſt,
12 quia ſtatuta contra Ius, quatenus alias ſint licita,
& honeſta valida ſunt, ſi confirmatione in forma
communi roborata ſint plenè *Rot. decis. 510. p.4.
diuerſ. decis. 349. n.12., & ſeqq. coram Pen, decis.
853. n.10. coram Merlin., & decis. 169. n.11. par.
10. recen.*; ſecunda concluſio reſultat, ex quo ſe-
cundum opinionem eiuſdem Rotæ ſtatuta contra
13 Ius, quoties habeant fomentum rationis pro eo-
rum validitate ſat eſt confirmatio in forma com-
muni, *Rot. decis. 745. n.22., & decis. 828. num.12.
coram Merlin. Add. ad Gregor. decis. 267. num.14.
in fine.*

His duabus concluſionibus iactis ex mente
Rotæ, abſque dubio ſtatuta ſuper retractu robo-
rantur per confirmationem in forma communi,
cum illa fundata ſint in ſumma honeſtate, æqui-
tate, & rationabilitate fauore vicinorum, agna-
torum, & conſortium, cum non expediat, quod
conſortes, & vicini ſortiantur malum conſortem,
vel vicinum, & quod agnati lugere debeant in-
14 videndo bona antiqua familiæ extra agnatio-
nem, ſuper quibus motiuis congruentiæ, & ho-
neſtatis talia ſtatuta fundata ſunt, vt in terminis
probant *Dec. conſ. 669. num.4. Pariſ. conſ. 83. n.2.,
& ſeqq. lib.3. Anell. Amat. conſ. 93. n. 4. ad 15.*,
vbi quod talia ſtatuta continent æquitatem, vt
obuietur delictis, ac iurgijs, quæ faciliter ex
15 prauo vicino oriri poſſunt, & quia per illa res
reducitur ad antiquiſſimum ius legis Moſaicæ
*Leuitic. cap.25. Decian. conſ. 35. num. 1. lib.2., &
dict. Pariſ.* præclarè probat huiuſmodi ſtatuto-
rum ſubſiſtentiam *Io: Franc. Balthaſar. pract. re-
ſol. par.2. tit.10. reſol.1. n. 4.*, vbi quod ſunt ra-
tionabilia, & vigent ferè in tota Europa, & facit
Rot. decis. 386. n.17., & 18. coram Merlin.

Et amplius pro talibus ſtatutis ſtat ratio de-
ſumpta ex *l. dudum C. de contrah. empt., & vendit.*,
in qua caſſantur leges coarctantes vendere plus
vni, quàm alteri, ſed excipitur lex localis, &
16 monicipalis retractum concedens, vt aduertit
eadem *Rot. decis. 734. n.4. coram Seraph., & decis.
445. n.14. post Duard. de cenſ.*, ideoque ſtatutum
ſuper retractu eſſe validum, ſi accedat etiam an-
17 tiqua conſuetudo ſuper illo per teſtes proba-
ta, cum à legibus talis conſuetudo non ſit im-
probata per *tex. in cap. conſtitutus de reſtitut. in
integr. gloſ. in d. l. dudum verbo niſi lex Odoffred. in
l. dudum num. 1. verſic. vel poteſt exponi, & leg.5.
C. de contrahen. empt., & vendit. Chaſſan. ad
conſuetud. Burgund. Rubr.10. de Retract. §.1. verſic.
& quod valeat, Cirocc. diſcept.29. n.1., & 2. Ca-
picc. Galeott. alleg. fiſcal.29. num.76., & ſeqq. Rot.
decis. 677. n.17. coram Buratt. decis. 734. n.2. coram
Seraph.*, & in Voto Camerarij impreſſo *decis. 173.
n.9., & ſeqq. par.4. recen.*, & ſecundum hanc opi-
nionem vidi iudicatum de menſe Ianuarij anno
18 1695. per acta Belli per R. P. D. Lancettam AC.
in Ciuilibus Locumtenentem, (& prius in Curia
Aduocatum diſertiſſimum, & celeberrimum, &
nunc, ſic eius meritis exigentibus, inter Sacræ
Rotæ Romanæ Auditores cooptatum) in vna

Sublacen. Retractus inter D. Ioſephum Iorda-
num, & Carolum Antonium Carontem, dum ibi
ex ſola obſeruantia ſtatuti ſuper retractu, & quod
ſuper illius obſeruantia plura dabantur iudicata,
fuit admiſſum pro valido, & iudicatum pro re-
tractu, & hoc ſcio, quia dictus D. Iordanus fue-
rat olim in Vrbe meus Commenſalis, & ante ſen-
tentiam fauorabilem ab eo reportatam pro ma-
iori parte cauſæ fundamenta mihi communica-
uerat, & licet haberet optimum in cauſa promo-
uenda Patronum, nihilominus, & ipſe extraiu-
dicialiter per reuolutionem librorum aliquid
operatus fui in cauſa pro Amico, & alias Com-
menſali.

Quæ facilius admittenda ſunt, cum per talia
ſtatuta venditoribus ſolum detur norma in ven-
dendo, vt pro bono publico, & naturali conue-
nientia, teneatùr potius agnatis, vel vicinis, vel
conſortibus vendere, quàm extraneis. & eiſdem
venditoribus ſat eſt habere veram æſtimationem,
19 & pretium iuſtum ſuorum bonorum, dum non
impediuntur ſimpliciter vendere, vt benè tradit
*Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom.3. par.12. qu. 2.
n.6., & ſeq.* vndè *Rot. decis. 740. num.16. coram
20 Merlin.* dixit, ſufficere obſeruantiam ſtatuti ſu-
per retractu etiam quadragenariam, quicquid
in illa cauſa aliqui ex Dominis dubitauerint,
cum qua opinione proceſſi in quadam cauſa Ari-
minenſi, dum cenſui, decreta facta ſuper retra-
ctu ratione vicinitatis à Marchionibus de Mala-
teſtis olim Dominis Caſtrorum Montis Iani, &
Roncifrigidi eſſe ſeruanda attenta antiqua obſer-
21 uantia ex allegatis motiuis, & in præciſis termi-
nis appoſitè idem probat *Cardin. de Luc. de ſeruit.
diſcurſ.71. n.10., & infrà*, vbi quod ſufficit in
huiuſmodi ſtatutis confirmatio in forma com-
muni, deſumpta etiam ex obſeruantia longiſſimi
temporis, & *Cardin. de Luc.* opinionem ſecundo
loco relatam ſequitur *Conciol. ad Stat. Eugub lib.
2. Rubr.55. nu. 3.* nec diſſentit *Cirocc. diſcept. 29.
n.2.*, vbi quod accedente antiqua conſuetudine
ſuper retractu per teſtes probata tale ſtatutum eo
22 magis eſt obſeruandum, cum talis conſuetudo
non ſit à legibus reprobata, ſed potius approba-
ta in *cap. conſtitutus de reſt. in integr. Rot. decis. 173.
nu. 9. cum duobus ſeqq. par. 4. recen.*; vndè ex his
exiſtimo, quod hæc opinio ſit rationabilis, nec
deuiet à veritate, & ſi aliquando ſuper hoc arti-
culo iterum agendum eſſet in Sacra Rota, crede-
rem, quod inclinarer, ſat eſſe in huiuſmodi ſta-
tutis confirmationem in forma communi.

Poſita exiſtentia ſtatuti ſuper retractu, præ-
tendens, illud abijſſe in deſuetudinem, debet hoc
23 probare cum ſuis requiſitis, & quod illa fuerit
vniformis contra ſtatutum plenè *Anell. de Amat.
conſ.48. à n.7., & ſeqq.*

Et ſi adſint ſententiæ prolatæ pro retractu, ſta-
tutum, vel conſuetudo ſuper illo non tollitur ex
aliqua ſententia prolata contra retractum, quia
potuit proferri, non ex quo non vigeret ſtatutum,
vel conſuetudo ſuper retractu, ſed ex alijs cauſis,
24 quia ſcilicet non fuerint probata incumbentia
neceſſaria ex ſtatuto pro illo obtinendo plenè
*Tapia ſuper Iur. Regn. Neapol. lib. 4. de Iure Pro-
thomiſ. Rubr.17. n.17., & infrà.*

Præterea pro tollendo ſtatuto, illius non vſus
non ſufficit, cum enim retractus ſit actus facul-

Digitized by Google

ratiuus, dum in facultate vicini, agnati, vel con-
ſortis repoſitum eſt retractum intentare, vel non,
ideò ex ſimplici non vſu non tollitur ſtatutum,
25 ſed de contrario vſu debet conſtare per ſpecifi-
cos actus contrarios, & per ſententias conformes,
vt in ſpecie notat *Brill. ad conſuetud. Neapol. tit.*
17. cap. 1. n. 96., & 97.

Tanta autem eſt vis conſuetudinis in hac ma-
teria retractus ſtatutarij, quod ſi ſuper interpre-
tatione ſtatutorum de retractu loquentium naſca-
tur dubium ſuper aliquo caſu particulari, debet
recurri ad conſuetudinem, & quomodo in caſu
occurrenti fuerit obſeruatum, & interpretatio
26 per conſuetudinem data eſt attendenda, cum
per illam declaretur, quid in ſtatuto comprehen-
datur, plenè *Io: de Amic. conſ. 1. n. 57., & ſeqq.*
Decian. reſponſ. 15. n. 39., & infrà lib. 4.

Occurrit nunc videre, an *Conſtitut. 22. Grego-*
rij XIII. Bullar. nou. tom. 2. ſuper iure congrui
ſit fauorabilis, vel odioſa, & dicendum eſt, eſſe
odioſam, & exorbitantem, ac propterea ſtrictè
27 intelligendam, ac interpretandam, & non ex-
tendendam vltra caſus in ea expreſſos, *Gratian.*
cap. 546. n. 12., & ſeqq. Pacion. de locat., & con-
duct. cap. 27. n. 147., & *Rot.* apud ipſum *cap. 20.*
n. 103., & poſt alios cumulatos *Epiſc. Rocc. diſp.*
Iur. Select. tom. 2. cap. 160. num. 39., & 40. Rot.
deciſ. 475. par. 1. diuerſ., & plenè in Voto Præſi-
dis Viarum impreſſo *deciſ. 783. n. 9., & 10. par. 2.*
recen., vbi quod pluries in Tribunali Cameræ ita
fuit reſolutum, & idem habetur in voto Cardi-
nalis Camerarij in *recen. par. 13. deciſ. 538. n. 3.*,
vbi quod dicta Bulla Gregorij XIII. non eſt fauo-
rabilis, ſed contraria iuris communis diſpoſitio-
nis, ideo extenſionem non patitur, *Rot. deciſ. 2.*
n. 4. coram Coccin. deciſ. 173. n. 16. coram Dunozett.
Sen. deciſ. 386. n. 44., & deciſ. 437. n. 27. coram
Merlin.

28 Et huic certæ ſententiæ fauet, quod B. Pius V.
eius *Conſt. 126. §. 5. Bullar. nou. tom. 2.* Conſtitu-
tiones Sixti IV. Leonis X., & Pij IV. ſuper retra-
ctu, ac iure congrui in Vrbe tanquam aberran-
tes à diſpoſitione iuris, & quæ propterea ſtrictè
debebant intelligi, & in damnum litigantium
largè interpretabantur, improbauit, & abroga-
29 uit, vt præcisè notat *Boccacc. ad Conſtit. March.*
gloſ. 6. n. 51. verſic. & hoc tanto magis, & in voto
Præſidis Viarum *impreſſ. dict. deciſ. 783. num. 10.*
par. 2. recen.

Quæ Conſtitutio Beati Pij V. quamuis abro-
30 gata in dicta *Conſt. 22.* Gregorij XIII., & ius
congrui, ac retractus fuerit in priſtinum reſtitu-
tum iuxta formam ab ipſo Gregorio in ſua Con-
ſtitutione præſcriptam, nihilominus exorbitantia
retractus conſiderata in Conſtitutione B. Pij V.
31 non ceſſauit, vndè & ipſa Gregoriana ſtrictè, &
prout verba ſonant, debet intelligi, vt præcisè
aduertitur in allegato voto Præſidis Viarum in
deciſ. 783. n. 10., & 11. par. 2. recen.

Non obſtat, quod Bulla Gregoriana ſit fauo-
rabilis, prout firmatum fuit in voto Camerarij,
de quo in *recen. par. 4. tom. 1. deciſ. 173. à num. 8.*,
32 quia à dicto voto, vti aberrante à iuris diſpoſi-
tione, ac ab omni ratione, receſſit Tribunal Ca-
meræ, coram Biſcia Viarum Præſide, vt apparet
ex *dict. vot. 783. n. 2., & 9. par. 2. recen.*; & Ca-
mera, ac Rota ſemper poſteà inconcuſsè tenuit
pro exorbitantia Bullæ Gregorianæ, & cum hac
opinione pertranſit Curia, vt notat *Card. de Luc.*
de ſeruitut. diſcurſ. 76. n. 11. in fine, vbi propterea
ſubdit, quod benignè fauore retrahentium non
eſt procedendum.

33 Nec refragatur, quod in alio Voto Camerarij
impreſſo in *recen. par. 13. deciſ. 538. n. 11., & ſeq.*
reperito apud *Pacichell. de Diſtan. legal. deciſ. 54.*
firmetur, quod Bulla Gregoriana reſpicit publi-
cam vtilitatem, tanquam ædita ob publicum or-
natum Vrbis, & ob hoc ſit fauorabilis, & exten-
denda, & id ad litteram videatur innuere ipſa
Bulla Gregoriana in §. 23., idemque habeatur ex
alio Voto Camerarij impreſſo in *recen. par. 4.*
deciſ. 173. nu. 17. ante medium, & in alio *in recen.*
par. 12. deciſ. 413. n. 65., & ſeqq., & facit *Gratian.*
cap. 745. n. 43., & ſeqq., & cap. 903. n. 16. Rot.
deciſ. 63. num. fin. coram Mantic., & hoc idem no-
tat ſuper ſimili Bulla Sixti IV. ædita ad ornatum
Vrbis *Bard. de Iure Prothomiſ. §. 4. n. 7.*

Etenim reſpondetur, authoritates prædictas
loqui, vt patet ex illarum lectura, & colligitur
etiam ex verbis Bullæ Gregorianæ, quandò age-
retur de magno ornatu Vrbis, vt quia quis vellet
34 conſtruere conſpicuum Palatium, cum tali caſu
Bulla fundata in adeo magno ornatu publico
non ſit exorbitans, vt declarat *Cardin. de Luc. de*
ſeruit. diſcurſ. 79. n. 4.; ſed præciſo dicto magno
ornatu, ex quo publica, & magna reſultet vtili-
tas, non eſt recedendum ab opinione veriſſima
ſupra probata, quod talis Bulla ſit exorbitans, &
35 & odioſa, & ſtrictè veniat interpretanda, vt vl-
trà authoritates ſuprà relatas plenè probat *Man-*
gil. de ſubbaſt. quæſt. 121. n. 9., & ſeqq., præcipuè
quando agitur de retractu coactiuo, *Card. de Luc.*
in ſupplem. par. 2. tom. 16. de ſeruit. diſcurſ. 99. n. 4.
& diſcurſ. 100. nu. 7., & ſeqq., ex quo in præfato
retractu coactiuo quis cogitur inuitus vendere,
etiamſi alteri non vendiderit, nec vendere velit,
ideò in tali retractu conſideratur maior exorbi-
tantia, quàm in ſimplici retractu prælatiuo.

Prout in retractu prælatiuo conceſſo Inquili-
no ab eodem Conſtitutione Gregoriana, debet
magis ſtrictè procedi, cum in illo non poſſit con-
36 ſiderari aliquis fauor publicus, ex quo Inquili-
nus non tenetur fabricare ad ornatum Vrbis, vt
aduertitur in Voto Camerarij in *recen. deciſ. 538.*
n. 10. par. 13.

Firmato, quod Statuta, Pragmaticæ, Conſti-
tutiones, ac Conſuetudines ſuper retractu exor-
bitantiam contineant, ſubſequitur, quod agens
vigore alicuius ſtatuti ad retractum debet ad vn-
guem adimplere qualitates, ac formam pro obti-
37 nendo retractu à ſtatuto præſcriptas, alias illis
non concurrentibus ceſſat retractus *Rolan. à Vall.*
conſ. 63. n. 9., & ſeqq. lib. 1. Lancellott. Gall. conſ.
14. n. 2. ad 5. Aldouin. conſ. 37. num. 10., & infrà
Gaill. obſer. 19. à num. 15. lib. 2. Gratian. cap. 742.
n. 65., & ſeqq. cap. 745. n. 56., & 57., & cap. 752.
n. 42. Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. Select. tom. 2. cap.
162. n. 19., & 20., & cap. 163. n. 1. Rot. deciſ. 17.
n. 26., & 27. par. 4. tom. 2. recen.

Et quidem qualitates à ſtatuto ſuper retractu
requiſitæ debent probari, & adimpleri in forma
38 ſpecifica, in indiuiduo, & integraliter, nec ſuf-
ficit hoc fieri per æquipollens *Aldouin. conſ. 37.*
n. 12., & ſeqq. Gratian. cap. 742. n. 1., & 2. Chri-

ſtin.

ſtin. deciſ. Belgic. 58. *n.* 1., *&* 2. *lib.* 3., vbi eam
adducit rationem, quia ius retractus non eſt fa-
uorabile, ſed odioſum, & propterea in illo eſt
39 ſeruanda forma præciſa à ſtatuto, vel Conſtitu-
tione præſcripta, *Rot. deciſ.* 470. *n.* 2. *coram Gre-
gor.* vbi loquitur de forma tradita ſuper retractu
à Conſtitutione Gregorij XIII.

Quocirca agens ad retractum tanquam agna-
tus, vel vicinus, vel conſors, debet probare agna-
tionem, vicinitatem, vel conſortium, ex quo Actor
40 tenetur probare fundamentum retractus, ac ſuæ
intentionis, ex traditis in puncto per *Lancellot.
Gall. conſ.* 14. *Aldouin. conſ.* 37. *Chriſtin. ad leg.
Municip. Melchin. tit.* 11. *art* 3. *n.* 7., vbi de agna-
tione probanda in retractu agnatitio *Rot. deciſ.*
698. *n.* 8., *&* 9. *coram Merlin.*, vbi de probatione
vicinitatis facienda ab agente pro retractu tan-
quam vicino, & de probatione communionis,
ac conſortij facienda ab agente ad retractum ſta-
tutarium vigore conſortij *Fenzon. hoc cap.* 110.
num. 1.

Et quando factis probationibus ſuper retractu
intentato, adeſt dubium, & conflictus rationum
ſuper illius competentia, in dubio pronuncian-
dum eſt contra petentem retractum, & ad fauo-
rem Rei conuenti, & poſſeſſoris, ea ratione, quia
41 retractus ex firmatis eſt odioſus, & contra di-
ſpoſitionem iuris communis, *Decian. reſponſ.* 11.
n. 63., *& reſponſ.* 69. *n.* 44. *lib.* 4. *Aldouin. conſ.* 35.
n. 91., *& conſ.* 40. *n.* 36. *cum duobus ſeq. Saminiat.
conſ.* 8. *nu.* 45. *impreſſ. poſt Altograd. Inn. controu.
forenſ. tom.* 2. *Franc. Merlin. deciſ. Lucen* 67. *n.* 12.
& deciſ. 70. *n.* 87., *&* 88., & ea ratione etiam,
42 quia retrahere intendens tractat de lucro ca-
ptando, Reus autem conuentus de damno vitan-
do *Decian. reſponſ.* 11. *n.* 63. *lib.* 4. *Aldouin. dict.
conſ.* 35. *n.* 90., *& conſ.* 40. *num* 36. *Saminiat. dict.
conſ.* 8. *n.* 44. *Franc. Merlin. alleg. deciſ.* 70. *n.* 55.
Rot. deciſ. 308. *n.* 11., *& infrà* poſt *Cenc. de Cenſ.*

At quando non dubitatur de competentia re-
tractus, ſed ſolum prætenditur, non fuiſſe petitum
in tempore, & ſic ob moram fuerit quis illo pri-
uatus, tali caſu, cum agatur de lucro quæſito
amittendo, tunc illius priuatio dicitur damnum,
43 pro cuius damni excluſione, ſi fieri poteſt, eſt re-
ſpondendum, vt appoſitè firmat *Rot. deciſ.* 78.
n. 10., *&* 11. *coram Mantic.*

Debet ſimul agens ad retractum probare,
Reum conuentum poſſidere rem retrahendam,
nec eſt neceſſe, quod probet dominium, cum
hoc caſu à poſſeſſione inferatur ad dominium,
44 cum in retractu principaliter non agatur de do-
minio, ſed incidenter *Bard. de Iur. Prothomiſ.* §. 4.
n. 7. quem ſequitur *Rendell. eodem tract. in Rubr.
num.* 44.

Et amplius ad hoc, vt quis in retractu ſtatu-
tario poſſit obtinere, debet integrum pretium
45 rei retrahendæ offerre, & ſi liquidum eſt, depo-
nere, alias ſtatuto de retractu non gaudebit,
Giurb. obſer. 19. *n.* 21., *& ſeqq.*, plenè *Epiſc. Rocc.
diſput. Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 160. *num.* 55. *ad* 60.
Queſad. Pilo. diſſert. 3. *n.* 59., *& ſeqq.*

Itaut ſi depoſitum non ſit integrum, & in vno
tantum nummo deficiat, non releuet, nec ſuffi-
ciat oblatio verbalis ſupplendi pretium, cum
46 requiratur depoſitum reale, benè *Aldouin. conſ.*
40. *num.* 30., *& ſeqq.* idem inter *conſ. Peregr.* 75.
n. 42., *&* 55. *lib.* 4. plenè *Coſt. Sicul. conſ.* 49. *n.* 1.,
& conſ. 94 *n* 6., *& ſeq. Io: Franc. Balthaſar. pract.
reſol. par.* 2. *tit.* 10. *reſol.* 6. *n.* 1. *Giurb. deciſ.* 77. *n.* 7.
47 *& ſeqq.*, vbi etiam ponit vſque ad quod tempus
depoſitum non integrum poſſit integrari etiam
poſt ſententiam, & plenè *Queſad. Pilo. diſſert.* 3.
n 60., *& ſeq.*

Et debet deponere nedum pretium rei retra-
hendæ, ſed etiam fructus cenſus, quos emptor
de mandato Iudicis coactus fuit ſoluere credito-
48 ribus venditoris habentibus cenſum impoſitum
ſuper re empta *Peregr. deciſ. Patau.* 23. *n.* 9. *Ma-
ſtrill. deciſ.* 148. *n.* 30., *&* 31. cum alijs cumulatis
per *Groſſ contr. forenſ.* 2. *n.* 24., *& ſeq.* vbi reddit
rationem, quia emptor dum ab eo retrahitur res
empta, debet indemnis recedere à contractu em-
ptionis, & ex quo volens retrahere debet ſubire
49 omnes conditiones initas inter emptorem, &
venditorem, itaut horum neuter aliquod dam-
num non patiatur *Chriſtin. deciſ. Belgic* 281. *n.* 5.
lib. 1. *Rot. deciſ.* 186. *num.* 1. *coram Vbald. Sen.*, &
quia retrahens habetur pro primo emptore, & in
eius locum ſubrogatur, & facto retractu in cine-
rem reſoluitur prima emptio, & primus emptor
habetur, ac ſi non emiſſet, itaut nec damnum,
50 nec commodum aliquod ex emptione ſentiat
Ganauer. conſ. 2. *n.* 87. *cum tribus ſeq*, impreſſo poſt
eius *deciſ. Mangil. de ſubhaſt. quæſt.* 119. *n.* 6. *ad* 8.
Queſad. Pilo. diſſert. 3. *n.* 29. *Giurb. deciſ.* 55. *n.* 1.,
& ſeq. Seſſ. deciſ. 410. *n.* 26., *& infra.*

Per retractum quippe non inducitur nouus ti-
51 tulus emptionis, ſed eſt ſubrogatio in locum
primæ emptionis, *Gomez. ad ll. Taur. leg.* 70. *n.* 35.
benè *Marcian. conſ.* 11. *n.* 2. *ad* 5., *& per tot. lib.* 2.
Gratian. cap. 876. *n.* 29. *circa med.*, *& n.* 30. *Giurb.
obſer.* 25. *nu.* 6., *& infra*, *Gobb. conſult. deciſ.* 141.
n. 34. *Rot. deciſ.* 849. *n.* 5. *coram Amat. Dunozett.*

Quocirca ſi primo emptori fuit conceſſa dila-
52 tio ad ſoluendum pretium, illa competit etiam
retrahenti in illius locum ſubrogato, *Mandell.
Alb. conſ.* 107. *per tot.*, vbi reprobat *Capollam
Conſ. Ciuil.* 46. contrarium tenentem, *Marcian.
alleg. conſ.* 11. *nu.* 3., *&* 6. *lib.* 2. *Rouit. deciſ.* 98.
n. 8. *Coſt Sicul. conſ.* 76. *n.* 14., *& ſeq*, vbi con-
53 cluſionem limitat, ſi dilatio ex aliquo particulari
reſpectu, vel ex interuallo poſt contractum fuiſſet
conceſſa primo emptori.

Idcoque retrahens debet emptori reficere om-
nes expenſas Gabellæ, ac mercedis ſolutæ Proxe-
netis, & Notario pro rogitu Inſtrumenti contra-
ctus emptionis, quod remaneret inutile apud
emptorem, & hoc ex prædicta ratione, quia pri-
mus emptor nullum prorſus damnum pati debet
54 ex contractu emptionis, ſed in omnibus debet
reſeruari indemnis à retrahente, *Chriſtin. ad leg.
Municip. Melchinen. tit.* 11. *art* 22. *nu.* 3., *& ſeqq.
Mut. ad conſuetud. Panhorm. cap.* 26. *num.* 124., *&
infrà Matienz. ad leges Recopill. lib.* 5. *tit.* 11. *leg.* 7.
Gloſ. 3. vbi plenè *Berlicch. concluſ.* 41. *num.* 31., *&
ſeqq. par.* 2. *Cyriac. contr.* 63. *num.* 8., *&* 9. *Groſſ.
contr. forenſ.* 2. *nu.* 27. *Giurb. obſer.* 24. *nu.* 23. *Io:
Franc. Balthaſar. alleg. reſol.* 6. *n.* 10., *& ſeq Pe-
regr. deciſ. Patauin.* 21. *nu.* 7. *Armenzan. deciſ. Ia-
nuen.* 32. *n.* 16., & nouiſſimè *Carnſ. in Silua Ter-
min. Arbor.* 21. *n.* 69.

Hoc tamen intellige in expenſis legitimè fa-
55 ctis, ſecus ſi in illis faciendis per fraudem fue-
rit

iit exceſſum *Chriſtin. dict. art. 2. nu. 10. verſic. niſi in fraudem*.

Debet etiam retrahens reficere emptori melio-
ramenta facta, nedum neceſſaria, & vtilia, ſed
omnia alia ab eo facta bona fide, antequam illi
56 fuerit intimatus retractus, ſuper quo plenè vi-
deantur *Bard. de Iur. Prothomiſ. quæſt. dependen.
20. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 417. n. 665., &
infra par. 1. Mut. ad conſuetud. Panbormit. cap. 26.
nu. 112., & ſeqq.*, & præclarè *Seſſ. deciſ. Aragon.
110., & 410. Rot. deciſ. 220. coram Millin. Caruſ.
in Silu. Termin. Arbor. 21. n. 70., & 71.*

Si verò facta ſint poſt intimatum retractum an
57 ſint reficienda neceſſaria, ac vtilia, videndi *Igneus
l. dudum n. 23. ff. de contrah. empt. Gratian. cap. 957.
n. 24. 34., & ſeqq. Mut. dict. cap. 126. n. 119., &
ſeqq. dict. Caruſ. Arbor. 21. num. 71., & 72.* plenè
*Ceuc. de Cenſ. quæſt. 66. n. 88., & infra Giurb. ob-
ſer. 34. n. 23. Seſſe deciſ. 410. n. 35. 52., & 64.*

Actio autem competens pro retractu ſtatutario
58 eſt perſonalis in rem ſcripta, & habet effectum
meræ realis, & propterea datur contra poſſeſſo-
rem rei ſubiectæ retractui *Menoch. conſ. 756. n. 19.
& ſeqq. lib. 8. Aldouin. conſ. 31. n. 2. conſ. 34. n. 16.
conſ. 37. n. 22., & 23., & conſ. 40. n. 5., & 6. Chri-
ſtin. ad leg. Municip. Melchin. tit. 11. in proœm. n. 7.
Berlicch. concluſ. 39. nu. 97. par. 2. Benedell. de Iur.
Prothomiſ. in Rubr. num. 46. Io. Franc. Balthaſſar.
pract. reſol. par. 2. tit. 10. reſol. 1. nu. 20. Peregrin.
deciſ. 23. n. 16. verſic. vnde huiuſmodi actio, Chriſtin.
deciſ. Belgic. 281. num. 3., & 4. vol. 1.* plenè *Thor.
vot. deciſ. 23. num. 29., & ſeqq. lib. 1. Carol. de
Mean. ad Ius Leodien. tom. 5. obſeru. 560. num. 4.,
& 5.*

Et quidem actio ſuper retractu debet intenta-
59 ri coram Iudice ordinario emptoris, *Chriſtin.
dict. tit. 11. in proœm. n. 7. verſic. licet arreſto*, nec
in illo debet haberi reſpectus ad perſonas, ſed
60 ſeruandum eſt ſtatutum loci, in quo res retra-
henda ſita eſt, *Chriſtin. dict. tit. 11. art. 1. n. 12.*

Ac *Mangil. de euict. quæſt. 136. num. 20.* tenet,
quod ſit in arbitrio Actoris retractum petere co-
ram Iudice rei ſitæ, vel domicilij Rei conuenti,
61 cum ita practicetur in actionibus mixtis, & in
rem ſcriptis *Franch. deciſ. 384. Balthaſar. alleg. re-
ſol. 1. n. 21. §. ex quo infertur.*

Retractus tamen debet peti ab habente ad hoc
ſpeciale mandatum, nec ſufficit generale, nec ad
illum petendum admittitur negociorum geſtor,
62 nec coniunctus pro coniuncto, niſi ad hoc ha-
beat ſpeciale mandatum *Chaſſan. ad conſuetud.
Burgund. Rubr. 10. de Retractu Text. le Peut. § ſed
an proximus fol. mihi 1321. Benedell. de Iur. Pro-
thomiſ. in Rubr. n. 70. Golin. de Procur. p. 2. cap. 5.
n. 206. Gratian. cap. 957. n. 17. Caruſ. in Silu. Ter-
min. Arbor. 21. n. 123. Rot. in Romana Prælationis
22. Aprilis 1692. §. prima verò coram clar. mem.
Cardinali Cauallerino* poſt hæc ſcripta viſa, ea ra-
tione ex quo retrahere, vel non retrahere depen-
det ab animo principalis, cui competit retractus,
& quia debet iurare pro ſe, & non pro alio in
fraudem retractum intentare, & ſic ſpeciale man-
63 datum requiritur ad declarandum ea, quæ ab
animo principalis pendent, & ſuper quibus de-
bet interponi iuramentum, *Rot. deciſ. 104. num. 8.
coram Merlin., & in Auenionen. vſusfructus 13.
Iunij 1642. §. nec nocent coram Ghiſilerio.*

Si tamen intra tempus retractui petendo in ſta-
tuto præſcriptum fuerit facta ratihabitio à prin-
cipali, cuius nomine retractus fuit petitus, tunc
64 illius petitio facta à procuratore etiam ſine ſpe-
ciali mandato ſuſtinetur *Benedell. d. n. 70. verſic.
ſubdit tamen Matienz. ad leg. Recopill. lib. 5. tit. 11.
leg. 7. gloſ. 14. n. 15. Gratian. cap. 957. n. 18., & 19.
Caruſ. in Silu. Termin. Arbor. 21. n. 124.*

At ſi ratihabitio facta ſit poſt tempus ad pe-
65 tendum retractum a ſtatuto præſcriptum, non
ſuffragatur, *Parlador. rer. quotid. lib. 2. par. 3. cap.
fin. §. 2. n. 14., & ſeqq. Gratian.* mox citatus, qui
ex hoc infert, quod ſi monitorium ſuper prælatione
non fiat in tempore legitimo, & ab haben-
te ſpeciale mandatum, non ſuffragatur.

Pater tamen nomine filij, maritus pro vxore,
tutor, vel curator nomine pupilli, vel minoris
poſſunt retractum petere ſine ſpeciali mandato,
cum perſonæ prædictæ in caſibus, in quibus re-
66 quiritur ſpeciale mandatum admittantur ſine
illo, ex quo habent mandatum ſufficiens illis da-
tum à lege *Benedell. de Iur. Prothomiſ. in Rubr.
n. 71. Caruſ. in Silu. Termin. Arbor. 21. n. 125.*

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Examinatur hic, an ſtatuta, & conſuetudines ſuper retractu procedant contra Eccleſias, Clericos, ac Eccleſiaſticas perſonas, earumque bona; & an contra Familiares Sancti Officij. Firmatur denique, quod ſtatutum, ſeù potius conſuetudo ſuper retractu vigens in Inſula Meleuitana comprehendit Eccleſiaſticos, ac Familiares Sancti Officij.

SVMMARIVM.

67 *Statuta ſuper retractu comprehendere Clericos, Eccleſias, ac Eccleſiaſticas perſonas tenent plures Doctores.*

68 *Contrarium tenent alij.*

69 *Hæc ſecunda opinio, quæ retinetur, procedit, etiamſi cum Clerico emptore adſint vnitim laici.*

70 *Statuta ſuper retractu an comprehendant Clericos alij DD. faciunt varias diſtinctiones, & n. 71.*

72 *Statuta huiuſmodi non comprehendere Clericos, ac Eccleſiaſticos, ſiuè ſint emptores, ſiue venditores tenent alij, & eſt verior opinio.*

73 *Fallit ſi ſpecificè ſtatuta ſuper retractu nominent Clericos, & ſimul ſint confirmata à Papa in forma ſpecifica.*

74 *Clerici poſſunt vti ſtatuto de retractu, tanquam priuilegio.*

75 *Bona de directo dominio Eccleſiæ non comprehenduntur ſub ſtatutis laicalibus de retractu loquentibus.*

76 Statut. Vrbis 110. lib. 1. *ſuper retractu vigore conſortij non comprehendit Clericos, ac alios Eccleſiaſticos.*

77 *Retractus vigore Bullę Iuris congrui Gregorij XIII. comprehendit ex verbis Bullæ etiam Eccleſias, & Eccleſiaſticos.*

78 Statnta laicalia ſuper retractu comprehendunt Confraternitates laicorum non erectas cum authoritate Papæ, vel Ordinarij.
79 D. Emygdius frater Authoris olim Auditor Cardinalis Columnæ, & ex ordine Patronorum Collegij Palatij Apoſtolici laudatur.
80 Statutum, ſeù conſuetudo ſuper retractu vigens Melitæ comprehendit Clericos, ac Familiares Sancti Officij, & n. 84.
81 Referuntur ſuper hoc iudicata in duabus cauſis.
82 Reuerendiſſ. D. Bottinus Archiepiſcopus Mirenſis laudatur.
83 Conſuetudo ſuper retractu vigens in Inſula Melenitana fuit approbata per varia iudicata contra Clericos, ac Familiares S. Officij, & n. 84.
85 Obſeruantia ſtatuti de retractu loquentis probatur ex ſententijs prolatis pro retractu.
86 Obſeruantia ſtatuti ſuper retractu probata non tollitur ex aliquibus ſententijs prolatis contra retractum.
87 Clericus quando ſubijcitur ſtatuto de retractu, debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico.
88 Giurb. deciſ. 25., & obſeruat. 2. contrarium tenens reprobatur.
89 Opinio contra Giurbam eſt verior, & receptior.
90 Caraſ. in Silu. Termin. Arbor. 21. n. 128. adhęrens Giurbæ reycitur.
91 Si retractus intentetur contra plures laicos, inter quos adſit Clericus, omnes ſunt conueniendi coram Iudice Eccleſiaſtico.

EſT quæſtio ſatis controuerſa, an ſtatuta laicalia
ſuper retractu comprehendant Clericos, opi-
67 nantibus pluribus, Clericos ſub illis comprehen-
di, etiamſi ſint emptores, & hanc opinionem te-
nent Cephal. conſ. 53. nu. 40., & ſeqq., Chaſſan. ad
conſuetud. Burgund. Rubr. 10. de Retract. §. 1. verſic.
quæro cum ſeqq. fol. mihi 308., Gomez. ad leg. Taur.
in leg. 70. n. 7. verſic. ſed ego teneo Matienz. ad leg.
Recopill. lib. 5. tit. 11. leg. 7. gloſ. 2. n. 12., & ſeqq.,
vbi quod comprehendunt Clericos tàm emptores,
quàm venditores, Azeued. ad eaſdem leg. Recopill.
eodem lib. 5. tit. 11. leg. 7. n. 24. & ſeq., &
leg. 9. n. 4. & 5. & plures pro hac opinione refert
Graſs. de effect. Cleric. effect. 2. n. 383., Giurb. obſeruat.
2. n. 1. & ſeqq. Gratian. cap. 742. n. 16. & infra
vbi teſtatur de veriori opinione de Marin. quotid.
reſol. lib. 1. cap. 55., Carpan. ad Statut. Mediol. cap.
417. n. 6. tom. 1. Benedell. de Iur. Prothomiſ. in
princip. Conſtitutionis ſancimus num. 121. Io: Franc.
Balthaſſar. pract. reſol. par. 2. tit. 10. reſol. 1. num. 7.
vbi adducit rationem Caraſ. in Silu. Termin. Arbor.
21. nu. 126., & 127. Chriſtin. deciſ. Belgic. 57.
n. 5. lib. 3. Franch. deciſ. 285. n. 5., & alij apud prędictos
cumulati.

At alij contrarium exiſtimarunt, ſcilicet quod
Clerici, & Eccleſiaſtici non ſubijciantur ſtatutis
laicorum ſuper retractu ex defectu poteſtatis, &
68 quod contra illos non competat retractus, & hi
ſunt Bald. conſ. 300. num. 4. lib. 1. latè Socinu. Iun.
conſ. 1. per tot. lib. 2. Surd. plenè conſ. 2. per tot., &
ſignanter num. 35., & ſeqq. latè Honded. conſ. 3.
lib. 1. Vermigl. conſ. 96. n. 3. & infra, vbi teſtatur
de magis communi, & recepta concluſione Gratian.
cap. 742. n. 17. verſic. contraria tamen, Palm.
Nepos alleg. 55. n. 13. & ſeqq. Groſs. contr. forenſ. 2.
n. 12. & ſeqq. vbi refutat Giurbam obſeruat. 2. contrarium
tenentem, Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 2.
Rubr. 55. n. 6. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 71.
n. 4. & ſeqq. plenè Sperell. deciſ. 10. per tot., & deciſ.
11. n. 11., & tanquam certum hoc præſupponit
Rot. deciſ. 657. n. 1. coram Caualer., & facit deciſ.
157. n. 23., & ſeqq. p. 11. recen.

69 Quam opinionem poſt relatos Cardin. de Luc.
alleg. diſcurſ. 71. n. 2. extendit, licet inter emptores
adſint laici, nam cum contractus emptionis
factus per omnes tàm Clericum, quàm laicos ſit
indiuiduus tam ratione rei, quàm ratione contractus,
hinc priuilegium non comprehenſionis
Clerici ſub ſtatuto laicali competit etiam fratribus
laicis, qui vna cum Clerico emerunt.

Alij Doctores ſuper hoc diſtinguunt, quod ſcilicet
poſſint Clerici, & Eccleſiaſtici vti tali ſtatuto
per modum priuilegij, ſed è contra non poſſint
laici eo vti contra Clericos, Eccleſias, ac
70 Eccleſiaſticos emptores, vt tenent Surd. conſ. 2.
num. 5., & 35. ad 39. Vermigl. conſ. 96. num. 6. Fermoſin.
de foro competen. in cap. quod Clerici 91. qu.
5. n. 5. & 6. Ciroc. diſcept. 29. n. 50. Gobb. conſult.
deciſ. 54. n. 66. Sperell. deciſ. 11. n. 11. Cortiad. deciſ.
Cathalon. 150. n. 9. tom. 3.

71 Maranta verò in ſua diſput. 8. ponit plures caſus,
quod ſcilicet ſi laicus vendat Clerico, & tali
caſu detur retractus ſtatutarius contra Clericum,
& plenè hoc probat n. 35. ad 39., & hanc opinionem
poſt alios tenet Cortiad. dict. deciſ. 150. n. 15.
tom. 3; aut Clericus vendit laico, & idem Marant.
tenet idem n. 50., & poſt plures congeſtos contrarijs
reiectis Marantam ſequitur Cortiad. dict. deciſ.
150. n. 10., qui teſtatur de veriori ſententia; aut
Clericus vendit Clerico, & tunc ſtatutum non habet
locum vt per dict. Marant. num. 51., & ſeqq.,
& ſecundum dictas diſtinctiones Marante poſſe
concordari contrarias opiniones tenet Maſcard.
de general. Statut. Interpret. concluſ. 1. n. 72., & eaſdem
diſtinctiones videtur admittere Ioſeph. Altograd.
contr. forenſ. 100. per tot. lib. 2. vbi quod ſtatutum
laicorum ſuper retractu ligat Clericos,
quando dirigit verba in rem, vel etiam in perſonam
venditoris, ſi venditor ſit laicus, nam ſi hic
non ſeruata forma ſtatuti vendat Clerico non requiſito
conſorte, vel alio, cui retractus competit
contra Clericum, habebit locus retractus, qui
Altograd. declarat Surdum dict. conſ. 2. Honded.
conſ. 3. lib. 1., & alios contrarios.

Apparet ex prędictis, punctum eſſe controuerſum,
& dubium, vt teſtatur Capice. Galeott. contr.
61. n. 17. lib. 1., nihilominus coram Iudicibus Ec-
72 cleſiaſticis non erit facile obtinere contra Clericos,
ac Eccleſiaſticos, & quod hi ſubſint ſtatutis
laicorum ſuper retractu, ſiuè Clerici ſint emptores,
ſiuè venditores, alias per indirectum læderetur
libertas Eccleſiaſtica Palm. Nep. allegat.
55. num. 25. ad 27. Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.
104. qui teſtatur ſic expertum fuiſſe, & ſequitur
Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 55. num. 6. ad
8., vbi dicit quod Doctores tenentes pro comprehenſione
Clericorum ſub talibus ſtatutis laicalibus
ſuper retractu, malè ſentiunt, & malè hoc
tenent, Sperell. deciſ. 12. nu. 52., & cum hac opinione
pro non comprehenſione ipſe reſideo, vti
magis vera, & Eccleſiaſticæ libertati fauente, &
illam benè probant authoritates ſupra relatæ hic
num. 68.; & in Regno Neapolitano vigere hanc
opi-

opinionem tenet *Capicc. Galeott. contr. 61. n. 18., & 19.*, & ſequitur *Rodoer. ad de Marin. in obſeru. ad reſol.55. n.2. lib.1. Vermigl. conſ.96. n.4.*,

Limita, ſi ageretur de Statuto Papali, ac à Papa
confirmato in forma ſpecifica, & expreſſam men-
73 tionem faciente etiam de Clericis, vt per *Gratian.*
cap.742. num.16. & ſeqq., & ob hanc rationem
Eccleſiæ, Clerici, & Eccleſiaſtici ligantur Conſti-
tutione Gregoriana ſuper Iure congrui ad orna-
tum Vrbis ædita, quia ſpecificè de illis loquitur
vt dixi infra hic *n.336.*

Poſſunt tamen Clerici, & Eccleſiaſtici, vti ſta-
tuto laicali ſuper retractu tanquam priuilegio, &
74 retractum ex illo petere, *Vermigl. conſ. 96. num.6.*
& probant alij ſupra allegati *n.70.*

Ex eodem defectu poteſtatis ſtatuentium lai-
corum talia ſtatuta ſuper retractu non compre-
75 hendunt bona Emphyteutica de directo dominio
Eccleſiæ *Honded. conſ.3. n.10., & 23. lib.1. Fulgin.*
de Iur. emphyt. tit. de Melioram., & expenſ. qu. 10.
n.24., vbi quod hæc eſt vera, & communis opinio
Conciol. dict. Rubr.55. n.9.

Hinc hoc ſtatutum 110. dans prælationem
conſorti non ligat Clericos, nec Eccleſiaſticos,
76 dum in illo non ſunt nominati ex firmatis plenè
in Prælud. ad Stat. Vrb. artic.3. n.167., & dictum
fuit infra hic *artic.4. n.190.* ex magiſtralibus *deciſ.*
490., 542. 773., & 900. coram Cardin. Cerr. con-
firmatis *deciſ. 252. p.16. recen., & deciſ.377. p.17.*

Quo verò ad retractum coactiuum, vel præla-
tiuum, de quo *in Conſt. 22. Gregory XIII.* ceſſat
77 omnis diſcuſſio dum *in* §.16., expreſsè ſubijciun-
tur retractui, etiam loca Pia, & perſonæ Eccle-
ſiaſticæ, vt aduertit *Gratian. cap.742. num.12., &*
ſeqq., & dictum fuit infra hic *n.233.*

At ſupradicta ſtatuta laicalia, & hoc *Stat.* 110.
ſuper retractu comprehendunt Confraternitates
laicales, licet in illis exerceantur opera pietatis,
quoties non probetur erectio cum authoritate
Apoſtolica, vel Ordinarij, cum habeantur pro
laicalibus, præcipuè quando tanquàm tales
conſueuerunt alienare ſine ſolemnitatibus extra-
78 uagantis, *Ambitioſæ*, vt poſt relatos firmant in
puncto *Caſtald. conſult. forenſ.54. n.15., & 16., &*
Queſad. Pilo diſſert.3. n.40. ad 44.

Vnum aduerte hic acriter diſcuſſum in duabus
cauſis, (in quibus ſcripſit accuratè D. Emygdius
79 Conſtantinus frater meus ex ordine Patronorum
Collegij ſacri Palatij Apoſtolici, & olim Auditor
clar. mem. Cardinalis Federici Columnæ), quod
Statuta Meleuitana ſuper retractu tanquam non
laicalia, ſed Religionis Hyeroſolimitanæ, & quia
ſunt potius canonizatoria antiquæ conſuetudinis
ſuper retractu, quæ vigebat in Inſula Meleuitana
80 comprehendunt Clericos, & etiam familiares
Sancti Officij, ex *Rot. deciſ.657. n.2. coram Caua-*
ler., & ità in dictis duabus cauſis fuit deciſum,
nempè in vna Meleuitana retractus pro fratribus
81 de Nebula contra Præsbyterum Dominicum
Barbona, in qua pro retractu contra dictum
Præsbyterum emanarunt tres ſententiæ cum re
iudicata, nempè prima coram Vicario Epiſcopi
Mileuitani, ſecunda coram A.C. Caprara, & ter-
tia coram Eminentiſſimo Cardinali Curſio, tunc
Prælato, & Iudice Commiſſario, & in alia Mele-
uitana pro Mattheo Buſitil. contra Federicum
Falſon Familiarem S. Officij, in qua pro retractu
primo pronunciauit Inquiſitor Apoſtolicus Meli-
tæ reſidens, ſecundo bo. mem. Piazza tunc Aſſeſ-
ſor S. Congregationis ſupremi Tribunalis Sancti
82 Officij, & tertio Reuerendiſſimus Bottinius Ar-
chiepiſcopus Myrenſis vnus ex Conſultoribus
eiuſdem S. Congregationis olim in Curia inſignis
Aduocatus, & poſtea S. m. Clementis X. Audi-
tor, & Fiſci, ac Cameræ Apoſtolicæ Aduocatus,
ab eadem ſacra Congregatione in tertia inſtantia
Iudex deputatus.

Et in dictis cauſis Meleuitanis fuit apprimè
conſideratum, quod ſtatutum ſuper retractu in
Inſula Meleuitana potius declarat, & canonizat
conſuetudinem ibi vigentem ſuper retractu, quam
illum de nouo inducat, vndè talis conſuetudo li-
gat Clericos actiuè, & paſſiuè, & multo magis
83 familiares Sancti Officij, ex quo talis conſuetu-
do fuit approbata *in cap. conſtitutus de in integr.*
reſtitut., & ibi Barboſ. n.5. vbi quod talis conſue-
tudo ligat etiam in foro Eccleſiaſtico, & ſecun-
dum illam eſt iudicandum, maximè dum Clerici
84 tali conſuetudine vſi ſunt *Cardin. de Luc. in ſup-*
plem. p.2. de ſeruit. diſcurſ.104. Caruſ. in Silu. Ter-
min. Arbor.21. n.7., & 126., & plenè *Ioſeph. Al-*
tograd. contr.100. n. 18. & ſeqq. tom.2. qui conſi-
derat rationes pro tali ſtatuto, & conſuetudine,
& in dictis cauſis Meleuitanis ſupra relatis fuit
plenè probata talis conſuetudo canonizata per
ſtatutum.

Et licet in dicta cauſa contra Mattheum Buſi-
til fuerint allegatæ aliquæ ſententiæ prolatæ pro
non competentia retractus contra familiares San-
cti Officij prolatæ ab Inquiſitoribus in Ciuitate
Meleuitana reſidentibus, attamen ex huiuſmodi
ſententijs non fuerat ſublatum ſtatutum, ſeu con-
ſuetudo ſuper retractu vigens, & pro cuius com-
petentia plures aliæ dabantur ſententiæ, in qui-
bus Eccleſiaſtici, & familiares S. Officij fuerant
condemnati ad relaxandas res emptas fauore illo-
rum, qui intentarunt contra ipſos iudicia ſuper
85 retractu, cum dictæ ſententiæ contra retractum
potuerint proferri ex aliquo alio motiuo, quod
ille non competeret, non ex quo conuenti eſſent
Clerici, vel familiares S. Officij, & propterea
ſtantibus alijs ſententijs, & quidem pluribus pro
retractu contra eoſdem Eccleſiaſticos, ac familia-
res, ſtatutum, ac conſuetudo ſuper retractu non
abierat in deſuetudinem, cum potius ex dictis
86 reiteratis iudicatis appareret de obſeruantia, vt
appoſitè in his terminis ponderat *Anell. de Amat.*
conſ.48. à n.8.

In caſibus tamen, in quibus Clericus ſubijcitur
87 ſtatuto ſuper retractu, & pro hoc vrgeri poteſt,
non poteſt alibi conueniri, quàm coram Iudice
Eccleſiaſtico *Hermoſill. ad Lopez. tit.5. leg. 55. gloſ.*
8. n.34. verſic. quando verò, Azeued. ad leg. Reco-
pill. tom. 3. lib. 5. tit. 11. leg.7. num.25. vbi dicit
quod intrepidè hoc tenet *Molfeſ. ad Conſuetud.*
Neapol. tom.3. par. 12. qu.34. num. 12. & ſeqq. de
Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 44. per tot. vbi re-
ijcit contraria, latè *Milazz. aſſert. forenſ. 39. per*
tot. qui pariter doctè omnibus contrarijs ſatisfa-
cit *Ricc. deciſ. Archiepiſc. Neapol.* 130. *par.3., Cor-*
tiad. deciſ. Cathal.150. num. 26. vbi quod hæc eſt
opinio verior, communior, & receptior *p.3.*

86 Et licet *Ginrb. deciſ.25., & obſer2. num.15., &*
ſeqq., & cum eo *Pilaia deciſ. Canonic. lib. 1. deciſ.*

11. n.

11. n.88. & ſeqq., & alij apud ipſos contrarium in hoc teneant, & Giurb. alleg. obſcr.2. à morſibus dicti de Mariu. ſe difendere conetur, attamen
89 prior opinio contra Giurbam, & eius aſſeclas eſt magis fundata, & verior, & Giurbæ, Pilaie, & alijs benè reſpondent de Marin. dict. cap. 44., & Milazz. alleg. Aſſert. 39. qui n. 14. teſtatur in illa cauſa ſic fuiſſe deciſum, & quod Curia ſecularis illam remiſit ad Curiam Eccleſiaſticam.

90 Quamuis autem Caruſ. poſt hæc ſcripta viſus in Silu. Termin. Arbor. 21. num. 128. credat opinionem Giurbe eſſe probabiliorem, nihilominus ingenuè fatetur, vidiſſe multoties ſeruatam opinionem dicti de Mariuis, à qua non recedas, cum ſit melioribus fulcita fundamentis, & pro condigno faueat Immunitati Eccleſiaſticæ.

Quinimmò ſi plures ſint Rei conuenti pro retractu, inter quos adſit Clericus, omnes ſunt conueniendi coram Iudice Eccleſiaſtico, cum Clericus in re indiuidua trahat ad ſuum forum laicum
91 litis conſortem, vt in puncto plenè firmat SocIun. Iun. conſ.1. lib.2., & facit Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.71. n.2.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Plenè hic examinatur, in quibus caſibus ſtatuta de retractu procedant nec ne, & quibus perſonis illud nec ne competat; referuntur vberrima diſcuſſione caſus, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

92 *Statuta ſuper retractu comprehendunt Vniuerſitates.*
93 *Comprehendunt Hæbreos, & reijcitur* Ricciull. *contrarium tenens.*
94 *Procedunt in datione in ſolutum voluntaria facta à debitore Creditori.*
59 *Non procedunt in ſubhaſtatione iudiciali, ac datione in ſolutum facta à Iudice, vbi tamen referuntur contrarium tenentes, & etiam n.97.*
96 *Retractus debitus ex Bulla Gregorij XIII. in Vrbe non habet locum in ſubhaſtatione, & n. 99., & 100.*
98 *Statuta ſuper retractu an procedant in ſubhaſtatione eſt opinio ſatis controuerſa.*
101 *Verior opinio eſt affirmatiua, præcipuè quando ſubhaſtatio facta eſt ad fauorem tertij non creditoris, & num. 102. & 103. reſpondetur contrarijs.*
104 *Opinio pro non competentia retractus in ſubhaſtatione quando ſit retinenda, & n.105.*
106 *Retractus competit quando fit alienatio ex titulo emphyteuſis, vel locationis perpetuæ, præcipuè ſi facta ſit cum pacto francandi n.108.*
107 *Conclusio procedit etiam in terminis retractus vigore Bullæ Gregorianæ.*
109 *Retractus competit, quando Dominus directus vendit ſuum dominium emphyteute.*
110 *Competit etiam quando vendita fuit res cum reſeruatione dominij.*
111 *Retractus competit quando fuit vendita res cum pacto de retrouendendo.*
112 *Competit quoque emptori cum pacto de retrouendendo.*
113 *Facta retrouenditione tenetur tali caſu emptor reſtituere bona facta ſibi reſtitutione pretij.*
114 *Retractus competit hæredi grauato per fideicommiſſum.*
115 *Bona acquiſita vigore retractus per hærodem grauatum non ſunt reſtituenda fideicommiſſario.*
116 *Retractus agnatitius competit filio etiam hæredi patris ſuper re à patre alienata.*
117 *Contrarium in filio hærede patris firmatur, & hæc opinio eſt verior.*
118 *Filius hæres patris eo minus poteſt retrahere, quando pater promiſit de euictione pro ſe, & hæredibus.*
119 *Retractus agnatitius competit filio viuente patre.*
120 *Contrarium tenent alij.*
121 *Prior opinio retinetur.*
122 *Retractus ratione vicinitatis competit, etiamſi vicinitas ſit mediante viridario.*
123 *Contraria opinio refertur.*
124 *Prima opinio procedit, ſi hortus ex quo habetur vicinitas ſit pars Domus, ſecunda ſi ſit ſeparatus à Domo, & habeatur pro prædio ruſtico.*
125 *Retractus ratione vicinitatis competit prius vicino mediante Domo, quàm vicino mediante horto.*
126 *Retractus ratione vicinitatis competit habenti ſolaria ſuperiora, vel inferiora Domus, ſi ſuperior, vel inferior vult vendere ſuum ſolarium.*
127 *Retractus vigore vicinitatis tollitur per viam publicam intermediam.*
128 *Idem dic de flumine publico.*
129 *Via vicinalis intermedia non impedit retractum vigore vicinitatis.*
130 *Via intermedia non tollit retractum, quando inter illam adſunt prædia eiuſdem domini deſtinata, vt ſint idem prædium.*
131 *Riui, foſſata, ac flumina priuata intermedia non impediunt retractum.*
132 *Via quando dicatur publica, vel priuata, vide remiſſiuè.*
133 *Flumina quando ſint publica, vel priuata, vide remiſſiuè.*
134 *Retractus non competit vſufructuario ratione viciuitatis, & n.138.*
135 *Fallit ſi petat retractum ex perſona proprietarij.*
136 *Competit retractus contra vſufructuarium, qui emit proprietatem, firmo illi remanente vſufructu.*
137 *Retractus non competit quando vſufructuarius vendit commoditatem vſusfructus proprietario, vel extraneo.*
138 *Nec vſufructuario, quando proprietarius, vendit proprietatem.*
139 *Retractus non competit ratione agnationis, vel vicinitatis contra dominum directum habentem ius potentius in re.*
140 *Fallit ſi dominus directus conſenſerit alienationi in alium factæ cum receptione laudemij.*
141 *Retractus, ſeù prælatio domino directo non competit, ſi alienatio per emphyteutam facta ſit in comprehenſos in inueſtitura.*
142 *Prælatio, ſiuè retractus non competit emphyteute,*

quando dominus alienat dominium directum.

143 Retractus non competit emptori cum pacto de retrouendendo, ſi durante tali pacto venditor alteri vendat. & n.146. 152., & 153.

144 Vendere rem ſuam poteſt quis cui vult.

145 Ius Inquilinatus intrat in re conducta, non in re propria empta, & n.147.

148 Statutum ſuper retractu vigore conſortij ceſſat, ceſſante communione in re, & n.149.

150 Eminentiſs. D. Cardinalis Sacripantes olim celeberrimus Aduocatus laudatur.

151 Nouar. qq. forenſ. lib. 2. q.2. dans prælationem emptori cum pacto retrouendendi reijcitur.

152 Retractus non competit ſub figurato prætextu congruentiæ in iure non ſcriptæ, & n.153.

154 Retractus, ſeu prælatio, quæ non competit emptori cum pacto retrouendendi, nec competit emptori pacti, ac iuris redimendi.

155 In dubio iudicandum eſt contra retractum.

156 Emptori cum pacto redimendi competit retractus actiuus, & paſſiuus, quando adeſt ſtatutum ſuper retractu, & n.157.

158 R.P.D. Caprara olim Locumtenens A.C. nunc Sacr. Rotæ Auditor laudatur.

159 Forenſi non competit retractus ſtatutarius.

160 Forenſis habens bona in loco vbi adeſt ſtatutum ſuper retractu ratione vicinitatis tenetur vendere vicino.

161 Retractus agnatitius ratione ſanguinis non competit Monaſterio ex perſona agnati in illo profeſſi.

162 Retractus non habet locum in venditione ſimulata.

163 Non habet locum in permutatione.

164 Procedit etiam in terminis Bullæ Gregorianæ, & n.165. de ratione.

166 Competit retractus in permutatione ſi ſit ſtabilitum pretium maius, & permutationis titulus fuerit confictus in fraudem retractus, & n.168.

167 Contractus permutationis quando dicatur factus in fraudem ad effectum euitandi retractum.

169 Retractus non intrat quando bona fuerunt data in dotem inæſtimata.

170 Non intrat in donatione propter nuptias occaſione certi matrimonij.

171 Nec in donatione remuneratoria.

172 Fallit ſi facta ſit ſimulatè, & in fraudem retractus.

173 Retractus nec procedit in donatione cauſa mortis.

174 Nec in alienatione facta ex cauſa tranſactionis.

175 Præcipuè ſi vigore tranſactionis, quis remanet in poſſeſſione.

176 Retractus ex tranſactione non euitatur, quando hæc fuit conficta ſuper re clara ad euitandum retractum.

177 Retractus non datur contra emptorem partis prædij non confinantis cum vicino petente retractum.

178 Retractus non competit, ſi fuerit vendita res, quod habeatur pro non vendita, ſi petatur retractus.

179 Retractus ceſſat ſi fuerit receſſum à contractu, & venditor recuperauerit rem venditam.

180 Fallit ſi ille, cui competit retractus pro eo inſteterit ante receſſum à contractu.

181 Retractus non competit, quando minor receſſit à contractu, qui erat nullus.

182 Nullitas tamen huiuſmodi poteſt ſolum allegari à minore, non à tertio, ſi ille ſe non opponat, & n.183.

184 Retractus non competit illi, qui non vult retrahere pro ſe, ſed ad commodum alterius.

185 Retrahens tanquam conſors, vel vicinus, & poſtea alteri reuendat, emptor fraude detecta recuperabit rem emptam.

186 Pauper retrahens cum pecunijs receptis ſub vſuris, vel alio modo cum fraude, præſumitur hoc facere in damnum emptoris extranei.

187 Fraus in propoſito ex quibus arguatur, vide remiſſiuè.

STatuta ſuper retractu comprehendunt etiam
92 Vniuerſitates, & illæ poſſunt eo vti plenè
Anell. de Amat. conſ. 93. qui per plura Iura, ra-
tiones, ac authoritates hoc probat, & latè etiam
Tapia *ſuper Iur. Regn. Neapol. lib.4. tom. 2. n.96.*
ad 117. à fol.86. vbi regiſtratur *dict. conſ. Anell. de*
Amat. & ſequitur *Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.*
68. n.15.

Secundo ſub huiuſmodi ſtatutis comprehen-
duntur etiam Hebrei, vt contra *Ricciullum* con-
93 trarium tenentem *de Iur. perſon. extra prem. Ec-*
cleſ. exiſt. lib.2. cap. 16. à n. 3. & ſeqq. tenet *Card.*
de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 70. num.9. & 10., & hoc
idem firmat *Bendell. de Iure Prothomis. in Rubr. n.*
21., & ſeqq. nec diſſentit *Gratian. cap.842. nu. 30.*
& ſeqq., & num. 38. vbi in terminis huius *Statut.*
Vrb.110.

Tertio talia ſtatuta habent locum in datione
in ſolutum voluntaria facta à debitore creditori,
94 cum vicem venditionis habeat *ad leg. ſi prædium*
C. de euict. Gomez. ad leg. Taur. in leg.70. num.20.
Berlicch. concluſ.39. n.66. par.2. Hermoſill. ad Lopez.
tit.5. leg.55. gloſ.4. num.6. & ſeqq. Mut. ad conſue-
tud. Panorm. cap.26. num. 175. Molfeſ. ad conſue-
tud. Neapol. tom.3. par.12. qu. 22. num. 1. & ſeqq.
Cenc. de Cenſ. quæſt. 66. num.23., & 24. Io: Franc.
Balthaſſar. pract. reſol. par.2. tit.10. reſol.18. nu.1.
Rot. deciſ.425. n.8. & 9. coram Gregor. XV.

An autem retractus habeat locum in ſubhaſta-
tione, & ſic venditione coacta, & datione inſolu-
tum facta à Iudice ex cauſa neceſſaria, alij negant,
95 alij verò affirmant; negant *Roman. conſ.107. n.1.*
& ſeqq. Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit.11. leg.
7., gloſ.7. n.9. Mut. ad conſuetud. Panorm. cap.26.
num.175. verſic. ſecus ergo, & ſuper cap. Regn. Si-
cil. tom. 4. cap. 194. num.8., Molfeſ. ad conſuetud.
Neapol. alleg. qu.22. num.8. Berlicch. concluſ.39. n.
64. & 65. par.2., Scacc. de commerc. & camb. §. 1.
qu.1. n. 245. vbi diſcuſſa vtraque opinione in hac
reſidet, *Benedell. de Iur. Prothomiſ. verſic. ſancimus*
n.122. fol. mihi 25., Cirocc. diſcept.29. n.17. Carol.
Ant. de Luc. ad Franch. deciſ. 482. num.6., & ad
Gratian. cap. 544. num.21. & ſeqq. Io: Franc. Bal-
thaſſar. pract. reſol. par.2. tit.2. reſolut. 18. num.3.
Berlicch. deciſ.97. n.7. par.1. Giurb. obſer. 34. n.24.
Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2. cap. 163.
n.16. Concıol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr.55. n.13.
qui ſecundo loco refert hanc opinionem *Card. de*
Luc. de ſeruit. diſcurſ.71. n.13., & ſeqq. qui con-
trarijs reſpondet *Queſad. Pilo diſſert. 3. n.26. San-*
felic. deciſ.100. n.114. & 116. vbi plures cumulat,
Caruſ. in Silu. Term. Arbor.21. n.135.

96 Et in terminis Conſtitutionis Gregorianæ ſu-
per Iure congrui, quod retractus non habeat lo-
cum in ſubhaſtatione *Rocc. diſput. Iur. Select. tom.*
2. cap. 163. num. 17., & ſeqq., & firmatur in

voto

voto Camerarij impreſſo deciſ. 784. par. 1. recen.
At pro competentia retractus vigore ſtatuti
etiam in ſubhaſtatione, & datione in ſolueum
iudiciali facta pro debito conttacto ab eo, cuius
bona ſubhaſtantur, ex quo prouenit à principio
97 voluntario, & quia Iudex hoc caſu vendendo
dicitur adimplete factum partis, ac ipſius debi-
toris, tenent Cephal. conſ. 455. Bard. de Iur. Pro-
thomiſ. quæſt. dependen. 12. n. 6., & ſeqq. Benedell.
eodem tractat. verſic. ſancimus nu. 122. in fine, qui
teſtarur de opinione ſeruata à Sacr. Conſ. Nea-
politano, Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 14.
n. 13., & ſeqq. Gratian. cap. 544. n. 15., & infra,
& cap. 784. n. 9., & ſeqq. Carol. Anton. de Luc. ad
Gratian. cap. 544. n. 8. verſic. exaduerſo, qui vlti-
mo loco refert hanc opinionem, Ciarlin. contr.
forenſ. 72. n. 16. lib. 1. Cirocc. diſcept. 29. num. 13.
Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 55. n. 12. Ma-
tricuz. alleg. gloſ. 7. n. 10., vbi præcipuè id dicit
procedete de Iure Regio Hiſpaniæ, Cenc. de
Cenſ. quæſt. 66. n. 25. cum duob. ſeqq. Mangil. de
ſubhaſt. quæſt. 108. num. 13., & 15., & quæſt. 120.
n. 37., & 11., qui vtrobique teſtatur de veriori,
& magis commnoi opinione, Poſt. ſimili tractat.
de ſubhaſt. inſpect. 36. n. 18., & infra Barbat. de
diuiſ. fruct. par. 2. cap 6. n. 16. Aſcius de termin. 20.
per tot., qui hoc firmat articulo ad partes di-
ſcuſſo, & contrarijs ſublatis, Franch. deciſ. 482.,
& 588. Sanfelic. deciſ. 103. Magon. deciſ. Florent.
100. Maynard. deciſ. Tholoſ. 46. n. 2. lib 6. Chriſtin.
deciſ. Belgic. 55. nu. 6. vol. 3. Rot. deciſ. 193. coram
Gregor. deciſ. 52. n. 3. coram Duran.
Patet ex Doctoribus ſupra relatis, quod vtra-
que opinio habet Doctores magni ponderis, &
98 quod propterea eſt conttouerſa, vnde pro vtraque
opioione refert Doctores Carol. Anton. de Luc. ad
Gratian. cap. 544. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 120.
Thor. in compend. deciſ. par. 2. verb. Ius congrui
fol. 320. Magon. deciſ. Florent. 100.; ego verò li-
bentèr adhæreo ſecundæ opinioni admittenti re-
tractum etiam in ſubhaſtatione, cum hæc veniat
appellatione venditionis, vt probant Doctores
relati ſupra n. 97. admittentes hanc opinionem.
Et opinio pro non competentia retractus, de
99 qua agitur pręcipuè io Voto Camerarij impreſſo
par. 1. recen. deciſ. 784. procedit io retractu com-
peteote ex Bulla Gregorij XIII. 22. §. 8. expreſsè
diſponente ſuper retractu, quando dominus ſua
ſpontè, & voluntariè vendit, vt aduertitur in
dict. deciſ. 784. n. 8., & 9. vbi dicit, motiuum,
quod ſubhaſtatio proueniat ex principio volun-
tatio debitotis, qui debitum ex ſua voluntate
cootraxit, oon adaptari Bullæ Gregorianæ, quæ
ad effectum retractus uoo ſolum conſiderauit in
venditore ſimplicem voluotatem, ſed addidit
verbum ſpontè, quod non verificatur io ſubhaſta-
tione, quæ licet habeat principium voluntarium
100 quoad debitum, attamen quoad executionem
non dicitor facta à debitore voluntariè, ac ſpon-
tè, vt benè declarant Gratian. cap. 544. num. 21.
& ſeqq. Poſt. de ſubhaſt. inſpect. 36. n. 27., & infra,
qui n. 30. dicit hoc modo concordari poſſe coo-
trarias opiniones Mangil. eodem tract. quæſt. 121.
per tot., & præclarè Epiſcop. Rocca diſput. Iur.
Select. tom. 2. cap. 163. n. 17. ad 27. vbi ſuper hoc
refert duas reſolutiones Tribunalis Cameræ fa-
ctas de annis 1631., & 1637. coram Cardinali-
bus Gabriellio, & Bonuiſio tunc Cameræ Cle-
ricis.
Ideoque præciſis dictis Conſtitutione Grego-
riana, & alijs ſtatutis ſuper retractu loquentibus
expreſsè de ſpontanea, & voluntaria venditione
(ve loquitur Conſtitutio Gregoriaua, ac ſtatu-
tum noſtrum hìc) verior & magis ſundata eſt
opinio pro competentia retractus etiam in ven-
ditione facta mediante ſubhaſtatione; quod cer-
101 tius procedit quando ſubhaſtatio eſt facta noo
ipſi creditori, ſed tertio licitatori, Barbat. de
Diuiſ. fruct. par. 2. cap. 6. n. 18. de Marin. quotid.
reſol. lib. 1. cap. 256. Balthaſſar. alleg. reſol. 18. n. 4.
Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. cap. 544. n. 5., &
6. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 55. num. 12.
verſic. quando adiudicatio, & n. 13. Caruſ. in Silu.
Termin. Arbor. 21. n. 135.
Ad motiuum opinionis contrariæ ſuper oon
competentia retractus, quando res vendita fuit
per ſubhaſtationem in eo conſiſtens, quod impe-
diretur commercium, ex quo licitatores non ac-
cederent faciliter ad licitandum, & emendum
bona, quæ venduntur ſub haſta publica, ne po-
ſteà illa amittereot per retractum ſuper illis in-
tentandum, reſpondent Doctores tenentes opi-
oionem pro retractu, quod hoc non eſt verum,
102 quia adhuc liciratores cum omni facilitate ac-
cedunt ad licitandum, vt in puncto notat Franc.
Marcian. diſput. 38. n. 36. verſic. demum, & facit
præclarè Rouit. ſuper Pragm. Regu. Neapol. ſub
Rubr. de Feudis n. 43.
103 Et licèt Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 71.
n. 14. quem ſequitur Epiſcop. Rocc. diſputat. Iur.
Select. tom. 2. cap. 163. n. 31. pro excluſione retra-
ctus in venditione facta per ſubhaſtationem ad-
cat rationem, quia ille, cui competebat retra-
ctus poterat licitare, & offerre, dum ſubhaſta-
tio publicè gerebatur in loco illius, cui compe-
tebat retractus, adhuc talis ratio non concludit,
cum omnibus ooo innoteſcant huiuſmodi ſub-
haſtationes, nec ille, cui competit retractus ex
ſola præſentia in loco bonorum, & vbi fit ſub-
haſtatio poteſt ſcire, quod ſuper bonis, ſuper
qoibus competit retractus, ſit facta executio, &
illa ſint ſubhaſta publica.
Qui tamen vellet adhærere opinioni pro non
competeotia retractus in ſubhaſtatione etiam ex-
tra terminos Gregorianæ, & ſtatutorum haben-
tium ſimilia verba ſuper retractu faciendo ſolum
104 bonorum ſpontè venditorum, quam acriter, &
ſolidè tuetur Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. Select. tom.
2. cap. 163. n. 16. ad 33., qui pro hac opioiooe
adducit rationes, & reſpondet contrarijs, adhuc
illa ſolùm procedere poteſt perfecta ſubhaſtatio-
ne, ſecus ſi ea non completa vicious, agnatus,
vel alter, cui competit retractus, compareret ad
105 licitandum, tunc enim deberet omninò præ-
ferri, Magon. deciſ. Florent. 100. num. 3. Thor. in
compend. deciſ. par. 2. verbo Ius congrui col. 2. circa
finem fol. 320.
Quarto retractus competit, quando agnatus,
vicinus, vel conſors alicoat ex titulo locationis
perpetuæ, vel ad longiſſimum tempus, vel ex ti-
106 tulo emphyteuſis, cum tunc tales conceſſiooes
habeantur pro contractu venditionis Rendell. de
Iur. Prothomiſ. §. ſancimus, verbo rem mobilem
n. 15., & ſeqq., & in verbo locationem n. 9., & in-
fra,

ſra, Bard. eodem tractat. quæſt. dependen. 12. n. 1.
verſic. vndè in caſu propoſito, Gratian. benè cap.
460. n.39., & ſeqq. Caſtald. conſult. forenſ.54. n.4.
Rot. deciſ.210. n.4. coram Merlin.

Et hoc idem in terminis Bullæ Gregorianæ,
107 quod tali caſu ſit locus retractui, Gratian. dict.
cap.460. num. 80., & 81., qui teſtatur de rece-
ptiori opinione, & de obſeruantia, ſuper qua
videatur Cardin. de Luc. in ſupplemen. par. 2. de
ſeruit. diſcurſ.103., qui facit plures caſus, qui de
Luca profitetur in dict. diſcurſ. 103. illum feciſſe
pro veritate.

Facilius autem competit retractus ſuper re
alienata per locationem ad longum tempus,
quando illa facta fuit cum pacto francandi, ex
108 quo tale pactum transfundit contractum loca-
tionis in contractum venditionis, Decian. reſponſ.
76. lib. 2. Conc. de Cenſ. quæſt. 66. n. 36. Caſtald.
dict. conſult.54. n.5. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol.
tom.3. par.12. quæſt.14. num. 18. Barbat. de Diuiſ.
fruct. par.2. cap.6. n.22. Rot. deciſ.210. n.5., & 6.
coram Merlin.

Quintò competit retractus ſtatutarius ratione
agnationis, vel vicinitatis, quando dominus di-
rectus vendit ſuum dominium directum emphy-
teutę, ex quo hic de iure non habent aliquam
109 prælationem in emptione rei, quam retinet in
emphyteuſim plenè poſt alios relatos Molfeſ. dict.
quæſt.14. n.24 ad 30., qui teſtatur de veriori, &
receptiori opinione.

Sextò procedit in venditione rei facta cum re-
ſeruatione dominij, donec fuerit ſolutum præ-
tium, nam adhuc vicinus, agnatus, conſors ſo-
110 luto prætio poteſt retrahere, cum venditio ſic
facta ſit vera, & perfecta venditio, Molfeſ. dict.
par.12. quæſt.16. n.3., & 4. Berlicch. concluſ. 39.
n.53. par.2. Vrceol. conſult. forenſ. 5. n. 59. Gobb.
conſult. deciſ.141. n. 6., qui duo vltimi adducunt
ſuper hoc rationes, Afflict. deciſ.338. per tot.

Septimò habet etiam locum in venditione fa-
cta cum pacto de retrouendendo, vnde retractus
111 intentari poteſt contra emptorem cum tali pa-
cto, Bard. de Iur. Prothomiſ. quæſt. 12. §. quo ad
venditionem Molfeſ. alleg. quæſt.16. num. 1., & 3.
Cirocc. diſcept.29. n.42.

Octauò competit emptori cum pacto de retro-
112 uendendo, hic enim quouſque venditor non
redimat, eſt dominus rei emptæ Gratian. cap.742.
n.30., & 31. Cirocc. diſcept. 29. n. 43. Rot. deciſ.
44. n.1., & 2. poſt Duard. de Cenſ.

Ita tamen, quod eueniente caſu retrouendi-
tionis teneatur ille, qui retraxit reſtituere vendi-
113 tori bona per retractum acquiſita reſtituto
prætio in emptione per retractum erogato, Cirocc.
diſcept.29. n.44.

Nonò compit retractus etiam hæredi grauato
per fideicommiſſum, cum dicatur dominus pleno
114 iure, donec veniat caſus reſtitutionis fideicom-
miſſi, Gratian. cap.742. n.27., & ſeq.

Talia tamen bona titulo retractus acquiſita ab
hærede grauato non ſunt reſtituenda fideicom-
115 miſſi purificatione eueniente hæredi fideicom-
miſſario, Gratian. dict. cap.742. n.41., & ſeq.

Decimò competit retractus ratione agnatio-
nis, & conſanguinitatis filio etiam hæredi patris
116 ſuper re à patre alienata, cum tali caſu filio
concedatur retractus tanquàm agnato, non tan-
quàm hæredi Decian. reſponſ.35. lib.4., vbi quod
communis, practica ita obſeruat, Gomez. ad leg.
Taur. in leg.70. num.10. Matienz ad leg. Recopill.
lib.5. tit.11. leg.7. gloſ.1. n. 68., & ſeqq. Chriſtin.
ad leg. Municip. Mechlinen. tit.11. art.3. n.19., &
in annot. n.5. Fragoſ. de Regim. Reipub. tom.3. lib.5.
diſput.6. §.13. num. 406. Roſſental. de feud. cap. 9.
concluſ.89. n.1., & ſeqq. Giurb. obſer.24. n.10., &
11. Balthaſar. pract. reſol. tit.10. reſol.15. num.4.
§. verum contraria, vbi teſtatur de veriori opinio-
ne par.2. Caruſ. in Silua Termin. Arbor. 21. n. 44.
verſic. ſecus tamen, Gratian. cap.205. num. 29., &
ſeqq., & cap.433. n.1., & ſeqq. vbi quod hæc eſt
verior, & magis communis opinio.

At quod filius hæres ſimplex patris non poſſit
117 rem à patre venditam retrahere in vim ſtatuti
retractum concedentis agnatis, plenè probant
Honded. conſ.3. n. 47., & ſeqq. lib. 1. vbi adducit
ad hoc plura fundamenta, Palm. Sen. conſ.32. per
tot., quod conſilium eſt magiſtrale, & deciſiuum,
& omnibus contrarijs reſpondet, cumulando pro
hac opinione Doctores, & rationes, & num. 32.
verſic. tertio quia rationes, dicit, quod rationes
pro hac opinione ſunt validiores, & vrgentiores,
Gratian. cap.234. nu. 28., & infra, & hæc opinio
videtur verior, & magis rationi conſona in hæ-
rede ſimplici, pro qua videantur omninò dict.
Palma, Balthaſar. alleg. reſol. 15. nu.4. §. hæc ta-
men, vbi idem ſi pater vendiderit rem, tutam
etiam à retractu.

Et hæc ſecunda opinio caret omni dubio,
118 quando pater promiſit de euictione pro ſe, &
hæredibus Honded. dict. conſ. 3. à n. 63., & ſeqq.
lib.1. Palma dict. conſ., 2. n 53. Gratian. cap.234.
n.29., & ſeqq. Matienz. vbi proximè n.76.

An autem viuente patre retractus agnatitius
competat filio ad effectum, vt illi fieri debeat de-
119 nunciatio venditionis factæ extraneo affirmant
Soccin. Iun. conſ.4. à n.10., & per tot. lib.2. Mut.
ad Conſuetud. Panhorm. cap.26. nu. 145., & 146.
Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit.11. de empt., &
retract. leg.7. gloſ.1. nu. 58., & ſeq. Magon. deciſ.
Florent.26. n.25., & ſeqq.

Sed quod viuente patre, in cuius poteſtate fi-
120 lius exiſtit, non poſſit filius intentare talem re-
tractum tenet Giurb. obſer.24. num.4., vbi refutat
contrarios, & Giurbam ſequitur Caruſ. in Silu.
Termin. Arbor.21. n.44.

Primam opinionem acerrimè per optimas ra-
121 tiones reſpondendo etiam contrarijs tenet Ma-
tienz. vbi proximè à n. 58. firmans, patre adhuc
viuente competere filio etiam non emancipato
retractum agnatitium, & quidem rationes ab eo
allatæ ſunt ſatis validæ.

Vndecimò competit retractus ſtatutarius vici-
no ratione vicinitatis ſuper domo vendita,
etiamſi vicinitas procedat ratione horti, ſeu vi-
ridarij annexi eidem domui, ex quo talis hortus,
122 vel viridarium eſt pars domus, cui adhæret, &
dicitur prædium vrbanum, & ſic non tollit vici-
nitatem Io: de Amic. conſ.1. n.5. ad 16., & nu.45.
ad 46. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom.3. par.12.
quæſt.9., & in puncto benè Trentacinq. conſ. 72.
n.4., & 5. lib.2.

Non obſtat, quod hortus, tanquam prædium
ruſticum non trahat ad ſe vrbanum, nec detur
123 retractus ab illius vicinitate ſuper domo præ-
dio

dio vrbano iuxta *deciſ. Afflict.* 233. quam ſequun-
tur *Pariſ. conſ.* 82. *num.* 45., *& ſeqq. lib.* 3. *Decian.*
reſponſ. 15. *à n.* 21. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 417.
n. 484. *tom.* 1. *Corradin. de prælat. quæſt.* 33. *n.* 59.,
nam huiuſmodi authoritates adductæ in obiecto
poſſunt procedere, quando hortus eſt deſtinatus,
ac paratus cauſa colligendorum fructuum prin-
cipaliter, & de per ſe ſtat tanquàm talis, ſecus ſi
principaliter ſit paratus ex deſtinatione patris
familias ad oblectamentum, & cauſa domus, &
ad eius maiorem commoditatem, & amenitatem,
& ex domo ad illum habeatur aditus, & ſic ſit
potius pars domus, nam tunc habetur pro præ-
dio vrbano, non ruſtico, & ſic intrat retractus
124 ratione viciuitatis domus, non obſtante horto
parte domus intermedio, benè *Trentacinq. dict.*
conſ. 72. *n.* 4., *& ſeqq.*, qui *n.* 8. *verſic. primo quia*
dicit, quod *deciſ.* 233. *Afflict.* procedit quando
ius congrui prætenditur ratione horti, ſecus ſi
ratione domus prædij vrbani, quæ habet hortum
tanquam partem propriam ipſius prædij vrbani,
quod benè ponderat etiam *Io: de Amic. conſ.* 1.
n. 45., *& ſeqq.*

Aduerte tamen, quod ſi adſit ex alia parte vi-
cinus habens immediatè vicinitatem cum domo
125 non mediante horto, tunc in retractu hic præ-
fertur vicino mediante horto, *Io: de Amic. conſ.* 1.
n. 33. *ad* 37. *Molfeſ. alleg. quæſt* 9. *n.* 6., *&* 7.

Duodecimò retractus ſtatutarius competens
ratione vicinitatis competit etiam habenti ſola-
ria ſuperiora, vel inferiora domus, ſi dominus ſu-
perioris, vel inferioris ſolarij velit vendere, cum
126 talis ſuperior, vel inferior ratione ſolariorum
dicatur vicinus, *Io: de Amic. conſ.* 1. *n.* 13., *& ſeq.*
Vegg. conſ. 2. *num.* 24. *Molfeſ. dict. tom.* 3. *par.* 12.
quæſt. 6. *n.* 24., *ſeqq.* (qui addit, quod talis dici-
tur magis vicinus, quam ſit collateralis, cui pro-
pterea præfertur in retractu) *Rot. deciſ.* 65. *nu.* 3.
poſt Mangil. de ſubhaſtat.

Decimotertiò videndum, an retractum ſtatu-
tarium vigore vicinitatis impediat via publica
interſecans, & diuidens prædium retrahens, & re-
trahendum, & dic quod ſic, cum talis via publi-
ca ſeparet prædia ad inuicem, & tollat inter illa
127 contiguitatem, cohærentiam, connexionem,
& vicinitatem, ſuper quibus fundatur retractus
argumento *tex. in l.* 4. §. *fin.*, *& l. ſeqq. ff. fin. re-*
gund. in puncto firmant *Io: de Amic. conſ.* 1. *n.* 17.
Rendell. de Iur. Prothomiſ. in verbo via publica
n. 3., *&* 4. *fol.* 338. *Benedell. eodem tractat. in Rubr.*
n. 48. *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol tom.* 3. *par.* 12.
quæſt. 10. *n.* 20., *& ſeqq. Cirocc. diſcept.* 29. *nu.* 26.
Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 69. *n.* 2., *& ſeqq.*,
vbi teſtatur de communi, & recepta Doctorum
ſententia, *Gobb. conſult. deciſ.* 103. *nu.* 21. *Rocca*
diſput. Iur. ſelect. tom. 2. *cap.* 162. *nu.* 12. *cum duo-*
bus ſeqq. Palm. Nepos alleg. 8. *n.* 21., *&* 25. *Vi-*
nius deciſ. 488. *n.* 7. *Marlian. deciſ. Iannen.* 64. *n.* 1.
Rot. deciſ. 14. *n.* 3., *&* 18. *poſt Pacichell. de diſtant.*

Hoc idem dicendum, ſi inter vtrumque præ-
dium adſit flumen publicum intermedium, cum
128 prædia ob flumen non ſe coniungant, ſed ab
illo ſeparentur *Io: de Amic.*, *Rendel.*, *& Benedell.*
vbi proximè *Molfeſ. alleg. quæſt.* 10. *nu.* 24. *Rocca*
dict. cap. 162. *n.* 3., *& ſeqq.* latè.

Via tamen vicinalis, & priuata non impedit
retractum ratione vicinitatis, ex quo talis via
dicitur communis inter vicinos, & non tollit
129 contiguitatem prædiorum, cuius contiguitatis
vigore competit retractus, *Riminal. Iun. conſ.*
382. *n.* 51. *lib.* 4. *Benedell. in Rubr. vbi ſupra n.* 48.
Molfeſ alleg. quæſt. 10. *nu.* 30. *cum duobus ſeqq. Ci-*
rocc. diſcept. 29. *n.* 27. *Rocca alleg. cap.* 162. *nu.* 14.
verſic. quicquid ſecus ſit, *Afflict. deciſ.* 62. *Marlian.*
deciſ. Iannen. 64. *n.* 9., *&* 10.

Nec via intermedia tollit vicinitatem, quando
130 inter illam adſunt prædia eiuſdem Domini de-
ſtinata, vt ſint idem corpus, plenè *Palm. Nepos*
alleg. 8. *n.* 26. *ad* 32.

Similiter nec riui, foſſata, ac flumina priua-
ta non perennia, & quæ in æſtate deſiccantur tol-
lunt retractum ratione vicinitatis, & de talibus
riuis, foſſatis, ac fluminibus priuatis idem iu-
dicatur, ac de alijs rebus priuatis, & ripa flu-
minis priuati dicitur eſſe de pertinentijs illius,
cuius eſt flumen, quod pertinet ad illos, qui pro-
131 pè illud prædia poſſident vſque ad medium
verſus ſuam ripam *Gratian. cap.* 480. *n.* 1., *& ſeq.*
Antonell. de tempor. legal. lib. 2. *cap.* 81. *n.* 22., &
præciſè probant *Io: de Amic. conſ.* 1. *n.* 17. *verſic.*
ſed prædictis non obſtantibus, *& ſeqq. Riminal. Iun.*
conſ. 382. *n.* 50. *lib.* 4. *Gobb. conſult. deciſ.* 103. *n.* 18.,
& 19. *Rot. deciſ.* 14. *num.* 14. *poſt Pacichell. de*
diſtant. confirmata *deciſ.* 19. *nu.* 10., *&* 11. *apud*
eumdem.

Quando autem, & ex quibus via dicatur pu-
132 blica, vel vicinalis, videantur *Molfeſ. dict. q.* 10.
n. 1., *& ſeqq. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.* 69.
Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2. *cap.* 162. *nu.* 4., *&*
ſeqq. Marlian. deciſ. Iannen. 64., & ego dixi ad
Stat. Vrb. lib. 1. *cap.* 101. *artic.* 1. *n.* 1.
133 Flumina autem, quando dicantur publica,
vel priuata latè diſcurrit *Vegg. conſ.* 1. *Syxtin. de*
de Regal. lib. 2. *cap.* 3. *Sabell. in ſumm. diuerſ. tom.* 2.
lit. F, §. *flumen* 16.

Decimoquartò nota quod retractus non com-
134 petit vſufructuario ratione vicinitatis, cum
res, in qua cadit vſusfructus, non ſit propria vſu-
fructuarij, ſed aliena, idest proprietarij *Rendell.*
de Iur. Prothomiſ. verſic. per emphyteuſim num. 68.
fol. 64. *Molfeſ. dict. tom.* 3. *par.* 12. *quæſt.* 12. *n.* 12.,
& ſeqq. latè *Molegnan. Altercat. legal.* 40. *num.* 1.
& infrà.
135 Fallit ſi vſufructuarius petat retractum ex
perſona proprietarij *Rendell.* vbi proximè *n.* 70.,
& Molfeſ. dict. quæſt. 12. *n.* 7.

Vnde ſi vſufructuarius emat proprietatem rei,
in qua habet vſumfructum, tunc contra illum
competit retractus ſuper proprietate, firmo pro
136 eo remanente vſufructu, ſicut illum habebat
antequam proprietatem emeret, plenè *Matienz.*
ad leg. Recopill. lib. 5. *tit.* 11. *leg.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 39.
& ſeqq.

At quando vſufructuarius vendit commodita-
137 tem vſusfructus proprietario, vel extraneo,
non competit retractus *Rendell.* vbi proximè *n.* 64.
& ſeqq. Molfeſ. alleg. quæſt. 12. *n.* 8., *& infra*, *Ma-*
tienz. dict. gloſ. 1. *n.* 32., *& ſeqq. Io: Franc. Baltha-*
ſar. pract. reſol. par. 2. *tit.* 10. *reſol.* 1. *n.* 17. *Anton.*
Gomez. ad leg. Taur. in leg. 70. *n.* 33., qui vlterius
firmat, quod ſi vſufructuarius vendat talem com-
moditatem extraneo, proprietarius non poteſt
illam retrahere, nec è contra ſi proprietarius
138 vendat proprietatem, competit ſuper illa re-
tra-

tractus vſufructuario , *Gomez. In dict. leg. 70.*
num.32.

Decimoquintò nota, quod tetractus non com-
petit agnato , vel vicino conrra dominum dire-
ctum in emptione rei emphyteuticæ , cum ſem-
139 per dominus directus præſtratur, cum in re ſua
habeat ius potentius inſertum in corpore iuris
pro prælatione ratione dominij directi *Coſt. Si-*
cul. conſ.50. n.35., & 36., & conſ.94. n. 47., &
poſt plures congeſtos idem firmat *Molfeſ. dict.*
tom.3. par.12. quæſt.14. n. 2., & ſeqq., vbi quod
iu hoc conueniunt omnes , *Balthaſar. pract. reſol.*
par.2. tit.10.reſol.1. n.15. Berliccb. deciſ.98. p.15.
par.1.

Fallit concluſio ſi dominus directus conſenſe-
rit alienationi in alium factæ , ac receperit laude-
mium, cum hoc caſu per approbationem aliena-
140 tionis , cenſeatur renunciaſſe iuri prælationis ,
Alex. benè *conſ.26. n.6., & 7. lib.6. Molfeſ. dict.*
quæſt.14. n.6.

Vndè prælatione domini directi ſublata de
medio, intrat retractus ſtatutarius ratione agna-
tionis , vel vicinitatis , nec domini directi per-
ſona poteſt præſtare impedimentum retractui .

Nec talis prælatio ſauore domini directi com-
petit ſi alienatio facta ſit in conſanguineum , vel
alium comprehenſum in inueſtitura , cum tunc
non dicatur noua acquiſitio , ſed quædam domi-
nij continuatio , & ſic dominus directus quoad
comprehenſos in inueſtitura dicitur renunciaſſe
141 iuri prælationis , nec tali caſu in alienatione ,
quæ fit in comprehenſos requiritur conſenſus do-
mini directi plenè *Coſt. Sicul. conſ.50. nu.37., &*
ſeqq., & conſ.44. n.48. cum duobus ſeq.

Decimoſextò nec prælatio , vel retractus com-
petit emphyteutæ , ac domino vtili in emptione
142 directi dominij venditi à domino directo *Ric-*
ciul. de Iur. perſon. extra grem. Eccleſ. exiſten. lib.
2. cap.16. nu.4. Rot. deciſ.547. in fine par.2. recen.
vbi quod hoc fuit reſolutum in *Romana retractus*
31. Ianuarij 1605. *coram Iuſto* .

Decimoſeptimò dic , quod retractus , & præ-
latio non competit illi , qui emit domum , vel
prædium cum pacto retrouendendi intra certum
143 tempus , ſi venditor cum tali pacto vendat al-
teri , & hoc alias coram me iudicante ſic fuit re-
ſolutum contra D. Donatum Finum fauore D. de
Laurentijs ex rationibus adductis in voto , quod
hic inſeritur ſequentis tenoris.

Non poteſt D. Donatus Finus retardare reſti-
tutionem remiſſæ pro recludendo curru ab eo
pro ſcutis quatuor centum emptæ cum pacto de
retrouendendo , dum Curta venditrix illam libe-
rè poſteà vendidit D. de Laurentijs, nec prælatio
in emptione remiſſæ ab eo allegata illi ſuffragari
poteſt , dum nullo iure fundatur .

Siquidem de iure quilibet poteſt rem ſuam
144 vendere cui vult , nec cogitur potiùs vni, quàm
alteri vendere per *tex. litterales in leg. dudum , &*
l. inuitum C. de contrab. empt., & vendit. latè *Rot.*
deciſ.2229. n.4., & ſeqq. coram Coccin. , vndè de-
bet D. Finus oſtendere ius , ſuper quo talem præ-
lationem fundare intendit , quod tamen non
oſtendit; tria enim iura pro prælatione deducun-
tur, quorum nullum habet ſubſiſtentiam .

Primum enim fundatum *in Conſtit. 22. Grego-*
rij XIII. ratione Inquilinatus non ſubſiſtit in fa-
cto , minuſque in iure , dum ipſe D. Finus non
poſſidet remiſſam tanquam rem conductam , ſed
tanquam rem propriam ex titulo emptionis , in
145 qua non cadit ius inquilinatus, quod procedit
tantum in domo conducta , & non propria , *Pa-*
cion. latè *de locat., & conduct. cap.20. nu.96., &*
ſeqq. vbi refert per extenſum deciſionem *in Ro-*
mana Prælationis coram Cardin. Sacrato , quam ſe-
quitur etiam *Add. ad deciſ.130. nu.169., & ſeqq.*
146 *par.8. recen.* , vbi quod ſi ſit vendita domus in-
quilino cum pacto de retrouendendo, ſi dominus
ceſſerit tale ius redimendi alteri , talis inquilinus
non poteſt prætendere prælationem , ex quo per
emptionem domus ceſſauit inquilinatus , & cœ-
147 pit poſſidere iure proprio , cum inquilinatus
non cadat in re propria *argum. tex. in leg. Inqui-*
lino ff. de damno infect., & Pacion. vbi proximè .

Secundum ius prælationis deductum ex *Stat.*
Vrb. lib.1. cap. 110. vigore conſortij , nec minus
ſubſiſtit , dum Finus eſt dominus totius remiſſæ
titulo emptionis, non autem conſortij, nam quo-
vſque per Curtam venditricem remiſſæ cum pa-
cto redimendi illa non redimatur, totum illius
dominium reſidet penes Finum emptorem , &
148 ſic non poteſt habere locum præfatum *Statu-*
tum 110. vigore conſortij , dum hoc ceſſat defi-
ciente communione in re *Rot. deciſ.502. n. 3. p.2.*
recen. deciſ.386. n.4., & infra , vbi contraria de-
clarantur , confirmata *deciſ. 411. coram Merlin.* ,
& in puncto quod ceſſionario pacti redimendi
non poſſit per habentem rem emptam cum tali
149 pacto opponi ius prælationis ex capite con-
ſortij firmat *Fenzon. ad dict. Statut.* 100. *num. 3.*
lib. 1.

Nec tertium ius prælationis deductum, ex quo
Fino illa competeret de iure virtute pacti redi-
mendi , quod ſcilicet ipſi vti emptori remiſſæ
cum tali pacto eſſet debita prælatio in libera em-
ptione eiuſdem remiſſæ , & quod eſſet præferen-
dus extraneo emptori , vt per quaſdam æquita-
tis rationes hoc firmat *Nouar. qq. forenſ. lib. 2.*
quæſt.2., qui vti punctualis allegabatur per Emi-
150 nentiſſimum D. Cardinalem Sacripantem,tunc
Sacri Conciſtorij, ac in Romana Curia Inſignem
Aduocatum, poſteà ad Subdatarij munus aſſum-
ptum ſub S. mem. Innocentio XI. bonorum fau-
tore , & à Sanctiſſimo D. N. Innocentio XII. in
varijs grauibus negotijs adhibitum,& plenè pro-
batum , & meritò poſteà ad Purpuram , ſic eius
exigentibus meritis,euectum .

Nam motiuis inanis congruentiæ , ſuper qui-
151 bus fundatur *Nouar.* eo reiecto reſpondet do-
ctiſſimus *de Marin. quotid. reſolut. lib. 2. cap.161.*
nu.17., & ſeqq., & iiſdem motiuis , ac futilibus
rationibus , quibus nititur *Nouar.* , ſi benè per-
pendantur fuit reſponſum per *Rot. deciſ.547. par.*
2. recen. , cum caſus relati per *Nouar.* ad arguen-
dam prælationem , alij nullo iure probentur , alij
nitantur expreſſæ diſpoſitioni legum , vel ſtatu-
torum , ac Conſtitutionum particularium conce-
dentium prælationem , vt benè aduertit oculatiſ-
ſimus *de Marin. dict. cap.161.*

Ceſſante namque expreſſa diſpoſitione legis ,
ſtatuti , vel alterius particularis Conſtitutionis ,
quæ concedat emptori cum pacto de retrouenden-
do prælationem, debet ſtari diſpoſitioni iuris cla-
152 ri , per quod quis inuitus non cogitur vni prorſus ,

Digitized by Google

ſus, quàm alteri vendere iuxtà *l. dudum*, *& l. nec
emere C. de contrab. empt.*, *& vendit.*, quæ cum ſint
leges præciſæ, & omni ratione ſuffultæ non de-
bent ſubuerti ſub figuraris ratiocinijs æquitatis, vt
benè aduertit *de Marin. dict. cap. 161.*, & ſedulo
Rot. deciſ. 547. par. 2. recen., correctio namque le-
gum fieri non poteſt cum ratiocinijs apparenti-
bus conſideratis à Doctoribus, nec clara iuris di-
ſpoſitio debet ſubuerti cum friuolis motiuis men-
dicatæ æquitatis, cum potius omnis æquitas ſua-
deat, quod quis poſſit liberè de bonis ſuis diſpo-
153 nere, in quem voluerit, vt appoſitè arguit *Rot.
deciſ. 386. num. 22. & 23. coram Merlin.*, vbi quod
dum æquitas ſuper prælatione non eſt in Iure
ſcripta, debet ſeruari diſpoſitio dictæ *leg. dudum
C. de contrab. empt.*, in qua reijcitur dicta figura-
ta æquitas, & velata honeſtas pro prælatione,
quæ ibi iniuria appellatur.

Non obſtat, quod *de Marin. alleg. cap. 161.*, *&
Rot. dict. deciſ. 547. par. 2. recen.* loquantur in ter-
minis ſimplicis iuris redimendi, quod ſcilicet,
qui cum pacto redimendi emit non poſſit præten-
dere prælationem in emptione eiuſdem iuris redi-
mendi, non autem percutiant hunc caſum, in quo
agitur de prælatione in emptione ipſius rei ſubie-
ctæ pacto redimendi, reſpondetur enim quod in
vtroque caſu militat eadem ratio, ſi enim nequit
conqueri emptor cum pacto redimendi, quod di-
154 ctum pactum ſiuè ius redimendi ſit venditum
tertio, nec poteſt ſuper illo prætendere prælatio-
nem, ſed tenetur præciſè retrouendere tertio em-
ptori dicti pacti redimendi, ità idem eſt quando
venditor cum pacto redimendi rem cum tali pa-
cto venditam vendit liberè alteri, nam quando
tertius emptor iuris redimendi recuperat poſtea
cum dicto iure empto ipſam rem, illam acquirit
ex iure redimendi empto, & emptor rei ſubiectæ
tali pacto illam recuperat pariter ex iure vendi-
toris, qui vendidit cum pacto redimendi; & qua-
tenus eſſet dubium an intraret prælatio, & retra-
ctus, cum hic ſit contra iuris diſpoſitionem cla-
155 ram, in dubio iudicandum eſt contra retractum
Aldouin. conſ. 40. num. 36. cum duobus ſeqq., & pro-
bane alij per nos adducti in Commentar. *ad Stat.
Vrb. lib. 1. cap. 110. artic. 1. n. 41.* forſan in lucem
dandis, ſi Deus tempus, & ocia dabit.

Nec refragatur, quod poſſidenti rem emptam
cum pacto redimendi competat ius retractus
actiuè, & paſſiuè, cum emptor cum tali pacto ha-
beatur pro vero domino, quoſque venditor non
156 retroemat effectiuè *Cirocc. diſcept. 29. num. 42.
Rot. deciſ. 837. num. 1. & ſeqq. coram Buratt.*, quæ
deciſio allegatur pro punctuali, nam reſpondetur,
quod *dicta deciſio*, & authoritates in illa allegatæ
loquuntur ſuppoſita competentia retractus ex
157 ſtatuto, Conſtitutione, priuilegio, vel conſue-
tudine, ſed non firmant, quod illis ceſſantibus
prælatio in re empta competat emptori vigore pa-
cti de retrouendendo, dum prælationis incompe-
tentia ex hoc capite fuit plenè firmata etiam au-
thoritate *Rot. in alleg. deciſ. 547. par. 2. recen.*

Denegaui per prædicta fundamenta prælatio-
nem D. Fino, & dum hic non acquieuit meo iudi-
cato, cauſa deuoluta coram D. Capitaneo ap-
pellationum Vrbis, & petito voto Conſultoris, fuit
158 in Conſultorem deputatus R.P.D. Caprara
tunc A.C. Locumtenens, nunc ſacræ Rotæ Audi-
tor digniſſimus, qui protulit votum pro confirma-
tione mei iudicati, & Capitaneus ad formam
voti confirmauit meam ſententiam, quæ fuit exe-
cutioni demandata ſtante Statuto Vrbis de dua-
bus conformibus. *Hactenus votum.*

Decimooctauo quæritur, an forenſes poſſint
vti ſtatuto de retractu, & hic illis competere ne-
159 gant *Iaſon. conſ. 194. per tot.*, vbi adducit ratio-
nes *lib. 2. Lancellott. Gall. conſ. 76.* pariter *per tot.*,
qui videatur, & ſimul *Crauett. conſ. 271.* qui de-
claratur per *dict. Lancellott. Gall, alleg. conſ. 76.*

At ſi forenſis venditor habeat bona in loco, vbi
viget ſtatutum ſuper retractu vigore vicinitatis,
ab illo ligatur, & cogitur vendere vicino, quinim-
mò maior ratio viget contra forenſem poſſiden-
160 tem in loco ſtatuti, vt teneatur vendere vicino
latè probat *Socinu. Iun. conſ. 25. nu. 9. & ſeqq. lib.
3.* vbi plures refert atteſtantes de communi quem
ſequitur *Spad. conſ. 212. n. 1. & ſeqq. lib. 3.*

Decimonono retractus agnatitius competens
ex ſtatuto ratione ſanguinis non ſuffragatur Mo-
161 naſterio, in quo agnatus proximior eſt profeſ-
ſus, *Matienz. ad leg. Recopill. lib. 5. tit. 11. leg. 7.
gloſ. 2. num. 20.*, *& ſeqq.*, qui teſtatur de veriori, &
receptiori ſententia, & reſpondet contrarijs,
Chriſtin. deciſ. Belgic. 58. n. 4. lib. 2.

Vigeſimo retractus non habet locum in vendi-
162 tione ſimulata, cum hæc non ſit vera alienatio,
nec per illam venditor abdicet à ſe dominium rei
venditæ *argum. tex. in l. nuda ff. de contrab. empt.
Rendell. de Iure Protbomiſ. verſic. ſimulatè dona-
uerit num. 3. & ſeqq. fol. 231. Molfeſ. dict. par. 12.
tom. 3. qu. 23. per tot.* vbi ſimul ponit coniecturas,
ex quibus arguitur ſimulatio.

Vigeſimoprimo an retractus ſtatutarius habeat
locum in permutatione, dic quod regulariter in
illa non procedit, cum non poſſit ille qui præten-
163 dit retractum præſtare id, quod præſtirit em-
ptor, ſeù recipiens in permutationem, plenè *Igne.
in l. dudum num. 82.*, *& ſeqq. C. de contrab. empt.
Molfeſ. dicto tom. 3. par. 12. qu. 20. Chriſtin. ad leg.
Municip. Melchinen. tit. 11. artic. 20.*, *Matienz. ad
leg. Recopill. lib. 5. tit. 11. leg. 7. Gloſ. 10. num. 1.*, *&
ſeqq.*, *Berlicch. concluſ. 39. num. 55.*, *& infra par. 2.
Bard. de Iur. Protbomiſ. qu. 12. num. 3. Cardin. de
Luc. de ſeruit. diſcurſ. 73. n. 1. & ſeqq.*, *diſcurſ. 76.
num. 2.*, *Cirocc. diſcept. 29. num. 15. Caruſ. in Silu.
Termin. Arbor. 21. num. 19. Quæſad. Pilo diſsert. 3.
num. 4. & 5. Io: Franc. Balthaſſar. pract. reſol. p. 2.
tit. 10. reſol. 17. n. 2. verſic. verum hoc*, vbi teſtatur
de veriori, & communiori opinione, & ibidem
adducit ſex rationes *Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2.
Cap. 163. num. 10. & ſeqq. Rot. deciſ. 88. num. 9. &
164 ſeqq. coram Pen.* vbi loquitur in terminis retra-
ctus vigore Bullæ Gregorianæ, *Add. ad Buratt. de-
ciſ. 907. num. 20. & ſeqq. cum alijs in Add. ad deciſ.
131. n. 156. & infra p. 2. recen.*

Et etiam facit ratio in terminis Bullæ Grego-
rianæ, vel huius ſtatuti 110. quia loquuntur de
contractu venditionis, & faciunt mentionem de
pretio, & ſic non poſſunt trahi ad permutatio-
nem, in qua non intrat pretium, & hoc ratione
165 exorbitantiæ Bullæ, ex ſtatuti, benè *Igneus in l.
dudum num. 82. verſic. ſecundo quia ſtatutum C. de
contrab. empt.*, & vltra alios relatos firmant *Gra-
tian. cap. 88. n. 6.*, *Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.
73. num. 3.*

Fal-

Fallit concluſio ſi ad euitandum retractum ſta-
tutarium fuerit fraudolenter confictus contractus
permutationis, vel ſi in permutatione ſit ſtabili-
166 tum prætium, & pro ea datum corpus eſtima-
tum, *Alex. conſ. 197. lib. 7. Bard. alleg. qu. 12. n. 3.
Molfeſ. dict. qu. 20. nu. 6. & ſeqq. Berlicch. concluſ.
39. n. 57. & infra, Matienz. alleg. gloſ. 10. num. 9.
& 10. Mut. ad conſuetud. Panhorm. cap. 26. n. 183.
& ſeqq. Queſad. Pilo diſſert. 3. num. 6., Balthaſar.
alleg. reſol. 17. n. 4. quinto limitatur,* & plenè *Roce.
alleg. 163. n. 21., & infra.*

Generaliter autem quando permutationis con-
tractus dicatur factus in fraudem ad excluſionem
167 retractus, vel potius ceſſet fraus, videndi ſunt
*Igne. in l. dudum num. 83. in fine, & num. 84. cum
duobus ſeqq. C. de contrah. empt., Decian. reſponſ. 23.
lib. 2. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 417. num. 332.,
& ſeqq. Balthaſar.* plenè *alleg. reſol. 17. Harthaman.
Piſtor. obſeru. 138. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.
76., & in Supplem. p. 2. de ſeruit. diſcurſ. 104. Rocc.
dict. cap. 163. num. 23. & ſeqq. Rot. deciſ. 88. coram
Pen., & deciſ. 413. par. 2. recen., Carol. de Meau.
ad Ius Leodien. tom. 5. obſeru. 559. n. 12. & 13.*

At principalis concluſio, quod in permutatio-
ne non habeat locum retractus procedit in per-
mutatione vera, quando datur res pro re, vel quan-
do datur ſpecies maioris æſtimationis, & valoris
*Tiraquell. de retract. gentilit. §. 30. gloſ. 1. n. 9. &
10., Carol. de Meau. ad Ius Leodien. tom. 5. obſeru.
559. n. 9.*, ſecus quando prætium excedit valorem
rei permutatæ, tunc enim potius dicitur contra-
ctus venditionis, licet à partibus permutatio no-
168 minetur, & attenditur qualitas præponderans,
& contractus denominandus eſt iuxta naturam
eius, in quo præualet *Benedell. de Iure prothomiſ.
in princip. num. 94., Moliu. de Iuſt. & Iur. tract. 2.
diſput. 370. n. 19., dict. Balthaſar. alleg. n. 2. verſic.
ampliatur ſecundo Queſad. Pilo diſſert. 3. nu. 7. Ma-
tienz. dict. gloſ. 10. n. 2. & ſeqq. Cardin. de Luc. de
ſeruit. diſcurſ. 73. num. 8. & 9., Epiſcop. Roce. dict.
cap. 163. n. 17.*

Vigeſimoſecundo non intrat retractus, quan-
169 do bona fuerunt data in dotem inæſtimata
*Bard. de Iur. Prothomiſ. qu. 12. num. 5. Molfeſ. dicto
tom. 3. par. 12. qu. 28. num. 9. & ſeq. Matienz.* vbi
proximè *gloſ. 7. num. 16., & infra*, qui *Molfeſ.* hoc
limitat quando bona pro dote fuiſſent data æſti-
mata.

Nec procedit in donatione propter nuptias,
170 ac facta contemplatione certi matrimonij, *Mol-
feſ. dict. qu. 28. n. 16.*

171 Vigeſimotertio ceſſat retractus in donatione
remuneratoria *Molfeſ. alleg. qu. 28. nu. 5, & ſeqq.
Thor. vot. deciſ. 23. p. 1.*

Quod fallit ſi donatio huiuſmodi facta eſſet ſi-
mulatè, ac in fraudem retractus *Thor.* plenè *dict.*
172 *vot. 23.* vbi etiam ponit, ex quibus fraus, & ſi-
mulatio arguatur, & facit *Io: de Amic. conſ. 1. n.
69., & ſeqq.*

Prout ceſſat in donatione cauſa mortis, cum ſit
173 vltima voluntas, *Afflict. in Conſt. ſancimus §. li-
cet enim 3. num. 9. & 10. Carnſ. in Silu. Termin.
Arbor. 21. n. 17.*

Vigeſimoquarto aduertè, quod regulariter re-
tractus non habet locum in alienatione facta per
contractum tranſactionis, ſi ſuper re dubia, & bo-
174 na fide facta ſit *Mangil. de euict. qu. 136. nu. 16.
Afflict. de iure prothom. §. 3. n. 14. Rendell. de Iur.
Prothomiſ. verbo ex tranſactione num. 1. & 2. Ciroce.
diſcept. 29. num. 14. Valeron. de tranſact. tit. 5. qu. 5.
num. 45. Vrceol. eodem tractat qu. 77. per tot. Card.
de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 88. num. 8. & 9., Cutell.
decis Sicil. 10. n. 9. par. 2. Marliau deciſ. Ianuen. 65.
num. 12. Armenzan. deciſ.* pariter *Ianuen 32. num.
3. & 4.*

Idque maxime procedit, quando quis ex tranſ-
actione facta remanet in poſſeſſione rei, ſuper qua
175 petitur retractus, *Valeron. allegat. qu. 5. num 42.
verſic. tenet in re Armenzan. allegat. deciſ. 32. n. 5.,
& num. 8. verſic. nam ſtatutum, & rurſus num. 11.
verſic. ſi autem volumus, qui Cutellus, & Armenz.*
refutant *Tiraquellum* contrarium tenentem.

Quando tamen tranſactio fuit conficta ſuper
re clara, & inita in fraudem retractus, tali caſu
176 cum non agatur de vera tranſactione, intrat re-
tractus *Valeron. alleg. num. 42. circa finem, Cutell.
deciſ. Sicil. 10. n. 13. & 14. tom. 2.*, & facit *Cardin.
de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 88. n. 9. verſic. ſecus autem.
Carol. de Mean. ad Ius Leodien. tom. 2. obſeru. 197.
in fine & obſer. 556. n. 8. tom. 5., Marliau. deciſ. Ia-
nuen. 65. n. 38. cum duob. ſeq.*

Vigeſimoquinto, vicinus non experitur retra-
ctum ſtatutarium contra emptorem, qui emit par-
tem prædij non confinantem cum illo, qui petit
retractum, nec ex hoc poteſt argui fraus, niſi
pars retenta, ac non vendita, ſit ità modica, vt
remaneat inutilis, vel ſi paulò poſt venditionem
177 partis non confinantis fuerit vendita pars re-
manens eidem emptori extraneo ad finem exclu-
dendi antiquum vicinum à retractu plenè *Honded.
conſ. 7. lib. 1. Caball. conſ. Ciuil. deciſ. 36. nu. 9. lib.
1. Ciroce. diſcept. 29. num. 20. & ſeqq. Benedell. de
Iur. Prothomiſ. ad princip. Conſtitutionis ſancimus n.
67. cum tribus ſeqq. ſol. 20. Rot. deciſ. 1554. num. 5.
& infra coram Pen.* confirmata *deciſ. 6. nu. 10., &
ſeqq. coram Buratt.*

Vigeſimoſexto ſi fuerit vendita res cum pacto,
quod habeatur pro non vendita, ſi petatur retra-
ctus tunc hic non intrat, nam ceſſante fraude tale
pactum valet, cum liceat vti tali cautela ad ex-
cludendum retractum, & hoc caſu ſi facta inſtan-
tia pro retractu fuerit receſſum à contractu vendi-
178 tionis cum tali cautela facto, & bona fuere
repoſita in Æſtimo venditoris, retractus petitus
non procedit, benè *Caball. conſ. Ciuil. 36. lib. 1.
Rot. deciſ. 413. num. 2. par. 2. recen.*, & facit *Card.
de Luc. in Supplem. par. 2. diſcurſ. 98. n. 18., & ſeq.*,
vbi agit de venditione facta extraneo ob beneuo-
lentiam, & quod habeatur pro non facta ſi præten-
datur retractus.

Vigeſimoſeptimo ſi fuerit receſſum à contractu
venditionis factæ extraneo, ac venditor recupe-
rauerit rem venditam, ac emptor illam retroceſſe-
179 rit venditori, ceſſabit retractus *Aldouin. conſ. 40.
n. 28. & ſeqq. Rendell. de Iur. Prothomiſ. §. ſcrip-
tum eſt verſic. in venditione num. 15. & 16.* vbi re-
ijcit contrarios *Molfeſ. dict. tom. 3. par. 12. qu. 41.
n. 9., & ſeqq. Groſſ. contr. forenſ. 2. n. 8.*

Sed dicta concluſio à *Ciroce. diſcept. 29. num. 12.*
non admittitur in præiudicium vicini, vel alte-
rius, cui competit retractus, vel eſt intelligenda,
vt procedat ſi reſolutio contractus, ac receſſus ab
illo emanauerit antequam vicinus, vel alter, cui
competit retractus pro illo inſteterit, ſecus poſt
inſtan-

inſtantiam factam pro retractu, tunc enim cum ſit quæſitum ius illi, cui competit retractus ob petitionem de hoc factam, non poteſt amplius in
180 eius præiudicium per partes recedi à contractu *Mandell. Alb. conſ.* 107. *n.* 8. *Molfeſ. alleg. qu.* 41. *n.*6., *& ſeqq. Queſad. Pilo differt.*3. *num.*9. *Cordin. de Luc. de ſeruis. diſcurſ.*71. *Larea deciſ. Granot.* 79. *per tot.*, & ſignanter *num.*6. *par.*2. *Rot. deciſ.*83. *n. fin. coram Duran.*

At quando contractus veoditionis factæ eſſet nullus, vt quia geſtus à minore ſine ſolemnitatibus, vel ex alia cauſa, tunc ſtante nullitate abſque dubio non competit retractus, & poteſt ab eo
181 recedi etiam in præiudicium retrahere volentis, *Rot. deciſ.*83. *coram Duran.* repetita *deciſ.* 73. *p.*5. *recen.*, & benè *Matienz. ad leg. Recopill. lib.* 5. *tit.* 11. *leg.*7. *gloſ.*7. *n.*34.

An autem ad effectum excludendi retractum, poſſit talis nullitas allegari à tertio emptore ex-
182 traneo, poſt *Cepol. conſ. ciuil.* 44. *&* 45. videtur affirmare *Matienz.* vbi proximè *num.*34. *in fine*.
183 At *n.* 36. videtur ex pluribus contrarium firmare, ex quo emptoris nihil intereſt rem reſtituere, cum conſequatur ſuum pretium, ſecus dicendum eſſet, ſi emptor eſſet in damno, & minor ſe opponeret, & diceret de nullitate contractus.

Vigeſimooctauo retractus non competit, nec
184 ſuffragatur, ſi quis nolit retrahere pro ſe, ſed ad commodum alterius, *Goill. obſeru.*19. *num.*8. *& ſeqq. lib.*2. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 238. *num.* 6. *Giurb. obſeru.* 46. *n.*6. *& ſeqq.*, *Borra. contr. forenſ.* 64. *num.*2. *verſic. quartum*, *& per tot. Caruſ. in Silua Termin. Arbor.* 21. *num.* 136. *Caſtill. deciſ.* 85. *num.*16.

Et amplius ſi quis retraxerit nomine proprio tanquam conſanguineus, vel vicinus, vel conſors, & poſtea prædium retractum alteri ceſſerit, fraude
185 detecta, emptor illud recuperabit *vt contra Boer. deciſ.* 139. firmant *Capicc. latr. deciſ.* 57. *n.*47. *cum duobus ſeqq. Giurb. deciſ.* 51. *num.* 10., vbi quod nunquam pro opinione *Boerij* fuit iudicatum, *Caſtill. deciſ.*244. *num.*11. *verſic. ſed dicebatur*, *Caruſ. dict. Arbor.* 21. *num.* 136. *verſic. igitur quomnis maxima*, cum relatis *per Oleam de Ceſſ. Iur. tit.* 3. *num.*13.

Ideoque pauper non habens pecunias de ſuo
186 pro retrahenda re vendita, ſi cogitur illas accipere ſub vſuris, vel alio modo ab alio, præſumitur pro illo fraudolenter retrahere *Borr. contr. forenſ.* 64. *num.*3., *& infra Capicc. latr. deciſ.*57. *num* 43. *& ſeq. Caruſ. dict. Arbor.* 21. *num.* 136. *verſicul. nempè ſi pauper*, & benè *Giurb. deciſ.* 51. *num.*12.
187 *&* 13. vbi quando, & ex quibus arguatur factus retractus ex pecunia alterius, & pro illam dante, ſi aliqua alia adminicula concurrant, & plenè *Queſad. Pilo differt.*3. *num.* 16. *& ſeqq.* vbi oſtendit, ex quibus Iudex poſſit arbitrari, retractum fuiſſe à paupere factum pro alio.

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Retractus vigore conſortij ex hoc Statuto 110., vel alijs ſimillibus, quando nec ne competat, & de requiſitis neceſſarijs pro eo obtinendo; quas perſonas, & caſus hoc ſtatutum comprehendat, & an hic retractus vigore conſortij ſit potentior in concurſu alterius retractus vigore Bullæ iuris congrui, vicinitatis, vel Bullæ Beati Pij V. ſuper Cenſibus.

SVMMARIVM.

188 *Statutum Vrbis dans prælationem conſorti eſt contrarius.*
189 *Habet locum in diſtrictu Vrbis.*
190 *Hoc ſtatutum non comprehendit Clericos, Eccleſias, ac Eccleſiaſticos.*
191 *Conſors ex hoc ſtatuto debet iudicialiter requiri, an velit præferri.*
192 *Interpellatio iudicialis ſat eſt, quod fiat vni ex conſortibus etiam habentibus minimam partem.*
193 *Conſors requiſitus ſi recuſes emere debent requiri alij conſortes.*
194 *Terminus quinque dierum ad petendum retractum poſt interpellationem conceditur conſorti à Statuto Vrbis.*
195 *Dies interpellationis ſtat excluſiuè à termino quinque dierum, cum dies termini non computetur in termino.*
196 *Interpellatio conſorti fit per citationes exequutas iuxta formam citandi traditam* à Statut. V. b. 51. lib. 1.
197 *Citandi forma præſcripta à dicto ſtatuto* 51. *non afficit Curſores, qui poſſunt exequi citationes d. dc. vbique in Vrbe.*
198 *Conſors cenſetur renunciaſſe retractui, ſi intra terminum quinque dierum non declarat velle præferri, nec poteſt purgare moram.*
199 *Retractus vigore conſortij ceſſat, ceſſante communione, & hoc non probata, & ſic non competit poſt diuiſionem.*
200 *Eminentiſs. D. Cordinalis Cauollerinus laudatur.*
201 *Conſortium ad effectum retractus inducitur ex ſolo condominio in re communi indiuiſa.*
202 *In re in æquali, & minima reſpectu totius corporis datur retractus.*
203 *Refertur contraria opinio, ſi res ſit minima reſpectu totius corporis.*
204 *Prior opinio vti verior, ac rationi magis conſona probatur, & num.* 205.
206 *Vicinus habens in re retrahenda ampliores confines præfertur in retractu vicino habenti minores adiacentiam.*
207 *Retractus vigore conſortij non competit ſi manſiones Domus fuerint ſeparatæ, & ſeparatim locata, & alienata.*
208 *Conſortium ad effectum retractus non inducitur ex ſola communione parietis.*
209 *Retractus vigore conſortij ceſſat, ſi domus ſit diuiſa per ſoloria.*
210 *Conſortium ad effectum retractus non inducitur ex aſſignatione ſola penſionum domus facta pro certo rata, & quando ſecus n.*211., *&* 212.
213 *Retractus vigore conſortij ceſſat, quando venditio facta fuit alteri conſorti.*
214 *Retractus vigore conſortij ex Statuto Vrbis non procedit in permutatione, nec in alijs contracti-bus*

bus extra illum venditionis , & num. 215.

216 *Fallit ſi contractus permutationis fuerit confictus in fraudem retractus .*

217 *Retractus vigore conſortij ex hoc ſtatuto non procedit in datione in ſolutum extraiudiciali .*

218 *Contrarium eſt fortè verius .*

219 *Retractus vigore conſortij ex hoc ſtatuto non intrat in datione in ſolutum iudiciali coactè facta in vim mandati Iudicis .*

220 *Retractus ex hoc ſtatuto non intrat in venditione coactè facta in vim Bullæ Gregorianæ .*

221 *Venditio dicitur coactè facta in vim Bullæ quando quis illam fecit poſt introductam litem ſuper retractu vigore Bullæ .*

222 *Retractus vigore conſortij non competit emptori cum pacto de retrouendendo .*

223 *Retractus ratione vicinitatis competit conſorti in re communi ſecundam opinionem plurium Doctorum .*

224 *Contrarium tanquam verius , & cum ratione reſoluitur .*

225 *In retractu vigore conſortij poteſt quis præferre conſortem ſibi benè viſum etiam lite pendente .*

226 *Retractus vigore conſortij præfertur retractui vigore vicinitatis .*

227 *Præfertur etiam retractui vigore Inquilinatus conceſſi à Bulla Gregoriana .*

228 *Præfertur etiam retractoi competeati Domino cenſus .*

HOc ſtatutum daos retractum , ſiuè prælationem vigore conſortij , eſt contra Ius
188 commune, *Rot. decis. 2229. per tot. coram Coccin.*,
plenè poſt alios relatos *Epiſcop. Roce. diſput. Iur.*
Select. tom. 2. cap. 160. num. 13. & 17. verſicul. ſed
hoc nullo & ſeqq., & dictum fuit ſupra hic *artic. 1.*
num. 2., & ſeqq. vbi contrarijs fuit reſponſum , &
ſimul fuit dictum , hoc ſtatutum ſuper retractu
vigore conſortij eſſe minus odioſum , quàm alia
ſtatuta ſuper alijs retractibus .

Habet locum præſens ſtatutum etiam in diſtri-
ctu Vrbis, & ſic ſeruatur, ex regula , quod Statuta
189 Vrbis deciſoria ſeruantur in diſtrictu, ſi in illo
particularia non vigeant ſtatuta ſuper caſibus,
de quibus diſponit Statutum Vrbis.& itá vidi de-
ciſum in Tribunali A. C. in voa Sabineo. Terræ
Scandriliæ inter Petrum Palmerium ex vna , &
Laurentium Ciardafellam ex altera , me pro hoc
ſcribente .

Non comprehendit Clericos, Eccleſias , & Ec-
cleſiaſticos , vt latè in puncto huius ſtatuti 110.
290 probat *Epiſcop. Roce. diſput. Iur. Select. tom. 2.*
cap. 160. n. 5. & ſeqq., & dictum fuit ſupra hic *art.*
2. num 76.

Ad hoc vt præſens ſtatutum procedat requiri-
tur interpellatio conſortis an velit emere , ex quo
in hoc dat certam formam , & poſt requiſitionem
aſſignat certum tempus conſorti requiſito ad de-
clarandum , an velit præferri , & ſic non ſuffi-
cit ſcientia extraiudicialis venditionis aliundè
habita , dum requiſitio iudicialis ad effectum
191 ſcientiæ requiritur pro forma , vt ſuper ſimili
ſtatuto hoc firmat *Alex. conſ. 27. num. 1. & ſeqq.*
lib. 1. Vegg. conſ. 2. num. 2. quorum vterque conſu-
luit ſuper Statuto Florentino , & poſt relatos *Mo-*
legnau. altercat. legal. 40. n. 31.

At ſi plures ſint io re conſortes, noo omnes de-
bent requiri , & interpellari cum ſtatutum ema-
nauerit ad excluſionem extraneorum , non verò
ad concedendam prælationem vni potius , quàm
alteri ex conſortibus , vndè ſat eſt quod interpel-
192 latio fiat tantum vni ex conſortibus, etiamſi hic
habeat minimam partem , *Galgnett. hic in prin-*
cip. Fenzon. hoc eodem cap. 110. à num. 12. Rot. de-
ciſ. 1114. & deciſ 1157. coram Pen.

At ſi conſors requiſitus recuſet emere , debent
requiri alij conſortes,qui ſi omnes emere recuſent ,
193 poterit conſors vendere cui voluerit *Fenzon. ad*
hoc ſtat. 110. num. 13. & 14.

Terminus ad petendum retractum , ſeù præla-
tionem hic à ſtatuto præſcribitur quinque dierum
à die interpellationis , & debet eſſe talis terminus
194 perfectus, & integer ex hoc traditis per *Barboſ.*
dict. 201. num. 2. & 3., & dies interpellationis ſtat
excluſiuè à dictis quinque diebus ob illa verba
ſtatuti -- *à die interpellationis numerandos* , cum
195 dies termini tali caſo non computetur in ter-
mino, vt io puncto firmat poſt relatos *Barboſ. dict.*
1. num. 6.

Ad hoc vt talis terminus currat debet interpel-
latio eſſe legitimè facta, & dicitur talis, ſi facta ſit
domi dimiſſa copia in manibus domeſticorum ,
196 & cohabitantium, & iuxta formam prǽſcriptam
circa modum exequendi citationes *à Stat. Vrb.*
lib. 1. cap. 51., quod ſtatutum ex eius lectura eſt
generale , & procedit io omnibus materijs ciuili-
bus , exceptis cauſis commiſſarijs per reſcripta
Apoſtolica à principio commiſſis, & ſi citationes
factæ ſint per Curſores Papæ ſat eſt , quod factæ
ſint domi dimiſſa copia , etiam pro cauſis , quæ
agitantur in Tribunali , & coram Iudicibus Ca-
167 pitolij , cum Curſores Papæ poſſint in omnibus
Tribunalibus exequi citationes , nec forma tra-
dita *à Stat. Vrb. lib. 1. cap. 51.* circa modum exe-
quendi citationes procedit in Curſoribus,& ſic in
facti contingentia iudicaui,& hæc eſt praxis .

Elapſo autem tempore quinque dierum à ſta-
tuto præſcripto conſorti ad declarandum , an ve-
lit præferri,inducitur tacita iuris retractus remiſ-
ſio , nec admittitur amplius purgatio moræ, cum
198 terminus legis, ſe ſtatuti dicatur peremptorius
Chriſtin. ad leges Municip. Melchinen. tit. 11. artic.
1. num. 14. & 15.

Vt autem talis prælatio vigore conſortij ha-
beat locum debet conſtare de conſortio , & com-
munione rei , ſuper qua petitur retractus , nam ſi
agatur de re diuiſa , & quilibet illius quotam , ac
partem ſuam certitudinaliter diſtinctam ab alia
199 agnouerit, ac poſſederit , tunc non dicitur am-
plius conſors in re , cum pro conſortio requira-
tur poſſeſſio pro indiuiſo , & in ſolidum ad text.
in l. magis puto §. fin. ff. de reb. cor. , & in puncto
retractus vigore conſortij *Vegg. conſ. 2. n. 14.* , *&*
ſeq. Anton. Gomez. ad leg. Taur. in l. 70. num. 27.
§. quod autem Fenzon. hic n. 1. , *& ſeqq. Cardin. de*
Luc. de ſeruit. diſcurſ. 30. num. 4. Add. ad Buratt.
deciſ. 520. n. 13. verſic. adeout, Rot. deciſ. 380. 411.
437., & 465. coram Merlin.; Et ita de anno 1671.
per acta Simoncelli coram A.C. Cauallerioo po-
200 ſtea Sacræ Rotæ Auditore meritiſſimo, & apud
Chriſtianiſſimum Regem Galliarum Nuncio , &
dum hæc commentaria reuideo ſub die 12. De-
cembris anni præteriti 1695. ad Cardinalatus fa-
ſtigium euecto , fuit iudicatum fauore Ciardafel-
le con-

le contra Palmerium , dum hic fuit excluſus à re-
tractu certorum bonorum ex ſolo motiuo , quod
illa iam fuiſſent diuiſa per carrellas , & quilibet
poſt diuiſionem portionem ſibi obuentam ſepara-
tim poſſederat .

201 Conſortium tamen ad effectum retractus in-
ducitur ex ſolo condominio in re *Rot. deciſ.* 520.
n. 4. *coram Buratt.* , & ex poſſeſſione rei commu-
nis pro indiuiſo , ex quo tota pro indiuiſo ad
omnes ſocios pertinet , nec pars vna ad vnum
magis, quàm ad alium ſpectat *Rot. deciſ.* 386. *n.* 24.
& ſeqq. confirmata *deciſ.* 411. *coram Merlin.*

Vt autem poſſit, dici adeſſe conſortium in re
ad effectum retractus , non eſt neceſſe , quod con-
ſortes in illa habeant partes æquales, ſed ſat eſt,
quod in ea quis habeat etiam minimam por-
tionem pro indiuiſo, ex quo æquale in hoc ha-
202 bet priuilegium ille , qui habet minimam par-
tem , cum eo qui habet maiorem *l. vnica §. his
itaque C. de commun. ſeru. manumiſſ. Decian. reſponſ.*
15. *nu.* 41. *verſic. non obſtat quartum lib.* 4. *Gomez.
ad leg. Taur.* ſuper *leg.* 70. *nu.* 27. *verſic. quod au-
tem fol.* 444. *Gratian. cap.* 526. *nu.* 4. , *& ſeqq.* , *&
cap.* 874. *nu.* 17. , *&* 19. *Corradin. de Prælat. Iur.
quæſt.* 14. *n.* 27. *Rot. deciſ.* 520. *num.* 4. *verſic. etiam
ratione* , & ibi *Add. n.* 10. *coram Buratt. deciſ.* 173.
n. 12. , *& ſeqq. coram Dunozett. Sen. deciſ.* 386. *n.* 8.
coram Merlin. , *& deciſ.* 308. *n.* 9. *poſt Cenc. de Cenſ.*

Sed ſi pars ſit adeò modica , vt reſpectu totius
203 corporis non ſit conſiderabilis , tunc contra-
rium firmat *Monach. deciſ. Florent.* 24. *num.* 29.
ad 31.

At hæc limitatio deſtruit concluſionem ſuprà
firmatam , ideo non videtur recipienda , nam
conſors in re etiam in minima parte dicitur ha-
bere condominium , ac ius conſortij in illa , cu-
ius vigore competit retractus , vndè opinio, *Mo-
nachi* poteſt procedere , quando ageretur inter
plures conſortes prætendentes retractum , tunc
enim poteſt admitti , quod ille conſors, qui ma-
204 iorem partem habet in re communi præferatur,
& in his terminis videtur loqui , *Monach. dict. de-
ciſ.* 24. *n.* 28. , *& n.* 32. , *& ſeqq.* , vbi ponit in illo
caſu varias circumſtantias , ob quas habens mi-
nimam partem erat reijciendus ; cæterum quan-
dò ſumus in concurſu extranei emptoris , tunc
conſors etiam in minima parte debet præferri ,
cum & ipſe vigore conſortij reſultantis ex com-
205 munione in re, licet in minima parte, compre-
hendatur ſub ſtatuto de retractu vigore conſortij,
& faciunt ad hoc *deciſ.* 1114. , *& deciſ.* 1157. *co-
ram Pen.* , *& deciſ.* 173. *n.* 12. , *& ſeqq. coram Du-
nozett. Sen.* , & pro hac opinione ſtat in puncto
Decian. reſponſ. 15. *n.* 11. *lib.* 4.

Et contraria opinio poteſt etiam intelligi ,
quod procedat in retractu ſtatutario vigore vici-
nitatis , tunc enim ille , qui eſt vicinus cum am-
206 plioribus confinibus præfertur vicino in minori
parte *Caball. conſ. deciſ.* 127. *lib.* 1., & ita loquitur
etiam *Monach. alleg. deciſ. Florent.* 24. *num.* 28. vt
apparet ex eius lectura .

Non competit autem retractus vigore conſor-
tij , ſi manſiones domus fuerunt ſeparatæ cum
diuerſis ianuis, & ſeparatim fuere locatæ. & alie-
natæ , & ab vniuerſo corpore domus ſeiunctæ ,
207 cum tali caſu non adſit amplius communio , &
conſortium , *Gratian. cap.* 874. *nu.* 12. plenè *Rot.*

deciſ. 386. *num.* 29. *cum duobus ſeqq.* , *& deciſ.* 411.
n. 1. , *& infra coram Merlin.*

Nec conſortium ad effectum retractus ſtatuta-
rij vigore conſortij inducitur in domo ex com-
munione parietis, cui domus innititur , nec pro-
208 pterea tali caſu competit retractus *Add. ad Bu-
ratt. deciſ.* 520. *n.* 14. *Rot. deciſ.* 386. *n.* 32. *& infra*,
vbi declarantur contraria *coram Merlin.*

Idem dicendum eſt , ſi domus ſit diuiſa per ſo-
209 laria , tunc enim ſimiliter ceſſat conſortium ,
fundamentum retractus ex hoc ſtatuto inducti
Add. ad Buratt. deciſ. 520. *num.* 15. *Rot. deciſ.* 411.
n. 13. , *& ſeq. coram Merlin.*

Minuſque ad effectum retractus conſortium
210 inducitur ex aſſignatione penſionum domus
facta pro certa rata , *Rot. deciſ.* 386. *nu.* 38. *verſic.
quo autem* , *& ſeqq.* confirmata *deciſ.* 437. *n.* 37. ,
& infra coram Merlin.

At ſi habitatio in domo , vel vſusfructus in
aliqua re ſit communis , tunc in venditione talis
211 habitationis , vel vſusfructus facienda à con-
ſorte præfertur conſors , *Rot. deciſ.* 411. *n.* 20. , *&*
21. *coram Merlin.*

212 At *Franc. Amaya in l. vnica n.* 25. *C. de vendit.
rer. fiſcal. lib.* 10. in vſufructuario tenet contra-
rium , ſi agatur de prælatione prætenſa per ipſum
in alienatione proprietatis facta à proprietario,
& adducit rationem, quia iura vſufructuarij ſunt
diſtincta , & ſeparata à iuribus proprietarij, cum
proprietarius poſſideat iure proprietatis , & vſu-
fructuarius ratione vſusfructus , & ſic proprieta-
rius , & vſufructuarius non ſunt condomini , nec
conſortes, ob diuerſitatem, ac ſeparationem titu-
lorum .

Ceſſat retractus ab hoc ſtatuto inductus , ac
213 prælatio ex illo data conſorti , quando vendi-
tio facta fuit alteri conſorti , *Rot. deciſ.* 308. *n.* 9. ,
& 10. *poſt Cenc. de Cenſ.* , *& deciſ.* 465. *n.* 5. , *&* 6.
coram Merlin.

Nec ex hoc ſtatuto competit prælatio in con-
214 tractu permutationis, vel alijs contractibus,
Gratian. cap. 885. *n.* 16. *Cardin. de Luc. de ſeruitut.
diſcur.* 73. *n.* 3. , & cum loquatur præcisè de con-
tractu venditionis non poteſt extendi ad alios
contractus , etiam ex paritate, vel maioritate ra-
tionis , cum ſit ſtrictè intelligendum, ex quo odio-
215 ſum , & contra diſpoſitionem iuris ex firmatis
ſupra hìc *artic.* 1. *n.* 2. , & probat poſt alios *Ar-
menzan. deciſ. Ianuen.* 44.

Fallit concluſio , ſi fuerit confictus contractus
permutationis , & reuera agatur de venditione ,
& ad fraudandum conſortem , cui competit re-
216 tractus , fuerit contractus permutationis ſup-
poſitus ex traditis ſupra hìc *art.* 3. *n.* 166. , *& ſeq.*

217 Minuſque retractus, de quo in hoc ſtatuto
procedit in datione inſolutum extraiudicialiter
facta creditori , *Corn. conſ.* 156. *per tot. lib.* 2., qui
id probat per bonas rationes , & in terminis no-
ſtri ſtatuti hic videtur colligi ex illius verbis ,
dum præcisè loquitur de venditione ibi -- *ſi quis
rem vendere voluerit* , vndè cum agatur de ſtatuto
exorbitanti, & correctorio iuris communis debet
ſtrictè intelligi de vera venditione , & non de
ficta .

At de hac opinione ſatis dubito , cum datio in
ſolutum extraiudicialis ſit propriè venditio vo-
luntaria , & ſic ſtatutum de retractu loquens de

venditione, procedit quoque in datione inſolu-
218 tum voluntaria, & extra iudicium facta *Fen-
zon. hic n.15. Rot. deciſ.465. n.7. coram Merlin.*, &
dictum fuit ſupra hic *artic.3. n.94.*

In datione tamen inſolutum coacta iudiciali-
219 ter facta in vim mandati Iudicis talis retractus
non competit *Roman. conſ.107. per tot. Fenzon. hic
n.15. Roce. diſput. Iur. ſelect. tom.2. cap.160. n.48.
Rot. deciſ.465. n.8. coram Merlin.* vbi conſiderat,
quod hoc ſtatutum procedit tantum in venditio-
ne voluntaria propter illa verba ſtatuti -- *ſi quis
rem vendere voluerit* --

Et ſic ſi venditio facta fuerit coactè in vim
220 Bullæ Gregorianæ tale *Statutum* 110. non intrat,
Rot. dict. deciſ.465. n. 8. coram Merlin., & vendi-
tio extraiudicialiter facta poſt iudicialiter exe-
quutum monitorium ſuper prælatione non dici-
221 tur voluntaria, ex quo facta. quia venditor ti-
muit poſſe compelli, *Coſt. Sicul. conſ.46. n.6.*, &
7. Rot. deciſ.465. n.8., & *9. coram Merlin.*

Nec hoc ſtatutum vigore conſortij procedit
fauore emptoris cum pacto de retrouendendo
cum talis emptor non habeat rem emptam com-
munem cum domino, qui vendidit, vt expoſcit
ſtatutum, ſed talis emptor eſt ſolus dominus rei
222 emptæ, antequam venditor illam redimat, *Rot.
deciſ.502. n.3. par.2. recen.*

Quæritur opportunè hic, an in illis locis, vbi
non adſunt ſtatuta ſuper retractu vigore conſor-
tij, ſed adſunt ratione vicinitatis, poſſit conſors
223 in re dici vicinus, ad effectum retrahendi rem
communem ratione vicinitatis, affirmant *Io: de
Amic. conſ.20. n. 14. Neapod. ad conſuetud. Nea-
pol. tit. de iure congrui fol. mihi 346.*, vbi quod vi-
cinitas tali caſu reſultat ex omni parte fundi, &
non diſſentit, *Rendell. de Iur. Prothomiſ. text. 7.
verſic. domum propè caſtrum n. 4. verſic. optimè ra-
tio* vbi addit, quod vicini rei conſortes extraneos
vicinos excludunt à retractu.

Sed hæc opinio vti minus iuridica non placet,
quia conſors in re communi non dicitur vicinus
alteri conſorti, cum quilibet ſocius, & conſors in
224 re poſſeſſa in communi, & pro indiuiſo ſit do-
minus, nec dicatur alteri ſocio vicinus, ſed cum
eo condominus in tota re *Rot. deciſ.386. n.24.*, &
ſeqq. confirmata *deciſ.411. coram Merlin.*, vnde
dum ſtatuta ſuper retractu ratione vicinitatis lo-
quuntur de vicino, non poſſunt extendi ad con-
ſortem ex motiuo diuerſitatis clariſſimæ inter
vtrumque, nam ex ſæpè dictis talia ſtatuta ſuper
retractu ſunt correctoria iuris communis, ac ex-
orbitantia, & ſic non extendenda de vno caſu ad
alium, præcipuè quando adeſt diuerſitas ſubſtan-
tialis inter vtrumque caſum.

Aduerte quod ſi adſint plures conſortes in re,
poterit quis vni ex illis vendere, & illum gratifi-
care, non requiſitis alijs conſortibus, etiam lite
225 pendente ſuper prælatione, vt plenè ſuper ſimili
Statuto Florentino firmat *Monach. deciſ. Floren-
tin. 24.*

Retractus tamen competens vigore conſortij
præfertur alteri retractui ratione vicinitatis, ſi in
226 loco adſint ſtatuta ſuper vtroque retractu, cum
ius ratione conſortij ſit potentius, quàm illud
ratione vicinitatis, *Vegg.* in puncto ſtatuti ſuper
conſortio *conſ.2. n.23.*, & *24. Gratian. cap. 526.
num.57.*

Prout retractus vigore conſortij competens ex
hoc ſtatuto præfertur retractui conceſſo in Vrbe
per Conſtitutionem Gregorianam inquilinis do-
morum, cum ius conſortis ſit fortius illo inquili-
227 ni, quia illud reſultat à dominio, hoc à nuda
habitatione, *Rot. deciſ.386. n.5.*, & *6. coram Merlin.*

Pariter retractus vigore conſortij præualet re-
tractui competenti domino cenſus ſuper fundo
228 cenſito, ſi qualitas conſortij adſit de tempore
venditionis, *Rot. deciſ. 52. nn. 10.*, & *11. coram
Duran.*

ARTICVLVS V.

ARGVMENTVM.

Retractus prælatiuus, vel coactiuus in Vrbe ex Bulla Gregorij XIII. quando nec ne habeat locum? & de requiſitis, ad hoc, vt talis retractus competat plenè diſcutitur; & quando idem retractus competat in vineis, cannetis, ac pedicis caſalium. Inquilinis ex eadem Bulla competit retractus ſuper domo habitata, & quando ſecus. Dilucidatur quoque materia prælationis in retractu ſi plures illum petant, nempè vicinus, inquilinus, conſors, ac dominus, & creditor cenſus, quis nempè præferatur in retractu. Retrahere volens debet facere depoſitum, & alia plura adimplere, de quibus plenè in Summario.

SVMMARIVM.

229 *Retractus coactiuus ad ornatum Vrbis fuit conceſſus à pluribus Pontificibus.*

230 *Retractus huiuſmodi coactiuus fuit abrogatus à B. Pio V.*

231 *Retractus coactiuus fuit reintegratus à Gregorio XIII.*

232 *Retractus coactiuus in Vrbe regulatur à Conſtitut. Gregorij XIII.*

233 *Ratio ornatus Vrbis conſideratus in Conſtitut. Sixti IV. Leonis X.*, & *Pij IV. licet abrogatis per Gregorium XIII. poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*

234 *Retractus duplex ex Conſtit. Gregorij fuit conceſſus, prælatiuus nempè, & coactiuus.*

235 *Conſtitutio Gregoriana ſuper retractu eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda.*

236 *Conſtitutio Gregoriana comprehendit Eccleſias, Eccleſiaſticos, ac eorum bona.*

237 *Comprehendit etiam res ſubiectas fideicommiſſis.*

238 *Retractus maior ex quibus reſultet per ædificium faciendum, ſtatur arbitrio Magiſtrorum Viarum.*

239 *Retractui an ſit locus, & an adſit maior ornatus plurimum defertur viſioni loci, ac peritorum iudicio, & n.240.*

241 *Cauſæ ſuper retractu in Vrbe, coram quibus Iudicibus cognoſcantur, & n.242.*

243 *Conſtitutio Gregoriana ſuper retractu ligat etiam minores, & pupillos.*

244 *Re-*

244 *Retractus coactiuus vigore Gregorianæ, quæ requirat, ad hoc, vt habeat locum, & recenſentur requiſita.*

245 *Retractus coactiuus vt procedat, debet probari, quod domus propria, & retrahenda confinent ex duobus lateribus, & quod ex ædificio cum vtraque domo facienda reſultet ornatus excedens in quadruplum ædificium retrahendum.*

246 *Retractus coactiuus in domo non habitata, ſed locata, requirit vlterius pretij augumentum in duodecima parte.*

247 *Retractus coactiuus eſt exorbitans, ideò tot requiſita debent intercedere, ad hoc vt illi locus ſit.*

248 *Retractui coactiuo non eſt locus, quando ille, contra quem petitur, vult facere æqualem ornatum.*

249 *Secus ſi non poteſt facere æqualem, vel paulò minorem ornatum.*

250 *Retractui coactiuo eſt locus, quando retrahere volens vult facere maiorem ornatum.*

251 *Retractus coactiuus ceſſat, quando retrahere volens habet ſuam domum nobilem, & nouus ornatus tendit potius ad luxum, & æmulationem.*

252 *Retractus prælatiuus non competit vicino habenti domum nobilem, & conſpicuam contra inquilinum petentem prælationem in retractu.*

253 *Retractus coactiuus non intrat, quando fabrica facienda eſt in loco non publico, ex quo poſſit oriri ornatus Vrbis.*

254 *Secus, ſi in aliqua parte domus ſe extendat in locum publicum, & ſic ex ædificio poſſit in parte reſultare ornatus.*

255 *Retractus coactiuus procedit etiam in horreis, promptuarijs, ac fænilibus, ſi ex illorum ſtructura reſultet ornatus Vrbis.*

256 *Retractus coactiuus procedit etiam in regione Ripę, & alijs locis remotis Vrbis.*

257 *Retractus coactiuus vigore Bullæ non competit in domibus extra portas Vrbis, & declaratur* Vot. Cameræ 413. nu.45., & ſeqq. part. 12. recen., *& n.*258., *&* 259.

260 *Retractus coactiuus competens vigore Gregorianæ vicino non extenditur, vt competat conſorti, & n.*261.

262 *Nec competit ad retrahendas domos, quæ deſeruiunt pro officinis, vel habitatione inſeruientium Hoſpitalibus, ac locis Pijs.*

263 *Retractus coactiuus competit actiuè etiam Eccleſijs, ac locis Pijs.*

264 *Eccleſia vendens vigore retractus coactiui non eget beneplacito Apoſtolico.*

265 *Res ſubiecta fideicommiſſo dum retrahitur, pretium debet reinueſtiri pro fideicommiſſo.*

266 *Res Eccleſiæ ſi retrahatur debet offerri corpus ſtabile æquivalens, & ſi non reperiatur ſolet diſpenſari, quod dentur loca montium.*

267 *Res emphyteutica Eccleſiæ, quando retrahitur vigore Bullæ, poteſt affrancari.*

268 *Retractui coactiuo an ſit locus declaratur per Camerarium, ac Magiſtros Viarum, & poſtea per Præſidem Viarum.*

269 *Camera cognoſcit in gradu appellationis ſuper retractu vigore Bullæ Gregorianæ.*

270 *In retractus materia valdè deſertur iudicio Tribunalis Cameræ, & n.*281. *in fine.*

271 *In Bullæ Gregorianæ interpretatione debent inſpici ornatus Vrbis, ac aliæ circumſtantiæ.*

272 *In dubio iudicandum eſt contra retractum coactiuũ.*

273 *Retractus coactiuus vigore Gregorianę datur etiam in vineis, & canuetis intra tria milliaria extra Vrbem.*

274 *Retractus in vineis non competit, ſi vinea retrahens non ſit maioris quantitatis, & pretij, & ædificiorum ſtructura magis conſpicua, & n.*278.

275 *Retractus prælatiuus vigore Gregorianæ non datur in vineis.*

276 *Contraria opinio eſt praxi recepta, & num.* 277. 280., *&* 281. *declarantur contraria.*

279 *Requiſita præſcripta à Gregoriana in retractu coactiuo non ſunt neceſſaria in retractu vinearum prælatiuo, & n.*281.

282 *Retractus coactiuus in vineis, & canuetis quando intrat, debet fieri totius vineæ, & canueti.*

283 *Retractus in vineis non procedit ex Bulla, quando ille petitur à domino, qui vineam ſuam locat, & ſuis expenſis non colit, & n.*284.

285 *Nec retractus vineæ datur contra dominum vineæ illam proprijs ſumptibus colentem, & retinentem pro ſuo oblectamento.*

286 *Solitum locandi ex quibus probetur in propoſito, & n.*287.

287 Solitum, & conſuetum *in quibus differant.*

288 *Retractus à Bulla Gregoriana conceditur in pedicis caſalium.*

289 *Retractus prælatiuus competit vicino ex Bulla Gregoriana pro eodem pretio, ſi ſe obliget ædificare ad Vrbis ornatum.*

290 *Retractum prælatiuum petens debet probare vicinitatem.*

291 *Vicinitas pro retractu ſufficit, licet ſit modica.*

292 *Maior vicinitas conſideratur ſolum inter plures vicinos retractum prætendentes, vel in retractu coactiuo.*

293 *In retractu ſi plures vicini concurrant præfertur ille, qui præoccupauit re integra.*

294 *Præoccupatio procedit ſolum, ſi vtriuſque vicini iura ſint paria, ſecus ſi alter habeat potiora iura.*

295 *Præoccupatio in terminis Bullæ Gregorianæ non prodeſt, ſi præoccupans non poteſt facere ornatum, quem poteſt facere alter.*

296 *In concurſu duorum vicinorum præfertur in retractu ille, qui magis indiget.*

297 *In prælatione plurium vicinorum plurimum defertur arbitrio Magiſtrorum Viarum, qui conſiderare debent maiorem ornatum Vrbis, & n.*298.

299 *Retractus prælatiui requiſita vigore Bullæ recenſentur.*

300 *Retractus prælatiuus ceſſat quando non poteſt fieri vnio ædificij retrahendi, cum retrahente, cum ceſſet ornatus.*

301 *Retractus prælatiuus non competit ad domos ſeparatas, & quæ non ſunt ſub eodem profilo.*

302 *Retractus non competit vicino ſuper horto vicino domui, ſi cum illo non poſſit fieri vnio fabricæ pro ornatu Vrbis, & n.*303., *&* 304.

305 *Retractus inquilino domus competit ſuper illa, ſi vendatur ex Bulla Gregoriana, non ex decreto Camerali, & n.*306.

307 *Retractus inquilinis debetur ſolum in domibus ab ipſis habitatis, etiam per vnicum diem, & ſic requiritur locatio ad habitandum etiam in apothecis, & n.*308., *&* 309.

309 *In-*

309 Inquilinus dicitur, qui conductas ædes prædij vrbani inhabitat. & n.318.
310 Retractus ex capite inquilinatus non competit fauore conductoris prædij ruſtici.
311 Conductor dicitur propriè in Ciuitate, Colonus Ruri.
312 Retractus vigore inquilinatus competit in hortis, ac vineis intus Vrbem deſeruientibus vſui domorum conductarum.
313 Retractus competit inquilino, licet domus ſit vendita ad vitam emptoris.
314 Fallit ſi expreſsè ſit facta locatio, & non venditio ad vitam.
316 Retractus vigore inquilinatus non competit conductori auiamenti alicuius apothecæ, & n. 317., & 325.
318 Vendere nemo cogitur potiùs vni, quàm alteri.
319 Retractus non competit ſuper mobilibus.
320 Prælatio conceſſa inquilino à Gregoriana eſt fundata in æquitate, ne eijciatur à domo inhabitata, & n.325.
323 Bulla Gregoriana ſuper retractu, fauore præcipuè inquilini, eſt exorbitans, & odioſa, & n.324.
326 Retractus inquilino non competit, ſi renunciauit iuri inquilinatus, & n.322.
327 Inquilino non datur retractus ſi intra quindecim dies non declaret velle præferri, & faciat depoſitum.
328 Retractus vigore inquilinatus ceſſat, deſerta ab inquilino poſſeſſione domus.
329 Ceſſat etiam, ſi inquilinus non inhabitet, nec ſufficit habitatio per ſubinquilinum.
330 Retractus non competit ſubinquilino, quatenus non euaſerit inquilinus, & quando hoc fiat n. 331.
333 Iuri inquilinatus cenſetur renuntiatum, ſi in prima locatione adſit renuntiatio, & ſecunda facta ſit relatiuè ad primam.
334 Renunciatio iuri inquilinatus prodeſt tàm domino domus, quàm eius ceſſionario.
335 Finita locatione, in qua fuit renunciatum iuri inquilinatus, ſi inquilinus continuet habitare, non ob hoc acquirit nouum ius inquilinatus, & num. 336. 337. 339. 340., & 341.
338 Deciſio 310. poſt Zacch. de oblig. Camer. fuit reuocata.
342 Iuri inquilinatus non cenſetur renuntiatum ex ſimplici promiſſione etiam iurata dimittendi domum vacuam finita locatione.
343 Nec ex ſolutione penſionis facta per inquilinum emptori domus.
344 Ius inquilinatus competit annullato contractu, in quo illi fuit renunciatum.
345 Retractus non competit inquilino, qui emit domum conductam cum pacto retrouendendi.
346 Retractus inquilino non competit, ſi non poteſt venditori domus præſtare id, quod praſtitit emptor extraneus.
347 Ius inquilinatus eſt perſonale pro ipſa inquilino, & non eſt ceſſibile.
348 Retractus vigore inquilinatus eſt odioſus, & in dubio contra illum eſt reſpondendum.
349 Inquilini in Vrbe ex decreto Camerali præferuntur alteri conductori finita locatione pro eadem penſione ſi non renuntiarunt iuri inquilinatus.
350 In retractu ſi plures concurrant in concurſu domini directi, hic præfertur omnibus.
351 In retractu ſecundo loco alijs præfertur volens retrahere vigore conſortij.
352 Vicinus in concurſu inquilini in retractu præfertur.
353 Intellige ſi vicinus velit ædificare ad ornatum, alias præfertur inquilinus.
354 Inquilinus præfertur in retractu domus fundi cenſiti domino cenſus.
355 Inquilinus non præfertur conſorti in retractu.
356 Vicini, & inquilini præferuntur domino cenſus, cum Bulla Gregoriana quoad illos ſuſpendat effectum Bullæ Pianæ.
357 Vicinus præfertur domino cenſus, & quare.
358 Vicinus, ac inquilinus præferuntur in retractu, licet dominus cenſus præoccupauerit in emendo fundum cenſitum.
359 Retractus ſi petatur vigore Gregorianæ debet fieri depoſitum integrum.
360 Depoſitum ſi non fiat iuxta formam præſcriptam à Gregoriana non releuat, & ab eo non excuſat impedimentum peſtis, vel belli.
361 Depoſitum vigore Bullæ debet fieri citata parte, & cum decreto Iudicis.
362 Depoſitum debet fieri à petente retractum pretij verè ſoluti, & non compenſati,
363 Contrarium ſi creditum compenſatum ſit certum firmatur, & n.365., & 366.
364 Compenſatio eſt vera ſolutio, & parit effectum pecuniæ numeratæ.
367 Depoſitum pretij pendente lite ſuper vicinitate non debet fieri ex Bulla Gregoriana.
368 Fallit, ſi vicinitas ſit incidenter deducta, & principaliter fuerit intentatus retractus, & n.369.
370 Tempus ad faciendum depoſitum de iure non currit durante lite ſuper vicinitate.
371 Retrahi amplius non poteſt. ſi facta interpellatione illis, qui poterant retrahere, non declararunt in termino velle retrahere.
372 Terminus ad declarandum an velit præferri vigore Gregorianæ non currit à die intimationis, ſed à die reproductionis eiuſdem.

Licet antiquitus ad ornatum Romanæ Vr-
229 bis fuerit conceſſus retractus coactiuus
fauore vicinorum, qui volebant ædificare pro
maiori illius ornatu, ac decore, vt apparet ex
Conſt. Sixti IV. 20. Leonis X. Conſt. 19. Bullar. non.
tom.1., & Conſt. 102. Pij IV. Bullar. non. tom. 2.,
nihilominus Beatus Pius V. præfatas Conſtitu-
230 tiones tanquam exorbitantes reuocauit, & ad
viam iuris reduxit in eius *Conſtit. 126. Bullar. non.*
tom.2., at *Gregorius XIII. eius Conſtit. 22. Bullar.*
231 *non. tom.2.* reſtituit retractum, certa forma in
illo præſcripta, & obſeruanda, abrogatis præfatis
Conſtitutionibus antiquioribus Sixti IV., Leo-
232 nis X., Pij IV., & Beati Pij V. vt apparet ex ipſa
Conſt. 22. §. 2., vbi reperitur ſancitum, quod in
hac materia retractus in poſterum non poſſet
procedi niſi iuxta formam in eius Conſtitutio-
ne traditam, non autem cum Literis ſuorum
Prædeceſſorum abrogatis.

At licet Conſtitutiones præfatorum Sixti, Leo-
nis, & Pij IV. fuerint abrogatæ per Conſtitutio-
nem Gregorianam, nihilominus non fuit abro-
gata illarum ratio in his, quæ tendunt ad orna-
tum Vrbis, itaut in hoc poſſint, ob rationem præ-
233 dictam ornatus in illis conſideratam, allegari
ad

ad deciſionem cauſarum *Rot.ſinè Vot. Camernrij in*
recen. par.13. deciſ.538. n.83. ad 91.

Rerractus autem in dicta Conſtitutione Grego-
tiana ad ornatum Vrbis ædita eſt in duplici dif-
ferentia, nam vel eſt coactiuus, vel prælatiuus,
hic dicitur quando vicinus in emptione domus
234 facta ab extraneo emprore vult præferri, vt ædi-
ficet ad ornatum Vrbis; coactiuus verò eſt, quan-
do dominus domus, ſoli, vel areæ non vendidit,
nec vult vendere extraneo, & nihilominus cogirur
vendere vicino volenti fabricare ad ornatum Vr-
bis, vt legitur in eadem *Conſt.* 22. quoad retra-
ctum coactiuum *in* §.6. & quoad retractum præla-
tiuum *in* §.8.

Priuſquam de vtroque retractu tàm coactiuo,
quàm prælatiuo agatur aliqua generalia ſuper illo
præmittenda ſunt.

Et primo quod dicta *Conſt. Gregoriana* ſuper re-
tractu eſt exorbirans, ac odioſa, ideò non exten-
denda, ſed ſtrictè iutelligenda, vt plenè firmatum
235 fuit ſupra hic *art.1.n.27.& ſeqq.*

Secundo quod vterque retractus tam præla-
tiuus, quàm coactiuus comprehendit Eccleſias,
136 & Eccleſiaſticas perſonas, ac eorum bona, vt
expreſsè cauetur in eadem *Conſtitut. Gregorij* 22.
§. 16.

Terrio Bulla Gregoriana ſubiecit retractui tàm
prælatiuo, quàm coactiuo, domos, areas, ac etiam
237 vineas, & pedicas, licet ſubiectas fideicommiſ-
ſis, cum quibuſuis prohibitionibus alienarionis
conceptis, *vt ex dict. conſt.* §.16. *in fine*, & aduer-
tnnt *Bard. de Iure Protbomis.* §.4. *num.* 8. *&* 9.
Rot. deciſ.63.n.6. coram Mantie.

Quarto præmittendum, quod in hoc articulo
an ſit locus retractui coactiuo, vel prælatiuo ad
effectum ædificandi ad ornatum Vrbis, & an ex
tali ædificio faciendo talis ornarus reſulter, & an
potiorem, vel iuſigniorem ornatum offerat re-
238 ttahere volens, vel ille, à quo peritur retractus
coactiuus, plurimum tribuitur arbirrio Magiſtro-
rum Viarum, qui eorum arbitrium exactius regu-
lare poterunr per acceſſum ad locum differentiæ,
& illius inſpectionem, cum probatio per acceſſum
dicatur euidens; hinc non improbandus, ſed
laudandus eſt ſtylus antiquus Tribunalis Magi-
ſtrorum viarum, ſeu ædilium faciendi perſæpè ac-
ceſſum in his materijs, vt aduertit *Bard. de Iure*
239 *Protbomiſ.*§.5.*n.1. verſit. ornatus ergo publicus*,
cui *Bardo* plurimum eſt deferendum, dum fuit in
Tribunali ædilium, ac Magiſtrorum Viarum Aſ-
ſeſſor, & ſic in hac materia verſatus, quam inſpe-
ctionem loci factam à Magiſtris Viarum vna cum
240 relatione peritorum attendendam eſſe in hac
materia retractus cenſuit *Rot. deciſ.* 465. *n.* 3. *co-
ram Merlin.*

Quinto præſupponendum, & notandum eſt,
quod Iudicium ſuper retractu vigore Bullæ Gre-
241 gorianæ eſt ordinarium, & cognoſcitur in pri-
ma Inſtantia à Camerario, & Magiſtris Viarum,
dum Bulla in hac materia circa Vrbis ornatum,
quando adſit, arbitrium illis conceſſit, in ſecun-
da inſtantia coram Præſide viarum, qui eſt vnus
ex Clericis Cameræ, & in tertia in ipſo Tribunali
Cameræ, vt omnibus in Vrbe eſt notum, & de
hoc teſtatur *Card. de Lnc. de Relat. Cnr. forenſ. di-
ſcurſ.* 38. *num.*5., *& in Supplem. pnr.*2. *de ſeruit. di-
ſcurſ.96. num.*10.

Et cum in Vrbe adſit ſtatutum 180. *lib.* 1. pro-
hibens ſecundo appellare, hinc quando Præſes
Viarum confirmauerat ſententiam prolatam in
prima inſtantia in Tribunali Camerarij, & Ædi-
lium, tali caſu ſolebat in Cameræ Tribunali diſ-
putari dubium, an ſit locus ſtatuto de duabus, vt
242 reperitur practicatum in cauſis, de quibus apud
Cardin de Lnc. de ſeruit. diſcurſ. 77., *&* 78. *vtro-
bique num* 1., ſi enim duæ priores ſententiæ pro-
latæ pro retractu erant validæ & iuſtæ, reſponde-
batur, eſſe locum ſtatuto de duabus, & procede-
batnt ad illarum executionem; ſi verò erant nul-
læ, vel iniuſtæ, reſcribebatur, non eſſe locum
ſtatuto, & reuocabantur priores ſententiæ.

Sexto nutandum, quod hæc Bulla Gregoriana
243 comprehendit etiam minores, & pupillos, &
quod ſic illam declaranit Tribunal Cameræ, vt
firmatur in voto Cardinalium, de quo *coram
Cocrin. deciſ.*1680. *n.*130., *&* 131.

His præmiſſis quoad retractum coactiuum, ad
hoc vt competat ex lectura *Conſt.* 22. *Gregorij XIII.*
244 *in* §. 6. quoties agatur de retrahenda Domo,
quæ ſit habitata à Domino, & non ſit ſolita loca-
ti, ſeptem requiruntur; primo vicinitas, ſecundo
oblatio de ædificando intra terminum præſcri-
bendum à Magiſtris viarum cum depoſito pretij
æſtimandi illo aucto ad quintam partem, tertio
publicus ornatus ex ædificio reſultans, cum ſola
vicinitas non ſufficiat, quatto quod futurum ędi-
ficium cadat partim in Domo retrahente, & par-
tim in Domo retrahenda, quinto quod tali caſu
intentans retractum contra vicinum inhabitan-
tem per ſe, domum propriam prius cœperit ædifi-
cium in ſuo ſolo, ſexto, quod adhæreat Domui,
ſolo, areæ, vel horto retrahendis à duobus ſal-
245 tem lateribus, *Rocc. diſput. Inr. Select. tom.* 2. *ca-
pit.* 163. *num.*7. *Rot. deciſ.*465. *num.*2. *verſic. immò
ſi ædificium coram Merlin.*, ſeptimo demum,
quod ædificium ex vtraque Domo, vel ſitu retra-
hente ſcilicet, & retrahendo conſtructurum, fu-
turum ſit inſignè, ità & taliter quod domus
retrahendæ pretium in quadruplum ſit exceſſu-
rum, quæ requiſita ponuntur *in dict.* §. 6. *Conſti-
tutionis Gregorianæ*, & prædicta benè aduertit
Card. de Lnc. de ſeruit. diſcurſ. 78. *num.* 3. & aliqua
ponderat *Rocc. diſput. Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 163.
& antiquitus libauit *Bard. de Inr. Protbomiſ.* §. 3.
*n.*2. *&* 4.

Si verò agatur de retractu coactiuo domus non
inhabitatæ per illum, qui poſſidet domum retra-
hendam, tunc vltra priora quatuor requiſita ſupra
relata, debet augeri pretium rei retrahendæ vltra
246 æſtimationem in duodecima parte, vt apparet
ex *dict. Conſt. Gregorij* 22. §. 6., & ponderat *Car-
din. de Lnc. de ſeruit. diſcurſ.*78. *n.*3.

Et Bulla Gregoriana in retractu coactiuo, præ-
cipuè contra illum, qui inhabitat propriam do-
mum tot requiſita expoſtulauit, quia tali caſu re-
tractus eſt magis odioſus, quàm ſimplex præla-
247 tiuus, & eſt multum exorbitans, dum dominus
nedum cogitur vendere, ſed vlterius recedere
à domo propria per ipſum inhabitata, vndè Gre-
gorius Pontifex duritiem, ac exorbitantiam ſuæ
Conſtitutionis mulcere voluit cum augumento
pretij, & cum tot alijs requiſitis, ex quibus non
ſic faciliter poſſet retractus coactiuus practicari.

Talis retractus coactiuus non habet locum,
quan-

quando vicinus, contra quem petitur, iudiciali-
ter ſe obtulit, & obligauit fabricare, & facere
eumdem ornatum, cum dominus debeat præferri
in faciendo æquali ornatu; & Conſtitutio Grego-
riana corrigit Ius commune ſolum in eo, quod
quis inuitus cogatur vendere volenti ædificare ad
ornatum, ſed non corrigit in eo, quod ſi ipſe
Dominus velit ædificare ad ornatum non debeat
248 præferri extraneo volenti per vim illum cogere
ad vendendum pro ædificando ad ſimilem orna-
tum, *Gratian. cap.* 745. *num.* 19. *& ſeq.* plenè *Add.
ad deciſ.* 16. *num.* 62., *& ſeqq. par.* 8. *recen. Rot. de-
ciſ.* 475. *par.* 1. *diuerſ., deciſ.* 2. *per tot. coram Coccin.*
& in eadem cauſa ſcribens *Spad. conſ.* 283. *lib.* 2.
deciſ. 465. *num.* 4. *coram Merlin. Cardin. de Luc. de
ſeruit. diſcurſ.* 79. *n.* 3.

At ſi Dominus domus retrahendæ non poteſt
facere ædificando ſimilem, vel paulò minorem
ornatum illo, quem offert vicinus retrahere volens,
249 tunc Bulla ſuper retractu coactiuo habet locum,
nec procedit concluſio ſupra firmata, vt plenè
firmatur in voto Camerarij impreſſo *in recen. par.*
13. *deciſ.* 538. *num.* 23. *& ſeqq.*, *& num.* 71. *& in-
fra*, vbi ſuper hoc referuntur plura iudicata etiam
Tribunalis Cameræ, & declarantur deciſiones
contrariæ.

Quinimmò cum ratio finalis Bullæ Gregoria-
næ fundata ſit in maiori ornatu Vrbis, ideò quan-
do fabrica facienda ex domo retrahenda affert
maiorem ornatum, quam afferre poſſit ædificium
oblatum per dominum domus fabricate volen-
tem, debet habere locum retractus fauore illius,
250 qui vult facere maiorem ornatum, etiam contra
Dominum domus, *Rot. deciſ.* 502. *num.* 4. *par.* 2.
recen., *& in dict. vot.* 538. *num.* 66. *& ſeqq. par.* 13.
recen., repetitum *deciſ.* 54 *poſt Pacichell. de diſtant. le-
gal.*, & facit *Gratian. cap.* 745. *n.* 32. *& ſeqq.*

Quando tamen domus volentis retrahere ad
ædificandum pro ornatu Vrbis eſt in ſe perfecta,
conſpicua, ac nobilis, & ex noua fabrica non or-
natus, ſed potius ſumptuoſa, ac immoderata lu-
xuria, ac ęmulatio volentis retrahere reſultat,
tunc talis retractus coactiuus ceſſat, cum Bulla
Gregoriana nitatur potius cuidam æquitati, &
congruentiæ, & ideò ius congrui appellatur, quę
congruitas debet intelligi de ornatu, decoreque
251 congruo, & proportionato pro qualitate domus,
non autem de immoderato, nam alias daretur
proceſſus in infinitum, quia ſemper poſſet dari, &
augeri maior ornatus ab ingenio, ac induſtria
famoſi Architecti, vt benè probat *Rocc. diſput.
Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 163. *num.* 2. *cum tribus ſeqq.
Rot. deciſ.* 386. confirmata *deciſ.* 437. *num.* 30. *&
ſeqq coram Merlin. Cardin. de Luc. de ſeruit. di-
ſcurſ.* 79., qui propterea dicit, in illo caſu retra-
here volentem ſe abſtinuiſſe à petitione retractus,
& num. 4. *in fine* teſtatur, quod in alio caſu ſimili
ſic conſuluit, & quod iuxta ſuum conſilium pro-
ceſſum fuit, idemque firmat etiam *in Supplem. par.*
2. *de ſeruit. diſcurſ.* 105. *n.* 2. *& ſeqq.*

Hinc nec retractus prælatiuus datur vicino in
concurſu Inquilini petentis retractum, quando
252 vicinus habet iam domum in ſe nobilem, & con-
ſpicuam facientem ornatum *Rot. deciſ.* 386. *num.*
42. *coram Merlin.*

Ex quo talis retractus coactiuus conceditur ad
ornatum Vrbis, hinc non competit fauore vicini
cohærentis à parte interiori, ſeù poſteriori in locis
obſcuris, & quando facies publica ædificij, ac Vr-
253 bis ornatus, quem Bulla Gregoriana principa-
liter intendit ex noua fabrica ſpecioſior non eua-
dit, vt *ex conſ. Aldobrandini impreſs. apud Theodoſ.
Rub. ſingular. Rot. Rom. tom.* 2. *p.* 3. *fol. mihi* 211.
paſſim in Rota recepto firmatur per *Gratian. cap.*
947. *num* 16. *& ſeqq. Cardin. de Luc. de ſeruit. di-
ſcurſ.* 78. *&* 79. *in Supplem. par.* 2. *de ſeruit. diſcurſ.*
90. *&* 100. *num.* 12. *Rocc. diſput. Iur. Select. tom.*
2. *cap.* 160. *n.* 51. *&* 52. *Rot. deciſ.* 386. *n.* 42. *cum
duobus ſeqq. coram Merlin.*

Tale tamen *Conſ. Aldobrand.* procedit ſolum,
quando vicinus à parte retro, & in locis obſcuris
non ſe extendit vltra talem partem, & ornatus non
poteſt fieri niſi in parte poſteriori, vel interiori
non reſpiciente aliquem locum publicum, ſecus
254 autem ſi domus retrahenda in aliqua parte ſe
extendit in locum publicum, vbi poteſt per ædifi-
cium fieri aliquis ornatus Vrbis, *Gratian. cap.* 903.
n. 14. *&* 15.

Hinc talis Bulla, ac retractus coactiuus ex illa
competens procedit etiam in horreis, fœnilibus,
ac promptuarijs, quando ex illorum ſtructura re-
ſultat ornatus Vrbis faciendus per nouam fabri-
255 cam, vt contra ſe diſſentientem teſtatur reſolu-
tum per Tribunal Cameræ *Card. de Luc. de ſeruit.
diſcurſ.* 100. *per tot.*, ex quo ornatus à Bulla inten-
tus nedum habetur ex inſignibus Palatijs, ſed
etiam ex alijs ædificijs congruis, & adaptatis lo-
cis, ac Regionibus Vrbis, cum in quibuſdam locis
longinquis à nobiliori ſitu Vrbis fabricentur fæ-
256 nilia, ac in Regione Ripæ Promptuaria, ſiuè
Magazzena pro reponendo vino Ripali, vt erat
caſus *dict. diſcurſ.* 100. *Cardin. de Luc.*, in qua Re-
gione Ripæ ob Portum, ac Dohanam adſunt in-
numera promptuaria, in quibus reponuntur, & cu-
ſtodiuntur piſces ſaliti, vina, & alia mercimonia
per mare ad Vrbem aduecta, & facit pro opinio-
ne Cameræ, (de qua iniuſtè conquæritur *de Luc.
dict. diſcurſ.* 100.) votum eiuſdem Cameræ *in recen.
p.* 12. *deciſ.* 413. *n.* 45. *& ſeqq.*

An autem talis retractus ad ornatum habeat
257 locum extra portas Vrbis, & in ſuburbijs vide-
tur affirmari *in alleg. vot.* 413. *num.* 46. *& ſeqq. p.*
12. *recen.*, ſed extra Portas Vrbis talem Bullam
non procedere, dum illa loquitur de ornatu intus,
non extra Vrbem, nam §. 14., per errorem allega-
258 tus pro §. 17. *eiuſdem Bullæ*, non ſomniauit de-
terminate, quod retractus pro ædificando ad or-
natum habeat locum per tria milliaria extra Vr-
bem, *dum in alleg.* §. 14. Bulla non agit de prædijs
vrbanis, ſed ruſticis, nempè vineis, & cannetis
paruis retrahendis, & propterea ea videtur eſſe ve-
ritas, quod quamuis Bulla Gregoriana ad orna-
tum Vrbis ædita procedat in omnibus partibus
Vrbis, licet remotis, vt in foro Boario, Regione
Ripæ propè Portum Tyberis, & ſimilibus, non
tamen habet locum extra Vrbem in Suburbijs,
cum ſit exorbitans ex prædictis, & ſic non ſit ex-
259 tendenda extra Portas, & in Suburbijs, in qui-
bus non viget ratio ornatus Vrbis, vt in puncto
ſuper ſimili *Pragm. Regn. Sicil.* hoc firmat *Mut. to.*
3. *ſuper cap. Regn. cap.* 20. *num.* 51. *&* 52.; & hoc
ſuadetur etiam ratione deſumpta, ex quo ſi Papa
voluiſſet talem retractum coactiuum odioſum, &
exorbitans pro ædificando ad ornatum Vrbis ex-
ten-

tendere etiam extra Portas Vrbis id faciliter po-
tuiſſet exprimere, ac expreſiſſet, prout expreſſit
retractum in cannetis, vineis, ac pedicis caſa-
lium extra Vrbem in certis caſibus infra conſide-
randis.

Huiuſmodi retractus coactiuus conceſſus vici-
no non competit conſorti, & poſſidenti pro indi-
260 uiſo, ex quo talis retractus eſt odioſus, & exor-
bitans, ideo non extendendus ad conſortem, vt
cenſuit Tribunal Cameræ *in Romana Retractus* 13.
Maij 1652. *coram clar. mem. Cardin. Franſono, tunc
Cameræ Clerico, & ſub die* 8. *Iunij* 1654. *coram
clar. mem. Corſino poſtea pariter Cardinali*, ex mo-
tiuo ſupra deducto quod conſors non eſt vicinus,
261 cum in ipſo corpore pro indiuiſo poſſeſſo dica-
tur in omni parte condominus ex benè firmatis
per *Rot. deciſ.* 386. *n.* 24., *& ſeqq.* confirmata *deciſ.*
411. *coram Merlin.*, & benè probat *Epiſcop. Rocc.
diſput. Iur. Select. tom.* 2. *cap.* 160. *num.* 36. *& ſeqq.
& num.* 44. vbi refert dictas reſolutiones Cameræ
coram Corſino, & Franſono, & id videtur eſſe
de mente eiuſdem *Conſt.* 22. *Gregorij XIII.* §. 6.
& 8., dum in verbis præſefert, quod Papa intel-
lexit de domibus diſtinctis, licet contiguis per
vicinitatem, non autem de vnica domo, quæ per-
tinet pro indiuiſo ad plures conſortes, dum tunc
vnus conſors non dicitur vicinus alteri, ſed om-
nes poſſident pro indiuiſo, nec vna pars domus
magis ad vnum, quàm ad alium pro indiuiſo per-
tinet.

Nec retractus coactiuus competit ad retrahen-
das domos, ac officinas loci pij deſeruientes pro
exercenda hoſpitalitate infirmorum, vel pro ha-
bitatione ad vſum miniſtrantium, ac deſeruien-
tium infirmis, ſicut enim poſſet tali caſu locus
pius cogere vicinum ad vendendum pro tali ope-
262 re pio exercendo, ità multo magis poteſt exci-
pere, quod domus deſeruit pro tali opere pio ple-
nè *Cardin. de Luc. in Supplem. par.* 2. *de ſeruit. di-
ſcurſ.* 47. *per tot.*, qui contrarium firmat in alijs
domibus locorum piorum, quæ non deſeruiunt
ad huiuſmodi opera pia exercenda, ſed ſolum lo-
cantur, ac retinentur pro fructu, & hoc ſecundum
probatur ex verbis Bullæ Gregorianæ, dum ad li-
cteram ſubijciuntur retractui domus Eccleſiarum,
& aliorum locorum piorum.

Idem tamen retractus coactiuus competit acti-
263 uè etiam Eccleſijs, ac alijs locis pijs, vt præſup-
ponitur *à Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.* 32. vbi
retractus fuerat intentatus à loco pio.

Et quando Eccleſia cogitur vendere vigore re-
tractus coactiui pro ornatu Vrbis, ex quo tunc
agitur de alienatione neceſſaria inducta per Con-
ſtitutionem Gregorianam, & ſic legem Papæ, tunc
in tali venditione, ac alienatione non requiritur
264 aliquod beneplacitum Apoſtolicum ex benè
firmatis *per Iul. Capon. contr. forenſ.* 1. *num.* 54.,
& ſeqq. vbi hoc firmat in terminis coactæ vendi-
tionis faciendæ ab Eccleſia in vim *l. ſi quis Sepul-
chrum ff. de Relig., & ſumpt. funer.*

Quando eſt locus retractui bonorum Eccleſiæ,
265 vel ſubiectorum fideicommiſſo ex dicta *Bulla
Gregoriana in* §. 17. debet inueſtiri prætium pro fi-
deicommiſſarijs, & quoad Eccleſias debet retra-
hens offerre aliam rem ſtabilem æquiualentem
266 cum debitis cautelis euictionis *Cardin. de Luc.
de ſeruit. diſcurſ.* 78. *num.* 3., *& in Supplem. par.* 2.
de ſeruit. diſcurſ. 97. *num.* 6., vbi addit quod ob ma-
ximam difficultatem inueniendi rem ſtabilem
æquiualentem inoleuit ſtylus concedendi de facili
diſpenſationem Apoſtolicam ſuper aſſignatione
tot locorum montium non vacabilium, prout
etiam nuper indicauit *Rot. in Romana Retractus*
28. *Iunij* 1697. *coram R. P. D. Lancetta.*

Et amplius ſi vigore Bullæ retrahatur res Em-
267 phyteutica Eccleſiæ, poteſt retrahens illam af-
francare, & eximere à Canone, alio corpore ſta-
bili conſtituto ex *Conſt. Gregoriana* §. 13. & plenè
firmatum fuit per Tribunal Cameræ in voto, de
quo *in recen. par.* 12. *deciſ.* 413.

Si emergat dubium, an retractui coactiuo ſit
locus, illud declarare ſpectat ad Camerarium, ac
Magiſtros Viarum, vti Executores eiuſdem Bullę,
& non ad Signaturam Gratiæ, vt firmatur in voto
288 Camerarij *in recen. par.* 13. *deciſ.* 538. *num.* 107.,
& 108. & in alio voto pariter Camerarij impreſ-
ſo apud *Paccichell. de diſtant. deciſ.* 54. *nu.* 15.; & ſi
prætendatur, quod præfati Camerarius, & Ma-
giſtri Viarum grauauerint in arbitrando, vel reij-
ciendo retractu ex notoria praxi olim appellaba-
tur ad Præſidem viarum, & poſtea ad Tribunal
269 Cameræ ex ſupra firmatis, & Tribunali Came-
ræ circa interpretationem, & obſeruantiam Bullæ
deferendum eſt, & ab illius iudicio, & obſeruantia
ipſamet Rota non ſolet recedere, quinimmò illi
deferre conſueuit, ex quo paſſim cauſæ retractuum
270 vigore Bullæ in præfato Tribunali Cameræ ven-
tilantur, *Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.* 70. *n.* 20.
& in Supplem. p. 2. *de ſeruit. diſcurſ.* 98. *n.* 3. *Rot. de-
ciſ.* 173. *n.* 26. *coram Dunozett. Sen.*

In talis tamen Bullæ interpretatione debet in-
ſpici illius ratio, ac finis, nempe ornatus Vrbis,
an verè ex ædificio retrahendo cum retrahente
reſultet, & an reſpiciat in publicum, vel in vicum,
ac locum obſcurum, an ille, à quo petitur retra-
ctus velit ipſe facere ornatum, vel ſi retrahens, ac
271 conuentus pro retractu poſſideant iam domos
habentes iam publicum ornatum, & in ſubſtantia
debent præcisè aduerti facti particulares circum-
ſtantiæ, an illæ quadrent, nec ne pro retractu *Car-
din. de Luc. in Supplem. par.* 2. *de ſeruit. diſcurſ.* 200.
num. 14.

Si autem omnibus facti circumſtantijs benè
penſatis, adhuc dubium ſit, an retractus competat,
tunc in dubio iudicandum eſt contra retractum
272 coactiuum ob illius odioſitatem, & exorbitan-
tiam ex voto Cameræ *impreſſ. deciſ.* 783. *num.* 2.
& 9. *par.* 2. *recen.*, & latè firmatum fuit ſupra hic
art. 1. *n.* 1. *& ſeqq.*

Præfatus retractus coactiuus ex eadem *Bulla*
273 22. *Gregorij XIII. in* §. 14. *&* 15. datur etiam
in vineis, & cannetis intra tria milliaria in recin-
ctu diſtrictus Vrbis, dummodò vineæ, & canneta
retrahenda ſint ſolita locari in pecunia, vel con-
cedi in coloniam pro certa quantitate fructuum,
ità tamen quod vinea retrahens ſit maioris pretij,
& quantitatis, & ædificiorum ſtructura magis
conſpicua, hiſque omnibus vineam retrahendam
tantopere debet ſuperare, vt inter vtramque ma-
gna adſit inæqualitas, itaut ceſſet retractus non
274 probatis à vicino retrahere volente omnibus
dictis qualitatibus, ex quo agitur de retractu,
odioſo, & exorbitante, *Gratian. cap.* 742. *num.* 65.
& ſeqq., & firmatur in voto Cameræ coram Bi-

ſcia *in recen. par.2. deciſ.783. num.4.* & cum dicto
voto per tranſit *Rot. deciſ. 173. n.26. coram Duno-
zett. Sen.*
An autem Bulla Gregoriana *in dict. §. 14.* lo-
quens in retractu coactiuo procedat etiam in re-
tractu prælatiuo vigore vicinitatis, quandò vi-
275 neæ, vel canneti venditio fieret extraneo non
vicino dubitat *Gratian. cap.546. n. 12., & ſeqq.*,
vbi adducit rationem; & videtur non competere
ſi perpendatur attentè verba *Bullæ in §. 14.* ibi --
cogi poſſint eadem vendere -- & *in §. 15.* vbi decer-
nitur, quod debeat ſolui pretium æſtimandum,
quod non euenit in retractu prælatiuo, de quo
in eadem *Bulla §. 8.*, vbi quod in illo ſoluendum
eſt pretium cum extraneo emptore conuentum.
At Bullam procedere ex obſeruantia etiam in
276 retractu prælatiuo tenet idem *Gratian. cap.546.
n.15. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.77. num. 2.*,
& in Voto Cameræ *deciſ.783. n.3. par.2. recen.*
Quod probatur à maioritate rationis, ſi enim
poteſt vicinus compellere dominum ad venden-
dum ante venditionem, multò magis poteſt præ-
tendere prælationem, quando dominus vendit, &
ſtante maioritate rationis in retractu prælatiuo
non poteſt dici, quod Bulla extendatur, ſed po-
277 tius agitur de comprehenſione in Bulla, ſemper
licita ex maioritate rationis, vt in puncto pro-
bant *Spad. conſ.282. n.2. lib. 2. Gratian. dict. cap.
546. n.15.*, & in Voto Camerarij in *recen. par. 4.
tom.1. deciſ.173. n.8.*
Quando autem eſt locus retractui prælatiuo in
vineis per viam comprehenſionis in Bulla ex ma-
ioritate rationis, tunc extenſio per viam compre-
henſionis fit cum omnibus qualitatibus compre-
henſis in Bulla ſuper retractu coactiuo, quod ſci-
licet vinea retrahens ſit maioris quantitatis, &
pretij, itaut inter hanc, & retrahendam magna
adſit inæqualitas, alias non eſſet comprehenſio
278 ſub eadem diſpoſitione, ſed potius diceretur
noua diſpoſitio, *Gratian.* in puncto *alleg.cap.546.
n.15., & ſeqq.*
At contrarium in retractu prælatiuò, non eſſe
ſcilicèt neceſſaria dicta requiſita preſcripta à Bul-
279 la in retractu coactiuo tenet *Gratian. cap. 742.
n. 62.* vbi teſtatur de obſeruantia inueterata, &
pluribus ſententijs Tribunalis Cameræ munita,&
facit Votum Camerarij in *recen. par.4. tom.1. de-
ciſ.173. n.8.*
Et licèt prima opinio videatur magis fundata,
dum illi aſſiſtit ratio, & finis Bullæ Gregorianæ,
quæ cum ſit exorbitans, præcipuè in vineis, præ-
dijs ruſticis, in quibus non poteſt conſiderari fa-
uor publicus concernens ornatum Vrbis, ſed ſo-
lum oblectamentum priuatorum volentium præ-
ferri in emptione, non debet propterea extendi,
& ſi prætenditur, quod extenſio fiat ex maioritate
rationis, & ſic potiùs agatur de comprehenſione,
280 debet hæc intelligi ſub iiſdem conditionibus, &
qualitatibus retractus coactiui, & *Gratian. cap.
742. n.62.* tenens contrarium materiam non di-
ſcurrit ſedulò ſicut fecerat *cap.546.* vbi *n. 50.* di-
cit quod in Tribunali Cameræ ſuper hoc variè
fuit obſeruatum, & ſic in tali difformi obſeruan-
tia videtur retinenda illa opinio, quæ magis ver-
bis menti, & rationibus Bullæ congruit, *Cardin.
de Luc. de ſeruit. diſcurſ.77. n.2., & 3.*, qui tamen
pro ſua opinione malè allegat *Gratian. dict. cap.*
742. dum hic *n. 62.* tenet expreſsè contrarium in
retractu prælatiuo, & *nu.63.* loquitur in retractu
coactiuo.
At hæc ſecunda opinio licet videatur ſatis ra-
281 tionabilis adhuc alia, quod in retractu præla-
tiuo in vineis non ſint neceſſaria requiſita expo-
ſtulata à Bulla in retractu coactiuo, in praxi re-
cipitur, & cum illa pertranſit Tribunal Cameræ,
vt latè firmatur in Voto Camerarij in *recen.par.4.
deciſ.173. n.15. ad 21., & par.13. deciſ.538.n.44.
ad 57.* cum cumulatis per *Rocc. diſput. Iur. ſelect.
tom.2. cap. 166. n. 8.*, vbi teſtatur de obſeruantia
Tribunalis Cameræ, & quod ipſe dum erat Audi-
tor clar.mem. Ducis Ceſarini priùs Cameræ Cle-
rici vidit ſemper ſic ſeruatum, & cum ex pluries
dictis in hac materia retractus plurimum defera-
tur iudicio Tribunalis Cameræ, in quo huiuſmo-
di cauſæ retractuum pertractantur *Rot.deciſ.173.
num.26. coram Dunozett. Sen.*, ideo non recedo ab
hac opinione ob authoritatem Tribunalis Ca-
meræ.
Vt autem talis retractus coactiuus cum requi-
ſitis ſupra expreſſis in vineis, & cannetis habeat
locum, debet fieri retractus totius vineæ, & can-
282 neti, & non partis, vt litteraliter remanet ſan-
citum in allegata *Bulla Gregoriana §.14. in fine*, &
probat *Gratian.cap.742.num.65. & ſeqq.* ea certè
ratione, quia ſi quis contra ius cogitur vendere
inuitus, non eſt grauandus alia exorbitantia, vt
cogatur rei ſuæ vendere partem tantum.
Et amplius ad hoc, vt retractui coactiuo in
vineis ſit locus debet retrahere volens ſua impen-
283 ſa colere vineam, non autem alteri locare, vt
legitur in eadem *Bulla §. 14.*, cum hæc habuerit
reſpectum ad nitorem vineæ retrahentis, & quod
dominus illam ornando, & maiorem, ac amplio-
rem reddendo poſſit illa ampliata, & magis or-
nata in ſuo nitore, & elegantia perfrui ad oble-
ctamentum, non autem reſpexit ad fructum au-
284 gendum in vinea retrahenda, quæ locatur, *Gra-
tian. cap.546. num.21., & ſeqq.* vbi propterea in-
fert, quod retractus non intrat, quandò vinea
retrahens eſt ſine vitibus, ac extirpata, & ſolita
locari ad excauationem puteolanæ, cum ceſſet in
tali vinea ratio nitoris à Bulla conſiderati.
Prout Bulla in vineis non dat retractum, quan-
do dominus vineæ retrahendæ illam non locat,
285 nec concedit in coloniam, ſed illam colit, &
retinet propria impenſa, vt habetur in eadem
Bulla §.14., ea palpabili ratione, quia iniquum
eſſet, quod dominus recreatione corporis, & ani-
mi oblectamento priuaretur in venditione pro-
priæ vineæ, vt alteri ex illa oblectamentum præ-
beat.
Nota hìc caſum, de quo fui interrogatus an ſi
agatur de vinea, quæ alias ſit ſolita locari, &
multoties retineri, & coli expenſis domini, &
præcipuè in vltimis annis, an ſit locus retractui
coactiuo, dic quod non, dum Conſtitutio loqui-
286 tur per verba *ſolent locare*, & in caſu, ſuper quo
fui requiſitus agebatur de vinea pluries culta ex-
penſis domini, & ab eo pro ſe retenta, & per
quatuor annos vltimos præcipuè fuerat eius ex-
penſis culta, & ſic *ſolitum* per Bullam nominatum
verificabatur per vnicum actum vltimum, quic-
287 quid ſecus eſſet, ſi dixiſſet *conſuetum*, cum
tunc requiruntur plures actus iuxta tradita per
Mar-

Marcell. Maur. alleg. 55. *num.* 16. *Gonzal. ad Reg.*
8. *Cancell. gloſ.*36. *n.*85. *Lotter. de re beneſic. lib.*3.
quæſt. 8. *nu.* 110., & licet aliquando fuiſſet varia-
tum, quia quandoque vinea fuerat locata, nihi-
lominus ſtante dicto verbo *ſolent* debet attendi
id, quod magis fuit practicatum, *Maur. ibidem*
*n.*18. *Rot. deciſ.*265. *n.*10. *coram Amat. Dunozett.*
& hic pro maiori parte temporis vinea fuerat
culta ſumptibus domini; & amplius, cum in vl-
timis annis fuiſſet culta à domino proprijs ex-
penſis hoc vltimum ſolitum, & vltima obſeruan-
tia erat attendenda, & ſuper hoc puncto dum hæc
ſcripta reuideo deuenerunt ad manus meas poſi-
tiones Tribunalis Cameræ, quæ erant clar. mem.
Cardinalis Franſoni, & inueni hoc late per plures
vices diſcuſſum in eodem Tribunali Cameræ inter
Antonium Pennagallum, & Federicum Nuccium
referente clar. mem. Cardinali Vecchiarello tunc
Cameræ Clerico, & appellante Nuccio à duabus
ſententijs contra ipſum prolatis fauore Penna-
galli pro retractu vineæ, quæ ſemel fuerat locata
vltimo loco, & Camera acriter cauſa diſcuſſa ſub
diebus 15. Decembris 1649., & 2. Maij 1650. re-
ſpondidit pro executione ſententiarum prolata-
rum pro retractu ſub motiuo, quod *ſolitum* expreſ-
ſum in Bulla verificabatur per vnicum, & vlti-
mum actum locationis vineæ.

Demum ex eadem *Bulla Gregoriana in* §. 15.
288 conceditur alter retractus coactiuus in pedicis,
ſeù prædiolis, ac linguis caſalium, ac tenutarum,
non excedentibus in menſura rubra decem, nam
vicini domini caſalium intra duodecim milliaria
ab Vrbe poſſunt retrahere, & cogi ad vendendum
ſoluto pretio æſtimando, ac vlterius aucta quin-
ta parte pretij, & idem ſtatuitur in linguis ca-
ſalium ad hæc ſpectantibus, ſed interſecantibus
caſalia aliorum, tunc enim dominus caſalis di-
ctam linguam non excedentem in menſura dicta
rubra duodecim tenetur illam vendere pro pre-
tio vt ſupra vicino, cuius caſale dicta lingua in-
terſecat, dummodò probetur vicinitas à duobus
lateribus.

Nunc aliqua adnotanda ſunt de retractu præ-
latiuo ab eadem Bulla Gregoriana conceſſo vi-
cino, ac inquilino; qui retractus prælatiuus dif-
fert à coactiuo, de quo mox actum fuit, quia
ille competit ex Bulla ad cogendum vicinum,
nullatenus vendere volentem ad vendendum, ad
effectum fabricandi ad ornatum Vrbis, prælati-
uus verò competit ſolum, quando quis vendidit
extraneo ad effectum præferendi vicinum pro eo-
dem pretio, pro quo facta fuit venditio extraneo,
289 cum hoc tamen, quod vicinus declaret, & pro-
mittat fabricare ad Vrbis ornatum, vt cauetur
in eadem *Bulla Gregoriana* §.8., & 9., & aduertit
*Rot. deciſ.*396. *n.*4. *par.*18. *recen.*

Vt autem dictus retractus prælatiuus compe-
290 tat debet conſtare de vicinitate, ex verbis eiuſ-
dem Bullæ, & notat *Gratianus cap.*752. *n.*42.

Pro vicinitate tamen ad hunc effectum retra-
291 ctus prælatiui ſat eſt confinatio etiam in modi-
ca parte *Gratian. cap.*745. *n.* 47., *& ſeqq. Cardin.*
*de Luc. de ſeruit. diſcurſ.*74. *n.*16.

Et maior, vel minor adiacentia conſideratur
ſolum in retractu coactiuo, vel in concurſu plu-
292 rium vicinorum contendentium ſuper præla-
tione in retractu, *Cardin. de Luc. dict. diſcurſ.* 74.
*n.*18. *verſic. motiuabatur etiam in fine*, & videatur
plenè idem *de Luca in ſupplement. par.* 2. *de ſeruit.*
*diſcurſ.*96. *n.*10., *& ſeqq.*

Quando autem plures ſunt vicini, qui concur-
runt in retractu præfertur ille, qui præoccupauit
293 per acquiſitionem re integra, *Cardin. de Luc.*
*de ſeruit. diſcurſ.*70. *n.*19., *&* 20., *& diſcurſ.*77.
*n.*4., *& in ſupplement. par.* 2. *de ſeruit. diſcurſ.*96.
*n.*15., *& diſcurſ.*98. *n.*4. *Epiſcopus Rocc. diſput. Iur.*
*ſelect. tom.*2. *cap.*161. *n.*10., *& cap.*162. *n.*72., *&*
*ſeqq. tom.*2.

At dicta concluſio ſuper prælatione danda
præoccupanti procedit, ſolum quando vtriuſque
vicini iura ſunt paria, ſecus quando alter habet
potiora iura, cum hoc caſu præoccupatio non
294 obſit ad tollendum retractum vicino habenti
potiora iura *Dec. conſ.*619. *n.*7. *Cirocc. diſcept.* 29.
*n.*23. *cum duobus ſeqq. Rocc. dict. cap.*161. *n.*11., *&*
*cap.*162. *n.*29., *& ſeqq.*

Nec procedit concluſio ſuper prælatione præ-
occupantis in terminis *Bullæ Gregorianæ* ad orna-
tum, quandò vicinus præoccupans non poteſt fa-
cere illum maiorem ornatum, quem poteſt facere
alter vicinus, qui habet etiam maiorem adiacen-
295 tiam, licet ſatis ſit æqualis vicinitas ad effe-
ctum præferendi illum, qui poteſt facere maiorem
ornatum Vrbis, cum Bulla ad hoc reſpexerit, vt
ex verbis eiuſdem Bullæ in §. 12. apparet, & ad-
uertit *Bard. de Iur. Prothomiſ.* §.5. *nn.*3., & alios
cumulat *Rocc. dict. cap.*161. *n.*1., *&* 2.

Et amplius in concurſu duorum vicinorum
296 præfertur ille, qui magis indiget habitatione
pro ſe, & familia, quàm alter, qui iam habet do-
mum commodam cum congruo ornatu iuxtà il-
lius ſtatum, *Cardin. de Luc. de ſeruitut. diſcur.* 76.
*n.*4. *Rocc. dict. cap.*161. *n.*3., *& cap.*162. *num. fin.*
& facit benè *Rot. deciſ.*437. *n.*19. 30., *& ſeqq. co-*
ram Merlin.

At in hoc quis debeat præferri inter plures
297 vicinos prætendentes retractum, Bulla Gre-
goriana plurimum attribuit arbitrio Magiſtro-
rum Viarum in §. 12., itaut illi, penſatis ornatu
Vrbis, ac maioribus iuribus pro vno, vel altero
vicino competentibus, poſſint arbitrari quis ſit
præferendus, cum ratio Bullæ tam in retractu
coactiuo, quàm prælatiuo ex ſæpè dictis ſit or-
natus Vrbis, vndè non datur ex illa prælatio vici-
no ſimpliciter vti vicino, ſed cum onere ædifi-
candi iuxta formam præſcribendam à Camera-
rio, & Magiſtris Viarum, vndè ſi vicinus non
poteſt ex ſua domo retrahente cum retrahenda
facere vnum corpus domus, quod tendat ad or-
298 natum Vrbis, & alter hoc facere poſſit, hic erit
præferendus iuxta magiſtralem *deciſ.*437. *nn.*12.,
& ſeqq. coram Merlin. Cardin. de Luc. de ſeruit. di-
*ſcurſ.*76. *n.*12.

Super prælatione tamen in retractu genericè
concedenda inter plures agnatos vicinos, vel con-
ſortes extra caſum huius Bullæ agetur infra hic
artic. 6.

Vt autem retractus prælatiuus competat, de-
bent concurrere quatuor requiſita etiam retractui
coactiuo communia, primò nempè vicinitas, ſe-
cundò oblatio ædificandi intra terminum præ-
ſcribendum cum oblatione, ac depoſito pretij
forſan ab emptore extraneo ſoluto, ac ſuſceptio-
ne omnium conditionum, ac onerum contento-

rum in Inſtrumento venditionis factæ extraneo;
tertiò publicus ornatus ex futuro ædificio reſul-
tans, ſine quo ex dictis ſola vicinitas non ſuffra-
gatur, quartò denium, quod publicus ornatus,
qui ex futuro ædificio reſultare debet, cadat par-
299 tim in domo retrahente, & partim in retrahen-
da ex firmatis in famigerata *deciſ. 437. coram Merlin.*, & benè notat *Cardin. de Luc. de Seruit. diſc. 78. n. 2.*

Ceſſat dictum requiſitum publici ornatus in
vtraque domo deſiderari, quando vicinitas conſi-
ſtit ſolùm in quibuſdam Inferioribus manſioni-
bus, & apothecis ſubtus domum exiſtentibus, ob
quas non poteſt prætendi retractus, cùm non ad-
300 ſit diſtinctio ædificiorum hinc indè, quæ ſimul
vniri, & ad meliorem formam cum ornatu redu-
ci poſſint, *Cardin. de Luc. de Seruit. diſcurſ. 78. num. 2. verſic. quoniam eius vicinitas*, *Rocc. dict. cap. 160. n. 50.*

Prone dictus retractus prælatiuus vigore vici-
nitatis datur ſolùm ad vnam domum contiguam,
& non ad alias eiuſdem domini in eodem profi-
301 lo, ſi ſint diuerſæ, & ſeparatæ, *Cardin. de Luc. de Seruit. diſc. 74. Rot. deciſ. 677. coram Buratt.* apud
quos habes, quando nec ne dicantur ſeparatæ, vel
vna domus ſola.

An autem talis retractus competat ſuper horto
vicino domui retrahendæ mediante alio horto,
ſi in horto retrahendo non poſſit fieri ædificium
ad ornatum, nec intrare valear vnio fabricæ fa-
ciendæ, ſuper hoc puncto fui aliàs requiſitus, &
dixi, quod non, & ſic à lite ſuper retractu fuit
receſſum, nam retractus ratione vicinitatis à
302 Bulla Gregoriana inductus non conceditur ex
firmatis vicino ſimpliciter vti tali, ſed cum qua-
litate ædificandi ad ornatum, & vniendi ſolum
retrahendum cum retrahente, itaùt euadat vnum
ædificium ad ornatum Vrbis, vt fuit ſupra pro-
batum, & habetur ea verbis *Bullæ Gregorianæ in §. 8. & 9.*, vndè vbi mens, ac ratio Bullæ non
congruit, nec intrat retractus, cum ceſſante ra-
303 tione legis, ceſſet eius diſpoſitio, & poſt hæc
ſcripta inuenio hoc animaduerſum per *Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2. cap. 166.*

Nec obſtare poteſt §. 14. *eiuſdem Bullæ*, nam
loquitur de vineis, & canneris retrahendis, & ſic
304 non poteſt extendi ad hortos, vel viridaria in-
tus Vrbem, cùm verſemur in Bulla correctoria
Iuris Communis; & in *dicto* §. 14. agitur de retra-
ctu prædij ruſtici ad ruſticum, non autem de præ-
dio ruſtico ad vrbanum, vnde vti caſus omiſſus
præcipuè in materia exorbitanti, & odioſa, vt eſt
retractus, remanet ſub diſpoſitione Iuris Com-
munis, vt præcisè aduertit *Rocc.* poſt datum à me
conſilium in lucem editus *d. cap. 166. n. 9.*

Subſequitur alia ſpecies retractus prælatiui
conceſſi Inquilino domus, quæ prælatio non
305 competit vigore decreti Cameralis, dum hæc
fuit abrogata per *Conſt. 126. Beati Pij V.*, & per
ſubſequentem Motum proprium eiuſdem *Beati Pij V. poſt d. Conſt. 126.* impreſſum, vt aduertit
Rot. deciſ. 88. n. 1. verſic. aut Dominus, & num. 13., & 14. coram Pen.

Sed competit ex integro vigore d. Bullæ Gre-
gorianæ *in* §. 11., dum Gregorius in dicta Bulla
non reintegrauit decretum Camerale abrogatum
per Beatum Pium V., ſed talem prælationem In-
306 quilinis de nouo conceſſit *Pacion. de locat., & conduct. cap. 27. n. 145. Rot. deciſ. 88. n. 13., & 14. coram Pen., & deciſ. 117. n. 1. coram Priolo.*

Quæ prælatio conceſſa Inquilinis à Gregoria-
307 na procedit ſolùm in Inquilinis domorum, vt
ex ipſius *Bulla in* §. 11. ibi: *ipſius domus Inquilino*,
& propterea requiritur, domum eſſe conductam
ad habitandum ſaltem de die, vt fieri conſueuit
308 in apothecis, & quibuſdam promptuarijs, ſeu
magazenis, in quibus habitarur ſaltem de die,
Pacion. de locat, & conduct. cap. 20. n. 82., & 83., & cap. 27. n. 150., & in Voto Camerarij *in recen. par. 1. deciſ. 184. n. 15.*, & Inquilinus ad hunc ef-
fectum dicitur habitator etiam vnius diei *Bald. in l. certi iuris n. 7. verſic. ſecundo quæro, C. locat.*,
309 & propriè dicitur, qui conductis ædibus prædij
vrbani inhabitat, vt poſt Iura, & Doctores cumu-
latos firmat *Rot. deciſ. 540. n. 6. par. 2. rec.*

Quocircà talis retractus vigore inquilinatus
non competit fauore conductoris vinearum boe-
torum, ac prædiorum ruſticorum, cum in his con-
310 ductor non dicatur inquilinus iuxta theoricam
Bald. in l. certi iuris n. 5., & 6. C. locat., vbi quod
domus ſitæ in agro habitabiles conceſſæ in loca-
tionem dicuntur datæ conductori vti colono agri
principaliter, & non vti inquilino, cùm talis di-
catur ille, qui principaliter conducit domum, &
311 quod conductor dicitur in Ciuitate, colonus in
Rure, & aduertit Votum Camerarij in *recen. deciſ. 184. n. 15., & infrà par. 1. rec.*

Si autem intus Vrbem in locis remotioribus,
& minus habitatis, vbi repetiuntur vineæ, ac hor-
ti herbarum locentur domus cum hortis, & vi-
neis, tunc ius inquilinatus procedit, ſi agatur de
conſpicuis Palatijs, ac domibus habentibus viri-
darium, ac paruam vineam pro delicijs habitan-
tium, & pro maiori oblectamento conductorum,
nam hoc caſu domus, ac prædium vrbanum prin-
312 cipaliter conſideratur, & viridarium, ac vinea
ſtant acceſſoriè, ac deſeruiunt pro domo, nec lo-
cantur principaliter pro fructu, ex traditis per
Bald. in d. l. certi iuris n. 5., & 6. C. locat., qui bene
prædicta diſtinguit.

Quæ prælatio, ac retractus competens inquili-
no ex Bulla Gregoriana procedit etiamſi domus
313 inhabitata fuerit vendita ad ſolam vitam em-
ptoris, *Spad. conſ. 282. lib. 2. Cherub. ad Conſt. 22. Gregorij XIII. ſchol. 2. Add. ad Buratt. deciſ. 937. n. 18., & 19.*, & talem intelligentiam recepit Bul-
la Gregoriana à principio, quo edita fuit, vt ex
Voto *Robuſterij* facto de mandato Papæ impreſſo
poſt *Paccichell. de Diſtant. deciſ. 53., Pacion. de locat., & conduct. cap. 27. nu. 151., & 152. Rot. deciſ. 446. n. 1 ad 12. coram Millin. Card. de Luc. de Seruit. diſc. 74. n. 3.*

Si tamen in conceſſione ad vitam fuit expreſsè
dictum, quod fiebat locatio domus, & non ven-
314 ditio, tunc inquilino non competit talis retra-
ctus, *Card. de Luc. d. diſc. 74. n. 3., & 4.*

An autem conductori auiamenti, & rerum ali-
cuius apothecæ competat retractus, ac prælatio
ex iure inquilinatus, ſi dominus dictum auiamen-
tum, ac res apothecæ alteri vendiderit, negatiuè
315 reſpondendum eſt, & ſic alias, dum iuridicun-
do præeram, iudicaui ex motiuis, de quibus in
Voto ſequentis tenoris.

Guattinus locauerat Bambacino ſtillia, ſeu
in-

inſtrumenta ſpectantia ad artem Vermicnlatij
vulgò *Vermicellaro*, cum eius auiamento exiſten-
tia in quadam apotheca, ac taberna ſpectante ad
alium titulo dominij, & ab ipſo Guattino con-
ducta, & cùm Guattinus finita locatione vendi-
diſſet Fiſcet eadem ſtillia, ac auiamentum, petebat
Bambacinus prælationem, ac rettactum vigore
iuris inquilinatus, ſed cauſa plenè diſcuſſa, fuit
reiectus ex ſequentibus motiuis.

Siquidem de iure Guattinus non poterat cogi
316 ad vendendum Bambacino, ſed poterat ad libi-
tum vendere Fiſcer, vel alteri per *tex. litteralem in
l. dudum C. de contrab. empt., & vendit.* plenè *Rot.
deciſ.2229.n.4., & ſeqq. coram Coecin.*

Nec talis Intis Communis diſpoſitio ſublata
fuit per *Conſt.22. Gregorij XIII. §. 11. Bullar. nou.
tom. 2.*, vbi datur prælatio inquilino ſuper em-
ptione domus ab eo inhabitatæ, quia nihil deter-
minat ſuper prælatione in emptione mobilium,
317 ſtilliorum, ac auiamenti, quæ ſunt quid diuer-
ſum ab ipſa apotheca, & domo materiali, benè
*Rot. deciſ.115.nu.4. cum duobus ſeqq. coram Grego-
rio*, vndè Bulla dans prælationem inquilino, de-
bet intelligi dehabitante ipſam domum, & apo-
thecam materialem prædium vrbanum, non de
ſimplici conductore rerum, ac mercium exiſten-
318 tium in apotheca, cùm inquilinus dicatur ille,
qui conductis ædibus prædij vrbani in illis inha-
bitat titulo conductionis *ad tex. in l. 2. & 4., &
ibi gloſa, ff. de vſu, & habitat. l. habitatores in prin-
cipio, ff. locat. Pacion. de locat., & conduct. cap.35.
n.2. Rot. deciſ.174. n.17., & ſeqq. par.1. recen., &
deciſ.540. n.2. par.2.*, vndè non poteſt tale ius in-
quilinatus, & illius vigore tetractus extendi ad
conductorem mobilium contentorum in domo,
319 & apotheca, cùm ſuper his non cadat inquili-
natus, nec adaptentur ſuper illis termini condu-
ctoris prædij vrbani, & facit in ſpecie *Rum. ad
Afflict. de Iure Prothomiſ. in verſic. ad tertium nota-
bile* fœrè *per tot. fol.54.*, vbi quod ſuper mobilibus
non cadit rettactus.

Et ampliùs mens Conſtitutionis Gregorianæ
non adaptatur huic caſui venditionis ſtilliorum,
& auiamenti, quia illa conſiderauit in conceden-
da prælatione inquilino quamdam æquitatem
320 illius fauore, ne ſcilicet turbetur, & eijciatur à
domo vendenda, dum ipſe vult emere, *Pacion. de
locat., & conduct. cap.27. nu.146.*, & benè *Rot. de-
ciſ.446. n.9., & 10. coram Millin.*, vndè non po-
teſt, nec debet extendi vltra id, de quo Conſtitu-
tio loquitur, & diſponit, cùm Statuta, Pragmati-
cæ, Conſuetudines, ac Conſtitutiones ſuper retra-
321 ctu ſint contra diſpoſitionem iuris, de qua *in l.
dudum, C. de contrab. empt.*, & ſic odioſæ, & conſe-
quenter ſtrictè intelligendæ, nec extendendæ de
caſu ad caſum plenè *Corn. conſ.166. nu. 8. & ſeqq.
lib.2. Pariſ. conſ.82. num.4., & infrà lib. 3.* plenè
*Palm. Nepos alleg. forenſ.8. nu.32., & 33., & al-
leg.55. n.6., & 7. Cenſal. deciſ. Lucen.15.n.9. Add.
ad Buratt. deciſ.677. litt. B.* itaut ſuper huiuſmodi
Statutis, & Conſtitutionibus ſuper tetractu ex-
322 tenſio non admittatur, etiamſi concurreret ea-
dem ratio, *Palm. dict. alleg.55. n.32. Cenſal. deciſ.
Lucen.15. n.22. Rot. deciſ.502. n.3. verſic. non debet
fieri par.2. recen.*, & in terminis Bullæ Gregoria-
næ ſuper iure congrui, quod ſtrictè intelligatur,
323 nec in ea ſit admittenda extenſio, *Pacion. de lo-
cat., & conduct. cap.20. n.103.*, vbi refert deciſio-
nem Rotæ per extenſum, & rursùs *cap.27. n. 147.
Rot. deciſ.88. n.14. coram Pen. deciſ.338. n.43., &
deciſ.437. n.27. coram Merlin., Add. ad Buratt. de-
ciſ.677. litt. B. verſic., & de Bulla Gregorij*, quæ
exorbitantia Bullæ multò magis procedit, & ſic
ſtrictius intelligenda venit in hoc puncto præla-
325 tionis, & retractus fauore inquilini, dum in hac
parte Bulla non præſefere aliquam publicam vti-
litatem, ſed ſolùm priuatam inquilinorum.

Et ampliùs pro excluſione retractus conſidera-
bam, quod Bulla conceſſit prælationem inquili-
325 no in emptione domus ab eo inhabitatæ, ne
turbetur eius quies, & incommodum patiatur
migrando ad aliam domum, vndè quatenus res
ageretur cum conductore domus, vel apothecæ
materialis inhabitatæ, ratio Conſtitutionis ada-
ptaretur, ſed non in conductore auiamenti, &
mobilium, quæ tranſportare non poſſet alibi,
dum ſua non ſunt, & ampliùs quia Guattinus,
qui conduxerat apothecam materialem, hoc eſt
manſionem pro retinendis ſtillijs, & auiamento
artis Vermicellarij, & illam ſublocauerat Bamba-
326 cino, renunciauerat iuri inquilinatus, & ſic non
poterat ex tali iure ab eo prætendi prælatio at-
tenta huiuſmodi renunciatione, latè *Rot. deciſ.171.
n.1., & ſeqq. coram Priol.*

Et licèt nullum fundamentum pro prælatione,
& retractu ex prædictis competat Bambacino,
nihilominùs ad exuberantiam contra ipſum vr-
get, quod declarauit *ſub die 27. Aprilis 1684.* vel-
le præferri in emptione ad formam Bullæ, & ta-
men intra dies quindecim non fecit inſtrumen-
tum fauore venditoris, iuxtà formam inſtrumenti
venditionis factæ Fiſier, nec minus intra alios dies
quindecim fecit depoſitum pretij ab eodem Fi-
ſier ſoluti Guattino, vndè per lapſum tanti tem-
poris, ſine adimplemento prædictorum præſcri-
327 ptorum à Bulla, expirauit omne eius ius, quate-
nus aliquod habuiſſet, vt diſponitur *in eadem Bul-
la §.9. Hactenus Votum.*

Bambacinus acquieuit iudicato, & melius con-
ſultus agnouit, retractum ab eo intentatum eſſe
prorsùs nouum, & à Bulla Gregoriana non exco-
gitatum.

Ceſſat quoque ius inquilinatus, ac illius vigore
328 retractus deſerta ab inquilinis poſſeſſione do-
mus locatæ, *Rot. in Romana Inquilinatus 1. Iunij
1598. §. non obſtat coram Cardinali Lancellotto Iu-
niore.*

Similiter ceſſat, ſi conductor domum non in-
habitet, nec ſufficit habitatio per ſubinquilinos
329 ad effectum retractus ratione inquilinatus, *Car-
din. de Luc. de Seruit. diſc. 82. per tot.*, qui teſtatur
ſic iudicatum, & ratio huius concluſionis eſt pa-
tens, ex quo Bulla Gregoriana conceſſit prælatio-
nem inquilino in emptione domus ab ipſo inha-
bitatæ ex quadam æquitate, ne ſcilicet turbetur
in habitatione, nec ab ea recedere cogatur, quæ
ratio ceſſat quoties conductor non inhabitat, ſed
ſublocauit recipiendo ex domo conducta fru-
ctum penſionum.

Pariter ius inquilinatus, & illius vigore retra-
330 ctus non competit ſubinquilino, quatenus hic
non euaſerit inquilinus, *Pacion. de locat., & con-
duct. cap.20. n.78., & cap.27. nu. 150. verſic., &
dum loquitur Rot. deciſ.386. n.1. coram Merlin.*, &

di-

diſcuſſo ſormiter articulo firmauit *Rot.in Romana
Inquilinatus* 1.*Iunij* 1598. § *prætereà* , *&* §. *non ob-
ſtat coram Card. Horatio Lancellotto*.

At quotiès terminata locatione inquilini ſub-
inquilinus ſtet in domo ſubconducta ſoluendo
penſiones domino domus, dum euanuit prima
locatio cenſetur ex integro ſubconduxiſſe, & de
331 ſubinquilino habitatore efficitur inquilinus, &
illi tali caſu competit ius inquilinatus, & ſic re-
tractus *Rot. deciſ.*386. *n.*13.*,& 14. coram Merlin.
Pacion. d. cap.*20. *n.*81. , vbi quod hoc caſu ſubin-
quilinus cenſetur ſibi mutaſſe cauſam, & titulum
poſſidendi ab illo ſubinquilini in inquilinum.

Nec minus ius inquiſlinatus competit pro re-
332 tractu, quando illi per conductorem fuit renun-
ciatum *Rot. deciſ.* 107. *n.*7.*, & deciſ.* 117. *n.*2. *co-
ram Priol.*

Et hoc procedit licet locatio facta ſit relatiuè
cum pactis initis cum alio priori conductore,
333 inter quæ adetat renunciatio facta Iuri Inquili-
natus *Pacion.dict. cap.*20. *num.*90. *Rot. deciſ.* 540.
*n.*1.*circa finem,p.*2. *& deciſ.* 495. *num.* 6. *& infrà
p.*4.*recen.*

Quæ renunciatio iuri inquilinatus prodeſt ne-
334 dum domino domus, ſed etiam eius ceſſiona-
rio *Rot.deciſ.*117. *n.*4.*&* 5.*coram Priol.*

Si autem locatio, in qua fuerat renunciatum
iuri inquilinatus, ſit terminata per diſdictam il-
lius factam à locatore, vel conductore, ſi poſt
diſdictam, ac terminatam locationem Condu-
ctor, & Inquilinus remaneat in habitatione Do-
mus, non ob hoc dicitur habitare ex noua loca-
tione ex integro, nec inſurgit nouum ius inqui-
linatus, cui fuerat renunciatum in prima loca-
tione per diſdictam terminata, ſed ſemper rema-
335 net illæſa renunciatio facta iuri inquilinatus
contenta in prima locatione terminata ex pleuè
firmatis in *deciſ.* 495. *n.*7. confirmata *deciſ.* 590.
*n.*5. *p.* 4. *recen.*; cum habitatio ex poſt facta vi-
gore tacitæ reconductionis intelligatur firmis re-
336 manentibus iiſdem pactis, conditionibus, ac
renunciationibus contentis in primo Inſtrumen-
to locationis, & ſic cum renunciatione inquili-
natus, vt vltra firmata in puncto in *dict.deciſ.*495.
& 590.*p.*4. *recen., & coram Priol.deciſ.* 117. *n.*7.
probat *Pacion.de locat., & conduct.cap.* 64. *n.*62.,
nam non poteſt conductor ex tacita locatione
plus acquirere, quàm haberet ab expreſſa, in qua
iuri Inquilinatus renunciauerat, cum plus non
337 poſſit operari tacitum, quàm expreſſum, vt ap-
poſitè ponderat *Rot.alleg.deciſ.* 495.*num.*7.*part.*4.
recen.

338 Nec obſtat *deciſ.* 210. *poſt Zacch. de oblig. Ca-
mer.*, quæ eſt *coram Vbald. inter eius impreſſ. deciſ.*
247., in qua fuit reſponſum pro acquiſitione no-
ui iuris inquilinatus, quia ab ea fuit receſſum in
deciſ. 301. *coram eodem Vbald.*, & articulo matu-
rè diſcuſſo in dictis *deciſ.* 495. *&* 590.*par.*4.*recen.,
& deciſ.*117.*coram Priol.*, & in præfatis poſterio-
ribus deciſionibus ſolidè fuit reſponſum pro non
competentia iuris inquilinatus in caſu conti-
nuatæ locationis poſt factam diſdictam primæ
locationis, in qua fuerat renunciatum decreto
Camerali, ac iuri inquilinatus.

339 Minuſque aduerſatur *tex.in l.ad certum* 15.*ff.lo-
cat.Ruin. conſ.*78. *num.*4.*lib.*1. ex quibus habetur,
quod cum prima locatio expirauerit per conſen-
ſum locatoris mediante diſdicta, ſi poſtea loca-
tor patiatur conductorem in re locata perſeuera-
re, hoc procedit non ex prima locatione iam re-
ſoluta, ſed ex nouo conſenſu elicito ex patientia
locatoris.

Siquidem reſpondetur, cenſeri factam tacitam
conductionem cum repetitione conditionum, pa-
340 ctorum, ac renunciationum contentarum in
prima locatione *per tex.in l. item queritur* §. *qui
impleto ff.locat.l.legem* 16.*C.eodem*, & firmant *alleg.
deciſ.*495. *&* 590.*p.*4.*recen.*, *& deciſ.* 335. *num.*8.
*par.*10., & plenè reſpondet *Milazz. Aſſert.*46. *nu.*
28. *& ſeqq.* ea ratione quia reconductia tacita eſt
eiuſdem qualitatis cum expreſſa *Antonell.de tem-
por. legal.lib.* 2.*cap.*35. *n.*4. *Vrſill. ad Afflict.deciſ.*
365. *n.*13., & præciſè quod locator agat pro
mandato de exfractando, ſinè migrando à domo
341 ex Inſtrumento expreſſo locationis, licet poſteà
tacitè continuatæ *Barz.deciſ. Bonon.* 1[illegible] *num.*17.
verſic.reſpondetur enim Franc. Merlin. deciſ. Lucen.
64. *num.*8.

Dicto tamen iuri inquilinatus non cenſetur
renunciatum per conductorem ex ſimplici pro-
miſſione, etiam iurata, dimittendi finita locatio-
342 ne domum vacuam, liberam, & expeditam,
Rot.in Romana Penſionis Domus 24. *Nouembris*
1603. *confirmata* 4.*May.*1604.*coram Cardin.Sacra-
to*, quarum prima eſt impreſſa, *deciſ.* 90. *poſt.
Zacch.de oblig. Camer.*

Nec tali retractui vigore Bullæ cenſetur per
Inquilinum renunciatum, ex quo recognouerit
emptorem in Dominum illi ſoluendo penſiones,
quia cum Inquilinus haberet annum ad declaran-
dum, an vellet vti retractu, ideò cenſetur reco-
gnitionem feciſſe pro tempore dicti anni, in quo
343 debebat ſoluere penſiones *Rot. deciſ.* 446. *n.*25.
& ſeqq. coram Millin. Spad. in illa cauſa ſcribens
conſ. 282.*lib.*2.

Nota tamen, quod ſi annulletur contractus,
in quo fuit renunciatum expreſsè Iuri inquilina-
344 tus, tunc ipſa quoque renunciatio euaneſcit, &
poteſt prætendi prælatio *Gratian. cap.*715. *n.*17.,
& ſeqq. Pacion. de locat., & conduct. cap. 20. *n.*94.

Minuſque inquilino, qui emit rem conductam
cum pacto retrouendendi competit vigore inqui-
linatus prælatio, ex quo per nouum titulum em-
ptionis conductor deſinit eſſe talis, cum euadat
dominus rei conductæ, nec inquilinatus detur
in re propria, & extinctus per emptionem non re-
uiuiſcit per retrouenditionem factam Domino fi-
345 nita iam locatione per emptionem *Rot.in Ro-
mana prælationis coram Sacrato apud Pacion. de lo-
cat., & conduct. cap.* 20. *num.* 95. *& ſeqq.*

Prout non competit talis prælatio inquilino,
ſi non poteſt venditori domus præſtare id, quod
346 emptor pro emptione præſtitit, plenè *Rot.deciſ.*
88.*per tot. coram Pen.* vbi contraria declarantur,
& ſequitur *Add. ad Buratt. deciſ.* 937.*à n.*20.

Quando tamen dictum ius inquilinatus com-
petit, eſt merè perſonale pro ipſius inquilini per-
347 ſona, ideò cedi non poteſt, *Rot. in dicta Roma-
na Inquilinatus* 1.*Iunij* 1598. *coram Lancellotto de-
ciſ.* 386. *n.*1.*coram Merlin.*, *Pacion.alleg. cap.*20.
*num.*86.*, &* 87.

Aduerte circa hunc retractum fauore inquili-
ni conceſſum à Bulla Gregoriana, quod non eſt
fauorabilis, ſed odioſus, & ſic in dubio reſpon-
den-

dendum contra inquilinum prætendentem retra-
384 ctum, vt firmatum fuit in Voto, Camerarij in
*recen.par.13. deciſ.538. num.*10. repetito *deciſ.*54.
poſt Paccichell.de diſtan.legal.

Vnum etiam nota hic, quod vltra retractum
conceſsum inquilino à Gregoriana in emptione
Domus locatæ adeſt etiam fauore inquilini alte-
ra prælatio concesſa per decretum Camerale in-
quilinis in Alma Vrbe, non pro emptione domus,
ſed ad hoc vt finita locatione conductor non poſ-
ſit expelli à Domo inhabitata, nec illa alteri lo-
cari pro maiori penſione, quoties antiquus con-
ductor eamdem maiorem penſionem offerat, ſi
tamen in Inſtrumento, ac alio documento loca-
349 tionis ſibi factæ non renunciauerit iuri inquili-
natus, nam ſtante renunciatione talis prælatio ceſ-
ſat, quod hic aduertere volui, quia non paucæ
ex authoritatibus ſupra allegatis ſuper iure in-
quilinatus procedunt, & loquuntur etiam in ter-
minis prælationis in noua locatione fauore in-
quilini, qui iuri inquilinatus non renunciauit,
ſuper quo poſt alios ab eo relatos poteſt videri
*Pacion. de locat., & conduct. cap.*20., qui latè agit
de materia.

Reſtat hic breuiter attingere in terminis Bullæ
Gregorianæ ſi concurrant ad retractum domi-
nus directus, vicinus, conſors, vel dominus, ſeù
creditor cenſus, quis illorum præferendus ſit, &
dic quod primo loco præfertur dominus dire-
ctus quibuſcumque alijs, dum ſtatuta, de Bulla
ſuper retractu debent intelligi ſine præiudicio do-
350 mini directi, cum illi per legem fuerit iam ius
queſitum in prælatione emendi rem ſuam, *Gra-
tian cap.*903. *num.*1. *& ſeqq., & cap.*957.*n.*28., *&*
29. *Giurb.deciſ.*52. *Peregr. deciſ. Patau.*60. *per tot.*,
vbi quod frequentiſsimè hoc fuit deciſum.

Secundo præfertur conſors vigore ſtatuti in
341 concurſu vicini, inquilini, & domini cenſus,
itaut prædicti præferantur gradatim, *latè Gra-
tian. cap.*876. *Add. ad Buratt, deciſ.* 327.*n.*23. *Rot.
deciſ.* 386.*n.*15. confirmata *deciſ.*411. *coram Mer-
lin. Cardin. de Luc. in ſupplem. part.*2. *de ſeruit. diſ-
curſ.*98.*n.*5.

Tertiò præfertur vicinus in concurſu inquili-
352 ni, vt habetur ex *Bulla Gregoriana in* §. 11. *Rot.
deciſ.*63.*n.*5., *& ſeqq. coram Mantic. & deciſ.* 437.
n. 1. *coram Merlin.*, quia vicinus nititur fauori
publico ornatus Vrbis, ſed inquilinus vtilitate,
& commoditate priuata, ne amoueatur à domo
conducta, cum non teneatur ædificare *Bard. de
iur. Prothomis qu.*9.

Quartò ſi vicinus nolit ædificare, præfertur
inquilinus, cum ex Bulla Gregoriana vicinus
præferatur, ſed cum onere ædificandi ad orna-
353 tum, & non alias, quod onus non habet inqui-
linus, cum illi retractus fuerit conceſſus ex alle-
gata congruentia, ne ſcilicet amoueatur à do-
mo conducta, quando illam vult retrahere in
defectum vicinorum emere, & ad ornatum fa-
bricare nolentium, ex mente *Bullæ in* §. 11.

Et inquilinus præfertur domino cenſus in em-
354 ptione fundi cenſiti, latè *Cardin. de Luc. in ſup-
plem. par.*2. *de ſeruit. diſcurſ.* 98. *num.*5. *& ſeqq. Rot.
deciſ.*386. *num.*15. *& ſeqq. coram Merlin.*

Non tamen Inquilinus præfertur conſorti ha-
355 benti prælationem ex hoc *Stat. Vrbis* 110. *Rot.
deciſ.* 386.*n.*5. *&* 6. *coram Merlin.*

Pariter vicini, & poſtea Inquilini, vt ſupra,
præferuntur in retractu domino cenſus in emptio-
ne fundi cenſiti, cum Bulla Gregoriana in hoc
356 tollat, ſeù ſuſpendat pro illis prælationem con-
ceſſam per Bullam Beati Pij V. domino cenſus.
*Rot. deciſ.*386.*n.* 20. *coram Merlin.*

Et ſuper prælatiune vicini domino cenſus per
357 tres rationes hoc probat *Scacc. de commerc., &
camb.* §.1. *qu.*1. *n.* 245. §. *concludo*, *Duard. de cenſ.*
§.3. *q.*11. *num.*4., *& infra.*

Quinimmò ſi dominus cenſus emendo præoc-
cupauerit fundum cenſitum, non ob hoc talis præ-
occupatio nocebit vicino, vel inquilino retrahe-
re volentius ob maius, ac potentius ius quod il-
358 li habent in re, quam habeat dominus cenſus
*Cardin. de Luc. in ſupplem. par.*2. *de ſeruit. diſcurſ.*98.
*à n.*6. *& ſeqq.* & faciunt ad hoc tradita ſupra hic
*artic.*5. *n.*293. & infra *artic.*6. *n.*376. *& ſeqq.*

Retractus vt competat ex Bulla Gregoriana
vltra requiſita ſupra relata, tam ſuper retractu
coactiuo, quàm prælarino debet etiam fieri de-
poſitum pretij liberum, & integrum, vt vltra
authoritates ſupra adductas *artic.*1. *à n.*45. ſuper
359 Statutis de retractu loquentibus, In ſpecie ſuper
hac Bulla, quæ expreſsè hoc determinat *in* §.9.
adnotatunt *Vermigl. conſ.* 414. *nu.*5. *Epiſc. Rocc.
diſput. iur. ſelect. tom.*2. *cap.*161.*n.*35.

Et ſi tale depoſitum non fiat ad formam præ-
ſcriptam in Conſtitutione Gregoriana ceſſat re-
tractus, & diſpoſitio Conſtitutionis, nec ab il-
lo faciendo ſuffragatur impedimentum peſtis, vel
360 belli, cum in tali materia non detur reſtitutio
in integrum, *Rocca diſput. iur. ſelect. tom.* 2. *ca.*160.
*num.*53., *&* 54.

Depoſitum tamen pro retractu in vim Grego-
rianæ non poteſt fieri non citato venditore, & il-
lo recipere nolente, pretium domus, ac rei re-
361 trahendæ cum decreto Iudicis de deponendo,
deponitur ex eadem *Conſt. Gregorij* §.9. *poſt medium*,
& notant *Gratian. cap.*541.*n.*16. & plenè *Rocc. al-
leg. cap.*161. *num.*32. *verſic. cum quià*, *& num.*33.
& ſeqq.

Taleque depoſitum debet fieri ſolius pretij
verè ſoluti, & non compenſati, cum Bulla loqua-
362 tur de ſolutione, quæ debet intelligi de vera
Gratian. plenè *cap.*742. *n.*42. *& ſeqq.* vbi præci-
puè id firmat ſi de credito compenſato clarè non
conſtet, cum tunc ſufficiat oblatio ſoluendi, eo
verificato.

Vndè quoties creditum compenſatum in ven-
ditione ſit certum, tunc dicitur interceſſiſſe vera
ſolutio, prout ſi retrahens ſit creditor certus em-
ptoris poterit loco ſolutionis pretij compenſare
creditum liquidum, & certum, cum compenſa-
363 tio ſit ſpecies ſolutionis, & qui compenſat ſol-
uere dicitur *l. ſi conſtat. C. de compenſat. Rot. deciſ.*
463. *num.*29. *coram Merlin.* vbi loquitur ad effe-
ctum habendæ retrouenditionis cenſus, in qua
requiritur actus retroſimilis hoc eſt realis ſolutio
quæ habetur mediante compenſatione crediti li-
364 quidi, & certi, plenè videatur *Cyriac. contr.* 34.
*n.*22. *cum duob. ſeqq.*, vbi quod compenſatio pa-
rit effectum pecuniæ numeratæ, & quod admit-
titur compenſatio pro vera ſolutione, etiam
ſtante Statuto, quod contra Inſtrumentum non
poſſit opponi aliqua exceptio, niſi ſolutio-
nis.

Et

Et hanc opinionem credo veram etiam in ter-
365 minis Grrgorianæ, licer enim hæc *in* §. 9. vtatur
verbo *perſoluerit*, adhuc cum mandet, quod retra-
hrte volentes præſtent omne id, quod in venditio-
ne facta continetur, dum in hac pretium eſt com-
penſatum in totum, vel in parte, compenſatio tali
caſu venit ex mente Conſtitntionis, quę voluit per
retrahęre volentes adimpleri conrenra in Inſtru-
mento venditionis factæ cum extraneo; ſi verò
agatur de credito certo, & indubirato ipſius re-
trahere volentis, quod babet cum emptore, &
tunc idem dicetem, cum nullum ipſi reſulter prę-
iudicium, nam cum iam ſoluerit vendirori pre-
tium, ſi pulſatur pro retractu, & eſt debiror cer-
tus, & iudubitatus retrahentis, benè hic dicirur
ſoluere pretium per compenſationrm.

Benè verum eſt, quod cum hæc Conſtiturio ſic
exorbitans, & loquatur de reſtitutione pretij; ac
depoſiti, quod depoſitum non poteſt verificari per
compenſatiourm, quam retrahens facere intendir
crediti, quod habet contra emptorem, non ſic de
facili poſſet in praxi obtineri, quod loco ſolutio-
nis, vel depoſiti pretij, admittatur compenſatio,
366 cum non deſinr Doctores renentes in terminis
ſtatuti loquentis de ſolutione non admitti com-
penſationem loco ſolutionis, vt pater ex plena *de-
ciſ. Ianuen. Chartar.* 77. *per tot.*

An autem depoſitum faciendum à retrahente
vigore vicinitatis debeat fieri pendente lire ſuper
vicinitate, & ſi illud non fiat, an currat rempus
annale à Bulla Gregoriana præſcriptum, quod
non debear fieri pendente lite ſuper vicinirate,
367 tenuir *Rot. deciſ.* 51. *&* 195. *coram Put. lib.* 2. *in
correct. vltim. ædit. Romanæ*, quas ſequitur *Rot. de-
ciſ.* 451. *per tot. coram Gregor.* & illas refert *Ciroc.
diſcept.* 29. *n.* 38. *& ſeq., & n.* 66.

368 Sed contrarium *per Rot. coram Gregorio deciſ.*
470. *num.* 1. fuit reſolutum, recedendo à priori
deciſione 451. ex obſeruantia Comeræ ibi præſup-
poſita, in qua *deciſ.* 470. *Gregorij* fuit dictum,
præfatas deciſiones *Putei* procedere quando prin-
cipaliter, & de per ſe fuit motum iudicium ſuper
vicinitate, & incidenter ſuper retractu, ſecus ſi
principaliter ſuper retractu, & vicinitas ſolum in-
cidenter, & per viam exceptionis fuit deducta,
nam quando iudicium retractus fuit principali-
ter præuio monitorio intentatum, vicinitas nega-
ta non facit ~~iudicium~~ ſeparatum, ſed venit inci-
denter, & per viam exceptionis, & ſic duraure lite
369 ſuper vicinitate, & retractu currit tempus ad
faciendum depoſitum, & cum tali diſtinctione
dictas *deciſiones Putei* declarant *Spad. conſ.* 285.
lib. 2. *Ciroce. diſcept.* 29. *num.* 64., *&* 66. *Cardin. de
Luc. de ſeruit. diſcurſ.* 76. *num.* 13., *& à deciſ.* 451.
coram Gregor. receſſit *Rot. coram eodem in alleg. de-
ciſ.* 470. in terminis Bullæ Gregorianæ.

At præciſa hac Bulla in terminis iuris commu-
nis tempus ad faciendum depoſitum pro haben-
do retractu non currit durante lite ſuper vicinita-
370 te, vt aduertitur *su deciſ.* 470. *num.* 15. *coram
Gregor.*, & benè *Rot. deciſ.* 937. *n.* 12., *& ibi Add.
coram Buratt.*

Vnum demum in terminis Bullæ Gregorianæ
nota hic quod ſi intimato retractu vicinis intra
terminum à Conſtitutione Gregoriana præfixum
371 non declaraurrint vrlle præferri, ac alia fecerint
præſcripta in eadem *Conſt. in* §. 8. *&* 9., prior ven-
ditio perfecta remanet, ſublata facultate amplius
retrahendi.

Et amplius quod terminus præfixus à Bulla
372 non currit à die intimationis, ſed à die repro-
ductionis, *Cardin. de Luc. in Supplem. par.* 2. *de
ſeruit. diſcurſ.* 101. qui *num.* 7. pro veritate inclinat
in hanc opinionem.

ARTICVLVS VI.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur plenè hic de prælatione inter plures agnatos, vel vicinos concurrentes ad retractum, qui præferantur, & ex qua cauſa, & an operetur pro prælatione præoccupatio rei, quæ intenditur retrahi, & quid ſi agatur de re diuiſibili, quando omnes admittantur pro rata, & quando vnus præferatur alteri. Oſtenditur quando omnes, vel aliquæ tantum ex rebus venditis poſſint retrahi. Retractui quando nec ne cenſeatur renunciatum. Ius retractus an cedi poſſit. Reſtitutio in integrum quando nec ne competat aduerſus non petitum retractum. Et demum ſuper retractu alia plura diſcutiuntur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

373 *Retractus vigore conſanguinitatis poteſt intentari à proximiore ſanguinis contra remotiorem non aſſenta præoccupatione ab hoc facta.*

374 *In retractu, vigore conſanguinitatis iuxtà modum ſucceſſionis proximior excludit remotiorem.*

375 *Retractus vigore conſanguinitatis à ſtatuto conceſſus licet faciat mentionem etiam vicinitatis, hæc cenſetur ſolum expreſſa incidenter.*

376 *Præoccupatio inter plures prætendentes retractum procedit dummodò iura ſint æqualia.*

377 *Secus ſi iura ſint inæqualia, vt quia alter vicinus habeat in re retrahenda maiorem adiacentiam.*

378 *In retractu ſi concurrant duo in æquali gradu proximitatis, ſed alter ſit etiam vicinus, præfertur hic conſanguineo tantum.*

379 *Retractum vigore conſanguinitatis prætendens debet illam probare concludenter per ſuos gradus diſtinctos.*

380 *Retractus in re diuiſibili ſi eſſet, præoccupatio competit omnibus ad illum concurrentibus pro portionabiliter iuxta adiacentiam bonorum.*

381 *In retractu vigore conſanguinitatis proximitas graduum computatur iuxta diſpoſitionem Iuris Ciuilis.*

382 *Statuta ſuper retractu concedunt prælationem agnatis, vicinis, vel conſortibus, quando alienatio fit in extraneum, ſecus ſi in ipſos agnatos, vel vicinos, & num.* 383.

384 *Contrarium eſt verius, quando inter ipſos non adeſt æquale ius ſuper retractu, ſed alter habet maiora & potiora Iura, & num.* 385.

386 *Præoccupatio in retractu quando nec ne ſuffragetur vide D.D. remiſſiuè.*

387 Rex

387 *Res vna tantum ex pluribus vnico pretio venditis non poteſt regulariter retrahi.*

388 *Contrarium firmatur verius, ſi res eadem ſub retractu ſit ſeparata ab alijs, nec habeat cum illis connexitatem, ac dependentiam, & num. 389. 390., & 392.*

391 *Secus ſtante connexione.*

393 *Retractui quando eſt locus ſuper vna ex pluribus rebus, quomodo fiat illius æſtimatio.*

394 *Res plures ſi vnitim ſint venditæ in fraudem retractus, abſque dubio illi eſt locus ſuper re cadente ſub retractu.*

395 *Retractus quando nec ne poſſit intentari ſuper vna ex pluribus rebus venditis vide remiſſiuè.*

396 *Retractui ſibi competenti quilibet ſemper poteſt renunciare etiam poſt ſententiam.*

397 *Procedit concluſio, licet in retractu eſſet admixtus fauor publicus, & etiamſi agatur de retractu vigore Gregorianæ, & num. 401.*

398 *Retractui ſi quis renunciauit non poteſt amplius illum proponere.*

399 *Contrarium tenentes referuntur, ſed prima opinio videtur magis æqua, & num. 400.*

402 *Retractus renunciatus eo minus poteſt proponi re non integra, & poſtquam alteri eſt facta venditio.*

403 *Renunciatio iuri retractus inducitur etiam ex verbis extraiudicialibus.*

404 *Fallit in retractu ex Gregoriana, & in altero competente domino cenſus ex Bulla Piana, cum pro forma requiratur interpellatio iudicialis.*

405 *Retractui vt cenſeatur renunciatum per verba extraiudicialia, hæc debent eſſe clara, & omninò concludentia.*

406 *Renunciatio facta ab vno ex pluribus, quibus competit retractus, non præiudicat alijs.*

407 *Renunciatio facta retractui prælatiuo, non præiudicat quoad retractum conſ nam.*

408 *Renunciatio iuri retractus, vti iuri quærendo poteſt fieri à minore, vel muliere ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, & num. 409.*

410 *Secus poſt petitum retractum, cum tunc agatur de renunciando iuri quæſito.*

411 *Renunciatio tacita retractui inducitur, ex qua quis ſciuit rem vendi, vel fuit præſens venditioni, & retractum non appoſuit.*

412 *Contrarium quod non ſufficiat ſola præſentia venditionis, deficiente aliquo actu poſitiuo, ex quo poſſit deduci renunciatio.*

413 Capicc. Galeott. contr. 49. *tenens primam opinionem declaratur, & num. 414.*

415 *Fideiuſſor in contractu venditionis non prohibetur retrahere rem venditam ex capite vicinitatis.*

416 *Idem procedit in mediatore contractus venditionis.*

417 *Nec à retractu excluduntur Tutores, vel Curatores illum petentes nomine proprio, ſi authorarunt venditionem ratione eorum officij.*

418 *Nec excluduntur à retractu proximiores, qui authorarunt vigore ſtatuti alienationem rei minoris, vel mulieris.*

419 *Nec Notarius, qui rogauit Inſtrumentum venditionis, nec teſtes in illo adhibiti arcentur à retractu.*

420 *Aduocatus, vel Conſultor, qui conſuluit ſuper Inſtrumento venditionis, vel voluntariè illi interfuit non poteſt retrahere.*

421 *Creditor, qui petijt ſui crediti ſatisfactionem ex pretio rei venditæ, non poteſt illam amplius retrahere.*

422 *Contrarium tenent alij, & Rota num. 423.*

424 *Priorem opinionem probat author, & num. 425.*

426 Deciſ. coram Caualer. 657. *tenens pro retractu reijcitur.*

427 *Opinio pro retractu iuxta* deciſ. 657. *Caualerij poteſt procedere, ſi ſtatutum ſuper retractu requirat conſenſum expreſſum pro forma.*

428 *Minori aduerſus terminum ſtatutarium præfixum ad petendum retractum non datur reſtitutio ex Bulla Gregoriana, & de ratione num. 429. & n. 436. declarantur contraria.*

430 *Minor in caſu retractus non petiti agit de lucro quæſito amittendo.*

432 *Minor non tenetur probare aliquam læſionem quando petit talem reſtitutionem, cum læſio reſultet ex lapſu temporis ad redimendum.*

433 *Reſtitutio à minore dicitur petita per clauſulam* ſibi Ius, & Iuſtitiam.

434 *Reſtitutio aduerſus non petitum retractum competit mulieri, ſed contrarium firmatur num. 435.*

437 *Minoribus legitimè interpellatis vigore Conſtitutionis Gregorianæ non competit reſtitutio, & num. 439.*

438 *Reſtitutione in integrum ad retrahendum non indigent minores, ſi non ſint legitimè interpellati.*

440 *Retractus agnatitius, & vigore conſanguinitatis non poteſt cedi vti perſonale, ſecus in alium agnatum, & num. 445.*

441 *Retractus agnatitius non tranſit ad hæredes extraneos, ſi non fuerit intentatus agnato viuente.*

442 *Retractus, ac ius prælationis competens Domino directo, cedi non poteſt.*

443 *Retractus, vigore vicinitatis poteſt cedi alteri vicino.*

444 *Pariter retractus vigore conſortij poteſt cedi conſorti.*

446 *Retractus, ac ius prælationis competens domino cenſus cedi poteſt.*

447 *Retractus conuentionalis cedi poteſt.*

448 *Fallit ſi contrarium fuerit conuentum, & quod ius redimendi ab ipſo ſolo venditore, & non ab alijs cedi poſſit.*

449 *Ius retractus cedi poteſt cum ipſa re ſubiecta retractui.*

450 *Promiſſio euictionis non porrigitur ad hoc, vt quis teneatur, ſi res euincatur vigore retractus.*

451 *Euictione ſequuta in vim retractus venditor tenetur ſolum reſtituere emptori pretium, quod recepit.*

452 *Retrahens in vim Gregorianæ poteſt expellere conductorem, non obſtante pacto de non alienando cum eo inito.*

453 *Venditor tenetur de euictione etiam in caſum retractus, ſi expreſſè in hunc caſum illam promiſerit.*

454 *Idem ſi generaliter quomodocumque, & qualitercumque euictio ſit promiſſa.*

455 *Venditor quando teneatur de euictione in caſum retractus vide remiſſiuè.*

456 *De materia retractus vide Doctores hic relatos.*

Licet in terminis Bullæ Gregorianæ ſi plures concurrant ad retractum, qui ſint præferendi plura dicta ſint ſupra hac *Annot.* 24. *artic.* 5. *à num.*

292. nihilominus hic aliqua alia generaliter in
terminis ſtatutorum ſuper retractu ratione con-
ſauguiuitatis, & vicinitatis non etit incongruum
adnotare.

Et ptimo eſt firmanda concluſio, quod quan-
do vigore ſtatuti, vel conſuetudinis competit re-
tractus vigore conſanguinitatis, ſi adſint duo con-
ſanguinei diuerſi gradus, vt quia vnus ſit ptoxi-
mior altero, ſi venditio facta ſit conſanguineo re-
motiori, poterit proximior in gradu contra illum
373 petere retractnm, nec obſtabit præuentio, vel
præoccupatio facta à remotiore latè *Ignens in l.
dudum C. de contraben. empt. n.24. ad 32. Dec. conſ.
619. num. 3. verſic. prædictis tamen, & ſeqq. An-
charan. conſ.370. n.1. ad medium, Dec. reſponſ. 15.
n.3. verſic. adeout concurrentibus, & num. 7. lib.4.
Coſt. Sicul. conſ.46. num.23. ad 28. Tiraquell. de re-
tract. lignager. §.11. gloſ.6. n.14. ad 19. Carpan. ad
Stat. Mediol. cap.417. num.824. tom.1. Mut. ſuper
cap. Regn. Sicil. tom.3. cap.20. n.45. Gomez. ad leg.
Taur. ſuper leg. 7. gloſ.5. num.12. ad 15. Io: Franc.
Balthaſſar. pract. reſol. par.2. tit.10. reſol.10. nu.2.,
Corradin. de Prælat. qu.14. num.25. Caruſ. in Silu.
Termin Arbor.21. num.82. cum duobus ſeqq.*

Nam in tali retractu proceditur prout in ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato, in quibus proximior ex-
cludit remotiorem, vnde proximior retrahit ab
374 emptore agnato remotiore, *Coſt. Sicul. conſ.46.
n.26., & 27., & n. 36., & 37. Ronit. in conſ. im-
preſſo poſt deciſ.12. à Ponte Peregrin. deciſ.23. n.7.
& deciſ.76. n.6. in fine.*

Et quando in ſtatuto fuere principaliter ex-
preſſi conſanguinitate, vel affinitate coniuncti,
& incidenter etiam fuit nominata vicinitas, re-
375 tractus principaliter debetur ratione coniun-
ctionis ſanguinis, & non vicinitatis, ſuper quo
videantur *Bald. conſ.472. n.3. prope finem lib.2.*, &
in puncto *Decian. reſponſ.15. n.51. lib.4.*

Præuentio autem in retractu, ac præoccupatio
facta à conſanguineo, vel vicino ſuffragatur, quan-
do illius ius eſt coæquale cum alio conſangui-
neo, vel vicino, tunc enim ratione coæqualis iu-
ris præoccupatio cum poſſeſſione ſuffragatur,
376 cum in pari gradu melior ſit conditio poſſiden-
tis, *Fabius de Ann. conſ.47. n.36., & ſeqq. lib.1.*,
& in illa cauſa *Franch. deciſ.550. n. 2., & infra
Balthaſar. alleg. reſol.10. nu.6. §. verum alij Rocc.
diſput. Iur. ſelect. tom.2. cap.162. n.30.*

At ſecus eſt, quando iura non ſunt æqualia,
quia alter prætendens retractum ſit proximior
ex ſupra firmatis, vel habeat maiorem vicinita-
tem, & plures adiacentias, tunc enim præfertur
alteri habenti minorem adiacentiam, ac vicini-
tatem, non obſtante, quod hic præuenerit in
377 emptione, ac retractu, cum duplex funiculus
magis, ac potentius ſtringat *Dec. conſ.619. n. 7.
Pariſ. conſ.81. n.18. lib. 3. Caruſ. in Silua Termin.
Arbor.21. n.100. Balthaſar. alleg. reſol.10. num.8.
§. huc faciunt.*

Et ſi concurrunt duo conſanguinei etiam in
eodem gradu, & alter eorum ſit etiam vicinus,
378 hic præferendus eſt conſanguineo tantum, licet
in eodem gradu exiſtenti, *Coſta Sicul. conſ.46. n.18.
Caruſ. dict. Arbor.21. n.88.*

Concurrentibus autem ad retractum pluribus
conſanguineis, debet conſanguineus retrahere
volens concludenter, & per gradus diſtinctos
probare conſanguinitatem, præcipuè contra al-
terum conſanguineum, qui præoccupauit, & re-
peritur in poſſeſſione, ac probauit ſuam conſan-
guinitatem per gradus diſtinctos, vel ſi ſtatutum
det retractum vſque ad certum gradum conſan-
379 guinitatis, alias probatio eſſet incerta, & irre-
leuans, *Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit.11. l.7.
gloſ.5. n.3., & ſeqq. Mut. ad conſuetud. Panhorm.
cap.26. n.141. cum duobus ſeqq. dict. Balthaſar. al-
leg. reſol.10. num.7. verſic. verum alij, Caruſ. dict.
Arbor. 21. n.41., & 42.*

Quando verò ſumus in re diuiſibili, & coæqua-
lis eſt vicinitas, & non adeſt præoccupatio ab
aliquo ex vicinis facta, tunc omnium vicinorum
380 debet æqualis eſſe conditio, & proportionabi-
liter illis eſt concedendus retractus pro rata iuxta
adiacentiã bonorum pro prudentis Iudicis arbi-
trio *Fab. de Ann. conſ.47. num.29., & ſeqq. lib.1.
Franch. deciſ.550. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.
72. n.4.*

Quia verò diximus, retractum ratione agna-
tionis, & conſanguinitatis deberi prius proxi-
381 miori in gradu, ideo aduerte, quod in compu-
tatione graduum ad effectum dignoſcendi, quis
ſit proximior attenditur Ius Ciuile, & non Cano-
nicum, *Carol. Anton. de Luc. de linea legal. art.2.
n.23. Gratian. cap.77. n.1., & ſeqq. Io: Franc. Bal-
thaſar. pract. reſol. par.2. tit.10. reſol.11. n.1., & 2.*
vbi adducit rationem, quia materia retractus ſe-
quitur naturam ſucceſſionis, & in ſucceſſionibus
gradus ſecundum Ius Ciuile computatur, & in
puncto retractus, & etiam in Terris Eccleſiæ *Ma-
tienz. dict. gloſ.5. n.7.*

Quę firmata ſunt circa prælationem proximio-
ris conſanguinei, vel vicini habentis maiores ad-
iacentias non profligantur, ex quo ſtatuta ſuper
retractu tanquam contra iuris communis diſpo-
382 ſitionem, ſint ſtrictè intelligenda, vt concedant
agnato, vicino, vel conſorti retractum in vendi-
tione facta extraneo *Fab. de Ann. conſ.47. nu.44.
lib.1. Vermigl. conſ.414. n.7., & 8. Gratian. cap.
752. nu.43., & ſeqq.*, & de perpetua ſententia
Tribunalis Cameræ reſtatur *Episcop. Rocc. diſput.
Iur. ſelect. tom.2. cap.162. n.34. cum duobus ſeqq.*,
& facit *Rot. deciſ.1114., & deciſ.1157. coram Pen.*;
383 tales quippe authoritates procedunt, ac veræ
ſunt, quoties æqualia iura proximitatis, vel vi-
cinitatis concurrunt, ſecus ſi potiora, & poten-
tiora aſſiſtant alteri agnato, vel vicino petenti
retractum, tunc enim venditio facta agnato, vel
vicino habetur pro facta extraneo, nec ex præuen-
tione, ac præoccupatione ob ius præponderans
agnati proximioris, vel vicini habentis maiorem
384 vicinitatem, ac plures adiacentias, fuit præue-
nienti, ac præoccupanti quæſitum aliquod ius ex
firmatis ſupra hoc *art.6. n.376.*, & præcisè poſt
alios congeſtos probat *Episcopus Rocc. diſput. Iur.
ſelect. tom.2. cap.161. n.21., & cap.162. n.29., &
385 ſeq.*; cum præuentio, & præoccupatio ſuffrage-
tur in coæquali iure, vt benè perpendit *dict. Rocc.*
locis mox allegatis, qui alios cumulat.

Qui verò plura exoptat ſuper hoc puncto,
quando necne in retractu ſit melior conditio
præoccupantis, vel præoccupatio non ſuffragetur
in præiudicium proximiorum in gradu, vel vici-
386 norum habentium plures adiacentias, vel la-
tiorem vicinitatem adeat *Fab. de Ann. conſ.47.
lib.1.*

lib.1. Decian. reſponſ.15. lib.4. Coſt. Sienl. conſ.46.
Cardin. de Luc. de ſernit. diſcurſ.72. latè Roce. diſp.
Iur. ſelect. tom.2. cap.161., & 162. Carnſ. in Silua
Termin. Arbor.21. n. 81., & ſeqq. Matienz. ad
leg. Recopill. lib.5. tit.11. leg.7. gloſ.5. Corradin. de
Prælat. quæſt.14.

Nunc videndum ſuper vtili, & controuerſo articulo, quando plures res ſeparatæ vnico pretio venditæ ſunt, an poſſit quis vnicam tantum rem retrahere, vel teneatur retrahere omnes, articulus non eſt adeo planus, quinimmò controuerſus; nam tenent alij, quod non teneatur emptor retrouendere vnam tantum rem, ex quo retractus, ac traditio rerum retrahendarum continet factum individuum, etiam ex voluntate contrahentium, quia non eſt veriſimile, quod emptor voluerit emere vnam tantum rem, & quia inſtrumentum retractus prælatiui, debet fieri cum omnibus pactis, & conditionibus, quibus fuit facta prima
387 venditio cum extraneo emptore, & hanc opinionem probabiliorem, & magis rationabilem firmant Aldonin. conſ.40. n. 7., & 8. idem inter conſ. Peregrin. 75. num. 83., & 84. lib.4. Vermigl. conſ.486. Palma Nepos alleg.8. n.3. infra Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit.11. leg.7. gloſ.7. n.20., & ſeqq., qui pro hac opinione adducit quinque rationes Ludouic. deciſ. Peruſ.112. num. 6., & ſeqq. plenè Io: Franc. Balthaſar. pract. reſol. par.2. tit.10. reſol.4. n.1., vbi adducit rationem, & in puncto retractus vigore Bullæ Gregorianæ poſt alios relatos Epiſcop. Roce. diſput. Iur. ſelect. tom.2. cap.163. num.13.
388 At contrarium tenent latè Molfeſ. poſt alios ab eo relatos ad conſuetud. Neapol. tom. 3. par.12. quæſt.29. n.4., & ſeq., & Roce. dict. cap.163. n.14. qui Molfeſias adducit concludentem rationem, quia licet plures res vnico contractu, & pretio vendantur, vna tamen res non eſt alia, ſed quælibet remanet in ſua propria ſpecie, ſeu indiuiduitate diſtincta, & ideo dum vicinus habet prędium vicinum, ad illud ſolum habet retractum, ſi velit, & non ad alia ſeparata, cum per confuſio-
389 nem factam per venditionem plurium prædiorum non fuerit ſublata diſtincta ſingularitas prędij vicini phyſicè, ac realitèr ſeparati ab alijs prædijs, & idem Molfeſ. poſt relatos ibid. nu.6., & ſeqq., ſubdit quod vnicitas, ac indiuiduitas contractus, & pretij procedit, quo ad ipſos emptorem, & venditorem, non verò quo ad tertium, cui competit retractus, cum quo ad ipſum tot dicantur venditiones, quot corpora bonorum, ex quo non habet ius retractus, niſi ad prædium vicinum ſeparatum, & diſtinctum ab alijs corporibus.
390 Hinc placet diſtinctio Vermigl. conſ.486. n.4., & 5. qui tenet, eſſe locum retractui rei ſeparatæ, & cadentis ſub retractu, ſi nullam connexionem, ac cohærentiam habeat cum alijs, ſecus ſi vna res eſt connexa cum alia, & vna alteri deſeruit ratione acceſſionis, vel officij, itaut ſit damnoſa illarum ſeparatio, cum in tali caſu connexionis cenſeatur contractus indiuiduus, & intret ratio,
391 quod alias emptor non emiſſet, & quia non eſt cogendus inuitus ad communionem, & idem ſentit Cenc. de Cenſ. quæſt.66. n.102, & ſeqq.

Quodque ſit locus retractui rei non connexæ
392 alteri, ſed ſeparatæ, ac diſcretæ, deducto pretio alterius rei non cadentis ſub retractu arbitrio boni viri Afflict. de Iur. Prothomiſ. §. ſcriptum eſt n. 1., & ſeqq. fol. mihi 209. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.419. num. 16. tom.1. Ferrer. ad Conſtit. Chatalon. par.1. gloſ.2. n.78., & ſeq. Molfeſ. alleg.
393 quæſt.29. n.23., vbi addit, quod quando eſt locus retractui vnius rei ex pluribus venditis, tunc æſtimatio talis rei fit arbitrio boni viri, nempè deducta æſtimatione aliarum rerum, quæ non retrahuntur, facta omnium collatione, conſiderando ſteriles cum fertilibus, inculta cum laboratiuis, diſtantia cum vicinis.

At ſi venditio plurium rerum confuſim facta ſit in fraudem retractus, tunc dubio procul eſt lo-
394 cus retractui rei vicinæ, licet cum alijs venditæ Palm. Nepos alleg.8. n.7.

Cęterù ſuper hac materia, quando nec ne poſſit ſuper vna tantum ex pluribus rebus venditis in-
395 tentari retractus, vel omnes retrahi debeant vltra dictos Molfeſium, Cenc. Palm., ac Vermigl. vide Chriſtin. ad leg. Mancip. Melchinen. tit.11. art.21. Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit.11. leg.7. gloſ.7. n.27. ad 33. Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.74. Rot. deciſ.174. coram Seraphin. Balthaſar. alleg. reſol. 4. per tot.

Sed an poſſit quis renunciare retractui, dic, quod ſic, cum quilibet poſſit renunciare fauori ſuo, etiam poſt petitum retractum, quinimmò
396 poſt obtentam ſententiam ſuper illo, licet hoc ſecundo caſu obtentę ſententię debeat renuncians condemnari in expenſis Coſt. Sicul. conſ.46. n.39., & 40. Benedell. de Iur. Prothomiſ. in Rubr. n. 65. Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom.3. par.12. q.41. num.1., & 2. Ciarlin. contr. forenſ. lib.2. cap.122. n.57., & 61. Gratian. cap.672. n.3. qui dicit quod contrarium tenentes malè ſentiunt Card. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.80. n.4. vbi quod in illa cauſa ſic fuit deciſum per Tribunal Cameræ, & quod hæc eſt communis, & recepta ſententia, qui Molfeſ., & de Luc. reſpondent contrarijs, Giurb. deciſ.51. n.1. Franch. deciſ.346. nu.2. Caſtill. deciſ.207. per tot. par.3. vbi pariter reijcit contraria Rouit deciſ. 24. n.15., & nouiter Carnſ. in Silu. Termin. Arbor. 21. nu. 130., quæ concluſio procedit, licet ex re-
397 tractu habeatur etiam admixtus fauor publici ornatus, Bard. de Iur. Prothomiſ. quæſt. 6. dependen. fol.135., & 136.

Et quando quis ſemel renunciauit retractui non
398 poteſt amplius illum intentare Mut. ad conſuetud. Panhorm. cap.28. n.15. 16., & 20. Molfeſ. alleg. quæſt.41. num.3., & 4. Berliech. concluſ. 40. nu.46. par.2. Balthaſar. pract. reſol. par.2. tit. 10. reſol.13. n.9.
399 Contrarium articulo diſcuſſo tenet Rebuff. conſ.99. per tot. Benedell. vbi proximè num.66., & cum hac opinione reſidere videtur Carnſ. in Silua Termin. Arbor.21. n.131. licet fateatur opinionem Matę eſſe magis æquam.
400 In hac opinionum contrarietate mihi magis placet prior opinio, quam ſequitur Magon. deciſ. Florent.118. vbi illi, cui fuit denunciatum extraiudicialiter, an vellet emere, & reſpondit negatiuè, fuit excluſus à retractu poſtea petito, & ſequitur Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom.2. cap.163. n.15., & hæc opinio probatur per tex. ferè litteralem in l. qui ſemel ff. de ſucceſſor. edict. allegatus per omnes tenentes hanc opinionem Ramius ad

Afflict. de Iur. Prothemiſ. ad decimum notabil. n.4. fol.85.

Et in puncto retractus competentis vigore
Gregorianæ, quod illi poſſit renunciari, cum prin-
401 cipaliter priuatam reſpiciat, non publicam vti-
litatem, & quod facta renunciatione non detur
amplius ad illum regreſſus *Gratian. cap.672. n.5. Cardin. de Luc. dict. diſcurſ.80. n.4., & 5.* vbi reſpondet *deciſ. 63. coram Mantic. dict. Rocc. allegat. cap.163. n.15.*

Quod indubitanter procedit, quando res non
402 eſt amplius integra, & alteri fuit facta venditio, *Mut. ad Conſuetud. Panhorm. cap.28. num.16. verſic. vbi intelligit, Rocc. dict. num. 15.* vbi ſignanter id firmat, ſi fuerit cœptum fabricari, *Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.75. n. 3. 5. iſtud motiuum in fine*, vbi quod Camera ſic interpretata eſt Bullam Gregorianam ſuper retractu.

Quæ renunciatio iuri retractus inducitur etiam
403 ex verbis extraiudicialiter prolatis inter partes, *Gratian. cap.672. n.1., & ſeq. Cardin. de Luc. de Seruit. diſcurſ.81. n.2. verſic. affirmatiuam, & ſeq. Magon. deciſ. Florent. 118.*, & alij apud *Rocc. alleg. cap.163. n.15. verſic. adeoùt in grauiſſimum.*

At hæc concluſio limitatur in retractu vigore Bullæ Gregorianæ, & in terminis Bullæ Beati Pij V. ſuper retractu fundi cenſiti, cum in illis non ſufficiat ſcientia extraiudicialis venditionis,
404 ſed pro forma requiratur denunciatio iudicialis, *Cardin. de Luc. dict. diſcurſ.81. n.3.*, vbi reddit rationem, & colligitur ex verbis Bullæ Gregorianæ §.8. vbi ait eſſe requirendos, etiam eos, qui nullo modo ſe empturos eſſe profeſſi ſunt, *Rocc. d. cap.163. n.5., & ſeq.*

At ad hoc, vt ex verbis extraiudicialibus dicatur renunciatum retractui, illa debent eſſe clara,
405 vniuoca, & omninò concludentia pernecesſè, nam ſi ſunt dubia, vel ad aliud referri poſſunt non inducunt talem renunciationem *Card. de Luc. de Seruit. diſc.75. nu.6. & ſeq.*, vbi quod cum hoc motiuo in illa cauſa pertranſijt Tribunal Cameræ.

Et declaratio huiuſmodi facta ab aliquibus illorum, quibus competit retractus non præiudi-
406 cat alijs ſimile ius retractus habentibus, cùm agatur de iure indiuiduo, quod per quemlibet exerceri poteſt, *Card. de Luc. d. diſc.75. n.4.*

Ex quo tamen quis renunciauit retractui prælatiuo conceſſo per Bullam Gregorianam, non cenſetur renunciaſſe retractui coactiuo per eam-
407 dem Bullam inducto, cùm ab vna ſpecie retractus ad aliam non inferatur *Cardin. de Luc. de Seruit. diſcurſ.75. nu.11., & in Supplem. par. 2. diſc. 105. n.4.*

An autem talis renunciatio iuri retractus poſſit fieri à minore, vel muliere ſine ſolemnitatibus
408 ſtatutarijs affirmant *Cald. de Iur. emphyt. lib. 4. cap.11. n.35. Cyriac. contr.309. nu.29.* qui ſe fundant, quia agitur de iure quærendo, & ſit renun-
409 ciatio meræ facultatis, & cum hac opinione pertranſit *Card. de Luc. de Seruit. diſc.75. n.5. verſic. nihilominùs cùm non ageretur.*

Quod intellige, ſi renunciatio facta ſit ante poſitum retractum, secùs ſi eo intentato, cum tali caſu agatur de iure quæſito renunciando, & ſic renunciatio, quæ fit retractui præſefert damnum,
410 ideò requiruntur ſolemnitates ex traditis in his terminis retractus per *Rot. deciſ. 73. num.10., & 11. coram Mantic.*

Renunciatio tacita retractui inducitur, ex quo vicinus ſciuit rem vendi, vel fuit præſens vendi-
411 tioni, & tacuit, non opponendo retractum, vt latè fundat *Capiec. Galeott. contr. forenſ. lib.1. c.49. n.25. ad 41.*

Sed quod talis conſenſus tacitus elicitus ex ſola præſentia venditioni non ſufficiat pro concludenda renunciatione retractus, ſed requiratur ex-
412 preſſus, vel deductus ex aliquo actu poſitiuo, ex quo neceſſario inferatur conſenſus ſuper renunciatione *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom.3. p.12. quæſt.31. n.4. Balthaſar. alleg. reſol.13. n.7. Caſtald. conſult. forenſ.54. n.10., & 11.*

Hac ſecunda opinione retenta non obſtat *Ca-
413 pice. Galeott. in alleg. contr.49.*, quia in illo caſu ille, cui competebat retractus, nedùm fuerat præſens venditioni, ſed vlterius in illa licitauerat, & fecerat depoſitum, ac in licitatione fuerat in pretio ſuperatus, & ſic dum vltra præſentiam comparuit etiam tanquam licitator, ſatis ex hoc
414 declarauit nolle retrahere, vt in ſpecie *Galeotto* reſpondet *Rocc.* longè poſt hæc ſcripta viſus *diſpat. Select. tom.2. cap.163. n.9.*

Subſequitur, quod fideiuſſor in contractu venditionis non prohibetur tanquam vicinus vigore ſtatuti retrahere, nec per talem fideiuſſionem dici-
415 tur renunciaſſe retractui, *Decian. reſponſ. 105. lib.3. Gratian. cap.205. nu.15. Roſſentall. de Feud. cap.9. concluſ.91. n.16., & ſeqq. Cirocc. diſcept.29. num. 59.*

Idem dic de mediatore in contractu venditio-
416 nis, qui non ob hoc cenſetur renunciaſſe retractui, nec prohibetur retrahere, *Nouar. qq. forenſ. par.1. q.82. Brill. ad conſuetud. Neapol. tit.17. de Iur. congr. cap.1. n.90.*

Nec excluduntur à retractu nomine proprio Tutor, vel Curator pupilli, vel minoris, qui ra-
417 tione eorum officij authorarunt venditionem rei factam à pupillo, vel minore *Decian. reſponſ. 105. n.10. lib.3. Piſtor. qq. Iur. lib.3. qu.17. num.2. Berliceb. concluſ.40. nu. 50. par. 2. Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit. 11. de empt., & retract. leg. 7. gloſ.13. n.13., Balthaſar. alleg. reſol.13. num.8. §. & hoc etiam.*

Hoc idem procedit in authorizatione, & conſenſu præſtito à proximioribus pro forma ſolemnitatis ſtatutariæ adimplenda in venditione rei minoris, vel mulieris, nam dum hoc fecerunt ratione officij, & ex neceſſitate ſtatuti, retractum
418 nomine proprio intentare non prohibentur *Berliech. d. n.50., & Matienz. alleg. n.13. in fine, Balthaſar. d. reſol.13. n.8. verſ. & hoc etiam.*

Hoc pariter procedit in Notario de inſtrumen-
419 to venditionis rogato, ac in teſte eidem inſtrumento adhibito, qui non prohibentur retrahere *Decian. reſponſ.105. num.9. lib.3. Menoch. conſ.58. n.64. Berliech. d. concluſ.40. n.49. Piſtor. alleg. q.17. Matienz. d. n.13., Balthaſar. alleg. reſol.13. n.8. §. idem etiam, verſic. aliud tamen.*

Aduocatus verò, vel Conſultor, qui ſpontè in-
420 terfuit inſtrumento venditionis, vel ſuper illo conſuluit, non poteſt retrahere *Menoch. conſ. 58. n.62., & ſeqq. Berliech. alleg. concluſ. 40. n. 51. il primo, dict. Balthaſar. alleg. reſol. 13. nu.8. §. idem etiam.*

Re-

Renunciaſſe retractui an dicatur ille, qui cùm
eſſet creditor venditoris petijt ab emptore pre-
tium pro ſatisfactione ſui crediti, & illud effecti-
421 uè recepit affirmat Rot. deciſ.698. n.10., & 11.
coram Merlin.

422 At contrarium in puncto tenet eadem Rot. de-
ciſ.657.n.3.coram Caualer. quam ſequuntur Cirocc.
diſcept.29. nu.53., & Cardin. de Luc. de Seruit. di-
ſcurſ.35. n.10., qui Cirocc. dicit, quod dum credi-
423 tor recipit pretium, non facit actum directo
contrarium, per quem inducatur renunciatio re-
tractus, & de Luc. aduertit, quod creditor tali
caſu petens creditum, ſi poſteà agat pro retractu
conſideratur tanquam diuerſus homo, & habens
diuerſum ius.

In hoc opinionum conflictu mihi magis arri-
det prima opinio, ex quo creditor agens pro pre-
tio rei venditæ contra emptorem contractum ven-
ditionis poſitiuè approbat, nam alias eo non ap-
424 probato pro pretio agere non potuiſſet ex bene
firmatis per Rot.deciſ.301. confirmata dec.447. co-
ram Buratt., & in his terminis deciſ. 450. nu.1. co-
ram Pamphil.; nam pugnant inter ſe, & non con-
425 ueniunt, quod quis ex contractu venditionis
velit aſſequi commodum, ac ſimul illum velit in-
fringere, vt præcisè firmat Capicc. Latr. deciſ.57.
n.14., & ſeqq. quem ſequitur Conciol. ad Stat. Eu-
426 gub. lib.2. Rubr.55. nu.22., qui Capicc. Latr. re-
ſpondet deciſ. 657. Caualer. pro contraria opinio-
ne allegatæ, & ſuper qua ſe fundant contrariam
opinionem ſectantes, & pro hac opinione ſtant
Carol. de Mean poſt hæc ſcripta viſi ad Ius Leo-
dien.tom.5.obſeru.559.n.8., & Balthaſar.alleg.reſol.
13.n.7.verſ.vbi præſens.

Et contraria opinio poſſet admitti, quando per
ſtatutum ſuper retractu requireretur conſenſus
427 expreſſus pro forma, tunc enim non ſufficeret
tacitus deductus ex receptione pretij, vt arguit
Cirocc.diſcept.29.n.54.

Quia ſi in tempore à ſtatutis ſuper retractu, vel
à Conſtitutione Gregoriana ſuper iure congrui
præfinito non fuit petitus retractus, nec adimple-
ta forma in illis præſcripta, retractui cenſetur re-
nunciatum, & illi ampliùs locus non eſt; nunc vi-
dendum an tali caſu pupillis, ac minoribus, vel
etiam maioribus detur reſtitutio in integrum ad
petendum retractum; & quidem de iure commu-
ni præciſa Conſtitutione Gregoriana, vel alijs
ſtatutis, qui expreſsè loquantur de minoribus
428 datur eiſdem reſtitutio in integrum aduersùs
lapſum termini ſtatutarij, quia tempore debito
retractum non petierint Coſt.Sicul.conſ.94.num.5.
Molfeſ.ad conſuetud.Neapol.tom.3.par.12. quæſt.43.
per tot., & qu.44. n.8. Franc.Rocc. reſponſ. legal.8.
n.17.lib.2.Viu.deciſ.534.n.32. Giurb.deciſ.77. nu.7.
verſic.ideò ne ſit, & deciſ.78. n.6., & ſeqq. Caſtill.
deciſ.244.n.2., & infrà.

Et talis reſtitutio conceditur minoribus, quia
429 ius retrahendi amiſſum ob lapſum temporis à
ſtatuto præfixum præſefert damnum, & læſionem
Coſt.Sicul.conſ.94.n.30., & ſeqq. Cancer. var.reſol.
par.2.cap.1.n.291. iuxtà modernam edit.

Quinimmò minor tali caſu propriè agit de lu-
430 cro quęſito amittendo Coſt. Sicul. alleg. conſ.94.
n.39. Giurb.deciſ.78.n.10.Rot.deciſ.78.n.10., & 11.
coram Mantic.

Nec tali caſu ad obtinendam reſtitutionem,
minor debet probare læſionem, cùm ſatis dicatur
431 læſus, ex quo illi lapſum eſt tempus ad retrahen-
dum Franc.Rocc.reſponſ.8. nu.18. lib.2. Giurb. latè
432 deciſ.78., & ſignanter num.4., & 13. vbi reijcit
Facchin.conſ.64. contrarium tenentem, & Giur-
bam ſequitur Caſtill.deciſ.Sicil.244.n.4.Capicc.Latr.
deciſ.57.n.13.40., & 41.

Taliſque reſtitutio à minore ſatis dicitur peti-
ta, ſi in libello, in quo petit retractum, adſint ver-
433 ba: petens in præmiſſis ius, & iuſtitiam omni alio
meliori modo, vt notat in puncto Coſt.Sicul.conſ.94.
num.35.

An talis reſtitutio aduersùs non petitum retra-
434 ctum in tempore competat etiam mulieri affir-
mat Molegnan.altercat legal.40. n.35.; at authori-
tates ab eo adductæ loquuntur in minore, qui ſpe-
ciali iure minoris ætatis nititur, nec mulieri ma-
iori poteſt concedi hoc priuilegium, ſi non oſten-
datur; ſolum pro muliere videndum in illis locis,
435 vbi adſunt ſtatuta, ne mulieres poſſint contra-
here ſine ſolemnitatibus, ſicut ſi hæ deficiunt in
renunciatione retractus expreſſa, illa non tenet, ità
idem dicendum ſit in renunciatione tacita, ne
plus operetur tacitum quàm expreſſum.

Et Doctores denegantes reſtitutionem in inte-
grum minoribus aduersùs lapſum temporis in
petitione hæreditatis loquuntur in legibus Hi-
436 ſpaniæ, & conſuetudine Galliæ expreſsè loquen-
tibus etiam de minoribus, vt aduertunt Coſt.Sicul.
conſ.94.n.28., & 29. Giurb.deciſ.79.n.8., & 9.

Vel procedunt in Conſtitutione Gregoriana
comprehendente etiam minores, quoties legiti-
mè fuerint interpellati ſuper venditione facta, vel
facienda, nam ſi in tempore à Conſtitutione præ-
fixo non petant retractum, nec adimpleant for-
437 mam in illa præſcriptam retractus ceſſabit ex
firmatis per Gratian.cap.957.n.1. ad 16. Rot. deciſ.
1680.n.130., & 131.coram Coccin.

Aduerte tamen, quod pupilli, ac minores non
egent aliqua reſtitutione aduersùs lapſum tempo-
ris à Statuto, vel Gregoriana præſcriptum ad re-
trahendum, ſi non fuerint legitimè interpellati,
præuia legitima deputatione curatoris illis fa-
438 cta, dum alias illis non currit tempus, vt gene-
ralibus omiſſis in his terminis probant Molfeſ. ad
conſuetud.Neapol.tom.3.par.12.qu.42. n.15., Carol.
Ant. de Luc. ad Gratian.cap.742. n. 9. Monach.de-
ciſ.Florent.28.

Si tamen intimatio retractus facta ſit tutori,
vel curatori legitimè deputato, & poſteà elabatur
439 tempus præſcriptum ad retrahendum, pupillus,
vel minor ampliùs non audietur Gratian.cap.957.
n.1. ad 16.

Ad hanc retractus materiam vtile eſt cogno-
ſcere, an ius retractus cedi poſſit in extraneum, &
440 dic quod non, ſi agatur de retractu vigore agna-
tionis, cùm ſit perſonale Peregr.conſ.89.n.4. lib. 5.
Ciarlin.contr.forenſ.lib.2.cap.121.n.35., & ſeq. Gra-
tian. cap.742. n.41., Gomez. ad leg.Taur. in leg.70.
n.8. Matienz. ad leg. Recopill. lib. 5. titul.11. leg.7.
gloſ.2. à n.24. Cirocc.diſcept.29.n.70. Carpſ.in Silu.
Termin.Arbor.21. n. 136. verſic. quod quidem ius,
Olea de Ceſs. Iur. tit.3. qu.2. n.2., & ſeqq., Peregr.
deciſ.22.n.4. Giurb. deciſ.84.n.15.Caſtill.deciſ.244.
n.8.tom.3., Thomat.deciſ.46.n.17., & 30.

Nec enim talis retractus agnatitius tranſit ad
hæredes extraneos, quoties iudicium ſuper illo
per

441 per Agnatum viuentem non fuerit intentatum,
ſecùs eo intentato Peregr. deciſ. 22. n. 1., & ſeqq. Ca-
ſtill. deciſ. 244. n. 8. verſic. ius retrahendi.

Nec ius prælationis, ac retractus, quod com-
442 petit domino directo cedi poteſt Surd. conſ. 205.
n. 21. lib. 2., Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 11. n. 48.
plenè Olea de Ceſs. Iur. tit. 3. qu. 2. nu. 21., & ſeqq.
Giurb. deciſ. 51. n. 8. Caſtill. deciſ. 244. nu. 8. verſic.
ſicut nec ius prælationis.

Poteſt tamen cedi ius tetractus vigore vicini-
443 tatis alteri vicino vicinitatem habenti, Ciarlin.
contr. forenſ. lib. 2. cap. 121. nu. 35., & ſeq. Ciroce. di-
ſcept. 29. n. 4., Olea de Ceſs. iur. tit. 3. qu. 2. n. 29. verſ.
444 cum tamen caſu, vbi etiam de ceſſione facta con-
ſorti quod teneat, & de ratione.

Prout cedi poteſt retractus vigore agnationis,
445 ſi fiat in alium agnatum proximiorem, Cald.
conſ. 30. num. 8. verſic. & in ſpecie retractus, Peregr.
deciſ. 23. per tot. Olea de Ceſs. iur. titul. 3. quæſt. 2.
num. 15., vbi quomodo hoc procedat, & in quos
agnatos.

Similiter cedi poteſt retractus, ac prælatio
446 competens domino cenſus in emptione fundi
cenſiti ex Bulla Beati Pij V., & ſi cedatur cenſus,
venit ius tetractus ex cenſu competens Cenc. de
cenſ. qu. 66. d. n. 118. Olea de ceſs. iur. tit. 3 qu. 2. n. 31.
Rot. deciſ. 758. par. 18. tom. 2. rec., de quo dicam la-
tius infrà artic. ſeq.

447 Cedi quoque poteſt retractus conuentiona-
lis, Ruin. conſ. 72. per tot. lib. 2. Peregr. conſ. 95.
num. 6., & per tot lib. 6. Cranett. conſ. 191. num. 2.
Azeued. ad leg. Recopill. lib. 5. tit. 11. leg. 7. nu. 30.
verſic. ſecundo ſublimata Benedell. de Iur. Prothomiſ.
in Rubr. num. 56. Ariaſ. de Meſ. var. reſol. lib. 1. cap.
21. num 9. Tondut. reſol. Ciuil. cap. 83. nu. 1. in fin.
& infinitos congerit Olea de ceſſ. Iur. dict. quæſt. 2. n.
37. ad 40. Manſ. conſult. 336. num. 23. Ludouic. deciſ.
Lucen. 47. n. 4.

Fallit ſi pactum ſit, quod ſolum ipſe venditor
448 poſſit redimere, & non alius, vel quod tale
ius redimendi alteri cedi non poſſit Peregrin.
conſ. 95. num. 9. verſic. ſed adhuc lib. 6. Olea dict. q. 2.
num. 41. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 7. n. 254.

Aduerte tamen circa ceſſionem iuris tetractus,
quod licet regulariter ex firmatis illud ſeparatum
ab ipſa re cedi non poſſit, attamen poteſt cedi
449 cum ipſa re, cuius vigore competit tetractus,
Vermigl. conſ. 414. num. 10. & 11. Gratian. cap. 752.
num. 41., & 42.

Hic demum breuicee videndum an venditor
teneatur emptori de euictione, ac ad damna, &
intereſſe, ſi res euincatur vigore retractus, & dic,
450 quod non, licet generaliter fuerit facta promiſ-
ſio de faciendo conſentire omnem perſonam
Guzman. de euiction. qu. 19. num. 1. & ſeq. Ciroce.
diſcept. 29. n. 68. Benedell. de iur. Prothomiſ. in Rubr.
n. 63., Caruſ. in Silu. Termin. Arbor. 21. n. 139. Rot.
deciſ. 53. n. 2. coram Mantic. deciſ. 220. nu. 4. coram
Millin., & deciſ. 618. num. 23. & 24. coram Ca-
ualer.

Et ſolum in caſum euictionis debet à vendito-
451 re reſtitui emptori pretium, quod recepit
Guzman. dict. quæſt. 19. num. 20. Gratian. cap. 205.
nu. 29.

Nec tenetur retrahens vigore Bullæ Gregotia-
næ reficere aliqua damna conductori, cui durat
452 locatio, & poteſt illum expellere non obſtante
pacto de non alienando inito cum conductore
Rot. deciſ. 63. per tot. coram Mantic. repetita deciſ.
143. poſt Pacific. de Saluian., & deciſ. 220. n. 5. co-
ram Millin.

At tenetur venditor de euictione etiam in ca-
454 ſum tetractus, ſi expreſsè in dictum caſum fue-
tit promiſſa Guzman. dict. qu. 19. n. 14. Ciroce. di-
ſcept. 29. n. 68. Giurb. deciſ. 59. n. 25.

Idem dicas, ſi euictio promiſſa ſit quomodocum-
454 que, & qualitercumque res euincatur, Ciroce. di-
ſcept. 29. num. 68. verſic. contra quos, vbi teſtatur
de veriori opinione, & videatur quandò vendi-
455 tor teneatur de euictione etiam in caſum tetra-
ctus Mangil. de euiction. q. 134.

De materia tetractus, ac de Statutis ſuper re-
456 tractu loquentibus generaliter vide Dec. conſ.
619. Vegg. conſ. 2. Aldouin. conſ. 37. & 40. Lancellott.
Gall. conſ. 14. Hyer. Palm. conſ. 31. Anell. Amat.
conſ. 48. & 93. Pariſ. conſ. 83. lib. 2. Decian. reſponſ.
11. 15. & 69. lib. 4. Io. de Amic. conſ. 1. Saminiat.
conſ. 8. Peregr. conſ. 75. lib. 4. Mandell. Alb. conſ. 107.
Coſt. Sicul. conſ. 46. 50. 76. & 94. Mareian. conſ. 10.
Muta ad conſuetud. Panhorm. cap. 26. Giurb. obſer.
2. 25., & 46., & ad conſuetud. Meſſan. cap. 31.
Chriſtin. ad leg. Municip. Melebinen. tit. 11. Molfeſ.
ad conſuetud. Neapol. tom. 3. par. 12. quæſt. 1., &
ſeq. Nepit. ad conſuetud. Catan. tit. 40. Conſuetud.
1. Maticnz. ad leg. Recopill. lib. 5. tit. 11. leg. 7.
gloſ. 3., Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 55.
Gomez. ad leg. Tauri leg. 70. Ciroce. diſcept. 29. de
Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 44. Altograd. Iun. contr.
forenſ. 109. Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2. cap. 160. ad
163. Caſtald. conſult. forenſ. 54. & 115. Cardin. de
Luc. de ſeruit. diſcurſ. 68., & ſeqq. Gratian. cap. 742.
745. 742. cap. 903., & 957. Groſſ. contr. Forenſ. 2.
Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 119. Berlicch. concluſ. 39. &
ſeqq. p. 2. Caruſ. in Silu. Termin. Arbor. 21., Queſad.
Piloſ. diſſert. 3. Morl. in empir. iur. part. 1. tit. 9.
quæſt. 11., & ſeqq. Caſtropal. oper. moral. par. 7. tract.
32. diſput. 5. punct. 29. §. 3. ad. 9. fol. mihi 281. Ioan.
Franc. Balthaſar. pract. reſol. par. 2. tit. 10. reſol. 1. ad
18. Bard., Benedell. Tiraquell., Afflict. cum addit.
Rum. omnes de iure Prothomiſ., & de retractu, Ca-
picc. Latr. deciſ. 57. Giurb. deciſ. 51. Caſtill. deciſ. 207.
Armenzan. deciſ. Iannen. 32. Chriſtin. deciſ. Belgic.
181. lib. 1., & deciſ. 58. lib. 3., Seſſ. deciſ. Aragon. 410.
Peregr. deciſ. Patauin. 22. Rot. deciſ. 6. coram Buratt.
deciſ. 608. & 740. coram Merlin. deciſ. 2229. coram
Coccin. deciſ. 783. par. 2. recen. deciſ. 173. par. 4. deciſ.
413. par. 12. & deciſ. 538. part. 13.

ARTICVLVS VII.

ARGVMENTVM.

Aduertuntur hic plura ſuper retractu debito domino, ac creditori cenſus ſuper fundo cenſito ex Bulla Beati Pij V., quando ille nec ne competat, & quod creditori cenſus debeat pro forma iudicialiter intimari venditio fundi cenſiti, nec ſufficiat ſcientia extraiudicialis aliunde habita; diſcutitur quando pro prælatione concurrunt plures

cre-

creditores cenſuum, quis præferantur in retractu fundi cenſiti oſtenditur in quibus Regnis, & Dominijs ſit recepta Bulla B. Pij V. ſuper forma creandi cenſus ædita. Demum plura alia ſupet retractu competente creditori cenſus ſuper fundo cenſito ponuntur, de quibus habebis in Summario

SVMMARIVM.

457 *Prælatio compeiit domino cenſus ſuper fundo cenſito.*

458 *Credirori cenſus debet fieri iudicialiter intimatio venditionis fundi cenſiti cum omnibus ſuis conditionibus, & poſtea eſt expectandus per menſem.*

459 *Terminus dicti menſis eſt triginta dierum.*

460 *Terminus predictus eſt triginta dierum continuorum, & non vtilium.*

461 *Denunciatio venditionis domino cenſus debet fieri cum inſertione Inſtrumenti, ac omnium pactorum, & conditionum.*

492 *Denunciatio iudicialis requiritur pro forma, & non ſufficit ſcientia extraiudicialis, & n.466. declarantur contraria.*

463 *Non tollitur talis denunciatio iudicialis, ex quo creditor cenſus fuerit præſens Inſtrumento venditionis.*

464 *Nec illa tollitur, ex quo creditor cenſus fuerit mediator venditionis.*

465 *Remiſſoria ad probandam ſcientiam extraiudicialem venbitionis factæ in domino cenſus, non conceditur, cum ſit irreleuans.*

467 *Denunciatione iudiciali non facta domino cenſus, illi durat actio ad petendum retractum vſque ad triginta annos.*

468 *Præſcriptio ſtatutaria in hoc retractu debito domino cenſus non currit, vel datur reſtitutio.*

469 *Denunciatio debet fieri ipſi domino cenſus, non procuratori.*

470 *Denunciatio facta marito, ſi cenſus ſit vxoris, non releuat.*

471 *Denunciatio facta domino cenſus venditionis cum maiori pretio, quam verè ſit, non ſuffragatur, & non tollit retractum.*

472 *Prælatio domino cenſus competit non ſolum contra primum, ſed etiam contra vlteriorem emptorem, fundi cenſiti.*

473 *Prælatio domino cenſus competit, etiam ſi fundus cenſitus ſit conceſſus in emphyteuſim, vel locationem perpetuam.*

474 *Competit etiamſi fundus cenſitus ſit datus inſolutum.*

475 *Competit etiam in venditione facta per iudicialem ſubhaſtationem, & n. 476. reijciuntur contrarij.*

477 *Competit etiam ceſſionario cenſus, ac ſingulari ſucceſſori.*

478 *Ceſſio cenſus ad effectum retractus ſufficit etiam reportata pendente lite.*

479 *Prælatio competit etiam ceſſionario cenſus cum pacto retrouendendi.*

480 *Competit emptori fundi cenſiti, qui extinxit cenſus anteriores cum reportatione ceſſionis iurium.*

481 *Emptor fundi cenſiti poteſt emere cenſus anteriores ad effectum retinendi.*

482 *Intellige ſi fuerit facta acquiſitio per ceſſionem ipſius cenſus formalis viui, ſecus ſi iurium cenſus extincti, licet ceſſio illorum eſſet tranſlatina & n.484. & 492.*

483 *Acquiſitio iurium cenſus anterioris extincti, ſuffragatur emptori fundi cenſiti ad repellendos creditores, non ad effectum prælationis in vim Bullæ Pianæ.*

485 *Prælatio vigore Bullæ Pianæ non competit ex cenſu extincto, & quando ſecus vide remiſſiuè.*

486 *Prælatio vigore Bullæ Pianæ competit domino cenſus extincti, licet emptor, vel debitor cenſus feciſſet diſdictam creditori cenſus, & n.487.*

488 *In concurſu plurium cenſuum ſuper eodem fundo prælatio competit domino cenſus anterioris.*

489 *Procedit licet creditor cenſus anterioris, ſit in minori ſumma, quam alij cenſus poſteriores.*

490 *Creditor cenſus poſterior poteſt intentare retractum contra emptorem poſſidentem, ex alio credito anteriori extra cenſum.*

491 *Bulla Piana ſuper prælatione procedit etiam in cenſibus creatis ante ipſam Bullam.*

493 *Prælatio non competit ex cenſu nulliter conſtituto à minore.*

494 *Si tamen ipſe minor det de nullitate.*

495 *Non competit prælatio ex cenſu extincto.*

496 *Non competit quando dominus cenſus nollet retrahere pro ſe, ſed pro alio,*

497 *Nec procedit vbi Bulla Piana non eſt recepta.*

498 *Nec competit in concurſu retractus vigore conſortij, vicinitatis, vel iuris Inquilinatus.*

499 *Cenſus ſi ſit impoſitus ſuper pluribus fundis, & vnus illorum vendatur competit retractus, ſed non poteſt compenſari cenſus.*

500 *Prælatio ſuper ſolo fundo cenſito an competat, ſi ille fuerit cum alijs ſtabilibus alienatus, vide remiſſiuè, & num. 501. concluditur affirmatiuè.*

502 *Creditor cenſus prætendens prælationem ſuper fundo vti cenſito debet probare illius identitatem.*

503 *Prælatio pro cenſu non competit ſuper fundo, quando non conſtat, quod cenſus ſuper illo ſit impoſitus, & n.504.*

505 *Dominus cenſus vt aſſequatur prælationem debet ſe ſubijcere omnibus pactis, & ſoluere integrum pretium ab alio oblatum, ſine fraude.*

506 *Bulla Piana ſuper retractu ſtrictè debet intelligi tanquam odioſa.*

507 *Retrahens vigore Bullæ Pianæ debet ſoluere pretium incontanti, & non per excomputationem cenſus.*

508 *Dominus cenſus volens retrahere fundum cenſitum non tenetur præciſe facere depoſitum pretij.*

509 *Dominus cenſus retrahere volens tenetur reficere melioramenta bona fide facta ab emptore ante motam litem.*

510 *Bulla Piana ſuper cenſibus procedit etiam extra Statum Eccleſiaſticum.*

511 *Habet locum in Regno Neapolitano.*

512 *Non procedit in Regno Siciliæ.*

513 *Nec in Regnis Hiſpaniarum, nec in Belgio.*

514 *Non procedit in alijs Dominijs quoad punctum prælationis, & n.515. reſpondetur contrarijs, ac reprobatur* Surd. conſ. 382.

516 *Bulla Piana vbi non eſt recepta non afficit.*

517 *Prælatio domino cenſus competit, ſi ſit conuenta; etiam in locis, vbi Bulla non eſt recepta.*

518 *Pa-*

Digitized by Google

518 *Pactum, quod dominus cenſus non poſſit petere prælationem vigore Bullæ Pianæ, valet.*
519 *De materia prælationis competente domino cenſus ſuper fundo cenſito vigore Bullæ Pianæ vide remiſſiuè.*

457 PRælatio, ac ius retractus conceſſum reperitur per *Conſt. Beati Pij V. 79. §. 6. Bullar. nou. tom. 2.* domino cenſus ſuper re ſtabili ſubiecta cenſui, his verbis: *vbi autem vendenda ſit, volumus, dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.*

Ideoque debitor cenſus volens vendere fundum cenſitum debet denunciare domino cenſus venditionem faciendam cum omnibus conditionibus cum extraneo conuentis, & poſtea debet per men-
458 ſem idem dominus cenſus expectari, adhoc vt decernere poſſit, an velit vti prælatione, & retractu ex verbis Conſtitutionis Pianæ *Thomat. deciſ. 40. n. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 71. n. 156. & 157.* in omnibus *num. 1. p. ſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 52. num. 1. & 2 coram Duran. deciſ. 268 num. 1. coram Otthob.* confirmata *deciſ. 452. num. 1. & ſeqq. coram Peutinger., & deciſ 163. n. 1. coram Card Celſ.*

Taliſque terminus vnius menſis, per quem dominus cenſus debet expectari poſt denunciatio-
459 nem illi factam, computatur, quod ſit triginta dierum *Duard de Cenſ. §. 4. qu. 21. num. 6. Rot. poſt ipſum deciſ 307. n. 4.*

Et talis terminus eſt dierum continuorum, &
460 non vtilium, *Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 2. num. 14.*

Denunciatio prædicta venditionis faciendæ domino cenſus fieri debet cum inſertione tenoris
461 Inſtrumenti venditionis faciendæ, ac pactorum, & conditionum in illo contentarum *Rot. deciſ. 449. n. 6 & deciſ. 466. n. 2. coram Peutinger.*

Et huiuſmodi denunciatio, & interpellatio iudicialis requiritur pro forma, nec ſufficit ſcien-
462 tia, vel interpellatio extraiudicialis, *Duard. de Cenſ. §. 4 qu. 14. num. 2. & qu. 15. num. 5. Cenc eodem tractat qu. 66. num. 45. & ſeqq. Card. de Luc. in Supplem. par. 2. de Cenſib. diſcurſ. 41. num. 1. Thomat. deciſ. 40. num. 13. & infra Rot. deciſ. 157. n. 3. apud Cenc. de Cenſ. deciſ. 1474. num. 3. & 4. coram Seraph. deciſ 425. num. 7. coram Gregor. deciſ. 52. num 2. coram Duran. deciſ. 268. n. 5. coram Otthob. deciſ. 449. n. 3. & deciſ. 466. n. 2. & 3. coram Peutinger., & deciſ. 163. n. 4. coram Celſ.*

Cumque talis denunciatio iudicialis requiratur pro forma, ideo eſt neceſſaria, licet dominus cenſus fuerit præſens Inſtrumento venditionis factæ extraneo, quia talis denunciatio requiritur, nedum adhoc vt dominus cenſus ſciat, fundum cenſitum eſſe vendendum, ſed vlterius adhoc vt
463 poſſit deliberare, ac declarare, an velit emere *Duard. de Cenſ. §. 4. quæſt. 15. num. 5. verſic. immò neceſſaria.*

Itaut ſi Dominus cenſus fuerit mediator in venditione fundi cenſiti, adhuc non excludatur à
464 retractu, ſi illi non fuerit facta denunciatio iudicialis pro forma requiſita, vt poſt alios relatos firmat *Nouar. qq. forenſ. p. 1. qu. 8. n. 6.*

Ex quo autem talis denunciatio iudicialis requiritur pro forma, hinc non debet concedi remiſſoria ad probandam ſcientiam extraiudicialem domini cenſus ſuper venditione facta, etiam ſi ſcientia extraiudicialis prætenderetur ſpecifica,
465 & indiuidua, prout remiſſoriam ex hoc capite denegauit *Rot. in Fanen. Cenſus 4. Iulij 1646., & 19. Iunij 1647. coram Leone Veroſpio*, quas refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 449. n. 7. coram Peutinger.*

Et Doctores volentes, ſufficere ſcientiam extraiudicialem, procedunt in alijs ſpeciebus retractus, non autem in retractu, ac prælatione conceſſa à Conſtitutione Piana domino cenſus, in qua requi-
466 ritur denunciatio, ac interpellatio iudicialis pro forma, vt appoſitè aduertit *Rot. deciſ. 466. n. 4. coram Peutinger.*

Omiſſa autem dicta denunciatione iudiciali, tunc domino cenſus durat tempus ad retrahendum vſque ad triginta annos, nec tale ius retra-
467 ctus illi competens præſcribitur minori tempore *Gratian. cap. 742. num. 12. & ſeqq. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. cap. 2. num. 9. Rot. deciſ. 268. n. 6. coram Otthob.*, & durat aduerſus quemcumque emptorem etiam ſecundum, vel tertium per triginta annos à die, qua in illum fuit facta alienatio benè *Rot. Romana apud Palm. Nepot. deciſ. Lucen. 36. n. 12. §. non ſic autem & n. ſeq.* vbi reprobatur *Cenc. de Cenſ. qu. 66. n. 13.*

Nec in hoc retractu intrat præſcriptio ſtatuta-
468 ria *Rot. deciſ. 425. n. 11. coram Gregor.*, & quatenus talis præſcriptio cucurriſſet datur domino cenſus reſtitutio in integrum ex capite veri ſimilis ignorantiæ, *vt in dict. deciſ. 425. n. 12.*

Præfata denunciatio debet fieri ipſi principali domino cenſus, & non ſufficit facta procuratori,
469 cum agatur de habenda declaratione animi, quæ non poteſt fieri à procuratore *Duard. de Cenſ. § 4. qu. 14. n. 1. Rot. deciſ. 141. n. 4 coram Dunozett. Sen.* repetita *poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 307., & coram Celſ. deciſ. 163. n. final.*

Vnde ſi cenſus ſpectat ad vxorem non ſufficit
470 denunciatio facta marito, ſed debet fieri ipſi vxori *Rot. deciſ. 311. n. 3. & ſeqq. coram Cerr.*, & præciſè *dict. deciſ. 163. n. 8. & 9. coram Celſ., & deciſ. 449. nu. 5. coram Peutinger.* repetita *poſt Paccichell. de diſtant. legal. deciſ. 8.*

Cum ex præſcripto Bullæ Pianæ denunciatio venditionis debeat fieri domino cenſus cum omnibus pactis, & conditionibus in illa contentis, ſubſequitur, quod ſi venditio denuncietur facta cum maiori pretio, quam verè ſit, talis denunciatio non ſuffragatur, & ſi dominus cenſus renuit emere pro illo pretio maiori falsè denunciato, non excluditur à retractu, ſi fundus cenſitus fue-
471 rit venditus minori pretio, *Rot. deciſ. 451. n. 4. & ſeq. coram Peutinger., & deciſ. 163. num. 6. & 7. coram Celſ.*

Talis prælatio competit domino cenſus etiam poſt factam venditionem extraneo, & contra hunc, & alium vlteriorem emptorem, ſi omiſſa fuit talis denunciatio, poteſt intentari retractus, licet Bul-
472 la Piana videatur loqui ſolum de prælatione in re vendenda, non vendita, vt benè probat *Cenc. de Cenſ. qu. 66. n. 3. & infra & n. 40. & ſeqq. Rot. deciſ. 1474. per tot. coram Seraph. deciſ. 52. num. 5. coram Duran. & deciſ. 308. n. 1. & 16. poſt Cenc. de Cenſ.* cum alijs per *Rot. Lucen. apud. Palm. Nepot. deciſ. 35. n. 1.*

Competit huiuſmodi prælatio, etiamſi fundus cenſitus non fuerit venditus, ſed conceſſus in locatio-

Digitized by Google

473 cationem perpetuam, vel emphteyuſim pro hæ-
redibus quibuſcumque eum pacto francandi ca-
nonem, plenè Cenc. de Cenſ. qu.66. num.31., & in-
fra Rot. deciſ. 210. num.3. & ſeq. coram Merlin. re-
petita deciſ. 653. p.4. tom.3. recen.

Comperit paririer dicta prælario etiamſi fun-
474 dus cenſitus ſir datus in ſolutum Cenc. de Cenſ.
qu.66. num.24. Rot. deciſ. 425. nu.9. coram Gregor.;
475 proùt competit in venditione facta per iudicia-
lem ſubhaſtationem Gratian. cap.544 n.39. Duard.
de Cenſ. §.4. quæſt.12. num.3. ad 5. Poſt. de ſubhaſt.
inſpect. 36. num.5. & ſeqq. Rot. deciſ. 193. per tot.
coram Gregor. deciſ. 52. num.3. coram Duran., & de-
ciſ. 158., & 431. poſt Duard. de Cenſ.

Et licet Cenc. de Cenſ. qu. 66. num. 25. & ſeqq.
referat opiniones hinc indè, nihilominus num. 30.
refert vltimo loco opinionem Rotæ pro retractu,
& quatenus contrarium ſentiret, non eſſet atten-
dendus in concurſu opinionis conttariæ verioris,
479 & à Rota etiam approbatæ, & ideo Cencium
reijcit Duard. de Cenſ. alleg. qu.12.

Competit talis prælatio nedum domino cen-
477 ſus, verum etiam emptori, ceſſionario, ac ſin-
gulari ſucceſſori in cenſu, cum tale ius prælatio-
nis non ſit perſonale, ſed ex ſui natura ceſſibile, &
tranſeat eum erſſione cenſus Cyriac. latè contr.
254. Cenc. de Cenſ. qu. 66. à num. 112. Manſ. Con-
ſult. 336. num.50. Rot. deciſ 307. & 308. poſt Cenc.
de cenſ., & deciſ. 210. num. 1. & 2. coram Merlin.
deciſ. 286. num.2. & ſeq. par.18. deciſ. 120. num.2.
p.19. recen., & in Romana Prælationis 19. Ianua-
rij 1691. coram Vrſino impreſſa apud Palm. Nepot.
deciſ. Lucen. 36. n.1. confirmata coram Eminentiſſi-
mo D. Cardinali Cauallerino 28. Ianuarij 1692. apud
Palm. deciſ. 37. n.5.

Quæ conclusio habet locum, etiamſi ceſſio te-
478 portata fuerit pendente lite, Thomat. deciſ. 40.
num.16. & ſeq., vbi quod ſufficit, rerrahentem
eſſe Dominum cenſus de tempore retractus, &
facit Rot. deciſ. 140. coram Dunozett. Sen.

Et talis retractus fanore ceſſionarij cenſus ha-
bet locum, etianiſi ceſſionarius, ac empeor cen-
ſum acquiſiuerit cum pacto de retrouendendo,
479 cum ad effectum retractus ceſſio huiuſmodi
etiam cum pacto de retrouendendo facta tranſtu-
lerit dominium cenſus in ipſum ceſſionarium Rot.
deciſ. 210. n.11. coram Merlin., & competit ceſſio-
nario etiam poſt cenſus extinctionem ſequutam
eum cedente poſt factam ab hoc ceſſionem, & ceſ-
ſionis intimationem plenè Rot. in dict. deciſ. Vrſi-
ni, & Cauallerini apud Palm. alleg. deciſ. 36. & 37.
& deciſ. 38. n.5.

Quocirca talis prælatio competit etiam em-
ptori fundi cenſiti ad effectum retinendi, ſi extin-
xit cenſus anteriores ſuper fundo ab eo empro
impoſitos cum reportatione ceſſionis iurium, ad
effectum repellendi alios creditores cenſuum im-
poſitorum ſuper eodem fundo poſteriores, præ-
480 tendentes retractum aduerſus illum, nam cui
competit actio, multo magis comprtit exceptio,
ac tetentio Rot. deciſ. 173. num. 1. & ſeqq. coram
Dunozett. Sen. deciſ. 425. num.2. coram Gregor., &
plenè deciſ. 121. par.17. recen. dupplicata deciſ. 286.
par. 18.

Quinimmò poteſt poſſidens fundum cenſitum
481 emere cenſum anteriorem ad effectum tetentio-
nis, & etiam ad expellendum creditorem cenſus
poſterioris Rot. deciſ. 173. num. 5. & ſeqq. coram
Dunozett. Sen.

Quod autem poſſeſſori fundi cenſiti habenti
cenſus anteriores comperat retentio fundi cenſi-
ti ad excludendos à prælatione, ac retractu cre-
ditores aliorum cenſuum poſteriorum ſuper eo-
dem fundo, procedit, ſi poſſeſſor acquiſiuerit
482 cenſus ipſos formales, ac viuos mediante illo-
rum ceſſione translatiua, cum tunc in tali ceſſio-
ne veniat etiam ius retractus, ac prælationis vi-
gore Bullæ Pianæ, ſecus ſi cenſus anteriores fue-
rint per ipſum emptorem, ac poſſeſſorem extincti,
& ſolum fuerit ab eo reportata ſimplex ceſſio iu-
rium cenſus, tunc enim talis ceſſio, licet transla-
tiua, non ſuffragatur ad effectum prælationis, ac
retractus, ſed ſolum ad effectum tuendi poſſeſſo-
rem aduerſus creditores poſteriores volentes age-
re pro ſatisfactione crediti poſteriotis, cum in
tali ceſſione veniat hypotheca anterior ad effe-
ctum retinendi aduerſus tales creditores ante-
riores, non autem ad effectum retinendi ex cauſa
prælationis in vim Bullæ Pianæ aduerſus alium
483 creditorem cenſus viui, licet poſteriorem pe-
tentem retractum vigore eiuſdem Bullæ, Rot. de-
ciſ. 50. num.7. coram Buratt. deciſ. 758. per tot. par.
18. tom.2. recen. confirmata deciſ. 126., & 143. p.
19. in quibus deciſ. 758. 126. & 143. fuit receſ-
ſum ab antecedenti deciſ. 121. par.17. recen. dup-
plicata deciſ. 288. par.18., in qua ex cenſu extincto
cum ſimplici ceſſione iurium tranſlatiua fuerat
conceſſa retentio ad excludendum à retractu cre-
ditorem cenſus poſterioris.

Et talis receſſus fuit vndequaque iuſtus, & ra-
tionabilis, ex quo ceſſio prælationis in cenſu non
484 procedit niſi in ceſſione ipſius cenſus formalis,
& viui, non autem in ceſſione iurium cenſus,
Ciarlin. contr. forenſ. 121. num.38. & 55. Antonell.
de tempor. legal. lib.3. cap.2. n. 29. Rot. deciſ. 429.
in fine poſt Cenc. de Cenſ. deciſ. 173. n. 3. coram Du-
nozett. Sen., & deciſ. 143. n.6. p.19. recen.

Ex cenſu quippè extincto talis prælario, ac ius
485 retractus non competir Cenc. de Cenſ. quæſt. 65.
num.16. & ſeq. Rot. deciſ. 758. num.2. & 5. p.18.
tom.2. recen. confirmata deciſ. 143. num.7. par.19.
& quando ſecus videatur Rot. Romana apud Palm.
deciſ. Lucen. 36. & 37.

Prælatio prædicta competit ceſſionatio cenſus,
486 etiamſi debitor, vel emptor feciſſet diſdictam
cenſus cedenti Cardin. de Luc. in Supplem. p. 2. de
cenſ. diſcurſ. 40. n.9.

Nec enim per diſdictam cenſus factam poſt
venditionem aliquod præiudicium infertur do-
mino cenſus, cui fuit ius quæſitum per venditio-
487 nem, & cenſus debuit extingui ante venditio-
nem fundi cenſiti, adhoc vt hic liber, & exemptus
ab onere retractus vendi poſſet Cenc. de Cenſ. qu.
66. num.16. & ſeqq. Cyriac. contr. 254. num. 46. &
infra Thomat. deciſ. 40. num. 34. & ſeq. Cardin. de
Luc. in Supplem. par.2. de Cenſ. diſcurſ. 41. n.3.

Talis prælatio Domino cenſus, ſi concurrant
plures creditores diuerſorum cenſuum impoſito-
rum ſuper eodem fundo diuerſis temporibus da-
488 tur habenti cenſum anteriorem Rot. deciſ. 475.
num.14. par.1. diuerſ., & deciſ. 17. num. 3. par. 4.
tom.2. recen.

Et conceditur prælatio in emptione fundi cen-
ſiti domino cenſus anteriori, licet hic ſit in mi-
nori

Google

nori ſumma, quàm poſterior, ex quo ius prælationis fundatur in præexiſtentia vinculi appoſiti in fundo cenſito per cenſum anteriorem, licet in
489 modica ſumma *Duard. de Cenſ. §.4. qu. 13. n. 2. & ſeq. Rot. decif. 173. num. 11. & ſeq. coram Dunozett. Sen.*

Cumque Bulla Piana concedant talem prælatinnem ſolum pro credito cenſus, hinc creditor cenſus etiam poſterior poteſt intentare retractum contra poſſeſſorem fundi, licet habentem creditum anterius cum hypotheca, cum Bulla,
490 extra credita cenſuum, alijs ſimplicibus creditoribus non impartiatur aliquam prælationem pro retractu *Rot. decif. 52. n.8., & 9. coram Duran.*

Aduerte, quod talis Bulla Piana procedit etiam
491 in cenſibus crearis ante ipſam Bullam *Rot. decif. 173. n.22. coram Dunozett. Sen.*

At retractus, ac prælatio domino cenſus in aliquibus caſibus non competit, & primo quando
492 cenſus formalis viuus fuit extinctus, licet fuerit reportata ceſſio iurium cenſus translatiua, vt fuit probatum ſupra hic *n. 482.*, & firmat *Rot. decif. 143. par.19. recen.*

Secundò non competit ſi venditio fundi cenſiti
493 facta à minore ſit nulla *Antoncll. de tempor. legal. lib.3. cap.2. n.16., & 17. Rot. decif.83. nu.2. coram Duran.*, quod intellige verum, ſi minor impugnaret alienationem, ſecus ſi illam ratam, &
494 validam velit, cum nullitas ſit inducta fauore minoris, & eo volente illa vti, vndè ſub clypeo nullitatis non deductæ à minore non poteſt extraneus impedire prælationem domino cenſus.

Tertiò non competit ex cenſu nullo, vel extincto, cum cenſus nullus nunquam inieceerit aliquem nexum in fundo cenſito, & ſic nec ius præ-
495 lationis, & per extinctionem cenſus fuerit ſublata prælatio *Duard. de Cenſ. §.4. quæſt.13. n.7.*, & benè *Cardin. de Luc. in ſupplem. par. 2. de cenſ. diſcurſ.40. n.3.*, *& ſeqq.*

Quartò non procedit quando dominus cenſus
496 nollet retrahere pro ſe, ſed pro alio *Duard. de cenſ. §.4. quæſt.16. n.11.*

Quintò non procedit in illis locis, vbi Bulla
497 Piana non eſt vſu recepta, & in quibus Regnis, & dominijs non ſit recepta dicam infra hic *num. 511.*, *& ſeq.*

Sextò domino cenſus non competit prælatio
498 vigore Bullæ in concurſu conſortis, vicini, & inquilini, vt firmatum fuit ſupra hic *art.5. n.356. & ſeqq.*, & de materia prædictæ limitationis videantur *Gratian. cap.876., & cap.923. Paitell. Filius in annot. ad expedit. cauſ. ciuil. 17. n.26., & 27. Cardin. de Luc. in ſupplem. par.2. de ſeruit. diſcurſ. 98. Rot. decif.52. n.1. coram Duran., & decif.386. coram Merlin., Add. ad Buratt. decif.937.*

Aduerte, quod ſi cenſus fuit impoſitus ſuper pluribus fundis, ſi vnus ex illis vendatur, cenſus remanet viuus ſuper alijs fundis, & ob hoc dominus cenſus ſi vult retrahere fundum venditum, non poteſt in pretio petere compenſari cenſum,
499 quando emptor fundi ſoluit totum pretium incontanti *Rot. decif.186. n.3.*, *& decif.241. nu.12. coram Vbald.*

Et ſi cum fundo cenſito fuerint commixtim vendita alia corpora bonorum, an hæc etiam ſint retrahenda vna cum fundo cenſito; in hac materia procedendum eſt cum regulis, ac terminis re-
500 tractus debiti ex ſtatutis vigore vicinitatis, vel conſanguinitatis ex firmatis per *Cene. de Cenſ. quæſt.66. n. 101. verſic. ego verò, & num. ſeq.*, & *Duard. eodem tract. §.4. quæſt.16. n.13.*, & per nos de hoc actum fuit ſupra hic *art.6. n. 393.*, *& ſeq.*

Solum videtur reflectendum hic, quod cum cenſus requirat fundum certis finibus deſignatum ex lege præciſa Bullæ Pianæ, & ex eadem Bulla dominus cenſus poſt illius impoſitionem ſuper determinato fundo ſuis finibus certis deſignato acquirat ius reale in re vna cum dicto iure prælationis, facilius inclinandum eſt, quod poſ-
501 ſit retrahere fundum cenſitum, licet cum alijs corporibus, & fundis confuſim venditum, ne ſit in poteſtate debitoris cenſus eludere prælationem à Bulla Piana conceſſam, ita tamen, quod fiat illius æſtimatio iuxta regulas præſcriptas ſupra *art.6. n.388. & ſeqq.*

Aduertendum tamen eſt, quod dominus cenſus prætendens retractum ad fundum cenſitum debet probare fundi cenſiti identitatem, quod ſcilicet fundus, ſuper quo petit retractum, ſit ille, ſuper quo cenſus fuit impoſitus, cum enim huiuſmodi retractus competat ſuper fundo cenſito, ta-
502 lis qualitas debet probari à creditore cenſus petente retractum ex benè firmatis per *Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.12. n.1. & ſeqq. Gratian. cap. 293. n.1., & 2. Rot. decif.195. n. 5. coram Gregor.*; hinc in caſu occurrenti dixi, non eſſe concedendum retractum domino cenſus ſuper certo fundo, quia de cenſu non conſtabat ex inſtrumento, ex quo haberetur fundus, ſed probabatur ſolum ex varijs accollationibus, & enunciatiuis in diuerſis
503 inſtrumentis de eo factis, & de ſolutione fructuum eiuſdem per longum tempus ex traditis per *Cene. de Cenſ. quæſt.81., & decif.96. poſt ipſum*, vnde perperam agebatur de retractu, nec deſeruire poterat pro fundamento identitatis, quod alienans non haberet alia bona ſtabilia præter
504 fundum, ſeu prædium alienatum, quia cum cenſus non fuiſſet ab eo impoſitus, ſed ab alijs, & de eo non conſtaret ex inſtrumento, non poterat affirmari, quod fuiſſet ſuper tali fundo impoſitus.

Debet vlterius dominus cenſus agens ad retractum fundi cenſiti ſe ſubijcere omnibus pactis conditionibus, & oneribus contentis in venditio-
505 ne facta extraneo, itaut nullum damnum ſentiant nec emptor, nec venditor ex verbis Bullæ Pianæ *Spad. conſ.286. n.2. lib.2. Rot. decif.186. & 241. coram Vbald. Palm. infraſcripta decif.35. n.9. & 10.* vbi cumulat concordantes *Cene. de Cenſ. quæſt.66. n.18. ad 21.*; ac exburſare debet totum, & integrum pretium, quod venditor recepit ab emptore, etiam ſi iuſtum, & commune excedat, cum in propoſito pretium iuſtum dicatur, quod ab alijs inuenitur, & ſolutum eſt *Gratian. cap.149. n.27. & decif.77. n.3. Giurb. decif.117. nu.19.*, & alios cumulat *Rot. Lucen. apud Palm. Nepot. decif. 35. n.4. cum tribus ſeqq.* vbi reddit rationem, quia prælationis priuilegium debet intelligi ſine damno venditoris.

Quod limitatur quando maius pretium fraudolenter datum ſit, quæ fraus, colluſio, ac ſimulatio circa alterationem pretij non præſumitur, niſi probetur plenè *Palm. ibid. n.11. ad 14.*

Cumque dicta Bulla Piana ſit exorbitans, &
506 correctoria iuris communis, ideo ſtrictè debet

intel-

intelligi, vt corrigat minuſquam fieri poteſt ius
commune *Spad. conſ.289. n.9. lib.2. Cenc. de Cenſ.
quæſt.66. n.15., & ſeqq. Rot. deciſ.186. n. 2.* con-
firmata *deciſ.241. n.6., & 11. coram Vbald. Sen.*;
ideoque dum poteſt operari in ſolo grauamine,
quod emptor teneatur retrouendere domino cen-
ſus fundum cenſitum, non debet addi aliud gra-
uamen, quod teneatur excomputare, vel com-
penſare pretium fundi cum pretio cenſus, dum
de tali compenſatione Bulla non loquitur, & ſic
pretium dominus cenſus tenetur ſoluere in con-
507 tanti, prout fuit ſolutum ab emptore extraneo
*Cenc. de Cenſ. quæſt.66. num 15., & ſeqq. Thomat.
deciſ. 40. n.33. Rot. deciſ.186. n.2., & 4., & deciſ.
241. n.10., & 11. coram Vbald.* repetita *deciſ. 71.
& 159. poſt Cenc. de Cenſ.*, & facit *deciſ.30. nu.4.
& 5. poſt eumdem.*

Non tenetur tamen dominus cenſus, volens re-
trahere fundum cenſitum venditum alteri, facere
508 depoſitum pretij, quoniam à Bulla Piana ad
hoc non adſtringitur, *Antonell. de tempor. legal.
lib.3. cap.2. n.18. Duard. de cenſ.§.4.quæſt.18. n.2.
Rot. deciſ.253. n.2. coram Millin.*

Si autem emptor extraneus fundi cenſiti ſuper
eo fecerit melioramenta bona fide, & ante mo-
tam litem, tenetur dominus fundi cenſiti, dum
509 illum retrahit, illa vltra pretium reficere; ſed
quæ, & qualia melioramenta reficere debeat vide
plenè *Cenc. de Cenſ. quæſt.66. n.81., & ſeq. Duard.
eodem tract. §.4. quæſt.16.* & conferunt tradita ſu-
pra hic *art.1. à n.56., & ſeq.*

Reſtat videre in quibus locis dicta Bulla Piana
habeat locum, & ſit recepta, & ſic procedat talis
510 prælatio fauore domini cenſus, & dic, illam ha-
bere locum etiam in Tertis non ſubiectis Eccleſiæ
in temporalibus, *Surd. conſ.282. per tot. lib.2. Hon-
ded. conſ.35. n.203. lib.2. Cyriac. contr.254. n 62.,
& 64. Theſaur. deciſ.154. n.4.*

511 Illamque habere locum, ac receptam eſſe in
Regno Neapolitano (quicquid contrarium teneat
Nouar. deciſ. Apul.101.) firmauit ſæpè *Rot. deciſ.
20. n.25. ad 29. par.9. recen.* repetita *deciſ.41. poſt
Merlin. de pignor. deciſ.184. num.5., & deciſ.738.
nu.11. coram Amat. Dunozett., Baren. Cenſus 15.
Iunij 1661., & 4. Iulij 1663. coram Veroſpio, & in
Cuſentina Terrarum 28. Ianuarij 1669. §. nec iuuat
coram Beuilaqua, Cardin. de Luc. de cenſ. diſcurſ.1.
n.4. & 9.* vbi quod Rota, & Curia opinionem
contrariam ſemper reiecit.

At in Regno Siciliæ ex particulari lege, & con-
512 ſuetudine non eſt vſu recepta, ſed ex Bulla Gre-
gorij XIII. ſeruatur Bulla Nicolai V. *Duard. de
cenſ. §.4. quæſt.16. n.9. Maſtrill. deciſ. 262. nu. 2.,
Rot. deciſ.184. n.5. coram Amat. Dunozett. deciſ.20.
n.27. par.9. recen., & in Meleuitana cenſus 7. Iunij
1639. coram Pirouano, Card. de Luc. dict. diſcurſ.1.
nu.10.* vbi adducit rationem differentiæ inter Re-
gnum Neapolis, & Siciliæ.

Prout nec fuit vſu recepta, nec ſeruatur in Re-
513 gnis Hiſpaniarum, nec in Belgio, vt poſt alios
tenet *Pinheir. de Cenſ. & emphyteuſ. par.1. diſput.2.
ſect.6. n.6. in fine.*

Et quod talis Bulla Piana in alijs dominijs
non ſit vſu recepta, præcipuè quoad hoc caput
prælationis, & retractus, prouenit, ex quo in hoc
non concernit aliquid ſpirituale, nec fauore ani-
mæ, nec reſpicit materiam peccati (quo caſu eſ-
ſet ſeruanda vbique in Orbe Catholico) cum ta-
lis conditio prælationis ſit in cenſu iam crea-
to, & in ſuo eſſet perfecto deducto, & ſic præla-
tio poſt cenſum perfectum à Bulla conceſſa non
concernit iuſtitiam, vel iniuſtitiam contractus
cenſualis iam perfecti *Nouar. de vſur. n.106., &
ſeqq.* quem ſequitur in puncto huiuſmodi præla-
tionis *Honded. conſ.35. verſic. tertio quod lib.2.*, &
reprobato *Surdo conſ. 282.*, qui cum friuolis fun-
515 damentis confutat *Nauarrum*, hunc ſequitur ar-
gumentis *Surdi* reſpondens *Scacc. de commerc., &
camb. §.1. quæſt.1. num.247. fol.47. col.1.*, & cum
Scacc. contra *Surdum Cenc. de Cenſ. quæſt.66. n.9.
& ſeqq.* & facit *Duard. eod. tract. §.4. quæſt.16. n.9.*
& conueniunt tradita per *Rot. deciſ.146. poſt dict.
Duard. de Cenſ.*

Reſpectu autem illorum locorum, vbi Bulla
516 Piana recepta non eſt, nihil illa operatur, &
habetur, ac ſi nunquam emanaſſet *Pinheir. de Cenſ.
& emphyteuſ. diſput.2. ſect.6. n.65. in fin.*

Bene verum eſt, quod etiam in locis, vbi Bulla
Piana recepta non eſt, dominus cenſus præfertur
517 in emptione fundi cenſiti, ſi in inſtrumento
cenſus talis prælatio fuerit conuenta *Duard. de
Cenſ. dict. quæſt.16. poſt n.9.*

Prout valet vbique pactum in inſtrumento cen-
ſus appoſitum, quod dominus cenſus non poſſit
518 vti dicta prælatione à Bulla Piana conceſſa in
caſum alienationis fundi cenſiti *Duard. de Cenſ.
§.4. quæſt.22. per tot.* vbi contrarijs reſpondet.

Cæterum de materia prælationis, ac retractus
519 competentis domino cenſus, quando necne
illa competat vide *Cenc. de Cenſ. quæſt.66. Duard.
eodem tract. §.4. quæſt.1. ad quæſt.22. Ciarlin. contr.
forenſ. lib. 2. cap. 121. Cyriac. contr. 254. Paitell.
filius in addit. ad exped. Ciuil.17. Antonell. de temp.
legal lib.3. c.2. Thomat. deciſ.40. Rot. deciſ.1174.
coram Seraph. deciſ.52., & 83. coram Duran. deciſ.
186., & 241. coram Vbald. Sen. deciſ.406. 449., &
452. coram Peutinger. deciſ. 268. coram Otthob.
deciſ.163. coram Celſ. deciſ.758. p.18. tom.2. recen.
deciſ.126., & 143. par.19.*, & plenè *deciſ.36. 37.
& 38. apud Palm. Nepot. inter deciſ. Lucen.*

ARTICVLVS VIII.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur hic materia *l. ſi quis Sepulchrum ff. de Relig., & ſumpt. funer.* quando illius vigore poſſit quis cogi ad vendendum Domum, Aream, vel Hortum pro conſtructione, vel ampliatione Eccleſiæ, Monaſterij, Hoſpitalis, Seminarij, Collegij, & ſimilium, & quando ſecus; & an eadem coactio procedat pro ampliatione Scholarum, vel Platearum publicarum, ac Palatij Epiſcopalis, & de requiſitis neceſſarijs, ad hoc vt tali coactioni in vim dictæ *l. ſi quis ſepulchrum* locus ſit.

SVMMARIVM.

520 L. ſi quis ſepulchrum ff. de Relig., & ſumpt. funer. *loquitur de cogendo vicine pro habenda via pro eundo ad ſepulchrum.*

521 *Diſpoſitio* l. ſi quis ſepulchrum *procedit etiam pro conſtructione, & ampliatione Eccleſiarum, ac locorum Piorum.*

522 *Procedit pro Eccleſiæ deſtructæ noua conſtructione.*

523 *Contrarium tenentes referuntur, ſed reprobantur num. 524.*

525 *Diſpoſitio dictæ legis procedit etiam pro ampliatione Atrij extra fores Eccleſiæ.*

526 *Procedit etiam pro amplianda platea Eccleſiæ.*

527 *Etiamſi adeſſet via intermedia.*

528 *Coactio ad vendendum vigore dictæ* leg. ſi quis ſepulchrum *procedit etiam pro ampliatione Monaſterij.*

529 *Etiam pro officinis Monaſterij.*

530 *Et pro ampliando Clauſtro Monaſterij.*

531 *Pro ampliatione quoque viridarij Monaſterij.*

532 *Et pro clauſura, & omni alia re neceſſaria annexa, ne fiat aſpectus in Monaſterium, vel viridarium eiuſdem.*

533 *Idem pro ampliando Dormitorio Monialium, vel Religioſorum.*

534 *Pariter pro faciendis Scholis publicis.*

535 *Pariter pro erectione Seminarij pro educatione, & inſtructione puerorum.*

536 *Intellige quod coactio fieri poſſit ſolum, quando Seminarium incipit conſtrui.*

537 *Coactio procedit etiam pro ampliatione Cappellæ.*

538 *Etiam pro conſtruenda domo Parochiali prope Eccleſiam Parochialem.*

539 *Idem procedit pro vijs publicis conſtruendis.*

540 *Procedit etiam pro ampliando Palatio ſupremi Principis.*

541 *Procedit pro ampliandis Palatijs Cardinalium, & Epiſcoporum, ac curtilibus annexis eorum Eccleſijs, & Palatijs Epiſcopalibus, & n. 542.*

542 Cardin. de Luc. diſcurſ. 83. de ſeruit. *non recipitur, & contra illum fuit deciſum.*

543 *Priuilegium coactionis non ſuffragatur pro conſtruendo Hoſpitio Religioſorum.*

544 *Contraria opinio refertur vti probabilior.*

545 *Priuilegium prædictum procedit etiam pro conſtruendo Carcere publico.*

546 *Eccleſia poteſt cogere ad vendendum ſeruitutem altius non tollendi, ne luminibus Eccleſiæ officiatur.*

547 *Locare domum ad tempus quis cogitur Religioſis, vt ibi habitent, donec monaſterium conſtruant.*

548 *Contrarium tenent* Ricc., & Laurentius de Franch. *ſed reijciuntur, & prior opinio tutatur, & n. 549.*

550 *Socius habens rem communem cum alio, ſi vnus velit in illa ædificare Eccleſiam, vel Monaſterium poteſt cogere ſocium ad vendendum.*

551 *Eccleſia quoque tenetur vendere alteri Eccleſiæ, vel alteri loco Pio in caſibus prædictis.*

552 *Contrarium tenentes referuntur.*

553 *Opinio pro coactione Eccleſiæ vti verior recipitur.*

554 *Secunda opinio procedit ſi ipſa Eccleſia egeat domo, vel re Eccleſiæ annexa, & prima ſi agatur de domo, vel re Eccleſiæ non annexa.*

555 *Eccleſiæ duæ, vel duo loca pia ſi concurrant pro coactione ad vendendum, quæ illorum præferatur, & n. 556. vbi quod præfertur cauſa magis pia, & n. 557.*

557 *Cardinalis Odeſcalchi poſtea Innocentij XI. opera eximiæ charitatis occulta laudantur.*

558 *Eccleſia, ac loca pia quando poſſunt cogere ad vendendum non tenentur ſe potiùs vertere ad vnum, quàm ad alium vicinum.*

559 *Priuilegium dictæ* leg. ſi quis ſepulchrum *eſt odioſum, & ſtrictè, ac cum æquitate eſt practicandum. contrarium refertur n. 566. ſed n. 567. approbatur prima opinio.*

560 *Iudex in hac materia debet habere reſpectum ad neceſsitatem præciſam.*

561 *Iudex ex circumſtantijs poteſt recedere à diſpoſitione dictæ legis cum magna cauſa, cognoſcenda à Iudice Eccleſiaſtico, & n. 562.*

562 *Iudex tamen debet abſque arbitrio ſequi opinionem fauore Eccleſiæ.*

563 L. ſi quis ſepulchrum *vt procedat, requiritur neceſsitas Eccleſiæ, vel loci Pij, vicinitas, & quod non inferatur magnum præiudicium illi, qui cogitur vendere.*

564 *Damnum autem ad effectum tollendi diſpoſitionem dictæ legis debet eſſe magnum.*

565 *Damnum an ſit magnum, vel modicum Iudicis arbitrio remittitur.*

568 *Perſona nobilis habens antiquum, & inſigne Palatium non eſt de facili cogenda ad vendendum, & n. 569.*

570 *Requiritur, ad hoc vt intret talis coactio, neceſsitas ſaltem moralis, & quando ſecus.*

571 *Coactio in vim dictæ legis procedit etiam in bonis ſubiectis fideicommiſſo.*

572 *Pretium rei, quæ retrahitur, tali caſu reinueſtitur in alio ſtabili pro fideicommiſſo.*

573 *Eccleſia quando cogitur vendere ex dicta* l. ſi quis ſepulchrum, *non eget beneplacito Apoſtolico.*

574 *Minores quando coguntur vendere vigore* dict. l. ſi quis ſepulchrum, *non tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatutarias.*

575 *Venditio rei tali caſu debet fieri pro pretio æſtimando.*

576 *Eccleſia, vel alter locus pius non tenetur tali caſu ſoluere pretium ab alijs oblatum, ſed ſolum iuſtum æſtimatum per peritos.*

577 *Vendenti coactè in vim* dictæ leg. ſi quis ſepulchrum, *eſt reficiendum etiam damnum.*

578 *In æſtimatione ædificiorum in tali venditione coacta non habetur ratio ad ſolos fructus, ſed etiam ad qualitatem ædificiorum, & num. 579.*

580 *Vendenti coactè Eccleſiæ, vel locis Pijs debet ſolui pretium in contanti.*

581 *Pretium poteſt à Iudice decerni cum dilatione in caſu præciſæ neceſſitatis Eccleſiæ non habentis pecuniam promptam.*

582 *Neceſſitas tamen debet eſſe præciſa.*

583 *Vendere partem rei coactè in vim* d. leg. ſi quis ſepulchrum, *quis non cogitur.*

584 *Fallit ſi aliud ſuadeat vtilitas Eccleſiæ, & pretium maius detur habito reſpectu ad damnum prouenientis ex venditione partis.*

585 *Vendens coactè in vim* dict. l. ſi quis ſepulchrum, *non tenetur ſe obligare de euictione.*

586 *Diſpoſitio* l. ſi quis ſepulchrum *non procedit, ſi res emenda non ſit pro neceſſitate Eccleſiæ, vel alte-*

Digitized by Google

alterius loci Pij, ſed pro ampliandis domibus
priuatis Eccleſiarum, ac locorum Piorum.
537 *Non cogitur quis vendere propriam Cappellam do-*
tatam à maioribus, & in qua illi ſunt ſepulti, pro
constructione Sacriſtiæ.
580 *De materia* l. ſi quis ſepulchrum, *quando nec ne*
procedat, vide DD. remiſſiuè allegatos.

520 Licèt l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Relig., &
ſumpt. funer. loquatur, ac diſponat ſolùm
de cogendo vicino ad vendendam viam pro eun-
do ad ſepulchrum, nihilominùs ex rationis iden-
titate, quinimmò maioritate, à Doctoribus fuit
interpretata, vt procedat etiam quoad constru-
ctionem, ac ampliationem Eccleſiarum, Monaſte-
521 riorum, Scholarum, Collegiorum, Seminario-
rum, & ſimilium, vt poſt cumulatos plenè pro-
bant Capon. contr. forenſ. 1. nu. 4., & ſeq. Gramat.
deciſ. 75. n. 1., & 2. Franch. deciſ. 223. n. 5., & 6.
Gizzarell. deciſ. 87., Tapia deciſ. 7., Giurb. deciſ. 86.
Hier. Leo deciſ. Valent. 90. Sperell. deciſ. 58. n. 13. Rot.
deciſ. 372. n. 1. par. 2. rec.
Et quod tale priuilegium competat nedùm pro
ampliatione Eccleſiæ iam constructæ, ſed etiam
pro illius iam destructæ noua constructione, cùm
522 magis debeat faueri Eccleſiæ construendæ,
quàm constructæ Valenz. Velaſqu. conſ. 18. nu. 20.
lib. 1. Cyriac. controu. 231. n. 12., & 13. vbi de ra-
tione Capon. dict. contr. 1. n. 10., & nu. 52. verſic.
quod ſi agatur, Nouar. qq. forenſ. par. 1. qu. 32. n. 2.
verſic. ampliantes, Maſtrill. deciſ. 280. nu. 4. Giurb.
deciſ. 86. n. 8.
523 Et licèt Gomez. ad l. Tauri leg. 70. n. 27. § ex quo
infert in fine, & cum Gomez. Paſqualig. ad Lauret.
de Franch. contr. inter Epiſcop., & Regular. part. 1.
quæſt. 10. nu. 447. teneant tale priuilegium ex dict.
l. ſi quis ſepulchrum procedere in ampliatione Ec-
cleſiæ iam exiſtentis, cum in dicta lege ageretur
de via ad ſepulchrum iam constructum, & proin-
dè non poſſe extendi ad Eccleſiam, Monaſterium,
vel alium locum Religioſum construendum.
Nihilominùs non recedas à prima opinione,
524 quam tenent tot Doctores ſupra relati, & Paſ-
qualig. contrarium tenens fretus authoritate Go-
mez. non aduertit, quod Gomez. poſteà tenet con-
trarium, & procedit cum opinione pro priuile-
gio etiam fauore Eccleſiæ non constructæ, ſed
construendæ,
Amplia primo, quòd diſpoſitio dict. l. ſi quis
525 ſepulchrum pro cogendo vicino ad vendendum,
procedat etiam pro ampliatione Atrij extra fo-
res Eccleſiæ, Capon. dict. contr. 1. nu. 17. Gizzarell.
deciſ. 37. n. 7., & ſeqq. Tapia deciſ. 7. n. 5. & infrà.
Amplia ſecundo pro amplianda Platea Eccle-
ſiæ, itaùt poſſit ad hunc effectum cogi ad vendeo-
526 dum etiam pro facienda demolitione in cauſam
dictæ ampliationis Plateæ, Capon. dict. controu. 1.
n. 31., & in reſponſione n. 12., & 13., Baron. de ef-
fect. inimicit. effect. 79. n. 22. Rot. deciſ. 213. nu. 4.
par. 2. recen.
Quæ coactio pro amplianda Platea procedit,
etiamſi domus neceſſaria pro facienda tali am-
527 pliatione non eſſet contigua, ſed adeſſet via in-
termedia Caren. reſol. 2. n. 10. Capon. d. contr. 1. n. 35.,
& 36. Rot. deciſ. 213. n. 5. par. 2. rec.
Amplia tertio, quòd talis coactio procedat
528 etiam pro ampliatione, & constructione Mona-
ſterij, Capon. dict. contr. 1. n. 4., & ſeq. Antonin. Ma-
ceraten. var. reſol. lib. 1. reſol 112. caſ. 29. Gramat. de-
ciſ. 75. Boer. deciſ. 322. n. 2., & 7. Rot. deciſ. 746. n. 3.,
& 4 coram Cerr.
Idem dic pro officinis Monaſterij faciendis de
529 nouo, Capon. d. contr. 1. n. 12., Gratian. cap. 896.
n. 22., Guzman. de euit. quæſt. 52. nu. 36., & ſeqq.;
Cabed. deciſ 105. n. 3. p. 1. Hier. Leo deciſ. Valent. 90.
n. 13. Rot deciſ. 746. n. 3., & 4. coram Cerr.
530 Similiter pro ampliando Clauſtro Monaſterij;
Baron. de effect inimicit. effect. 79. nu. 24. Maſtrill. de-
ciſ. 280. n. 11. Tapia deciſ. 7. n. 8. Giurb. deciſ. 86. n. 8.
verſic. prout pro Clauſtro.
Pariter pro ampliatione viridarij Monaſterij,
531 Cyriac. contr. 231. nu. 8. Maceraten. alleg. reſol.
112. caſ. 29. lib. 1. Baron. dict. effect. 79. nu. 23., Ca-
pon. alleg. contr. 1. num. 12. verſ. ſic pro viridario,
de Angel. ad Gizzarell. deciſ. 37. n. 2. Giurb. deciſ.
86. n. 8. verſic. ſiue pro Monaſterij viridario, & idem
dic pro clauſura viridarij, & pro omni eo, quod
eſt annexum Monaſterio, ne intus illud, ac eius
532 viridarium inſpici poſſit Maceraten dict. caſ. 29.
Capon. d. contr. 1. n. 15. Sperell. deciſ 58. n. 21.
Idem procedit pro ampliando dormitorio Re-
533 ligioſorum, ac Monialium, Maceraten. allegat.
reſol. 112. caſ. 29. verſic. ſecundo, idem Capon. dict.
contr. 1. n. 2. verſic. pro dormitorio, Baron. vbi pro-
ximè n. 25. Gramatic. deciſ. 75. nu. 2. & 3., & per
tot. Giurb. deciſ. 86. num. 8. verſic. ſiue pro dormito-
rio, & facit plenè Rot. deciſ. 213. nu. 6., & ſeq.
par. 2. recen., nam tale dormitorium eſt indubiè
pars Monaſterij, cum ſine illo Religioſi, ac Mo-
niales non poſſint commodè inſeruire Deo in
Monaſterio.
Amplia quarto etiam pro ſcholis publicis fa-
534 bricandis, Cyriac. contr. 231. n. 5. Caren. reſol. 2.
n. 11. Giurb. deciſ. 86. n. 8. verſic prout pro clauſtro,
vel ſcholis, Ricc. deciſ. Archiep. 138. par. 1. Sperell.
deciſ. 58. n. 19.
Amplia pro erectione Seminarij ad inſtructio-
535 nem, & educationem puerorum, Nouar. qq. fo-
renſ. lib. 1. quæſt. 31. per tot. Caren. dict. reſol. 2 n. 8.
Capon. dict contr. 1. nu. 5., & 12. verſic. & pro Se-
minario, Carocc. deciſ. 26. Sperell. deciſ. 58. nu. 22.;
ità tamen quod talis coactio pro Seminario con-
536 ſtruendo non intret, niſi quando incipit con-
ſtrui Nouar. d. qu. 31., & Capon. d. n. 5.
537 Amplia etiam pro ampliatione Cappellæ, Ca-
pon. dict. controu. 1. n. 13., & 14. Ricc. deciſ. 147.
part. 1.
Idem dic pro construenda domo pro habita-
538 tione Parochi propè Eccleſiam Parochialem,
Surd. conſ. 62. n. 8. in fine Capon. d. contr. 1. nu. 16. Spe-
rell. deciſ. 58. n. 23.
539 Hoc idem dicas pro vijs publicis construen-
539 dis, & ampliandis, Caren. reſol. 2. n. 12. Gizzarell.
deciſ. 37. n. 2. Tapia deciſ. 7. n. 3., & in Vrbe adeſt in
hoc Conſt. 22. Gregor. XIII.
Extenditur tale priuilegium etiam pro am-
540 pliando, & ornando Palatio ſupremi Princi-
pis, Caren. reſol. 2. n. 20. plenè Capon. dict. contr. 1.
n. 22., & ſeq. qui reſpondet contrarijs de Mele ad
Gizzarell. deciſ. 37. n. 16., ac pro ampliatione viri-
darij Principis etiam contra Eccleſiam, Caren. d.
reſol. 2. n. 21.
Pariter pro ampliandis Palatijs Cardinalium,
& Archiepiſcoporum, ac eorum Curtilibus, qua-
te-

Digitized by Google

tenus agatur de Palatijs annexis eorum Eccle-
ſijs, & Epiſcoparibus, non de priuatis eorum-
541 dem, dum in his cauſæ piæ, ac Eccleſiæ priui-
legium non procedit plenè *Capon. dict. controu.* 1.
per tot., qui in reſponſione ibidem confutat re-
ſponſum *Cardinalis de Luc.* tunc Aduocati in illa
cauſa pro contraria parte ſcribentis *diſcurſ.* 83.
de Seruit.

Idem dic pro ampliatione Plateæ ante Pala-
tium Archiepiſcopale pro maiori commoditate
ingreſſus curruum, & pro eiuſdem Palatij maiori
542 decore, & ornatu, *Cardin. de Luc. de Seruit. di-
ſcurſ.*83. *nu.*3. qui teſtatur ſic decisum per A. C.,
& Signaturam Iuſtitiæ huius iudicatum appro-
baſſe in quadam Cauſa Neapolitana, in qua ipſe
ſuccubuit ſcribens pro quodam Monaſterio con-
tra Archiepiſcopum Neapolitanum, & pro Ar-
chiepiſcopo ſcripſit *Capon. dict. controu.*1. vbi re-
ſpondendo ſcripris per *de Luca* in illa cauſa po-
ſteà ſubdit, deciſum iuxtà à ſe ſcripta per A. C.
Baranzonum pro Cardinali Philomarino Archi-
epiſcopo, qui Baranzonus fuit in Curia Prælatus,
ac Iudex peritiſſimus, & ſumma integritate præ-
ditus.

An autem tale priuilegium ſuffragetur pro
543 conſtruendo Hoſpitio Religioſorum negant,
Capon. dict. contr. 1. *num.* 12. *in fine*, *Maſtrill. de-
ciſ.* 280. *num.* 6. pariter *in fine*, *Ricc. deciſ.* 138.
part. 1.

544 Sed contrarium tenet *Paſqualig. ad Lauret. de
Franch. de contron. inter Epiſcop.*, *& Regular. p.*1.
*n.*445., qui refutat *dictum Ricc.*, & dicit, probabi-
liorem eſſe hanc opinionem fauore Hoſpitij, cùm
hic ſit locus Religioſus, & Eccleſiaſticus, vt ſub-
dit idem *Paſqualig.*, & ego libenter adhæreo huic
opinioni.

Idem priuilegium competit pro conſtruendo
545 carcere publico, *Capon. d. contr.* 1. *n.* 31. *Baron. de
effect. inimic. effect.* 79. *n.* 11. *verſic. & pro conſtructio-
ne. Mele ad Gizzarell. deciſ.* 37. *n.* 18.

Amplia, vt Eccleſia poſſit etiam cogere vici-
num ad vendendam ſeruitutem altius non tollen-
546 di, ne luminibus Eccleſiæ officiatur, *Coſt. Sicul.
conſ.*28. *n.*5., *& ſeqq. Gizzarell. deciſ.* 37. *n.* 18. *Ca-
bed. deciſ.* 105. *n.* 4. *par.* 1. qui *Coſta* loquitur, ne Mo-
niales inſpiciantur.

Amplia quoque, vt quis fauore Religionis co-
gatur locare domum ſuam Religioſis ad modi-
cum tempus, quouſque ſcilicet perficiatur Mona-
ſterium, & locus Religioſus illis deſignatus, ſi
enim poſſunt cogere ad vendendum, quod eſt
547 plus, multò magis ad locandum, quod eſt mi-
nus, *Capon. contr.* 1. *n.* 20., *Baron. de effect. inimicit.
effect.* 79. *nu.* 26. *Nouar. deciſ. Apul.* 237. *per tot. Spe-
rell. deciſ.* 58. *n.* 24., *& ſeq.*

Contrarium tenet *Ricc. deciſ.* 10. *par.* 1. *Lauret.*
548 *de Franch. de contr. inter Epiſc.*, *& Regular. par.* 1.
*n.*448., *&* 449.

549 Sed non recedas à prima opinione, dum *Ric-
ciam* refutant *Capon.*, *Nouar.*, *& Sperell.*, & ipſe-
met *Lauret. de Franch.* refert opinionem *Sperelli*,
quam latè tuetur *Nouar. dict. deciſ.* 237., qui ne-
dùm refutat *Riccium*, ſed quod fuit deciſum con-
tra illum.

Et aduerte quod ſi agatur de duobus ſocijs ha-
bentibus rem communem, ſi vnus illorum velit
550 ædificare Eccleſiam, vel Monaſterium cogere
poterit conſocium ad vendendum partem ſuam,
Valenz. Velaſq. conſ. 18. *nu.* 3., *& ſeqq. lib.* 1. *Nouar.
qu.* 32. *n.* 3. *par.* 1. *Carocc. deciſ.* 26. *n.* 14.

Extende vt in caſibus prædictis etiam Eccleſia
teneatur vendere alteri Eccleſiæ, vel Monaſterio,
vel alteri loco Eccleſiaſtico, & Religioſo pro cau-
551 ſis conſtructionis, ac ampliationis ſupra rela-
tis, *Gratian. cap.* 896. *n.* 26. *Capon dict. contr.* 1. *n.* 32.
verſic. ſecunda opinio, *Maſtrill. deciſ.* 280. *part.* 3.
Giurb. deciſ. 86. *n.* 15., *&* 16. *Rot. deciſ.* 676. *par.* 1.
rec., *& deciſ.* 213. *par.* 2.

At quod talis coactio procedat tantum contra
552 prædia prophana, non autem Eccleſiaſtica,
Valenz. Velaſq. conſ. 18. *n.* 54., *& ſeqq. lib.* 1. *Ricc. de-
ciſ.* 59. *part.* 3.

Verum prima opinio tanquam verior eſt re-
tinenda prout illam veriorem profitetur *Hermo-
ſill. ad Lopez. tom.* 2. *gloſ.* 1. *leg.* 3. *titul.* 5. *part.* 5.
num. 50.

Et ſecunda opinio poteſt ſolum admitti, ſi age-
retur de Domibus Eccleſiæ, ac locis Eccleſiaſti-
cis connexis, & quibus ipſa Eccleſia, vel loca
Eccleſiaſtica egerent pro ſeruitio proprio, & pri-
ma opinio, ſi ageretur de domibus iure priuati
dominij ſeparatim ab Eccleſijs, & locis Eccle-
554 ſiaſticis poſſeſſis, vt appoſitè ponderat, & di-
ſtinguit *Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ.* 73. *nu.* 7.
& ſeqq.

Si verò duæ Eccleſiæ, vel duo loca Pia, & Re-
ligioſa concurrant in emptione, & vtrinque præ-
tendatur coactio ad vendendum, an tali caſu pri-
255 uilegium prædictum ſuffragetur, *Maſtrill. deciſ.*
280. *num.* 89., *& ſeqq.* dicit præferri cauſam
piam magis priuilegiatam, & quæ nititur maio-
ri neceſſitati, ac pietati, & ſic alias fuit reſolu-
556 tum per Sacr. Congregationem Viſitationis
Apoſtolicæ inter Domum Piam, ſeù Hoſpitale
pauperum Sanctæ Gallę pietate, ac charitate
prius bo. me. Marci Antonij Odeſcalchi, & po-
ſteà bo. mem. Thomæ Odeſchalchi ſuſtentatum, &
quaſdam Puellas Virgines prætendentes præferri
in emptione domorum, in quibus titulo locatio-
nis retentis exercebatur hoſpitalitas à pluribus
annis, nam fuit reſolutum, licet reſolutio non fue-
rit publicata, quod non debere remoueri hoſpi-
557 talitas, & ſic. clar. mem. Cardinalis Odeſcal-
cus poſteà Innocentius XI. ſub alieno tamen no-
mine, (ne ſinixtra ſua ſciret quod faciebat dexte-
ra manus in tot operibus ſummæ charitatis, &
pietatis, quas paſſim exercebat) emit eaſdem do-
mos, in quibus modo erecta reperitur inſignis
fabrica, ac Eccleſia pro eodem Hoſpitali ſumpti-
bus Excellentiſſimi D. D. Liuij Odeſcalchi eiuſ-
dem S. Mem. Innocentij XI. Nepotis, Ducis Sirmij,
Bracchiani, ac Cere, & Sacri Romani Imperij
Principis, nam impium erat ab eodem Hoſpitali
remouere tot pauperes, ac pro maiori parte in-
firmos, & quia hoſpitalitatis charitas in eodem
loco per multos annos fuerat exercita, & ſic
aderat etiam præoccupatio.

Quando autem Eccleſia, Monaſterium, vel
alius locus Pius, ac Religioſus poſſunt cogere
ad vendendum in caſibus ſupra expreſſis, vel ſimi-
libus, non tenentur ſe vertere potius ad vnum vi-
cinum, quam ad alium, ſed poſſunt regulariter
558 eligere velle emere à Vicino ipſis benè viſo.
Rot. deciſ. 372. *num.* 8. *p.* 1. *recen.*, & quando ſecus

vi-

videantur Rot. ibid. . & Guzman de euict. quæſt. 52.
num. 23.
Quia verò priuilegium cogendi ad vendendum
in vim dict. l. ſi quis ſepulchrum eſt extraordina-
rium, & odioſum, cum nemo de iure teneatur
vendere, ideò ſtrictè eſt intelligendum, ac pra-
cticandum cum magna æquitate Valenz. Velaſqu.
conſ. 18. n. 54. & ſeqq. lib. 1. Capon. contr. 1. n. 37.
Rot. deciſ. 373. n. 7. deciſ. 676. nu. 2. p. 1. recen. deciſ.
428. n. 3. coram Manzaned., & in Romana Retractus
24. Martij 1692. §. Pontificia verſic. diſpoſitio autem
560 coram Beuincaſa, vbi quod dicta lex vti à regu-
lis iuris exorbitans locum habere non poteſt, vbi
de præciſa neceſſitate retrahendi non conſtat Rot.
dict. deciſ. 428. n. 4. coram Manzaned., & in allegata
Romana Retractus additur in §. neque ex eo, vbi quod
Iudex in hac materia non ad commoditatem, ſed
ad præciſam neceſſitatem reſpectum habere de-
bet.
Itavt Iudex, ex circumſtantijs poſſit à diſpo-
561 ſitione dictæ legis recedere Rot. deciſ. 372. n. 2.
part. 1. recen., at hoc facere ſolum debet cum ma-
gna cauſa, & circumſpectione, & re benè pen-
ſata, & talis receſſus cum magna cauſa poteſt
ſolum fieri à Iudice Eccleſiaſtico, non autem à Se-
culari, qui tenetur abſque alio arbitrio ſequi
562 opinionem fauore Eccleſiæ, Capon. contr. 1.
s. 37. verſic. quia diſcretionem Sperell. deciſ. 59. n. 18.
Vt autem diſpoſitioni dict. leg. ſi quis ſepulchrum
locus ſit, tria requiruntur, primo neceſſitas Ec-
cleſiæ, vel alterius Loci Religioſi emere volen-
tis, ſecundo contiguitas Eccleſiæ Monaſterij,
vel alterius Loci Religioſi, & Eccleſiaſtici, ter-
tio quod ex venditione magnum præiudicium, &
563 incommodum non inferatur vicino, qui cogi-
tur ad vendendum, vt ex verbis eiuſdem leg. ſi
quis ſepulchrum probat Rot. deciſ. 372. n. 2. & deciſ.
676. par. 1. recen. vbi benè explicat dicta requiſita,
& idem firmant Gratian. cap. 742. n. 25. & ſeq., &
cap. 896. n. 7. & infra Guzman. de euict. quæſt. 52. à
n. 33. Hermoſill. ad Lopez tom. 2. gloſ. 1. leg. 3. tit. 15.
part. 5. n. 51., Giurb. deciſ. 86. num. 9. & ſeq. Spe-
rell. deciſ. 58. num. 15.
Ar damnum, & incommodum ad effectum tol-
lendi diſpoſitionem dict. leg. ſi quis ſepulchrum,
564 debet eſſe magnum, nec ſufficit modicum,
alias debet præualere priuilegium, ac diſpoſitio
eiuſdem legis Caren. reſol. 2. Sperell. deciſ. 58. n. 15..
& ſeq. prout magnum erat in caſu deciſ. 372. &
676. par. 1. recen.
Quando autem incommodum, ac damnum ſit
565 magnum, vel modicum arbitrio Iudicis remit-
titur Caren. reſol. 2. nu. 38. & ſeqq. Capon. dict. contr
1. n. 41. Cardin. de Luc. de ſeruit. diſcurſ. 83. n. 4. Rot.
deciſ. 373. n. 2. par. 1. recen., & videantur Paſqualig.
ad Lauret. de Franch. contr. inter Epiſcop., & Regu-
lar. par. 1. num. 436. & 437. fol. 142. Sperell. deciſ.
58. à num. 15., nihilominus verior eſt opinio, quod
exorbitet à regulis iuris, & propterea ex illa
lege non detur actio, ſed ſolum officium Iudi-
cis ſit implorandum, & Iudex talis legis diſpo-
ſitionem cum magna tantum æquitate debeat ad
567 praxim deducere, plenè probat Cardin. de Luc.
de ſeruit. diſcurſ. 83. num. 4. & ſeqq. & benè in alleg.
deciſ. 372. & 672. vtrobique n. 2. par. 1. recen.
Vnde non eſt de facili procedendum in coa-
ctione vicini habentis nobile, & antiquum Pa-
568 latium in familia, per quod illius ſplendor con-
ſeruatur, & ſic per coactionem graue damnum re-
ſultat vicino, vt ſeruatum fuit in deciſ. 372. & 676.
par. 1. recent., nam alias Eccleſia, & Monaſterium
longe poſt antiquum, & nobile Palatium poſſet
data opera prope illud emere domunculam pro
conſtruenda Eccleſia, & Monaſterio, vt in vim
dictæ leg. ſi quis ſepulchrum cogat dominos anti-
qui Palatij ad vendendum, quod eſſet nimis du-
569 rum, vt appoſitè conſideratur in alleg. deciſ. 372.
n. 8. & 8. par. 1. recen., nam debebant erigentes
Monaſterum tali caſu præuidere, an haberent
ſitum capacem abſque tali Palatio, alioquin fa-
ciliter fraudibus via aperiretur, vt conſiderat
Lauret. de Franch. dict. par. 1. n. 438. fol. 142., &
idem conſiderauit Rot. in Romana Retractus 24.
Martij 1692. §. & in hanc ſententiam coram Benin-
caſa, vbi fuit conſideratum pro excludenda
prælatione, quod domus cuius retractus peteba-
tur ex diſpoſitione dictæ legis ſi quis ſepulchrum
aderat ante conſtructionem monaſterij, & pote-
rant cogi magis vicini.
Hinc in tali coactione eſt procedendum cum
modetamine arbitrio Iudicis, quatenus adſit ne-
570 ceſſitas emendi ſaltem moralis, Menoch. conſ.
1206. n. 25., nec enim eſt indulgendum effrenato
deſiderio Religioſorum, ac locorum Piorum
volentium dilatationem ſinè condecenti, & mo-
rali neceſſitate Cyriac. contr.. 231. n. 14. cum tribus
ſeq. Guzman. de euict. q. 52. à n. 23. Franch. deciſ. 223.
n. 5. Maſtrill. deciſ. 280. num. 6. Cardin. de Luc. de Ser-
uit. diſcurſ. 83. à n. 4. & plenè firmat Rot. in Roma-
na Retractus 24. Martij 1692. per tot. coram Beniu-
caſa; licet talem præciſam neceſſitatem moralem
non expoſcat, ſed quod ſufficiat publica vtilitas
tenent Hyer. Leo deciſ. Valent. 90. n. 33. Caren. reſol.
2. n. 6. & 7.
Coactio autem in caſibus, de quibus ſupra, pro-
cedit etiam ſi agatur de domibus ſubiectis fidei-
commiſſo cum prohibitione alienandi etiam pro
ædificatione Eccleſiæ, cum teſtator non poſſit fa-
571 cere, quod leges in ſuo teſtamento, ac ſuis bo-
nis locum non habeant, Capon. contr. 1. n. 27. cum
tribus ſeqq. & contr. 18. nu. 16. ad 18., idem diſcept.
371. num. 29. Menoch. conſ. 1206. num. 21. Baron. de
effect. Inimic. effect. 79. num. 29. Hyer. Leo deciſ. Va-
lent. 90. num. 14., & ſeq. qui reſpondet contrarijs.
Et hoc caſu pretium rei fideicommiſſu ſubie-
562 ctæ inueſtitur, & ſubrogatur in alio ſtabi-
li, quod ſtabit pro fideicommiſſo loco rei ſic
coactè venditæ Gizz. ad Capice. latr. deciſ. 103.
num. 8. qui refert ſic deciſum ſe patrocinante,
Hier. Leo dict. deciſ. 90. num. 29. & 35.
Quinimmò quando eſt locus coactæ venditio-
ni, etiamſi Eccleſia ipſa cogatur vendere, & aga-
tur de alienatione præcisè neceſſaria ex diſpoſi-
573 tione legis, in tali venditione, ac alienatione
non requiritur beneplacitum Apoſtolicum Ca-
pon. dict. contr. 1. n. 54., & faciunt ſupra firmata hic
num. 264.
Et ob eamdem rationem nec ſunt neceſſariæ
ſolemnitates per Stat. Vrbis 113., & 151. lib. 1.
574 vel per alia ſtatuta in alienatione, & contra-
ctibus minorum exigitis, Capon. dict contr. 1. n. 55.;
ex quo agitur de alienatione præcisè neceſſaria,
nec in illa minores, vel mulieres lædi poſſunt,
dum prætium iuſtum mediante æſtimatione reci-
piunt,

Digitized by Google

piunt, & venditionem cum tali pretio euitare
non poſſunt.

Res, quam quis cogitur vendere ex diſpoſi-
tione *dictæ leg. ſi quis ſepulchrum*, eſt æſtimanda,
575 & venditio debet fieri iuſto pretio per peritos
ſtabiliendo *Guzman.de euict. quæſt. 52. n.57 Franc.
Marc.deciſ.534. per tot.p.1.Valaſc.deciſ.22. Rot.de-
ciſ. 2.n.9. verſic.& ſi in ſpecie coram Cerr.*

Nec tenetur emptor dare pretium ab alio ob-
latum, ſed ſolum pretium iuſtum per peritos
æſtimandum, cum tali caſu quis non tenea-
tur potius vendere vni, quam alteri, ſed præcisè
576 cogatur vendere in cauſas ſupra expreſſas *Coſt.
Sicul.conſ.27. n.18. & ſeq. Gratian.cap.149.nu.29.
Theſaur.quæſt.64.n.10.lib.1.Guzman.de euict.q.52.
n.58.Ioſeph. de Roſa conſult.22. nu.1.par.1, Cabed.
deciſ.105.n,6.p.1.Maſtrill. deciſ.280.n.16.in fine,
& ſeq.Rot.deciſ.47.num.4.coram Duran.Cardin.de
Luc. de ſeruitut.diſcurſ. 84.* vbi addit vltra iuſtum
377 pretium eſſe reficiendum etiam damnum *Gra-
tian. cap.896.n.24.*

Et inæſtimatione, præcipuè ædificiorum, non
attenditur tali caſu ſola quantitas fructuum, ſed
ſimul qualitas ædificiorum, & loci, vbi domus
578 ſita eſt latè *Maſtrill.deciſ. 280.à n.33.& per tot.
dictus Capon.cont.1.n.43.verſic. iuſtitia verò*, & vi-
deantur ſuper hoc, quid attendendum ſit in æſti-
matione *Ioſeph de Roſa alleg. conſult. 22. lib. 1.
Caſtill.deciſ.134.par.2.* & latè *dict. Maſtrill. 280.*
licet *dict.deciſ.Maſtrill.* circa valorem deſumen-
579 dum à fructibus etiam ad rationem decem,
vel octo pro centenario, non placeat *Cutell. de
Donat.tract.1. diſcurſ. 2. partic. 6. n.52.*, & quod
propterea in certa cauſa Iudices in hoc inclina-
bant contra deciſionem *Maſtrilli*, licet huius opi-
nionem ſequutum ſit Sacr.Conc.Neapol., teſte *Io-
ſepho de Roſa conſult.22. n.9.lib.1.* quamuis idem
de Roſa n.90. referat *dict. Cutell.* tenentem contra
Maſtrillum.

Debet venditori in caſu venditionis coactæ
vigore dictę *leg.ſi quis ſepulchrum* ſtatim ſolui pre-
580 tium in contanti, nec tenetur de illo habere
fidem, *Gratian.cap. 149. num.25. & ſeq., Auend.
de metu lib.2.cap.1.n.88.in fine de Marin. ad Reuer.
deciſ. 402. n.5. Maſtrill. deciſ. 280. n.24. & ſeq.*

Sed poſſe Iudicem in caſu neceſſitatis præciſæ
Eccleſiæ dilationem ad ſoluendum pretium con-
581 cedere cum ſolutione intereſſe, ſeu fructuum
compenſatiuorum, *Capon.dict.contr.1. nu.45., &
46.,& diſcept.371. nu.35. tom.5. Guzman. de euict.
quæſt.52.n.63.dict. Roſa.conſult. 22. num.13.& 14.
Giurb.deciſ. 86.num.16.*; ſed neceſſitas ad hunc ef-
582 fectum debet eſſe extrema, & ineuitabilis *Auen-
dan.de metu lib.2.cap.1.n. 89. Hermoſill. ad Lopez.
tom.2.gloſ. 1.leg.3. tit.5.par.5.n.56.*

In caſibus tamen, in quibus quis cogitur ven-
dere, non tenetur vendere partē tantum rei, ac do-
583 mus, ſed Eccleſia, vel alia loca Religioſa tenen-
tur emere totā, *Capon.contr.1.n.44.& diſcept. 371.
n.30., Guzman.de euict.q.52. n.59. & ſeq., Theſaur.
q.64.n.11.lib.1. Baron.de effect.Inimic.effect. 79.n.
30.Maſtrill.deciſ. 280.n.17.cum duob.ſeq.*, vbi quod
dictum eſſet, quod quis cogeretur vendere, &
ſimul grauaretur ad vendendum ſolam partem
cum magno eius damno, & incommodo.

At ob neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ,
poſſe quem cogi ad vendendum partem ſoluto
tamen pretio arbitrando per peritos etiam conſi-
584 derato illo pluri, quod reſultat ex damno pro-
ueniente per venditionem partis, *Guzman. de
euict.quæſt.52.num.62.Baron.dict.effect.79. num.31.
Hermoſill.ad Lopez.loco citato n.54., Giurb.deciſ.86.
n.14.*, qui refert ſic deciſum.

Quoties autem in caſibus prædictis quis cogi-
585 tur vendere, non tenetur ſe obligare de eui-
ctione, *Hermoſill.n.56.Baron.dict. effect. 79. n. 34.
Auendan. de metu lib. 2. cap.1.num. 90. Guzman.de
euict. q.53. num.6.*

Aduerte tamen, quod diſpoſitio dictæ *leg. ſi
quis ſepulcrum* non procedit niſi pro Eccleſijs,
Monaſterijs, ac alijs locis Pijs, Religioſis con-
ſtruendis, vel ampliandis, non autem pro am-
pliatione domorum, ac rerum priuatarum Ec-
cleſiæ, vel Monaſterij, & quæ non deſeruiunt pro
Eccleſiæ, vel Monaſterij cultu, cum tunc deficiat
fauor publicus, & Religionis, *Hermoſill. nu. 58.
Capon contr. 1.n.52.*

Nec procedit, ad hoc vt quis cogi poſſit ven-
dere pro conſtructione Sacriſtiæ propriam Ca-
pellam dotatam à maioribus, & in qua celebra-
tur Miſſæ pro illorum Animabus, & ibi ſepulta
687 ſunt Cadauera illorum de familia, plenè *Va-
lenz., Velaſq conſ.18.per tot. lib. 1.* qui teſtatur in
illa cauſa ſic iudicatum.

Cæterum de materia *dict.l. ſi quis ſepulchrum*
588 quando nec ne procedat vide *Menoch. conſ.
1206.Valenz.Velaſq. conſ.18.tom.1.Auend.de metu
lib.2. c.1.n.85.& ſeq. Guzman. de euict. q. 52., Ca-
pon.diſcept.371. & contr.1. Ioſeph.de Roſa conſult.
22.lib.Cardin.de Luc.de ſeruit.diſcurſ. 84. Caren.re-
ſol.2.Giurb.obſer,2.Mut.decis. 8. Maſtrill deciſ.280.
Giurb.decis.86., Caſtill. deciſ.134. Hyer. Leo. deciſ.
Valent.90.Cyriac.contr.231.Baron.de effect.Inimicit.
effect.79. Hermoſill. ad Lopez tom.2.gloſ.1. leg.3.tit.
tit.5.p.5., Gratian. cap. 149. Theſaur. quæſt. forenſ.
lib.1 q.64. Capice.Latr.deciſ. 103. & ibi Gizzius,
& Manfrell., Sperell. deciſ. 58.Rot.deciſ. 372., &
676.p.1.recen., Romana Retractus 24.Martij 1692.
coram bon.mem.Benincaſa.*

De Alienatione rerum pupillorum, ſeu minorum. CAP.CXIII.

SI aliquam alienationem bonorum immo-
bilium, ſeù iurium pupillorum, ſeù mi-
norum per eos cum authoritate Tuto-
rum, vel Curatorum fieri contingat, fiat
cum Iudicis decreto, & interuentu duorum
coniunctorum proximiorum, quorum non
interſit, iuramento approbantium, non eſſe in
præiudicium ipſorum pupillorum, ſeù mi-
norum, & illis deficientibus alterius legiti-
mi Curatoris ad hunc effectum ſpecialiter de-
putandi; cauſa in ſcriptis ipſi Iudici expreſſa,
& inſinuata, ac plenè cognita, & ità facta
valeat, & teneat, dummodo conſtet, eam
ceſſiſſe in euidentem vtilitatem ipſorum pu-
pillorum, ſeù minorum, alioquin, nulla,
& inualida cenſeatur.

PRO-

PRÆLVDIVM.

PRæſcribit hoc ſtatutum ſolemnitates adhibendas pro valida alienatione rerum ſtabilium ad pupillos, vel minores ſpectantium, & quia continet materiam vtilem, & quotidianam, ideo ſuper eo plura adnotanda ſunt, quæ vt à confuſione vindicentur, illa in tres articulos perſtringetur.

Primo oſtendetur, quod hoc ſtatutum 113. in alienatione ſtabilium, ac iurium ſpectantium ad pupillos, & minores combinatur cum alio *Stat.* 151., & vtriuſque Statuti ſolemnitates expoſcuntur in tali alienatione; explanabitur quoque, quid ſub nomine ſtabilium, ac iurium veniat; quomodo, & quando Tutores, vel Curatores alienare poſſint ipſi ſoli, vel cum interuentu pupillorum, ac minorum, & qui ſint in propoſito legitimi Tutores, vel Curatores, & quando hi plures in alienatione interuenire debeant: & quod non poſſint authorare alienationem ad proprium commodum. Et demum examinabitur an pater poſſit alienare bona ſtabilia filij minoris, ac ſuper illius bonis imponere cenſus.

In Secundo articulo firmabitur, in tali alienatione eſſe neceſſariam cauſam vrgentem, & præciſam à Iudice examinandam; & non poſſe deueniri ad alienationem ſtabilium, ſi adſint mobilia, ſe mouentia, nomina debitorum, ac redditus bonorum, ex quibus æri alieno pupilli, vel minoris ſatisfieri poſſit; firmabitur quod cauſa debet eſſe clara, & ſpecifica, & quod nõ ſufficit generalis, quod debet eſſe vera, & non falſa, & quidem vera in totum; & an ſufficiat cauſa vtilis pro ſuſtinenda alienatione; & ſimul ponentur alia requiſita pro valida alienatione, & ſignanter quod facta pro diſſoluendo ære alieno emptor debet eſſe ſollicitus de verſione in illius diſſolutionem; diſcurietur quoque, an ex Statuto Bononiæ in alienatione bonorum ſtabilium minoris, ſed ætatis decem, & octo annorum, requiratur cauſa.

In tertio demum, an Iuramentum in alienatione appoſitum validet alienationem ſolemnitatibus carentem ex ſtatuto hic, & ex diſpoſitione iuris communis; & quæ actio competat minori pro recuperatione rei ſtabilis nulliter alienatæ; & an illam recuperet cum fructibus perceptis, ac qui percipi potuerunt à die alienationis. Oſtenditur ſimul, quando minor maior factus per taciturnitatem, vel aliomodo dicatur approbaſſe contractum alienationis, & quando non; & demum indicabuntur Doctores remiſſiuè loquentes de valida, vel inualida alienatione rerum ſtabilium minorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur, ſtatutum hoc 113. combinari cum Stat. 151., & ſimul quod comprehendit pupillos, vel minores forenſes in Vrbe alienantes ſtabilia. Ponitur, quæ ſub nomine ſtabilium veniant vltra prædia ruſtica, vel vrbana, an cenſus, loca montium, ſeruitutes, ac iura, & an molendina ſuper aquis fluminum natantia. Quæ ſolemnitates in alienatione ſtabilium, ad pupillos, ac minores ſpectantium ex hoc Statuto expoſcantur. Quando, & quomodo Tutoris, vel Curatoris authoritas interuenire debeat, & poſſint Tutor, vel Curator ex ſe ſoli alienare, vel requiratur præſentia Pupilli, vel Minoris, quorum bona alienantur; & an valeant Tutor, vel Curator, ac etiã Pater alienare ſtabilia pupillorum, vel minorum, vel cenſum imponere ſuper illis ad proprium præcipuè commodum.

SVMMARIVM.

1 Statutum Vrbis 113., *quoad ſolemnitates combinatur cum* Stat. 151., *& omnes requiruntur, &* *num.* 79.

2 Statutum Vrbis 113. *comprehendit pupillos, vel minores forenſes in Vrbe alienantes.*

3 *Intellige ſi agatur de minore viginti annorum, ſecus ſi dictam ætatem exceſſit.*

4 *Loca Montium veniunt nomine ſtabilium.*

5 *Tam ſi agatur ex diſpoſitione legis, quàm ſi hominis*

6 *Loca montium ſpectantia ad pupillos, vel minores tanquam ſtabilia non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus* Stat. Vrbis 113.

7 *Cenſus ſpectantes ad pupillos, vel minores, non poſſunt imponi, ac alienari ſine iiſdem ſolemnitatibus, & num.* 58.

8 *Procedit etiam in cenſu imponendo pro excarcerando Patre minoris, & etiam ſi ſit impoſitus à Patre, & num.* 59.

9 *Solemnitates ſtatutariæ requiruntur, etiamſi à pupillo, vel minore cenſus imponatur fauore Eccleſiæ.*

10 *Cenſus impoſitus à minore pro extinguendo alio cenſu ſub maioribus vſuris ſuſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus.*

11 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur, quando minori reſtituitur ſors cenſus.*

12 *Molendina ſolo affixa tanquam ſtabilia non poſſunt alienari à pupillo, vel minore ſine ſolemnitatibus, & n.* 15., 18. *&* 19. *declarantur contraria.*

13 *Secus molendina ſuper aquis poſita, & catenis retenta, cum habeantur pro mobilibus, & n.* 14., *&* 16.

17 *Cenſus poſſunt imponi ſuper molendinis ſolo affixis, ſecus ſuper illis natantibus in flumine, & num.* 22.

18 Gratian. cap. 564. *declaratur, & reprobatur, & num.* 22.

20 Cirocc. diſcept. *66. reprobatur.*

21 Deciſ. 90. num. 21. coram Zarat. *declaratur.*

23 *Alienatio molendinorum exiſtentium ſuper aquis fluminum cum contineant quoddam ius perpetuum ſubiacet huic* Stat. 113.

24 *Solemnitates huius* Stat. 113. *requiruntur in datione in emphyteuſim.*

25 *Requiruntur in tranſactione, ſi per illam pupillus, vel minor bona dimittat.*

26 Requiruntur in imponenda, vel alienanda ſeruitute.
27 Pariter in alienatione iurium, & actionum competentium ad conſequenda ſtabilia.
28 Similiter in ceſſione nominum debitorum,
29 Quæ iura habeantur pro ſtabilibus vide Doctores remiſſiue.
30 Tutoris, vel Curatoris conſenſus in alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris requiritur expreſsè, & non ſufficit ſola præſentia.
31 Conſenſus tacitus reſultans ex obligatione eorumdem cum pupillo, vel minore non ſufficit.
32 Conſenſus Tutoris, ac Curatoris expreſſus requiritur, quando bona ſtabilia dantur in dotem.
33 Secus in ſimplici obligatione pro dote.
34 Minor, qui dotem exceſſiuam promiſit ſorori, reſtituitur, adhoc vt dos ad congruitatem reducatur.
35 Tutor, vel Curator generalis pupilli, vel minoris ſi adſit, non poteſt alienatio fieri cum Curatore ſpecialiter deputato.
36 Fallit ſi Tutor, vel Curator generalis ſit abſens, vel alias impeditus.
37 Tutor generalis ſi renunciauit tutelæ, & Iudex renunciationem admiſit, tunc eſt locus deputationi alterius.
38 Curator deputatus pupillo, vel minori ad certum actum tenetur ſatiſdare, & num. 42.
39 Contrarium Rota tenet de ſtylo Curiæ Romanæ, & aliarum Curiarum.
40 A' dicta opinione Rota receſſit, & tenuit, quod debeat ſatisdare.
41 Deciſ. 473. part. 14., & deciſ. 107., & 213. part. 15. recen. fuere renocatæ.
43 Curator datus ad vnum actum ſi non ſatisdedit, alienatio ſtabilium pupilli ab eo facta eſt nulla.
44 Statutum loquens de Curatore intelligitur de legitimè deputato.
45 Curator ſpecialis ad litem aliquam non tenetur ſatisdare, ſecus deputatus ad alienandum, & faciendum actum extraiudicialem alienationis.
46 Conſuetudo ex vnico actu contrario excluditur.
47 In alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris requiruntur duo Curatores, vnus ratione minoris ætatis, & alter in defectum proximiorum, ſi hi non adſint.
48 Minor ſi alienat fauore Tutoris, vel Curatoris requiritur deputatio alterius Curatoris.
49 Tutor, vel Curator pupilli, vel minoris non poſſunt authorare horum alienationem, ac contractum, ad proprium commodum.
50 Pater non poteſt authorare contractum filij ad proprium commodum.
51 Filius minor ſi alienet fauore Patris, ex Statuto Vrbis requiruntur duo Curatores, vnus reſpectu minoris ætatis, & alter loco Patris.
52 Tutor, vel Curator creditores pupilli, vel minoris poſſunt ſibi ſatisfacere propria authoritate ex pecunijs illorum, non autem alienare ſtabilia.
53 Tutor, vel Curator, qui emit bona à Patre pupilli, vel minoris dum viuebat, poteſt propria authoritate capere illorum poſſeſſionem.
54 Tutor, vel Curator, ſi ſoli alienent ſtabilia pupilli, vel minoris tenentur ſeruare ſolemnitates ſtatuti Vrbis 113. lib. 1.
55 Pupillus pubertati proximus, debet ipſe quoque interuenire in alienatione, & num. 68. 69. 70., & 115., vbi declarantur contraria.
56 Contraria opinio refertur, & quando procedat numer. 75.
57 Sed prima opinio approbatur, ſi pupillus ſit pubertati proximus.
60 Cenſus impoſitus à minore non ex cauſa neceſſaria, ſed voluntaria, non ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus ſtatuti 113.
61 Cenſus impoſitus à minore ex falſa cauſa corruit.
62 Pater poteſt alienare bona ſtabilia aduentitia filij minoris ſine decreto Iudicis.
63 Declara ſi alienet ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi ex cauſa voluntaria, & falſa ad diſſipandum.
64 Pater de iure poteſt tranſigere ſuper bonis filij minoris, ſi hoc faciat vtiliter, & ex Statuto Vrbis 113. num. 65.
66 Pecuniæ ſi ſint acceptæ ad cenſum pro minore in certam cauſam expreſſam, non creditur curatori, vel Patri ſuper illarum verſione in talem cauſam.
67 Inueriſimilitudo habet imaginem falſitatis.
71 Facultas alienandi bona minoris in genere conceſſa à teſtatore intelligitur ex cauſa neceſſaria, & cum ſolemnitatibus, & num. 72.
73 Cardin. de Luc. diſc. 35. de alienat., & contract. prohib. exploditur, & num. 74.
75 Pupillus ſi ſit ætatis annorum nouem, decem, vel vndecim, donec diſcutitur, an in tali ætate debuerit interuenire contractui alienationis, talis exceptio nullitatis reijcitur ad petitorium.
76 Nullitas ex non interuentu ipſius pupilli in contractu eſt magis attendenda, ſi concurrant etiam alij defectus.
77 Pubes factus, cum exeat à tutela, tunc omninò debet ipſe interuenire in alienatione, alias eſt nulla.
78 Curator vnus tantum in defectum proximiorum requiritur in ſimplici obligatione minoris, & alter reſpectu minoris ætatis debet adeſſe ſolum in alienatione ſtabilium, & num. 80. & 81.
82 Stat. Vrbis 113. ſuper curatore adhibendo in alienatione ſtabilium minoris eſt conforme diſpoſitioni iuris curatorem non requirentis in ſimplici obligatione minoris.
83 Solemnitas non neceſſaria adhibita ad cautelam, ſi non adhibeatur, non reddit contractum nullum.
84 Minores ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ in alienatione ſeruant eaſdem ſolemnitates, & ſexus muliebris non alterat.

HOc ſtatutum 113. cum alio ſtatuto 151. infrà
poſito combinantur, & coniunctim attenduntur
1 in alienatione bonorum ſtabilium pupillorum, ac minorum, vt aduertit *Card. de Luc. de alienat., & contract. probibit. diſc. 28. num. 9., & ſeq.*, & perpetuo hoc cenſuit *Rot. deciſ. 385. per tot., & deciſ. 618. n. 2., & ſeq. par. 2. recen., deciſ. 1647. num. 28., & infra, & deciſ. 1664. num. 27. coram Coccin. deciſ. 540. num. 1. verſic. & Statutum Vrbis, & deciſ. 575. num. 2. & 3. coram Merlin. deciſ. 59. num. 19. & 20., & deciſ. 60. num. 2. apud Pic. ad Statut. Vrb.*

Diſpoſitio huius ſtatuti comprehendit etiam minorem forenſem Romæ alienantem, cum reſpiciat formam, ac ſolemnitatem, cum qua minor
2 debet contrahere iuxtà theoricam *Bart. in l. 2. n. 13. & 14. C. de Summ. Trinit., & fide Catholic.*, quam

quam communiter ſequi D.D. teſtatue poſt alios
Rot. deciſ.59. num.4. & 5. poſt Pic. ad Statut.Vrb.,
3 quod intellige, vt infra *num.166.*, ſi forenſis ſie
minoe 20. annorum, ſecus ſi dictam ætatem ex-
cedat.

Sub nomine ſtabilium, ad mentem huius ſtatu-
ti, quæ non poſſune alienari ſine ſolemnitatibus
à ſtatuto hie,& ab alio 151.infrà præſcriptis,vltrà
prædia vrbaoa, & ruſtica veniunt etiam loca
4 Montium Vrbis non vaeabilia, eum ſint ſtabilia,
vel inter ſtabilia connumerentur plenè *Gabr.conſ.
341. lib.2. Spad. conſ. 27. num.4. lib. 1. conſ. 123.
lib. 2. & conſ.296. num. 2. & 3. lib. 3. & Rot. in
vna Veneta Pecuniaria* impreſſa *apud Spad. allegat.
conſ. 123. lib. 1. deciſ. 404. num. 3. coram Rembold.
deciſ.353. num.38. coram Merlin. deciſ.1970. num.
16. & 17. coram Coccin., & deciſ.184. nu.1. & 15.
part.9. recen.*, & in voto Cameræ impreſs. *par.12.
recen. deciſ.413. num.72.*; & quod loca montium
veniant ſub nomine ſtabilium, procedit ſiuè aga-
5 tur ex diſpoſitione legis, ſiuè hominis, ve habe-
tur in dicto voto Cameræ *in recen. part. 12. deciſ.
413. num.73.*

Vnde loca montium ſpectantia ad pupillos, vel
6 minores non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus
huius ſtatuti *Rot. deciſ. 679. per tot. coram Seraph.
deciſ.353. num.58., & ſeq. coram Merlin.deciſ.114.
num.11. poſt Merlin. de pignor., & deciſ. 50. num.3.
& 4. part.13. recen.*, & in terminis ſimillium lo-
corum Montlum Ciuitatis Bononiæ *Caſtald. con-
ſult. forenſ.3. num.1., & 2.* & ſuper hoc latiùs dixi
ad Statut. Vrb. 151. artic. 5. num. 445., & ſeqq.
vbi vide.

Secundo ſub hoc ſtatuto nomine ſtabilium ve-
niuot cenſus, qui ſine ſolemnitatibus hic præ-
ſcriptis non poſſune alienati, nec imponi, eum
7 ceoſus impoſitio alienatio dicatur, plenè *Baron.
de effect. minor. ætat. effect.5. num.1., & ſeq.* vbi in-
finitos cumulat *Cenc. de Cenſ. quæſt.15. num.8., &
infrà, Card. de Luc. de alienat. & contract. probib.
diſc.28. num. 10. Rot. deciſ. 441. num.2. poſt. Cenc.
de Cenſ. deciſ. 561. num. 1. coram Amat. Dunozett.
deciſ.324. num. 15.* vbi teſtatur de veriori opinio-
ne *part.11. recen. deciſ.443. num.1. & ſeq. par. 13.
& deciſ.193.n.2.p.14.*

Amplia, etiaoſi agatue de cenſu imponendo
8 per minorem pro excarcerando Patre, ve in pun-
cto præſentis ſtatuti 113. firmat *Rot. deciſ. 218.
num.11. part. 2. recen. deciſ.59. num.14. & ſeq. &
deciſ.60. num.12. & infrà, & à num. 21. apud Pic.
ad Stat. Vrb.*

Amplia, quod conclusio procedat etiam in
9 cenſu impoſito à minore fauore Eccleſiæ, eum
requirantur ſolemnitates, ex quo minor tractat
de damno vitando *Rot. deciſ.575. num. 29. & 30.
coram Merlin.* ſupee quo latiùs vide tradita infrà
ad ſtat.151. artic.5. num.500. & ſeq., vbi ſuit reſ-
ponſum contrariæ opinioni, & declaratum quan-
do,& quomodo illa procedat.

Fallit tamen concluſio, & ſuſtinetur cenſus
impoſitus à minore ſine ſolemnitatibus, ſi im-
poſitio facta ſit pro extinguendo cenſu maioris
10 quantitatis fructuum, ac vſurarum *Cenc. de Cenſ.
quæſt.15. n.34. & ſeq. Baron. de effect. minor. ætat.
effect.5. n.32. ad 34.*

An autem, quæ dicta ſunc de impoſitione cen-
ſus, vel illius alienatione, & ceſſione, procedant,

quando minori per creditorem reſtituitue ſors
11 cenſus, dic quod non, cum talis redemptio cen-
ſus ſit actus neceſſarius *Rot. deciſ. 526. num. 2. &
ſeq. coram Buratt.* ſuper quo vide ſcripta infra *ad
ſtat.151. artic.6. n.653. & ſeqq.*

Tertio veniunt molendina ſolo affixa, quæ ſine
12 ſolemnitatibus huius ſtatuti non poſſunt aliena-
ri *Rot. deciſ.57. n.7. verſic. cum huiuſmodi molendi-
na, & n.11. coram Royas.*

An autem idem procedat ſuper molendinis po-
ſitis ſuper Flumine Tyberis, ſuper hoc alias re-
quiſitus reſpondidi vt infrà.

Solemnitates præſcriptæ *à Stat. Vrb.113, lib.1.*
in alienatione rerum ſtabilium, ac iurium ad pu-
pillos, ac minores ſpectantium non requiruntue
in alienatione molendinorum ſuper aquis natan-
tium in Flumiue Tyberis, & quæ ſolum retinen-
tur cum catenis ferreis, ac alijs retinaculis, ex
quo reputantur tanquam mobilia, dum ad inſtac
13 nauium in medio aquarum poſita ſunt, vt fir-
mant *Iaſ. in l. quominus num. 126. ff. de flum. Me-
noch. de recuper. poſſeſſ. remed.1. nunc.44. Gratian.
cap.564. n.1. cum quatuor ſeqq. Cenc. de Cenſ. quæſt.
29. num.6. Duard. eod. tract. §.1. quaſt.27.num.29.
Cirocc. diſcept. 66. num.30. Horat. Barbat. de Diuiſ.
fruct. part. 1. cap. 3. num. 85.*, & doctè more ſuo
Leotard. de vſur. quæſt. 45. num. 13., & infra vbi
præciſè hoc firmat in Molendinis poſitis in Flu-
minibus Tyberis, & Padi, & contrarijs reſpon-
det; hinc tanquam mobilia poſſune alienari ſine
14 ſolemnitatibus, *Gratian. cap.564. num.4.. & 18.*
vbi teſtatur de communi, *Cirocc. alleg. diſcept.66.
num.32., Duard. de Cenſ. §.1. quæſt.27. num.29. ver-
ſic. Angeli doctrinam, Gutierez. de tutel. part.2. cap.
5. num.62. verſic. ſed hoc alij Leotard.* vbi proximè
*Baron. de effect. minor. ætat. effect. 3. num.271., &
ſeqq. fol. mihi 212. Rot. deciſ. 90. num. 21. coram
Zarat.*

15 Non obſtat, quod plures Doctores, & etiam
Rot. deciſ.57. coram Royas teneant, molendina eſſe
immobilia, & propterea venire ſub prohibita
alienatione ſtabilium ſine ſolemnitatibus, quia
illi loquuntur in molendinis in terra ædificatis,
ac ſolo affixis propè Flumina, & non in natanti-
bus ſupet aquis Fluminum, quæ de facili obruuu-
eur, & non ſemel ſub aquis ſubmerguntur, ve
tempore excreſcentiæ aquarum, & inundationis
Fluminis Tyberis plura ſubmerſa vidi, & de pri-
16 mo genere molendinorum *Honded. conſ.30. n.20.
lib. 1. Eugen. conſ. 27. lib.1.*, plenè *Gratian. dict.
cap.564. num.6. & ſeq. Cenc. de Cenſ. quæſt.29. n.8.
& 9. Rot. alleg. deciſ. 57. n.7. & 11. coram Royas.*

Hinc ſuper dictis moltndinis ſolo cohærenti-
cibus,& fixis, tanquam verè ſtabilibus, poſſunt im-
poni cenſus, non autem ſuper natantibus in Flu-
17 mine, vti mobilibus, ve diſtinguunt *Cenc. de Cenſ.
quæſt.29. num.9. Duard. eod. tract. §.1. quæſt.28. n.
10.*, & benè *Leotard. alleg. quæſt.45. n.14. ad 19.,
Baron. dict. effect.3. n.237.*

18 Et quamuis *Gratian. cap.564. num.18., & ſeq.*
& cum eo *Cirocc. diſcept.66. num.30. & 31., & Rot.
deciſ.90. num.21. coram Zarat.* videantur ſentire,
quod etiam in alienatione molendinorum, quæ
ſunt ſolo affixa, facienda à minoribus non requi-
rantur ſolemnitates præſcriptæ in alienatione bo-
norum ſtabilium, nihilominùs contraria opinio
pro neceſſitate ſolemnitatum in illorum aliena-

tione facienda à minoribus eſt verior, magis com-
munis, & rationabilior, quam tuentur Doctores
ſupra relati *in §. non obſtat*, & illi ſapienter vt ſo-
19 let adheret *Rot. deciſ. 57. num. 11. coram Royas*,
vbi reſpondet motiuis conſideratis *per Gratian.
in alleg. cap. 564.*, & per alios contrarios, licet de
Gratiano in obiecto Rota ibi non faciat mentio-
nem, ſed benè de eius motiuis, & reiecto *Gratia-
no* hanc opinionem veriſſimam tuetur doctiſſimus
Leotard. de vſur. quæſt. 45. n. 20. & ſeqq.

Nec propterea curandum eſt de authoritate
20 *Ciroce.*, dum eſt ſimplex relator, & aſſecla *Gra-
tiani* reprobati expreſsè per *Leotardum*, & tacitè
reſpondendo eiuſdem motiuis *à Rot. in alleg. de-
21 ciſ. 57. num. 11. coram Royas; & deciſ. 90. num. 21.
coram Zarat.* loquitur perfunctoriè, & ambiguè,
nec videtur figere pedes, & eſt verius dubitatio
extenſoris, non motiuum Rotæ, quæ potius vi-
detur inclinare in noſtram ſententiam, dum facit
diſtinctionem inter molendina fabricata, & affixa
in ſolo propè Flumen, & inter alia natantia tan-
quam naues in Flumine, vt apparet ex verbis de-
ciſionis ibi -- *cum non ſciatur ſi dictæ domui infixum*
(hoc eſt molendinum) *vel tabulis ſuper flumen
compactum, vel an ſit mobile, vel immobile* --.

22 Præterea aduerto, quod *Gratian. dict. cap. 564.*
firmat, quod ſuper dictis molendinis ſolo affixis
poſſunt imponi cenſus redimibiles ad formam
Bullæ Beati Pij V., & hoc probant etiam Docto-
res ſupra recenſiti in *§. hinc ſuper*, vndè *Gratian.*
proprijs armis ſe iugulat, ſi enim admittit, quod
ſuper talibus molendinis ſolo affixis poſſunt im-
poni cenſus, fatetur etiam, illa eſſe ſtabilia, nam
ſi eſſent mobilia, non poſſent ſuper illis imponi.

Veriſſima ex prædictis remanet diſtinctio inter
molendina poſita ſuper aquis Fluminum, & illa
ſolo affixa propè ripas eorumdem Fluminum, ità
vt in illis, prout in his, non requirantur ſolemni-
tates, quando alienantur; nihilominùs cùm res
ſit in fieri, & agatur de molendinis ſitis in Flumi-
ne Tyberis, inclino pro omni ſecuritate empto-
ris, vt adhibeantur ſolemnitates ſtatutariæ, dum
23 ſtatutum hic loquitur etiam de iurium aliena-
tione, & ſic licet talia molendina poſita ſuper
aquis Fluminis Tyberis potiùs ſint mobilia, nihi-
lominùs ius illa retinendi in flumine, quod con-
ceditur in hoc Flumine publico, & nauigabili à
ſolo Papa, tanquam Rege, & Principe ſæculari,
eſt ſatis conſiderabile, quia priori molendino
ſubmerſo poteſt in illius locum aliud reædificari,
& ſubrogari, vndè ratione talis iuris retinendi
molendinum in Flumine, videtur, non poſſe alie-
nari ſine ſolemnitatibus huius ſtatuti loquenti-
bus nedùm de ſtabilibus, ſed etiam de iuribus.
Hactenus reſponſum per me pro veritate redditum.

Quartò, redeundo ad ſtatutum, dic quod ſo-
lemnitates ab illo præſcriptæ requiruntur etiam
24 in datione in emphyteuſim, cùm ſit vera aliena-
tio plenè *Staiban. reſol. foreſ. 30. n. 27., & 28. lib. 1.*
latiſſimè *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 17.*, prout
in locatione ad longum tempus *Groſſ. de contract.
minor. inſpect. 3. quæſt. 29. per tot. Baron. de effect. min.
ætat. effect. 10.*

Quintò requiruntur etiam in contractu tranſa-
25 ctionis, cùm præſeferat alienationem *l. non ſolum
C. de præd. minor.* ibi: *Sed neque tranſactionis ra-
tione*, plenè *Vrceol. de tranſact. quæſt. 22. nu. 1., &
ſeq.*; præcipuè quando bona per illam dimittun-
tur, plenè *Groſſ. de contract minor. inſpect. 3. qu. 26.*
pleniſſimè *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 9. Vr-
ceol. de tranſact. quæſt. 22. nu. 17., & ſeqq. Rot. de-
ciſ. 547. n. 6., & ſeqq.* confirmata *deciſ. 623. par. 18.
tom. 2. recen.*

Sextò, ſi agatur de alienanda, vel imponenda
ſeruitute, cùm ſeruitutes veniant ſub nomine iu-
26 rium *Caſtill. quotid. contr. lib. 8. cap. 63. n. 18. ver-
ſic. nec ſeruitus.*

Septimò, idem dic de alienatione iurium, &
actionum ad conſequenda ſtabilia competen-
27 tium, quæ non poſſunt cedi, nec alienari ſine ſo-
lemnitatibus, latiſſimè *Groſſ. de contract. minor. in-
ſpect. 3. quæſt. 31. Baron. effect. 14.*

Octauò veniunt nomina debitorum, ad effe-
ctum vt cedi non poſſint à minore ſine ſolemni-
28 tatibus huius ſtatuti plenè *Groſſ. de contract. min.
inſpect. 3. quæſt. 32. per tot.*

Poſſent alij caſus adduci, quando tales ſolem-
nitates requirantur in alienatione multorum iu-
29 rium, quæ habentur pro ſtabilibus, nihilominùs
ne actum agam, vide poſt *Hermoſill.*, *& Trenta-
cinq. Caſtill. contr. iur. lib. 8. cap. 63. per tot., Groſſ.
de contract. minor. inſpect. 3. quæſt. 1. ad 57., &
Baron. in ſuo tract. de effect. minor. ætat. effect. 1.
ad 26.*

Progrediendo ad præſentiam, & conſenſum
Tutoris, & Curatoris pro ſolemnitate exigitum
à Statuto hic in alienatione ſtabilium pupilli, ac
minoris, dic, quod talis conſenſus requiritur per
modum authoritatiuum, & approbatiuum, vndè
debet eſſe expreſſus, & non ſufficit illorum ſim-
plex præſentia contractui alienationis, non ex-
preſſo titulo Tutoris, vel Curatoris, nec facta ali-
30 qua approbatione, vti à Tutore, vel Curatore,
vt poſt *Signorol. conſ. 190. n. 4., & 5.* plenè *Groſſ. de
contract. minor. inſpect. 4. quæſt. 5. per tot.*, & in pun-
cto huius ſtatuti firmat *Rot. deciſ. 1647. n. 8. cum
trib. ſeq. coram Coccin.*

Nec ſufficit tacitus conſenſus Tutoris, vel Cu-
ratoris, ex quo inſolidum ſe obligent in aliena-
31 tione vnà cum pupillo, vel minore, cum requira-
tur conſenſus expreſſus *Signorol. conſ. 190. per tot.
Rot. dict. deciſ. 1647. nu. 15. cum duob. ſeq. coram
Coccin.*

Taliſque conſenſus Tutoris, vel Curatoris re-
32 quiritur etiam, quando ſtabilia dantur in dotem
*l. prædia, C. de præd. minor., l. lexque Tutores, &
ibi gloſ. in verbo, vel dotem, C. de adminiſtr. tut. l.
vltim. §. ſi cum autem, C. ſi maior. fact. Andreol. con-
trou. 296. n. 1., & ſeqq. Cyriac. contr. 29. nu. 40., &
ſequen., & n. 44. Baron. de effect. minor. ætat. effect. 8.*
plenè *per tot.*, & ſignanter *num. 83. Surd. deciſ. 268.
Rot. deciſ. 561. n. 3., & ſeq. coram Amat. Dunozett.
deciſ. 1647. n. 4. ad 7.* confirmata *deciſ. 1664. n. 13.,
33 & infrà coram Coccin.*, vbi declarat, contraria
procedere in ſimplici obligatione pro dote, non
autem in alienatione ſtabilium pro illa, ſuper quo
vide pleniùs per nos dicta infrà *ad ſtat. 151. art. 6.
à n. 636.*

Quinimmò minor etiam in dote exceſſiuè pro-
34 miſſa, ac data ſorori reſtituitur in integrum, ad
hoc vt dos ad congruitatem reducatur, *Natt.
conſ. 658. Menoch. conſ. 814. n. 9. Boccacc. ad Conſt.
March. gloſ. 8. num. 140.* cum alijs per *Baron. dict.
effect. 8. n. 77., & 85. Cyriac. contr. 508. n. 42., & ſeq.*

No-

Notandum tamen eſt, quod ſi adeſt Tutor, vel
Curator generalis pupilli, vel minoris, his non
deputatur alter ſpecialis, non amoto generali,
35 aliàs alienatio facta cum Tutore, vel Curatore
ſpeciali, exiſtente generali, eſt nulla, *Card.de Luc.
de alienat., & contract.probib.diſc.28.nu.13. Rot.de-
ciſ.257.n 6.coram Caualer.deciſ.114.n.8.par.7.rec.,
& deciſ.293.n.12., & ſeq. part.15.*

Si tamen Tutor, vel Curator generalis ſit ab-
ſens, vel impeditus, ne bona pupilli, vel minoris
diſperdantur, vel ſi illis immineret graue æs alie-
36 num, poteſt eiſdem deputari Tutor, ſeu Curator
ſpecialis ad certum actum vendendi, vel alienan-
di, *Rot. deciſ.473. n.8. ad 12. part. 14. recen.* con-
firmata *deciſ.107. n.10., & 11., & deciſ.213. n.4.,
& ſeq. part.15.*, & valet tali caſu deputatio Cu-
ratoris facta etiam pupillo, cum appellatione
Curatoris veniat etiam Tutor, *Montan. de Iur.
Tutor.cap.1.n.14.Rot.deciſ.350.n.2., & ſeq. coram
Dunozett. Sen.*

At quando Tutor generalis legitimè renuncia-
uit tutelæ, & à Iudice renunciatio fuit admiſſa,
tunc pro adimplenda forma ſtatuti requirentis
37 authoritatem Tutoris eſt deputandus alter Tu-
tor generalis, *Montan. de tutel.cap.21. nu.12. Rot.
deciſ.206. n.15., & 16. par.16. rec.*

Talis Curator deputatus pupillo, vel minori
ad certum actum, an debeat ſatiſdare, rem pu-
38 pilli ſaluam fore, de iure videtur dicendum, quod
ſic *ex l. ſed etſi ff rem pupill.ſalu.for. Alex.conſ.163.
per tot. lib. 5.* vbi benè hoc probat *Rot. deciſ. 107.
n.12., & 13.deciſ.213 n.11.par.15.rec., & dec.206.
n.10., & ſeq. par.16.*

Sed contrarium de ſtylo Curiæ Romanæ, &
39 aliarum Curiarum ſeruari, poſt *Speculat.*, & alios
tenet *Rot.deciſ.216.n.4.par.4.diuerſ.dec.473.n.17.,
& 18.par.14.rec.deciſ.107.n.12.cum tribus ſeq., &
deciſ.213.n.12., & infra par.15.*

40 Ac tu tene primam opinionem cum à dictis *de-
ciſ.473. par.14. deciſ.107., & 213. par.15. recen.*,
quæ ſunt *in Rauennaten. Bonorum coram Eminen-
tiſſimo Domino Cardinali Carpineo* tunc Sac. Rotæ
Auditore digniſſimo fuerit receſſum *coram bon.
41 mem. Beuilaqua*, vt apparet *ex deciſ.206. nu. 10.,
& ſeqq. par.16. recen.*, in qua fuit firmatum, quod
etiam Curator deputatus pupillo, vel minori ad
certum actum debet ſatiſdare, vt vltrà relatos ſu-
42 pra hic *nu.38.*, & alios *in dict. deciſ.206.* probant
*Gutier. de tutel par.1. cap.12. n.10., & ſeq. Rot.de-
ciſ.29.n.20.coram Zarat., & in d.deciſ.206.par.16.
rec.* reſpondetur contrarijs.

Ideòque non præſtita dicta cautione per Cura-
torem ſpecialiter deputatum ad vnum actum tan-
tùm, non poteſt idem minoris bona alienare, & ſi
43 de facto alienet, alienatio erit nulla *Andreol.con-
trou.384. n.6., & 7. Rot. deciſ.29. n.21., & 22. co-
ram Zarat., & deciſ.206. nu.12. part.16.*, ex quo
44 ſtatutum loquens de Curatore intelligitur de le-
gitimè deputato, & qui ſatiſdederit *Morott. conſ.
85.n.30., & 31.*

Et Doctores contrarij atteſtantes, quod tales
Curatores deputati ad vnum actum ſpecialiter
non præſtant talem ſatiſdationem, debent intelli-
gi de Curatore iudicialiter deputato minori ad
aliquam litem, & ſic in actibus iudicialibus, non
45 autem in deputato ſpecialiter ad alienandum, &
ſic ad actum extraiudicialem, & ſtylus Curiæ Ro-
manæ in talibus Curatoribus, qui ſpecialiter de-
putantur minoribus, quando alienant eſt quod
ſatiſdent, & ego centies vidi ſeruatum, & poteſt
hoc videri ex innumeris inſtrumentis alienatio-
num, ac impoſitionum cenſuum factis à minori-
bus, ac rogatis per omnia officia Notariorum
Vrbis, vndè talis ſtylus contrarius atteſtatus à
Doctoribus, ac Rota labaſcit quoad actus extra-
iudiciales, & confunditur ex inſtrumentis publi-
cis, ex quibus apparet, tales Curatores ſatiſde-
diſſe, & ſic non attento aſſerto ſtylo contrario
atteſtato per Doctores debet ſeruari diſpoſitio
iuris communis ſuper cautione præſtanda, ex re-
46 gula, quod conſuetudo etiam ex vnico actu con-
trario excluditur *Amat. deciſ. Marcb.63.* vbi ple-
nè *Rot. deciſ. 206. n.27., & 28. par.16. rec.*, in qua
vt dixi fuit receſſum à præcedentibus deciſioni-
bus, nec præfata *deciſ.206.* fuit in hoc impugna-
ta, ſed potiùs acceptata per partes, vt apparet *ex
deciſ.12. in princip. par. 17. rec.*, quæ emanauit in
eadem cauſa.

Aduerte, quod ex hoc *Stat.* 113. combinando
cum *Stat.151.*, Romæ, & vbi ſeruantur ſtatuta Vr-
bis requiritur præſentia, & authoritas duorum
Curatorum, nempè vnius ratione minoris ætatis,
47 & alterius loco proximiorum, ſi hi non adſint,
vel ſint impediti, quando alienantur bona pupil-
lorum, vel minorum, *Cardin. de Luc. de alienat.,
& contract. probib. diſc. 28. num.8.*, & plenè *Rot.
deciſ.14., & 26. part. 5. recent.*, quæ ſunt *coram
Coccin.* inter eius impreſs. *deciſ. 1647., & deciſ.
1664.*

Et ſi pupillus, vel minor contrahit cum ſuo Tu-
tore, vel Curatore, & huius fauore alienat, requi-
ritur tali caſu deputatio alterius Curatoris ra-
48 tione intereſſe Tutoris, vel Curatoris, in quem
fit alienatio, cùm non poſſit quis in ſui commo-
dum authorare *§. inter tutorem inſtit. de author.tu-
tor.Montan.de tutel. cap.30. nu.57., & ſeq. Groſſ. de
contract.minor.inſpect.4.quæſt.8.num.2.& 3.*, vbi id
ampliat etiamſi contractus cum Tutore, & Cura-
49 tore factus ſit bona fide, & præſentibus conſan-
guineis pupilli, vel minoris, *Rot.deciſ.49.nu.8.poſt
Pic.ad Stat.Vrb.deciſ.218.n.7. verſ.adhuc non potuit
par.2.rec., deciſ.1664.nu.2.ad 13.coram Coccin.* vbi
contrarijs reſpondet.

Quando enim agitur de vtilitate propria con-
trahentis, nec pater admittitur ad authorizan-
50 dam filij perſonam, *Rot. deciſ.575. num.16. coram
Merlin.*

Quocircà quando filiusſamilias minor donat
patri, ſi ex ſtatuto non poteſt, (vt hìc *ex Statu-
to.151.*) contrahere ſine conſenſu patris authori-
tatiuo, requiruntur pariter duo Curatores, vnus
51 reſpectu minoris ætatis, & alter loco patris, qui
authoritatiuè pro integranda perſona filij mino-
ris ſubrogatur *Rot. deciſ.59. nu.8. poſt Pic. ad Stat.
Vrb., & in Bononien. Fideicommiſſi de Linis 26. Fe-
bruaro 1681. §.tum & fortius coram Reuerendiſs.D.
Emerix Decano.*

Attamen ſi Tutor, vel Curator ſint creditores
pupilli, vel minoris, vel patris eorumdem, pote-
runt recipere ſatisfactionem propria authoritate
ex pecunijs pupilli, vel minoris, non tamen ex
alienatione bonorum ſtabilium, in quibus requi-
52 runtur cauſæ cognitio, decretum Iudicis, ac au-
thoritas Tutoris, ac Curatoris *Laurent. de Pinu
conſ.60.*

conſ.60.n.14., & ſeq. Rot. deciſ.1664.n.18., & 19. coram Coccin.

Si tamen à patre pupilli, vel minoris viuente
fuiſſet venditus fundus illi, qui poſteà fuit Tutor,
vel Curator filiorum venditoris, poterit talis Tu-
tor, vel Curator ſibi appropriare fundum vendi-
53 tum, cùm tunc traditio procedat ex neceſſitate
præcedentis contractus *Rot.d.deciſ.1664.n.20.cum
duob. ſeqq.coram Coccin.*

Solemnitates ab hoc ſtatuto in alienatione ſta-
bilium pupilli, vel minoris præſcriptæ requirun-
tur, nedùm quando pupillus, vel minor alienat
cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, verùm
54 etiam quando alienatio fit ab ipſo Tutore, vel
Curatore, vt ad litteram diſponit ſtatutum, &
firmat idem *Rot. deciſ. 1664. num. 20., & 21. co-
ram Coccin.*

Quando autem à Tutore, vel Curatore facta
alienatio ſit nulla, licèt facta pro diſſoluendo ære
alieno pupilli, ex quo in illa non interuenerit ipſe
pupillus ſupra infantiam, ac doli capax, eſt ſuper
hoc altercatio apud Doctores, & ipſamet Rota
in hoc puncto diuerſimodè ſentijſſe videtur, nam
55 quod debeat pupillus pro validitate alienationis
interuenire, ſi ſit pubertati proximus ad *text. in l.
pupillus vbi gloſ. ff. de acquir. hæred. l. potuit, C.
de iure deliber.* firmat *Peregr. conſ.74. nu. 4. lib.3.
Rot. deciſ.9. nu. 8. poſt Olcam de ceſſ. iur. deciſ.179.
n.11. par.10. recen. deciſ. 56. n.16. part. 14. deciſ.
471. n.2. par.18. deciſ.191. n.8. coram Carill., &
deciſ.228. n.22. coram Priol.*

Sed ſi pupillus ſit ſupra infantiam annorum
56 nouem, vel decem, quod teneat alienatio facta
à tutore, etiam ſi ipſe pupillus non interuenerit te-
nent *Mandell. Alb. in conſ.205. n.38., & ſeq. Actto-
lin. reſol.69. à n. 24. ad finem Card. de Luc. de alie-
nat. & contract. prohibit. diſcurſ.35. num.16. Rot.
deciſ.296. n.5., & ſeq. par.4. tom.2. recen.*, & nu-
perrimè poſt hęc ſcripta cum hac opinione tranſ-
iuit *Rot. in Camerinen. manutentionis, ſeu cenſuum
10. Martij 1698. §. nec obſtat coram R. P. D. Mo-
lines.*

Rota verò *deciſ.322. n.14., & 15. par.14. recen.*
57 adhæret primæ opinioni, ſi pupillus ſit puber-
tati proximus, ſecus è contrà, & dicit, hanc opi-
nionem, quod non ſit opus interuentu pupilli,
quando non eſt pubertati proximus, eſſe maiori
rationi innixam, præcipuè ſi fuerit à tutore facta
alienatio, vel impoſitio cenſus pro extinguendis
cenſibus, qui vigebant ſub grauioribus vſuris
Acttolin. reſol.69. n. 24. cum alijs *in dicta Cameri-
nen. coram D. Molines in §. certum eſt, & deciſ.253.
n.12. par.18. recen.*, & ita alias cenſui iudicando
in hac materia iuxtà votum tunc exaratum, quod
cum concernat materiam præſentis ſtatuti hic
inſerere volui, quod eſt ſequentis tenoris.

Iulia pro fructibus cenſus in ſorte ſuorum ſcu-
torum 450. impoſiti ſuper domo Marci Antonij
minoris à Martio huius Patre petebat relaxari
mandatum contra Marcum Antonium, ſed ego
cenſui, illud eſſe denegandum.

Cum enim cenſus fuiſſet impoſitus à Martio
Patre ſuper bonis Marci Antonij de tempore, quo
ipſe erat in ætate minori, & in illo deficerent ſo-
lemnitates præſcriptæ *à Stat. Vrbis* 113. *lib.* 1. in
alienatione bonorum ſtabilium pupilli, & mino-
ris, propterea non poterat ſuſtineri, cum cenſus
58 impoſitio ſit alienatio, & veniat ſub diſpoſitione
dicti ſtatuti *Rot. deciſ.33. n.1., & 2. coram Mar-
tin. Andr. deciſ.540. coram Merlin., & deciſ.443.
n.3. par.13. recen. Card. de Luc.* in eadem cauſa *de
alienat., & contract. probib. diſcurſ.28. n. 10.*, &
59 in puncto cenſus impoſiti à Patre ſuper bonis ad-
uentitijs filij minoris *Rot. deciſ.749. nu.4., & 5.
coram Merlin.*

Et ſignanter cum talis cenſus reperiatur impo-
ſitus, non ex cauſa neceſſaria diſſoluendi æs alie-
num Marci Antonij minoris, ſed ex conficta cau-
ſa falſa acquirendi certam domum pro filio mi-
60 nore, ideò non poteſt ſuſtineri ſine ſolemnitati-
bus eiuſdem ſtatuti ad *tex. in l. fin. §. ipſum autem
C. de bon. quæ liber. Couar. var. reſol. lib.2. cap. 8.
n.6., & ſeq. Gaill. obſer.72. n.14. lib.2. Simonell.
de Decret. lib.3. tit.8. Inſpect.1. n.2., & 3. Fragoſ.
de Regim. Reipub. par.3. lib.2. diſput.3. §.4. n.112.
verſic. vrgente Rot. deciſ.413. nu.74. cum duob. ſeq.
par.9. recen., & deciſ.767. num.9., & 10. coram
Merlin.*

Quinimmò cum cenſus fuerit impoſitus ad ef-
fectum acquirendi certam domum, quæ iam fue-
rat recuperata à matre Marci Antonij minoris,
& quidem cum proprijs pecunijs fauore eiuſdem
61 pupilli, ex hoc reſultat falſitas cauſæ expreſſæ, ob
quam cenſus corruere debet *Cyriac. contr. 257.
n.15., & ſeqq. Vrceol. conſult. forenſ. cap.63. n.13.
Rot. deciſ.261. n.10., & 11. par.13. recen.*

Nec obſtat, quod Pater poſſit bona aduentitia
filij minoris alienare ſine decreto Iudicis, & quod
62 hæc opinio ſit verior, & in iudicando recepta
*Sur d. conſ.451. n.20. in fine, & n.21. lib.3. Simon-
cell. de decret. lib.3. tit.8. Inſpect.1. n.9., & ſeqq.
Ludouic. deciſ. Peruſ.13. n.11., & infrà Rot. deciſ.
767. n.9. coram Merlin.*; ſiquidem concluſio pro-
cedit, quando pater alienat bona filij minoris ex
cauſa neceſſaria diſſoluendi æs alienum, & non
63 ſi cauſa diſſipandi, & ex cauſa falſa diſſoluendi
debitum ſolum confictum, & iam ſolutum, vt
benè diſtinguunt *Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 8.
n.6., & 7. Mantic. de tacit., & ambigu. lib.4. tit.6.
n.66. verſic. & prima concluſio Rot. deciſ.767. n.9.
& 10. coram Merlin., & deciſ.35. num. 10. coram
Zarat.*; hinc licet pater poſſit tranſigere ſuper
64 bonis filij minoris, adhuc hoc intelligitur, ſi id
faciat vtiliter, & non alias *Bald. conſ. 448. lib. 1.
Natt. conſ. 543.* vterque *num. fin. Rot. deciſ. 1684.
n. 14., & ſeqq. coram Coccin.*, & præcisè hoc di-
ſponitur à ſtatuto hic, dum alienatio facta à pu-
65 pillis, vel minoribus, licet ſolemniter, irritatur,
ſi non conſtet, illam ceſſiſſe in euidentem vtilita-
tem ipſorum pupillorum, vel minorum, vt dictum
fuit infrà hìc *num.*86.

Hic autem nedum ceſſat vtilitas, verum fal-
ſitas, ac inſubſiſtentia cauſæ clarè reſultat, ex
quo cenſus fuit impoſitus ſub die prima Ianua-
rij 1667., vt cum pecunijs ad cenſum acceptis
pater acquireret pro Marco Antonio filio mino-
re quamdam domum à Dionyſio, ſitam in via
Bancorum, quam antecedenter de anno 1666.
Dionyſius declarauerat acquiſiuiſſe pro eodem
Marco Antonio, & pretium recepiſſe ab huius
matre, vndè dum pecuniæ acceptæ ad cenſum non
fuere verſæ, nec verti poterant in cauſam expreſ-
66 ſam, non debet credi patri ſuper verſione falſum
aſſerenti latè *Manent. conſ.17. Rot. deciſ. 35. n. 19.*

coram

coram Zarat., & præcisè *deciſ.504. num.fin. verſic. dominis non placuit par.5. recen. in reſid.*

Et cauſæ falſitas, ac fictio, ſeu colluſio in impoſitione cenſus in damnum pupilli reddebatur euidens, ex quo cenſus fuit impoſitus ſub die 1. Ianuarij 1667. fauore Iuliæ, quæ ſub die 30. Decembris anni 1666., & ſic per duos dies antè, nupta fuerat cum Tyberio, quæ contrahendo cambium ſcutorum bis centum in ſorte, in illius creatione medio iuramento aſſeruit, ſe promiſiſſe Tyberio marito ſcuta 300., & non habere in contanti niſi ſcuta 100., & ideò ſe ſupponit debito cambij ſcutorum 200., & illa eadem die vna cum alijs ſcutis 100. ſoluit in contanti Tyberio, vndè imperceptibile, & inuerisimile eſt, quod Iulia, quæ ſub die 30. Decembris non habebat niſi ſcuta 100., & quæ ſe ſubiecit cambio paſſiuo ſcutorum 200., vt ſatisfaceret ſuo debito, haberet ſub die prima Ianuarij ſcuta 450., vt illa daret ad cenſum, quod argumentum cum ſit naturale, &
67 deductum ab inuerisimilitudine (quæ præſefert imaginem falſitatis, *Surd. conſ.135., & deciſ.33. vtrobique n.15.*) ſatis concludit fictionem cenſus fauore mulieris dilectæ in præiudicium filij in pupillari ætate conſtituti.

Additur pro nullitate cenſus, quod Marcus Antonius de tempore impoſitionis cenſus erat
68 annorum treſdecim, & ſic debebat ipſe quoque interuenire in contractu cenſus *Rot.deciſ.178.n.6. coram Royas, deciſ.821. n. 3. coram Amat. Dunoz. deciſ.3. n.6. coram Ninot., deciſ. 56. n.16. par.14. & deciſ.471. n.2. par.18. recen.*; quæ opinio licet
69 poſita fuerit in controuerſiam à *Rot. deciſ.296. n.5., & ſeq. par.4. tom.2. recen. deciſ.187. nu.16., & ſeqq. par.10. deciſ.126. n.14. par.16., & in Bononien. Bonorum 11. Decembris 1682. §. fin. coram Reuerendiſs. Domino Emerix Decano*, nihilominus hoc factum fuit, quia in caſibus dictatum deciſionum non agebatur de pupillo proximo pubertati, ſed in illo, qui ſolum exceſſerat infantiam,
70 & erat ætatis nouem, aut decem annorum, & amplius in caſu *deciſ.187.* cum qua procedit *deciſ.126. par. 16. recen.* agebatur de cenſu impoſito per tutorem ex **cauſa neceſſaria**, & ſimul euidenter vtili pupillo, at in præſenti hypotheſi ceſſat neceſſitas, ac deficit vtilitas, quinimmò inſurgit manifeſtum damnum filij minoris.

Non officit, quod Martius adminiſtraret bona Marci Antonij donatarij Laurentij cum facultate ipſi à donante attributa alienandi, quia cum talis facultas tradita eſſet reſtrictiuè, ac ſuppoſitiuè per illa verba -- *eſſendo ſicuro, che detto Signor Martio non farà altro, che le coſe neceſſarie, & vtili* -- ex huiuſmodi verbis reſultat, quod donans prouidus facultatem alienandi reſtrinxit ad caſum neceſſitatis, vel vtilitatis, & ideò videtur denegaſſe facultatem in caſum euidentis damni minoris donatarij, & in quo tantum lucrabatur mulier extranea anxiè dilecta à Martio, & amplius talis facultas alienandi intelligitur conceſſa prout de iure, hoc eſt alienandi ex cauſa neceſ-
71 ſaria, & cum ſolemnitatibus à iure, ac ſtatuto requiſitis *Staiban. reſol. forenſ.52. n.36., & ſeqq. centur.1. Surd. deciſ.77. nu.4., & per tot. Gratian. deciſ.131.n.4. Rot.deciſ.40.n.5.par.3.recen.dec.355. n.35. cum duob. ſeq. par.12. deciſ.88. n.27. & infra coram Priol.deciſ.3.n.7., & deciſ.9.n.6.coram Ninot.*

Mandatum quippè à teſtatore, vel donatore datum in genere ad alienandum bona minoris, ſi non eſt præciſum ſuper certo corpore alienando, non importat remiſſionem ſolemnitatum, ſed talis facultas alienandi intelligitur dummodò alie-
72 natio fiat cum ſolemnitatibus, vt benè diſtinguit *Vrceol. de tranſact. quæſt.22. n. 21. cum tribus ſeqq.* plenè *Surd. alleg. deciſ.77. Gratian. deciſ.131. n.8. Rot. deciſ.361. num. fin. par. 13. recen., & deciſ.9. n.5., & 6. coram Ninot.*, & latiùs ſuper hoc dixi *in Annotat. ad Stat.Vrb. 151. art.5. n.493., & ſeq.*
73 Non attenta contraria opinione *Card. de Luc. de alienat., & contract. prohib. diſc.35. n.4. & ſeq.* quia vltrà quod natat contra opinionem veriorem, & magis communem ſupra firmatam, dicitur etiam, quod ipſi ſcribenti tanquam Aduocato ad cauſæ, & clientis opportunitatem non eſt deferendum, vt ſæpiſſimè de conſulentibus hoc dicit idem de Luca, qui propterea conſueuit dicere, quod videret libenter, quid fuit iudicatum
74 in caſibus conſulentium, & hæc aſſertio Cardinalis de Luca quadrat contra ipſum, dum *Rot. in deciſ.355. par.12.recen.* quæ eſt coram *Priol. deciſ.* 88. in ſpecie determinat contra ipſum ſcribentem in cauſa, de qua in *alleg. diſcurſ.35.*

Hactenùs votum.

Ex quibus ſcribentes pro ſuſtinendo cenſu acquieuerunt, quoad obligationem perſonæ, & bonorum Marci Antonij filij minoris, & ego ſententiam abſolutoriam protuli, reſeruato iure agendi contra patrem etiam nomine proprio in cenſu obligatum.

Redeundo ad articulum quando pupillus pro validitate alienationis debeat ipſe interuenire, quando fit alienatio, dic quod quando ſumus in pupillo ſupra infantiam ætatis nouem, decem, vel vndecim annorum, & qui non eſt pubertati proximus, cum tunc ſit controuerſa opinio, an debeat interuenire, & propterea nullitas contractus ex hoc capite non ſit clara ob diſcrepantes opiniones, ideò talis exceptio nullitatis non eſt
75 examinanda in iudicio poſſeſſorio, ſed reijcienda eſt ad petitorium, vt fecit *Rot. dict. deciſ. 322. n.14., & 15. par.14. recen.*, quam ſequitur *in Bononien. Bonorum 11. Decembris 1682. §. minuſque altera coram Reuerendiſſimo Domino Emerix Decano*, & nouiſſimè poſt hæc ſcripta idem cenſuit in *Camerinen. manutentionis, ſeù cenſuum 10. Martij 1698. §. certum tamen verſic. & in omnem caſum coram R. P. D. Molines.*

At ſi concurrerent alij defectus ſolemnitatum in alienatione vltra hanc, quod in illa non interuenerit pupillus, tunc crederem, quod poſſet, ac
76 deberet haberi aliqua maior ratio nullitatis reſultantis ex hoc capite, quod in alienatione non interuenit pupillus conſtitutus ſupra infantiam, & qui proximus ſit pubertati, ſuper quo dixi etiam infrà ad *Stat.151. artic.1. n.52. & ſeq.*

Quando verò ſumus in pubere, cum tunc tutela expiret, & ceſſet penitùs adminiſtratio tu-
77 toris, alienatio ab hoc facta nulla eſt, ſed omninò cum conſenſu puberis fieri debet *Crauett. conſ.489. n.4., & 5. Manach. deciſ. Bonon. 45. per tot. Gobb. conſult. deciſ.66. n.3., & 4.*

Quia verò dictum fuit ſuprà hic, quod ex hoc ſtatuto requiritur Curator loco proximiorum vitra Curatorem ratione minoris ætatis, hinc ad-
uerte

Digitized by Google

uerte hic, quod quando agitur de ſimplici obligatione perſonali minoris,& non de alienatione, tunc ſat eſt vnus curator in defectum proximiorum cum alijs ſolemnitatibus præſcriptis à *Stat.* 151., nec eſt opus alio curatore reſpectu minoris ætatis,ſolum neceſſario in alienatione ſtabilium, vel iurium ex hoc ſtatuto,& ita alias cenſui dum à quodam cauſarum pattono prætendebatur, quod in contractu obligationis perſonalis deberent deputari duo curatores, vnus reſpectu minoris ætatis, & alter in defectum proximiorum, nam contrarium ſolidiſſimè dixi eſſe practicandum, vt ex breui voto tunc per me exarato ſequentis tenoris.

In contractu cambij ſufficit adhiberi ſolemnitates à *Stat. Vrb.* 151. *lib.*1. præſcriptas, & ſat eſt
78 curator vnicus in defectum, ac locum proximiorum deputandus Ceciliæ, quæ ſe obligat in cambio, dum dictum ſtatutum de alio curatore non loquitur, nec ſunt multiplicandæ ſolemnitates à ſtatuto non requiſitæ.

Nec obſtat, quod ſit deputandus Ceciliæ minori alter curator reſpectu minoris ętatis ex *Stat. Vrb.*113. *lib.* 1. ex quo ſint combinanda Statuta
79 prædicta 113.,& 151. & ſic ſolemnitates in vtroque ſtatuto præſcriptæ ſint ſeruandæ *Rot. deciſ.* 1647. *n.*28., & *ſeqq. coram Coccin.*, quia hoc eſt verum, quando agitur de alienatione facienda à pupillis, vel minoribus bonorum ſtabilium, ſeu iurium, ſtabilibus æquipollentium, non autem quando ſe obligant in contractibus, cum mera
80 obligatione perſonali, vt benè declarat *Rot. deciſ.* 98., & 190. *part.*6. *recen.*, quæ ſunt repetitæ *coram Merlin. deciſ.*540., & 575. *deciſ.* 190. *num.*1. *par.*8. *recen. deciſ.*1641. *deciſ.*1647., & *deciſ.*1664. *coram Coccin.*, & egregiè more ſuo diſtingnit *Cardin. de Luc. de alienat.*, & *contract. prohib. diſc.* 28., & in illa cauſa *Rot. deciſ.*443. *par.*13. *recen.*, & hoc ſi attentè perpendatur,colligitur ex eodem *Stat.* 113., vnde quando agitur de ſimplici obligatione tam mulieris, quam maſculi minoris, ſat eſt ſeruari ſolemnitates pręſcriptas à *Stat.*151. & ſic ſufficit curatoris vnius deputatio loco proximiorum, ſi verò agatur de alienatione, & tunc
81 erit deputandus alter curator reſpectu minoris ætatis *Cardin. de Luc. alleg. diſcurſ.*28. *n.*8. & 9.

Diſpoſitio quippe *Stat.* 113. loquentis de alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris famulatur iuris communis ſanctioni talem curatorem ob
82 minorem ætatem in alienatione exigentis *Rot. deciſ.*1641. *n.* 2. *coram Coccin.*, & congruit *deciſ.* 293. *n.*11. confirmata *deciſ.*352. *par.*17. *recen.*, & de iure communi non reperitur cautum, quod talis curator ſpecialis requiratur in ſimplici obligatione minoris.

Non obſtat, quod quandoque in inſtrumentis continentibus ſimplices obligationes minorum fuerint deputati duo curatores, vnus reſpectu minoris ætatis, & alter in defectum proximiorum, quia reſpondetur hoc fuiſſe factum ad maiorem cautelam, non pro neceſſitate ſolemnitatis, vndè ſcrupuloſa, & non neceſſaria ſolemnitas ad cautelam, quandoque adhibita, ſi non adhibea-
83 tur, contractus adhuc remanet validus ex firmatis per *Rot. deciſ.* 320. *num.* 46., & *ſeqq. part.* 6. *recen. deciſ.*371. *num.*2. *par.*19., & *deciſ.*919. *n.*9. *coram Amat, Dunozett.*

Quocirca ſcrupuloſa, & in iure fundata non eſt prætenſio excitata, quod in obligationibus mulierum, præcipuè minorum ſint deputandi
84 duo curatores, vnus reſpectu minoris ætatis, & alter reſpectu ſexus muliebris, cum de iure communi fœminæ maiores præciſa diſpoſitione *Stat.* 151. *lib.*1. poſſint ſe obligare abſque curatore, & alijs ſolemnitatibus, & ſi ſunt minores, tunc in illorum contractibus ſexus muliebris non alterat quantitatem ſolemnitatum, ſed æqua lance in illis proceditur, ſicut in contractibus, & obligationibus maſculorum minorum, & propterea ſi agatur de alienatione ſtabilium ſpectantium ad minores, ſiue hi maſculi ſint, ſiue fœminæ, ſeruandæ ſunt ſolemnitates *Statut.* 113., & 151. cum deputatione duorum curatorum, vt ſuprà, ſi verò agatur de mera obligatione perſonali, tunc ſat eſt per minores, ſiue maſculos, ſiue fœminas ſeruari ſolemnitates præſcriptas à *Statut.* 151, & ſic ſufficit vnicus curator.

Hactenùs Votum.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic, pro valida alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris requiri cauſam vrgentem, ac neceſſariam, & diſcutitur an ſufficiat ſola illorum vtilitas. Cauſa pro iuſtificanda tali alienatione debet eſſe præciſa, & ſpecifica, nec ſufficit generalis, & vaga, minuſque opitulatur cauſa falſa, quæ licet talis ſit in parte, proſternit alienationem in totum. Ponuntur plura requiſita de iure, ac ex ſtatuto hic neceſſaria pro valida alienatione. Tangitur etiam articulus, an emptor debeat eſſe ſollicitus de verſione pretij rei emptæ à minore in cauſam expreſſam. Et demum diſcutitur, an vigore Statuti Bononiæ in alienatione ſtabilium ſpectantium ad minores requiratur cauſa.

SVMMARIVM.

85 Statutum Vrbis 113. lib. 1. *in alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris requirit interuentum duorum proximiorum.*

86 *Cauſa in alienatione ſtabilium minoris debet eſſe euidenter vtilis, & illa per Iudicem debet examinari, & admitti, alias alienatio eſt nulla.*

87 Statutum Vrbis 113. lib.1. *famulatur diſpoſitioni iuris communis.*

88 *Cauſa vrgens, & cui alias ſuccurri non poſſit, requiritur pro valida alienatione bonorum ſtabilium minoris,etiam ex ſtatutis, & n.*89.

90 *Alienatio ſtabiliū minoris vt ſuſtineatur pro ſoluendo ære alieno,debent creditores vrgere, & n.*91.

92 *Tutori non creditur ſuper vrgentia creditorum,ſed aliunde illa oſtendi debet.*

93 *Alie-*

93 Alienatio facta de bonis minoris pro diſſoluendo debito in diem, & in parte ſolum debito, non ſuſtinetur.

94 Vrgentia creditorum non requiritur ſi alienatio fiat pro diſſoluendis debitis currentibus pro vſuris.

95 Intelige ſi debitum principale cum vſuris peti poſſit, ſecus ſi ſors non poſſit peti, vt eſt cenſus, & n. 96.

97 Alienatio ſtabilium minoris nulla eſt, ſi æs alienum poterat ſatisfieri aliundè ex mobilibus, fructibus bonorum, vel nominibus debitorum.

98 Alienatio rei minùs damnoſæ ſpectantis ad minorem debet priùs fieri.

99 Alienatio ſtabilium minoris nunquam fieri poteſt, quoties ſubſit ſpes ſoluendi illius debita ex redditibus.

100 Alienatio domus Patris, vel Aui minoris non poteſt alienari ante alienationem prædiorum ruſticorum.

101 Alienatio ſtabilium minoris non poteſt fieri niſi ad terminos puræ neceſſitatis æris alieni, nec pro paruo debito poteſt alienari corpus inſigne, & num. 102., & 103.

104 Corpus integrum etiam pro paruo debito poteſt vendi, ſi diuiſum minus venderetur.

105 Creditorum vrgentia, pro valida alienatione ſtabilium minoris, ſat eſt, quod ſit extraiudicialis.

106 Vrgentia extraiudicialis præſumitur ex interpoſitione decreti Iudicis in alienatione.

107 Cenſus impoſitio facta à minore cum ſolemnitatibus pro redimenda, vel reparanda domo ſuſtinetur.

108 Mobilia non adfuiſſe pro extinctione æris alieni minoris præſumitur eo ipſo, quod Iudex interpoſuit decretum ſuper alienatione ſtabilium.

109 Decretum Iudicis interpoſitum ſuper alienatione facit præſumere veritatem cauſæ, & alia.

110 Præſumptio pro decreto Iudicis ceſſat ſuper non exiſtentia mobilium, ſi ex Inuentario contrarium appareat, & quando ſecus num. 112.

111 Debita potuiſſe extingui cum mobilibus debet plenè probari, quando adeſt alienatio ſtabilium facta cum decreto Iudicis, & alijs ſolemnitatibus.

113 De cauſa, & alijs in alienatione non fit proceſſus, ſed attento decreto Iudicis præſumitur ſuper omnibus capta extraiudicialis informatio.

114 In alienatione ſtabilium minoris requiritur Tutoris, vel Curatoris authoritas.

115 In alienatione bonorum ſtabilium minoris requiritur, quod interueniant ſubhaſtationes.

116 Contrarium ſeruatur de conſuetudine.

117 Alienatio ſtabilium minoris facta cum decreto Iudicis, ac alijs ſolemnitatibus tenet, abſque ſubhaſtationibus.

118 Subhaſtationes præſumuntur præceſſiſſe ex decreto à Iudice interpoſito in alienatione.

119 Cauſa ſufficiens pro alienatione non eſt expreſſio debitorum in genere, & de ratione num. 120.

121 Alienatio facta pro debitis in genere ſuſtinetur, ſi appareat, pretium fuiſſe conuerſum in extinctionem debitorum particularium.

122 Cauſa vaga pro ſuccurrendo varijs indigentijs pupilli, vel minoris non ſuffragatur pro valida alienatione, & num. 123., & 137.

124 Cauſa ſpecifica ſi fuerit expreſſa pro diſſoluendo tali, & tali debito, ſi non ſubſiſtat, ſed falſa ſit, alienatio corruit.

125 Si cauſa ſit falſa in parte, adhuc alienatio corruit in totum.

126 Cauſæ expreſſio licet non neceſſaria, ſi expreſſa ſit, & falſa reperiatur, contractus, & alienatio non ſuſtinetur.

127 Cauſa, ſuper qua Iudex interpoſuit decretum, ſi ſit inepta, alienatio corruit, licèt de alia cauſa ſufficienti non expreſſa Iudici doceretur.

128 Emptor debet eſſe ſollicitus de verſione pretij in cauſam expreſſam, quando venditio ſtabilium minoris facta fuit ex cauſa neceſſaria diſſoluendi æs alienum, & num. 136.

129 Verſio debet probari etiam à minore, qui emit ab alio minore.

130 Verſio non debet probari, quando facta fuit alienatio pro reſtitutione ſortis cenſus.

131 Verſionis præſumptio in cauſam diſſolutionis æris alieni ceſſat, ex quo aliundè apparet, debitum fuiſſe perſolutum.

132 Verſio in vtilitatem pupilli, ſi ſit probata alienatio ſuſtinetur, & quomodo ſit probata verſio, num. 133.

134 Verſio in vtilitatem minoris non ſufficit, & licet hic factus ſit locupletior ex Statuto Bononiæ.

135 Cauſa aliqua ex Statuto Bononiæ non requiritur in alienatione ſtabilium minoris, & num. 144.

138 Contrarium firmatur tamquam verius, & nu. 139. & 140. declarantur deciſiones contrariæ, & num. 142. 147., & 148.

141 Contractus minoris obſeruatus ſpatio 30., & vltrà annorum non debet de facili reſcindi ex capite non benè ſeruatarum ſolemnitatum, & n. 146.

142 Cauſa an requiratur in alienatione ſtabilium minoris ex Statuto Bononiæ Rota variauit, & num. 143.

143 Dictio præcipuè præſefert ſolum maiorem rationem.

149 Alienatio ſtabilium minoris ex ſolo capite vtilitatis non ſuſtinetur.

150 Vtilitas etiam euidens non ſufficit, ſed requiritur neceſſitas vrgens.

151 Decretum ſuper alienatione ſtabilium minoris non poteſt à Iudice interponi ex capite ſolius vtilitatis.

152 Vtilitas euidens requiritur pro ſuſtinenda alienatione cum aliqua alia cauſa, ac alijs ſolemnitatibus, & num. 153.

154 Vtilitas euidens ceſſat, ſi emptor loco diſſoluendi æs alienum minoris in ſe illud accollet, cùm minor non remaneat liberatus.

155 Vtilitas euidens reſultat, ex quo facta ſit alienatio pro diſſoluendo debito vſuras pariente, & quod conſumpſiſſet totum patrimonium minoris.

156 Tutor debet vendere ſtabilia minoris pro diſſoluendis eius debitis, quæ cum vſuris conſumerent patrimonium.

157 Alienatio an fuerit vtilis attenditur tempus alienationis.

158 Alienatio ſi facta ſit ex cauſa voluntaria de vtilitate debet conſtare etiam ex poſt.

159 Decretum Iudicis debet ab eo expreſsè, & effectiuè interponi in alienatione, & non ſufficit eiuſdem nuda præſentia, & num. 160.

161 Decretum Iudicis in alienatione, quæ fit à Clerico minore, debet interponi à Iudice Eccleſiaſtico.

162 *Decretum Iudicis debet interponi à Indice loci do-
miciliȷ minoris, vel loci, vbi ſita ſunt bona, quæ
alienantur, & interpoſitum à Indice loci domi-
ciliȷ afficit bona alibi exiſtentia.*

STarutum hic in alienatione vltra authoritatem
Tutoris, vel Curatoris expoſcit etiam inter-
uentum duorum proximiorum non habentium
85 intereſſe, & approbantium alienationem, & quia
ſuper hac ſolemnitate plenè dictum fuit infrà ad
*Stat.*151., ideò non eſt opus ſuper hoc aliquid hìc
inaniter repetere.

Proſequitur ſtatutum enumerare alias ſolem-
nitates, nempè decretum Iudicis, & cauſam illi
expreſſam, ac inſinuatam, & plenè cognitam, &
ſimul, quod illa in euidentem pupillorum, ac mi-
norum vtilitatem cedat, alioquin alienatio nul-
86 la, & inualida cenſeatur, ſuper quo adſunt ma-
giſtrales *deciſ. Rot.* 540., & 575. *coram Merlin.*

Et ſuper prædictis requiſitis cauſæ, & decreti
Iudicis vltra ea, quæ dicta ſunt infrà ad *Stat.*151.
*artic.*3., & 4., quæ in pluribus poſſunt deſeruire
etiam ad ornatum præſentis ſtatuti, plura ſpecia-
liter adnotanda ſunt, tam ex diſpoſitione Iuris
Communis, quàm ſtatuti hìc.

Et quidem de Iure Communi, cui famulatur
87 hoc ſtatutum, vt aduertit *Rot. deciſ.* 1641. *n.* 2. *co-
ram Coccin.* pro valida alienatione ſtabilium ſpe-
ctantium ad minores requiritur cauſa vrgens alie-
88 nandi, & quod alias illi ſuccurri non poſſit, niſi
per alienationem, *l. magis puto, §. non paſſim. ver-
ſic. ſi igitur, ff. de reb. eor. l. ob æs, & l. fin. Cod. de
præd. minor.*, & hoc nedùm ſecundùm diſpoſitio-
nem iuris, ſed ſecundùm hoc, & ſimilia ſtatuta
89 communiter tenent Doctores, vt apud *Ciroec. di-
ſcept.* 73. *n.* 2. *Vrceol. conſult. forenſ. cap.* 63. *n.* 20.,
& ſeq. Rot. deciſ. 42. *n.* 11. *coram Dunozett. Sen. de-
ciſ.* 540. *n.* 1., *& deciſ.* 575. *nu.* 1. *& ſeq. coram Mer-
lin. deciſ.* 3., *&* 9. *coram Ninot. deciſ.* 352. *n.* 2., *&
ſeq. part.* 17. *recen.* loquens ſuper Statuto Bono-
niæ ſimili ſtatuto noſtro, *& deciſ.* 42. *nu.* 2., *&* 3.
part. 18. *rec.*

Requiritur etiam, quod Creditores vrgeant, &
90 inſtent pro ſolutione æris alieni, pro cuius diſſo-
lutione fit alienatio *dict. l. magis puto, §. non paſ-
ſim, & §. ſi æs alienum, Pariſ. conſ.* 98. *nu.* 2., *&* 3.
lib. 1. *Coſt. Sicul. conſ.* 70. *num.* 9., *&* 11. *de Marin.
quotid. reſol. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 33. *Vrceol. alleg. cap.* 63.
91 *n.* 24., vbi quod de creditoribus non vrgentibus
in propoſito non eſt habenda ratio, *Caſtald. con-
ſult. forenſ.* 3. *nn.* 5., *&* 6. *Rot. deciſ.* 561. *n.* 6. *coram
Amat. Dunozett. deciſ.* 40. *n.* 7. *par.* 3. *rec.*, *& dec.* 190.
n. 6. *part.* 8.

Et de tali vrgentia creditorum debet aliundè
conſtare, quam per aſſertionem tutoris alienan-
92 tis, cùm in hoc illi non credatur *Pariſ. conſ.* 98.
n. 3. *in ſine lib.* 1. *Rot. deciſ.* 561. *nu.* 8. *coram Amat.
Dunozett.*

Vnde alienatio facta pro diſſoluendo debito in
diem, & pro quo creditor non poterat vrgere
non ſuſtinetur, & corruit in totum, licèt facta
93 pro debito, quod in parte erat debitum, & pro
quo creditores vrgebant, *Andreol. controu.* 136.
nu. 12. cum cumulatis per *Altograd. Iun. contr.* 7.
n. 36. *lib.* 1.

Dicta tamen vrgentia creditorum non eſt ne-
ceſſaria, quando alienatio fit pro extinguendo
94 debito ſub vſuris *leg. magis puto §. non paſſim*, ibi:
*Si modò vrgeat creditor, aut vſurarum modus paren-
dum æri alieno ſuadeat: ff. de reb. eor. Imol. conſ.* 98.
Simoncell. de Decret. lib. 1. *tit.* 1. *n.* 40. *Ciarlin. contr.
forenſ. lib.* 2. *cap.* 217. *n.* 23., *& ſeq. Rot. deciſ.* 350. *n.* 8.
coram Dunozett. Sen., & plenè *deciſ.* 58. *n.* 6., *& ſeq.
coram Bich.*

At declara concluſionem procedere, ſi agatur
de debito pariente vſuras, & cuius ſors vnà cum
95 vſuris peti poteſt, & ità declarat *d. l. magis puto*,
§. non paſſim, Coſt. Sicul. conſ. 79. *n.* 11.

Vndè non videtur poſſe fieri alienatio pro re-
ſtitutione ſortis cenſus, cùm hæc ſit irrepetibilis,
& bona ſtabilia minorum non poſſint alienari
96 pro debitis, pro quibus Creditores non vrgent,
nec vrgere poſſunt, *Bardellon. conſ.* 58. *nu.* 31. *Ma-
nent. conſ.* 17. *nu.* 67. *Hier. Leo in conſ.* poſt eius *de-
ciſ.* 117. *n.* 180., *&* 181. *Coſt. Sicul. conſ.* 70. *num.* 9.,
& 10. *Rot. deciſ.* 26. *n.* 3., *&* 4. *poſt Cenc. de cenſ.*, *&
deciſ.* 42. *n.* 2. *coram Dunozett. Sen.*

Requiritur tertio, quod tali æri alieno non
poſſit ſatisfieri aliundè ex mobilibus, nominibus
debitorum, vel fructibus bonorum, vel ex bonis
minus damnoſis, & de hoc Iudici, antequam de-
cernat alienationem, debet plenè conſtare, alias
97 alienatio à iure improbatur, & remanet nulla,
dict. leg. magis puto, §. non paſſim, verſic. quærere,
& verſic. item requiritur, & §. in primis, Dec. conſ.
403. *n.* 11., 12., *&* 17. latè *Pariſ. conſ.* 98. *lib.* 1.,
Hier. Leo in conſ. impreſſ. poſt eius *deciſ.* 173. *n.* 117.
Ciroec. diſcept. 73. *n.* 3., *&* 4., *Vrceol. alleg. cap.* 63.
n. 21. *Caſtald. conſult. forenſ.* 3. *nn.* 7., *& conſult.* 59.
n. 9. *Staiban. reſol. forenſ.* 30. *nu.* 22. *centur.* 1. *Gobb.
conſult. deciſ.* 66. *n.* 14. *Franch. deciſ.* 441. *nu.* 9 *Rot.
deciſ.* 40. *n.* 7. *part.* 1. *rec. deciſ.* 98. *num.* 17. *part.* 6.
deciſ. 341. *nu.* 21., *& ſeq. part.* 9. *deciſ.* 139. *nn.* 12.
verſic. ad oſtendendum, & deciſ 368. *num.* 1., *&* 2.
par. 13. *deciſ.* 206. *n.* 4. *par.* 16. *deciſ.* 352. *num.* 7., *&* 8.
par. 17. *dec.* 540. *n.* 12. *coram Merlin.*, *& dec.* 4. *n.* 12.
poſt Zacch. de Salar.

Et quod debeat prius alienari res minus dam-
98 noſa, & hoc debeat per Iudicem benè aduerti,
*dict. leg. magis puto, §. in primis, ff. de reb. eor. l. ſi ſine
ff. de minor. Dec. conſ.* 403. *num.* 12. *Morott. conſ.* 85.
n. 19. *&* 20. *Decian. reſponſ.* 20. *n.* 38., *& ſeq. lib.* 5.
Natt. conſ. 162. *n.* 5. *&* 6. *Neuizzan. conſ.* 35. *n* 8.,
& ſeq. Bardellon. conſ. 58. *n.* 31. *in fine, & n.* 32. *lib.* 1.
Staiban. alleg. reſol. 30. *n.* 24., *Vrceol. dict. cap.* 63.
n. 22. *Rot. deciſ.* 110. *n* 9., *&* 24. *poſt Pacific. de Sal-
uian. deciſ.* 4. *n.* 13. *poſt Zacch. de Salar.*, *& deciſ.* 42.
n. 4. *coram Dunozett. Sen.*

Quocirca quoties ſubeſt ſpes probabilis, quod
æri alieno minoris poſſit ſuccurri ex redditibus
99 ſtabilium, horum alienationi non erit locus *Rot.
deciſ.* 341. *n.* 21., *& ſeq. par.* 9. *rec. dec.* 4. *n.* 12. *&* 18.
poſt Zacch. de Salar., *& in Bononien. Cenſuum* 15.
Iunij 1661. *§. verùm etiam coram Albergato.*

Et ſi adſint bona ruralia non debet pro diſſo-
100 lutione æris alieni deueniri ad venditionem
domus paternæ, vel auitæ *l. lexque tutores* 22. *§. nec
verò domum, C. de adminiſtr. tut. Vrceol. dict. cap.* 63.
n. 23. *Rot. deciſ.* 78. *n.* 13. *par.* 7. *rec.* cum congeſtis per
Add. ad deciſ. 16. *n.* 76. *par.* 8. *rec.*

Et amplius non poteſt fieri alienatio ſtabilium
niſi pro ea parte, pro qua vrget præciſa neceſſitas
alienandi, & ſic pro paruo debitu non poteſt alie-
101 nari corpus inſignis valoris, ſed ſolùm pro quan-
ti-

titate proportionata debito, Staiban. reſol. forenſ.
30. n.26. de Marin. quotid.reſol.lib.2. cap.18.n.32.
Rot.deciſ.4.n.7.poſt Zacch.de Salar.

Itaût alienatio facta pro plus debito cor-
102 ruat in totum ratione indiuiduitatis d. leg. ma-
gis puto, §.non paſſim ff de reb. cor. Rot. deciſ.206. n.
14.par.16.rec.

Nec enim pro paruo debito debet vendi res
103 magni valoris d.leg magis puto, §.non paſſim, ff.
de reb.cor.Morott.conſ.85.n.22. Natt.conſ.162.n.1.,
& 2.Decian.reſp.20.num.35.,& 37.lib.5.Bardellon.
conſ.18.n.32.verſic.hoc etiam Ciroec.diſcept.73.n.6.
Franch.deciſ.441.n.8.,& 9.

Declara, ſi pars prædij pro concurrenti rata
æris alieni vendi poteſt iuſto pretio, ſecus è con-
104 tra, ſi corpus maioris valoris non poteſt com-
modè, & vtiliter vendi diuiſum, Cyriac.contr.308.
n.13.,& 14. Baron.de effect.minor.ætat.circa contra-
ctus effect.3.n.58.,& 59.

Quæ autem dicta ſunt de vrgentia creditorum
pro valida alienatione ſat eſt, quod illi vrgeant,
& iuſtent pro ſatisfactione extraiudicialiter, nec
eſt opus, quod contra pupillum, vel minorem im-
105 mineat executio per mandati executiui relaxa-
tionem Rolan.conſ.33.n.2.,& ſeq.lib.1. Caſtill. de-
ciſ.18.n.21.,& ſeq. Baron.de effect.minor.ætat.circa
contract.effect.3.num.49.Rot.deciſ.345.nu.8. par.4.
tom.1.rec.

Et quando Iudex ſuper alienatione interpoſuit
decretum præſumitur, quod fuerit benè informa-
106 tus de tali vrgentia extraiudicialiter facta à cre-
ditoribus, vt benè poſt alios probat Ciarlin. con-
tr. forenſ. lib.2. cap. 217. n. 18. verſic. nam reſpon-
detur,& ſeq.

Quinimmò quando minor impoſuit cenſum
pro redimenda, vel reparanda domò, & interue-
nerunt ſolemnitates ſtatutariæ cum decreto Iudi-
cis, cenſus ſuſtinetur, quia non ſolum ob æs alie-
num extinguendum, ſed etiam ob aliam ſimilem
cauſam poteſt fieri alienatio, dum maximè domus
fuit redempta, vel reparata, ne minor locupletur
107 cum aliena iactura, plenè Ciarlin. contr. forenſ.
lib.2. cap.196. num.7. ad 15. & num. ſeq. oſtendit,
quod quando fuere ſeruatæ ſolemnitates non te-
netur dans pecunias ad cenſum probare verſio-
nem, ſuper quo tamen vide infra hic num. 178.
& ſeq.

Prout ſtante decreto Iudicis interpoſito in alie-
natione inſurgit præſumptio, quod non adfuerint
bona mobilia pro ſatisfactione æris alieni, &
108 quod antè decreti interpoſitionem de hoc illi
conſtiterit, Imol. conſ. 93. num. 9. verſic. & ideò
cum in caſu Rot. deciſ. 345. num. 29. part.4. tom.1.
recen., & deciſ.58.n.1. & ſeq. coram Bich.

Decretum namque Iudicis munitum cum alijs
ſolemnitatibus appoſitum in alienatione facit
præſumere veritatem cauſæ, quod æs alienum ſub-
109 ſiſteret, quod pro eo vrgerent creditores, &
quod alio modo, quàm per alienationem non po-
terat ſequi ſatisfactio Cyriac. plenè contr.38. nu. 2.
& ſeq. Ciarlin. contr. forenſ. lib.2. cap.217.à num.
18. & ſeq. plenè Baron. de effect. minor. ætat. circà
contract. effect. 3. num. 81. & ſeqq. Rot. deciſ. 204.
coram Put. lib.3. in correct. deciſ. 216. n.1. & ſeq.,
& deciſ.217.p.4.diuerſ.

Si tamen ex Inurntario bonorum, vel aliundè
habeatur, quod aderant pecuniæ, mobilia, ac
nomina debitorum, ex quibus poterat diſſolui æs
alienum abſque diſtractione ſtabilium, tali caſu
110 ceſſat præſumptio pro decrero Iudicis, & corruit
alienatio Vrceol. conſult. forenſ. cap. 63. n.22. Rot.
deciſ.540.n.11.coram Merlin.

At ad euertendam alienationem ſeruatis ſolem-
nitatibus, ac cum decreto Iudicis factam ſub præ-
textu, quod poterat æri alieno ſatisfieri cum pe-
cunijs, vel mobilibus, debet hoc clarè pro-
bari, cum præſumatur, quod Iudex benè inſpe-
xerit omnia, & quod extraiudicialiter ſe infor-
111 mauerit, non adeſſe mobilia, nec alia bona vi-
liora, cum quibus poſſet reparari æs alienum,
pro quo vrgebant creditores, alias nullus contra-
heret cum tutoribus, & minoribus benè Alben.
conſ. 205. num. 25. & ſeq., & num. 36. Rot. deciſ.
58. num.26.,& 27. coram Bich.; nec Inuentarium
vno tempore factum poteſt deſeruire pro tempore
diuerſo, in quo fuit facta alienatio, ex quo po-
112 tuere mobilia deſcripta in inuentario lapſu
temporis alienari in neceſſarios vſus pupilli, vel
minoris, vt notat in ſpecie Baron. de effect. minor.
ætat. circà contractus effect.3. n.55.; & ſic ad ſuſti-
nendam alienationem factam cum decreto Iudi-
cis, debet præſumi, quod Iudex hoc cognouerit
per extraiudicialem informationem habitam à
propinquis, Curatore, vel alijs de tempore alie-
nationis, nec enim eſt opus, quod de cauſa, &
113 alijs fiant acta, ſed ſat eſt extraiudicialis infor-
matio Rot. deciſ.643. part.3. recen. confirmata de-
ciſ.345.part.4.tom.1.

Quarto in alienatione ſtabilium minoris requi-
114 titut etiam, quod interueniat Tutoris, vel Cu-
ratoris authoritas l. neque, & l. cumque C. de au-
thor. tut. Ciroce. diſcept.73. num.7. Rot. deciſ. 110.
num. 8. apud Paciſic. de Saluian., & ad litteram
hoc diſponit ſtatutum hic; quomodò autem Tu-
tor, vel Curator authorizent, dictum fuit ſupra hic
artic.1.n.30.& infra.

Quinto requiritur etiam interuentus pupilli in
115 alienatione, quando ille eſt pubertati proximus
iuxtà ea, quæ diximus ſupra hic artic. 1. num.55.
& infrà, & ad Stat.151. artic.1. n.52.& ſeq.

Sexto requiritur, quod interueniant ſubhaſta-
116 tiones, hoc eſt, quod per viginti dies ſtent ſub-
haſta l. & ſi ſine §. 1. ff de minor. Surd.conſ. 49. n.
19. & 20. vbi teſtatur de communi ſententia lib.
1. Ciroce. diſcept. 73. num. 9. de Marin. quotid. re-
ſol. lib.2. cap.18. n. 28. cum duobus ſeq., vbi quod
tale tempus non poteſt minorari, Ciarlin. contr.
forenſ. lib.2. cap.217. num.48. Rot. deciſ.4.num.14.
& 15. poſt Zacch. de Salar. vbi id probat etiam in
alienatione facta ſine talibus ſubhaſtationibus, in
qua adeſſet vtilitas minoris.

Sed quod tales ſubhaſtationes non requirantur
116 de generali conſuetudine totius Orbis tenet
Gratian. cap.479. num.9. & ſeqq., qui teſtatur de
veriori, magis communi, & in praxi magis recepta
opinione, Mangil. de Subhaſtat. quæſt.155. num.5.,
qui pariter teſtatur de communiori, & in practi-
ca ſeruata opinione Poſt. de Subhaſt. Inſpect. 4. n.
35., & ſeq., vbi alios cumulat ſequentes hanc
opinionem.

Nec tales ſubhaſtationes requiruntur, quando
117 alienatio facta fuit cum alijs ſolemnitatibus,
ac cum decrero Iudicis bona fide, vt benè probat
Mandell. Alb. conſ.205. n.33., Ciroce. dict. diſcept.

73. num.10. Rot. deciſ.446. num. par.1. recen.
Et vlterius ſubhaſtationes præſumuntur inter-
118 ueniſſe ex decreto Iudicis interpoſito in aliena-
tione Alb. dict. conſ. 205. num. 35., Galganett. de
tutel. lib.3. quæſt. 60. num. 21. in fine Ciarlin. dict.
cap.217.n.47.
Quia ex firmatis potius requiſitum in aliena-
119 tione ſtabilium ſpectantium ad pupillos, vel mi-
nores conſiſtit in cauſa præciſa, & vrgenti pro
diſſolutione æris alieni, ideo vltra alia adnota-
ta infra ad Stat. 151. artic. 3., ſuper illa plura hic
adnotanda ſunt; Et primo, quod non dicitur
cauſa ſufficiens expreſſio debitorum in genere,
cum requiratur expreſſio debitorum in ſpecie,
adhoc vt poſſit redargui inſubſiſtentia debito-
rum, quam Iudex non poteſt indagare, nec de ea
certificari valet, quando debita ſunt expreſſa in
genere, nempè pro ſatisfaciendis varijs debitis,
Rot. deciſ.714. num.37. & ſeq., & deciſ.737. num.
16. & 17., coram Merlin. deciſ. 341. num. 16. &
ſeqq. part.9. recen. deciſ.3. num.2. & 3. confirmata
deciſ.9. pariter num.2. & 3. coram Ninot., & dixi
plenius infra ad Stat.151. artic.3.n.166. & ſeq.
Nam per expreſſionem debitorum in genere
factam, non poteſt Iudex examinare illorum ve-
ritatem, & ſic ratione cauſæ vagæ, & generalis
120 alienatio non ſuſtinetur Rot. deciſ. 9. num. 4. co-
ram Ninot. cum cumulatis per Vrceol. conſult. fo-
renſ. cap.63. n.17.
Si tamen ſequuta ſit alienatio pro extinguen-
dis debitis in genere expreſſis, & probetur verſio
121 pretij rei alienatæ in ſolutionem debitorum
particularium, tunc poteſt alienatio ſuſtineri
Rot. deciſ.9. num.15. coram Ninot., & dixi infra ad
Stat. Vrb.151. art.3.n.173.
Nec ſuffragatur pro valida alienatione cauſa
vaga, & generalis pro ſuccurrendo varijs neceſſi-
122 tatibus, & indigentijs ipſius pupilli, vel minoris
Caſtald. conſult. forenſ.3. num. 8. Rot. deciſ. 109. n.
1. part.1. recen., & deciſ.88. num. 13. coram Priol.
cum cumulatis per Vrceol. alleg. cap.63. num.11.,
& 26. cum duob. ſeq., vbi declarat contraria, &
oſtendit, cauſam dici vagam, & generalem, æquè
123 ſi dictum ſit pro varijs indigentijs, ac ſi pro va-
rijs neceſſitatibus, ſuper quo vide latiùs dicta ad
ſtat.151. art.3.n.167. & 168.
Et ſi cauſæ expreſſæ ſpecificè pro extinctione
talis, & talis debiti cum Titio, vel Caio non ſint
124 veræ, ſed falſæ, quia dicta debita ſpecificata,
ob que fuit facta alienatio, non ſubſiſtant, alie-
natio corruit Cyriac. contr. 257. num. 15., & ſeq.
Vrceol. alleg. cap.63. num.13. deciſ.50. num.8., &
deciſ.261. num.10. & 11. part.13. recen. deciſ.540.
num.5. & 10., & deciſ. 575. n.11., & ſeq. coram
Merlin. deciſ. 88. num. 21. coram Priol. deciſ.42. n.
6. coram Dunozett. Sen., & plenè dixi ad ſtat. 151.
art.3.n.176. & ſeqq.
Quod procedit etiamſi cauſa expreſſa ſit falſa
125 in parte, nam adhuc ratione indiuiduitatis de-
creti Iudicis corruit alienatio in totum, plenè
poſt alios Groſs. de Contract. minor. Inſpect.4.q.2.
per tot. Baron. de effect. minor. ætat. effect.3. num.91.,
& ſeqq. fol. mihi 182. Rot. deciſ. 540. num.20., &
deciſ. 575. num. 10. & ſeq. coram Merlin., Vrceol.
vbi proximè, & latè dixi ad ſtat. 151. dict. artic.3.
n.184. & infra.
Falſitas quippè cauſæ expreſſæ eſt adeo mali-
126 gnantis naturæ in propoſito, vt ſi illa etiam in
contractu, non exigeretur, & tamen exprimatur,
& ſit falſa, vel inſufficiens, contractus, ac alienatio
non ſuſtineantur Rot. deciſ. 575. num. 12. coram
Merlin. deciſ.43. n.7. part.18. recen., & deciſ. 297.
n.3. & 4. part.19.
Et quando in Inſtrumento fuit expreſſa cauſa
alienationis iniuſta, Inſubſiſtens, vel inepta, &
ſuper illa Iudex interpoſuit decretum, ceſſat præ-
127 ſumptio melioris cauſæ non expreſſæ, deducta
ex decreto Iudicis, quod non poteſt extendi ad
cauſam non expreſſam, Vrceol. dict. cap.63. n.18.,
& 19. Rot. deciſ. 143. num.3. part.3. recen., & de-
ciſ.88. num.8. coram Priol. ea ratione, quia Iudex
ſuper cauſa ſibi inſinuata, & cognita ſuum inter-
poſuit decretum, vndè præſumptio deducta à de-
creto non poteſt extendi ad cauſas Iudici non in-
ſinuatas, nec ab eo non cognitas, & ſuper quibus
ſuum decretum non interpoſuit.
Quando verò ſequuta eſt alienatio ex cauſa
128 neceſſaria diſſoluendi æs alienum, emens bona
pupilli, vel minoris debet eſſe ſollicitus de ver-
ſione pretij in ſolutionem æris alieni, pro quo fa-
cta fuit alienatio Manent. conſ. 17. à num. 19., &
per tot. Caſtald. conſult. forenſ.3. num.12. Panimoll.
deciſ. for. Ecleſ.54. Annot.2. num.22., & 23. Rot.
deciſ. 98. num.22. part.6. recen. deciſ.178. num.17.
part.7. deciſ.261. num. fin. part. 13. deciſ. 193. nu.
11. & deciſ.407. num.3. part.14. deciſ.293. nu.20.
part.15. deciſ.3. num.8. confirmata deciſ.9. num.10.
coram Ninot.
Et talis verſio debet probari etiam à pupillo,
qui emit ab alio pupillo cauſa diſſoluendi æs alie-
129 num, cum pupillus, vel minor, qui alienauit,
agat de damno vitando Rot. deciſ.561. n.10., & 11.,
coram Amat. Dunozett.
Sed non debet probari verſio, quando fuit fa-
cta alienatio pro reſtitutione ſortis cenſus, licet
130 maiorum fructuum, cum tali caſu alienatio non
dicatur facta ex cauſa præciſæ neceſſitatis, dum
ſors cenſus non erat repetibilis Rot. deciſ.394. nu.
19. & 20. part.16. recen.
Verſio autem pecuniæ redactæ ex alienatione
bonorum in diſſolutionem æris alieni deficit, ſi
creditor, pro quo ſatisfaciendo facta eſt alienatio,
131 longè poſt ex alijs effectibus fuerit ſatisfactus,
& non ex pretio bonorum alienatorum, Afflict.
deciſ.246. n.12. Rot. deciſ. 561. nu.9. coram Amat.
Dunozett.
Quando tamen probatur verſio pecuniæ in
132 vtilitatem pupilli, vel minoris, & hic factus fuit
locupletior tunc debet ſuſtineri obligatio, vel
133 alienatio ex firmatis per Rot. deciſ. 31. coram
Gregor., & deciſ.504. num.16., & ſeq. part.5. recen.
vbi tamen additur, quod nedum verſio in vtilita-
tem debet probari ab allegante, ſed vlterius debet
hoc eſſe cum euidenti vtilitate minoris.
Quod fallit in terminis Statuti Bononiæ, ex
134 quo per illud annullantur contractus ſine ſolem-
nitatibus, licet minor ſit factus locupletior, plenè
Rot. allegat. deciſ. 504. num. 11. & ſeq. part. 5. re-
cen. in reſid.
Quia ſuper cauſa requiſita in alienatione rerum
minoris actum fuit in certa cauſa Bononienſi Pe-
cuniaria coram A. C. Thomato, viro non minus
doctrina, quàm in iudicando ſummo iudicio
præfulgente, & dicebatur, quod ex Statuto Bono-
niæ

niæ aliqua cauſa non requireretur in alienatione,
135 quæ ſit à maiore decem, & octo annorum, ſed
quod ſat eſſet ſeruare alias ſolemnitates à Statuto
Bononienſi præſcriptas,& cum hac opinione à Iu-
dicibus de partibus in Ciuitate Bononiæ fuerat
proceſſum per binas ſententias approbantes alie-
nationem factam à minore pro emendis mobili-
bus, & pro alijs indigentijs; at idem A.C. Tho-
matus reuocauit ſententias de partibus, & pro-
nunciauit pro nullitate alienationis, & tale iudi-
catum reflectendo ad veritatem mihi licet ſcriben-
ti pro validitate alienationis viſum fuit ſatis Iuti,
ac Statuto Bononiæ congruum, & iuſtum.

Nam alienatio prędij facta à minore pro emen-
dis mobilibus, ac pro alijs ſuis indigentijs vi-
debatur facta ex cauſis inſufficientibus, nam
quo ad cauſam emptionis mobilium, cum illa
fuerit expreſſa tanquam neceſſaria ad effectum
136 faciendi alienationem, debebat propterea em-
ptor eſſe ſollicitus de verſione pretij in dictam
cauſam *Rot.deciſ.293.n.20.par.15.recen.*, & vlte-
rius dicta cauſa non videbatur neceſſaria, & vr-
gens pro valida alienatione ſtabilium minoris ex
firmatis ſupra hic *n.89., ſeqq.*; & quoad allam
cauſam generalem pro varijs indigentijs ad ſpe-
ciem non redactis, illam non eſſe ſufficientem,
137 ſed ineptam firmat *Rot. deciſ.88.n.13. coram
Priol.*, & probant aliæ authoritates ſupra dedu-
ctæ hic *n.122., & 123.*

Quod autem in alienatione bonorum minoris
138 ex Statuto Bononiæ cauſa requiratur probat
*Rot. deciſ.153.n.177.part.1. recen.deciſ.504.n.19.
part.5. tom.2. deciſ.293. n.9. & 10. part. 15. deciſ.
352.n.3. & infra p.17. deciſ.547. n.12., & ſeq.* con-
firmata *deciſ.623.à nu.11,part.18.tom.2.*, & idem
in terminis Statuti Bononiæ *Vrceol.conſult. forenſ.
cap.63. num. 15. verſic. quia præterquamquod, &
n.16.* vbi teſtatur de veriori opinione, & aſſignat
rationem, quia tale ſtatutum venit addendo, non
derogando cauſæ requiſitæ de iure communi, &
quia ſi cauſa principalis non deberet exprimi,
adimeretur facultas impugnandi contractum,
quoties tractu temporis detegeretur, eam fuiſ-
ſe erroneam *Vrceol.ibid.n.17. Caſtald. conſult. fo-
renſ. 59. n.2.* & concordat *Modern.Zaul. ad Stat.
Fauent.tom.1.lib.3.Rubr.17.n.45., & 46.* poſt hæc
ſcripta viſus, ac in lucem æditus.

139 Non obſtant *deciſ.64. poſt obſeru. Mel.* con-
firmata *deciſ.151.par.11.recen. & in Bononien. Af-
francationis 23. Februarij 1674. coram Reuerendiſs.
D.Bourlemont.*, ex quibus habetur, quod ex Sta-
tuto Bononiæ cauſa non requiritur, quia tales
deciſiones procedere poſſunt in obligatione per-
ſonali minorum, non autem in alienatione ſta-
bilium facienda ab eiſdem, vt benè diſtinguit do-
ctus, ac elaboratus *Vrceol.alleg. cap.63. num.15.,
& 16.Caſtald. conſult.forenſ. 59. num.2. cum duob.
ſeqq.*, & ita dictas *deciſ.74., & 131.*, quæ ſunt
*in Bononien.Releuationis indemnitatis coram Alber-
gato* declarat etiam eadem *Rot. in deciſ. 293.nn.9.
& ſeq.part.15.recent.deciſ. 352. n.23.part.17., &
deciſ. 43.n.2.part.18.*

Solum ſuper dicto indicato AC. Thomati mi-
hi videbatur conſideratione dignum, quod per
illud tollebatur de medio contractus munitus
omnibus alijs ſolemnitatibus, & obſeruatus ſpa-
tio triginta ſeptem annorum, & ſic non videba-
143 tur, quod poſſet amplius opponi aliqua nulli-
tas, vt in terminis eiuſdem Statuti Bononiæ fir-
mat *Rot.deciſ. 117.num.4. & 5.coram Amat.Duno-
zett.*, *deciſ.74.n.11. & 12.poſt.obſer.Mel.deciſ.151.
poſt.n.11. verſic. & eo facilius par.11. recen. & in
alleg.Bononien. Affrancationis 23.Februarij 1674.§.
final.coram Bourlemont*, vbi agebatur de ſola ob-
ſeruantia 30.annorum.

Præcipuè ponderato, quod in hoc articulo an
142 Statutum Bononiæ requirat cauſam Rota non
fuit conſtans dum *in alleg.deciſ.74.poſt. Mel.* con-
firmata *deciſ. 151. par.11. recen., & in dict.Bono-
nien. Affrancationis coram Bourlemont.* cenſuit, il-
lam non requiri, quæ deciſio *Bourlemont.* loqui-
tur in puncto alienationis ſtabilium, & licet po-
ſtea in alijs deciſionibus ſupra allegatis tenuerit
contrarium, faciendo diſtinctionem inter obliga-
tionem perſonalem, & alienationem, quod in
illa non requiratur cauſa, ſecus in alienatione,
143 nihilominus eadem *Rot. in deciſ. 43. par. 18.
recen., & deciſ. 55. num.5. coram Vbag.* non probat
formiter, & præcisè talem diſtinctionem, dum in
deciſ.43. firmatur, quod ex Statuto Bononiæ cau-
ſa non requiritur, & ſolum quoad obligationem
perſonalem additur dictio *præcipuè*, quæ dictio
præcipuè ſolum præſefert maiorem rationem,
quod à ſtatuto non requiritur cauſa in obligatio-
ne perſonali, ſed non exindè cauſam per neceſsè
includit in alienatione ex traditis per *Barboſ. dict.
274.n.1.*; *in deciſ. verò 15. coram Vbag.* firmatur
validitas obligationis in impoſitione cenſus ex
interuentu Curatoris deputati, & Doctoris de
Collegio Iuriſtarum Bononiæ, & quod ſtatutum
non requirit cauſam, & ſolum poſtea ſubiungi-
tur per verba *eoque magis*, quod hoc maximè pro-
cedit in obligatione perſonali facta à minore; &
cum hac opinone, quod cauſa non requiratur à
Statuto Bononiæ in alienatione facta à maiore
144 decem, & octo annorum latè procedit *Rot.in
Bononien. Affrancationis 23. Februarij 1674. §. nec
ſubſiſtit, & ſeq. coram Reuerendiſs. Bourlemont.*

Cumque eſſemus in contractu alienationis fa-
165 ctæ à maiore decem, & octo annorum cum
omnibus alijs ſolemnitatibus exigitis per Statu-
tum Bononiæ, & ità in illa Ciuitate practicatum
146 ſemper fuerit, & ſic Rota etiam cenſuerit in
allegatis deciſionibus coram *Albergato*, adeſſet-
que obſeruantia contractus geſti iuxtà ſolitum
per tantum tempus, videbatur eſſe locus confir-
mationi ſententiarum de partibus pro validitate
alienationis; attento maximè quod poſteriores
deciſiones tenentes prò neceſſitate cauſæ, editæ
fuerant poſt illas *Albergati*, & longè poſt aliena-
tionem controuerſam diu obſeruatam.

Nihilominus A.C. Thomatus non ſine proba-
bili fundamento adhæſit poſterioribus deciſio-
nibus firmantibus, ex Statuto Bononiæ requiri
cauſam in alienatione bonorum minoris, & de-
ciſum ſuper hoc per deciſiones moderniores non
ſtatuit nouum Ius, quod non contineatur in ver-
bis, & in ratione Statui, dum priùs Rota in
147 antiquioribus deciſionibus ante contractum
alienationis, de quo agitur idem firmauit, vt
apparet, *ex deciſ. 504. n.19.* cum alijs deciſioni-
bus magis antiquis ibi relatis *par.5. recen. in reſi-
duo.*, & ob hoc deciſiones contrarias firmantes
in terminis alienationum, quæ fiunt à minoribus

dicit

dicit egere nouo examine *Epiſcopus Zaul. alle-
gat.Rubr. 17. nu.45.verſic.& ex iiſdem fundamen-
tis .*

Non obſtat motiuum allegatum per defenſo-
rem in partibus dictæ cauſæ coram Thomato,
quod ſcilicet ſi admitteretur hæc noua praxia
contratabulandi alienationes ſtabilium factas in
Ciuitate Bononiæ à maiore 18. annorum ſine
cauſa,eſſet implere totam Ciuitatem litibus, cum
hucuſque alienationes factæ fuerint à maiori-
bus 18. annorum ſine ſolemnitate cauſæ, & ſo-
lum cum alijs ſolemnitatibus præſcriptis à Sta
tuto, nam cum Statutum Bononiæ ſit clarum
in verbis,& ratione circa cauſæ neceſſitatem, vt
148 probant tot deciſiones ſupra relatæ, non poteſt
dari de non obſeruantia Statuti ,vt præcisè ſuper
dicto particulari Statuto Bononiæ monet *Rot.de-
ciſ. 623. num.3.& ſeq.par. 18.tom.2.recen.*

Proſequendo ſolemnitatẽ cauſæ de iure,& ſta-
tuto hic exigitã in alienatione ſtabilium pupilli,
vel minoris, opportunè aduertendum eſt,quod in
alienatione prædicta,adeò requiritur præciſa ne-
ceſſitas,& quod creditores vrgeant, vt non ſuffi-
ciat pro illa validanda cauſa vtilitatis minoris,
cum vtilitas ſolum conſideretur in augendo, non
in diminuendo patrimonium, vndè ex cauſa ſo-
149 lius vtilitatis,ceſſante cauſa neceſſaria, aliena-
tio, licet alijs ſolemnitatibus ſuffulta, non ſuſti-
netur *Natt.conſ.631.n.35.Rolan. conſ.33. num.2.,
& 3.lib.1., & conſ. 60.nu.2. & ſeq. lib. 4. Morott.
conſ.85. n.18., Bardellon.conſ. 58. num.31.Manent.
conſ. 17. num.50. Surd.conſ. 115. nu.35.,* vbi quod
150 non ſufficit euidens vtilitas, ſed requiritur ne-
ceſſitas vrgens *Menoch. conſ. 822. n.21.& ſeq., Si-
moncell.de decret.lib.3.tit.8. n.126. verſic. ſed quod
mirabilius Altograd.Inn.contr.8.n.8.de Marin. quo-
tid.reſol.lib.2.cap.18. n.32.& 33.* idem *in obſer.ad
Reuerter.deciſ.211 n.1., Staiban. reſol. Forenſ. 30.
n.13., & ſeq.* vbi ad hoc allegat plures leges, ac
Doctores *Vrſill.ad Afflict.deciſ.87.n.1., & 2.Ca-
picc.deciſ.113., & Petra in addit.ad ipſum, Manent.
deciſ.7. num.27.Maſtrill.deciſ. 121.num.1.ad 5.,* la-
tiſſimè *Caſtill.deciſ.17.n.21.& ſeq. qui n.37.* teſta-
tur de magis recepta, & communi opinione,
*Rot.deciſ. 47.num.9.poſt.Pic.ad Stat.Vrb.deciſ.341.
n.2.part.9.recen., & deciſ.4. num.3. poſt Zacch. de
Salar.*

Vnde ſub prætextu ſolius vtilitatis non poteſt à
151 Iudice interponi decretum ſuper alienatione
bonorum ſtabilium minoris *Surd.deciſ.278.n.20.
Maſtrill.deciſ.121. num.6.*

Et quando poſſet ratione euidentis vtilitatis
152 iunctæ cum aliqua alia cauſa fieri alienatio
ſtabilium minoris cum decreto Iudicis, ac alijs
ſolemnitatibus iuxtà *deciſ. 540.n.17.& 18. coram
Merlin.deciſ.139. n.11.par. 13.recen.deciſ. 547. n.7.
& deciſ. 623.per tot. par.18.tom.2.recen.,* tunc vti-
litas debet eſſe euidens, alias ſub prætextu vtili-
153 tatis non euidentis alienatio fieri non poterit
*Rot. deciſ.32. num.27. ad 29. poſt Pic.ad Stat.Vrb.
deciſ. 98.n.24.par.6.recen., deciſ.139.n.12. par.13.
deciſ.206.par.16.* & latè *in dict. deciſ. 547. & 623.
part.18. tom.2.recen.& coram Seraph. deciſ. 1242.
n.3.,* & in hoc ſatis præciſa ſunt verba Statuti
hic.

Ceſſatque cauſa euidentis vtilitatis, & alie-
natio corruit, ſi emptor ex cauſa neceſſaria diſ-
ſoluendi æs alienum pupilli, vel minoris pretium
non ſoluat, ſed in ſe accollet debita minoris,
cum per accolationem pupillus, vel minor non
liberetur, ſed remaneat debitor, vt priùs, ſi cre-
ditor principalis non conſentiat liberationi *Rot.
deciſ.207.n.5. part.16. recen.*

Quocirca vt ſuſtineatur alienatio ex cauſa eui-
dentis vtilitatis,iuncta cum aliqua alia cauſa,de-
bet de illa conſtare per euidentiam, nam alias
cum leges ſtrictè prouidendo indemnitati pupil-
lorum, ac minorum noluerint permittere alie-
nationem ſtabilium eorumdem niſi ex cauſa præ-
ciſæ neceſſitatis vrgentiæ creditorum, & non
ſolius vtilitatis, hinc ſi pupillus, vel minor ſit
grauatus cenſibus, vel alijs debitis fructiferis,
quorum vſuræ annuæ reſpectu fructuum,quos red-
dunt ſtabilia pupilli, vel minoris, ſint ità gra-
ues, vt non ſolum annui redditus minoris, non
ſufficiant pro ſoluendis dictis vſuris, ſed ſi diù
expectaretur, vſuræ poſſent conſumere proprie-
tatem ſtabilium,ita vt minor breui tempore rema-
neret depauperatus, hoc caſu erit permittenda
alienatio ex cauſa euidentis vtilitatis,quinimmò
neceſſitatis,nam alias vſuræ debitorum conſume-
rent totum patrimonium pupilli, vel minoris, vt
155 in puncto probat *Rot.deciſ.675. nu.1. part.2.re-
cen.,* vbi dicitur, hoc eſſe in Iure veriſſimum, &
in his terminis procedere poſſunt authoritates,
quæ dicunt, poſſe alienari bona ſtabilia minoris
ex cauſa euidentis vtilitatis.

Quinimmò ſi ex vſuris annuis debitorum, qui-
bus grauatur pupillus, eius patrimonium dila-
pidatur, & conſumitur, debet tutor ex neceſſi-
tate ſui officij vendere ſtabilia, vt ex pretio ſi-
ſtatur curſus vſurarum, & debita cum vſuris ex-
tinguantur, ad hoc vt aliqua bona remanere
poſſint pro pupillo, vt doctè firmat *de Ponte
conſ.37. num.21., & ſeqq.lib.1.* quem ſequitur *Ba-
ron. de effect. minor. ætat. circà contract. effect. 3.
n. 52.*

Ac ad dignoſcendum, an alienatio legitimè
157 facta fuerit vtilis, attenditur tempus alienatio-
nis, & non id, quod poſtea euenit *Rot. deciſ.81.
num.34., & 35.part.6.recen.*quæ eſt *coram Merlin.
deciſ.535.*

Sed hoc debet declarari, quando alienatio fa-
cta eſt ex cauſa præciſæ neceſſitatis, ſecus ſi ex
158 cauſa euidentis vtilitatis, cum hoc ſecundo
caſu, nedum de tempore alienationis, ſed etiam
ex poſt de illa conſtare debeat *Bardellon. conſ.58.
num.80.verſic. reſpondetur ſecundo lib.1.Coſt. Sicul.
conſ.79.num.12.& ſeq.*

Demum quo ad decretum Iudicis in aliena-
tione ſtabilium pupilli, vel minoris, cum de-
beat illud ab eo interponi cauſa cognita,prop-
terea non ſufficit ſola præſentia Iudicis in con-
tractu alienationis, ſed requiritur, quod poſiti-
159 uè decretum interponatur *Gobb.conſult.deciſ.66.
num.15., & 16. Alex. conſ.218. nu. 2. lib.6.* plenè
*Groſſ.de contract. minor. Inſpect.4. quæſt. 5. per tot.
Rot.deciſ.81.n.2.cum duobus ſeq.par.5.recen., & de-*
160 *ciſ. 1647.n. 14. coram Coccin.,* vbi quod cum
tale decretum concernat actum voluntariæ, &
non contentioſæ iuriſdictionis requiritur conſen-
ſus expreſſus, & non ſufficit tacitus.

Et ſi minor, qui vult alienare ſit Clericus,
161 tunc decretum debet interponi à Iudice Eccle-
ſia-

ſiaſtico, non autem Laico, alias contractus erit nullus *Squillan.de priuileg. Clericor. cap.14. nu.18. Groſs.de contract. minor.iaſpect. 4. quaſt.6. num.7.*

An autem decretum in alienatione bonorum minoris debeat interponi à Iudice loci, vbi ſita ſunt bona, quæ alienantur, vel à Iudice originis, ac domicilij minoris, dic quod poteſt ad libitum interponi ab vno ex illis, & ſi interponatur à Iudice domicilij, ac originis minoris ſuffragatur, etiam quod bona exiſtentia in alieno territorio, nam ſat eſt, quod perſona minoris ſit habilitata ad alienandum, cum decretum non tangat, nec afficiat rem, ſed ſolum ſoluit quoddam
162 vinculum, quo ligata eſt perſona minoris, vt benè poſt alios probant *Nogaerol.alleg. 32.n.134. cum duob.ſeq. Virgil.de legitim. perſon.cap.2.n.36. Gatier. de tutel.part.1.cap.16. n.6. & 19. & par. 2.cap.5. num.56. Moutan.de tutel.cap.32.in princip. num.5.*

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Iuramentum adhibitum in alienatione ſtabilium pupilli, vel minoris, quando illam de iure validet, etiam omiſſis alijs requiſitis ſupra relatis; & quid in terminis huius, & aliorum Statutorum. Diſceptatur plenè, quando per lapſum quinquennij poſt minorem ætatem, cum taciturnitate cenſeatur ratificata alienatio nulla, & quando non. Fructus rei nulliter alienatæ quando minori ſint reſtituendi vna cum ipſa re, & à quo tempore. Et demum examinatur, quæ remedia pupillo, vel minori competant pro recuperatione rei nulliter alienatæ.

SVMMARIVM.

163 *Alienatio facta à minore cum iuramento ſuſtinetur ſine alijs ſolemnitatibus, & n.167.*

164 *Iuramentum non validat alienationem ſtabilium minoris ex* Stat. Vrb. 113., & 151. *dum illud præſumit dolo extortum.*

165 *Idem in Statuto Bononiæ firmatur.*

166 *Forenſis maior 20. annorum non comprehenditur ſub hoc* Stat.113., *ſecus ſi ſit minor 20.*

168 *Iuramentum præſtitum à pupillo pubertati proximo de iure communi operatur firmitatem alienationis ſtabilium ab eo factæ.*

196 *Iuramentum minoris nihil operatur ſtante falſitate cauſa in alienatione expreſſa.*

170 *Iuramentum non validat contractum alienationis, ſi adſit enormiſſima læſio ex defectu conſenſus, & n.172. & 173.*

171 *Dolus ex propoſito reſultat ex læſione enormiſſima.*

174 *Alienatio per minorem cenſetur ratificata per lapſum quinquennij poſt maiorem ætatem.*

175 *Ratificatio per dictum lapſum quinquennij non procedit non probata in minore ſpecifica, ac indubitata ſcientia omnium qualitatum, ac nullitatum, tam iuris, quàm facti, & n.177.*

176 *Scientia præſumpta ad effectum ratificationis non ſufficit, ſed requiritur expreſſa.*

178 *Scientia præciſa huiuſmodi requiritur, tam ſi contractus factus ſit ab ipſo minore, quam ſi ab eius Curatore.*

179 *Ratificatio ex ſilentio quinquennali poſt maiorem ætatem non procedit, ſi ſtatutum ceſſantibus ſolemnitatibus præſumit dolum, & fraudem.*

180 *Nec procedit, ſi cum defectu ſolemnitatum concurrat etiam enormiſſima læſio.*

181 *Nec intrat ratificatio ex lapſu quinquennij, quando cum defectu decreti Iudicis concurrit etiam iniuſtitia, & nullitas alienationis.*

182 *Ratificatio quinquennalis de Iure Canonico non procedit, & num.183.*

184 *Ius Canonicum obſeruatur in Principatu Cathaloniæ, & ſic ratificatio deducta ex taciturnitate ibi non procedit.*

185 *Romæ ſeruatur Ius Ciuile, & an in concernentibus ſalutem Animæ.*

186 *Ratificatio deducta ex ſilentio quinquennali non procedit, quando alienatio minori eſt etiam prohibita ab homine.*

187 *Ratificatio contractus nulli non inducitur ex ſolutione fructuum cenſus nulliter impoſiti, non data ſcientia explicita nullitatis.*

188 *Ratificatio venditionis nulliter factæ non inducitur ex receptione pretij, non probata ſcientia præciſa nullitatis.*

189 *Ratificatio non inducitur, ex ſolutione fructuum cenſus facta per hæredes minoris, niſi probetur ſcientia nullitatis.*

190 *Ratificatio contractus nulli quando nec ne inducta, vide Doctores remiſſiuè.*

191 *Pupillus, vel minor recuperant rem nulliter ab ipſis alienatam vna cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt.*

192 *Fallit in fructibus perceptis bona fide antè motam litem à poſſeſſore ſingulari, & inſcio, quod res eſſet minoris.*

193 *Bona fides ceſſat dum deficiunt in alienatione decretum Iudicis, ac aliæ ſolemnitates, & fructus reſtitui debent.*

194 *Fructus reſtitui debent, non ſolum ab emptore malæ fidei, ſed etiam ab alijs ab eo cauſam habentibus.*

195 *Fructus reſtitui debent minori vſque à principio contractus, quando petit reſciſſionem ex capite enormiſſimæ læſionis.*

196 *Fructus reſtituuntur minori deductis expenſis.*

197 *Actio ſpolij minori competit pro recuperatione rei nulliter alienatæ, & quando ſecus n.200.*

198 *Et etiam manutentio.*

199 *Nullitas alienationis poteſt opponi in quocumque iudicio, quando de illa apparet ex facie inſtrumenti.*

201 *Poſſeſſio non transfertur ex contractu nullo ex defectu conſenſus, vel ex falſa cauſa, & competit reintegratio.*

202 *Reintegratio competit quando ſtatutum præſumit dolum, & fraudem, & n.206.*

203 *Pariter ſi per ſtatutum ſit adempta fides inſtrumento, per quod prætenditur translata poſſeſſio.*

204 *Idem, ſi ſtatutum per decretum irritans annullet alienationem factam contra formam ab eo præſcriptam.*

205 De-

205 Deciſ.68 .par.1.recen. contrarium firmans declaratur .
207 Alienatio ſtabilium minoris, quando ſit valida, vel nulla vide Doctores remiſſiuè .

HOc Statutum 113. nihil dicie de iuramento,
vodè videretur dicendum, quod alienatio
facta cum iuramento ſub illo non comprehenda-
163 tur, ſed illa valida ſit ex diſpoſitione Auth. Sa-
cramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem.
Sed nihilominus teoe pro conſtanti, quod cum
hoc ſtatutum ſuppleatur à Stat.151. vbi iuramen-
tum præſtitum ſine ſolemnitatibus præſumitur
dolo, & fraude extortum, propterea alienatio
164 ſtabilium minoris, etiam iurata, ſine ſolemnita-
tibus huius ſtatuti non ſubſiſtit Rot. in puncto
deciſ.1647.num.23. ad 30. confirmata deciſ.1664.
n.27. coram Coccin. deciſ. 153. n. 13. par. 1. recen.
deciſ.218. n.12. par.2., & deciſ.352. n.16. & ſeq.
165 par. 17. vbi loquitur de Statuto Bononiæ huic
noſtro ſimili.
At ſi forenſis minor 25. annorum, ſed maiot
viginti, (quæ ætas vigioti annorum eſt legitima
ex Statuto Vrbis,) alienauerit cum iuramento,
cum forenſis maior viginti annorum non compre-
hendatur ſub hoc ſtatuto, ſed cum eo ſeruanda
ſit diſpoſitio iuris communis, per iuramentum
166 tollitur defectus cauſæ, ac ſolemnitatum, & alie-
natio ſuſtinetur, Rot. deciſ.643. n.5. par.3. recen.,
& deciſ.354. n.2. par.4. tom.1.; ſuper quo tamen
quando nec ne forenſis ligetur Statutis Vrbis, &
ſignanter hoc, & alio Stat.151. vide quæ dixi ad
dict. ſtat.151. infrà art.5. n.510., & ſeq.
Similiter de iure communi, vbi non vigent ſi-
milia ſtatuta adimentia fidem inſtrumentis, vel
præſumentia dolum, & fraudem, & ſic tollentia
vites iuramenti, alienationes iuratæ ſuſtinentur
167 in vim illius, etiam ceſſantibus decteto Iudicis,
& alijs ſolemnitatibus à diſpoſitione iuris com-
munis præſcriptis, & ſupra relatis, per text. in
Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. Mar-
tic. de tacit. lib.4. tit.6. n. 53. Caſtill. quotid. contr.
lib.3. cap.3., & lib.8. cap.63. num. 11. in fine Rot.
deciſ.245. per tot. coram Put. lib.3. in correct.
Idem dic de alienatione iurata facta à pupillo
168 pubertati proximo, plenè Surd. conſ.252. n.22.
& per tot. lib.2.
Fallit concluſio, ſi alienatio iurata facta ſit ex
certa cauſa expreſſa, quæ eſſet ſalſa, tunc enim
corrueret alienatio, non obſtante iuramento, ea
ratione, quia minor videtur ex illa cauſa motus
169 ad alienandum, & ſic ſtante illius ſalſitate defi-
cit conſenſus, quem iuramentum non ſopplet,
Rot. coram Puteo deciſ.205. n.2., & 3., & deciſ.245.
n.5. lib.2. in correct., & deciſ.383. nu.11. par.12.
recen. Caſtald. conſult. forenſ. 59. n.5.
Prout iuramentum non validat alienationem
170 ob defectum conſenſus, quando adeſt eootmiſ-
ſima læſio Rot. deciſ.218. nu.13. par.2. recen., ex
quo ſtante læſione enormiſſima arguitur in con-
171 tractu dolus ex propoſito, & data opera, Gra-
tian. cap.823. n.38. Rot. deciſ.156. nu. 11. coram
Dunozett. Sen., & deciſ.121. n. 29. coram Duran.
cum alijs per Adden. ad Pamphil. deciſ.49. n. 14.
cum duobus ſeqq., & ſic ceſſat conſenſus, nec iura-
172 mentum ob huiuſmodi eoormiſſimam leſionem
poteſt operari validitatem contractus Oſaſch. de-
ciſ.41. Seſſ. deciſ.156. n. 10., & 11. Maſtrill. deciſ.
33. n.13. Add. ad Pamphil. deciſ.49. num.15. Rot.
deciſ.354. nu.5. par.13. recen., & plenè deciſ.121.
n.28. cum pluribus ſeqq. coram Duran., vbi teſtatur
de communi Doctorum ſententia, & quod hoc
eſt verius, quia ex tali læſione enormiſſima reſul-
tat dolus re ipſa, & ſic excluditur conſenſus, qui
173 non ſuppletur per iuramentum; ſuper quo dixi
plenè infra ad Statut.154. art.1. n.24.
Quando autem alienatio eſt nulla per tacitur-
nitatem quinqueonalem minoris poſt maiorem
174 ætatem cenſetur tacitè ratificata per tex. in l.fin.
C. ſi maior. fact. rat. haber. Cancer. var. reſol. par.2.
cap.1. num. 34., & 35. Ciarlin. contr. forenſ. lib.2.
cap.196. n.28., & 29. Cyriac. contr.308. num.41.
tom. 2.
At tacita ratificatio deducta ex dicta l.final. per
lapſum quinquennij non procedit, non probata
in minore ſpecifica, ac indubitata ſcientia om-
nium qualitatum alienationis, ac omnium nul-
175 litatum, tam iuris, quàm ſacti, ex quo præſu-
mitur ignorantia Gabr. conſ.62. num. 27., & ſeq.
lib.2. Menoch. conſ.439. n.56., & 57. lib. 5. Surd.
conſ.49. n.21., & ſeqq., & num.46. lib. 1. Vrceol.
conſult. forenſ. cap.44., & conſult.63. n.29. Caſtald.
conſult. forenſ.59. nu. 11. Caſtill. deciſ.18. num.54.
verſic. duæ poſteriores, & n. 55., & 59. Rot. deciſ.
260. n.15. coram Gregor. deciſ.540. n.18., & deciſ.
577. n.14. coram Merlin. deciſ.191. n.19., & ſeq.
coram Otthob. deciſ.3. num.10., deciſ.9. n.12. coram
Ninot. deciſ.63. n.7., & ſeqq. apud Salgad. Labyr.
credit. deciſ.81. n.8., & infrà par.8. recen. deciſ.139.
n.14. par.13., & deciſ.352. n.20. par.17.
Nec ad effectum induceodæ tacitæ ratificatio-
176 nis ſufficit ſcientia præſumpta, ſed requiritur
expreſſa de Marin. quotid. reſol. lib.2. cap.18. n.15.
Rot. deciſ.410. n.11. & ibi Add. n.15. coram Burat.
deciſ.384. n.5. coram Merlin. deciſ.48. n.16. & ſeq.
par.8. recen. deciſ.139. n. fin. par.13. & deciſ.352.
n.20. par.17.
Et amplius non ſufficit ratificatio in genere,
177 ſed debet eſſe in ſpecie cum ſcientia omoium
qualitatum Menoch. conſ.439. nu.43. Caſtill. deciſ.
18. n.56.
Quæ ſcientia præciſa nullitatum, tam Iuris,
quàm ſacti, ac omnium qualitatum contractus
nulli ratificandi requiritur, tam ſi alienatio, ac
contractus ſit nulliter geſtus à tutore, vel curato-
178 re, quàm ſi ab ipſis minoribus, vt reiectis con-
trarijs plenè poſt congeſtos hanc opinionem fir-
mat Vrceol. conſult. forenſ. cap.63. n.31., vbi teſta-
tur de veriori, & magis ſundata ſententia Rot.
deciſ 98. n.6., & ſeq. par.11. recen. & de ratione
dict. Vrceol. n.32., & Rot. alleg. deciſ.98. à nu. 7.
par.11. recen.
Minuſque inducitur talis ratificatio deducta ex
l. fin. quando ſtatutum præſumit dolum, & frau-
179 dem in contractu minoris ſine ſolemnitatibus
celebrati, prout facit Stat. Vrbis 151. combinan-
dum cum hoc Stat.113. Surd. conſ.49. nu.43., vbi
plenè Gratian. cap.513. num. 13., & ſeq. Staiban.
reſol. forenſ.30. num.35., & ſeq. de Marin. quotid.
reſol. lib.2. cap. 18. num 51. verſic. addit demum,
Vrceol. conſult. forenſ. cap 44. num. 24. Ripoll. var.
reſol. cap.11. n.367., & ſeqq. Rot. deciſ.63. n. 11.
poſt Salgad. Labyr. Credit. vbi teſtatur de veriori,
& receptiori opinione deciſ.98. n.10. par.11. recen.
in

in terminis Statuti Vrbis *deciſ. 139. n. 13. par. 13.*
deciſ. 352. n. 10. par. 17. recen., & deciſ. 3. nu. 13.
coram Ninot.

Nec tacita ratificatio deprompta ex *dict. l. fin.*
180 procedit, quando cum nullitate alienationis
concurrit etiam enormiſſima læſio, ex qua reſul-
tat dolus *Surd. conſ. 49. n. 38., & ſeq. Montan. de*
tutel. cap. 33. n. 570. de Marin. dict. cap. 18. n. 54.

Idem dic, ſi cum defectu decreti Iudicis con-
currat etiam omiſſio aliarum ſolemnitatum re-
quiſitarum in alienatione ſtabilium minoris, cum
ex lapſu temporis ſuppleatur ſolus defectus de-
181 creti Iudicis, non autem aliarum ſolemnitatum,
nec ſi aliundè vltra decretum ex alia cauſa alie-
natio ſit nulla *Malnaſ conſ. 86. per tot.* præclarè
Surd. conſ. 49. n. 29. cum duobus ſeqq. lib. 1. Ripoll.
var. reſol. cap. 11. n. 365., & infrà, de Marin. alleg.
cap. 18. n. 53. Antonin. Maceraten. var. reſol. lib. 2.
reſol. 3. n. 20. §. reſpondebatur, Vrceol. conſ. forenſ.
cap. 44. n. 23. Caſtald. conſult. forenſ. 59. n. 10. Rot.
deciſ. 260. n. 13. coram Gregor., & deciſ. 646. n. 14.
& ſeq. coram Merlin., in qua fuit in parte receſ-
ſum ab antecedenti *deciſ. 535.* in eadem cauſa
emanata *coram eodem Merlin.*

Minuſque tacita ratificatio procedit de Iure
182 Canonico, ſtante mala fide illius, qui contra-
xit cum pupillo, vel minore ſine ſolemnitatibus,
ac illos læſit *Surd. conſ. 49. n. 41., & 42., & n. 47.*
cum trib. ſeq. Ripoll. dict. cap. 11. n. 374. de Marin.
alleg. cap. 18. nu. 52. Rot. deciſ. 646. num. 19. coram
Merlin. cum alijs cumulatis per *Vrceol. conſult.*
forenſ. cap. 44. n. 27. vbi quod hæc opinio à gra-
uioribus Doctoribus verior, ac receptior exiſti-
matur.

Et licet *Vrceol. ibid. n. 26.* referat contrarium
183 tenentes, attamen ipſæ adhæret primæ opinioni
veriori, prout poſt *Lancellot. Gall. conſ. 105. n. 26.*
& alios *Rot. deciſ. 646. n. 19. coram Merlin.* dicit,
quod contraria opinio eſt ſingularis, & propterea
adhæret opinioni ſupra firmatæ pro veriori.

Vnde vbi ſeruatur Ius Canonicum, vt in Catha-
lonia, tenenda eſt opinio, quod ſtante mala fide
184 non intret tacita ratificatio deducta ex dicta
l. fin. vt teſtatur *Ripoll. alleg. cap. 11. nu. 374.*; &
& idem erit in ſtatu temporali S. Romanæ Eccle-
ſiæ, in quo ſeruatur Ius Canonicum, excepta Al-
ma Vrbe, ac locis diſtrictus per 40. milliaria, in
quibus *ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 42.* ſeruatur Ius
Ciuile, & ſic talis limitatio in huiuſmodi locis
185 non procedit; licet poſſet dici, quod cum aga-
tur de mala fide, & ſic materia peccati nullibi
illa permitti debeat, etiam in locis, in quibus
ſeruatur Ius Ciuile, cum vbique apud Catholicos
in materijs concernentibus peccatum, & ſalutem
Animæ ſeruandum ſit Ius Canonicum ex allega-
tis per nos ad *Stat. Vrb. 42. n. 27.*

Ceſſat etiam diſpoſitio *dictæ leg. final.*, quando
ſuper alienatione rerum ſtabilium minoris con-
currit etiam prohibitio hominis, tunc enim ſtan-
te duplici prohibitione, legis ſcilicet, & homi-
186 nis, poteſt ſemper minor non obſtante quouis
lapſu temporis recuperare rem nulliter alienatam
de Marin. alleg. cap. 18. n. 59. verſic. ſed tanto ma-
gis, & ſeq. Caſtill. deciſ. 18. nn. 15. verſic. ſed tanto
magis, & ſeq.

Quando autem ratificatio inducatur ex facto
poſitiuo alienantis, vt quia ſoluerit fructus cen-
[...]ior factus, vel receperit pretium rei nulli-
[...]natæ, & in hoc ſecurè dic, quod non data
[...] expreſſa nullitatis contractus, tàm facti,
quàm iuris in ſoluente fructus, vel recipiente pre-
tium vt ſupra, non dicitur inducta ratificatio,
cum præſumatur facta ſolutio, & receptio cum
187 ſuppoſito, quod contractus cenſus, ac aliena-
tionis eſſet validus, *Gratian. cap. 484. n. 52. & 53.*
præclarè *de Marin. alleg. cap. 18. n. 55. cum tribus*
ſeq. Vrceol. conſult. forenſ. cap. 63. n. 29. Rot. deciſ.
160. n. 12. coram Vbald. deciſ. 575. n. 22., & ſeqq.
coram Merlin. duplicata *deciſ. 98. par. 6. recen. de-*
ciſ. 260. n. 11., & 12. par. 6. deciſ. 217. n. 3. par. 10.
& deciſ. 989. par. 11., & in ſpecie, quod ex rece-
ptione partis pretij non cenſeatur inducta ratifi-
188 catio, ſi non doceatur de ſcientia præciſa nulli-
tatis alienationis *Maſtrill. deciſ. 121. n. 39.*

Et multo minus poteſt dici inducta ratificatio
ex ſolutione fructuum cenſus facta per hæredes
minoris, vel alios, qui non probantur, habuiſſe
189 ſcientiam nullitatis præciſam cum ſuis qualita-
tibus *Rot. deciſ. 278. nu. 23., & 24. apud Cenc. de*
Cenſ., & deciſ. 540. n. 19., & 20. coram Merlin.

Alia plura de ratificatione inducenda, vel ex-
cludenda in contractibus minorum, vel mulie-
190 rum ſine ſolemnitatibus initorum, vide latè in-
frà ad *Stat. 151. art. 5. à num. 528., & ſeqq.* & vlte-
rius conſulendi ſunt *Surd.* plenè *conſ. 49. lib. 1.*
Gabr. conſ. 146. lib. 1. Riminal. Iun. conſ. 381. n. 74.
& ſeq. lib. 3. Burſatt. conſ. 82. lib. 1. Menoch. de re-
cuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 105. ad 192. Barbagall.
Singular. 97. poſt Rit. Regn. Sicil. plenè *Maceraten.*
var. reſol. lib. 2. reſol. 3. de Marin. quotid. reſol. lib. 2.
cap. 18. Caſtald. conſult. forenſ. 59. Vrceol. conſult.
forenſ. cap. 44., & 63. Rot. deciſ. 540., & 575. co-
ram Merlin., & deciſ. 63. par. 11. recen.

Quando verò alienatio eſt nulla, pupillus,
ac minor recuperant rem nulliter alienatam vna
191 cum fructibus perceptis, & qui percipi potue-
runt à die alienationis, plenè *Surd. conſ 115. n. 15.*
& ſeq. & per tot. vbi contrarijs reſpondet *lib. 1.*
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. n. 44. Cyriac. contr. 331.
n. 7., & infra. Staiban. reſol. forenſ. 30. n. 44, & ſeq.
Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. §. 7. proœmial. n. 161.
verſic. ſecundo quando. Panimoll. deciſ. For. Eccleſ.
54. Annot. 3. n. 4. ad 7. Maſtrill. deciſ. 13. n. 34., &
35. Rot. deciſ. 256. n. 3., & ſeq. coram Duran.

Sed hoc non procedit in fructibus perceptis
antè motam litem, quando adeſt bona fides in
poſſidente, quia emit cum decreto Iudicis, vel
quando quis ignorauit, rem emptam eſſe mino-
ris, vt quia ipſe ſit ſucceſſor ſingularis illius, qui
192 emit à pupillo, vel minore, *Surd. conſ. 115. n. 1.*
& ſeq. Hier. Gabr. conſ. 23. lib. 1. Cyriac. contr. 219.
n. 38. de Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 72.
Caſtill. quotid. contr. lib. 8. cap. 63. n. 6. Oſaſcb. deciſ.
160. Caſtill. deciſ. 18. n. 25.

At ceſſantibus decreto Iudicis, vel alijs ſolem-
nitatibus, cum tunc emptio ſit à principio nulla,
ex quo reſiſtit ius, nec adeſt titulus dominij, idcirò
non iurat bona fides, nec excuſatio à reſtitutio-
193 ne fructuum, à die factæ alienationis, plenè
Surd. alleg. conſ. 115. à n. 15., & per tot. lib. 1. Cy-
riac. contr. 331. n. 12. & ſeq. de Marin. dict. c. 18.
num. 71., & in ſubſtantia idem concludit *Oſaſcb.*
deciſ. 160. Caſtill. allegat. cap. 63. num. 6. §. vera
itaque, verſic. & ita explicari, vbi quod in his

terminis malæ fidei eſt intelligendus *Surd. dict. conſ.* 115.

Et talis reſtitutio fructuum fieri debet, nedum
à primo malæ fidei emptore ſine ſolemnitatibus,
ſed etiam à quolibet eius ſucceſſore, non obſtan-
te iuris errore, quia lex reſiſtit alienationi, &
194 talis error iuris non eſt in propoſito allegabilis
benè *Surd. alleg. conſ.* 115. *Cyriac. contr.* 331. *n.* 13.
& *ſeq. Panimoll. deciſ. for. Eccleſ.* 54. *Annot.* 3.
num. 5., & *ſeq. Groſſ. de contract. minor. Inſpect.* 1.
quæſt. 20. *num.* 6., & 7. vbi adducit rationes *Rot.*
deciſ. 256. *n.* 4. *coram Duran.*

Et licet ſi minor prętendat reſciſſionem aliena-
tionis validè factæ ex capite læſionis, regulariter
non recuperet fructus, niſi à die motæ litis, atta-
men ſi agatur de læſione enormiſſima longè vltrà
dimidiam, & Romæ ex ſtatuto longè vltrà ter-
tiam, tunc illos recuperat à die contractus,
cum alienatio ſtante enormiſſima læſione ſit
195 nulla vſque à principio, cum inſit dolus in
contractu *Peregr. de Caſtr. deciſ.* 15. *nu.* 3. *Gamm.*
deciſ. 66. *n.* 3., & *deciſ.* 266. *n.* 2. *Fontanell. deciſ.* 64.
n. 11. *Souſa deciſ.* 29. *n.* 11., & 12. *Card. de Luc. de*
empt., & *vendit. diſcurſ.* 44. *n.* 9. *Rot. in Romana*
Læſionis 27. *Iunij* 1672. §. *informantes in fine coram*
clar. mem. Card. Taia, & dixi infra *ad ſtatut.* 154.
artic. 1. *n.* 12., & *artic.* 3. *n.* 266.

At quando eſt locus reſtitutioni fructuum in
caſibus prædictis, illi reſtituuntur, deductis prius
expenſis ab emptore factis in illorum recollectio-
196 ne, cum fructus non dicantur, niſi deductis prius
expenſis *ad l. fructus ff. ſolut. matrim.* cum cumu-
latis in his terminis per *Panimoll. deciſ. for. Eccleſ.*
54. *Annot.* 3. *n.* 14.

Quæ autem actio competat pupillo, vel minori
197 pro recuperatione rei nulliter alienatę, dic quod
actio ſpolij, & ſic reintegratio *Honded. conſ.* 23.
n. 37. & *infra*, & *n.* 55. *cum duob. ſeq. lib.* 2. *Cyriac.*
contr. 332. *n.* 3., & *infra*, & *nu.* 7. *Rot. deciſ.* 172.
n. 1., & *ſeq. lib.* 3. *coram Veral. deciſ.* 178. *num.* 6.
par. 7. *recen.*, *deciſ.* 261. *nu.* 7. *par.* 13. & *deciſ.* 12.
n. 2., & 3. *par.* 17.

198 Quinimmò competere etiam manutentionem
tenet *Rot. deciſ.* 547. *n.* 17. & 18. confirmata *deciſ.*
623. *n.* 22., & *ſeqq. par.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Et de nullitate tali caſu conſtare dicitur, & il-
lius exceptio admittitur in quocumque Iudicio,
quando alienatio eſt nulla, tam ex iuris, quàm ex
199 ſtatuti diſpoſitione. & de nullitate apparet ex
facie inſtrumenti *Gratian. cap.* 740. *nu.* 47., & 48.
Conciol. alleg. ciuil. 23. *nu.* 8., & 9. *Vrceol. conſult.*
forenſ. cap. 63. *n.* 27., & 28. *Rot. deciſ.* 178. *nu.* 13.
par. 7. *recen.*

Et quod non competat reintegratio, procedit,
200 ſi alienatio, ac translatio poſſeſſionis facta ſit
per tutorem legitimum, ſecus è contra, vide *Rot.*
deciſ. 93. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 322. *n.* 12. *par.* 14., &
plenè dixi *ad ſtat.* 151. *art.* 1. *n.* 51.

Fallit ſi contractus ſit nullus ex defectu con-
201 ſenſus, & ex falſitate cauſæ etiam in parte, cum
tunc detur reintegratio, vt dixi *ad dict. ſtat.* 151.
art. 1. *n.* 47. plenè *Rot. deciſ.* 251. *n.* 5., & *ſeq. p.* 6.
recen.

202 Fallit pariter, quando ſtatutum præſumit
dolum, & fraudem *Maceraten. var. reſol. lib.* 2.
reſol. 31. *n.* 36. *cum tribus ſeq.*

Similiter datur reintegratio ſi à ſtatuto ſit ad-
empta fides inſtrumento ſine ſolemnitatibus,
203 tunc enim ex illo non probatur fuiſſe præſtitum
conſenſum, nec translatam poſſeſſionem *Rot. de-*
ciſ. 93. *n.* 14. *verſic. ſed tamen par.* 2. *diuerſ.* & *deciſ.*
623. *n.* 23. *par.* 18. *recen.*

Et quidem ſi agatur de alienatione facta con-
tra formam præſentis ſtatuti, ego ſum in ſenſu,
quod competat reintegratio, dum enim ſtatutum
irritat alienationem factam non ſeruata forma,
ac ſolemnitatibus ab illo præſcriptis in illis ver-
bis -- *alioquin nulla, & inualida cenſeatur* -- ex hoc
habetur, quod annullauit omninò alienationem
204 per decretum irritans, & ſic nec voluit tranſ-
ferri poſſeſſionem, *Maceraten. var. reſol. lib.* 2.
reſol. 31. *n.* 32. *Noguerol. alleg.* 3. *nu.* 16. *Rot. deciſ.*
547. *n.* 17., & 18. confirmata *deciſ.* 623. *nn.* 24.,
& 25. *p.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Et licet *Rot.* in terminis huius *ſtat.* 113. *in recen.*
205 *par.* 1. *deciſ.* 628. firmauerit, minori non com-
petere reintegrationem, tamen *dicta deciſ.* pro-
dijt vnica parte informante, & non examinatis
verbis, ac mente ſtatuti, vt patet ex breuiſſimis
verbis deciſionis, & ſe fundauit ſuper *deciſ.* 93.
par. 2. *diuerſ.*, quæ non loquitur ſuper Statuto
Vrbis habente clauſulam irritantem alienatio-
nem factam ſine ſolemnitatibus ab eo præſcri-
ptis.

Et vlterius cum ſtatutum præſumat dolum, &
fraudem in contractu ſine ſolemnitatibus cele-
brato, ex hoc ſolum ob defectum conſenſus con-
206 ceditur reintegratio ex firmatis ſupra hìc *n.* 202;
vnde ſtat firma concluſio, quod in terminis huius
ſtatuti aduersùs alienationem nulliter factam
conceditur reintegratio.

Cæterum quando alienatio rerum ſtabilium,
pupilli, vel minoris ſit valida, vel nulla, & de
207 requiſitis pro illa ſuſtinenda videndi ſunt *Caſtil.*
quotid. contr. lib. 8. *cap.* 63., qui *n.* 3. refert cumu-
lum Doctorum loquentium de materia *Menoch.*
de arbitr. cap. 171. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 6.
Staiban. reſol. forenſ. 30., & 52. *de Marin. quotid.*
reſol. lib. 2. *cap.* 18. *Maretan.* plenè *diſput.* 71. *tom* 2.
Maceraten. var. reſol. lib. 2. *reſol.* 31. *Gobb. conſult.*
deciſ. 66. *Aliograd. Iun.* plenè *contr.* 7. 8. & 9. *Ba-*
ron. latè *de effect. minor. ætat. circa contract. effect.*
3. *ferè per tot. Ciarlin. contr. forenſ. lib.* 2. *cap.* 196.
& 217. *Afflict. deciſ.* 249. *Groſſ. de contract. minor.*
per totum tractat. plenè *Rot. deciſ.* 540., & 575.
coram Merlin. deciſ. 561. *coram Amat. Dunozett.*

De venditionibus à decoctis factis.

CAP. CXIV.

VEnditio, vel donatio, ſeu cuiuſcum-
que alterius generis alienatio facta
ab aliquo, qui dictus fuerit deco-
ctus, ſeù fallitus, vel ab vxore, nuru, vel alio
habente cauſam ab eo, de rebus, & bonis ipſius
decocti, ſimulata præſumatur, & præſertim ſi
alienans, vel decoctus poſt alienationem illa
poſſederit, vel alienatio in conſanguineum
facta fuerit, & vt ſimulata ſummariè, vt di-
ctum eſt ad cuiuſcumque intereſſe habentis
in-

Google

inſtantiam reuocetur. Idque locum habeat, ſiuè alienatio huiuſmodi facta fuerit antè, ſiuè poſt decoctionem, dummodò eo tempore facta, quo pro decocto communiter habebatur, licèt adhuc non latitaret, quod probari ſufficiat per publicam tantùm famam, & communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Materia decoctorum in tres articulos diuiditur.*

PRÆLVDIVM.

HOc ſtatorum voluit prouidere fraudibus decoctorum, dum venditiones, donationes, ac quaſcumque alienationes ab illis factas ſimularas declarat, & mandat reuocari, & quia noſtris temporibus, vel ob malos mores, vel miſerias ſæculi, decoctiones ſunt frequentes in graue Vrbis, & Orbis detrimentum, hinc ſuper materia decoctionis, ac decoctorum, ac contractuum ab illis factorum, quando nec ne ſubſiſtant, plura nedùm ad ornatum præſentis ſtatuti, ſed ſecundùm cenſuram Iuris Communis, hic adnotare volui, & vt clariori methodo materia frequens æquè, ac
1 vtilis perſtringatur, in tres articulos illa diuidetur.

In primo generaliter oſtendetur, quantum leges malè præſumant de decoctoribus, & ſimul ponetur, qui ſint nec ne decoctores, ac decoctioni proximi; & ex quibus concludatur, vel excludatur decoctio.

In ſecundo articulo diſcutietur, quando alienationes, contractus, confeſſiones, & alij actus geſti à decocto, vel decoctioni proximo ſint irriti, & habeantur pro ſimulatis, & factis in fraudem creditorum, & quando ſecùs; quando, & ex quibus habeatur, vel remoueatur ſimulatio, & fraus; & an requiratur ſcientia decoctionis in contrahente cum decocto ad irritandum contractum cum eo geſtum.

In tertio demùm aliqua deciſiuè tractabuntur; quando ille, qui acceptauit literas cambij teneatur illas adimplere, ſi illas ſcribens, antequàm fuerint completæ per acceptantem, euadat decoctus, & quid ſi decoctio mercatoris ſcribentis literas non erat detecta, ſed latens de tempore, quo illas ſcripſit; & è contra quando ſcribens ſemper teneatur ad reſtitutionem pecuniæ contentæ in literis cambij, quouſque Campſor, cui directæ ſunt literæ, illas non adimpleat; & oſtendetur, quod decoctio mercatoris, qui acceptauit literas cedit regulariter damno illas dantis, & non illius, qui dedit pecunias pro illis habendis. Demùm ad materiam regiſtrantur duo vota exarata ab Authore, dum iuridicundo præerat, in quorum primo deciditur, debitorem, qui dedit ordinem, ſeu mandatum de ſoluendo ſuo creditori directum mercatori, qui interim euaſit decoctus, debere pati damnum decoctionis, quando non adſit magna mora in recipiente mandatum de ſoluendo in procuranda exactione ordinis. In ſecundo oſtenditur, quando ſchedula *Pagherò* girata *per altr' e tanti*, ſi non exigatur à giratario, & interim debitor *Pagherò* fiat decoctus, damnum decoctionis debitoris girati, ſiue ceſſi ſit giratarij, ſeu ceſſionarij, vel potiùs cedentis, ſeu girantis.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Contra decoctores leges, & ſtatutum hic præſumunt fraudes, ac ſimulationes, & omne malum. Enucleatur materia decoctionis, & decoctorum, & quis dicatur decoctus, vel decoctioni proximus, & ex quibus probetur, vel excludatur decoctio.

SVMMARIVM.

2 *Decoctores, vel decoctioni proximi ſolent fraudes moliri ad fraudandos creditores, & num. 56.*
3 *Contra decoctores omnia iura clamant.*
4 *Valet conſequentia, eſt decoctor, ergo fraudator.*
5 *Præſumptio eadem vrget contra decoctores, & decoctioni proximos.*
6 *Decoctio non præſumitur, ſed debet ab allegante probari.*
7 *Decoctio, ceſſante periculo deceptionis creditorum, debet concludenter probari.*
8 *Tempus decoctionis debet probari de tempore actus, qui prætenditur geſtus à decocto.*
9 *Decoctor dicitur, qui non eſt ſoluendo, & qui vitio ſuo, vel partim ſuo, & partim fortunæ, foro cedit.*
10 *Decoctor dicitur, qui non poteſt ſatisfacere omnibus eius creditoribus.*
11 *Decoctio alicuius probatur per ſententiam, in qua fuit declaratus decoctus.*
12 *Probatur ex Statuto Vrbis per publicam vocem, & famam.*
13 *Ex ceſſatione rationis bancariæ, & ex quo decoctus ſe abſentauit.*
14 *Ex inuentario bonorum, ac illorum ſequeſtratione facta ad inſtantiam creditorum.*
15 *Probatur ex latitatione intùs Eccleſiam.*
16 *Sola latitatio in Eccleſia facta abſque animo fraudandi non ſufficit.*
17 *Probatur decoctio, ex quo taberna negotij totaliter ceſſauit.*
18 *Probatur ex quo contra aliquem fuerunt productæ diuerſæ literæ cambij proteſtatæ ob impotentiam ſoluendi, ſed declaratur n. 141.*
19 *Probatur, ex quo aliquo defuncto, nemo voluit eſſe illius hæres.*
20 *Ex quo Executor retulit non inueniſſe bona pro facienda executione.*
21 *Probatur etiam decoctio ex ceſſione facta bonis.*
22 *Probatur per teſtes deponentes ſuper magna paupertate, & quod famè quis periſſet, niſi alimenta præſtitiſſent conſanguinei, & ex latitatione.*
23 *Statuta dantia formam ſuper probanda decoctione ſeruanda ſunt.*
24 *Decoctio non dicitur probata ex Saluo conducto, vel Non grauetur, & n. 25.*

26 *Nec probatur ex ſententia prolata fauore vxoris ſuper vergentia viri ad inopiam quoad alios creditores.*

27 *Decoctio ceſſat, ſi aliqua bona remanſerunt in adminiſtratione illius, qui prætenditur decoctus, & quando ſecùs n.28.*

29 *Decoctio ceſſat, ex quo quis comparuit in foro, literas cambij acceptauit, & cum multis palàm contraxit.*

30 *Decoctus non dicitur, qui publicè negotiatur.*

31 *Decoctio probatur, vel excluditur iuxtà pondus probationum hincindè factarum.*

32 *Decoctioni proximus quis dicatur, referuntur opiniones. & quod in hoc præualet Iudicis arbitrium, & num.33.*

34 *Decoctores fraudolenti, ſeu veriùs latrones qui ſint.*

35 *Decoctores doloſi tamquàm fures, & latrones deberent puniri pœna furcarum.*

36 *Decoctores doloſi ſunt peiores latronibus.*

37 *Pœna vltimi ſupplicij per Beatum Pium V. inflicta decoctoribus doloſis non obſeruatur.*

38 *Decoctores doloſi deberent poni in certis locis publicis, vt omnibus innoteſcerent.*

39 Cardinalis de Luca *vir magni ingenij reijcitur ſimul, & excuſatur n.54.*

40 *Decoctores fraudolenti non gaudent immunitate eccleſiaſtica, ſecundum* Cardinal. de Luc., *& num. 41.*

42 *Contrarium defenditur, & reprobatur* Card. de Luc., *& n.46., & 47.*

43 *Conſtitutio B. Pij V. contra decoctores non tollit eiſdem immunitatem eccleſiaſticam.*

44 *Conſt.7. Gregorij XIV. immunitatem eccleſiaſticam non abſtulit decoctis.*

45 *Conſtitutio Gregoriana certos præſcripſit caſus immunitate non gaudentes, extrà illos non ſit extenſio ad caſus æquipollentes, & num.47. 48., & 50.*

49 Franceſ. de competen. Iuriſdict. quæſt.82. n.9., & ſeq. *reijcitur, & n.50.*

51 *Conſt. 7. Gregorij XIV. per viam comprehenſionis poteſt extendi ad caſus ſimiles reducibiles ad comprehenſos in ipſa Conſtitutione.*

52 *Immunitate eccleſiaſtica, quoad bona transportata intus Eccleſias, quando decoctores gaudeant nec ne.*

53 *Super immunitate eccleſiaſtica ſtatuere ſpectat ad ſolum Papam.*

2 DEcoctores, vel falliti, & decoctioni proximi
ſolent omnia gerere plena fraudibus, & ſi-
mulata ad fraudandus creditores, *Vrceol. de tran-*
ſact. quæſt.34.n.4. in fine, Adden.ad deciſ.16.n.119.
& 131. part.8. rec. Rot. deciſ.345.num.12. part.5.,
deciſ.219.num.12., & 13.par.15., & coram Amat.
Dunozett. deciſ.940. n.14.
Vnde contra decoctores omnia iura clamant,
vtpotè doloſos, fraudum machinatores, & vti
3 ſemper excogitantes malas artes, cum quibus
creditores decipiant, *Caſtald. conſult. forenſ. 136.*
n.6., & conſult.137.n.1., Rot. Ianuen. deciſ.2.n.34.
Quinimmò valet conſequentia eſt decoctor,
4 ergo fraudator *Bald. conſ.382. n.19., & 20. lib.5.*
Decian. reſp.81.n.56.lib.4. Cyriac.contr.84. nu.13.,
Vela diſſert.38.n.76.verſ.quod maximè, Caſtald.dict.
conſult.136.n.1.
Quod procedit nedùm in decocto, ſed in deco-
5 ctioni proximo, proùt loquitur ſtatutum hic, &
idem eſt de iure, *Decian.reſp.81. nu. 56. verſic. ex*
quibus colligitur lib. 4. Merlin. Pignatell. contr. fo-
renſ.centur.1.cap.11.n.16.Tondut.reſol. ciuil. part.1.
cap.72.n.1., & 3. Rot.deciſ.245.n.12.par.5. rec., &
deciſ.219.n.12.par.15.
At decoctio, præcipuè ſi agatur de præiudicio
tertij, qui contraxit cum illo, qui prætenditur
decoctus, & quod propterea non potuerit con-
6 trahere, non præſumitur, ſed debet probari ab al-
legante *Vrceol. de tranſact. quæſt. 34. nu.11. Palm.*
Nepos alleg.74. n.56., Rot. deciſ.2041. nu.3., & 4.
coram Coccin. deciſ.188. n.12. & 13., & deciſ.265.
n.25. par.11. rec., deciſ.229. n.8. cum duob. ſeqq.,
7 *& deciſ.455.n.4., & 5.par.18.*; & quidem debet
probari concludenter, ceſſante periculo deceptio-
nis creditorum, *Rot. deciſ.578.n.5.coram Merlin.*;
& ampliùs ad hoc vt geſta de tempore proximo
8 decoctioni dicantur facta in fraudem debent per-
cutere tempus decoctionis, *Rot. deciſ.85. num.13.*
part.15. rec., & in Bononien. literarum Cambij 29.
Iunij 1690. §. final., & 27.Februarij 1692., §. neque
plus coram R.P.D.Vrſino.
Decoctor autem dicitur ille, qui non eſt ſoluen-
9 do, & qui vitio, vel ſuo, vel partim ſuo, partim
fortunæ foro cedit *Gargiar. conſ.95. num. 120.,*
& 123.lib.1.Thor. in Cod.rer.iudic.caſ.55.n.2., Pi-
gant.ad Stat.Ferrar.Rubr.24.n.2.
Secundò dicitur decoctor, ſeu decoctus, qui
10 notoriè non eſt ſoluendo omnibus ſuis credito-
ribus, *Gargiar. dict. conſ.95. nu.124., Thor. alleg.*
caſ. 55. num.4. Caball. reſol. crimin. caſ.105. nu.7.
11., & 12.
Tertiò, quis probatur decoctus ex ſententia,
11 per quam fuit declaratus talis, *Rot.deciſ.615. n.8.*
coram Rembold.
Quartò, ex ſtatuto noſtro hic probatur per pu-
blicam vocem, & famam, & communem opinio-
12 nem, vt de ſimili Statuto Bononiæ teſtatur, *Rot.*
dict. deciſ.615. nu.9. coram Rembold., & deciſ.503.
n.6. par.14. rec.
Quintò, ex quo ratio bancaria mercatoris ceſ-
ſauit, & hic ſe abſentauit, & tali caſu, ſtante no-
13 torio, non requiritur ſententia declaratoria Iu-
dicis ſuper decoctione, *Pigant. ad Statut. Ferrar.*
Rubr.24. num.3. verſic. benè facit, Caball. reſolut.
criminal. caſ. 105., Rot. deciſ. 14. num. 2. part. 2.
recentior.
Sextò, probatur ex inuentario bonorum, eo-
rumque ſequeſtratione iudicialiter facta ad in-
ſtantiam creditorum, cùm habeat eamdem vim,
14 quoad decoctionem, ac ablationem bonorum,
prohibitio adminiſtrationis, *Vrceol. de tranſact.*
quæſt.34.n.12.Rot.deciſ.2326.n.8.coram Coccin.
Septimò ex confugio, & latitatione intùs Ec-
15 cleſiam, *Vrceol.alleg.quæſt.34.n.13.Rot.deciſ.2326.*
n.9. coram Coccin.
Sed ex ſola latitatione in Eccleſia (ſi non ſit
facta animo fraudandi creditores, quinimmò
dum erat in Eccleſia, tractauit cum ſuis credito-
ribus, & palàm, ac publicè mercaturam, & nego-
ciationem continuauit) non probatur, quem eſſe
16 fallitum, vel decoctum, *Rot. Ianuen. deciſ. 168.*
n.15., quam ſequitur Tondut. reſol. ciuil.72. nu.11.
cum duob. ſeq. p.1.
Octauò, ex quo ceſſauit in omnibus, & per
omnia

17 omnia taberna negocij dict. Vrceol. nu. 14. Rot. de-
ciſ. 2326. nu. 9. coram Coccin.; cùm pro decoctione
non ſufficiat ſola clauſura banchi, ſed requiratur
vlterius ceſſatio ſatisfaciendi creditoribus, Vr-
ceol. ibidem num. 15. Rot. deciſ. 76. num. 6. part. 15.
recentior.

Nonò dicitur decoctus, vel decoctioni proxi-
mus ille, contra quem producantur plures literæ
18 cambij proteſtatæ, & non ſolutæ ob impoten-
tiam, ex illo enim tempore dicitur quis non ſol-
uendo, Franc. Rocc. reſp. legal. 10. nu. 10. lib. 2. Rot.
deciſ. 503. n. 7. par. 14. rec. declara tamen prout in-
frà hic num. 141.

Decimò, decoctio alicuius probatur, ex quo eo
defuncto, nullus voluit eſſe illius hæres, & pro-
19 pterea fuit deputatus Curator eius hæreditati
iacenti Rot. deciſ. 97. n. 11. par. 15. rec.

Vndecimò, ex diligentijs factis per Executo-
res de inueniendo bona pro facienda executione,
20 & ex relatione facta, quod illa non inuenit, Rot.
deciſ. 74. n. 2. verſic. vltrà quod par. 2. rec.

Decimoſecondò probatur ex ceſſione bonorum
21 ab aliquo facta, cùm hæc non concedatur ſine
probatione inopiæ, Rot. deciſ. 284. n. 8. coram Royas
repetita deciſ. 136. apud Poſt. de ſubbaſt.

Decimotertiò probatur ex pluribus mandatis
relaxatis contra aliquem, ex fide executoris,
quod non fuere inuenta bona, ſuper quibus po-
tuerit fieri illorum executio, ex deputatione Cu-
ratoris facta eius hæreditati iacenti, ex proba-
tione facta per teſtes, quod quis deceſſit pauper-
22 rimus, & non ſoluendo, & quod dum viuebat,
latitabat. nec de proprio habebat vnde viuere
poſſet, niſi fuiſſet alimentatus à conſanguineis,
& ex publica voce, & fama, plenè Rot. deciſ. 284.
n. 10. coram Royas.

Aduerte tamen, quod quando adſunt ſtatuta
determinantia, quando quis dicatur decoctus,
23 ſeruanda eſt forma, & lex ab illis præſcripta, Vr-
ceol. de tranſact. quæſt. 34. n. 17. Rot. deciſ. 76. nu. 4.
par. 15. rec.

Non dicitur tamen decoctio concludenter pro-
24 bata ex ſolo Saluo Conducto, ſeu Non grauetur
obtento Vrceol. ibidem n. 16., Rot. deciſ. 85. n. 18.,
25 & 19. par. 15. rec., vbi quod etiam diuites bona
poſſidentes illis vtuntur, quando non habent pe-
cuniam in promptu, nec proindè dicuntur de-
cocti.

Nec ex ſententia lata ad inſtantiam vxoris ſu-
per vergentia viri ad inopiam, cùm talis ſenten-
26 tia alijs creditoribus non præiudicet, Rot. deciſ.
227. n. 9., & 10. part. 11. rec.; & quia vt dixi ad
Stat. Vrb. lib. 1. cap. 139. mulier pro obtinenda
aſſecuratione dotis non debet expectare realem
decoctionem mariti, & quod hic priùs omnia
diſperdat.

Prout decoctio excluſa remanet, ſi appareat,
quod aliqua bona remanſerunt in adminiſtratio-
27 ne illius, qui prætenditur decoctus Rot. deciſ. 406.
n. 10., & 11. coram Gregor., & deciſ. 365. num. 26.
part. 11. recent., vbi quod decoctio ceſſat ex di-
cta adminiſtratione, & ex quo quis nunquam
foro ceſſit, nec omnia eius bona fuere aſſignata
creditoribus.

Hoc tamen declara procedere in formaliter de-
cocto, ſecùs ſi agatur de illo, qui eſt proximus
decoctioni, nam ex quo retinet aliqua bona pe-
28 nès ſe, non ob hoc ceſſat decoctio, & habetur pro
decocto, ſi ex alijs, de quibus infrà art. 3. à n. 145.,
appareat de latenti decoctione.

Quando verò agitur de mercatore, qui poſt
ſcriptas literas cambij comparuit in foro publi-
co, literas cambij acceptauit, & cum multis pa-
làm contraxit per multos dies, ex hoc excluditur
29 decoctio, cùm decoctus dicatur, qui non com-
paret, ſed latitat, & foro cedit Surd. conſ. 538. n. 38.
lib. 4., Gratian. cap. 391. nu. 18. 19., & 34. Rot. Ia-
30 nuen. deciſ. 168. nu. 5., & ſeq. cùm decoctus non
dicatur, qui publicè, & palàm negociatur Palm.
Nep. alleg. 74. n. 56.

Inſurgit ex prædictis, decoctionem concludi,
31 vel excludi ex probationibus hincindè factis pro
illa probanda, vel excludenda, de quibus plenè
Caball. reſol. crimin. caſ. 105. Tondut. reſolut. ciuil.
par. 1. cap. 72., Mart. vot. Piſan. 48., Rot. benè de-
ciſ. 284. coram Royas; at in conflictu probationum,
& in dubio iudicandum pro non decoctione, ex
quo hæc non præſumitur ex ſupra firmatis.

Quia dictum fuit, idem eſſe iudicium de pro-
ximè decocturo, ac de decocto, non conueniunt
ſcribentes, quando quis dicatur decoctioni pro-
32 ximus, vt videre eſt apud Valeron. de tranſact.
tit. 4. quæſt. 8. n. 39., Vrceol. eodem tract. quæſt. 34.
n. 9. Card. de Luc. de Regal. diſc. 115. num. 11.; alij
quippè tenent, tempus decoctioni proximum eſſe,
ſi ſit ſubſecuta poſt biduum, vel triduum à die ce-
lebrati contractus, vel actus geſti Gratian. cap. 768.
n. 10., Valeron. dict. quæſt. 8. nu. 39. Gizzarell. de-
ciſ. 59. nu. 13.; alij poſt decem, vel quindecim
dies, Gratian. cap. 768. num. 10. Vrceol. de tranſact.
quæſt. 34. n. 5., Rot. deciſ. 9. nu. 2. coram Buratt., &
deciſ. 295. num. 15. par. 15. recen.; alij vſque ad vi-
ginti dies, Franc. Rocc. reſp. legal. 10. nu. 16. lib. 2.;
& alij, quod ad ſummum tempus quindecim dic-
tum poteſt dici proximum, Rot. deciſ. 85. num. 14.
par. 15. recen.

At in huiuſmodi opinionum conflictu verior
eſt ſententia, quod circa tempus id totum remit-
tatur arbitrio Iudicis, qui conſiderabit, nedum
tempus circa decoctionem, cum ex ſola breuitate
temporis actus geſti paulò ante decoctionem non
poſſit præſumi dolus, & fraus in contractu, ac
actu geſto, ſed ſimul inſpiciet qualitatem antece-
33 dentium, & ſubſequentium, ac alias facti circum-
ſtantias eius arbitrio examinandas à ſolo tempo-
re non deductas, Valeron. de tranſact. dict. quæſt. 8.
n. 39., Vrceol. eodem tract. quæſt. 34. n. 9. Carlenal.
de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 6. n. 34., Cardin.
de Luc. de Regal. diſc. 115. n. 11., & de Credit., &
Debit. diſc. 10. n. 13.. Gratian. cap. 768. n. 10., vbi
quod verba ſtatim, vel proximè decocturo in hac
materia verificantur in pluribus diebus arbitrio
Iudicis.

Sed aduerte hic, quod ſi mercatores pecunijs
mutuò acceptis, vel exactis literis cambij, vel re-
ceptis mercibus, cum luxu, & prodigalitate ma-
gnam partem profuderint, & poſteà pecunias,
merces, bona, ac libros negocij ſecùm aſportan-
do ad Eccleſiam confugiant, vel ad alia loca tuta
ſe recipiant, vt creditores fatigatos, ac de eorum
credito conſequendo deſperatos ad iniquas con-
ditiones, & pactiones inducant, iſti non dicun-
34 tur ſimplices decoctores, cùm reuerà ſint ſoluen-
do, ſed potiùs ſunt latrones, ac publici commer-
cij

cij proditores, *Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr.* 24.
*n.*2. *circa medium*, plenè *Seſſe deciſ.*: *Aragon.* 102.,
ideò rales decoctores, tanquam doloſi, & verius
fures, ac latrones, deberent puniri pœna ordina-
35 ria furcarum inflicta per *Conſtit.*113. *Beati Pij V.*
*Bullar. nou. tom.*2. *Add. ad deciſ.*16. *n.*150., *& infrà, & à n.*165. *ad* 169. *par.*8. *recen*, *Card. de Luc.*
*de Credit., & Debit. diſc.*120. *num.*9.; & de ſimili
Conſtiturione in Cathalonia vigente teſtatur,
*Fontanell. deciſ.*241. *n.*2., *&* 3., *& deciſ.*242. *n.*5.,
& 6.

Et quia dicta pœna vltimi ſupplicij à Conſtitutione Piana inflicta contrà huiuſmodi doloſos
decoctores, ſeu verius latrones, imò peiores, vt
36 per optimas rationes, ac eruditè probat *Manfrell.*
ad Capic. Latr. deciſ. 196. *num.*27. *cum duob. ſeq.*,
Gambacurt. de Immunit. Eccleſ. cap. 15. *n.*4. (cum
latrones ſint in latrocinijs perpetrandis tot periculis vitæ obnoxij) non practicetur, ideò in Alma
Vrbe, & alibi in Ditione Temporali Status Eccleſiaſtici videmus in dies decoctiones doloſas
cum magno creditorum, & Reipublicæ detrimento, & propterea optimum eſſet, quod teme-
37 dium ſalubre tanto malo paratum à Beato Pio
V. iure poſtliminij ad antiquam praxim reduceretur, & vtinam his temporibus ſeruaretur, quod
antiquitus Romæ practicabatur contrà tales decoctores, quod ſcilicèt ponerentur in certo loco
præſcripto in ſpectaculis publicis, vt inſignes omnibos apparerent, etiamſi infortunio aliquo, non
38 nequitia decoxiſſent, vt norat *Caluin. in lexicon.*
Iur. verbo decoctores il '2.

Verùm nota hic vnum ad materiam neceſſa-
39 tium, quod malè *Card. de Luc.* (vir alioquin doctiſſimus, & feraciſſimi ingenij, ac ſimul ſumma integritate præditus, vt viderunt omnes proprijs oculis) *de Credit., & Debit. diſc.* 78. *n.*16. *ex*
40 *alleg. Conſtit.*112. *Beati Pij V.* dicit, ex illa rationabiliter deduci, tales decoctores fraudolentos
non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & *diſcurſ.*
120. *n.*9., *& de Dote diſcurſ.* 204. *n.*7. *in Supplem.*
*par.*2. *tom.*16., vbi conqueritur, quod ex indiſcreto zelo motalium, & Canoniſtarum eſt hodie firmatum, ex *Conſt.*7. *Gregorij XIV.* exceptuante
caſus immunitate Eccleſiaſtica non gaudentes,
decoctores illa gandere, & quod propterea hæc
41 remanet præſidium iniquitatis, & fomentum
fraudis, in perniciem creditorum, quo nihil abſurdius, vel deteſtabilius, vt dicit *de Luc.*, & non
diſſimilem ſenſum habet *Io: Anton. Cauch. in ſua*
alleg. impreſſ. apud Groſs. ad Conſt. Pragmat. Comitij Caſtrenſ. §. 40. §. *rursùs dicerem & ſeq. fol.* 362.

At pace tanti viri doctrina non minus, quàm
42 purpura Eminentiſſimi, & ad illam ob eius ſingularem doctrinam, & in iuſtitia adminiſtranda
ſummam integritatem euecti, ne à veritate, cuius
ſum cultor, deflectam, conſtanter teneo, tales decoctores gaudere immunitate Eccleſiaſtica ſummo iure, non autem ex zelo indiſcreto motalium
& hoc congruit verbis, & menti *Conſt.* 7. *Gregorij XIV.*

Conſtitutio quippè *Beati Pij V.* 113. contrà
43 decoctores fraudolentos ædita non tollit decoctoribus immunitatem Eccleſiaſticam, ſed ſolum
illis ſtatuit pœnam vltimi ſupplicij, & illos equiparat furibus, vndè dum poſtea ſuperuenit *Conſt.*
7. *Gregorij XIV*, dans normam caſibus, in quibus
44 Rei gaudere non debeant immunitate Eccleſiaſtica, & exceptis delictis in ipſa Conſtitutione
expreſſis, mandet in reliquis, non attentis varijs
Indultis, Priuilegijs, ac Literis Apoſtolicis ſuper licita extractione Reorum, & ſignanter Pij V.
ſuper extractione decoctorum, & in alijs certis
caſibus permiſſa, Reos in omnibus delictis gaudere debere immunitate, prohibita extenſione ad
alia delicta *etiam ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſarijs, & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis*
extenſis -- ſunt verba Conſtitutionis Gregorianæ
in §. *hac itaque*; ideò etiamſi *ex Conſtit.*112. *Beati*
Pij V. aliquid fuiſſet ſtatutum ſuper immunitate
Eccleſiaſtica deneganda decoctoribus doloſis, ac
fraudolentis, quod negatur, adhuc fuiſſet moderata per Conſtitutionem Gregorianam, quæ decoctores non excipit ab immunitate, & dum prohibet omnem extenſionem etiam ad caſus ſimi-
45 les, & æquipollentes, non poſſunt immunitate
dici priuati decoctores benè *Fagnan. in cap. inter*
alia n. 57. *&* 58. *de Immun. Eccleſ. in* 3. *par.* 2. *lib.*
decretal. Farinace. conſ. 76. *n.*9. *ad* 13. *lib.* 1. *Flau.*
Cherubin. in Schol. ad dict. Conſt. 112. *Beati Pij V.*
*Schol.*2., vbi dicit vlterius, quod Pius, decoctores
46 aſſimiliauit furibus quoad pœnam vltimi ſupplicij, & fures longè differunt à publicis latronibus exceptis in Conſtitutione Gregoriana hodie
47 attendenda, & idem tenent *Gratian. cap.*380. *n.*
29. *& infrà*, *Caſtropal. oper. moral. tom.*2. *de reuerent. debit. loco ſacr. diſput. vnic. punct.*8. *num.*6.,
*Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. tom.*2. *cap.* 11.
dub. 11. *ſect.*6., *Dian. oper. moral. tom.* 9. *tract.*1.
*reſol.*61., vbi dicit, poſt Conſtitutionem Gregorianam hanc opinionem eſſe certam, *Ambroſin. de*
Immunit. Eccleſ. cap 13. *n.*4. *in fine*, & hoc idem
firmant relati per *Donat. de Immun. local. reſol.*93.
*n.*4., *Fontanell. deciſ.* 242. *n.*8. *&* 9., vbi quod in
Cathalonia talis opinio recepta eſt, *Cortiad. deciſ.*
70. *per tot.*, & ſignanter *num.*16., vbi quod hæc eſt
verior opinio.

Et cum *Conſtitutin Gregoriana in* §. *vt laicis* excludat ab immunitate publicos latrones, qui publicè latrocinia, & graſſationes in vijs, ac locis
frequentatis committunt, ac viatores ex inſidijs
aggrediuntur, non poteſt extendi ad decoctores
48 fures non veros, nec publicos latrones, & velle
illos tales prætendere, hoc eſſet per meram extenſionem, quæ per Conſtitutionem Gregorianam
remanet prohibita *Fagnan.*, vbi proximè *n.*58. *Peregr. de Immunit. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 21., *Dian. oper.*
*moral tom.*9. *tract.*1. *reſol.* 81. *circà finem Sperell.*
*deciſ.*83. *n.*16.

49 Non obſtat *Franceſ. de competen. Iuriſd. qu.* 82.
*n.*9. *& ſeq.*, qui ex allegata *Conſtitutione* 112. *Beati Pij V.* defendit, decoctores haberi pro latronibus, & proditoribus, & ſic non gaudere immunitate Eccleſiæ, nam *Franceſ.* decipitur in intellectu Conſtitutionis Pianæ, dum hæc *in* §. *nos*
præmiſſa illos aſſimilat furibus, ſolùm quoad pœnam vltimi ſupplicij ibi -- *& ea qua fures ipſi* -- &
licet in medio *dicti* §. *nos præmiſſa* addat -- *furibus, & latronibus ſimiles eſſe* --, attamen in diſpoſitiua, quando ſtatuit pænam decoctoribus, ſe
reſtringit ad pœnam furium, & quod vti fures puniantur; & ampliùs verbum *Latrones* non habet
additum verbum *publici*, & ſic Beatus Pius ſub
vtr-

verbo *Latronibus* addito *furibus* voluit intelligere
de furibus inſignibus, non autem de publicis La-
tronibus, quos ſolùm ſpecificè poſtea excepit *Con-
ſtitutio Gregoriana*, & in reliquis derogauit omni-
bus alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſi-
gnanter prædictæ Pij V. contra decoctores editę.
Et amplius ratio allegata per *Franceſ.* ibidem
50 *n.* 25. (quod aliàs ſolùm in caſibus enumeratis
in Conſtitutione Gregoriana denegaretur immu-
nitas, & non in alijs compræhenſionem vniuocam
habentibus cum illis, quod eſſet abſurdum, ex
quo plures alij caſus in præfata Gregoriana non
expreſſi veniunt per extenſionem) non ſubſiſtit,
& eſt prorsùs falſa, & contraria præciſis verbis
Gregorianæ expreſsè excludentibus extenſionem
ex identitate, vel etiam maioritate rationis, vt
præter alios ſuprà allegatos plenè firmat *Faguan.
in allegat. cap. inter alia num. 51. ad 55. de Immun.
Eccleſ.*
Nec refert, quod ſi non eſt permiſſa extenſio,
non ſit tamen prohibita comprehenſio caſuum
ſub exceptis à Conſtitutione Gregoriana com-
51 præhenſorum ex traditis per elaboratum *Bonden.
Collect. legal.* 40. *n.* 58. *& ſeqq.*, ſiquidem ipſemet
Bonden. n. 55. agnoſcit, non eſſe in hac materia
locum alicui extenſioni ex identitate, vel maiori-
tate rationis, & licèt comprehenſionem admittat
in certis caſibus, id tamen euenit, quia ſunt re-
ducibiles ad caſus in Gregoriana expreſſos, non
per viam extenſionis, ſed comprehenſionis; at
quod decoctores doloſi non gaudeant immunita-
te, non eſt per viam comprehenſionis, dum ſub
nomine publicorum latronum, de quibus loqui-
tur Gregoriana, non poſſunt venire ex identitate
rationis, licet & hæc ceſſet; etſi vellemus dicere,
quod non gaudent, hoc eſſet per extenſionem,
à Gregoriana prorsùs denegatam, & ſimiles reſ-
ponſiones benè applicantur *allegat. Cauchi.*, cum
motiua in illa adducta reducantur ad illa, quæ
fuere conſiderata per *Franceſ.*, *& Card. de Luc.*
Non officiunt prædictis reſolutiones *Sac. Con-
52 gregat. Immun. Eccleſ.* allegatæ per *Donat. de Im-
mun. locali cap.* 93. *n.* 6. *&* 7., ex quibus habetur,
decoctores fraudolentos cum bonis ad Eccleſias
confugientes non debere in illis per multum
tempus tolerari, quia ſuper talibus reſolutioni-
bus, dum non exhibentur ſubſcriptæ per Cardi-
nalem Præfectum, vel Secretarium Congregatio-
nis, non eſt dicto Doctori credendum; & nihilo-
minùs reſpondetur, quod ex declarationibus per
ipſum *Donatum ibidem nu.* 7. relatis non probatur
eius intentum, dum ſolum in illis dicitur, quod
decoctores in fraudem, & præiudicium credito-
rum non debent res, & bona ad Eccleſias tranſ-
portare, ſed illa Iudici ſeculari conſignanda ſunt,
vt ea, cui de iure adiudicet, ſed nihil dicitur de
perſona decocti, & ſolùm bona cum licentia Sa-
cræ Congregationis extrahuntur; quinimmò *Do-
nat. in fine nu.* 7. ſuis armis ſe iugulat, dum refert
declarationem eiuſdem Congregationis in vna
Panormitana de anno 1627., in qua fuit dictum,
debitorem decoctum gaudere immunitate, ex quo
confugit ad Eccleſiam, ſed facto verbo cum San-
ctiſſimo fuit præfixus terminus trium menſium
ad effectum concordandi cum creditoribus, aliàs
non extraheretur, ſed expellatur facto illius Recto-
ris, ex qua reſolutione Congregationis, & decla-
ratione ſucceſſiua Papę, digito demonſtratur,
decoctores gaudere immunitate Eccleſiæ, dum
Papa in tali caſu noluit tollere immunitatem,
proùt ſi volebat poterat (dum ad ipſum ſpectat
53 ſtatuere, ac iudicare de immunitate Eccleſiæ
ad text. in cap. 1. *de Conſtit. Mar. Ital. de Immun.
Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. § 1. *num.* 3. *Flan. Cherubin. in
compend. Bullar. ad Conſt.* 7. *Gregorij XIV. Schol.* 2.
in fine) ſed in caſum non concordatorum credi-
torum noluit extrahi, & priuari immunitate,
Eccleſiæ, ſed ſolùm quod facto Rectoris Eccleſiæ
particularis expelleretur.
54 Cæterùm parcendum *Cardinali de Luca*, qui
in hac materia contrà decoctores ſcripſit ex puro
zelo, & ex bono corde erga publicum bonum,
quod labefactari credebat per putridam fecem
decoctorum cum fraude, & ideò non curauit ex-
aminare veritatem opinionis pro immunitate
decoctorum, quæ illis ex firmatis competit ex ri-
gore iuſtitiæ, & ex præciſa *Conſtitutione Gregoria-
na*, non autem ex opinione indiſcretorum mora-
lium, vt dicit *idem de Luca*.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Contractus, alienationes, ac actus geſti quo-
modocumque à decocto, vel decoctioni pro-
ximo quando ſint irriti, & tanquam facti à
decoctis habeantur pro ſimulatis, & ex qui-
bus excludatur ſimulatio, & fraus.

SVMMARIVM.

55 *Alienationes factæ à decocto, vel proximo deco-
ctioni non præiudicant creditoribus & num.* 56.
& 89.

57 *Alienationes factæ à decoctis reuocantur tanquàm
nullæ, licèt iuratæ.*

58 *Idem procedit in alienationibus factis à decoctioni
proximis.*

59 *Idem procedit in contractibus geſtis à decoctioni
proximo.*

60 *Decoctioni proximus quis dicatur de iure, & ex
ſtatuto hic.*

61 *Geſta à decocto ad hoc vt reuocentur tanquàm
fraudi obnoxia, debent eſſe facta tempore deco-
ctionis, vel paulò antè.*

62 *Alienationes factæ à decocto, vel decoctioni proxi-
mo minùs præiudicant, ſi appareat ex coniecturis
de fraude.*

63 *Fraus, & ſimulatio tali caſu probatur coniecturis
& n.* 65.

64 *Coniecturæ probantes fraudem probant etiam ſimu-
lationem.*

66 *Simulatio probatur lenioribus coniecturis, & præ-
ſumptionibus & n.* 72.

67 *Simulatio data cauſa ſimulandi probatur per duas
coniecturas, vel ad ſummum tres arbitrio Iudi-
cis & n.* 68.

68 *Simulatio, & fraus in alienationibus decocti pro-
batur per Teſtes ſingulares.*

69 *Probatur per teſtes minùs idoneos, familiares, ac
nego-*

negociorum geſtores, & numer. 70.

71 *Cauſa ſimulandi in alienationibus factis à decocto, vel decoctioni proximo, ſat eſt, quod deducatur facta animo fraudandi.*

73 *Fraus, & ſimulatio alienationis deducitur, ex quo alienans poſt venditionem remanſit in poſſeſſione bonorum venditorum.*

74 *Procedit concluſio licèt in contractu adeſſet clauſula conſtituti.*

75 *Fraus, ac ſimulatio arguitur, ex quo alienatio facta fuit in perſonam ſanguine coniunctam.*

76 *Pariter ex venditione facta viliori pretio, etiam non data ſcientia decoctionis in emptore.*

77 *Similiter ex alienatione omnium, vel maioris partis bonorum.*

78 *Pariter ex quo poſt alienationem alienans locauit rem alienatam.*

79 *Prout ſi poſt alienationem bona remanſerunt deſcripta in Cataſtro ſub nomine alienantis.*

80 *Et ex quo pretium rei venditæ ſtatim fuit à venditore reſtitutum emptori.*

81 *Et ex quo venditor fuit eadem die venditionis conſtitutus ab Emptore procurator ad exigendos fructus rei venditæ.*

82 *Item ex confeſſione partis emiſſa ſuper ſimulatione.*

83 *Item ex datione in ſolutum facta pro debito inſubſiſtente.*

84 *Item ex datione in ſolutum certi corporis pro pretio incerto, & prò debito in certa quantitate non firmato.*

85 *Super coniecturis, & præſumptionibus ſimulationis, & fraudis vide Doctores, ac deciſiones remiſsiuè.*

86 *Simulationis exceptio, ſi ſit turbida, reijcitur ad peritorium, & interim datur manutentio poſſeſſori.*

87 *Et in terminis huius Statuti, quod debeat procedi per viam reuocationis, & petitionis.*

88 *Clauſula* ſummariè *quid importet.*

90 *Alienatio facta à decocto in tertium ex titulo oneroſo ad hoc vt reuocetur, debet probari ſcientia decoctionis in emptore.*

91 *Et talis ſcientia debet probari certa, cum dubietas decoctionis ſufficiat.*

92 *Scientia decoctionis probatur, quando quis in publicis Nundinis fuit declaratus decoctus ex illius fuga.*

93 *Ex cohabitatione decocti cum eo, qui cum illo contraxit, & ex ſanguinis coniunctione.*

94 *Scientia decoctionis ex ſtatuto hic non requiritur.*

95 *Decocti, ac decoctioni proximi de iure communi nihil agere poſſunt in præiudicium creditorum.*

96 *Per decoctionem perdunt ius adminiſtrandi, ac omnia illorum iura tranſeunt ipſo iure in creditores.*

97 *Confeſsio decocti non præiudicat creditoribus etiã futuris.*

98 *Idem dic de proximo decoctioni.*

99 *Maximè ſi confeſsio ſit inueriſimilis.*

100 *Confeſsio decocti præiudicat, ſi appareat de illius veritate, & de debito antecedenti contento in apochis, & alijs ſcripturis, ex alijs coniecturis.*

101 *Non poteſt decoctus præiudicare creditoribus per recognitionem ſcripturæ priuatæ.*

102 *Nec poteſt debita fingere etiam per viam recognitionis bonæ fidei.*

103 *Nec poteſt gratificari ſoluendo, vel pignorando vni creditori potiùs, quam alteri, & n.104.*

105 *Solutio facta à decocto per viam gratificationis, reuocatur vti facta mala fide.*

106 *Contrarium tenent alij, ceſſante dolo in creditore poſteriore, cui fuit facta ſolutio & n.108.*

107 *Declara, primam opinionem procedere, ſtante dolo, ac mala fide, ſecundam ceſſantibus illis.*

109 *Solutio facta per decoctum antè duos menſes non reuocatur.*

110 *Debita contracta à decocto non probantur ex ſcripturis priuatis productis poſt decoctionem.*

111 *Scripturæ priuatæ confectæ à decocto debent eſſe ſubſcriptæ per tres teſtes, & hi debent probari, quod ſint integræ, & probatæ opinionis.*

112 *Apochæ priuatæ confectæ à decoctis probant, ſi aliundè ſint adminiculatæ, & ceſſet ſuſpicio fraudis.*

113 *Decoctus non poteſt cedere iura.*

114 *Fallit fauore creditorum anteriorum.*

115 *Decoctus non poteſt tranſigere, & tranſactio ab illo facta non nocet.*

116 *Fallit ſi ceſſet fraus, & calumnia in tranſactione*

117 *Fallit etiam ſi tranſactio, & in ipſius decocti, & in creditorum vtilitatem tendat.*

118 *Decoctus non habet velle, nec nolle, & habetur prò mortuo.*

119 *Præcipuè ſi ceſſit etiam bonis.*

120 Salgad. labyrinth. credit. part. 1. cap. 14. nu. 51. *declaratur.*

121 *Decoctus non poteſt repudiare hæreditatem, legitimam, vel legatum poſt illorum agnitionem in præiudicium creditorum.*

122 *Poteſt tamen ante acceptationem iura querenda repudiare, etiam legitimam, & n.126.*

123 *Debitor non poteſt cogi à ſuo creditore ad acceptandum legatum, legitimam, vſumfructum, vel hæreditatem.*

124 *Etiam ſi agatur de creditore hypothecario.*

125 Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 29. & Rocc. diſput. Iur. Select. cap. 49. nu. 30. reprobantur.

127 *Decoctione alicuius publicata debent fieri inuentarium bonorum eiuſdem, & poni in tuto ſcripturæ, ac libri & num.128.*

129 *Decoctione ſequuta ſolent à creditoribus deputari vnus, vel plures, qui ſuperintendant bonis decocti.*

130 *Decocti, vel decoctioni proximi, qui ſint, & quæ facere poſſint, necne, vide remiſſiuè.*

HOc ſtatutum mandans, quod venditio, donatio, ac cuiuſcumque alterius generis alienatio, facta à decocto, vel proximè decocturo, ſit
55 nulla, conſonat cum diſpoſitione iuris communis, & ſic venit ad corroborationem eorum, quæ à Iure communi tradita ſunt, & ſolum dat formam probandi decoctionem, & ſimul exprimit, ex quibus præcipuè arguatur ſimulatio alienationis, & quomodo ſit procedendum in reuocatione alienationis.

Nam & de iure communi alienatio facta à decocto dicitur fraudolenta, cum decocti ſint faci-
56 les ad colludendum, & ſoleant propria bona intricare obligando, alienando, & vendendo in fraudem creditorum, vt vltra allegatos ſupra *artic.*

artic.1.n.2.& ſeq. probant Stracc. de decoct. par. 3.
n.15.18.,& 19.,Gratian.cap.768.n.7. & ſeqq.,Sal-
gad.Labyrint.credit par.1.cap.14. n.20.& ſeqq. Pi-
gant ad Stat.Ferrar. Rubr.24.n.10.verſic.quænam
fuerit Franc. Rocc. reſponſ. legal.10. n.12. lib.2.
Et tales alienationes à creditoribus reuocan-
57 tur tanquam nullæ, etiamſi ſint iuratæ Franciſc.
Rocc. dict.reſponſ.10.n.13.& 14. Rot.deciſ.104.n.4.
coram Buratt.; & ex ſtatuto hic reuocantur Sum-
mariè.
Idem dic de alienatione facta à decoctioni
58 proximo, ex ſtatuto noſtro hic, & de iure idem
probant Franc. Rocc.dict. reſponſ.10. n.16. Merlin.
Pignatell contr. forenſ. centur.2. cap.11. n.16.Gra-
tian.cap.768.n.7.& 7.Tondut.reſol.ciuil.par.1.c.72.
n.1., & 2.Valeron.de Tranſact.tit.4. quæſt.8.n.37.
& 38. Vrceol. eodem tract. quæſt. 34.n.3., & 4.,
Rot. deciſ. 104. n.1.coram Buratt., deciſ.308. n.10.
par.13.recen. & deciſ. 14. n.2. & 3.p.14.
Prout contractus geſti à decoctioni proximo,
hoc eſt ab eo, qui poſt contractum de proximo
59 decoxit,non tenent Natt.conſ. 341. n.4.Franciſc.
Rocc.dict.reſponſ. 10.n.17.
Quale autem tempus dicatur decoctioni pro-
ximum, dictum fuit ſupra artic.1. n.32. & ſeq.,
vbi fuit eandem firmatum, id totum remitti ar-
60 bitrio Iudicis, & à ſtatuto hic magis præciſis
verbis hoc exprimitur ibi -- ſiuè alienatio facta
fuerit antè, ſiuè poſt decoctionem,dũmodò eo tempore
facta ſit, quo prò decocto communiter habebatur, li-
cet adhuc non latitaret -- & ſic arbitrium Iudicis
ſecundum hoc ſtatutum debet regulari iuxtà ſen-
ſum, & verba ſtatuti; & de iure geſta à decocto
tunc dicuntur dolum, & fraudem redolere, quan-
61 do peremtiunt tempus decoctionis, vel paulò
ante Noguerol.alleg.16.n.17.,Rot.deciſ.85.n.13. &
14. p. 15.recen.
Et tales alienationes factæ à decocto, vel de-
coctioni proximo de iure eo facilius corruunt, &
non præiudicant creditoribus, ſi in alienatione
62 concurrant ſimul ſimulationis, ac fraudis conie-
cturæ Decian.reſponſ.81. ferè per tot.lib.4., Rocc.re-
ſponſ.legal.10.n.21. lib.2.
Quæ fraus, & ſimulatio in propoſito proba-
63 tur coniecturis, & præſumptiobus Decian.dict.
reſponſ.81.n.14.& ſeq. lib.4.Rot.Iannen. deciſ.184.
n.8.& 9.; & illæ coniecturæ, quæ probant frau-
dem, probant & ſimulationem, cum tam fraus,
64 quam ſimulatio ſoleant ſecrero committi Decian.
dict.reſponſ.81. n.16. & impoſſibile eſſet fraudem,
& ſimulationem detegere, niſi admitteretur præ-
65 ſumptiua probatio. Sperell. deciſ. 27. num. 54.
& 55.
Quinimmò ad ſimulationem probandam ſat
66 ſunt leuiores coniecturæ, & præſumptiones
Sperell. deciſ.27.n.79.& ſeqq. Rot. deciſ.262. n.17.
p. 11., & deciſ.13. n.6.ad 9.par.19. recen.
Et quando adeſt cauſa ſimulandi,illa probatur
67 per duas coniecturas Rot.deciſ. 63. n. 12. cum
duobus ſeqq. p.7.recen., & in his terminis aliena-
tionis factę à decocto Rot. Iannen.deciſ.184.n.22.
verſ. & concludit,vbi teſtatur de magis communi;
& quod ſufficiant duæ coniecturæ, vel ad ſum-
68 mum tres arbitrio Iudicis Sperell. deciſ. 28. n.6.
& 28., Rot.deciſ.29.n.1. poſt.1.vol.conſ.Farinacc.,
& deciſ.13.n.9. p.19.recen.
Taliſque fraus, & ſimulatio probatur etiam
69 per teſtes ſingulares Farinac. q.162. n.125. Gra-
tian.cap. 265.n.4. in fine Rot.deciſ.11. n. 13. p.17.
recen., & in his terminis præciſis Rot. Iannen. de-
ciſ. 184. n.16.; & per teſtes ſingulares, & minus
70 idoneos, familiares, ac negociorum geſtores,
pleuè Sperell. deciſ. 28. n.18. & 19.
Et ampliùs cauſa ſimulandi in alienatione fa-
cta à decocto, vel decoctioni proximo, non eſt
opus, quod deducatur, niſi illa,quod ſit facta
animo fraudandi, & quod alienatio non eſt ve-
71 ra,cum hæc ſit vera ſpecies ſimulationis Rot.Ia-
nuen dict. deciſ. 184. n. 10.
Cumque leges præſumant fraudes, & machi-
nationes in decoctoribus contra creditores, pro-
pterea ſimulatio, ac fraus in alienationibus ab
illis factis probatur facilius per coniecturas, præ
ſumptiones, ac verisimilitudines, etiam leuio-
72 res, ex quo talis probatio fraudis in decoctori-
bus habet aſſiſtentiam iuris ad tradita per Rot.
deciſ. 741.n.6.par.3. recen.
Et ex noſtro ſtatuto hic in verbis ſancitum fuit,
alienationem factam à decocto, vel decoctioni
proximo, præſumi ſimulatam.
Coniecturæ autem fraudis ſunt; prima ſi emens
à decocto, vel decoctioni proximo nec per mo-
mentum poſſederit bona empta, ſed illorum poſ-
ſeſſio remanſerit pœnès vendentem, vt in his
73 verbis diſponit ſtatutum hic ibi -- & præſertim ſi
alienans, vel decoctus poſt alienationem illa poſſe-
derit, -- & de iure communi idem probant Franc.
Rocc.reſponſ. legal.10.n.22.lib.2.Rot. Iannen. dict.
deciſ. 184.n.17.& 18.Rot.deciſ. 140. num.5. poſt.1.
vol.conſ.Farinacc. deciſ.68. n.6. & deciſ. 237. n.4.
poſt.2.volum.
Et hoc procedit,non obſtante clauſula conſti-
tuti appoſita in alienatione, & contractu ſimula-
to, nam nihil operatur in concurſu poſſeſſionis
74 remanſæ pœnès decoctum alienantem Decian. reſ-
ponſ.81.n.27. verſic. neque in hoc lib.4. Rot.Iannen.
dict.deciſ. 184.n.18. loquentes in his terminis alie-
nationis factæ à decocto Rot.deciſ.63.n.26.& 27.
par.8.recen.
Secunda coniectura fraudis, ac ſimulationis
eſt, ex quo alienatio facta fuit in perſonam ſan-
75 guine coniunctam,ex ſtatuto hic ibi -- vel aliena-
tio in conſanguineum facta fuerit; -- & de iure hoc
comprobant, Cuman. conſ.55. n.4.verſic.hoc etiam
Altograd. conſ. 21. n. 52. lib.2. Stracc. de decoctor.
par.3.n.37., Rocc.reſponſ.10.n.25.& 26.lib.2., Rot.
Iannen.dict.deciſ.184. n.16. verſic. ſecunda accedit
Rot.deciſ. 13. num.7. coram Merlin. deciſ. 80. n.20.
poſt Salgad.labyrinth.credit.,& in Aſculana cantelæ
Angeli 9.Maij.1695.§.fraus,verſic. rurſus coram
R.P.D.Pio,
Tertia coniectura reſultat ex venditione facta
76 viliori prætio Rot.deciſ.121.n.9.p.9.recen.,& tunc
datur actio reuocatoria creditoribus, etiam non
probata ſcientia decoctionis in emptore, Cuman.
conſ.155.n.4.verſic.ſubeſt & alia coniectura, Rocc.
dict. reſponſ.10.n.23. & 24.lib.2.
Quarta ex alienatione omnium bonorum, vel
77 maioris partis ad text.in l.omnes ff. quæ in fraud
Credit., Cuman.alleg. conſ.155. n.4. verſic. & adeſt
illa Altograd.conſ.21.n.48. lib.1. Rocc. dict.reſponſ.
10.n.27. Rot.in allegat.Aſculana cantelæ Angeli 9.
Maij 1695.§.fraus,verſic.ſecundo quia coram R.P.D.
Pio.

Digitized by Google

Quinta, ex quo alienans poſt alienationem
78 locauit rem alienatam Rot. deciſ.241.num.7. p.3. recen.

Sexta, ex quo poſt alienationem bona vendita
79 ſemper remanſerunt deſcripta in cataſtro, ſiuè æſtimo ſub nomine venditoris Altograd. conſ.21. n.50. lib.2.Rot.deciſ. 99.n.3.in fine poſt 2. vol. conſ. Farinac.

Septima, ex quo pretium rei venditæ, & aliena-
80 tæ ſtatim fuit reſtitutum emptori Rocc. dict. reſponſ. 10.n.28. lib.2.Rota Ianuen.deciſ.184. n.12.

Octaua, ſi venditor decoctus, vel decoctioni proximus eadem die, qua vendidit, fuerit ab emptore conſtitutus procurator ad exigendos fru-
81 ctus rei venditæ Rocc. dict. reſponſ. 10.n.31. Rot. Iannen. alleg. deciſ. 184.n.14.

82 Nona ex confeſſione partis emiſſa ſuper ſimulatione Cuman.conſ.155.n.2.& 3.Rot. deciſ. 71.n.1. poſt prim.volum.conſ. Farin., vbi quod probatur ex confeſſione partis cum adminiculis.

Decima ex alienatione, & datione in ſolutum
83 facta prò debito ſolum conficto, & inſubſiſtente Altograd. conſ.21.n.43.& 44.lib.2. Rot.deciſ.741. n.5.p.3.recen., & in dict. Aſculana Cautelæ Angeli 9. Maij 1695.§. fraus in fine coram R.P.D.Pio.

Vndecima ex quo fuit datum in ſolutum cer-
84 tum corpus bonorũ pro prętio incerto, & prò debito in quantitate certa non firmato, benè, ac catione Decian.reſponſ. 81.n.38.& ſeq. lib.4.Rot. deciſ. 30.n.4. poſt 1.vol. conſ. Farin., vbi ſi facta fuit, nulla præcedente æſtimatione, & in dicta Aſculana cautelæ Angeli §.fraus ſiquidem verſic.tertio quia coram R.P.D.Pio.

Alias coniecturas prò ſimulatione, colluſio-
85 ne, & fraude vide apud Cuman.conſ.198., Altograd. conſ. 21. lib. 2., Gratian. cap.255. & 585. Farinacc. quæſt. 192., Sperell. deciſ. 27., & 28. Rot.Iannen. deciſ.184. Rot.deciſ. 835. coram Merlin., deciſ. 21., & 319. coram Peutinger., deciſ. 741. par. 3. recen., deciſ.121. par.9. tom. 1., deciſ. 13.part.19., & in Aſculana cautelæ Angeli 9. Maij 1695.coram R. P. D. Pio, in qua cauſa ipſe ſcribebam pro ſimulatione, & fraude, & deduxi authoritates allegatas poſteà in deciſione.

Aduertas tamen, quod pendente iudicio ſuper ſimulatione, ſi hæc ſit turbida, reijcitur ad petito-
86 rium, & interim non impeditur manutentio poſſidenti Rot.deciſ. 188. nu.8. apud Poſt.de manut.& deciſ.121. n.20. p.9.recen.tom.1.

Et in terminis noſtri ſtatuti hic res videtur carere dubio, dum mandat procedi ad reuocationem alienationis, quæ reuocatio reſpicit petitorium, & ſic ſtatutum non annullauit alienationes factas à decoctis ipſo iure, ſed voluit reuocari, & ſi illas voluiſſet eſſe nullas ipſo iure,
87 & nullius roboris, hoc fuiſſet per ſtatuentes expreſſum, ſicut fecerunt in caſibus expreſſis in Stat. c.149. 150.151.& 152.lib.1.; & ſolum ſtatutum hic voluit, quod procedatur ſummariè ad
88 reuocationem, quæ clauſula ſummariè ex firmatis plene ſupra ad Stat. Vrb. lib.1. cap.84. artic.2. importat ſolùm, quod ſint remiſſæ ſubtilitates iuris circà modum procedendi ordinatorijs, & non circà deciſoria, & merita cauſæ.

Licet de iure alienationes in fraudem factæ à
89 decoctis, vel decoctioni proximis corruant l.1. & 2.ff.. quæ in fraud.credit. Merlin.de Pignor.lib.4. quæſt.32.n.8., Pigant.ad Statut. Ferrar. Rubr.24. n.12., Card.de Luc.de credit & Debit. diſc.10.n.11. & 12.Rot. deciſ. 240.coram Vbald.deciſ.9., & 104. coram Buratt. nihilominus talis concluſio proce-
90 dit, dummodò concurrat ſcientia contrahentis ex titulo oneroſo cum decocto, quod hic ſit talis, Surd.conſ.528.n.37., verſic.ſecundo loco, & ſeq., Merlin.dict.quæſt.32.n.8.verſic.declaratur tamen Tondut.reſol ciuil. par.1.cap.72.n.18., Gratian. cap.391.n.12.& ſeq.Rocc.de decoct. notabil.40. num. 117.cum duobus ſeq. poſt 2. volum.reſponſ., Epiſcop. Rocca diſput.Iur.ſelect.tom.2.cap.143.n.11., Manſ. conſult.171.n.41., Rot.Ianuen.deciſ. 184.n.18.verſic. ſed vt ſimulatio Rot.deciſ. 110. nu.4. poſt 2.vol. conſ. Farin., & deciſ. 163.n.3.p.4.recen.

Et quidem ſcientia prędicta decoctionis requi-
91 ritur certa, & ſola dubietas non ſufficit Surd.conſ. 523.n.40. & ſeq. lib.4. Gratian. cap.391.n.22. & ſeq., Palm.Nepoſ.alleg.74.n.58., Manſ. conſult 179. num.41.

Scientia tamen decoctionis præſumitur, & probatur, quando debitor in publicis nundinis fuit declaratus decoctus ex illius fuga, & quia
92 contrahens cum decocto reperiebatur in loco decoctionis, vbi hæc erat notoria Merlin. alleg. q.32.n.9., Rot.deciſ. 163. n. 2. verſic. hic ſatis, & ſeq.p.4.recen.

Pariter ſcientia decoctionis præſumitur ex coniunctione ſanguinis, cohabitatione, & perluſtratione librorum negocij ſpectantium ad de-
93 coctum, facta ab eo, qui emit à decocto Rot. Iannen.deciſ. 184.n.18.verſic.& dicitur. & n.19.

Talis ſcientia in eo, qui emit, vel alio qui titulo alienationis acquiſiuit à decocto, non videtur requiri per ſtatutum noſtrum hic, nam-
94 dom præſumit ſimulatam alienationem factam à decocto, vel decoctioni proximo, & decoctum illum eſſe ſtatuit, qui pro tali communiter habetur, licèt non latitet, ex hoc probata decoctione, tali modo præſcripta à ſtatuto ſcientia decoctionis habetur, ex quo alienans communiter habebatur pro decocto, & ſic pro tali debebat reputari etiam ab illo, qui cum eo contraxit.

Generaliter autem etiam ex diſpoſitione iuris communis, decocti, vel decoctioni proximi perdunt adminiſtrationem propriorum bonorum,
95 & nihil poſſunt agere, & diſponere in præiudicium creditorum l. is cui ff. de verbo oblig.Gargiar. conſ. 91.n.12. lib.2.Cammill. Medic. conſ.98. n.25., Venturin. conſ.10.n.211. Salgad. labyrinth. credit.par.1.cap.28.n.12., & infra Noguerol. alleg. 16.nu.101., Thor. in Codic. rer. iudic.caſ. 55. nu.5. Vrceol.conſult.foreaſ.cap.61.n.24. Gratian.cap.768. n.8.& ſeq. Thor.Vot.15.n.39.tom.1. Rot.deciſ.168. n.9.& 10. poſt.Cenc.de cenſ., & deciſ. 85.n.11.par. 15.recen.

Ex quo per decoctionem bona, ac iura decocti tranſeunt ipſo iure in creditores vti ſingulares
96 ſucceſſores, & non remanet ampliùs penès ipſum ius de illis diſponendi Merlin.alleg. quæſt.32. n.2.Gratian. cap.391.n.44., Valeron.de tranſact.tit. 4.quæſt.8. nu.32. Caſtald. conſult. foreuſ.135.nu.35. Merlin.deciſ. Lucen.33.n.37. Rot. Ianuen. deciſ. 83. n.13.in fine, & n.14. Rot.deciſ.80. n.14. poſt Merlin.de pignor.

Vnde nec confeſſio decocti præiudicat credi-
tori-

Digitized by Google

toribus etiam futuris, cum præſumatur ſimula-
ta, & ad fraudandum emiſſa, ne ſie in poteſtate
97 debitoris,præcipuè decocti, creditores circumue-
nire benè Bald. conſ. 432.n.1.lib.1., Decian.reſponſ.
81.n.37. lib.4. Gratian. cap. 391. n. 12. Pigant. ad
Stat.Ferrar. Rubr.24.n.11.Merlin. de Pignor.alleg.
quæſt. 32.n.3. Valeron.dict. quæſt.8. n.27. Capon.di-
ſcept.100. n. 2.& 4. in fine tom.2.Rot.Ianuen.deciſ.
83.nu.11.& 12.Pereyr.de Caſtr.deciſ.107.n.2.Rot.
dec.9.& 104.vtrobique n.1.,& 2.coram.Burat.deciſ.
315.n.6. coram Royas.deciſ.23.n.3.5.& 6. paſt Mer-
lin.de pignor. deciſ. 308.n.10. & ſeq. par. 13. deciſ.
296. n.16., & deciſ.393. n.20.& 21 par.15.recen.;
& hoc procedit etiam in perſona nobili, & con-
ſtituta in mortis articulo Rot.deciſ.239. n.18.,&
ſeq. p.4.tom.2. recen.deciſ. 393.n. 13.p.15., & in
Romana Dotis 15. Iunij 1677. §.huiuſmodi autem
coram Bourlemont.

98 Quod procedit etiam in proximè decoctuto,
Gargiar. conſ.91.n.5. lib. 2., Gratian. cap.768. n.7.
cum duobus ſeq., Merlin.de Pignor. alleg. q.32.n.3.,
Manſ.conſult. 244.n.25., & 26., Rot. deciſ.9. n.3.
verſ.idem de confeſſione, deciſ.104. n.1. & infrà co-
ram Buratt., & deciſ.315. n.7. coram Royas.

Quod fortius procedit, ſi talis confeſſio facta
99 à decocto ſie etiam in veriſimilis Rot.deciſ. 104.
n,5.coram Buratt.

At quando confeſſio decocti, vel decoctioni
proximi eſt adminiculis, & coniecturis ſuffulta,
ex quibus appareat de primordio veritatis, &
quod re vera debitum ab eo confeſſatum antece-
denter aderat, tali caſu præiudicat, cùm non pro-
ueniat à mera voluntate debitoris, ſed ſit actus
100 neceſſarius, ex quo decoctus vigore debiti præ-
ambuli tenebatur, & poterat cogi Gratian. c.391.
n.15., & ſeq., & n.26. & infrà, & ibi Carol. An-
ton. de Luc. in obſeru. n.18. Tondut. reſol. ciuil. p.1.
cap.72. n.14., Rot. deciſ.24. n,19.par.7. deciſ. 217.
n.5., & ſeq. par.11. recen., deciſ.169. nu. 13. coram
ſan.mem. Alexandro VIII., & benè deciſ.253.nu.4.
cum duob. ſeq. par. 17. recen., vbi quod tali caſu
afficit etiam alios creditores, præcipuè ſi de de-
bito conſtet vlteriùs ex apochis, in quibus ceſſet
ſuſpicio antidatæ.

Nec decoctus, vel decoctioni proximus poteſt
101 præiudicare alijs creditoribus per recognitio-
nem ſcripturæ priuatæ, plenè Odd. conſ. 100., Sal-
gad. labyrint. credit. par.1. cap.14. num. 20. & ſeq.
Capon. diſcept. forenſ.100. n. 4. Tondut. reſol. ciuil.
par.1. cap. 72. num. 37. Valeron. de tranſact. alleg.
quæſt.8. n.28.

Nec poteſt debita fingere, ac ſuper illis calcu-
102 lare, ac recognoſcere bonam fidem in præiudi-
cium creditorum, plenè Odd. dict. conſ.100., Gra-
tian. cap.391. n.12., Franc. Rocc. reſponſ.10. n. 28.
lib. 2., Valeron. dict. quæſt. 8. num. 27. verſic. vbi
de decoctioni proximo, Rot. deciſ.104. nu. 1. ad 4. co-
ram Buratt.

Minùſque poteſt erga aliquos creditores ſe gra-
tioſum reddere illis ſoluendo, vel pignora dando,
103 alias ſolutiones, ac pignora reuocantur, leg. ait
Prætor, §.fin. ff. quæ in fraud. credit., Scacc. de Com-
merc., & Camb. §.2. gloſ.5. num.445. verſic. exem-
104 plifica, qui loquitur etiam in terminis noſtri ſta-
tuti hic Franc. Rocc. dict. reſponſ.10. nu.30. lib.2.,
Venturin. conſ.10. nu. 211., Thor. in Codic. rer. iu-
dic.caſ.55.n.16., Rot.deciſ.1074.n.4.coram Seraphin.

Itaùt ſolutio per gratificationem facta alicui
105 creditori poſteriori à decocto, vel decoctioni
proximo reuocetur, tanquam facta mala fide. Card.
de Luc.de Regal.diſc.11.n.6.,& de Credit.,& Debit.
diſc.2.n.11., & diſc.48. nu.8., præcipuè ſi facta ſit
poſt creditorum concurſum, l. ſi non expedierit, ff.
de bon.author.Iudic. poſſid., Caraſc. ad leg. Recopill.
cap.11. par.3. n.273.

106 At Epiſcopus Rocc. diſput. iur. ſelect. tom. 2. ca-
pit.144. n.18., & ſeq. tenet contrarium, & quod
poteſt creditor eſſe diligens in exigendo à debi-
tore ſuo, quem ſcit non eſſe ſoluendo, nec tenetur
reſtituere alijs creditoribus ſiue æqualibus, ſiue
anterioribus, ceſſante dolo in creditore exigente,
qui non erat conſcius de decoctione proxima.

Declara, vt prima opinio procedat in doloſa,
& colluſiua exactione facta à poſteriori, decoctio-
ne clara exiſtente in actu debitoris, vel decoctio-
ne proxima, & illa ſit nota creditori, qui nihilo-
107 minùs voluit colludere cum decocto, doloſè
exigendo, vt præiudicaretur anterioribus credi-
toribus, Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.36. n.4.,
Caraſc. ad leg. Recopill. cap. 11. 3. par. num.270.,
& 271.; ſecunda verò opinio procedat, quando
ſolutio fuit candidè, & abſque mala fide facta, &
recepta, quia creditor ſolùm procurauit cum di-
ligentia exigere, ſed non cum dolo, & mala fide,
quia illi non erat nota formalis decoctio, vel im-
minens, licèt ſciret, debitorem eſſe debitis graua-
tum, & non ſoluendo, cum ex dictis ſupra hic ar-
tic.1. n.27., & ſeq. aliud ſit, quod quis ſit obæra-
tus, aliud, quod ſit decoctus, vndè creditor ſciens,
108 ſuum debitorem eſſe magno ære alieno inuolu-
tum, non prohibetur ſibi præcauere cum diligen-
tia in exigendo, vt aduertit in his terminis Ton-
dut.d.cap.72.n.15.cum duob.ſeq.

Et abſque dubio ſolutio facta creditori poſte-
riori per decoctum eſt valida, & non reuocatur,
ſi facta ſit per duos menſes ante decoctionem, &
109 tempore, quo mercator erat ſoluendo, Rot. de-
ciſ.110.n.2., & 3. poſt 2.vol.conſ.Farin.

Nec debita contracta à decocto, vel decoctioni
proximo probantur ex ſcripturis, & apochis pri-
uatis productis poſt decoctionem, propter ſuſpi-
cionem fraudis, & antidatæ in præiudicium cre-
110 ditorum anteriorum habentium inſtrumenta
publica, plenè Caſtald.conſult. forenſ.136. & 137.,
& Rot.Bononien. poſt d.conſult.137., Rot. deciſ.408.
n.2.coram ſan.mem. Innoc.X.

Quinimmò tales ſcripturæ priuatæ non pro-
bant, licèt recognitæ à duobus teſtibus, cùm re-
quirantur tres, & quidem quod ijdem ſint proba-
111 tæ, & integræ opinionis, præcipuè ſi fuerit op-
poſitum, teſtes tales non eſſe, Hieron. Palm.conſ.99.
n.57.& ſeqq., Rot.Bonon.apud Caſtald. d.conſul.137.
n.25., & 26.

Fallit ſi dictæ apochæ ſint trino teſte munitæ,
& aliundè adminiculis ſuffultæ, ex quibus conſtet
112 de veritate contentorum in illis, & ceſſet ſuſpi-
cio fraudis, & antidatæ Rot.deciſ.253. nu.4. cum
duob.ſeq. par.17. recen.

Proùt decoctus non poteſt cedere iura, & actio-
113 nes, Valeron.de tranſact.tit.4.quæſt.8. nu.30. No-
guerol. allegat.16. n.102. Thor. in 3. par. Compend.
deciſ.verbo ceſſio facta ab aliquo fol.145.

Limita ſi illam faciat ad fauorem creditorum
114 anteriorum dict. Valeron. ibidem nu. 31., & facit

Rot. deciſ.340. nu. 6. par.18. recen., vbi firmatur, quod in limine decoctionis non prohibetur creditor recipere à ſuo debitore id, quod poſt decoctionem ſequutam adhuc conſequi potuiſſet.

Nec poteſt tranſigere, cùm cenſeatur id facere in præiudicium creditorum, ideò hi poſſunt totum petere, non attenta tranſactione creditum di-
115 minuente *Noguerol.alleg.16.n.101., & ſeqq.Vrceol.de tranſact.q.34.nu.1. & infrà, Rot.deciſ.9 n.2. & 3. coram Burat.*

At ceſſante fraude, & calumnia poteſt decoctus
116 tranſigere, & tranſactio ab eo facta ſuſtinetur *Noguerol. alleg.16.n.7., Rot. Florent. apud Vrceol. de tranſact. quæſt.34. n. 38. & 39. Rot. Iannen. deciſ.168.n.14., & infrà, Rot.deciſ.157.n.2.cum duob. ſeq.poſt 2.vol.conſ.Farinacc.*

Similiter tranſactio facta à decocto ſuſtinetur, ſi facta ſit cum ſuis creditoribus, & illa vergat nedùm in proprium, ſed creditorum vtilitatem,
117 cùm tunc ceſſet prohibitio illam faciendi, *Valeron.de tranſact.tit.4.q.8.n.13., & 14., Rot.Florent. apud Vrceol.de tranſact.alleg.quæſt.34.n.30.*, vbi alij referuntur.

Quod decoctus ſit prohibitus alienare, contrahere, confiteri, & tranſigere, & alia facere, de quibus ſupra, prouenit, quia decoctus, vel decoctioni
118 proximus non habet, nec velle, nec nolle, & habetur pro mortuo, *Vrceol. de tranſact.quæſt.34.n.1. Rot. deciſ.85. n. 11. par.15. recen.*; ſed quando non ſolùm eſt decoctus, ſed vlterius ceſſit omnia ſua bona, & iura fauore creditorum, tunc nec poteſt
119 in iudicio ciuili comparere, & agere, cùm careat omni actione *l. ait Prætor, §. quid ſit autem, ff.de iur.deliber.* plenè *Salgad.labyrint.credit.par.1. cap.14.n.22., & ſeq., & num.50., & infrà, Rot.deciſ.357.* confirmata *deciſ.377.vtrobique n.final. coram Card. Cerro*.

Et licet *dict. Salgad. ibidem nu.* 51. videatur in-
120 nuere contrarium, tamen illius dictum procedit, ſi ceſſio non ſit facta cum effectu, ſed ſolùm, quando debitor ſimpliciter formauit concurſum, actualiter tamen per ceſſionem non abdicauit à ſe dominium, & poſſeſſionem.

Eò quia ex ſtatuto noſtro hic remanet decocto, vel decoctioni proximo prohibita generaliter alienatio cuiuſuis generis, tangit hic *Fenzon.*quæſtionem, an ſub tali ſtatuto ſit prohibita repudiatio iuris quærendi, puta legati, hæreditatis, lucri dotalis, vſusfructus, ac legitimæ, quando prædictorum non ſit actualiter acquiſitum dominium per aditionem hæreditatis, & acceptationem legati, lucri dotalis, vſusfructus, vel legitimæ, quo caſu acceptationis certum eſt, non poſſe per debitorem, ac decoctum fieri talem renunciationem, cùm tunc non ſit repudiatio iuris quærendi, ſed renunciatio iuris iam quæſiti, & ſic in præiudicium creditorum non poteſt fieri renunciatio, quia eſſet alienatio, & diminutio patrimonij, quàm debitor decoctus non poteſt facere in præiudicium creditorum, qui habent ius quæſi-
121 tum ſuper patrimonio, ac iuribus debitoris in tali patrimonio radicatis *l.debitorem, C.de pignor. Gratian.deciſ.17.n.14.Capyc.Latr.*plenè *deciſ.8. nu. 13. cum trib. ſeq.*

Quando verò hæreditas non fuit adita, legatum, lucrum dotis, vſusfructus, ac legitima non fuere acceptata, tunc cùm agatur in quærendis, & non in quæſitis, poteſt debitor legitimam, hæreditatem, legatum, ac aliud ius ſibi delatum repudiare in præiudicium creditorum, nam tali caſu non diminuit patrimonium, ſed non acquirit, nec ex hoc dicitur fraudare creditores, dum iura debitoribus, ac decoctoribus prohibentia alienationem in fraudem creditorum procedunt in iure quæſito, & radicato, non autem in iure quærendo, cùm hoc non ſit in bonis debitoris, & poſſit hic non acquirere, nec propterea dicitur patrimonium diminuere, nec præiudicare creditoribus, qui in iuribus quærendis non habent ius
122 certum, ſed euentuale, nempè ſi à debitore acceptentur, & acquirãtur, *l.qui autem 6.ff.quæ in fraud. credit. l.177. ff.de regul.iur. l.alienationis 28.§.oportet, ff.de verbor.ſignificat.* plenè *Olea de ceſſ. iur. dict. tit.31. qu.3. n.5., & ſeq., Tondut. reſol. ciuil. par.2. cap.153. n.3., & ſeq. lib.2. Salgad.labyr.credit. p.2. cap.14. nu. 6., & ſeq.* cum cumulatis per *Epiſcop. Rocc. diſput. iur. ſelect. tom.1. cap.49.nu.2., & ſeq., Franch. deciſ.101. à n.1., Rot. deciſ.292. nu.27. coram Bichio.*

Nec propterea poſſunt debitores ad inſtantiam creditorum cogi ad adeundam hæreditatem, vel acceptandum legatum, legitimam, vſum-
123 fructum, & alia iura quærenda, cùm ſit in mera voluntate debitoris illa acquirere, & non acquirere, latè *Rocc.d.cap.49.n.6., & ſeqq.*

Et concluſio procedit, vel agatur de creditoribus in mera actione perſonali, vel etiam in hypo-
124 thecaria, nam adhuc talis repudiatio in illorum præiudicium tenet, vt probat poſt cumulatos, *Rocc. dict. cap.49. n.17., & ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, *Caren. reſol.* 202., & hanc opinionem veriorem, & communi Tribunalium ſuffragio receptam dicit *Franc. Sadarin. reſponſ. 46. nu. 5.*, qui latè illam probat reijciendo contraria, & plenè *Franch. deciſ.101.*
125 Et licet *Merlin. de legitim. lib.3. tit.2. quæſt.* 29. cum alijs ab eo relatis teneat, legitimam non poſſe repudiari in præiudicium creditorum, & alios alleget *Rocc. dict. cap.49. n.30.*; attamen verior, & communior opinio eſt, quod etiam legitima poſſit repudiari in præiudicium creditorum
126 etiam habentium hypothecata omnia bona præſentia, & futura illius, cui debetur legitima, tenent *Gratian. cap.271. n.13., & ſeqq., Salgad. labyrint. credit. par.2. cap.16. nu.79.* cum cumulatis per *d.Rocc.alleg.cap.49.nu.28., Maſſin. de confiſcat. qu.36.n.107., Monter.deciſ.35.n.83. Rot. deciſ.292. n.27., & ſeq. coram Bich.*

Ad materiam decoctorum hìc iuuat aduertere, quod publicata decoctione alicuius mercatoris debet fieri inuentarium omnium, & quorumcum-
127 que bonorum decocti, *Marcheſan.de commiſſ.admiſſ. ad ceſſ.bonor. par.3. num.101. in fine, Pigant. ad Stat. Ferrar. Rubr.24.nu. 25., verſic. quantum pertinet.*

Et ampliùs debent poni in tuto ſcripturæ, ac libri, ne iſti decocti in illis aliquid addant, cancellent, vel ſuperinducant in fraudem credito-
128 rum, cum tales decocti ſemper moliantur fraudes, *Marcheſan.* vbi proximè *n.102., & 103., Pigant.d.Rubr.24.n.6.*

Vlteriùs conſueuere creditores, ſequuta decoctione alicuius, ſe congregare inſimul, & deputare duos, aut plures ex ipſis, qui ſuperintendant admini-

Digitized by Google

miniſtrationi bonorum decocti, & concurſus ſu-
129 per illis, cum facultate exigendi, ac ſoluendi, *Saluſt. Tiber. in praxi lib. 3. cap. 16., d. Pigant. Rubr. 24. n. 8. verſic. hoc tempore.*

Ceterum de materia decoctorum, & decoctioni proximorum, qui illi ſint, & quæ ab ipſis fieri poſſint, vel non poſſint in præiudicium credito-
130 rum, ſi plura deſideras, vide *Gargiar. conſ. 95. lib. 1., & conſ. 45., & 91. lib. 2. Decian. reſponſ. 81. lib. 4. Odd. conſ. 100., Caball. reſolut. crim. caſ. 105., Capon. diſcept. 100. Franc. Rocc. reſp. legal. 10. lib. 2., Gratian. cap. 391., & 368., Thor. in Cod. rer. iudic. caſ. 55., Merlin. de Pignor. lib. 4. quæſt. 32. Valeron. de tranſact. tit. 4. quæſt. 8., Vrceol. eodem tract. q. 34., & ibi Rot. Florent., Pigant. ad Stat. Ferr. Rubr. 24., Caſtald. conſult. forenſ. 136., & 137., Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 32., Henrig. de fideiuſſor. cap. 5. à n. 103., Salgad. labyrint. credit. par. 1. cap. 14., Noguerol. alleg. 16., Prat. diſcept. forenſ. 39. tom. 1., Tondut. reſol. ciuil. cap. 72. tom. 2., Bottin. ad Stat. Genuæ lib. 4. cap. 7., Rot. Iannen.* plenè *deciſ. 184., Seſſe deciſ. Aragon. 102., Rot. deciſ. 9., & 104. coram Buratt.*

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

Decocto ſcribente literas cambij poſt illarum acceptationem factam à mercatore, cui illæ erant directæ, quando hic poſſit vrgeri ad illarum complementum, & quid ſi de tempore acceptationis ſcribens eſſet decoctus in Platea, vel decoctus latenti decoctione, & quando dicatur adeſſe latens decoctio. Et è contra quando ſcribens literas teneatur ad ſoluendum ſummam in illis contentam, ſi mercator, cui ſunt directæ, fiat decoctus, & illas non adimpleat. Demùm an dans ordinem, ſiue mandatum de ſoluendo ſuo creditori, ſi ille, cui mandatum erat directum, fiat non ſoluendo, teneatur adhuc mandans ſoluere, cùm tale mandatum cenſeatur receptum pro ſoluendo, non pro ſoluto. Et quando ſchedula *Pagherò* ceſſa, ſiue girata *per altrettanti*, ſi à giratario non exigatur ob decoctionem debitoris ceſſi, ſiue girati, debeat compleri à girante, ſeù cedente.

SVMMARIVM.

131 *Acceptans literas cambij ante decoctionem ſcribentis tenetur illas adimplere, non obſtante decoctione ſuperuenta.*

132 *Fallit ſi decoctio ſcribentis præceſſit acceptationem, & num. 134. declarantur contraria, ac n. 135.*

133 Ioſeph Roſa conſult. 67., & Franc. Rocc. reſp. legal. 4. lib. 1. *reprobantur, & defenditur* Fab. de Anna conſ. 82. *ab ipſis impugnatus, & n. 134., & 135.*

136 *Ignorantia decoctionis Mercatoris ſcribentis literas in acceptante, facit vt non teneatur ſoluere tali caſu literas acceptatas.*

137 *Ignorantiam decoctionis acceptans præſumitur habere ex diſtantia loci vbi moratur ſcribens literas.*

138 *Acceptans literas cambij cenſetur ſe obligaſſe, quatenus ſcribens non ſit decoctus.*

139 *Mercator acceptans literas, ſi ſit debitor ſcribentis, tenetur ſoluere, non obſtante decoctione ſcribentis.*

140 *Mercatoris ſcribentis decoctio, licèt fuerit latens de tempore acceptationis, adhuc acceptans non tenetur ſoluere.*

141 *Decoctio latens debet eſſe talis, vt æquiparari ferè poſſit vera decoctioni, ad hoc vt acceptans non teneatur adimplere literas acceptatas ad n. 149.*

142 *Declarantur* deciſ. Coccin. 2326. 940. coram Amat. Dunoz., & 219. par. 15. recen. *ſuper decoctione latente, quando procedant, & quando non, & n. 143., & 144.*

145 *Decoctio latens, ex quibus ceſſet, & quomodo Iudex in hoc arbitrium debeat interponere, & n. 146., 147., & 149.*

148 *D. Emygdius frater Authoris eſt de ordine Collegij Patronorum Sacri Palatij.*

150 *Mercator ſcribens literas cambij, ſi ille, cui ſunt directæ, euadat decoctus ante illarum ſolutionem tenetur ipſe ſoluere.*

151 *Damnum decoctionis ſpectat ad ſcribentem literas, & non ad illum, qui dedit pecunias pro habendis literis.*

152 *Dans pecuniam pro literis cambij habet ſemper obligatum ſcribentem, quouſque illi non ſoluantur.*

153 *Et tenetur ſcribens etiam data aliqua mora dantis pecunias in exigendo, ceſſante delegatione.*

154 *Tenetur ſcribens ſoluere, ſtante decoctione mercatoris, cui erant directæ literæ, etiamſi non fuerint proteſtatæ, & licèt ipſe ſcribens non fuerit certioratus de non ſolutione, & n. 155.*

156 *Referuntur, & declarantur Doctores contrarij, quod procedant, vbi adeſt ſtatutum, vel conſuetudo remittendi literas proteſtatas. & n. 157.*

158 *Scribens non tenetur, ſi dans pecunias fuerit in magna mora exigendi à mercatore, cui literæ cambij fuerant directæ.*

159 *Mora, & negligentia conſiderabilis in exigendo facit, vt damnum decoctionis ſpectet ad illum, qui non exegit literas.*

160 *Scribens tamen tenetur ipſe ſoluere, ſi non oſtendat, quod intrà tempus moræ poterat haberi exactio ab illo, cui literæ erant directæ.*

161 *Accipiens literas ſi concedat dilationem mercatori, cui illæ ſunt directæ, ſi interim euadat decoctus, damnum decoctionis ſpectat ad concedentem dilationem.*

162 *Accipiens literas cambij antequàm habeat regreſſum contra ſcribentem tenetur facere diligentias contra mercatorem, qui recepit literas, & n. 172.*

163 *Ordo ſiue mandatum de ſoluendo non eſt ſolutio, vndè decocto illo, cui eſt directum tenetur adimplere ille, qui illud dedit, & n. 174., & 175.*

164 *Rationes, quæ militant in literis cambij procedunt etiam in mandatis de ſoluendo directis Banco.*

165 *Mandatum, ſeu ordo de ſoluendo ante effectiuam ſolutionem non liberat dantem mandatum, ſeu ordinem.*

166 *Ordo,*

166 *Ordo, ac mandatum de ſoluendo cenſetur receptum pro ſoluendo, non pro ſoluto, ſeu in extinctionem debiti.*

167 *Tempus eſt præciſè probandum, quando vis ſtat in tempore.*

168 *Mora vigiuti ſeptem, vel 29. dierum in exigeudo eſt modica, & non habetur iu conſideratione, & uum.179.*

169 *A mora, & uegligentia, quæ excuſent.*

170 *Mora, ceſſante delegatione, uon eſt conſiderabilis, & num.180.*

171 *Delegatio ceſſat, ſi non adeſt acceptatio debiti facta ab eo, qui eſt datus pro debitore, & u.178.*

172 *Diligentiæ contra debitorem, cui fuit directus ordo de ſoluendo, nou ſunt neceſſariæ.*

173 *Diligentiæ non ſunt neceſſariæ, ſtante notorla decoctione.*

176 *Aſſignatio nominis debitoris, niſi illud expreſsè datum ſit iu ſolutum, reſoluitur iu ceſſionem, & cedens uon liberatur nou ſequuta ſolutione.*

181 *Shedula* Pagherò *girata* per altrettanti *præſeſert, quod giratarius ſit conſtitutus procurator iu rem propriam, & in eum ſint trauslatæ actiones, & n.182.*

183 *Negligentia giratarij iu exigendo tali caſu ipſi præiudicat, & u.193.*

184 *Negligeutia probatur eo ipſo, quo quis cæpit facere, & poſteà deſtitit. & u.187.*

185 *Procurator uou exigens, dum poteſt, committit dolum.*

186 *Procurator iu rebus alienis maiorem diligentiam habere debet, quàm iu proprijs, & omui prorsùs culpa carere debet.*

188 *Mora, & negligentia magua, etiam ceſſaute delegatione, nocet moroſo, & negligenti in exigeudo, & n.189. 190., & 193.*

191 *Delegatio inter mercatores probatur etiam couiecturis, nec eſt ueceſſaria formalis ſtipulatio, & num.192.*

194 *Diligeutiæ, licèt non factæ, nou uocent, ſi debitor exigendus tunc erat decoctus.*

195 *Negligentia ceſſat, ſi dans ordinem mandauit, quod illi, quibus erat directus ordo, non moleſtareutur.*

196 *Schedula* Pagherò *certæ ſummæ debitæ ad certum tempus, girata & vendita pro minori ſumma, ſi debitor fiat decoctus, damuum eſt giratarij.*

197 *Mercator, qui acceptauit literas cambij, quando illas uec ne teneatur adimplere decocto ſcribente, vide remiſſiuè.*

198 *Mercator ſcribeus literas cambij, quando teneatur illas adimplere, ſi mercator, cui erant directæ fiat decoctus, vide remiſſiuè.*

PRoſequendo materiam decoctorum, opportunè
hic aliqua practicè obſeruanda ſunt, quando
decocto ſcribente literas cambij teneatur merca-
tor, qui illas acceptauit complere, & ſoluere,
non obſtante decoctione, vel potiùs poſſit ob de-
coctionem ſcribentis recuſare illarum adimple-
mentum; ſuper quo articulo ſcribentes non pa-
rùm diſcrepant inter ſe, ſed pro vera reſolutione,
& in iudicijs recepta, ac practicata opinione di-
ſtinguendum eſt; quod aut decoctio ſcribentis
ſucceſſit poſt acceptationem literarum factam à
mercatore, cui erant directæ, & acceptans tene-
131 tur illas ſoluere, non obſtante decoctione ſcri-
bentis *Fab. de Anu. conſ.82. n. 21., & 22. lib. 1.*
Capicc. Latr. conſult.42. n.16., & ſeqq. Cardin. de
Luc. de camb. diſc.25. nu. 6. Epiſcopus Rocc. diſput.
iur. ſelect. tom.2. cap.94. num.26. de Mariu. quotid.
reſol. lib 1. cap.258. num.1., vbi refert *deciſ. Rotæ*
coram Motmanno, quæ eſt iu recen. par.5. deciſ.345.
ad materiam magiſtralis *deciſ.219. nu.4., & infrà*
par.15., & deciſ.2326. n.1. coram Coccin.

Aut decoctio præceſſit acceptationem litera-
rum cambij, & tali caſu, ſuperueniente ſcientia
decoctionis poſt acceptationem, acceptans non
tenetur ſoluere ſummam contentam in literis, li-
cèt acceptatis, ob defectum conſenſus in reci-
piente, & acceptante literas, qui ſi ſciuiſſet deco-
ctionem ſcribentis, illas non acceptaſſet, ex quo
non poterat obtinere releuationem à ſcribente
decocto, & ex quo inter ſcribentem literas cam-
bij, & illas acceptantem intercedit contractus
mandati, quod per decoctionem cenſetur reuo-
catum, cum acceptans literas dicatur illas acce-
ptare rebus in eodem ſtatu permanentibus, &
conditionis deterioratione non mutatis, cum
mutato ſtatu ſcribentis per decoctionem reſolua-
tur conſenſus acceptantis præſtitus ſub conditio-
132 ne tacita, quatenus res in eodem ſtatu perma-
nerent, præclarè *Fab. de Anna dict. conſ.82.* quod
eſt in materia magiſtrale, qui in fine teſtatur hanc
opinionem eſſe veriſſimam *Franc. Rocc. reſpouſ.10.*
lib.2. Carleual. de Iudic. tom.2. lib.1. tit.3. diſput.6.
u.37. Card. de Luc. de camb. diſc.25. u. 3., & 4. de
Mariu. quotid. reſol. lib.1. cap.258. Merlin. Pigua-
tell. controu. forenſ. centur.2. cap.11. nu. 11. verſic.
ſed uihilominùs. & per tot. vbi teſtatur, quod ita
iudicauit *Sac. Conſil. Neapol.*, & dicti *de Mariu.*,
& Merlin. pertranſeunt cum *deciſ.345. par.5. re-*
ceu. pleoè *Epiſcopus Rocca diſput. Iur. ſelect. cap.94.*
n.24., & 25. tom.2., & eamdem opinionem ſe-
dulò firmauit poſteà *Rot. deciſ.940. coram Amat.*
Dunozett. deciſ.2326. u.2., & infrà coram Coccin.,
& deciſ.219. u.3., & ſeq. par.15. recen.

133 Et licèt *Ioſeph Roſa conſult. forenſ. 67. per tot.*
tot., & Franc. Rocc. reſponſ. legal.4. lib.1. firment,
quod ſtante acceptatione literarum cambij te-
neatur acceptans illas ſoluere, licèt ſcribens fiat
decoctus poſt acceptationem, & ſiuè acceptans
ſciuerit, ſiuè ignorauerit decoctionem, qui *Rocc.*
inuehit contrà *Fab. de Auna dict. conſ.82.* contra-
rium tenentem, & aſſerit, illum fuiſſe pecunia cor-
134 ruptum, adhuc quicquid malè ſentiant *dicti de*
Roſa, & Rocc., non eſt recedendum ab opinione
ſuprà firmata veriſſima, & in ſubſellijs recepta,
ac per Sacram Rotam approbata, & contrà *Roc-*
cum fuiſſe deciſum in illa cauſa, teſtantur *Merlin.*
Pignatell. alleg. cap. 11., & ipſemet *Rocc.* de tali
deciſione contra ſe in illa cauſa facta teſtatur, ac
Rocci, ac *de Roſa* motiuis plenè occurrunt *Pi-*
gnatell. dict. cap.11., & Rot. deciſ.345. p.5. recen.
vndè malè *Roccus* inuehit contrà *Fabium de An-*
na, & iniuſtè illum lacerat, quod fuerit pecunia
corruptus, quin potiùs hoc crimen poteſt attri-
bui ipſi *Rocco*, dum contrà ipſum, & ſecundum
opinionem *Fabij de Anna* fuit iudicatum, & pa-
135 lidoniam recantando ipſemet *Rocc. reſponſ. le-*
gal. 10. per tot. lib. 1. mutato in melius conſilio
adhæſit opinioni *Fabij de Anna*, *Merlini Pigna-*
telli, *& Rot. dict. deciſ.345. par.5. recen.*, & ſub-
dit vlterius idem *Rocc. dict. reſponſ.10. u.25.* quod
ſuper

ſuper hoc articulo non eſt ampliùs diſputandum, cum ſit inductus ſtylus iudicandi ex opinione Rotæ Romanæ, & Sacri Conſilij Neapol., & quod in illa cauſa creditor, qui agebat contrà acceptantem non potuit obtinere ob motiuum decoctionis illius, qui ſcripſerat literas, poſt acceptationem illarum ſequutæ, *& Ioſeph de Roſa alleg. conſult. 67.* fatetur, quod illa cauſa non fuit ſuo tempore deciſa, vt teſtatur in fine *dictæ conſult. 67.*, vndè mercator, qui acceptauerat literas non fuit coactus ſoluere, & ampliùs *Epiſcopus Rocc. diſput. iur. ſelect. tom. 2. cap. 94. nu. 21. in fine* dicit *Roſam dict. conſult. 67.* aberrare à communi opinione.

Si verò in acceptante literas cambij adſit probabilis ignorantia decoctionis mercatoris, qui ſcripſit literas, ſequutæ antè acceptationem, ta-
136 lis ignorantia decoctionis illi non debet damnum afferre, *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 2404. Carlenall. de alleg. diſput. 6. n. 38.*, ſecùs ſi illam ſciens adhuc literas acceptaſſet, nam tunc teneretur illas ſoluere *Merlin. Pignatell. dict. cap. 11. n. 17. Epiſcopus Rocc. dict. cap. 94. n. 27.*

In dubio tamen in acceptante literas præſumitur ignorantia ſtatus mercatoris ſcribentis, ac decoctionis eiuſdem de tempore acceptationis, quando mercator, cui directæ ſunt literæ, & qui illas acceptauit longè diſtat à loco mercatoris ſcribentis, & decocti, itaut ob breuitatem temporis, quod interceſſit à die ſcriptarum litera-
137 rum, & diem acceptationis, non potuerit haberi ſcientia decoctionis *Merlin. Pignatell. dict. cap. 11. n. 18., & ſeqq. Rot. deciſ. 345. nu. 1. par. 5. recen.*

Et quamuis acceptans literas non ſit debitor ſcribentis, adhuc per acceptationem euadit illius fideiuſſor, & tenetur literas acceptatas complere per ſolutionem, licèt ſcribens euadat decoctus pendente termino ſolutionis *Capie. Latr. deciſ. 196. n. 24. cum tribus ſeqq.*; adhuc tamen intelligitur fideiubere, & ſe obligare cum præſup-
138 poſito, quod ſcribens ſit priſtinæ conditionis, & illam non deteriorauerit *Rot. deciſ. 345. nu. 8., & 9. par. 5. recen.*, cum qua procedit *Merlin. Pignatell. alleg. cap. 11. num. 24.*, qui in fine teſtatur, quod Sacrum Conſilium voluit ſequi veſtigia Rotæ Romanæ.

Quandò tamen mercator, qui acceptauit literas, eſt debitor ſcribentis, tenetur omninò ſoluere, non obſtante decoctione ſcribentis, cum
139 ceſſet motiuum, quod non poſſit ſe reualere contra ſcribentem decoctum *Fab. de Anna alleg. conſ. 82. n. 24. Franc. Rocc. reſponſ. 12. nu. 6. lib. 2. de Roſa alleg. conſult. 67. nu. 27. ad 29. Merlin. Pignatell. dict. cap. 11. n. 22. Mauſ. conſult. 126. n. 18. verſic. teneri vult.*

Quę dicta ſunt de decoctione ſcribentis literas, quę aderat de tempore acceptationis earumdem, & ignorabatur ab acceptante, & ob quam acceptans non tenetur ad illarum ſolutionem, procedunt etiam in decoctione tunc latente, & non
140 notoria, & palàm non declarata, itaut nec in caſu talis decoctionis latentis, de tempore acceptationis teneatur ſoluere, & adimplere literas, iuxtà opinionem *Rot. deciſ. 2326. coràm Coccin. deciſ. 940. coram Amat. Dunoz., & deciſ. 219. par. 15. recen.*

Attamen huiuſmodi opinio ex ſtylo Rotæ deducta debet intelligi cum grano ſalis, & iuxtà terminos earumdem deciſionum, vt ſcilicèt decoctio latens habeatur ferè pro publica, & patente, & quod mercator tunc temporis, excepto publico foro, cui adhuc non ceſſerat, haberetur apud mercatores in platea pro decocto facto, & opinione, nec ſufficit pro latenti decoctione, quod fuerint proteſtatæ aliquæ literæ cambij, vel obtentum mandatum ſuſpicionis fugæ contra mercatorem, cum prædicta non æqui-
141 polleant decoctioni, ex quo poſſunt contingere etiam mercatori diuiti, pecunias tamen in promptu tunc non habenti *Rot. deciſ. 85. n. 15., & ſeq. par. 15. recen. & in Bononien. literarum cambij 19. Iunij 1690. §. neque contrarium*, confirmata 27. *Februarij 1692. §. nec ſubſiſtit coram bo. mem. Vrſino, Gobb. conſult. deciſ. 9. nu. 67.*; & amplius probatio talis latentis decoctionis, debet tali caſu percutere tempus acceptationis literarum, vt ſunt caſus deciſionum mox allegatarum.

142 Nam in caſu *deciſ. 2326. coram Coccin.* literæ ſcriptæ fuerant Liburni 31. Decembris, fuerant acceptatæ Romæ die octaua Ianuarij, & decoctio ſcribentis Liburni ſequuta fuerat 4. Ianuarij, vt apparet ex figuratione caſus in eadem *deciſ. antè n. 1., & n. 7., & ſeqq.*; in caſu verò *deciſ. 940. coram Amat. Dunozett.* fuit probatum, quod intrà tempus ſcriptarum literarum, & acceptationem ſcribens apud mercatores, & correſponſales habitus fuit pro decocto, ex quo literæ ab eo ſcriptæ non fuerunt ab eo completæ ob ſuſpicionem decoctionis, & quia aliæ literæ cambij ſcribenti directæ nec potuerunt ab eo impleri ob ipſius inopiam, & quia ibi mercator ſcribens egebat ducatis 60. m. ad hoc, vt poſſet proſequi negocium, quam ſummam ob eius malum ſtatum non inuenit, vt apparet ex eadem *deciſ. 940. n. 7.*, & vlterius apparebat ex libris ſcribentis, quod eius negocium poſt tempus acceptationis literarum ampliùs non continuauerat.

143 In caſu verò *deciſ. 219. par. 15. recen.* agebatur de literis ſcriptis in Ciuitate Neapolis ſub *die 27. Februarij*, & acceptatis in Vrbe ſub *die 6. Martij*, & conſtabat de antecedenti decoctione apud mercatores ex teſtium depoſitionibus, ex pluribus executionibus factis contrà ſcribentem, ex venditione mercium pro vili prætio, dimiſſione Scriptoralis à ſeruitio negocij, & ex ſequeſtratione vxoris intùs monaſterium, vt apparet ex eadem *deciſ. n. 8. verſic. quod verſemur, & n. 9.*

Quocirca in caſu præfatarum deciſionum fuit admiſſa decoctio latens, quæ ſucceſſit intra breue tempus à die ſcriptarum literarum, & decoctio probata fuit adfuiſſe intra tempus acceptationis, & probationes ſuper decoctione erant tales, vt nullus contraheret cum ſcribente in loco decoctionis, licèt latentis, itaut pro vera decoctione nihil deficeret, niſi quod palam omnibus detegeretur per actualem ceſſionem foro, cum alias adeſſet decoctio à parte rei velata, ac latens, nam ſi deficerent tales probationes ſuper vera decoctione latente, non eſſet de illa habenda ratio, nec ſub illius prætextu poſſet acceptans retardare ſolutionem literarum ab ipſo acceptatarum, ne impediatur publicum commercium, quando enim quis ſoluit pecunias mercatori, & ab eo obtinet literas ſoluibiles in alio loco, ab alio mer-

mercarore, & hic illas acceptae, ille, qui dedie
pecunias, ne turbetur liberum commercium, non
debet inquirere de larenti decoctione ſcribentis,
nam eo ipſo, quo ſcribens tenebat baneum aper-
rum, & negociabatur ipſo facto, dum illi ſoluir
pecunias, & ab eo recepir lireras cambij, debee
eſſe tutus per ſolutiouem ſaciendam ab acce-
ptante.

Et in effectu pro decoctione ſcribentis literas
in propoſito non ſufficiunr aliqui actus, ex qui-
bus reſulter diminutio patrimonij ſcribentis, vt
144 in propoſito aduertit *Cardin. de Luc. de camb.*
diſcurſ.25. n.7. Rot. iu Romaua, ſeu Neapolitana
literarum cambij 4. *Maij* 1685. §. *Non obſtat coram*
b. m. Albergato, ſed requiruntur plures actus ſu-
prà recenſiti, & qui aderanr in decisionibus, in
quibus fuit admiſſa latens decoctio, nam alias ex
aliquibus paucis actibus, & æquiuocis adductis
pro lateuti decoctione non debet recedi à regula,
quod acceptans lireras cambij teneatur illas ſol-
uere, alias turbaretur publicum commercium,
& impleretur mundus litibus.

Hinc ſi poſt ſcripras literas, & illatum acce-
ptarionem mercator ſcribens comparuir in foro
publico, literas acceptauir, & cum multis palam
contraxit per mulros dies, hoc repugnat deco-
145 ctioni, cum decoctus ex dictis dicatur ille, qui
non comparet, latitat, & foro cedit *Surd. conſ.*
538.n.38. lib.4. Gratian. cap.391. nu. 18., & 19.
Palm. Nep. alleg.74. n.56. Rot. deciſ.365. num.26.
par.11. recen.

Ideò in hac materia plurimum pollere debet
146 circumſpecti Iudicis arbitrium iu benè riman-
do, & perpendendo, qui actus adducantur pro
decoctione latenre, & qui pro decoctionis exclu-
ſione, itaut ſi illi non benè concludant decoctio-
nem, ſed ſint dubij, & encruentur ex actibus ge-
ſtis à mercarore, vti adhuc negociarore, debese
inclinare pro executione literarum acceptata-
rum, vt deciſionibus Rotæ conrrarijs perpenſis
147 ad propoſitum benè aduertit *Eminentiſſimi inge-*
nij vir Card. de Luc. de camb. diſc.25. n.7., & ſeq.
omninò videndus in caſu occurrenti, & ita in
quadam cauſa Romana, ſeù Neapolitana litera-
rum cambij, ſcribente pro executione literarum
accepr ararum D. Emygdio fratre meo ex ordine
148 Collegij Patronorum S. Palatij, fuit deciſum ab
A.C. Thomato, cuius Iudicatum approbauit Si-
gnatura cum reſcripto *ſine præiudicio*, & ſic literę
habuerunt complementum, ex quo non aderane
probariones ſuper lateuti decoctione cum requi-
ſitis ſuprà relatis, quinimmò oſtendebatur, mer-
catorem ſcribentem literas proſequurum fuiſſe
149 negocium per plures dies poſt acceptarionem, &
plures alias literas ſcripſiſſe, & retinuiſſe bancum
apertum; licèt in alijs literis cambij factis alteri
perſonæ diuerſæ ab eodem mercatore in eadem
Romana, ſeù Neapolitana literarum cambij con-
trarium voluerit alrer Prælarus Iudex deputatus,
qui perperam exiſtimauit, in illo caſu adfuiſſe la-
tentem decoctiouem, & in hoc admirati remau-
ſere mercatores, ac negociatores, & benè in hoc
dici poteſt, quod rot homines, tot ſeutentiæ, &
quod in digeſtione eiuſdem cibi adeſt diuerſitas
in ſtomachis diuerſarum perſonarum, & quod
quilibee abundat in proprio ſenſu, ego exiſtimo,
quod A.C. Thomatus in illa cauſa meliùs cenſue-
rit, & eius iudicatum vti pateuter iuſtum appro-
bauit ex dictis Tribunal Siguaturæ Iuſtitiæ cum
reſcripro *ſine præiudicio*, uam ſi adſuiſſent proba-
biles probationes ſuper latente decoctione, vti-
que Signatura in concurſu talis probationis cau-
ſam appellarionis commiſiſſet.

Quia quandoque decoctio procedie in Merca-
rore, cui ſcribunrur lireræ cambij, hinc breuitee
notandum hic, quod ſcribens renerur reſtituere
ſummam ab ipſo receptam, pro qua dedir literas
cambij, ſi mercator, cui illæ directæ ſunr, fiat
decoctus antè illarum ſolutionem, cum ſcribens
nunquàm libererur, quouſque literæ non fuerine
ab eo, cui directæ ſunr, completæ per effectiuam
150 ſolutionem *Bald. conſ.348. verſic. conſidera inter-*
dum, & n.4. verſic. finaliter dico lib. 1. *Spad. conſ.*
222. n.1. & 3. lib.2., & ibi Rota n.8., Mareſcott.
var. reſol. lib.2. cap. 11. num.1. & ſeqq., Scacc. de
commerc. & camb. §.2. gloſ.5. uum. 322., & ſeqq.
Duard. de camb. §.1. qu.25. n.5. & infrà, Gratian.
cap.64. n.5. & ſeqq., Olea de Ceſs. Iur. tit. 7. qu.3.
à n.25., Manſ. conſult. 19. n.5., Maſtrill. deciſ.221.
n.17., vbi quod hæc eſt communis opinio, & quod
ità ex diuturna conſuetudine ſeruarur inter mer-
catores *Rot. deciſ.217. n.1. & 2., & ibi Adden. n.*
9. coram Gregor., deciſ.250. nu.1. coram Dunozzett.
Sen., deciſ.54. n.1. coràm Card. Celſ., deciſ.679. n.2.
par. 1. recen., deciſ.334. n.6. par.5., & deciſ.213. n.
3. & 4. par.16.

Itaur damnum decoctionis mercatoris, cui di-
rectæ ſunr literæ, ſpectet ad mercarorem ſcriben-
tem literas, & non ad illum qui numerauit pecu-
151 niam pro illis habendis *Rot. deciſ. 49. poſt Paci-*
fic. de Saluian. deciſ. 257. coram Gregor., & deciſ.
486. coram Buratt.

Præſentatio quippè literarum fir campſori,
cui directæ ſunr, vr adueniente tempore illas
ſoluar, & acceptatio operarur ſolùm, vr præſen-
tans literas ſequatur fidem campſoris, quia ſic
mandar mercator ſcribens lireras, & quatenùs
acceptans ſoluerit, & non aliàs, vt probant au-
thorirates mox relatæ; nec enim per ſolam da-
tionem literarum inducitur aliqua delegatio, ac
152 nouatio, niſi literis acceptatis, & completis
per effectiuam ſolutionem *Gratian. cap.64. num.5.*
& ſeqq., Amat. Panorm. reſol. 47. nu.25. & ſeqq.,
Merlin. de pignor. lib.4. qu.147. uum.54., & ſeqq.,
Caſtill. controu. Iur. lib.5. cap. 77. in principio ver-
ſic., & quidem Marcell. de Maur. alleg. 62. per tot.
Rot. deciſ.486. n.1. & ſeqq. coram Buratt. deciſ.54.
n.1. & infrà coram Celſ. deciſ. 47. nu 1. cùm duobus
ſeqq. par.10. recen.

Quinimmò ceſſante delegarione, data etiam
aliquali negligentia, & mora in exigendo à mer-
carore, cui literæ ſunt directæ, ſcribens adhùc
tenetur, cum non remanſerit liberatus, niſi literis
153 adimpletis, & ſolutis *Mareſcott. var. reſolut. lib.*
2. cap.11. n.5., Caſtill. allegat. cap. 77. in princip.,
verſic., quod ſi adhuc, Franc. Rocc. de lit. Camb.
Notabil. 51. n. 141., & ſeqq. Marcell. Maur. dict.
allegat.62. n.2. §. & quia, Gizz. ad Capic. Latr. de-
ciſ.20. n.15., Fontanell. deciſ. 125. num.17. verſic.
quod etiam, Rot. deciſ.136. n.1. coram Millin., deciſ.
486. n.6. coram Buratt., deciſ.54. n.11. coram Celſ.,
deciſ.228. n.10., & ſeq. par.4. tom.2. recen., & de-
ciſ.47. n.9. par.10.

Procedit concluſio licèt ille, qui accepit lite-
ras,

Digitized by Google

ras, non certiorauerit ſcribentem de recuſatione
ſolutionis, nec remiſerit literas cum proteſtatio-
ne eidem ſcribenti, cum de ſtricta Iuris cenſura,
ceſſante particulari ſtatuto, vel conſuetudine,
154 non teneatur talem certiorationem facere, ſicut
non tenetur de negligentia *Franc. Rocc. reſponſ. 8. per tot. lib. 1.*, qui teſtatur ſic deciſum, & Romæ
ità ſeruari, & *reſponſ. 13. n. 6. & ſeqq.* eodem *lib. 1.*
idem *de liter. camb. Notab. 50. & 51. num. 139. & infrà poſt p. vol. reſponſ. Capice. latr., deciſ. 106. nu. 20. cum duobus ſeqq.*

Et eſt ratio, quia mercator ſcribens, & qui de-
dit literas ſcit, aut ſcire debet, ſe non eſſe libera-
tum, ideoque debet eſſe ſollicitus, & inueſtigare
155 an creditor, qui illi dedit pecunias exigat, vel
exegerit nec nè *Caſtill. allegat. cap. 77. in princip. verſic., quod ſi adhuc inſtes, Rot. Ianuen. deciſ. 33. n. 19.*, & quia mercator ſcribens literas cambij ſem-
per ſcribit alias literas, quas vocant *d'auuiſo* mer-
catori ſuo correſponſali, cui tractam fecit, & li-
teras cambij ſoluendas direxit, à quo ſemper
certioratur per alias literas reſponſiuas de præſen-
tatione literarum, ac acceptatione illarum facta,
vel facienda, & ſic non eget alia certioratione
ad tradita *per Scacc. de camb. §. 1. q. 5. n. 78. & infra Turr. eodem tract. diſput. 2. qu. 1. n. 12.*
156 Et licèt *Franc. Rocc. reſponſ. 5. n. 3. lib. 1. Venturin. conſ. 10. n. 209. & ſeqq., Fontanell. deciſ. 125. n. 4. & 5.*, & alij relati per *Rot. deciſ. 213. num. 8. & ſeq. par. 16. recen.* exiſtiment, teneri illum, qui
recepit literas cambij, illas remittere proteſtatas
ſcribenti cum certioratione, quod non potuit il-
las exigere, nihilominùs opinio prædictorum
Doctorum non procedit de ſtricto Iure, ſed solùm
vbi adeſt ſtatutum, vel conſuetudo particulariter
determinas, literas huiuſmodi debere remitti cum
proteſtatione, vt eſt in Ciuitatibus Ianuæ, &
157 Neapolis, secùs ſtatuto, & conſuetudine defi-
cientibus, vt fuit ſuprà probatum, & benè firmat
Rocc. reſponſ. 8. num. 8. & 13. lib. 1., qui prædictas
authoritates ſic declarat, prout cum eadem di-
ſtinctione, & declaratione procedit *Rot. dict. deciſ. 213. n. 11. ad 13. par. 16. recen.*, quæ deciſio fuit
confirmata, vt legitur adnotatum in calce eiuſ-
dem deciſionis, ſed deciſio confirmatoria non
reperitur impreſſa.

Aduerte tamen, quod ſi ille, qui accepit lite-
ras, longam moram fecerit, ac magnam negli-
gentiam adhibuerit in illas exigendo à campſore,
cui fuerant directæ, tali caſu magnæ negligentiæ,
& longæ moræ nimis damnoſæ ſcribenti, dam-
num decoctionis non ſpectat ad ſcribentem, ſed
debet illud pati creditor, qui habuit literas, &
diſtulit exactionem, hoc namque caſu ſi ſcribens
158 fuiſſet certioratus de non ſolutione, feciſſet ſuas
diligentias in exigendo *Franc. Rocc. reſponſ. legal. 5. per tot. lib. 1.* & in *notab. 51. & 63. de lit. camb.*,
secùs ſi agatur de mora breui, *Pereyr. de Caſtr. deciſ. Luſitan. 126. n. 3. & 4. Rot. deciſ. 486. n. 3., & infrà coram Buratt.*, vbi mora viginti ſeptem
dierum non fuit habita pro conſiderabili.

Et quando negligentia, & mora in exigendo eſt
conſiderabilis, etiam ceſſante delegatione, dam-
159 num non ſpectat ad ſcribentem, *de Marin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 79. n. 6., Fontanell. deciſ. 125. n. 17. verſic. ſum contentus & n. 18. Adden. ad Gregor. 217. n. 9.* vbi ſic declarat *dict. deciſ. 217. Gregorij.*

At mora, ac negligentia in exigendo literas,
vel illas remittendo non nocet, ſi ſcribens non
oſtendat, quod intrà tempus prætenſæ moræ, ille
qui acceperat literas, potuit exigere à mercatore,
cui illæ erant directæ, & ſic conſtare debet, quod
160 hic eſſet ſoluendo *de Marin. quotid. reſol. lib. 1. cap. 79. n. 7.*, & faciunt benè tradita per *Rot. deciſ. 184., n. 9. coram Royas, deciſ. 204. nu. 29. & infrà par. 9. recen., deciſ. 2. n. 10. & 11. par. 14., & deciſ. 111. n. 6. & ſeq. p. 17.*

Officit tamen mora, & negligentia in non exi-
gendo, quando ille, qui recepit literas ſua volun-
tate conceſſit mercatori dilationem ad ſoluen-
dum, ſi enim durante tali dilatione euadat deco-
ctus, decoctio cedit damno accipientis literas,
161 qui voluit concedere dilationem, non autem
ſcribentis, talis dilationis non conſcij *Scacc. de commerc., & camb. §. 2. gloſ. 5. n. 325., Turr. eodem tract. diſput. 2. qu. 17. n. 8., Rocc. reſponſ. legal. 5. n. 8. lib. 1., Rot. Ianuen. deciſ. 4. n. 9. Fontanell. deciſ. 125. n. 18.*

Attamen ille, qui accepit literas cambij dire-
ctas mercatori, qui illas non acceptauit, vel ac-
ceptatas non compleuit, non poteſt tales literas
reſtituere ſcribenti, nec ab illo prætendere repeti-
tionem ſummæ datæ pro habendis literis, ante-
quàm agat, & faciat diligentias contrà illum,
cui illæ directæ ſunt, cum ſcribens eatenus tenea-
tur, quatenus campſor, cui directæ ſunt literæ,
162 illas non acceptauerit, vel acceptatas non
compleuerit per ſolutionem *Olea de ceſſ. iur. tit. 7. qu. 3. n. 37., Manſ. conſult. 19. n. 7. Card. de Luc. de camb. diſc. 21. n. 4. Rot. Ianuen. deciſ. 6. n. 6. Fontanell. deciſ. 125. n. 2. cum duobus ſeqq.*

Pertinet ad materiam mox examinatam id,
quod in duobus votis deciſiuè dixi, dum Iudex
eram, ideò illa hic inſerere congruum eſſe exiſti-
maui; & primi voti tenor talis eſt.

Ratione bancaria ſub nomine Greppij olim in
alma Vrbe probati, ac diuitis nummularij, plu-
res poſt annos eo defuncto, culpa adminiſtrato-
rum eiuſdem rationis adhuc vigentis defecta, Lu-
catellus debitor D. Marchionis Spade pro penſio-
nibus domus fecit illi ordinem ſcutorum octua-
ginta in computum penſionum directum eidem
rationi bancariæ, adhùc ſub bono credito cur-
renti, ſed antè ordinis, ſiuè mandati de ſoluen-
do adimplementum, ratio bancaria defecit,
vndè D. Marchio inſtetit coram me tunc Secundo
Collaterali contrà Lucatellum pro ſolutione di-
ctorum ſcutorum octuaginta, & licèt ſcribentes
pro Lucatello prætenderent, decoctionem debere
cedere damno D. Marchionis, attamen cum
contrarium ipſe motiuarem, fuit pro parte Luca-
telli petitum votum Aſſectamenti, quo adito ſub
die 9. Decembris 1681., fuit vnanimiter reſolutum
iuxtà meum votum, eſſe relaxandum mandatum
contrà Lucatellum.

Et ratio mei voti fuit, quia talis ordo, ſiuè
mandatum de ſoluendo fuerat receptum pro ſol-
uendo, non pro ſoluto, & ſic non pro ſolutione,
& extinctione debiti, ſed ſub ſpe realis, & effe-
ctiuæ ſolutionis faciendæ à dicta ratione banca-
ria Greppij, cui ordo erat directus, vndè cum
hæc ordine non ſoluto defecerit, decoctio, ceſſante
delegatione, debebat cedere damno Lucatelli, qui
163 dedit ordinem, non autem D. Marchionis, qui

illum recepit ex traditis per *Seſſe deciſ. Aragon. 123. num. 3. tom. 2.*, & magis præciſè *Gratian. cap. 64. num. 5. 6. & 14. Rot. deciſ. 49. 50. & 51. poſt Pacific. de Saluiano*, quæ *deciſ. 50.* eſt dupplicata *par. 4. diuerſ. deciſ. 445.*, *deciſ. 228. num. 1. & ſeq. part. 4. tom. 2. recen.*, *deciſ. 189. num. 20.*, *& infrà par. 9. & deciſ. 247. n. 19.*, & *færè per tot. par. 10.*, confirmata *coram Celſ. deciſ. 54. num. 1. & 2.*, *deciſ. 217. n. 1. & ſeq. coram Gregor.*, *& deciſ. 486. coram Buratt.*

Nec refert, quod dictæ authoritates, ac deciſiones loquantur in terminis literarum cambij, in quibus ſcribens nunquàm cenſetur liberatus, quouſque per illum, cui directæ ſunt, non fuerint completæ, mediante effectiua ſolutione, non autem procedant in huiuſmodi ordinibus, ſiuè mandatis de ſoluendo directis Banco, quia eadem ratio viget, cùm & ipſæ literæ cambij nihil aliud contineant, quàm mandatum de ſol-
164 uendo, vt præſupponitur *per Rot. deciſ. 1167. n. 2. coràm Cardin. Seraph.*, *& deciſ. 155. n. 2. coram Cardin. Canaler.*, & in puncto hoc firmat *Epiſcopus Marant. reſponſ. 94 færè per tot.*, & ſignanter *à nu. 34. & infrà tom. 5.*

Ratio autem cur ordo, ſeù mandatum de ſoluendo directum banco contineat ſimplex mandatum de ſoluendo, & non producat liberationem ea eſt, quia poteſt ordine contrario reuocari, vel præuentiua exactione per mandantem eludi, &
165 ſic antè effectiuam ſolutionem non poteſt liberare ſcribentem, ſiuè dantem ordinem *Adden. ad Gregor. deciſ. 347. n. 19.*, *deciſ. 155. n. 2. coram Canaler.*, *deciſ. 9. n. 1. & 2. & 13. & deciſ. 17. n. 7. & 8. coram Priol.*, *deciſ. 54. n. 3. coram Celſ.*, *& deciſ. 228. n. 12. & 13. par. 12. rec.*; cum talis ordo præſumatur receptus pro faciliori exactione crediti,
166 non autem in illius ſolutionem, & extinctionem plenè *Marant. alleg. reſponſ. 94. num. 36. & ſeq.*, & præcipuè *n 47. tom. 5.*, & facit *Rot. dict. deciſ. 54. n. 3. coram Celſ.*

Minùs officit, quod D. Marchio retinuerit penès ſe ordinem per viginti nouem dies, intrà quod tempus poterat ordinem exigere, & dum non exegit, ob conſiderabilem negligentiam, & moram in non exigendo, damnum ex eius culpa proueniens ipſi imputari debeat decoctione ſubſequuta, nam reſpondetur, quod licèt data ordinis directi rationi bancariæ eſſet ſub die 16. Iulij, & decoctio ſequuta fuerit ſub die 14. Auguſti, adhùc non probato, quod ordo ſtatim conſignatus fuerit D. Marchioni, ex ſola data ordinis non poteſt probari mora, & negligentia,
167 quando enim vis ſtat in tempore, illud præciſè probandum eſt *Surd. conſ. 60. n. 30. Rot. deciſ. 622. n. 4. coram Merlin.*, *deciſ. 150. n. 2. deciſ. 213. n. 6.*, *& deciſ. 318. n. 8. coram Celſ.*; & adhuc dicta mora
168 29. dierum, non dicitur magna, nec præiudicauit D. Marchioni, vt præciſè firmat *Rot. deciſ. 466. n. fin. coram Buratt.*, vbi ad hunc effectum mora 27. dierum non fuit habita in conſideratione, & dictam deciſionem ſequitur *Rot. deciſ. 213. n. 6. & 7. p. 16. recen.*

Et eo minùs dicta modica mora debet nocere, ex quo D. Marchio diſtulit exactionem, quia
169 ratio bancaria Greppij ab omnibus exiſtimabatur pro diuite in Platea, itaut plures Principes, Magnates, ac nobiles, & plura loca pia conſpicua in illa tenerent depoſitatas ingentes pecuniarum ſummas, & nullus potuit opinari talem defectionem in banco optimi crediti, quinimmò tota Curia mirata fuit de tali decoctione, & ipſemet Lucatellus habuit ſimile creditum eidem banco, dum de tempore ceſſationis, in eo retinebat non exiguam pecuniarum quantitatem, vndè D. Marchione non eſt imputanda aliqua negligentia, dum tranſiuit cum opinione communi, & præciſè cum illa Lucatelli, qui opponit negligentiam.

Præterea mora in propoſito nec videbatur conſiderabilis, ceſſante delegatione, hoc etenim
170 caſu decoctio cedit damno ſcribentis, & dantis ordinem pro ſoluendo, *Gratian. cap. 64. num. 15. & infrà & n. 29. & 30.*, *Rocc. de liter. camb. notab. 51. n. 151. & ſeq.*, & hæc eſt ſententia inconcuſſa Rotæ, vt patet ex *deciſ. 497. n. fin. coràm Buratt. deciſ. 47. n. 29. par. 10. recen.* confirmata *deciſ. 54. n. 1. coram Celſ.*

Delegationem autem hic non adeſſe reſultabat clarè, ex quo non aderat acceptatio ordinis, & debiti in eo contenti facta à complementario ra-
171 tionis bancariæ Greppij iuxtà *gloſ. in l. quamuis §. ſi mulier il 2. ff. ad Velleian.* ſemper à Rota receptam in noſtris terminis præciſis, vt *in deciſ. 49. n. 6.*, *& deciſ. 50. & 51.*, *vtrobique n. 4. apud Pacif. de Saluian.*, *deciſ. 217. num 3. & ſeq. coràm Gregor. deciſ. 603. n. 16. coram Rembold. deciſ 54. nu. 2. coràm Celſ.*, *deciſ. 47. n. 7. par. 10. recen.*, & obſeruat *Adden. ad Buratt. deciſ. 48. n. 11. in fine.*

Non obſtat demùm, quod non poſſit agi contra Lucatellum, non factis priùs diligentijs contrà rationem bancariam, cui ordo erat directus, nec priùs poſſit haberi regreſſus contrà Lucatellum *ad text in l. ſi nomen ff. de hæred.*, *vel act. vendit.*, nam vel non requirebantur huiuſmodi diligentiæ, dum non agebatur in terminis veræ ceſſionis, ſed tantùm nudæ traditionis ordinis, ſiuè
172 mandati de ſoluendo non pro ſoluto, vt reſpondet *Rot. deciſ. 287. num 4. coram Gregor.*, & in his terminis *deciſ. 47. n. 5. & ſeqq. par. 10. recen.*; vel dum notoria erat decoctio rationis bancariæ, vt contendebat ipſemet Lucatellus, non requireba-
173 tur, ſtante decoctione, alia excuſſio *Staiban. reſol forenſ. 96. n. 19. Ludouic. deciſ. Peruſ. 45. n. 15.*, *Thomat. deciſ. 113. n. 11.*, *Gratian. deciſ. 71. n. 15.*

Lucatellus per ſolutionem approbauit iudicatum, ex ſundamentis, de quibus in voto, iuſtiſſimum.

Secundum votum ad materiam prioris tendens, eſt ſequentis tenoris.

Caius, & Seius Mercatores debebant Minotto ſcuta 160. vigore duarum ſchedularum *Pagherò*, nempè ſcuta 80. pro qualibet ſchedula, quarum ſchedularum complementum, ac ſolutio ſequi debebat quoad vnam in menſe Februarij, & quoad aliam in menſe Martij, quas ſchedulas *Pagherò* Minottus ceſſit Righezzio *per altrettanti*, qui ad computum primi *Pagherò* exegit ſcuta 50., & poſtea adueniente die ſolutionis vtriuſque *Pagherò* obtinuit decerni mandata contrà debitores giratos, ſed non curata illorum expeditione, nec executione, exegit extraiudicialiter ſcuta triginta pro complemento ſolutionis quantitatis debiti contenti in primo *Pagherò*, & alia ſcuta quindecim ad computum ſecundi, & cum poſtea debiti

ſolu-

Digitized by Google

ſolutione non completa, dicti Caius, & Seius
mercatores foro ceſſiſſent, petebat Righezzius relaxari mandatum pro ſumma ab illis non ſoluta
contrà Minottum giranteem, ſeù cedentem.

Et ſcribentes pro Righezzio mouebantur, ex
quo girata dictarum ſchedularum *Pagherò* ipſi
facta per Minottum importaret contractum ceſſionis nominis debitoris factum ſolutionis cauſa,
& vt dicitur pro ſoluendo, non pro ſoluto, ad
hoc ſcilicèt, vt Righezzius poſſet ſatisfieri de pecunia data Minotto ex nominibus debitorum
contentis in ſchedulis *Pagherò*, & ſic cenſeretur
datum ſimplex mandatum ad exigendum, & pro
ſoluendo, non autem facta ceſſio pro ſoluto, &
per conſequens damnum decoctionis ſpectaret
ad Minottum cedentem, ac girantem ſchedulas
174 *Pagherò*, non autem ad Righezzium ceſſionatium, ſeu giratarium *ex Rot. deciſ. 266. n. 16., & ſeqq. coram Duran. deciſ. 361. per tot. coram Royas, deciſ. 54. n. 3. coram Celſ. deciſ. 47. nu. 1., & ſeqq. par. 10. recen.*, & benè *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 6. n. 183. cum duobus ſeqq. Card. de Luc. de credit., & debit. diſc. 64. n. 9.* vbi quod cum hac opinione reſidet *Rota, & Curia, & n. 24.*, vbi præciſè hoc firmat in ceſſione nominum debitorum
175 conſiſtentium in literis cambij, ordinibus, vel
apochis, & *diſcurſ. 65. num. 7.*, & confert præciſè
Carol. Marant. reſponſ. 94. num. 34., & 35. tom. 5.
& dictum fuit ſupra hic *n. 163., & 164.*

Et quod aſſignatio nominis debitoris niſi expreſſè dictum ſit, quod datur in ſolutum, reſoluatur in ſimplicem ceſſionem, & cedens non li-
176 beretur, niſi ſequuta ſolutione *Surd. conſ. 145. n. 6. Rot. deciſ. 362. n. 4. ad 8. coram Royas* & plenè
Olea de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. 3. n. 19., & infrà, & nu. 24., vbi ſubdit, quod periculum decoctionis
nominis ceſſi, quando ſumus in ſimplici ceſſione
ſpectat ad cedentem.

Præcipuè dum nec aderat delegatio ceſſanti-
177 bus requiſitis, de quibus in *l. 3. C. de Nouat.*,
& ſignanter acceptatio facta per debitores ceſſos
Rot. deciſ. 217. nu. 1., & ſeqq. coram Gregor. deciſ. 54. n. 2. coram Celſ. cum alijs allegatis ſuprà hic
in antecedenti voto *n. 170.*, quo caſu dationis in
ſolutum, vel delegationis periculum decoctio-
178 nis ſpectaret ad emptorem, ſiue delegatarium
nominis debitoris *Olea de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. 3. n. 19., & ſeqq. Rot. deciſ. 47. n. 3. par. 10. recen.*

Et dicebatur non obſtare negligentiam Ri-
179 ghezzij in exigendo, quia erat modica, & ſic
non attendenda, *Rot. deciſ. 466. nu. fin. coram Buratt.*, & dictum fuit ſuprà hic in antecedenti voto *n. 167.*, & ampliùs, quod ceſſante delegatione
periculum nominis debitoris ceſſi, ac decoctionis ſuperuenientis ſpectet ad cedentem *Rot. deciſ. 54. n. 11. coram Celſ.*

Quæ faciliùs procedere dicebantur, quia in
Righezzio non poterat conſiderari aliqua negligentia, quinimmò diligenter ſe geſſerat exigendo partem, ac etiam obtinendo mandata contrà
180 debitores ceſſos, ſed ſatisfactionem integram
obtinere non potuerat ob malam qualitatem debitorum giratorum, ſeù ceſſorum.

His tamen non obſtantibus, cum ea caſui, de
quo in themate facti, non applicarentur, exiſtimabam, damnum decoctionis cedere debere damno Righezzij, qui licèt propriè nomina debitorum contenta in ſchedulis *Pagherò* non emiſſet, nec recepiſſet in ſolutum, adhuc negari non
poterat, quod per illorum ceſſionem, ſiuè gira-
181 tam non fuiſſet conſtitutus Procurator in rem
propriam, & poſitus in locum Minotti cedentis,
vt poſt *Pariſ. conſ. 107. n. 34., & 35. lib. 3.* firmat
Golin. de Procurat. par. 4. cap. 1. n. 19., & in terminis ſimilis giratæ per *altrettanti Marant. reſpon. 94. n. 34., & 35. tom. 5.*; per dicta enim verba per *altrettanti* Minottus cedens, ſeù conſtituens Procuratorem, videtur actiones directas mandaſſe Righezzio, & vtiles ceſſiſſe, & ſic Righezzius conſtitutus Procurator in rem propriam fuit effectus
182 dominus vtilium actionum, & mandatarius
directarum per *l. qui ſtipendia C. de Procur. Golin. de Procur. dict. cap. 1. num. 20. verſic. & per iſtam clauſulam, & nu. 21.*, & ibi *Carol. Anton. de Luc. in addit. n. 5. Olea de ceſſ. iur. tit. 1. quæſt. 2. nu. 46.*,
ideoque dum Righezzius fuit negligens in experiendo iura ſibi mandata, & in exigendo, damnum decoctionis illi nocere debet; negligentia
autem non videbatur poſſe excuſari, cum enim
tempus ad ſoluendum præfixum in ſchedulis *Pagherò* eſſet elapſum, & ipſe vlterius poſteà obtinuiſſet contrà debitores ceſſos mandata ſuſpicionis fugæ, ſed recepta ad computum certa ſumma, illa exequi non curauerit, ſed paſſus fuerit,
labi tempus trium menſium circiter, ex hoc arguitur negligentia, ſi enim mandata exequi curaſſet, mercatores ceſſi pro tam modica ſumma
non fuiſſent paſſi fieri executionem, nam cum
ſtragulis eorum fundaci, quem tunc, & per menſes poſteà retinuerunt apertum, ſatisfacere potuiſſent, ad euadendam executionem, decoctio
proptereà longè poſt ſubſecuta cedit damno Ri-
183 ghezzij ceſſionarij, ac Procuratoris ad exigendum irreuocabilis per *text. in l. decem 72. ff. de ſolut. Olea de ceſſ. iur. tit. 7. quæſt. 3. num. 41. 43., & 44.*

Et negligentia in exigendo palpatur manibus,
184 ex quo cœpit facere, & agere, & poſtea deſtitit
l. in re mandata, & ibi *gloſ. in verbo neglectum C. mandat*, cum Procurator teneatur ob culpam in
185 non exigendo, quinimmò committit dolum,
ſi non exegit, quod exigere poterat *l. dolus 44. ff. mandat. l. à Procuratore 3.*, & ibi *gloſ. in verbo, & omnem culpam*, & in *l. in re mandata C. mand.*, vbi
ſtatuitur, quod Procurator maiorem diligentiam
debet adhibere circa aliena negocia, quam propria, & ita ſe gerere, ne quidquam in eius ad-
186 miniſtratione neglectum, ac declinatum, ac ab
omni culpa vacuum ſit *Pariſ. conſ. 91. nu. 10., & ſeqq. lib. 1. Cyriac. contron. 139. num. 17. Golin. de Procur. par. 1. cap. 2. ferè per tot. Rot. Ianuen. deciſ. 9. n. 5., & 6.*, præcipuè dum agitur inter mercatores, & negociatores, inter quos maior requiritur diligentia in exactione, cum experientia
doceat, eorum ſtatum ſæpiſſimè breui dierum ſpatio in deterius mutari, etſi exegiſſet, ſicut poterat, reſiduum cum mandatis iam obtentis, proue
voluntariè exegit ſolam partem, nihil remanſiſſet exigendum, vndè ſibi imputet Righezzius, ſi
mandatum, quod ex debito cœperat exequi, no-
187 luit poſteà ex ſocordia ad effectum perducere,
vt in his terminis benè aduertit *Card. de Luc. de credit., & debit. diſc. 64. n. 11. verſic. benè tamen.*

Non obſtat, quod ceſſante delegatione, negli-

gentia, vel mora non noceat Righezzio girata-
rio, ſeù ceſſionario, nam reſpondetur, hoc non
eſſe verum, quando mora, & negligentia arbitrio
188 Iudicis eſt magna, nam tunc damnum deco-
ctionis damno ceſſionarij cedit *Olea de ceſſ. Iur.
tit.7. quæſt.3. n.39.*, & in his terminis *Cardin. de
Luc. de credit.*, *& debit. diſc.64. num. 10.*, *& 11.
Fontanell. deciſ.125. nu.17.*, *& 18.*; & negligen-
tiam, ac moram Righezzij in non exigendo fuiſſe
189 maximam arguitur, ex quo poterat ex dictis
exigere in fine menſis Martij, ac obtinuit poſteà
mandata contrà debitores, ſed diſtulit illa exequi
per tres menſes, quorum executionem ſi intrà di-
ctũ tempus procuraſſet, vtique de facili potuiſſet
obtinere ſolutionem à mercatoribus retinẽtibus
fundacum apertum, qui ne in platea grauarentur
in exiſtimatione, abſque dubio non fuiſſent paſſi
fieri executionem pro tam paruo debito, & ſic
ſi vrbaniter Righezzius cum illis ſe geſſit, ſibi im-
puret, nec enim debebat expectare, quod debi-
190 tores deferrent pecunias ad eius domum, vt
benè aduertit *Rot. deciſ.189. n.4.*, *& ſeq. coram
Royas*, & in puncto notat *Cancer. var. reſol. par.2.
cap.61. n.170.* iuxtà antiquam, & *nu.* 187. iuxtà
modernam impreſſionem.

Vltrà quod prætendebat Minottus, debitores
giratos fuiſſe aſſignatos per veram delegationem,
ex quo dabantur depoſitiones teſtium dicentium,
mercatores debitores giratos acceptaſſe in credi-
torem Righezzium giratarium, & quod illi ſol-
uiſſent, & offerebat Minottus tales teſtes formiter
examinare, quæ acceptatio probata etiam per
teſtes inter mercatores ſufficit, nam cum inter
illos procedatur de bono, & æquo, delegatio
non eſt probanda rigoroſè per formalem ſtipula-
191 tionem, ſed ſat eſt, quod quomodocunque
probetur etiam ſine ſtipulatione *Franch. deciſ.303.
Fontanell. deciſ.124. n. 11.*; quinimmò inter mer-
192 catores ſat eſt delegatio impropria, reſultans
etiam ex coniecturis, & præſumptionibus *Médic.
deciſ. Senen. 66. n.39.*, *& ſeqq.*, *& num.53. Manſ.
conſult.339. nu.34.*, *& 37.* vbi Doctores, & deci-
ſiones cumulat *Rot. in Romana Vineæ 24. Aprilis
1684. §. delegatio circa finem coram Reuerendiſſimo
Caccia Archiepiſ. Mediolanen., nunc Cardinali Emi-
nentiſſimo*.

At ceſſante etiam delegatione ſemper recurrit
motiuum magnæ negligentiæ, & moræ Righez-
zij, dum vltrà debitum voluit vltrò expectare de-
bitores, recipiendo ſolùm ratam crediti, & ſic il-
193 lius damno cedere debet decoctio ſubſequens,
& non Minotti, vt vltrà alios ſuprà allegatos te-
nent *Gait. de credit. cap.2. tit.7. num.2416. verſic.
aut ſi partem crediti Acoſt. de Priuil. credit. Regul.
2. ampliat.6. num. 8. Olea de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3.
n.42. in fine Pereyr. deciſ. Portugall.127. n.7. Fon-
tanell. deciſ.125. n.17.*, *& 18.*

Nec releuat, quod de tempore ceſſionis, ſeù
giratæ ſchedularum *Pagherò* debitores ceſſi eſſent
vel decocti, vel decoctioni proximi, & ſic non
poſſit imputari Righezzio, ſi non exegit, ex quo
inutiles fuiſſent diligentiæ in exigendo, & pro-
194 pterea ſit locus regreſſui contrà Minottum ce-
dentem *Cancer. var. reſol. par.2. cap.6. n.188. Olea
de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3. n.40.*, nam reſpondetur,
obiectum in iure alioquin verùm, tolli ex facto,
dum debitores girati, ſeù ceſſi poſt ceſſionem
per plures menſes poſteà tenuerunt negocium
apertum cum magna quantitate mercium, ac
ſoluerunt maiorem partem debiti, ac totum ſol-
uere potuiſſent, ſi Righezzius fuiſſet diligens in
executione mandatorum contrà illos obtento-
rum.

Cumque ex prædictis inclinarem pro ſententia
abſolutoria fauore Minotti, Righezzius produ-
xit fidem duorum teſtium atteſtantium, quod
dum ipſe conqueſtus fuit cum Minotto de duritie
debitorum ceſſorum in ſoluendo, hic dederit re-
ſponſum, *che andaſſe temporeggiando, che ancor lui
ci haueua altri Pagherò, e non gli daua la caccia*,
& cum inſtaret pro repetitione teſtium formiter,
cenſui eſſe locum examini ob materiæ releuan-
tiam, ex quo per talem probationem excludeba-
tur negligentia Righezzij in exigendo, dum non
195 exegit, & mandata obtenta executioni non de-
mandauit facto Minotti; & cum cauſa adhuc non
deciſa fuerim à munere Secundi Collateralis ad
illud Primi aſſumptus à ſa. mem. Innocentio XI.
cauſa fuit, factis probationibus per Righezzium,
expedita per Secundum Collateralem ſucceſſorem
fauore Righezzij, & condemnatus Minottus ad
ſoluendum ſummam, quam Righezzius non ex-
egerat.

Cæterùm in alia cauſa ſimilis *Pagherò* girati
per altri e tanti continentis ſummam ſcutorum
ſexaginta ſoluendorum intra menſem, & alteri
girati, ſeù potiùs venditi pro ſolis ſcutis quin-
quaginta, dum giratarius diſtulit per quatuor
menſes tale debitum exigere, dixi, periculum
decoctionis debitoris ceſſi, quæ ſuperuenit, ſpe-
ctare ad giratarium, nec girantem ad aliquid te-
neri, dum enim creditum ſchedulæ *Pagherò* erat
ſcutorum 60., & fuit facta girata, ſeù potiùs ven-
ditum tale creditum pro ſolis ſcutis 50. ex hoc
apparebat, fuiſſe proceſſum per viam contractus
emptionis, & venditionis, per quem fuit transla-
tum dominium in emptorem, vel ceſſionarium
196 nominis debitoris, & ſic ad hunc ſpectabat
damnum decoctionis, vt benè diſtinguit *Olea de
ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3. n.19.*, *& ſeqq.*

Hactenùs Votum.

Quando verò in materia literarum cambij de-
cocto ſcribente teneatur illas ſoluere campſor,
197 cui erant directæ, & qui illas acceptauerat, vel
teneatur eas complere ſcribens videndi ſunt *Fab.
de Ann. conſ.82. lib.1. Rocc. reſponſ. legal.4.*, *& 10.
lib. 1. Capicc. Latr. conſult. 42. de Marin. quotid.
reſol.258. Ioſeph. de Roſ. conſult.67. Merlin. Pigna-
tell. controu. forenſ. centur.2. cap. 11. Card. de Luc.
de camb. diſc. 20. Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. ſelect.
tom. 2. cap. 93.*, *& 94. Carleuall. de Indic. lib. 1.
tit.3. diſput.6. tom.2. Manſ. conſult.126. tom.2. Rot.
deciſ.2326. coram Coccin. deciſ. 940. coram Amat.
Dunozett. deciſ.345. par.5. recen. deciſ.219. p. 15.*

Et quando nec ne teneatur ſcribens literas
cambij ad illarum ſolutionem, ac reſtitutionem
198 pecuniarum receptarum, ſi campſor, ac ille,
cui directæ erant literæ, decoxit, videantur *Bald.
conſ.348. lib.1. Spad. conſ.222. lib. 2. Gratian. cap.
64. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 11. Amat. Pa-
norm. reſol.47. Caſtill. contr. iur. lib.5. cap.77. Manſ.
conſult.19. Merlin de pignor. lib.4. quæſt.147. Franc.
Rocc. reſponſ.8.*, *& 13. lib.1.*, idem *de liter. camb.
notab.50.*, *& 51. de Marin. var. reſol. lib.1. cap.80.*

Olea

Digitized by Google

Olea de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3. à n.25. Card. de Luc. de lit. camb. diſc.25. Fontanell. deciſ.124., & 125. Capice. Latr. deciſ. 106. Maſtrill. deciſ. 221. Rot. deciſ.217. coram Greg. deciſ. 250. coram Dnuozett. Sen. deciſ.486. coram Buratt. deciſ. 54. coram Celſ. deciſ.228. par.4. tom.2. recen. deciſ.334. par.5. deciſ. 183. par. 9. deciſ. 47. par. 10., & deciſ. 213. par. 16.

Quod venditor cogatur facere, vt emptor liberè poſſideat. CAP. CXIX.

IS, qui rem vendidit, & eius hæredes modis omnibus cogatur facere, vt emptor rem pacificè, & quietè poſſideat, & omnes moleſtias tollat, onera liberet, & moleſtantes faciat conſentire, & Iudex aditus ſuper præmiſſis, venditorem, illiuſque hæredes, ad prædicta ſummariè, vt dictum eſt, procedendo, iuris, & facti remedijs opportunis, etiam lite pendente cogat, etiam ad pretij (ſi emptor voluerit) reſtitutionem, ac ad damnorum, & intereſſe, iuramento partis, Iudicis tamen taxatione præcedente, liquidandorum ſatisfactionem, quæ damna quantitatem pretij non excedant, niſi tunc conuentus denuò cum idoneo fideiuſſore caueat de conſeruando indemnem ipſum emptorem.

PRÆLVDIVM.

MAteria, de qua diſponit ſtatutum hic, eſt in foro frequens, ac vtilis, dum præſcribit modum, quo venditor tenetur tradere emptori rem liberam, & quia præſefert longam diſcuſſionem, ſuccinctè tamen perſtringendam, ne in illa libanda oriatur confuſio, in duos articulos diuidetur.

In primo diſcutietur, quid importet tam ex diſpoſitione iuris communis, quam huius ſtatuti tradere rem liberam, quid quando ex pacto venditor promiſit rem venditam eſſe liberam, & ad quid in huiuſmodi caſibus venditor teneatur.

In ſecundo oſtendetur, quando nec ne venditor teneatur cauere de euictione, & de conſeruando indemnem emptorem, ſi vult conſequi pretium rei venditæ; & ſimul quando emptor habeat nec ne regreſſum contra venditorem, ſi non denunciauit eidem moleſtias ſibi illatas.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic, quod venditor tam ex iuris diſpoſitione, quam præſentis ſtatuti tenetur tradere rem venditam liberam emptori; & quid vlterius importet promiſſio expreſſa facta à venditore ſuper libertate rei venditæ.

SVMMARIVM.

1 *Venditor de iure etiam ceſſante pacto tenetur tradere liberam rem venditam, & n. 4.*

2 *Res vendita ſi non ſit libera habetur pro non tradita.*

3 *Emptor dicitur pacificè poſſidere, ſi nullæ illi imineant moleſtiæ, etiam extraiudiciales.*

5 *Res vendita ex* Stat. Vrb. 119. lib. 1. *debet tradi libera.*

6 *Inter emptorem, & venditorem debet ſeruari æqualitas.*

7 *Pretium venditori ſoluitur liberum, & ſic ipſe tenetur emptori tradere rem liberam.*

8 *Venditori non ſufficit tradere rem venditam per ſolam clauſulam conſtituti, & n.9.*

10 *Venditor debet tradere rem liberam in totum, & non ſufficit talem illam tradere pro parte.*

11 *Contraria procedunt, ſi agatur actione euictionis, quæ eſt diuidua.*

12 *Emptori datur actio ad damna, & intereſſe ob rem liberè non traditam.*

13 *Emptor, ſi ſciuiſſet grauamen, ac ſeruitutem in re empta, tanti non emiſſet.*

14 Stat. Vrb. 119. *reponit in arbitrium emptoris, an velit traditionem rei liberæ, vel damna, & intereſſe.*

15 *Damna, & intereſſe ob rem liberè non traditam debentur etiam ex pacto, ſi fuerint promiſſa.*

16 *Pro damnis, & intereſſe hoc caſu proceditur ſummariè ex ſtatuto hic.*

17 *Debentur executiuè ſtante obligatione Camerali.*

18 *Venditor, cui non fuit tradita res libera, poteſt agere, vt libera tradatur, & ſimul poteſt retinere pretium non ſolutum.*

19 *Emptor, qui ſoluit prætium poteſt illud repetere, ſi res non fuit liberè tradita.*

20 *Emptor poteſt retinere pretium rei ſibi liberè non non traditæ, & eodem tempore inſtare pro traditione rei liberæ.*

21 *Emptor eligit re liberè non tradita per venditorem, an velit reſciſſionem contractus, vel liberationem rei, etiamſi non adſit pactum liberè tradendi.*

22 *Venditor agens ad pretium rei venditæ repellitur exceptione non adimplementi, ſi rem liberam non tradidit, & num.24., & 35.*

23 *Venditor non poteſt conſequi pretium ſi non oſtendat tradidiſſe rem liberam emptori.*

25 *Emptor etiam ante euictionem, ac litem motam poteſt cogere venditorem ad rem liberè tradendam, alias poteſt repetere pretium ſolutum.*

26 *Emptor, cui fuere illatæ moleſtiæ ſuper re empta non cogitur ſoluere pretium, niſi præſtita per venditorem cautione.*

27 *Emptor ſpoliatus re empta multo minus tenetur ſoluere pretium.*

28 *Emptori, cui fuit promiſſa res vendita libera ab omni onere, ſi reperiatur grauata, competit ius reſcindendi contractum.*

29 *Et poteſt emptor tali caſu agere contra venditorem ad effectum, vt deponat pretium ſolutum, quouſque liberet rem venditam.*

30 *Emptori ob onus inuentum in re empta competit etiam actio quanto minoris emiſſet.*

31 *Emptor ſtante tali promiſſione libertatis, ſi res ven-*

vendita reperiatur ſubiecta fideicommiſſo, & ſic non poſſit liberè tradi, habet ius reſcindendi contractum.

32 Venditor aſſerens, ac promittens rem liberam, ſi hoc non eſt verum, tenetur fauore emptoris ad damna, & intereſſe.

33 Emptori ſtante tali promiſsione debet præcisè adimpleri, & non ſufficit adimplementum per æquipollens.

34 Venditor tali caſu, ſi in re adſint cenſus, ac hypothecæ, debet deponere tantam ſummam, quantam important cenſus, ac hypotheca.

36 Venditor ſi ſuper re vendita adſit fideicommiſſum ſtante promiſſione libertatis tenetur ad reſtitutionem pretij, ac ad damna, & intereſſe.

37 Procedit etiãſi agatur de fideicõmiſſo conditionali.

38 Venditor nõ excuſatur à reſciſsione contractus ob onus fideicommiſsi, ſub prætextu, quod illi competant ſuper eo detractiones, ſed debet per ſententiam declarari, facere ſibi illas competere.

39 Præcipue ſi venditor fecit alias detractiones anteriores, & eſt hæres ſine inuentario.

40 Emptor non tenetur aſſumere lites, ſed venditor cogitur illum à moleſtijs etiam iniuſtis liberare.

41 Emptori non poteſt tradi libera res ſubiecta fideicommiſſo, & ideo eidem competit reſciſſio contractus.

42 Idem procedit in re vendita, quæ reperitur emphyteutica.

43 Emptor, cui fuit promiſſa res libera, ſi in ea adſit cenſus, poteſt petere, quod extinguatur.

45 Cautio, quando adeſt fideicommiſſum in re vendita libera, non ſuffragatur, ſed poteſt emptor recedere à contractu.

46 In emptoris electione eſt vel cautionem, vel reſciſsionem contractus petere, quando venditor promiſit rem liberam, & reperitur granata fideicommiſſo, & n.51.

47 Venditoris promiſsio, quod res vendita eſt libera, non extenditur ad credita conditionalia.

48 Venditor tenetur fauore emptoris pro debitis conditionalibus repertis in re vendita preſtare cautionem.

49 Emptori, ſi in re promiſſa libera inueniatur ſeruitus, vel aliquod ius pro certo euentuum, competit etiam actio quanti minoris.

50 Pretium, quando debet diminui per actionem, quanto minoris, quomodo æſtimetur.

52 Emptor, ſi in re empta inuenerit ſeruitutem non poteſt à contractu recedere, ſed illi competit ſolum actio quanto minoris.

53 Contraria opinio refertur, & retinetur, & n.54.

55 Opinio pro reſciſsione contractus maximè procedit, ſtante iuramento appoſito in promiſsione rei liberæ.

56 Lelius Altogradus tanquam Doctor egregius laudatur.

57 Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap. 46. centur. 1. declaratur.

58 Emptori, cui fuit euocata per Saluianum res empta debet à venditore curari poſſeſsionis reſtitutio, alias tenetur ad damna, & intereſſe.

59 Emptori ſpoliato per Saluianum re empta competit pro damnis paſsis Saluianum contra tertium poſſeſſorem bonarum venditoris, & n.61.

60 Euictionis promiſsio differt à promiſsione rei liberæ quomodo n.61.

62 Venditor, qui promiſit, rem venditam eſſe liberam, ſi ignoranter hoc fecit, quia neſciebat onera, tenetur ſolum actione quanto minoris, & ad intereſſe.

63 Hæredes venditoris ex hoc Stat. 119. tenentur tradere rem liberam.

64 Hæredes venditoris etiam de iure communi tenentur tradere rem libeeam.

65 Etiam hæredes cum Inuentario iuxta vires hereditatis.

66 Venditor, quando non conuenitur actione euictionis, ſed pro traditione rei liberæ, tenetur adimplere, etiamſi illi non fuerint denunciatæ moleſtiæ.

67 Fallit ſi venditori competebant defenſiones, & emptor propria culpa rem emptam amiſit.

68 Venditoris promiſsio, quod res ſit libera, non porrigitur ad caſum contingentem ex natura negocij, & quem emptor ſcire potuit.

69 Fallit ſi promiſsio verbis prægnantibus, & ad omnem caſum referibilibus ſit concepta.

70 Promiſsio libertatis bonorum facta à venditore intelligitur de oneribus ſucceſsiuis, vt ſunt fideicommiſſa, canones, cenſus, & ſimilia.

71 Emptor ex promiſſione libertatis bonorum facta à venditore non habet contra hunc regreſſum pro decimis, vel collectis.

72 Secus pro decima temporali debita ratione dominij, vti reſponſione.

73 Venditor vigore talis promiſſionis ſi non poſsit præſtare rem, niſi cum magno incommodo, & exceſsiuo pretio, liberatur præſtando intereſſe.

74 Venditor non tenetur liberare à moleſtijs illatis extraiudicialiter de facto armata manu.

75 Promiſsio faciendi conſentire omnem perſonam non procedit, ſi emptoris non interſit habere conſenſum alicuius.

76 Cenſum imponens ſuper fundo cum promiſsione, eſſe liberum ab omni alio cenſu, ſi reperiatur alter cenſus, & fundus ſit ſufficiens pro vtroque cenſu, non poteſt agi pro reſciſsione ſecundi cenſus, & n.78.

77 Vrceol. conſult. forenſ. 26. n.27. in fine contrarium ſentiens reijcitur, & n.78.

79 Obligatio venditoris tradendi rem liberam ineſt de iure ſine pacto.

80 Promiſsio venditoris ſuper libertate rei venditæ comprehendit ſolum id, quod de iure ineſt.

81 Venditor licet aſſeruerit rem liberam, & pleno iure ad ſe ſpectare, ſi alter habens in illa intereſſe conſentiat venditioni, ad aliquid venditor non tenetur.

82 Emptori, quando in re empta vnus tantum creditor habet intereſſe, ſat eſt pro ſua ſecuritate retentio pretij pro tali credito.

83 Venditor qui tenetur tradere rem liberam generaliter ad quid teneatur erga emptorem, vide Doctores relatos remiſsiuè.

Concordat hoc ſtatutum cum diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod venditor etiam deficiente pacto expreſſo tenetur tradere rem venditam liberam, ita & taliter, vt emptor pacificè
1 illam poſſideat *l. ex empto ff. de act. empt. l. ſi ita 25. in fine ff. de contrah. empt. §. pretium vbi gloſ. in verbo tradatur inſtit. empt. & vendit. Aldobrand. conſ. 19. n. 1. & ſeq. lib. 1., Surd. conſ. 13. n. 12. Altograd. conſ. 10. n. 25., & conſ. 12. n. 32. & 33. lib. 1.*

Poſt.

Poſt. reſol.125. n.1.& ſeq., Staiban. reſol.175.in
obſern.n.15., & 16., Cald. de empt., & vendit. cap.
22 n. 6. Vrceol.de de tranſact. quæſt. 42. num.25.,
Scopp. ad Merlin. Pignatell. in Schol. ad contr. 45.
n.10. tom.1.Surd. deciſ. 253. n.8.Banz.deciſ. Bonon.
85.num.2. & 3.Poſt.deciſ. pariter Bonon.67.n. 19.
& 20., Rot. deciſ. 85. num.2. coram Rembold. deciſ.
303.num 4. coram Amat. Dunozett., & deciſ.290.
n.1. coram Celſ.

2 Nam quando res vendita non eſt libera habe-
tur pro non tradita l.ſi in emptione § vacua, & §.
fin.ff.de act.empt. plenè Aldobrand. conſ.19. n.2. &
ſeq.Surd.conſ.36.n.9., Conciol.ad Statut.Eugub.lib.
2.Rubr.50. n.17.verſic. itaut Rot. deciſ. 112. n. 3.
coram Duran.

Diciturque emptor habere rem liberam, & pa-
cificè poſſidere, quando contra illum in re empta
3 ceſſant omnes controuerſiæ iudiciales, & extra-
iudiciales Fenzon hic. n.5. Conciol. dict. Rubr.50.
n.17.verſic.declara.

Eſt namque iuſtum, ac rationi congruit, quod
venditor præcisè teneatur tradere rem liberam,
4 & exemptam ab omni onere, grauamine, & hy-
potheca cap.cum Ioannes extr.de fid. Inſtrum. Surd.
conſ.36.n.9. & ſeq., & deciſ. 165.n.3., & poſt plu-
res cumulatos Scopp.ad dict.cap.45. n.8.& 9. Rot.
deciſ. 119.n.3.& infra coram Gregor. deciſ. 303. n.
5.coram Amat. Dunozett. & deciſ. 290.num.2. co-
5 ram Cardin. Celſ., & ad literam idem diſponit
noſtrum ſtatutum hic.

Siquidem pretium habet relationem ad rem
venditam, vnde ſicut illud traditur venditori
liberum, ita etiam libera à venditore debet tra-
di res vendita, vt inter emptorem, & vendi-
6 torem ſeruetur æqualitas Rot. deciſ. 114.nu.31.
p. 17.recen., alias emptor cogi nequit ad ſoluen-
dum pretium ante liberationem rei venditæ à
grauamine, vel nexu pignoris, quia inter ipſos
7 emptorem, & venditorem correlatiuos, non ſer-
uaretur debita æqualitas Bald. in l. ex his prædijs
n.3.C. de euict. Dec. conſ.421. per tot. Surd conſ 13.
n.9. & conſ. 36. n. 12. & ſeq. Staibian. reſol. 184.
n.74., & in obſer. ibid.n. 12.& ſeq.Scopp.ad dict.
cap.45.Merlin. Pignatell.n.7.Rot.Lucen.apud Palm.
Nepot. deciſ. 150. n.2.& 3. tom.2.

Quæ traditio rei liberæ debet eſſe actualis, nec
ſufficit pro traditione clauſula conſtituti appoſita
in inſtrumento venditionis, cum requiratur ve-
ra, ac actualis traditio per actum facti cum re-
motione impedimentorum, quæ retardant effe-
ctum clauſulæ conſtituti, & liberæ, quietæ, ac
8 pacificæ poſſeſſionis, alias venditor tenetur ad
damna, & intereſſe, Surd.conſ.13. n.12. verſ. nec
liberatus, & ſeq., plenè Oſaſch. deciſ. 35. Rot.de-
ciſ. 395.n.11.par.4 tom.2.recen.,deciſ.47.n,2.coram
Pentinger., deciſ. 290. n.5.coram Cardin.Celſ., &
in Meleuitana Domus 11.Martij 1658.§.nec pro tra-
ditione coram bon.mem. Albergato; ex quo enim
venditor tenetur tradere emptori rem venditam
disbrigatam de facto, & actualiter, hoc non
dicitur ſufficienter adimpletum per clauſulam
9 conſtituti Alex.conſ. 27.n.7. lib.1. latè Oſaſch.dict.
deciſ. 36., Ginrb.deciſ. 112.n.12.

Et talis traditio rei liberæ non ſufficit, quod
fiat pro parte tantum, nam cum venditio ſit in-
diuidua, nec præſumatur, quod emptor volue-
rit partem tantum emere, ideo tenetur venditor
totam rem liberare, cum per traditionem par-
tis tantum non cenſeatur adimpleuiſſe ſuam obli-
10 gationem Ruin. conſ.141. n. 5. verſ., & non tan-
tum lib. 1. Surd. conſ. 13. num.16., & ſeq., Becc.
conſ. 45. n.10.36., & 38. Menoch.conſ. 1178.n.11.
Vermigl. conſ.486. nu. 3. Altograd. conſ.10. nu.32.
cum duob.ſeq., & conſ.12.n.37.ad 41.lib.1. Bellon.
Iun.conſ.91.per tot.Mangil.de euict.quæſt.86. n.4.&
& 5., & quæſt 103.n.8., Mantic.de tacit. & ambi-
gu.lib.4. tit.16. n.65., Cyriac.contr. 378. nu.13., &
ſeq.,bon.mem. Maſſin. Auunculus meus ad Guazzin.
de confiſc. quæſt.48.n.19. cum duob. ſeq., Vrceol.de
tranſact. quæſt.42. n.9. Surd. deciſ. 253.n.7. & ſeq.
Thor. vot.deciſ. 83.n. 8. & infra Rot. deciſ.709. n.
3. & 7. part. 1. diuerſ. deciſ. 71. n.9. & 10.coram
Amat. Dunozett., deciſ.319.n.7.coram Cardin.Celſ.,
& in Romana locorum montium 4. Iulij 1681. §. mi-
nus releuante coram clar. mem. Cardin. Taia, nec
11 diſſentit deciſ.513. n.4. & ſeq. coram Vbald. vbi
declarat, contraria procedere, quando emptor
ageret actione euictionis, quæ eſt diuidua, & ſic
competit ſolum pro parte rei euictæ, & non pro
tota re, ſecus ſi agatur, vt res vendita liberè tota,
& integra tradatur, hoc namque caſu obligatio
eſt indiuidua, & propterea non ſufficit imple-
mentum, & traditio pro parte,

Competit autem emptori, cui liberè res tradita
12 non fuit, actio ad damna & intereſſe l.ſi traditio 4.
C. de act. empt. Surd. conſ. 13. n.12. & ſeq., ex quo
emptor tanti non emiſſet, ſi ſciuiſſet onus, graua-
13 men, ac ſeruitutem in re empta ad tex. in l.ſi
emptione §. vacua & §.final.ff.de act.empt., Peregr.
de fideicomm artic.40.n.7. verſ. item quamuis, Car-
din.de Luc.de empt., & vendit. diſc.10.n.3., & hoc
idem diſponitur à ſtatuto hic, ſi emptor malit
14 inſiſtere ſuper traditione rei liberæ, dum ſtatu-
tum dat electionem emptori, an vnum, vel aliud
remedium velit intentare.

Et damna, ac intereſſe, ob rem liberè non
traditam, eo magis ſunt debita, quando ſuper il-
lis preſtandis adeſt præciſa obligatio venditoris in
15 caſum inobſeruantiæ contractus Rot. deciſ. 290.
n.3.coram Cardin. Celſ. deciſ. 188.n.3.coram Royas,
& in Vrbinaten., ſeu Æſina pecuniaria 1. Iunij 1632.
§. eoque certius coram bon.mem. Vrſino; & quidem
ex ſtatuto hic ſuper illis proceditur ſummariè,
17 & executiuè, ſi in promiſſione adſit obligatio
Cameralis, Gratian.cap.301.n.5. Poſt.reſol.118.n.
5. Vrceol. de tranſact. q.42. n.8. Rot. deciſ. 61. n.3.
coram Peutinger. Add.ad Buratt.deciſ. 417.n.5.

Habet vlterius emptor, cui res vendita non
fuit tradita libera, duplex remedium contra ven-
ditorem, ſcilicet quod ſibi res libera tradatur,
& alterum quod poteſt retinere pretium non ſolu-
18 tum, quouſque ſequatur traditio libera Bald.in
l.ex his prædijs, C. de euict.Vrceol.conſult.26.nu.1.;
& quando pretium fuit ſolutum poteſt emptor il-
19 lud repetere loco damnorum, & intereſſe Bald.in
ſi traditio 4.n.7.C.de act. empt. Rot.deciſ.61. n.1.&
2.coram Peutinger.

Et dicta duo remedia poſſunt ſimul, & ſemel
cumulari, poteſt quippe emptor retinere pretium,
donec res libera tradatur, & eodem tempore
20 agere pro traditione rei liberæ, cum diſpoſitio
dict. l.ex his prædijs C.de euict. procedat tam in re
non liberè tradita, quam in non tradita Vrceol.
conſult. forenſ. 26.n.28. idem de tranſact. quæſt. 42.
n.15.

n.15., & alios cumulat. *Scopp ad Merlin. Pignatell.*
in Schol. ad dict cap.45. n.3 & 4 & ad cap. 50. n.1.
Rot. decif. 335. 19 verſ. vtrumque par.3 recen.

Quinimmo eſt in electione emptoris (etiam
ceſſante promiſſione venditoris, quod res ſit li-
bera) ex ſola iuris diſpoſitione, ac pacto tacito
tradendi rem liberam à iure inducto, vel petere
cautionem, vel liberationem, ac reſciſſionem con-
21 tractus, cum optio in hoc detur emptori, nec poſ-
ſit venditor alio modo ſatisfacere, quã petat em-
ptor benè *Vrceol. de tranſact. quæſt.42. n.27. & 28.*
vbi refellit contrarios *Rot. decif. 32. n.14. poſt Sal-*
gad. labyr. credit.

Et ſi venditor agat contra emptorem pro pre-
tio, poteſt hic illum repellere etiam exceptione
non adimplementi, ac rei liberè non traditæ,
22 ac pretium ob hoc retinere *Surd. conſ. 201. n.1. &*
ſeq. & n.25. Crauett. conſ. 111. n.10. Altograd. conſ.
12. n.25. & ſeq. lib. 1. Cald. de empt. & vendit. cap.
22. n.33., Cancer. var. reſol. par.1. cap.13. num.68.
Poſt reſol.6. n.3. & 4., Stayban. reſol.184. n.22. ad
27., & in obſeru. ibid. à nu. 20. Vrceol. conſult. fo-
renſ.25. n.34. Rot. decif. 85. n.3., & 4 coram Rem-
bold. decif.1151. n.1. coram Coccin. decif. 194. n.2.,
& decif. 229. n.1. coram Royas, & decif. 266. n.12.
par. 18. recen.

Quocirca venditor agens ad pretium non po-
23 teſt illud conſequi, ſi res non oſtendatur liberè
tradita emptori, cum illi obſtet exceptio rei libe-
rè non traditæ *Crauett. conſ.151. n.10. verſ. & adeo*
fauorabilis, plenè *Altograd. conſ.12. ferè per tot.*
lib 1. Rot. decif. 395 n.6., & ſeq. p.4. tom.2. recen. &
decif.85. n.5. coram Rembold., ob ſupra allegatam
rationem, quod pretium eſt correlatiuum ad
rem venditam, & ſicut illud debet tradi liberum,
ita & res vendita, & quia emptor poteſt ex firma-
24 tis retinere pretium rei emptæ donec illa libere-
tur *Rot. decif. 75. n.6. & 7. coram Rembold.*

Quinimmò, ſi in re empta aliquod onus, vin-
culum, ac hypotheca reperiatur, poteſt emptor,
ante paſſam euictionem, ac ante motam litem,
ſuper re empta cogere venditorem ad rem libe-
25 randam, & ſi illam liberare non poteſt, ad pre-
tium reſtituendum *l. creditor 54. §. prædium ff. de*
act. empt., l. ſi hominem 69. ibi -- nec expectabimus,
vt creditor euincat -- ff. de ſolut. de Marin. reſolut.
108. n.11. lib.1. Poſt. reſol.118. n.4., & reſol.137.
n.12., & 14., latè doctus *Vrceol. conſult. 25. n.6.*
ad 11., conſult.26. n.8. & ſeq., & conſult.65. nu.3.
Rot. decif.324. n.13. p.10. recen.

Si vero ſuper bonis emptis fuerunt illatę mole-
ſtiæ, vel facta executio emptor non tenetur ſolue-
26 re pretium, niſi preſtita cautione de euictione, ac
de releuando indemnem emptorem *Rot. decif.*
194. n.5. & decif.285. n.3. coram Royas; & multo
minus quando emptor fuit ſpoliatus re empta; ſi-
cut enim ſequuta euictione rei ſibi venditæ poteſt
à venditore repetere pretium ſolutum, ita facilius
27 poteſt illud non ſolutum retinere, ex quo eſſet
iniquum, quod careret re, & pretio *Staiban. reſol.*
184. n.72. & in obſeru. n.26., & reſol.185. n.11. &
ſeq. & ibid. in obſer. n.11. & infra Benintend. decif.
Bonon.25. per tot. Rot. decif.324. n.13. par.13. rec.
decif. 194. n.3. & decif. 239. n.1. coram Royas, &
in Melenitana Reintegrationis ſuper credito 4. Maij
1693. §. admiſſo, & §. ſi enim coram R.P.D. Pio,
confirmata 4. *Iunij 1694. §. talis exceptio coram*
b. m. Veſino.

Quando vero venditor vlterius aſſerruit mediu
iuramento, rem venditam eſſe liberam, ſi illa re-
periatur hypothecis, cenſibus, vel alijs oneribus
28 grauata, tunc etiam ratione talis falſitatis poteſt
ab emptore cogi ad reſciſſionem contractus, *Gra-*
tian. cap.175. n.16., & 23. Poſt. reſol.6. n.7. & 8.,
Staiban. reſol.184. n.18. & ſeq. Gratian. decif.13. n.
18. & infra Rot. decif.304 n 1. & 2. par.2. diuerſ.,
& decif.265. n.1. verſic. verum etiam coram Royas.

Quo caſu promiſſæ rei liberæ, ſi ſoluto pretio
appareat, illam non eſſe talem, poteſt per empto-
rem agi ante ſequutam euictionem pro traditione
rei liberæ, faciendo condemnare emptorem ad
deponendum pretium ſolutum in Monte Pietatis,
vel pœnes mercatorem idoneum pro cautione, ac
29 indemnitate emptoris, donec ſequatur liberatio
rei venditæ, *Mangil. de euict. qu. 122. n.20. & ſeq.*
Cyriac. contr. 372. n.59. 60. & 62. Poſt. reſol. 118.
n.1. cum duob. ſeq., Ciroc. diſcept.69. n.25. Andreol.
contr.21. n 13., & infra, Vrceol. de tranſact. qu.42.
n.7. 29. & 31., Poſt. decif. Bonon. 79. nn. 26. & 27.
Rot. decif. 588. n.4. par.1. diuerſ., decif.582. n 7. &
8. apud Poſt. de manut. & decif.32. n.13. apud Sal-
gad. labyr. credit.

Et poteſt etiam hoc caſu emptor agere aduerſus
venditorem ex empto actione quanti minoris
fuiſſet emptutus, ob onus, & grauamen inuen-
30 tum in re empta, plenè *Aldobrandin conſ 19. lib.1.*
Mangil de euict. qu. 122. nn.23. & 24., Vrceol. de
tranſact. qu.42. n.16.

Amplius attenta tali promiſſione venditoris,
quod res vendita erat libera, ſi reperiatur grauata
fideicommiſſo, poteſt ſimpliciter agi pro reſciſſio-
ne contractus, & reſtitutione pretij, ſi res non
31 poteſt tradi libera, ſicut fuit promiſſa *Altograd.*
conſ.12. nu.38. & ſeq. lib.1., Peregr. de fideicomm.
artic.40. n.7. verſ. nota tamen, vbi quod ita obti-
nuit, & in alijs cauſis iudicatum vidit *Vrceol.*
conſult. forenſ.91. n.1. & ſeq. & ibi *Rot. nn. 6. decif.*
324. n.12. & 13. p.14. recen., & in Romana locorum
montium 4. Iulij 1681. §. & nihil coram Cardinal.
Taia.

Et vlterius ſtante tali aſſertione, & promiſſio-
ne, ſi illa detegatur erronea, tenetur emptor illam
iuſtificare, alias tenetur ad damna, & intereſſe,
32 ſi res libera non reperiatur, prout fuit promiſſa,
Burſatt. conſ.184. n.29., Surd. conſ.13. n.25., Gabr.
conſ.67. n.8. & 9. lib.1. Rot. decif.866. nu.1. par.2.
recen., decif.173. n.9. par.9., & decif. 383. num.3.
coram Dunan.

Quinimmo quando per venditorem fuit empto-
ri promiſſa res vendita libera ab omni onere, vin-
culo, & hypotheca, tunc ſiue hypotheca ſit ſpecia-
33 lis, vel generalis, debet res præcisè liberari, &
non ſufficit ſuccurrere emptori per æquipollens
Anell. Amat. conſ. 65. nn. 8. & ſeq. Staiban. reſol.
184. n.65. ad 68. Vrceol. de tranſact. qu.42. nu.26.,
& conſult. forenſ. 26. n.24. & 25., Giurb. decif.113.
n.9. & 12., Palm. Nepos decif. Lucen.150. n.20. &
21. tom.2., Rot. decif.321. n.5. & 6. coram Seraph.

Hocque caſu ſi ſuper re vendita adſint plures
cenſus, ac hypothecæ, pro ſecuritate empto-
ris eſt locus relaxationi mandati ad effectum de-
ponendi tantam ſummam, quantum important
cenſus, ac debita, quibus res vendita reperitur
34 grauata, donec ab illis fuerit liberata, *Rot. decif.*
302. n.12. & 13., & decif.316. num.4. & 5. coram
Cardin.

Cardin. Cerr., & facit deciſ.162. num.6 & 7. par.8.
recen., & ante actualem liberationem rei venditæ
factam à venditore iuxta eius promiſſionem non
35 tenebitur emptor ad aliquam pretij ſolutionem,
Mangil. de euict. qu.23. n.13. & ſeq. Staiban. reſol.
184. n.54. tom.2. Palm. Nepoſ. deciſ. Lucen.150.n.
21. tom.2.

Et quando res vendita fuit promiſſa libera, ſi
reperiatur ſubiecta fideicommiſſo, tenetur vendi-
tor ex propria obligatione ad reſtitutionem pre-
36 tij, ac ſimul ad damna, & intereſſe ad l. venditor
8. ff. de euict. Marzar. conſ.77. nu. 13. & ſeq. Rot.
deciſ.304. n.1. & 2. par.4. diuerſ., deciſ. 476. nu. 4.
& ſeq. par.5. tom.2. recen. deciſ. 162. n.17. par.8.,
deciſ.264. n.2. & ſeq. par.14., deciſ. 41. num.2., &
deciſ.214. n.1. par.18. deciſ.32. num.12. & ſeq. poſt
Salgad. labyr. credit., deciſ.188. n.1. & ſeq. & n.9.
coram Royas, Ariminen. Prædij 22. Iunij 1681. §.
repropoſita coram clar. mem. Cardinali Vicecomite, &
in Aſculana Pecuniaria 8. Februarij 1683. §. execu-
tio coram b.m. Guaxardo.

Qua promiſſione venditoris attenta ſuper liber-
tate rei venditæ, ſi ſuper ea reperiatur adeſſe fi-
deicommiſſum, etiam conditionale, & adhuc non
purificatum, poteſt per emptorem peti reſciſſio
37 contractus venditionis, ac reſtitutio pretij Poſt.
reſol.118. n. 24., Vrceol. conſult. forenſ. 65. n.5. cum
duob. ſeq., & conſult.66. num.1., Rot. in Foroliuien.
Domus coram Albergato apud dict. Vrceol. allegat.
conſult. 65. n.42. & 45., & in eadem apud eum-
dem dict. conſult.66. n.10. & 11., deciſ. 223. n.11.
apud Poſt. de Subhaſt., & in allegata Ariminen. præ-
dij §. neque etiam coram Card. Vicecomite.

Nec tali caſu venditor liberatur à reſtitutione
pretij, ac à preſtatione damnorum, & intereſſe,
ſub prætextu, quod ipſi ſuper bonis venditis, licet
fideicommiſſo ſubiectis, competant detractiones
legitimæ, ac dotis maternæ, quia non cogitur
emptor ſuper hoc aſſumere lites, ſed ipſe venditor
tenetur procurare, quod per ſententiam declaren-
tur, & fiant actualiter detractiones, itaut emptori
38 nullum periculum imminere poſſit, Vrceol. con-
ſult. forenſ.53. n.7. verſ. etſi res, & n.35., & plenè
conſult.65. & 66. Rot. deciſ.46. n.3. & 4. par.3. re-
cen., & in dict. Ariminen. Prædij §. quia nulla coram
Cardin. Vicecomite; & multo minus venditor ex-
cuſatur à reſtitutione pretij rei venditæ pro libe-
ra, ſi reperiatur ſubiecta fideicommiſſo, ſub præ-
textu, quod ipſi venditori competant detractio-
nes ſuper fideicommiſſo, ſi præceſſerunt aliæ de-
tractiones, & venditor heres grauatus non confe-
39 cit inuentarium, vt habetur ex Vrceol. dict. con-
ſult.65. & 66., & ibi Rot. in Foroliuien. Domus co-
ram Albergato; nam etiamſi venditori competant
legitimæ defenſiones, non ob hoc tenetur emptor
lites in ſe ſuſcipere, ſed ipſe venditor debet,
40 illum à moleſtijs quantumuis iniuſtis liberare
iuxta propriam promiſſionem Surd. conſ.143. nu.
28., & conſ.506. n.13., Rot. deciſ. 266. nu.5. coram
Eich., & deciſ.68. n.8. p.18. recen.

Quando enim res fuit in venditione promiſſa
libera ab omni onere, & reperitur grauata fidei-
commiſſo, ex quo emptor fuit inductus ad emen-
dum ſub tali promiſſione, ac aſſertiua falſa, quod
res erat libera ab omni onere, nec alias emiſſet,
ille poteſt etiam agere pro reſciſſione contractus,
ac reſtitutione pretij, quia res fideicommiſſo ſub-
41 iecta non poteſt tradi liberè Amat. conſ.58. n.12.
& 13. Surd. conſ.13. n.18. Altograd. conſ.12. n.38.
& ſeq. lib.1., Mangil. de euict. qu.23. n.45. & ſeq.
42 Caren. reſol. 210. n.11. ad 16. (vbi de re vendita
libera, quæ fuit reperta emphyteutica) Vrceol.
conſult.91. num.1. & ſeq. Rot. apud dict. Vrceol con-
ſult.65. n.41., & in confirmatoria apud eumdem,
conſult.66. n.10., deciſ.324. n.12. & 13. par.14. re-
cen., & deciſ.40. n.4. p.15.

Hinc ſi reperiatur impoſitus cenſus ſuper re
vendita cum promiſſione, quod erat libera, poteſt
emptor petere, quod cenſus extinguatur, adhoc
vt res empta pœnitus liberetur ab hypotheca
43 cenſus, tam quoad ſortem, quam quoad fructus
Cenc. de Cenſ. qu.63. n.12., & benè Vrceol. dict. con-
ſult.26. n.17. & 18.

Nec venditor, qui promiſit, rem venditam eſſe
liberam, ſuper qua poſteà inuenitur, adeſſe fidei-
commiſſum, excuſatur, ex quo vocati ad fidei-
commiſſum conſentiant venditioni, ſi hoc nulli-
ter faciant, vel poſſit timere, quod aliquando ad
44 fideicommiſſum poſſint aſpirare alij, qui non
conſenſerunt venditioni Vrceol. dict. conſult.91. n.
3., Rot. ibid. n.5. & 8. verſ. verum etiam deciſ.333.
n.19. apud Cenc. de Cenſ., vbi quod tali caſu diffi-
cile eſt inuenire modum cauendi, & deciſ.462. n.
2. p.3. recen.

Prout in caſu promiſſionis prædictæ, ſi detega-
tur in re vendita fideicommiſſum, non admittitur
cautio oblata à venditore, ſed eſt locus fauore
emptoris reſciſſioni contractus per repetitionem
45 pretij iam ſoluti, & retentionem non ſoluti Mo-
rott. conſ.6. n.22., Gratian. cap.307. n.10. 24. & 25.
Poſt. reſol.118. n.24. verſ. reſpondetur tertio Cutell.
de donat. tract.1. diſcurſ. 1. particul. vnic. num.91.
Vrceol. conſult.26. n.24. & 25. & conſult.65. n.18.,
ea ratione quia eſt in poteſtate emptoris eligere,
an velit cautionem, vel rem liberam, vel pretium
cum receſſu à contractu, nec poteſt cogi, vt rem
46 potius, quam intereſſe, ac reſciſſionem contra-
ctus petat Poſt. reſol.137. num.12. & 14., Gratian.
cap.175. n.21. & ſeq. Cutell. dict. partic. vnic. num.
83., Vrceol. dict. conſult.65. num.13., & conſult.66.
num. 4.

Talis tamen promiſſio libertatis ab omni onere,
& hypotheca facta à venditore non extenditur ad
credita conditionalia, vt ad reſtitutionem dotis
faciendam vxori venditoris poſt diſſolutum ma-
trimonium, cum non poſſint exigi de preſenti, &
ſub talium creditorum prætextu non poteſt em-
47 ptor retardare ſolutionem pretij, vt probant Al-
dobrandin. conſ.19. n.12. & ſeq. lib.1., Cancer. var.
reſol. par.1. cap.13. n.62. Staiban. reſol.189. n.13.,
& ſeq., & alios congerit Scopp. ad Merlin. Pigna-
tell. in Schol. ad dict. cap.45. n.13., & 14. tom.1.

At poteſt emptor tali caſu vrgere venditorem
ad ſibi præſtandam cautionem indemnitatis pro
dicta obligatione conditionali, & venditor pro
48 ſecuritate emptoris illam omninò præſtare tene-
tur Aldobrand. dict. conſ. 19. n. 18., & 19. lib.1.,
Staiban. reſol.189. n.15., Scopp. ad dict. cap.45. nu.
15. cum duob. ſeq., vbi declarat contraria.

Si verò non agatur de ſimplici hypotheca con-
ditionali, ſed de iure in re vendita conditionali,
ſed pro certo euenturo, tunc non ſufficit cautio,
ſed competit emptori actio quanto minoris emiſ-
ſet, & illud detrahitur de pretio, vt tanto minus,

ſi illud non eſt ſolutum, dari debeat, ſi verò ſit ſo-
49 lutum, repetitur plenè, ac doctè *Aldobrandin.*
conſ. 19. *per tot. lib.* 1.; quanti verò æſtimari de-
50 beat hæc actio quantò minoris videantur *Man-*
gil. de euict. quæſt. 24. *n.* 26., *&* 41. *Theſaur. quæſt.*
forenſ. lib. 3. *quæſt.* 115., *& Merlin. Pignatell. contr.*
forenſ. 46. *per tot. centur.* 1.

At poſſe etiam agi pro totali liberatione, vel
pro reſciſſione contractus, & ſimul retineri pre-
tium non ſolutum, vel repeti ſolutum, ſtante pro-
51 miſſione venditoris rem eſſe liberam fuit ſupra
plenè oſtenſum *nu.* 45., vbi fuere ad hoc allegatæ
ſolidæ authoritates.

Quid autem dicendum ſit, ſi in re vendita fuit
52 inuenta ſeruitus, an liceat à contractu recedere,
negant *Gratian. cap.* 361. *n.* 1., *& ſeq.*, & latè *Mer-*
lin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 1. *cap.* 46. *per tot.*
firmantes, emptori tali caſu competere tantùm
actionem, quantò minoris emiſſet, ob ſeruitutem
in re empta inuentam.

Sed quod ob ſeruitutem inuentam in re vendi-
53 ta libera ſit locus reſciſſioni contractus, probat
plenè doctiſſimus *Altograd. conſ.* 10., *&* 12. *lib.* 1.
qui in fine *dict. conſ.* 12. teſtatur ſic iudicatum,
idemque tenet *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 71. *n.* 3. *vol.* 3.
54 vbi agit de ſeruitute reperta ſuper ædibus vendi-
tis, & pariter dicit ſic iudicatum; & hoc maximè
procedit ſtante iuramento, quod præciſè obligat,
55 & quia alias emptor non emiſſet, *Merlin. Pigna-*
tell. dict. cap. 46. *n.* 1. *ad* 4. (licèt ipſe poſtea con-
trarium ſentiat) *& Scopp. ad dict. cap.* 46. *in ſchol.*
n. 4. *& ſeq.*, *Altograd.* plenè *dict. conſ.* 12.

In hoc opinionum conflictu, quicquid ſentiat
in contrarium, *Merlin. Pignatell.* vir acutiſſimi
ingenij, & de legali facultate optimè meriti, co-
56 gor adhærere opinioni *Altogradi* eminentiſſimi
ingenij Iuriſconſulti, & inter Doctores noſtri
ſæculi nemini ſecundi, ac *Chriſtin.* idem ſentien-
tis, & qui ambo teſtantur ſic iudicatum, nam
57 melius ſentiunt, & in caſu, in quo ſcribit *Merlin.*
Pignatell. eius dictum fortè admitti poteſt, quia
ibi agebatur de venditione facta ſubhaſta, & ſic
aliquis dolus debitoris in illo caſu non poterat
conſiderari, ſed potiùs creditoris, qui fecit ſub-
haſtationem; at hoc non procedit, quando ipſe
dominus rei illam vendit, nam debet certiorare
emptorem de qualitatibus rei venditæ, quas ſcire
præſumitur.

Quæ ſupra firmata ſunt tam de iure, quàm ex
hoc ſtatuto, ſuper traditione rei liberæ, æquè pro-
cedunt etiam, quando emptori fuit res auocata
in ſaluiano à creditoribus venditoris anteriori-
bus venditioni, nam debet tali caſu venditor cu-
rare, vt creditor reſtituat rei poſſeſſionem, ſeu de-
tentationem emptori, alias tenetur ad damna, &
intereſſe *Capice. Galeott. contr.* 57. *nu.* 12. *lib.* 1., &
58 plenè poſt alios ab eo relatos, *Vrceol. conſult. fo-*
renſ. 25. *n.* 20., *& ſeq. Rot. deciſ.* 88. *n.* 5., *& ſeq. co-*
ram Gregor.

Itaut ſi emptor paſſus ſit aſſociationem, vel
ſaluianum pro fructibus cenſus, competat eidem
etiam ſaluianum contra tertium poſſidentem bo-
na venditoris, nedùm pro dictis fructibus cenſus,
ſed etiam pro damnis, & intereſſe, donec illi libe-
retur res empta, ſi auocatio per aſſociationem,
vel per ſaluianum facta ſit ex cauſa cenſus impo-
59 ſiti cum venditore, qui promiſit, rem eſſe libe-
ram ab omni onere, & cenſu, vt doctè more ſuo
probat *Vrceol conſult.* 25., *&* 26. vtrobique *per tot.*,
& plenè *Gobb. conſult. deciſ.* 29. pariter *per tot.*

Nam licèt promiſſio de euictione diuerſa ſit ab
obligatione tradendi, & manutenendi rem libe-
ram, cùm illa reſpiciat proprietatem, ac domi-
60 nium, traditio verò rei liberæ reſpiciat hypothe-
cas *Poſt. reſol.* 125. *nu.* 11. *cum duob. ſeq. Staiban.*
reſol. 185. *in obſer. n.* 18. *ad* 20., & benè *Guzman.*
61 *de euict. quæſt.* 56. *n.* 2., *&* 3., vbi quod ad hoc vt
ſit locus actioni ſuper euictione, requiritur abla-
tio rei quoad dominium per ſententiam, & in illa
emptor non ſolum pretium, ſed & intereſſe, ac
ſumptus litis conſequitur, in actione verò pro
traditione rei liberæ emptor ſolùm conſequitur,
vt ei res tradatur liberè, & quanti rem habere in-
tereſt, vndè per auocationem rei factam in ſal-
uiano emptor conſequitur ſolum damnum, quod
patitur ex amiſſione fructuum rei emptæ, *Rot. de-*
ciſ. 179. *par.* 7. *rec.*, *& in Romana Saluiani* 14. *Apri-*
lis 1673. §. *itaut reſtitutis coram bon. memor. Ron-*
dinino.

At omnia ſupra firmata, quòd emptor poſſit
inſtare pro reſciſſione contractus venditionis,
quando illi fuit promiſſum per venditorem, rem
venditam eſſe liberam ab omni onere, canone,
cenſu, ſeruitute, ac hypotheca, procedunt, ſtante
dolo, ac mala fide emptoris, qui ſciebat ſeruitu-
tes, ac contra, ſecùs ſi abſit dolus, & mala fides,
quia illa ignorauit, hoc enim caſu non competit
actio ad reſciſſionem contractus, ſed ſolùm quan-
62 to minoris, & ad intereſſe ob rem liberè non tra-
ditam, vt poſt *Alex. conſ.* 63. *num.* 6. *lib.* 6. firmat
Rot. deciſ. 210. *coram Millin.* laudata à *Cardin. de*
Luc. de empt., *& vendit. diſc.* 11. *num.* 5. *verſic. ceſ-*
ſant.

Quæ dicta ſunt circa traditionem rei liberæ fa-
63 ciendam per venditorem, procedunt etiam in
venditoris hæredibus, ex verbis noſtri ſtatuti hic
ibi -- *qui rem vendidit, & eius hæredes* --; & idem
64 procedit de iure communi, *Rot. deciſ.* 795. *nu.* 3.
coram Amat. Dunozett., *deciſ.* 83. *n.* 2., *&* 3. *coram*
Cardin. Celſ., *& deciſ.* 387. *num.* 1., *& ſeq. par.* 17.
recen.

Quod procedit etiam in hæredibus cum bene-
ficio legis, & inuentarij, quatenus tamen vires
65 hæreditariæ ſuppetunt *Rot. dict. deciſ.* 83. *n.* 4. *coram*
Celſ., *& deciſ.* 387. *n.* 4., *&* 5. *par.* 17. *rec.*

Idem habet locum, licèt per emptorem, vel
eius hæredes non fuerint intimatæ moleſtiæ ven-
ditori, nam quando non agitur de euictione, ſed
vt res libera tradatur, eſt locus relaxationi man-
dati pro traditione rei liberæ, cùm ad hunc effe-
66 ctum talis intimatio moleſtiarum non ſit neceſſa-
ria ad tex. *in l. creditor,* §. *prædicta, ff. de act. empt.*
Cranett. conſ. 83. *n.* 4. *Alex. conſ.* 63. *nu.* 10., *&* 11.
lib. 6. *Dec. conſ.* 102. *nu.* 2. *circa finem*, *Barz. deciſ.*
Bonon. 35. *n.* 12., *& ſeq.*, *Rot. in Anconitana Terra-*
rum 11. *Decembris* 1580. *circa finem coram Blan-*
cherto deciſ. 220. *n.* 1., *&* 2. *apud Paciſic. de Saluian.*
deciſ. 327. *n.* 5. *coram Pentinger.*, *deciſ.* 345. *n.* 5. *co-*
ram Card. Cerr., *deciſ.* 387. *nu.* 8. *par.* 17. *recen.*, *de-*
ciſ. 68. *n.* 2. *par.* 18., *& in Vrbinaten.*, *ſeù Æſina*
Pecuniaria 1. *Iunij* 1682. §. *etenim coram bon. mem.*
Vrſino.

Si tamen emptor rem emptam amiſerit propria
culpa, quia venditori competebant legitimæ de-
ſcu-

fenſiones,per emptorem non oppoſitæ, tunc nulla
ipſi contra venditorem competit actio pro tradi-
66 tione rei liberæ, nec pro reſtitutione pretij, *My-
ſinger. obſer.54. per tot. centur.2. Pacific.de Saluian.
inſpect.4. cap.1. n.149., & ſeq., Rot. deciſ.304. n.1.
& 2. par.4. diuerſ., & deciſ.345.nu.7., & 8. coram
Cerr.*, ſuper quo tamen dictum fuit latius infrà
hic *artic.* 2.

Hic breuiter aduerte, quod promiſſio facta à
venditore, rem eſſe liberam ab omni onere, non
porrigitur ad caſum contingentem ex natura ne-
68 gocij, & quem emptor ſcire potuit, *l. fundum
meum, ff. de euict., l. ſi fundum, C. eod., Alex. conſ.
35. n.4., & ſeq. lib.1., Surd. conſ.70. nu. 17. Becc.
conſ.24. n.31., & 32., Bim. conſ.12. n. 54.55.59.,
& 60., Rot. in Terracinen. Molendini 27. Martij
1628. §. ſi igitur coram Pirouano*.

Fallit ſi verbis prægnantibus, & vniuerſalibus
fuerit promiſſa euictio, ac conſeruatio indemni-
tatis, nam tunc obligatio porrigitur ad quem-
69 cumque caſum, etiam contingentem ex natura
negocij, *Honded. conſ.3. nu.75. lib.1., Alciat. conſ.
69. n.6., & ſeq. lib.9. tom.3., Rot. deciſ. 176. nu. 9.
par.6. recen.*, & antiquitus idem firmauit in *Ro-
mana Emphyteuſis 28. Nouembris 1578. §. quo vero,
& 9. Ianuarij 1579. coram Blanchetto*.

Et talis promiſſio libertatis bonorum ab omni
onere facta à venditore, refertur ſolùm ad onera
ſucceſſiua, vt ſunt fideicommiſſa, canones, cen-
70 ſus, ſeruitutes, & hypothecæ, *Alex. dict. conſ.35.
in princip., & n.5. lib.1. Mangil. de euict. quæſt. 24.
num.* 42.

Hinc venditor vigore talis promiſſionis non
tenetur ad damna, & intereſſe occaſione decima-
rum ſpiritualium, vel collectarum debitarum Ec-
71 cleſiæ, ac Principi reſpectiuè ex prædio vendito,
*Vnameſ. conſ.12. n.1. 4., & 7. tom.3., Card.de Luc.
de empt., & vendit.diſc.36. nu.5., & 6., idem de de-
cim. diſc.16. n.9.*

Tenetur tamen pro decima temporali debita
72 ratione dominij, cùm hæc ſit ſpecies liuelli, &
annuæ reſponſionis, *Cardin. de Luc. dict. diſc.36.
n.3., & 4.*

Promiſſio autem tradendi rem liberè non pro-
cedit, quoties quis illam non habet, nec habere
poteſt ſine magno incommodo, ac pretio exceſſi-
uo, licèt agatur de promiſſione iurata, ſed ven-
73 ditor liberatur præſtando intereſſe, *Rot. deciſ.67.
per tot. par.3, recen.*, & conſonat *Stat. Vrb.* ſupra
cap.111. lib. 1. ibi — *ſi rei tradendæ facultatem ha-
beat*.

Prout promiſſa liberatione à moleſtijs de iure,
& de facto non tenetur venditor defendere em-
ptorem à moleſtijs illatis de facto, & armata ma-
nu, cùm ſolùm teneatur in vim talis promiſſionis
liberare à moleſtijs, quæ de facto inferuntur via
74 iuris in iudicio, non via facti cum armis extrà
iudicium, *Guzman. de euict. quæſt.42.n.2. & ſeq.*,
plenè *Prat. diſcept. forenſ.27.tom.3. Ioſeph de Roſa
conſult.7. num.43. & ſeq.*, & ego deciſiuè dixi *meo
Vot.deciſ.116.*

Et quando venditor promiſit facere conſentire
omnem perſonam intereſſe habentem, vel habere
prætendentem, non tenetur hoc adimplere, ſi ex
non præſtatione conſenſus nullum emptor poteſt
75 pati damnum, cùm talis promiſſio intelligatur,
dummodò interſit emptoris, *Alex. conſ.65. n.4.,
& 5. lib.5 Rot. deciſ.1243. n.5., & deciſ.1275. co-
ram Seraph. deciſ.668. nu.2. coram Pen., deciſ.295.
n.3., & ibi Add.n.5., & deciſ.505.n.4., & 5. coram
Gregor.*, & facit *Sperell. deciſ.117. n.18.*

Vndè imponens cenſum ſuper aliquo fundo,
& illum aſſerens, & promittens liberum ab omni
alio onere, cenſu, canone, vel reſponſione, ſi ſu-
per tali fundo reperiatur impoſitus alter cenſus,
quoties fundus ſit capax etiam ſecundi cenſus,
non eſt locus reſciſſioni contractus huius ſecundi
cenſus, nec illius ſors repeti poteſt, non obſtante
aſſertione libertatis fundi, dum creditor ſecundi
76 cenſus nullum damnum patitur, *Rot. d.deciſ.668.
coram Pen. deciſ.1275. n.2. coram Seraph.. Add. ad
Gregor.deciſ.505.n.10.*, & benè *Prat.obſer.28. n.3.,
& ſeq., & n.24., & infrà per tot.*

77 Non obſtat contraria authoritas, *Vrceol. con-
ſult. forenſ.26. n.27. in fine* dicentis, ſupradictam
concluſionem non procedere, quando venditor
expreſsè promiſit, rem eſſe liberam ab omni vin-
culo, onere, & hypotheca, & quod in caſibus *de-
ciſ. 1243. coram Seraph., & deciſ. 295. coram Gre-
gor.* non aderat talis promiſſio, quia *Vrceoli*, alio-
quin viri doctiſſimi, aſſertum in hoc non placet,
& verius eſt, quod non obſtante expreſſa promiſ-
ſione venditoris ſuper libertate rei ab omni one-
re, adhuc ſi emptori nullum poteſt reſultare dam-
78 num ab onere, vel cenſu, non eſt locus reſciſſioni
contractus, nam etiam in caſu *deciſ. 1243. coram
Seraph.* aderat talis promiſſio, vt apparet *nu. 6.*,
prout aderat in caſu *deciſ. 668. coram Penia*; &
opinioni veriſſimæ contra *Vrceol.* per nos firma-
tæ aſſiſtit palpabilis ratio, quia obligatio traden-
79 di rem liberam ineſt de iure abſque alia expreſſa
promiſſione ex authoritatibus ſupra cumulatis
n.1., & probat *Vrceol. de tranſact. quæſt.42. n.25.*,
& ſic expreſſa promiſſio rei liberæ non eſt in pro-
poſito conſiderabilis, dum ex natura contractus
emptionis, & venditionis, etiam nulla facta ſuper
hoc promiſſione, qui vendit, cenſetur rem vende-
re tanquam liberam, vndè ſpecifica promiſſio li-
bertatis addita à venditore dicitur ſolùm conti-
80 nere expreſſionem eius, quod tacitè de natura
actus venditionis ineſt, *Surd. deciſ.235. n.8. & 17.,
Cardin. de Luc. de empt., & vendit. diſc. 11. nu. 6.*,
quæ ſpecifica expreſſio non auget obligationem,
quocircà ſicut vendens rem ſine tali expreſſione
libertatis, & faciendi conſentire omnem perſo-
nam tenetur de iure illam liberè tradere, ac face-
re conſentire venditioni intereſſe habentes, qua-
tenus tamen interſit emptoris, ita idem dicen-
dum eſt, quando à venditore fuit facta ſpecialis
promiſſio, cùm & hæc intelligenda ſit, quatenus
emptoris interſit, ſecùs ſi hic nullum poſſit pati
damnum, & ita pro veritate conſtanter cenſeo,
& in facti contingentia ſic intrepidè iudicaui.

Quando verò res vendita fuit promiſſa nedùm
libera, ſed vlterius venditor aſſeruit, illam ad ſe
pleno iure ſpectare, ſi reperiatur quod ad alium
ſpectat, vel quod in illa habet intereſſe, ſi hic con-
ſentiat ex poſt venditioni, & remittat omne ius
ſuum, ac omnem hypothecam ſuper re vendita,
tunc emptor ampliùs aliquid prætendere non
81 poteſt contra venditorem, ex quo nullum dam-
num pati poteſt *Surd. deciſ.156. n. 5. & ſeq.* plenè
*Rot. in Bononien. Prædij 30. Ianuarij, & 20. Iunij
1679. coram bon. memor. Emerix, confirmata 17.*

Martij 1680. *coram bon. mem. Vrſino*, & rurſùs 4. *Decembris* 1680. *coram clar. mem. Cardin. Viceco-mite*, & latè in *Romana, ſeu Auximana Pecuniaria* 9. *Maij* 1681. §.*tamen*, *& ſeq. coram eodem*.

Proùt ſi vnus tantùm creditor detegatur habe-
re ius ſuper re vendita, tunc non obſtante tali pro-
miſſione rei liberæ, ſi pretium rei venditæ eſt ſuf-
ficiens pro dicto creditore, cum tunc emptor nul-
lum poſſit pati damnum, ſat illi eſt retentio pre-
82 tij ad effectum cum illo dimittendi talem credi-
torem ex firmatis per *Rot. deciſ.* 1243. *coram Se-
raph.*, *Vrceol. conſult. forenſ.* 26. *nu.* 27., qui malè
poſtea ſubdit, quod in caſu dictæ *deciſ. Seraphini*
non aderat promiſſio rei liberæ facta à venditore,
dum contrarium clarè patet ex eadem *deciſ. Se-
raph.* 1243. *n.*6., & nos tetigimus ſupra hic *n.*76.,
& 77.

Cæterùm ſuper hac vtili, & frequenti materia
ad quid venditor non tradens rem liberam tenea-
tur fauore emptoris, præcipuè quando per illum
fuit res vendita cum aſſertiua, & promiſſione,
rem eſſe liberam ab omni onere, canone, cenſu,
83 hypotheca, ac fideicommiſſo, vide plenè *Staiban.
reſol. forenſ.* 184. 185., *&* 189. *centur.* 2., *Surd.
conſ.*13. *&* 36., *Bolognett. conſ.*31., *Poſt. reſolut.*6.
117., *&* 126., *Altograd. conſ.*10., *&* 12.*lib.*1. *Vr-
ceol. de tranſact. quæſt.*42., *idem conſult. forenſ.* 24.,
& 25. *tom.*1., *& conſult.* 65. 66., *&* 91. *tom.* 2.,
*Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap.*45., *&* 46. *cen-
tur.*1., *& Scopp. in ſchol. ad dict. cap.* 45., *&* 46.,
*Giurb. deciſ.*113., *Poſt. deciſ. Bonon.*67. *Rot. dec.*85.
coram Rembold., *deciſ.* 290. *coram Celſ. deciſ.*303.
coram Amat. Dunozett., *Bonouien. Prædij* 30. *Ia-
nuarij*, *&* 20. *Iunij* 1679. *coram Emerix, confirma-
ta* 17. *Martij* 1680. *coram Vrſino*, & rurſùs 4. *De-
cembris* 1680. *coram Cardin. Vicecomite*, *& in Ro-
mana, ſeu Auximana Pecuniaria* 9. *Maij* 1681. *eo-
dem*, *Ariminen. Prædij* 22. *Iunij* 1681. *eodem*, *&
in Aſculana Pecuniaria* 8. *Februarij* 1683. *coram
Guaxardo*.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur hic, quando venditor petens pretium rei venditæ ab emptore, teneatur præſtare cautionem euictionis, & quando nec ne talis cautio ſufficiat, vel omninò liberari debeat res vendita; oſtenditur ſimul, quod talis cautio debet eſſe per fideiuſſores, & non per ſolam obligationem venditoris, etiamſi hic ſit diues. Diſcutitur demùm, quod ad hoc vt emptor ſpoliatus re empta, poſsit habere regreſſum contra venditorem, tenetur illi denunciare litem, ac moleſtias; & quomodo, ac quibus denunciatio fieri debeat, & referuntur caſus, in quibus etiam omiſſa tali denunciatione eſt locus regreſſui contra venditorem.

SVMMARIVM.

84 *Emptor poteſt procurare, quod ſibi moueatur lis ſuper re empta ad differendam ſolutionem pretij.*

85 *Emptor, ſi ſuper re empta ſit illi mota lis, non tenetur ſoluere pretium ſine cautione præſtanda à venditore.*

86 *Cautio per venditorem non eſt præſtanda ceſſante lite, vel ſuſpicione litis ſuper re vendita.*

87 *Lis calumnioſa non deſeruit ad cogendum venditorem pro præſtatione cautionis.*

88 *Venditor agens ad pretium tenetur præſtare cautionem, ſi emptor fuit impeditus accedere ad rem emptam.*

89 *Cautio prædicta dari debet, quando lis imminet in limine contractus, & ante pretium ſolutum.*

90 *Cautio per venditorem eſt præſtanda, ſi pœnes emptorem per creditores venditoris fuerit ſequeſtratum pretium.*

91 *Cautio prædicta præſtari debet, ſiue lis mota ſit in petitorio, ſiue poſſeſſoria.*

92 *Et etiam ſi lis mota ſit ſuper ſimplici hypotheca.*

93 *Cautio debet præſtari nedum pro pretio non ſoluto, ſed pro tato pretio rei vendita.*

94 *Cautio præſtari debet ſolùm pro lite mota, & non pro alijs, quæ moueri poſſunt.*

95 *Contraria opinio refertur, & retinetur, quod præſtari debeat pro omni lite etiam mouenda.*

96 *Cautia prædicta eſt præſtanda etiam pro debito in diem.*

97 *Cautio prædicta ſi ob paupertatem à venditore præſtari non poſſit, pretium loco cautionis inueſtitur in fundo.*

98 *Cautio prædicta poteſt peti etiam à ceſſionario pretij, licet ad computum emptor aliquid ſoluiſſet.*

99 *Cautio prædicta debet eſſe effectiua per fideiuſſores, & non ſuffragatur cautio venditoris cum obligatione bonorum.*

100 *Cautio per fideiuſſores non eſt præſtanda à venditore valdè diuite, ſed ſufficit eiuſdem obligatia.*

101 *Contraria opinio refertur, quod ſcilicet præſtanda ſit per fideiuſſores à venditore etiam diuite.*

102 *Cautio an per fideiuſſores præſtanda ſit à diuite eſt opinio controuerſa.*

103 *Cautio à diuite an ſit præſtanda per fideiuſſores, remittitur arbitrio Iudicis, & quæ hic conſiderare debeat.*

104 *Author probat opinionem, quod ſit præſtanda cautio per fideiuſſores etiam à diuite.*

105 *Cautio per fideiuſſores à valdè diuite præſtari non debet ante motam litem, ſecùs poſt litem motam, & num.* 106.

107 *Fideiuſſor tali caſu debet opponente emptore probari idoneus per venditorem.*

108 *Cautio non ſufficit, ſed res debet omninò liberari, quando ius illius, qui mouit litem, eſt certum, ac clarum.*

109 *Cautio prædicta non præſtatur ementi ſcienter rem alienam.*

110 *Emptori, qui ex poſt inuenit rem obligatam, debet præſtari noua cautio, etiamſi in contractu venditionis illi dati eſſent fideiuſſores.*

111 *Emptor, ſi ſibi immineat periculum euictianis, poteſt retinere pretium, licet in contractu venditionis illi dati ſint fideiuſſores.*

112 *Cau-*

112 *Cautio per venditorem præſtanda eſt ſolum cauſatinè, quatenùs petat pretium, ſecus ſi hoc ſpontè ſoluatur ab emptore.*

113 *Emptori pro habenda tali cautione non competit actio, ſed ſolum exceptio per retentionem pretij.*

114 *Cautio per venditorem, quando nec ne ſit præſtanda, vide Doctores relatos remiſſiuè.*

115 *Emptori non competit regreſſus contra venditorem, ſi huic litem contra ſe motam in re empta non denunciauerit.*

116 *Emptor in denunciatione facienda venditori debet inſerere tenorem libelli ſuper moleſtijs illatis.*

117 *Libelli inſertio de communi praxi non ſeruatur, & non eſt neceſſaria.*

118 *Denunciatio litis venditori facienda eſt, licet hic ſciuerit aliunde, litem fuiſſe motam.*

119 *Etiamſi in eodem iudicio emptor, & venditor fuerint citati.*

120 *Contraria opinio refertur, & vti magis rationabilis recipitur.*

121 *Denunciatio requiritur etiam, quando ſumus in iudicio traditionis rei liberæ, ſi res culpa emptoris ſit euicta.*

122 *Denunciatio debet fieri omnibus hæredibus venditoris.*

123 *Denunciatio, hæredibus venditoris non extantibus, debet fieri hæreditati iacenti.*

124 *Denunciatio, ſi non conſtat adeſſe hæredem venditoris, non debet fieri, & ſat eſt, quod fiat tertijs poſſeſſoribus.*

125 *Contrarium firmatur, & quod debeat fieri curatori hæreditatis iacentis.*

126 *Denunciatio litis ſat eſt, quod fiat vltimo authori emptoris, & n.127.*

128 *Primus tamen venditor ſemper tenetur de euictione, licet res tranſierit per mille manus.*

129 *Denunciatio, licet ſit per pactum remiſſa, adhuc fieri debet ſaltem extraiudicialiter.*

130 *Contrarium firmatur tanquam verius.*

131 *Emptor tamen licet non teneatur denunciare, non ob hoc debet cauſam indefenſam relinquere.*

132 *Denunciatio non eſt facienda venditori abſenti.*

133 *Non debet fieri tertijs poſſeſſoribus.*

134 *Denunciatio poteſt fieri pupillo ſupra infantiam ſine tutoris authoritate.*

135 *Contraria opinio magis probabilis refertur, & quod debeant citari coniuncti pupilli.*

136 *Prior opinio poteſt admitti, ſi periculum ſit in mora, & ius emptoris periclitetur.*

137 *Denunciatio non fit marito, ſed vxori in huius re propria.*

138 *Denunciatio non eſt neceſſaria, quando emptor paſſus fuit moleſtias in ſimplici ſalniano.*

139 *Si tamen emptor ſe defendidit, ſecus è contra.*

140 *Denunciatio litis poteſt fieri etiam in gradu appellationis.*

141 *Venditor non denunciatus in prima inſtantia poteſt comparere poſt ſententiam, & ab ea appellare, & deducere nomine proprio ſuas defenſiones.*

142 *Expenſæ factæ per emptorem ante litem denunciatam cedunt eius damno.*

143 *Denunciatio non eſt neceſſaria, ſi in inſtrumento adeſt promiſſio releuationis indemnitatis cum iuramento.*

144 *Contrarium tenentes referuntur.*

145 *Prima opinio placet Rotæ Romanæ.*

146 *Secunda opinio procedere poteſt, ſi venditori nulla facta fuit denunciatio, neque extraiudicialis, & excitatoria, ſecus è contra.*

147 *Prima opinio omnino procedit, quando adeſt ampliſsima promiſsio euictionis, ac releuationis indemnitatis cum iuramento.*

148 *Denunciatio litis extraiudicialiter facta, & non impugnata, cenſetur excitatoria ad defenſionem.*

149 *Denunciatio licet facta ſit venditori, non ob hoc excuſatur emptor à defenſione cauſæ in iudicio.*

150 *Emptor victus tenetur appellare à ſententia contra ſe lata, & appellationem proſequi.*

151 *Præcipuè, ſi ſententia contra ipſum lata ſit iniuſta.*

152 *Emptor non tenetur appellare, ſi in inſtrumento illi ſit remiſſa appellatio.*

153 *Appellare non tenetur ſtante claro iure euincentis, ſecus ſi hoc ſit dubium.*

154 *Euictio ſi ſequuta ſit ex facto Iudicis iniuſto, emptor ad aliquid aliud non tenetur.*

155 *Venditor poteſt nomine proprio appellare à ſententia prolata contra emptorem.*

156 *Denunciationis litis defectus non attenditur, quando venditor denunciatus non potuiſſet effugere euictionem ob iuſtitiam euincentis.*

157 *Emptori nulla culpa adſcribi poteſt, ſi non fecit denunciationem, quando hæc non releuaſſet ob clarum ius euincere volentium.*

158 *Emptor ſtante claro bono iure euincere volentis non expectata ſententia, & ante litem, poteſt bonam fidem agnoſcendo ſoluere, & nihilominus habet regreſſum contra venditorem.*

159 *Et etiam tranſigere non expectata lite ſtante bono iure euincere volentis, & habebit ſine denunciatione regreſſum contra venditorem.*

160 *Venditor non poteſt impugnare tranſactionem factam ab emptore cum euincere volente, ſi non oſtendit huius malum ius.*

161 *Euictio dicitur eueniſſe, quando emptor agnoſcit rem ſibi poſſe euinci, & tunc validè tranſigit cum euincere volente.*

162 *Emptor, qui paſſus fuit euictionem non denunciato venditore, debet ipſe oſtendere, quod venditor non habebat iura, quibus ſe defendere poſſet.*

163 *Emptor oſtendens clarum creditum, ac ius euincere volentis transfundit in venditorem onus probandi, quod poterat excludere euictionem, & n. 164.*

165 *Denunciatio litis facta, vel non facta venditori quid operetur, vide Doctores relatos remiſſiuè.*

CVm multoties excitentur lites contra emptorem per creditores, vel alios prætendentes habere ius in re ab eo empta, & perſæpè etiam ad inſtigationem ipſius emptoris ad differendam ſo-
84 lutionem pretij, quod licere pauperi emptori, fuit cautela tradita à *Bald. in l. qui rem 3. C. de euict.*, quam extollunt *Aldobrandin. conſ.19. n. 6. lib.1. Staiban. reſol. 184. num.23. Poſt. reſol.145. n.2., & ſeq. Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur. 1. cap.45. n.1. verſ. dat cautelam, Scopp. in Schol. ad dict. cap.45. n.6. Rot. deciſ.263. num.1. par.12. recen.*

Hinc tali caſu non poteſt emptor per venditorem cogi ad ſoluendum pretium, niſi illi præſte-
85 tur cautio de euictione, ac de liberando à moleſtijs *l. habitationum 18. in fine ff. de periculo & commod. rei vendit. l. ſi poſt perfectam, C. de euict.*, & vtrobique DD. communiter *Natt. conſ.267. nu.2.*

Surd.

Surd. conſ.36. num. 11., & 14. Cald. de empt., & vendit. cap.22. num.33. Burgund. de euict. quæſt.71. n.2. Magon. deciſ. Florent.80. n.1. Rot. deciſ. 480. n.1. par.3. recen., & deciſ.1151. n.3. coram Coccin.

Ad hoc tamen vt talis cautio præſtari debeat,
86 oportet; litem eſſe motam, vel adeſſe probabilem
litis ſuſpicionem dict. l. habitationum §. vltimo, Caſtrenſ. conſ.207. n.5. lib.1. Burgund. dict. qu.71. n.4. Cancer. var. reſol. par.1. cap.13. num.67. Rot. deciſ.263. n.4. par.12. recen.

Lis autem calumnioſa euidenter, & ſolum procurata ab emptore ad differendam ſolutionem pretij non ſufficit, ad hoc vt venditor talem cau-
87 tionem præſtare debeat plenè Surd. conſ. 32. n. 5. & ſeq., vbi quando dicatur affectata Cancer. dict. cap.13. num.65. verſ. & hoc niſi, Scopp. ad Merlin. Pignatell. in ſchol. ad dict. cap. 45. n.21.

Debet cautio prædicta præſtari, quando emptori denunciatur, vel mouetur quæſtio, ne accedat ad rem emptam, hoc namque caſu non poteſt venditor petere prætium, & repellitur per
88 exceptionem doli mali, non dato prius idoneo
fideiuſſore l. vltima §. ex quadrante ff. de except. dol. mal. l. ex his prædijs, C. de euict. Burgund. de euict. cap.71. n.6. verſic. ſi tamen illi.

Præſtationi verò talis cautionis eſt ſolum locus, ſi ex lite immineat periculum euictionis in limine contractus, hoc eſt quod ſuperuenerit lis,
89 antequam pretium ſit totaliter, & cum effectu
ſolutum per dict. leg. ſi poſt perfectam C. de euict. Merlin. Pignatell. dict. cap.45. n. 3. Thomat. deciſ. 81. n.4. Sperell. deciſ.78. n. 11., & 12. Rot. deciſ. 281. n.8., & ſeq. par.2. diuerſ.

Et præſtanda eſt, ſi per creditores venditoris
90 fuerit pœnes emptorem ſequeſtratum pretium,
Caroc. deciſ.96. n.2., & 3. Cauulcan. deciſ. 4. n.3. par.1. Sperell. dict. deciſ.78. num.13., & facit Rot. deciſ.81. à n.18. par.17. recen.

Prout præſtari debet, ſiue lis ſit mota in peti-
91 torio, ſiue in poſſeſſorio Sperell. deciſ.78. n. 14.,
& deciſ.117. n.14., & ſeq. Rot. deciſ. 281. par. 2. diuerſ.

92 Et licet mota ſit ſuper ſimplici hypotheca,
Staiban. reſol.184. in obſer. nu. 10. Poſt. reſol.145. n.2. Hodiern. ad Surd. deciſ.295. n.5. Sperell. deciſ. 78. n.15. Scopp. in ſchol. ad Merlin. Pignatell. in alleg. cap.45. n.19.

Debet quoque præſtari nedum pro parte pretij,
93 quod remanet ſoluendum, ſed pro toto pretio
rei venditæ, latè Sperell. deciſ.78. n.33. cum tribus ſeq. vbi reijcit Surdum contrarium tenentem.

An autem talis cautio præſtanda ſit pro illa
94 ſola lite mota, vel pro alijs litibus, & cauſis quo-
modocumque mouendis, Burgund. de euict. q.17. à num. 10., & plenè per bonas rationes, iura, ac Doctorum authoritates Scopp. ad Merlin. Pignatell. in ſchol. ad dict. cap.45. num.28. ad 39. tenent, eſſe præſtandam cautionem ſolum pro illa lite mota, & dicti Burgund., Scopp., & alij ab hoc relati perpendunt pro hac opinione tex. ferè ad literam in l. habitationum ff. de pericul., & commod. rei vendit. ibi -- niſi fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis offerantur --

Contrariam tamen opinionem communiter tenent alij, quod ſcilicet talis cautio præſtanda ſit, nedum pro lite mota, & euictione imminente, ſed etiam pro alijs litibus quomodocumque
95 mouendis, & quæ ſuſpicantur moueri l. emptorem in fine ff. de reſcind. vendit. Caſtrenſ. conſ. 46. n.1., & 2. lib.1. Gramatic. conſ. ciuil. 106. num.2. & 3. Surd. conſ.36. n.4. Altograd. conſ.54. num.51. lib.2. Grattan. cap.787. n.9. Poſt. reſol.145. nu. 1. Cancer. var. reſol. par.1. cap.13. n.66. Surd. deciſ. 295. n.26. Maſtrill. deciſ.160. in fine Franch. deciſ. 555. in fine, qui teſtatur ſic iudicatum, Sperell. deciſ.78. n.23., & ſeq. qui contraria declarat, & deciſ.117. n.19. Chriſtin. deciſ. Belgic. 123. num.8. vol. 1., & hæc opinio eſt magis communis, & in praxi recepta, vt teſtatur Burgund. contrariæ opi-
95 nionis ſectator in alleg. quæſt.71., licèt forte pri-
ma opinio in puncto iuris ſit verior, prout illam benè defendit Scopp. vbi ſupra; & in terminis noſtri ſtatuti hic ſecunda opinio redditur indubia, dum venditor liberatur, ſi denuò cum idoneo fideiuſſore caueat de conſeruando indemnem emptorem, vnde ſicut venditor ex prima obligatione iuris tenetur conſeruare emptorem indemnem ab omni moleſtia, ita etiam ſic fideiubere debet ob illud verbum denuò.

96 Taliſque cautio præſtanda eſt etiam pro debi-
to in diem Cancer. dict. cap.13. n. 63. Merlin. Pignatell. alleg. cap.45. n.5. verſ. emptor non poterit, & dixi ſupra hic n.48.

Et quando venditor ob eius paupertatem non inuenit cautionem pro credito dotis, vel alio conditionali, certo tempore ſoluendo, tunc pre-
97 tium inueſtitur in fundo, qui ſtet ſpecialiter pro
euictione obligatus Cancer. dict. cap. 13. num. 64. Oſaſch. deciſ.24. num.14. verſ. ſi vero nec bona Rot. deciſ.263. n.6., & ſeq. par.12. recen.

Cautio prædicta, ad effectum differendi ſolutionem pretij, peti poteſt per emptorem, etiam contra ceſſionarium pretij, & licet huic emptor ad computum ſoluerit illius partem, exceptio quippe doli mali, ob quam venditor repellitur à ſolutione pretij ſine cautione eſt realis, & tranſit etiam ad ceſſionarium, & ad illum, qui habet
98 cauſam à venditore ad tex. in l. exceptiones 7. §.1.
ff. de except. Caſtrenſ. conſ. 46. n. 2. lib. 1. Mangil. de euict. quæſt.85. n. 19. Burgund. eod. tract. quæſt. 71. num.9.

Cautioni prædictæ an venditor ſatisfaciat per obligationem omnium ſuorum bonorum, dic quod non, ſed requiritur cautio per fideiuſſores, & quia actio contra illos eſt magis expedita, &
99 quia pignora venditoris poſſunt eſſe alijs obli-
gata, vel alias non ſatis idonea Faber. in Codic. lib.18. tit.31. definit.11. Burgund. de euict. cap.71. n.8. Surd. deciſ.295. nu.14., & poteſt addi alia ratio, quia venditor pro euictione regulariter iam obligauit prius omnia ſua bona, & ſic dum poſt dictam obligationem generalem ſuperuenit lis ſuper re ab eo vendita, non debet emptor cogi ad ſoluendum pretium, niſi caueatur per fideiuſſores.

Sed ſi venditor ſit valdè diues, an mota lite ſuper re vendita, debeat cauere per fideiuſſores, eſt quæſtio dubia, & controuerſa, nam quod tali caſu ſufficiat pro cautione ſola obligatio venditoris diuitis, nec poſſit ſub prætextu cautionis
100 non præſtitæ ab emptore retardari ſolutio pre-
tij non ſoluti, tenent Nott. conſ.267. n.4. Guzman. de euict. quæſt.50. num. 28. cum duob. ſeq. Hodiern. contr. forenſ.2. n.1. Merlin. Pignatell. dict. cap. 45. n.6.

n.6. Mangil. de euict. quæſt. 85. n. 43., qui ſecun-
do loco refert hanc opiuionem, & ſic illi videtur
adhærere, Cardin. de Luc. de empt., & vendit. di-
ſcnrſ. 11. num. 2., & 3. alter de Luc. in obſeru. ad
Franch. decif. 555. n.3. Afflict. decif. 171., qui om-
nes habenr hanc anteſignanum, & de Luca ad
Franch. dict. n.3. dicit durum eſſe recedere à deciſ.
Afflicti, eiuſque opinione.

Contraria opinio placet alijs, quod ſcilicet
101 talis cautio ſit præſtanda etiam à notoriè diui-
te, vt poſt alios benè hoc probat Scopp. in Schol.
ad Merlin. Pignatell. dict. cap.45. n. 25. verſic. ete-
nim illa concluſio, & n.26. Sperell. deciſ.78. nu.37.
verſ. indiſtinctè loquitur, Surd. deciſ. 295. n.14. qui
Scopp. adducit rationes, ac textus claros nempe
l. 1. ff. vt legat., ſeu fideicomm., nomin. caueat. ibi
-- ſemper autem ſatiſdare cogitur cuiuſcumque ſit di-
gnitatis, vel quarumcumque facultatum hæres -- &
in l. minor 51. ff. de procur., vbi Vulpianus loquen-
do de ſatiſdatione ſic dicit -- is qui ſuſcepit defen-
ſionem, etſi locupletiſſimus ſit --

Ex quibus patet, quod opinio eſt controuerſa,
102 prout talem illam dicit Surd. deciſ. 295. n.13. &
ſeq., Rot. deciſ. 281. n.40. p.2. diuerſ., & deciſ. 115t.
n.7. coram Coccin.

103 In hoc opinionum conflictu Rot. deciſ. 281. n.
40. in fin. par.2. diuerſ. quam laudat Merlin. Pigna-
tell. dict. cap.45. n.6. verſ. quamuis verius id remit-
tit arbitrio Iudicis, penſando dolum ſaltem præ-
ſumptum venditoris, illius facultates, ac cæte-
ras circumſtantias, vnde ſecundum ſenſum Rot. in
dict. deciſ. 281. ſi agatur de lite mora per habentem
ius, vel creditum in re, quod venditori innoteſce-
bar, videtur in illo adeſſe dolus, & ſic non de
facili eſt arbitrandum pro admiſſione cautionis
per ſolam obligationem venditoris, ſi verò ad-
ſit vendiroris ignorantia, & ob hoc ceſſet dolus,
ac mala fides, ſi alias in illo concurrant diuitiæ,
tunc poteſt inclinare Iudicis arbitrium pro admit-
tenda cautione cum ſola obligatione bonorum.

Ego vt meum ſenſum aperiam adhæreo opi-
nioni firmatæ ſupra n.101., quod cautio ſit præ-
ſtanda etiam à diuite; & in puncto noſtri ſtatuti
hic res caret omni diſcuſſione, nam ſtatuentes co-
104 gitarunt forte dirimere Doctorum circa hoc
controuerſias, dum expreſsè voluerunt, quod de-
tur idoneus fideiuſſor.

105 Cœteroquin Rota ſuper hoc iuxta terminos
iuris communis in deciſ. 1251. num. 8. coram Coc-
cin. ex Surd. deciſ. deciſ. 294. n.15. verſ. quinimmo
dicit, quod opinio Afflicti poteſt ſolum admitti
ante litem motam, ſecus poſt motam litem., &
quando in limine iudicij pro obligatione puta,
& nata imminet euictio, quo caſu omnino requi-
106 tur cautio per fideiuſſores Gratian. cap. t13. n.
42., & hæc diſtinctio placet Sperell. deciſ. 78 n.37.
in fine, & deciſ. 117. n.21. verſ. tutior itaque.

Quinimmo ralis fideiuſſor opponente empto-
107 re debet probari idoneus per venditorem Bim.
conſ.64. n.8. & ſeq. lib. 1., & in puncto Camuncul.
deciſ. Bonon. 2. n.2.

Quando tamen clarè apparet de bono iure cre-
ditoris, vel alterius, qui mouit litem contra em-
ptorem, tali caſu hic non debet ſe committere
fragilitati cautionis, vt poſtea pretium repe-
tat, ſed cogitur venditor omnino liberare rem
venditam, alias repellitur à petitione pretij, cum
108 pro eius parte plenè non adimpleuit Surd. conſ.
36. n.4., Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap.91. n.5.
in fine centur. 2., Scopp. ad dict. Pignatelll. in Schol.
ad cap.45. n.43. vbi dicit, id verum eſſe Surd. deciſ.
253. n.15. & ibi Hodiern. n.11. Ioſeph. de Roſa con-
ſult. 1. n. 18., & tetigi ſupra hic. n.45.

Cautio prædicta non præſtatur illi, qui ſcien-
109 ter emit rem alienam Natt. conſ. 267. n.3. Ma-
gon. deciſ. Florent. 80. n.2. Sperell. deciſ. 117. n.30.

At ſi emptor ignorauit à principio, rem eſſe
alteri obligatam, ſed ſuperuenit notitia ex poſt,
ſi res à venditore fuit promiſſa libera, & inuenia-
tur ſubiecta fideicommiſſo, vel cenſui, poteſt peti
noua cautio, etiamſi fideiuſſores dati ſint in con-
110 tractu venditionis Oſaſch. deciſ. 24. n.2. & 8. verſ.
nec aduerſatur Rot. deciſ. 333. num.17. apud Cenc. de
Cenſ.; & idem procedit ſi euictio immineat, nam
non obſtantibus primis fideiuſſoribus datis in
contractu venditionis, poteſt emptor pretium
111 retinere, donec ſibi idoneè caueatur Sperell. de-
ciſ. 117. n.31. Rot. deciſ. final. num.10. & 12. apud
Zacch. de oblig. Cameral.

Demum ſuper hac materia cautionis præſtan-
dæ per venditorem aduerte, quod illa ab eo dari
debet ſolum cauſatiuè, quatenus ſcilicet petat
pretium rei venditæ, ſecus ſi illud ab emptore
offeratur, nam tunc cautionem præſtare non
112 tenetur Bald. in l. poſt perfectam. n.1. C. de euict.
Surd. conſ. 36. n.14. verſ. & quamuis venditor Ho-
diern. contr. forenſ. cap.2. n. 5.; quocirca pro hu-
iuſmodi cautione habenda emptori non compe-
tit actio, ſed tantum exceptio, ac ius retinendi
113 pretium Caſtrenſ. conſ.46. num. 2. lib.1. Hodiern.
dict. cap.2. n.6. vbi teſtatur de communi opinione,
idem ad Surd. deciſ. 195. in fine.

Si vero ſuper hac materia cautionis præſtandæ
per venditorem fauore emptoris, quando hic re-
114 moratur ſoluere pretium rei emptæ ob litem
ſuper hoc motam, vel ſuſpicionem litis mouendæ,
alia ſcire deſideras vide Cancer. var. reſol. par. 1.
cap.13. Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap.45. cen-
tur. 1. Scopp. in Schol. ad dict. cap. 45. Pignatell.,
Burgund. de euict. cap.71., Poſt. reſol. 145. Guzman. de
euict. q.50. Mangil. eod. tract. q.85., Sperell. deciſ.
78., & 117. latè

Quia firmatum fuit ſupra hic n. 66., quod em-
ptor poteſt agere pro traditione rei liberè, etiamſi
per ipſum non fuerint denunciatæ, ac intimatæ
moleſtiæ venditori, nunc ſuper hoc aliquid la-
tius erit adnotandum; & quidem pro regula in-
dubitata aduerte, quod quicquid ſit ad effectum
agendi pro traditione rei liberæ, quo ad alium vt
emptor agere poſſit pro euictione, ac pro dam-
nis, intereſſe, & expenſis ob rem euictam, & ſuper
qua emptor paſſus fuit moleſtias, requiritur,
quod per ipſum fuerit denunciata venditori lis
mota ſuper re empta, alias tali denunciatio-
115 ne ceſſante, nulla actio illi competit contra
venditorem cap. fin. de empt., & vendit. l. ſi per
imprudentiam §. ſi cum poſſet. ff. de euict. l. ſi contro-
uerſia l. cum ſucceſſores, & l. emptor fundi C. eod.,
Corn. conſ. 255. lib.3. Dec. conſ.74. per tot. Gobb. con-
ſult. deciſ. 29. n.2. Peregr. deciſ. Patau. 89. n.5. verſ.
tertio alia ratione, & ſeq., Mut. deciſ. Sicil. 59. n.18.
& 19. Capicc. deciſ. 106. n.1. & ſeq., Mart. Vot. Pi-
ſan. 65. n.2., Thor. Vot. deciſ. 83. n. 5. & 6. tom.1.
Palm. Nepos deciſ. Lucen. 76. n.11., Rot. dec. t73. n.2.
coram

Digitized by Google

coram Pamphil. deciſ. 271.n.9.& 10.coram Vbald. deciſ.728.n.6.coram Amat.Dunozett., *& deciſ.241. n.6.part.8.recen.*

Et quidem in tali denunciatione litis facienda
venditori debet inſeri tenor libelli moleſtiarum
in iudicio illatarum ipſi emptori, ad hoc vt il-
116 le ſciat litem, & poſſit ſe defendere, *Larath.*
conſ.62. n.5. Burgund. de euict. cap.58. n.3. Capicc.
Galeott. contr. 57. nu.4. lib. 1. Ioſeph. de Roſ. con-
ſult.57.n.14.Rot.deciſ.480.n. 5. part.3.recen., *deciſ.*
390 n.2.par. 5., *& deciſ. 30.num. 9.*, *& 10. coram*
Duran.

Sed quod talis tranſmiſſio libelli in denuncia-
tione, de generali conſuetudine, & in practica non
117 ſit neceſſaria poſt *Bald. in l.emptor n.4. & An-*
gel. n.2. C. de euict.Burgund.de euict.cap.58.n.4.Rot.
deciſ.480. n. 5. verſ. quia fuit reſponſum par. 3.rec.
& hæc opinio eſt verior & ratione fulcitur; opi-
nio quippe contraria deſiderans tranſmiſſionem
libelli fundatur in eo, vt mediante libello ſciat
venditor, quid prætendat euincere volens, & ſic
poſſit aduerſus illum parare ſuas defenſiones,
quod optime eidem venditori innoteſcere poteſt
per ſimplicem intimationem litis motæ relatiuam
ad acta, ex quibus venditor, & ille cui fit denun-
ciatio, poteſt informari de eo, quod prætendit
euincere volens.

Quę denunciatio requiritur, licet venditor ſci-
118 uerit aliunde, litem eſſe motam pleuè *Dec. conſ.*
74., *Larath.conſ.62. n.3. Mangil.de euict. quæſt.4.*
n.14. Guzman. eod.tract.q.4. n. 4. & ſeq.Mart.Vot.
Piſan.65.n.6. Ioſeph.de Roſ. conſult.58. n.11., *Gra-*
tian.deciſ.13.nu.44. Capicc. Galeott. contr. 57. n.3.,
lib.1.

Quod procedit licet in eodem iudicio emptor,
119 & venditor fuerint citati, *Mangil. poſt alios de*
euict. qu.4. n. 26. & ſeq. qui reijcit contrarium te-
nentes.

At contraria opinio mihi videtur magis ratio-
nabilis, nam dum talis denunciatio iudicialis fit,
adhoc vt venditor accedat ad defendendam cau-
ſam motam contra emptorem, hinc dum in eo-
dem iudicio mediantibus citationibus vrgentur,
tam emptor, quam venditor dicitur hic excitatus
120 ad cauſæ defenſionem, vt in puncto hoc firma-
uit *Rot.in Anconitana Terrarum 11.Decembr.1680.*
in fine coram Blanchetto, vbi fuit dictum quod
ſufficiebat interuentus procuratoris venditoris
in lite abſque alia denunciatione, & benè *deciſ.*
390.n. 6.p.5. recen.

Eſt etiam neceſſaria talis denunciatio, licet
emptor non agat actionē euictionis, ſed ex em-
pto pro reſtitutione pretij, ac intereſſe, ad hoc
vt res libera tradatur, quando euictio illegitimè,
121 & culpa emptoris ſequuta eſt *l.fin.C. de act.empt.*
Mangil.de euict.q.200. n. 21. & 22. Rot.deciſ. 345.
n.7. & 8.coram Cardin.Cerr.

Debet talis denunciatio fieri omnibus hæredi-
bus authoris, ac venditoris, ſi hic deceſſit, nec
122 ſufficit fieri vni tantum, *Burgund. de euict.cap.*
68.per tot., *Guzman. eod. tract. quæſt.5. num. 5. de*
Marin. quotid. reſol. lib.1. cap. 108. n. 10., *Gobb.*
conſult.deciſ. 29. n. 3., *& 4. Mart. Vot. Piſan. 65.*
n. 8. & 9.

Et hæredibus non extantibus debet fieri hære-
123 ditati iacenti, quæ de euictione tenetur, *Guz-*
man. dict. quæſt.5. n.77. Mangil. de euict. quæſt.53.
num.4. & ſeq. Gobb. dict.conſult.29. num.5.

Si autem non conſter, aliquem eſſe hæredem
125 venditoris, ceſſat onus denunciationis, *l.dies*
cautionis 4. §.toties. ff. de damn. infect.Laurent. de
Pinn conſ. 92. n.7.& 8. Guzman.de euict. q.5.n.18.,
Gobb. conſult.29. n. 18., & hoc caſu ſufficit fieri
denunciationem tertijs poſſeſſoribus bonorum
venditoris, *Brun. conſ. 28. n. 11.& 12Gobb. ibid.*
n.24.

Ego vero cum ſenſu veritatis exiſtimo, quod
licet non adſit hæres venditoris, adhuc ſit pul-
ſanda hæreditas iacens cum legitima deputatio
125 ne Curatoris illi facienda iuxtà firmata ſuprà
hic *n.122*, neceſſe quippe eſt, quod adſit perſona
materialis, quæ poſſit defendere hæreditatem
perſonam fictam.

Sufficit autem quod talis denunciatio fiat vlti-
mo authori emptoris, licet adſint alij, quando in
126 vltimum peruenerunt omnes actiones per ceſ-
ſionem.*Dec conſ.74. n.1. verſ. & talis denunciatio*
de Marin.reſol. 109.n.9.lib.1. Olea de ceſſ.iur tit.4.
*q.7.n.3. & ſeq. Gobb dict. 29.n. 13.& ſeq.*vbi teſta-
tur de veriori, & communiori opinione, *Giurb.*
deciſ.71.n.5.& 6., *Larea deciſ.73.n.3.& ſeq.*, plenè
Rot. in Mediolanen. Bonorum 24. Februarij 1596.
coram Cardin. Arrigonio.

Sed ſi velit emptor agere contra primum au-
thorem poteſt id facere, licet alias ipſe moleſta-
127 tus teneatur ſolum denunciare litem ſuo imme-
diato authori *Mangil. de euict.quæſt.3.nu. 6. Gobb.*
vbi proximè *n.15.*; licet primus venditor teneatur
de euictione ne dum primo emptori, ſed & alijs
128 ſubſequentibus, quamuis res vendita per mille
manus tranſiuiſſet *Gobb.ibid.n.16.*

An autem talis denunciatio fieri debeat, ſi per
pactū in inſtrumento venditionis fuerit remiſſa,
128 pro opinione affirmatiua ſtat *Mangil.de euict.*
q.4. num. 30. Rot. deciſ. 388.n.3.p.3. recen., *& de-*
ciſ.345. n. 3.coram Cerr., ea adducta ratione,
quia talis remiſſio intelligitur de ſolemni denun-
ciatione, non autem de extraiudiciali inter-
pellatione.

Sed contrariam opinionem, quod tali caſu
130 nulla requiratur interpellatio etiam extraiudi-
cialis *ex tex.in l. Herennius 63.ff. de euict.* probant
magis communiter Doctores, & præcipuè *Angel.*
conſ. 117. per tot. Oſaſch. conſ. 46. n.8. & ſeq.Mut.
deciſ. 59.n.13. Rot.deciſ. 18. nu.2. & ſeq. & n.34.
p.4. tom.2.recen., *& in Meleuitana pecuniaria 10.*
Decembris 1653.§.neque obſtare coram Meltio, in
qua fuit receſſum à *dict. deciſ. 345. n. 3. coram*
Cerr. & hæc opinio mihi videtur tenenda; at non
ob hoc emptor debet litem contra ſe motā inde-
fenſam relinquere, itàvt ſi poſſit ſe defendere, &
per dolum, ac deſidiam rem perdat, non habet
regreſſum contra venditorem, exceptione quip-
151 pe doli mali repellitur *Dec.conſ. 74.n.1 verſic.*
ſecundo principaliter, *Burgund.de euict. cap. 56. n.*
1. & ſeq. Rot. deciſ. 345. num. 5., *& ſeq. coram*
Cerr.

132 Nec denunciatio eſt facienda abſenti *l.ſi ideo*
55.in fine ff.de euict.Caſtrenſ.conſ.240.ante n.2.verſ.
& tunc requiritur, *& n.3.lib.1.* vbi dicit quod ab-
ſentia in hoc æquiparatur morti, *Guzman. de*
euict. quæſt.5.n.11., *Mangil.eodem tract. q.4. n. 47.*
Gobb.dict conſult.29. n.9.Mut.deciſ. 59. n.7.

Nec denunciatio fieri debet tertijs poſſeſſori-
bus

bus bonorum venditotis, ſed ſolum venditori,
& authori, ac eius hæredibus, *Altograd.conſ.* t5.
n. 25.*lib.*t.*Mangil. de euict. qu.*4.*n.*74.*verſ.ſecundo ampliatur*, *Vrceol. conſult.* 25.*n.*t., *Gobb.dict. conſult.*28.*n.*20.

An autem ſat ſit, quod denunciatio fiat pupil-
134 lo,etiam ſine tutotis, authoritate, videtur affir-
matiuè diſponi *in l.ſi dictum* §.*fin ff. de euict.* & id
firmant *Caſtrenſ. conſ.*261.*n.* 1. *lib.*1., *Eugen. conſ.*
80.*n.*t1.*& ſeq. lib.*t., qui dicit hoc eſſe ſpeciale
iu huc caſu ex *dict.l.ſi dictum*, *Vbert. de citat.*c.14.
*n.*394. *&* 395. *Peregr. deciſ. Patauin.*89.*n.*9. *verſ.*
nam & pupillis, *Add.ad Pamphil. deciſ.* 173. *nu.*7.
vbi hoc dicit vetum, ſi pupillus ſit ſupra infantiã.
135 Sed hæc opinio vti admodum iniqua reproba-
tur à *Burgund.de euict. cap.*62.*n.*5.*verſ.ſed hæc ſententia*, *& n.* 6., vbi quod emptor debet vocare
agnatos, cognatos, ac coniunctos pupilli, ad
hoc vt pro illo tutorem petant, & ſi illi hoc face-
re neglexerint, debet per emptorem inſtari coram
Iudice pro deputatione tuturis, & ſolum ſi augu-
ſtia temporis non permittat,deputari poſſe tuto-
rem, nec poſſe requiri coniunctos, vt illis fiat
denunciatio, tunc ne periclitetur ius emptoris,
ad extremum poterit denunciari pupillo, & in
his terminis procedere poterit opinio contraria,
136 ac diſpoſitio *dict.l.ſi dictum in fine ff.de euict. &*
hæc opinio *Burgundi* vti humanior, æquior, ac
pupillis magis fauorabilis videtur retinenda.

Non poteſt denunciatio litis fieri marito,
quando agitur de intereſſe proprio, & obliga-
137 tione vxoris, ſed huic facienda eſt *Rot.deciſ.*31t.
*n.*3. *&* 4. *coram Cerr.*

Denunciatio tamen non eſt neceſſaria,quando
emptor paſſus fuit moleſtias in ſolo poſſeſſorio
veilisSaluiani,in quo emptori fuit àblata ſola poſ-
138 ſeſſio, ſeù potius detentatio *Alex. conſ.*63.*n.*t2.
*lib.*6.*Aldon.conſ.*16.*n.*17.vbi teſtatur ſic iudicatũ,
Negusant.quæſt. 362.*n.*5. *Mangil. de euict. qu.*4.*n.*
61., *Gobb. conſult. deciſ.* 29.*n.*17. vbi dicit, quod
ita communiter tradunt Doctures; ego tamen
hanc concluſionem non ſic de facili admitten-
dam eſſe credo, ſed ſolum ſi immiſſio in Saluiano
fuit iuſta, nam alias, ſi poterat venditor ſe de-
fendere, quia vel creditum non ſubſiſtat, vel ſit
extinctum, vel ex alia cauſa, non habebit em-
ptor regreſſum contra venditorem non denun-
ciatum, cum ſemper emptor debeat ſe defendere,
alias ſi eius culpa ſucceſſit euictio, & amiſſo rei
139 (licet quoad poſſeſſionem)non habet regreſſum
contra venditorem *Rot.deciſ.*738.*n.*7.*coram Amat. Dunozett.*

Denunciatio autem moleſtiarum poteſt fieri
quocumque tempore, etiam in gradu appellatio-
nis, ac tali caſu ſuffragatur, ac ſi illa facta eſſet
140 in prima inſtantia *Cyriac.contr.* 276. *n.* 6. *&* 7.
Caſtald.conſult. forenſ. 7.*n.*11.*Mangil. de euict. q.*5.
n. 2.*&* 8.*&q.*87. *n.* 35. *Mut. deciſ.* 29. *n.* 6., *Rot.*
deciſ. 387. *nu.* 8. *part.*17. *recen. & deciſ.* 88. *nu.*2.
part. 18.

Nam poteſt venditor tunc comparere, & ſi il-
li competit defenſio,poteſt litem in ſe ſuſcipere,
141 & victoriam cauſæ obtinere *Rot. deciſ.* 387.*n.*8.
*par.*17.*recen.Add.ad Pamphil.deciſ.*173.*n.*7.§.*rurſus omiſſa verſ. vel competit defenſio.*

Expenſæ tamen interim factæ per emptorem
cedunt non facta denunciatione damno empto-
142 ris, qui illam non fecit *Add ad Pamphil. dict.*
*n.*7. *verſ. tenetur autem*.

Denunciatio aliqua non requiritur, nec eſt
neceſſaria, quando in Inſtrumento venditionis
adeſt promiſſio euictionis, ac reuelatio indem-
143 nitatis cum iuramento, cum hoc ex ſe ipſo præ-
ciſè interpellet *Gutier.de iuram. confirm.par.*1.*cap.*
6t.*num.*19. *Mut deciſ.*59.*n.*17., *Add.ad Pamphil.*
deciſ. t73.*n.*7. *verſ maximè verò*, & diſcuſſo arti-
culo id firmat *Rot.deciſ.*69.*n.*10.*& ſeq. p.*2. *diuerſ.*
deciſ. 387. *n.* 9. *&* 10.*par.*t7.*recen.*, *& in Romana*
ſeu Neapolitana liberationis à moleſtijs 27. *Februarij* t690.§. *& ex alia coram præfato Cardinali Caccia.*
144 Et licet contrarium teneant poſt alios *Guzman. de euict. qu.*4. *n.* 46. *& ſeq. & Mut. deciſ.*59.
*n.*14. *verſ. eſt verum & n.*15., & refert *Rot. in dict.*
Romana, *ſeù Neapolitana in* §. *non obſtantibus*, ad-
145 huc Rota tenet primam opinionem, quam pro-
pterea amplectendam eſſe cenſeo.

Quatenus autem de hac contraria opinione
aliqua eſſet habenda ratio, illa poteſt admitti,
quando nulla emptori facta fuit denunciatio, ſe-
cus ſi facta ſit extraiudicialiter, ſed dubitetur, an
ſit excitatoria, vel requiſitoria venditoris ad de-
146 fendendum, nam hoc caſu abſque dubio iura-
mentum ex ſe interpellat *Rot. in dicta Romana ſeù*
Neapolitana §. *non obſtantibus coram Cardinali Caccia.*

Et amplius quando non verſamur in ſimplici
promiſſione euictionis, ſed continente vlterius
obligationem ſuſcipiendi in ſe omnes lites,& am-
pliſſimam promiſſionem releuationis indemnita-
tis fauore emptoris, tali caſu omnino procedit
147 prima opinio,quod iuramentum ex ſe interpel-
let, vt diſtinguunt, & opiniones contrarias decla-
rant *Menoch. conſ.*128. *n.*t5. *Gratian. cap.* t75. *n.*
30. *& ſeq. Mangil. de euict. qu.*4. *n.*3t. *&* 39., *&*
Rot. in dicta Romana ſeù Neapolitana & dict. §. *non obſtantibus, verſ. tum demum quia coram Cardinal. Caccia.*

Denunciatio vero licet extraiudicialiter facta,
ſi per venditorem non fuerit impugnata,cenſetur
excitatoria ad ſuſcipiendam defenſionem cauſæ,
quia non ad alium finem venditori fit denuncia-
148 tio, niſi vt defenſionem ſuſcipiat, *Iaſ. in l. non*
ſolum §. *mortem n.*39.*ff. de non. oper. nunciat. Rot.*
in dicta Romana ſeu Neapolitana §.*nec dicatur,verſ.*
quapropter coram Card. Caccia.

Vnum tamen aduerte hic, quod licet per em-
ptorem facta ſit denunciatio venditori,adhuc de-
bet ipſe ſe defendere, alias non habet regreſſum
contra authorem laudatum, quia in hoc caſu
maior iudicatur culpa emptoris, cum quo iudi-
149 cium principaliter agitur,in ſe nõ defendendo,
quam venditoris *l.ſi ideo*, *& l. Herennius ff de*
euict. Dec. conſ. 74. *Riminal. ſen. conſ.* 205. *n.*5. *&*
ſeq., *Oſaſch. conſ.* 46. *n.*7., *&* 23. *Mangil. de euict.*
*qu.*178. *n.*2. *ad* 4. *Guzman. eod. tract. qu.*12. *n.*15.
& ſeq. Ioſeph Roſa conſult. 57. *n.* 34. *Peregr. deciſ.*
*Patau.*89. *num.*3. *Mut. deciſ. Sicil.*59. *num.*t7.*cum duob. ſeq.*

Quinimmò emptor, ſi fuerit per ſententiam vi-
ctus, tenetur etiam appellare, & appellationem
150 proſequi, ſi vult habere regreſſum contra ven-
ditorem *Guzman. de euict. qu.*t2. *n.*t6. *& ſeq. Io-*
*ſeph Roſ. dict. conſult.*57. *nu.*36. *Add. ad Pamphil.*

deciſ.173. n.7. §. ideoque emptor, Mart. vot. Piſan.
65. n.7. Peregr. deciſ. Patau. 89. nu.14. Rot. deciſ.
738. num. 8. coram Amat. Dunozett.; maximè ſi
151 adſit malum ius ex parte illius, qui obtinuit
contra emptorem Rot. dict. deciſ. 738. n.8. verſic.
ſine potiſſimum coram Amat. Dunozett.

Si tamen per venditorem ſit remiſſa appellatio,
152 tunc non tenetur appellare latè Cacheran. conſ.
46. per tot.

Nec minus tenetur appellare, quando clarè
153 conſtat, venditorem malum ius fouere, ſecus
ſi dubium ſit Bartol. in l. Herennius §. Caia ff. de
euict. Neguſant. reſponſ.362.n.7.

Et quando euictio ſequuta eſt ex facto Iudicis
154 iniuſto, ſi emptor denunciauit litem ad aliquid
non tenetur Rot. deciſ.18. n.23. par.4.tom.2.recen.
& deciſ 1. in fine p.18.

Poteſt tamen ipſe venditor nomine proprio ap-
pellare à ſententia prolata contra emptorem, ap-
pellationem proſequi, & alia iuris remedia pro-
155 ponere in ſecunda, ac alia vlteriori inſtantia,
Mangil. de euict. qu.15. n.4.& 26.Thor. vot. deciſ.
83. n.29. Mut. deciſ.59. n. 28. & ſeq., Giurb. deciſ.
82. num.4.

Quia vero quandoque bonum ius illius, qui
euicit emptori rem illi venditam, eſt clarum,
itaut venditori nulla competat defenſio, & eius
cauſa adeo mala eſt, vt etiam citatus non potuiſ-
ſet euitare euictionem, propterea tali caſu, non
obſtante defectu denunciationis, emptor poteſt
agere de euictione, cum ad hunc regreſſum ex-
cludendum non ſufficiat ſolus defectus denuncia-
tionis, niſi ſimul oſtendatur, quod ſi fuiſſet ſacta
denunciatio, fuiſſent deductæ tales rationes, ac
156 defenſiones, ob quas fuiſſet euitata euictio,
Neguſant. reſponſ. 362. n.6., de Marin. quotid. re-
ſol. lib.1. cap. 108. n.5., Vbert. de citat. cap.14. nu.
99. verſ. ſed de euictione, Gratian. cap.354. n.33.,
Thor. vot. deciſ.83. n.7. par.1., Surd. deciſ. 22. n. 8.
& 9. Mut. deciſ.59. n.4. Rot. deciſ.18. n.36.par.4.
tom.2. recen., deciſ.387. n.12.par.17.,deciſ.173. n.
4. coram Pamphil. deciſ. 55. & 162. vtrobique n.6.
coram Priol., deciſ.4. nu.7. coram Vbag. Bononien.
Relenationis indemnitatis 23. Iunij 1681. §. final.
coram b.m. Rondinino, & in Romana, ſeù Neapoli-
tana liberationis à moleſtijs 7. Februarij 1690. §. ex
quibus pariter coram clar. mem. Cardinali Caccia.

Quando enim venditori nullæ competunt de-
fenſiones, ob bonum, & clarum ius euincere vo-
lentium, quia eorum credita, vel alia iura ſint
clara, tunc nulla emptori poteſt adſcribi culpa
157 ob non factam denunciationem, dum facta
non releuaſſet tex. in l. Herennius Modeſtinus ff. de
euict. l. Imperatorem ff. de act. empt. Vrceol.conſult.
12. n.34.,idem de tranſact. qu. 42. n. 42. latè Poſt.
deciſ. Bonon.14. n.26. & ſeq. Rot. deciſ.337. & de-
ciſ.390. par. 5. recen., deciſ. 151. n.11. & ſeq. par.
7., deciſ.162. n.5. & 6. par.8., deciſ.404. n.5. par.
9., & in Vrbinaten., ſeù Æſina pecuniaria 1. Iunij
1682. §. in hac facti ſpecie coram b.m. Vrſino.

Quinimmò emptor, agnoſcens iura euincere
volentis clara, & quod euictio ab eo euitari ne-
quit, poteſt etiam non terminata, quinimmò non
expectata lite, bonam fidem agnoſcere, & ſatisfa-
158 cere, & adhuc habebit regreſſum contra vendi-
torem Aldonin. conſ 16. n. 11. & 12., Natt. conſ.
208. per tot. Dec. conſ.74. ante n.1. verſ. benè facit
& n.3. & 4. in fine, Vrceol. conſult.25. n.26.Caſtald.
conſult. forenſ.7. n.15.. Mut. deciſ. 59. nu. 3. Surd.
deciſ.22. n.8. & 10. Rot. 337. per tot. & deciſ.390.
par.5. & deciſ.151. n.2. par.7. recen. deciſ.404. n.5.
p.9., deciſ.4. n.4. coram Vbag.

Et tali caſu poterit emptor etiam ante finem
iudicij mediante compoſitione, ac tranſactione
executionem præuentiuè euitare, & defectus de-
159 nunciationis non factæ venditori non ſuffraga-
bitur, Mangil. de euict. qu. 199. n. 11. Poſt. deciſ.
Bonon.14. n.34. & ſeq. Rot. deciſ.337. & deciſ.390.
vtrobique n.1. & ſeq. par.5. recen. deciſ. 151. n.4.,
& infra par.7., deciſ.626. nu.8. par. 18. & in dicta
Vrbinaten., ſeù Æſina coram Vrſino §. bonum ius, &
§. hæc autem, cum alijs allegatis per Vrceol. de
tranſact. qu.42. nu. 32. & ſeq.; nec valet venditor
tali caſu tranſactionem factam ab emptore impu-
gnare, quando nulla ſupererat defenſio, nec vbi
160 euictionis iuſtitiam, ac tranſactionis vtilita-
tem non poteſt redarguere Poſt. deciſ. Bonon. 14.
n.46. ad 49. Rot. deciſ.337. n.31. & 32. iunctis n.13.
& ſeq. par.5. recen. & deciſ. 390. n. 4. & ſeq. ead.
par.5., & plenè in dict. Vrbinaten. ſeù Æſina pecu-
niaria coram Vrſino.

Ratio, autem cur emptor, agnito bono iure
euincere volentis, poteſt agnoſcendo bonam fi-
dem, ſoluere, ac mediante compoſitione, ac tranſ-
actione ſe liberare, ea eſt, quia euictio dicitur
contigiſſe ſtatim, ac emptor agnouit, rem à ſe
161 euinci poſſe Rot. deciſ.337. n.2. & 3. p.7. recen. &
deciſ.4. n.10. coram Vbag.

Non obſtat, quod emptor, qui non facta de-
nunciatione moleſtiarum venditori, non expecta-
ta Iudicis ſententia tranſegit cum moleſtantibus,
non poſſit agere pro euictione, nec ad damna, &
intereſſe, niſi doceat de bono iure euincere volen-
tis, quodque res empta non potuiſſet à vendito-
162 re, licet denunciato, defendi Dec. conſ.74. poſt. n.
4., Mangil. de euict. qu.199. n.11. Cyriac. contr.119.
n.8. plenè Capicc. Galeott. contr.57. n.6. ad 8., lib.
1. Peregr. deciſ. Patauin.89. n.7. Rot deciſ.626. n.7.
par. 18. recen., & in dicta Vrbinaten. ſeù Æſina
pecuniaria prima Iunij 1682. §. multoque minus co-
ram Vrſino, vbi quod communiter hoc ſequuntur
Doctores, prout Dec., & Peregr. teſtantur de
communi opinione; nam reſpondetur, quod eo
ipſo, quo emptor oſtendit, illum, cum quo con-
cordauit, & qui euincere volebat, habuiſſe credi-
ta, ac iura clara, habet fundatam ſuam intentio-
nem, quod euictio ſequi debebat, & ſic non
oſtenſis per venditorem iuribus, cum quibus ſe
defendere poterat, ſatis dicitur conſtare de eius
163 malo iure, vt probant deciſiones, ac authori-
tates ſupra allegatæ n.158. & ſeq., & ſignanter id
probatur in dicta Vrbinaten., ſeù Æſina pecuniaria,
vbi, non obſtantibus authoritatibus allegatis in
obiecto, fuit reſponſum, illas non intrare, dum
emptor ſoluit, & tranſegit cum euincere volen-
tibus, ex quo horum credita erant clara, & illo-
rum vigore euictio erat ineuitabilis, dum contra
illa venditor nihil ſolidi potuit deducere; quinim-
mò in dicta deciſione diſcutitur de pluribus cre-
ditis concordatis, & ſolutis per emptorem, &
duo ſolum fuere admiſſa, & vnum reiectum, quia
164 venditor oſtendidit illius inſubſiſtentiam, & ſic
pro illo emptor, non denunciato venditore, qui
poterat ſe defendere, non poterat ſe concordare,
nec illud ſoluere.

Hæc

Digitized by Google

Hæc pauca libaſſe ſufficiat ſuper hoc articulo, quando nec ne denunciatio litis ſit facienda venditori, & quando etiam illa non facta emptor habeat contra illum regreſſum pro euictione, ac pro damnis, & intereſſe; in caſibus occurrentibus
165 ſi alia meliora, & ampliora deſideras vide *Dec. conſ.74. Port. Imolen. cauſ. 125. Larath. conſ.62., Cacheran. conſ.46., Negusant. reſponſ.262., Natt. conſ 232. Cyriac. contr.196. Capicc. Galeott. contr. 57. lib. 1. Caſtald. conſult. forenſ.7., de Mariu. quotid. reſol. lib.1. cap.108., Trentacinqu. var. reſol. lib.3. de empt. & vendit. reſol.4. per tot., Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.8. par.14. nu.6., & ſeq., Ioſeph de Roſa conſult.17. Petr. Barboſ. in l. venditor.49. ff. de Iudic., Gipt. ad Stat. Bonon. poſt deciſ. 77. fol.445. Mart. Vot. Piſau. 65., Gobb. conſult. 29. Capice. deciſ. 106., Gratian deciſ. 13. Peregr. deciſ. Patauin.89., Mut. deciſ. Sicil. 59., Rot. deciſ. 388. par.3. recen. deciſ.18. par.4. tom.2. deciſ. 390. par.5. deciſ.387. par. 17., & deciſ.68. par.18., deciſ. 738. coram Amat. Dunozett. Romana, ſeù Neapolitana liberationis à moleſtijs 15. Iunij 1685. coram Albergato, 23. Iunij 1687., & 10. Maij 1688. coram Benincaſa, eadem 27. Februarij 1690. coram Cardinali Caccia. deciſ. 244. & deciſ. 271. coram Vbald. deciſ.4. coram Vbago, & in Vrbinaten., ſeù Æſina pecuniaria 1. Iunij 1682. coram Vrſino.*

De Locatione, & Emphyteuſi.

CAP. CXXI.

NOn liceat conductori, vel emphyteutæ, qui pluribus annis pro re conducta, ſeu in emphyteuſim accepta, penſionem domino ſoluerit, referre ſuo locatori, vel eius hæredi ab eo cauſam habenti, dominij quæſtionem, etiamſi per aliquot annos in ſolutione ceſſando, quaſi poſſeſſionem interuerterit; ſed cogatur per Senatorem, & eius Iudices ſummariè, vt dictum eſt, actorem in quaſi poſſeſſione reintegrare, & de penſione, ſeù fructuum parte, domino prædij, ſeù eius hæredibus, & ab eo cauſam habentibus reſpondere.

ARGVMENTVM.

Ad ornatum huius ſtatuti oſtenditur, quod locatio, & emphyteuſis in pluribus ſymbolizant inter ſe; & ex ſtatuto hic quoad effectum non retardandi ſolutionem penſionis, ac canonis conductor, & emphyteuta æquiparantur: ex quibus tamen cognoſcatur, quod contractus ſit locationis, vel emphyteuſis, dilucidatur. *Lex ſi quis conductionis C. locat.* vetans conductori interuerſionem dominij erga locatorem ante rei locatæ reſtitutionem in quibus contractibus procedat, & quando *dicta l. diſpoſitio* non intret ex claro, ac notorio dominio ſuperuento conductori, oſtenditur, & alia plura habebis ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non poteſt retardare reſtitutionem rei locatæ interuertendo dominium locatoris, & num 52.*
2 *Nec emphyteuta domino directo reſtitutionem rei emphyteuticæ, & num.56.*
3 Deciſ.290. par.1. recen. *habet particulam* Non *incautè appoſitam.*
4 Statut. Vrb.121. *loquitur de locatione ad longum tempus.*
5 *Contractus quando ſit locationis, vel emphyteuſis vide D.D. relatos remiſſiuè, & n.30.*
6 *Contractus in dubio potius præſumitur locatio, quam emphyteuſis.*
7 *Contractus præſumitur locationis ſi partes ſic illum nominarunt in inſtrumento.*
8 *Pariter ex quo penſio conuenta ſit magna, & correſpondens fructibus rei n.9. & 11.*
10 *Licèt penſio ſit aliquanto minor fructibus rei.*
12 *Penſionem correſpondere fructibus, debet probari per allegantem, & quomodo.*
13 *Canonis immoderati ſolutio non repugnat naturæ emphyteuſis ex alijs comprobatæ.*
14 *Solutio canonis licet magni, pacta in recognitionem directi dominij, importat, contractum eſſe emphyteuſis.*
15 *Solutio canonis exceſſiui non repugnat emphyteuſi, ſi pro conceſſione à principio nihil fuit ſolutum.*
16 *Conceſſiones in emphyteuſim his temporibus fiunt pro canone correſpondente fructibus.*
17 *Idem ſi canon ſit pactus pro re non ſterili, ſed fructifera.*
18 *Contractus præſumitur locationis ex promiſſione euictionis.*
19 *Pariter ex ſolutione penſionis diſtributa de ſemeſtre in ſemeſtre.*
20 *Et ex pacta remiſſionis mercedis, caſu, quo conceſſionarius vti non poſſit re locata, vel in caſum ſterilitatis, & n.22.*
21 *Pariter ex quo in certis caſibus fuit permiſſum, quod conceſſionarius poſſit relinquere rem locatam,*
23 *Contractus præſumitur emphyteuſis, ſi talem illum partes nominarunt, & n.24.*
25 *Et ex medicitate penſionis, & canonis.*
26 *Ex reſeruatione laudemij.*
27 *Et ex pacto meliorandi rem conceſſam.*
28 *Ex pacto redeundi ad rem conceſſam, ob moram in ſolutione penſionis.*
29 *Emphyteuſis potiùs præſumitur, quàm locatio fauore Eccleſiæ.*
31 *Contractus locationis, & emphyteuſis ex* Statut. Vrb.121. *in quibus exæquatus.*
32 Statut. Vrb.121. *in quibus exæquatum cum diſpoſitione* l. ſi quis conductionis, C. locar., *& num.33.*
34 *Conductor tenetur prius reſtituere rem locatam, & poſtea de proprietate aget, & non prius.*
35 *Conductor, ac eius hæredes recuſantes reſtituere rem locatam, dicuntur inuaſores.*
36 *Conductor denegans ſoluere penſiones, dicitur ſpoliare.*

37 Idem procedit in emphyteuta recuſante reſtituere rem emphyteuticam.

38 Locatori competit manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones.

39 Locator agens ex Stat. Vrb.121. pro penſionibus debet probare locationem.

40 Locatio probatur etiam per teſtes.

41 Et etiam ex confeſſione conductoris, & emphyteutæ.

42 Contractus emphyteuſis probatur etiam ex varijs aſſertiuis, enunciatiuis, confeſſionibus, & coniecturis etiam ſine inſtrumento inueſtituræ.

43 Intellige ſi agatur non ad deuolutionem, ſed pro ſolutione canonis.

44 Locator petens reintegrari ad quaſi poſſeſſionem exigendi penſiones, debet probare alias exegiſſe, & pluries exegiſſe ex hoc ſtatuto, & n.45.

46 Dictio plures verificatur in duabus vicibus.

47 Exactio probatur ex quietantijs factis mediante publico Banco.

48 Et etiam ex teſtibus, & confeſſione partis.

49 Quaſi poſſeſſio acquiſita contra conductorem ſuffragatur contra illius hæredem.

50 Conductor ſi per plures annos ſoluit penſionem domino, non poteſt poſteà amplius interuertere ſolutionem ex hoc ſtatuto.

51 Appellatio non datur, quando conductor in poſſeſſorio vrgetur ad ſolutionem.

53 Conductor pulſatus pro reſtitutione rei conductæ non poteſt opponere de eius dominio, nec de alieno.

54 Conductor non poteſt locatori refricare quæſtionem poſſeſſionis.

55 Leg. ſi quis conductionis, C. locat. procedit in omnibus contractibus, in quibus agitur de detinentibus rem pro alio.

57 Et etiam in feudo.

58 Item in relocatione tacita.

59 Item fauore hæredum locatoris, & contra hæredes conductoris.

60 Procedit contra omnes etiam ſingulares ſucceſſores habentes cauſam ab agente.

01 Locatori finita locatione eſt danda manutentio, nec conductori competunt interdicta poſſeſſoria.

62 Conductor multò minus poteſt opponere de ſuo dominio in re, ſi illud aderat de tempore locationis ſibi factæ.

63 Poteſt tamen opponere de dominio ſuperuento poſt locationem.

64 Si dominium ſit clarum, & indubium, & n.75.

65 Secus ſi dominium ſit turbidum, & egeat diſcuſſione.

66 Dominium, ac ius clarum non probatur per teſtes.

67 Nec probari poteſt, etiamſi probatio incontinenti offeratur.

68 Carocc. de locat., & conduct. part. 6. quæſt.3. remed.14. num.20., & Menoch. de recuper. poſſeſs. remed.11. num.51. reprobantur, & num.69.

70 Conductor poteſt excipere de dominio claro ſibi ſuperuento, vel locator agat actione rei vindicationis, vel poſſeſſoria actione locati.

71 Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap. 90. volens, locatori agenti actione locati non poſſe per conductorem opponi de proprio dominio reijcitur, & num.72.

73 Britt. de locat., & conduct. in 1. par. Rubr. 5.2. nu.21., & ſeq. volens, non poſſe per conductorem excipi de dominio ſuperuento refellitur, & num.74.

76 Iaſ. conſ.158. lib.2., & alij volentes, conductorem poſſe excipere de ſuo iure, & dominio claro ſuperuento, procedunt in terminis huius ſtatuti, & num.77.

78 Leg. ſi quis conductionis, C. locat. non procedit in domino ignoranter conducente rem propriam, at ignorantia non præſumitur, ſed eſt probanda.

79 Stat. Vrb.121. eſt ordinatorium pro ſola Curia Capitolina.

80 Referuntur Doctores tractantes de materia l. ſi quis conductionis, C. locat.

1 Diſpoſitio *l. ſi quis conductionis, C. locat.* in
verbis vult, quod conductor, agri, vel cu-
iuſcumque alterius rei titulo conductionis retentæ,
debeat priùs poſſeſſionem reſtituere, & poſteà
de dominio, & proprietate litigare; ſtatutum
noſtrum hic idem in verbis diſpoſuit, etiam
quoad emphyteutam, & ſic locationem, & em-
phyteuſim in hoc æquiparauit, & ſtatutum adhæ-
ſit diſpoſitioni iuris communis in *dict. leg. ſi quis
conductionis*, quæ licet loquatur de conductore,
adhuc procedit etiam in emphyteuta, iuxtà com-
2 munem, veriorem, ac magis receptam Doctorum
opinionem, quam firmant poſt alios *Carocc. de lo-
cat., & conduct. par.6. quæſt.2. remed.14.n.4. & 5.
fol. mihi 267. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.11.
n.4.*, & poſt alios relatos hanc opinionem ſequi-
tur *Rot. deciſ.222. n.10., & 11. par.8. recen.*, con-
firmata *deciſ.57. n.1.*, vbi teſtatur de communio-
ri, & veriori opinione *par.9.*, & rurſùs in eadem
cauſa *deciſ.89. n.3. ad 13. ead. par.9.*, vbi aduerti-
3 tur, quod idem firmauit *Rot. deciſ.290. par.1. rec.*,
& quod in hac deciſione perperam fuit addita
particula *non*.

Statutum tamen hoc, loquens de locatione, in-
4 telligi debet de locatione ad longum tempus, vt
aduertit *Fenzon. hic nu. 1. verſ. porrò de locatione*,
& propterea illam eadem ſanctione determinauit
cum emphyteuſi, cum hæc, & locatio ad longum
tempus ſymbolizent, vnde ſæpè Doctores diſcor-
5 dant circa hoc, quando contractus dicatur loca-
tionis, vel emphyteuſis, vt videri poteſt apud
*Natt. conſ.49. & 114., Gabr. conſ.82. lib.2., Ni-
col. Bellon. conſ.21. Rolan. conſ. 9. lib. 1., Gratian.
cap.388., & 557., Mantic. de tacit., & ambigu.
lib.22. tit.2., Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 76.,
Fulgin. de iure emphyteut. quæſt. 15. in Prælud.,
Montan. contr.75., Cirocc. diſcept. 72., Magon. de-
ciſ. Florent. 36., Surd. deciſ.198., Rot. deciſ.334. co-
ram Buratt. deciſ. 156. poſt obſeru. Mel. deciſ. 123.
poſt Mel. ad Caſtill. de Alimen. deciſ.14. par.6. re-
cen., deciſ.232. par.9., Romana Caſalis 8. Maij 1663.
& 2. Martij 1665. coram bon. mem. Beuilaqua*, ex
quibus Doctoribus, ac deciſionibus habebis, quod
locatio perpetua, & emphyteuſis multum inter ſe
ſymbolizant, & in multis diſcrepant, & ex eiſdem
habebis coniecturas, ac præſumptiones, quando
ſit emphyteuſis, vel locatio perpetua.

Strictè verò ſuper hoc eſt ſtatuenda concluſio,
6 quod in dubio potiùs locatio, quàm emphyteuſis
præſumitur, *Altograd. conſ.14. n.70. lib. 2., Ful-
gin. de Iur. emphyteut., tit. de alienat. quæſt.1. n.77.
in fine, Thomat. deciſ.60. n.24. & ſeq., Rot. dec.134.
n.3.*

n.3. coram Mantic. deciſ.334. in fine coram Buratt.,
deciſ.545. n.1. coram Merlin. deciſ.156. n.1., & 2.
poſt obſer. Mel., & in dicta Romana Caſalis coram
Beuilaqua.

Quod maximè procedit, quando partes titu-
lum locationis perpetuæ expreſſerunt, cùm con-
tractus talis præſumatur, qualis à partibus fuit
nominatus, cùm verba inuenta ſint ad exprimen-
7 dam mentem, & voluntatem contrahentium Clar.
in §. emphyteuſis quæſt.1. n. 3. in fine, verſ. benè ve-
rum Rot. deciſ.272. nu.7. coram Card. Seraph. deciſ.
545. n.7. coram Merlin., deciſ.23. n.1. coram Card.
Cerro, deciſ.163. nu.3. poſt obſeru. Mel., deciſ.123.
n.5. poſt Mel. ad Caſtill. de Alimen., & in dicta Ro-
mana Caſalis 2. Martij 1665. §. quod vltrà coram
Beuilaqua.

Fortiùs contractus præſumitur locationis, ſi
8 conceſſio rei facta ſit pro penſione magna fructi-
bus correſpondente, cùm pro emphyteuſi ſolua-
tur quid minimum Cyriac. contr.440. n.1., Mare-
ſcott. var. reſol. lib.2. cap.76. num.3. plenè Pica ad
Paſchal. de patr. poteſt. par.4. cap.6. in fine, & n.4.
9 & ſeq., Rot. deciſ.272. nu.2., & ſeq. coram Seraph.,
vbi quod ſolutio magnæ penſionis eſt verus mo-
dus cognoſcendi, quod eſt locatio, & potior conie-
ctura deciſ.221. n.8., & 9. par.4. diuerſ. deciſ.334.
n. 1. coram Buratt., vbi Doctores teſtantes de ve-
riori, & communi opinione refert, & deciſiones
concordantes adducit deciſ.14. n.24. & ſeq. par.6.
recen., deciſ.232. n. 12. par.9., deciſ.156. nu.4. poſt
obſer. Mel., deciſ.123. nu.5. poſt eumdem Mel. ad
Caſtill. de Alimen., & in d. Romana Caſalis 2. Mar-
tij 1665. §. quod vltra coram Beuilaqua.

Et hoc eſt verum, licèt penſio ſit aliquanto mi-
10 nor, & non totaliter correſpondeat fructibus rei,
Fulgin. de Iur. emphyteut. in Prælud. quæſt.15. n.7.
Surd. deciſ.198. n.3., Rot. deciſ. 334. nu.2. coram
Buratt.

Quod procedit, licèt contractus fuerit nomi-
natus emphyteuticus, nam adhuc ſtante magna
penſione correſpondente fructibus rei conceſſæ,
ac locatæ, dicenda eſt locatio, non emphyteuſis,
nomine non attento, cùm effectus, & ſubſtantia
contractus ſit attendenda, quæ ex magna penſio-
11 ne correſpondente fructibus præſefert contra-
ctum eſſe locationis, non emphyteuſis, Menoch.
de arbitr. quæſt.7. n.26., Viu. deciſ.500. nu.3. in fine
lib.3. & poſt alios congeſtos id firmat plenè Ioſeph
Pica in allegat. Iur. de qua apud Paſchal. de patr.
poteſt. par.4. cap.6. n. 9. & 10. fol.612. Rot. d. de-
ciſ.334. n.3. coram Buratt.

Qui tamen prætendit, quod penſio correſpon-
deat fructibus ad effectum, quod contractus ex
12 hoc capite cenſendus ſit locationis, debet hoc
probare Fulgin. dict. quæſt.15. n.5. Surd. deciſ.198.
n.27. Magon. deciſ. Lucen.12. n.18., & quid inſpi-
ciendum ſit ad effectum dignoſcendi, an penſio
æquipolleat fructibus, videatur Mareſcott. var. re-
ſol. lib.2. cap.76. nu.29. & ſeq., & Rot. deciſ.334. d.
n.4. coram Buratt.

Si tamen ex alijs pateat, quod partes voluerunt
inire contractum emphyteuſis, ſola canonis quan-
titas correſpondens fructibus rei conceſſæ in em-
phyteuſim, huius naturam ex alijs comprobatam,
13 & à partibus volitam non immutat, ex quo ſolu-
tio canonis immoderati non repugnat naturæ
emphyteuſis, Alciat. conſ. 265. per tot. lib. Natt.
conſ.114. n.4., Gratian. cap.557. nu.1., & ſeq. Ma-
reſcott. alleg. cap.76. n.12., & infrà, Montan. contr.
75. n.18. verſ. nec refert, Theſaur. qq. forenſ. lib.4.
quæſt.47. nu. 2. circa finem, Corbul. de cauſ. priuat.
ob non ſolut. canon. ampliat. 12. per tot., Magon. de-
ciſ. Florent.36. n.13. cum duob. ſeq. Surd. deciſ.198.
n.20., & infrà, & Hodiern. in addit. ibid. nu.5., &
ſeq., Rot. in Romana deuolutionis Vineæ 14. Maij
1646. §. præterquam coram bon. memor. Leone Ve-
roſpio.

Quæ concluſio ſine contradictione procedit,
quando magna penſio non ſoluitur pro vſus rei
locatæ conceſſione, ac reſponſione fructuum, ſed
in recognitionem directi dominij, quo caſu pen-
ſio quantumuis æquiualens fructibus, dum eſt
conuenta in recognitionem directi dominij, non
14 facit mutare naturam contractus emphyteuſis,
quam partes voluerunt Natt. conſ.49. n.5., & 10.
Gabr. conſ.82. n.11., & ſeqq. lib.2. Theſaur. alleg.
quæſt.45. n.2. Mareſcott. dict. cap.76. n.11., & ſeq.
Mantic. de tacit., & ambigu. lib.22. tit.2. n.10., &
ſeq., & tit. 9. n. 10. verſ. in hoc tamen puncto Ton-
dut. reſol. ciuil. par.1. cap.79. n.17. Rot. deciſ.232.
n.13. par.9. recen. deciſ. 334. n. 7., & 16. coram
Buratt., & in dicta Romana deuolutionis Vineæ co-
ram Veroſpio.

Eoque minus penſio magna correſpondens
fructibus repugnat contractui emphyteuſis, ſi à
principio pro conceſſione bonorum in emphy-
15 teuſim nihil ſolutum fuit domino directo pro
intratura, & conceſſione Gabr. conſ.82. n.12., &
13. lib.2. Mantic. dict. tit.2. n. 10., & ſeq. Mare-
ſcott. alleg. cap.76. n.13. Rot. in allegata Romana
deuolutionis vineæ coram Veroſpio §. præterquam;
16 quinimmò paſſim conceſſiones in emphyteuſim
modernas fieri pro canone correſpondente fructi-
bus teſtatur Spad. conſ.145. n.9. lib.3.

Prout minimæ penſionis ſolutio pro contractu
emphyteutico procedit, ſi agatur de conceſſione
17 rei ſterilis reducendæ ad culturam, ſecus ſi con-
ceſſio facta ſit de re fructifera, Mareſcott. dict. cap.
76. n.26.

Arguitur quoque, quod contractus ſit locatio-
nis ex promiſſione de euictione, ac faciendi con-
ſentire omnem perſonam, ac ex pacto francandi,
18 quæ regulariter apponuntur in contractu loca-
tionis, non emphyteuſis Cephal. conſ.70. nu.13.,
& ſeq. Rot. deciſ.123. nu. 8. poſt Mel. ad Caſtill. de
Alimen.

Prout ſi penſionis ſolutio ſit diſtributa quoli-
19 bet ſemeſtre, cum in emphyteuſi ſemel in anno
fieri ſoleat, Rot. deciſ.334. n.7. verſ. quod etiam
conuentum coram Buratt., & dict. deciſ.123. nu. 9.
poſt Mel.

Pariter ob pactum remiſſionis mercedis, vbi
20 conceſſionarius re conceſſa frui non poſſit Socein.
Sen. conſ.88. n.2. verſ. quod etiam lib.1. Nicol. Bel-
lon. conſ.21. nu.8., & plenè facit Viuius deciſ. 500.
lib. 3.

Similiter ex quo in certis caſibus fuerit con-
21 uentum, quod conceſſionarius poſſit relinquere
rem conceſſam, cum hoc congruat locationi, &
repugnet emphyteuſi Nicol. Bellon. conſ.21. nu. 8.
Rot. deciſ.272. n.6. coram Seraph.

Idem dic ſi in caſum ſterilitatis rei conceſſæ,
vel quod pauci fructus ex illa colligantur habito
reſpectu ad penſionem grauem, quæ ſoluitur ſit
con-

Digitized by Google

conuenta remiſſio penſionis, ac reſtaurum, cum
hoc non conueniat emphyteuſi, in qua, non at-
tenta ſterilitate, debet ſolui integra penſio, &
22 totus canon conuentus, vt maturè diſcuſſo arti-
culo firmat Viuius decif.500. per tot. lib.3. Rot. de-
ciſ.720. num.4. 5., & 7. par.1. diuerſ. vbi id dicit,
quoties non agatur de magno canone correſpon-
dente fructibus rei.

E conuerſo præſumitur contractus emphyteu-
ſis, ſi talem illum partes in inſtrumento conceſ-
ſionis nominarunt, cum ex verbis contractus,
23 ac eius denominatione facta à contrahentibus
deſumatur, qualis ſit, ac eius ſubſtantia Natt.
conſ.49. num. 13. verſic. tamen præmiſſis, Burſatt.
conſ.330. n.56. lib.3. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 4.
quæſt.43. num.2. verſ. & cum ſonet inueſtitura, vbi
24 quod talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata de-
monſtrant Tondut. reſol. ciuil. par.1. cap.79. n. 1.
Rot. decif.156. n.3. poſt obſer. Mel. & deciſ.23. n.1.
coram Card. Cerr.

Pariter ex modicitate penſionis, ac canonis,
25 cum regulariter pro recognitione directi domi-
nij quid modicum ſolui ſoleat Barbat. conſ. 14.
n.35., & ſeq. lib.2. vbi quod ſic pluries conſuluit,
& vidit iudicari Menoch. de præſumpt. lib. 3. præ-
ſumpt.105. nu. 5., & ſeq. Mareſcott. alleg. cap.76.
n.2. Rot. deciſ.221. num.9. par 4. diuerſ. deciſ 334.
n.6. coram Buratt. deciſ.545. num.3. coram Merlin.
deciſ.23. n.2. coram Cerr., & deciſ.156. nu. 4. poſt
obſer. Mel.

Prout ex reſeruatione laudemij, quæ non con-
26 uenit niſi contractui emphyteuſis, non autem lo-
cationis, Mantic de tacit. lib.22. tit.3. n.15. Ton-
dut. reſol. ciuil.79. n.3.

Pariter ex conceſſione facta ad meliorandum,
27 cum contractus emphyteuticus à melioratione
nomen acceperit, & dicatur conceſſio ad melio-
randum Alex. conſ.117. n.11. verſ. hoc etiam lib. 4.
Tondut. dict. reſolut.79. num.5., & plenè Fulgin. de
iur. emphyteut. in prælud. quæſt.2. per tot. vbi quod
emphyteuſis eſt verbum Græcum, idem impor-
tans, quod melioratio.

Pariter ex pacto conuento, quod liceat domi-
no redire, ac manus apponere ſuper bonis pro-
28 prijs conceſſis in caſum moræ in ſolutione re-
ſponſionis conuentæ Dec. conſ.138. num. 7. verſic.
ſecundo perſonaliter Rot. deciſ.23. n.3. coram Cerr.

Et quando agitur fauore Eccleſiæ, magis præ-
29 ſumitur emphyteuſis quam cenſus, vel locatio
Burſatt. conſ.26. n.20., & conſ. 56. nu.8. Maſcard.
concluſ.601. n.8. Theſaur. alleg. quæſt.43. n.2. vbi
ſubdit, quod ab hac opinione fauore Eccleſiæ
non eſt recedendum.

De alijs coniecturis, ac præſumptionibus, ex
quibus contractus poſſit dici locationis, vel em-
phyteuſis, & de alijs differentijs, & diuerſis effe-
30 ctibus inter vtrumque contractum conſule Do-
ctores, ac deciſ. relatas ſuprahic n.5.; ad propoſi-
tum tamen noſtri ſtatuti exæquatio facta fuit in-
31 ter dictos contractus, quantum ad hoc, vt tam
conductor, quam emphyteuta non poſſit refrica-
re quæſtionem dominij domino petenti penſio-
nes rei locatæ, vel in emphyteuſim conceſſæ, &
ex qua per plures annos penſiones percepit.

32 Hoc ſtatutum eſt conforme diſpoſitioni iuris
de qua in l. ſi quis conductionis 25., & l. conducto-
res 33. C. locat., ſuper qua l. ſi quis conductionis
33 plenè ſcribit Pacion. de locat., & conduct. cap.65.
num.67., & ſeq., & continet, quod non poteſt
conductor conuentus ad reſtitutionem rei locatæ
retardare illius reſtitutionem domino, ac huius
dominium interuertere ſub prætextu, quod ſuper
re locata ipſi conductori competit ius, & domi-
nium, ſed debet prius illam reſtituere, & poſtea
34 de proprietate litigare ad verba tex. in d.l. ſi quis
conductionis, Rot. deciſ.376. num. 1. coram Merlin.
deciſ. 643. n. 1. coram Card. Cerr., & deciſ. 121.
n.10. coram ſ. m. Alexandro VIII.

Itaut ſi conductor, ac eius hæredes detrectent
35 reſtituere rem locatam dicantur ſpoliatores, &
inuaſores Flamin. de Rubeis conſ.8. n.62. Iaſ. conſ.
158. num.2. lib.2. Ridolph. in prax. par.2. cap. 13.
n.110., & ſeq. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.129. n.4.,
& 5. & ibi Gipt. in addit. in §.1. Rot. deciſ.222. n.4.
par.8. recen., & deciſ.121. num. 5. coram Alexan-
dro VIII.

Prout conductor dicitur ſpoliare dominum, ſi
36 illi deneget ſoluere penſiones rei locatæ Ridolph.
dict. cap.13. n.113., & præciſè Rot. deciſ.501. n.3.
& deciſ.531. n.1., & 6. coram Caualer.

37 Quod idem procedit in emphyteuta, cum dict.
l. ſi quis conductionis indubitatè procedat etiam in
illo Rot. deciſ.222. n.12. par.8. recen. & firmatum
fuit ſupra hic n.2.

Ad hoc ergo reſpexit noſtrum ſtatutum hic,
dum voluit, quod interuerſa per conductorem,
vel emphyteutam ſolutione penſionis domino
rei, huic agenti pro penſione non poſſit per illos
interuerti, & proponi quæſtio dominij, ſed de-
beat dominus, qui agit, in quaſi poſſeſſione exi-
gendi reintegrari, quæ reintegratio propriè præ-
ſupponit ſpolium, & ſtatutum in hoc iuſtè pro-
ceſſit, dum locatori competit etiam manutentio
38 in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones denega-
tas Benintend. deciſ. Bonon. 27. circa fin. Rot deciſ.
228. in princip., & ſeqq., & deciſ. 501., & 531.
coram Caualer., & deciſ.289. n. 10., & 11. coram
Buratt., & in his terminis præciſis Alderiſ. de ſym-
bolic. contract. tit.2. cap.7. n.29.

Ad hoc autem, vt præſenti ſtatuto locus ſit,
debet dominus agens pro penſione, vel canone
39 docere de locatione, tanquam fundamento actio-
nis, alias reijcitur Caroce. de locat., & conduct.
par.6. quæſt.3. remed.14. n.16. fol mihi 267. Barz.
deciſ. Bonon. 115. n.16. in fine.

Sat tamen eſt, quod de locatione conſtet per
40 teſtes, cum ad illius eſſentiam non requiratur
ſcriptura Carocc. vbi proximè n. 14. verſic. de quo
tamen Pacion. eodem tract. cap.65. nu. 59., & 60.
Caſtill. deciſ. Sicil. 229. n.8. Rot. deciſ. 376. num.3.
verſ. de locatione autem coram Merlin., vel ex con-
41 feſſione conductoris, vel emphyteute Rot. dict.
deciſ.376. n.4. coram Merlin.

Et quod contractus etiam emphyteuſis, præci-
puè ad hunc effectum ſolutionis canonis, & pro
concedenda manutentione, ac reintegratione
domini ad illius exactionem poſſit probari
etiam ſine inſtrumento inueſtituræ ex varijs
enunciatiuis, aſſertiuis, confeſſionibus emiſſis,
quod res ſit emphyteutica, ex ſolutione canonis,
laudemij, ac ſuſceptione termini ad ſoluendum
42 canones, ſemper poſt Doctores relatos admiſit
Rot. deciſ. 1387. coram Seraph. deciſ. 65. & deciſ.
180. coram Carill. deciſ. 404. coram Cardin. Cerr.
deciſ.290.

deciſ.290. par.1. recen., & deciſ.164. par.6. nam
licet aliqui Doctores, ac deciſiones velint, quod
concludens probatio, ac inſtrumentum inueſti-
turæ requirantur ad probationem directi domi-
nij, adhuc tales authoritates procedunt, ſi aga-
tur per dominum directum rei vindicatione in
iudicio deuolutionis ad recuperandum domi-
nium rei emphyteuticæ. ſecus autem quando agi-
tur ad effectum recognitionis in dominum, &
percipiendi canones, quo caſu cum de dominio
non principaliter agatur, ſed incidenter ad effe-
ctum ſolutionis canonum, vel laudemij, vel ap-
poſitionis lapidis, & inſignium dominij directi
43 ſuper re emphyteutica, ſufficiunt leuiores pro-
bationes Rot. deciſ.65. coram Carill., & benè dict.
deciſ.464. n.1., & ſeq. coram Cerr.

Debeevlterius ex hoc ſtatuto per dominum
probari, quod exegerit penſiones à conductore,
vel emphyteuta, vt palmaria in hoc ſunt verba
ſtatuti, dum reintegrationem mandat dari do-
mino, cui per plures annos fuit facta ſolutio, &
poſtea per aliquos annos illi fuit interuerſa, nec
reintegratio ad quaſi poſſeſſionem exigendi dari
44 poteſt illi, qui non probat poſſediſſe ex firmatis
in his ferè terminis per Pacion. de locat., & cond.
cap.65. n.74., & 75.

Amplius ſtatutum non contentatur in propoſi-
to vnica exactione, ſed requirit ſolutionem fa-
45 ctam domino per plures annos, ibi -- pluribus
annis, -- at cenſeo, quod verbum plures in propo-
46 ſito verificetur per exactionem factam per duos
annos, vt aduertit Bald. in l. ſi quis de rem §. pe-
nult. ff. de legat.3. benè Maſcard. concluſ.838. n.12.
Barboſ. dict. 265. n.1.

Exactio verò, ac quaſi poſſeſſio exigendi pro-
bari poteſt per quietantias, teſtes, vel confeſſio-
47 nem partis, vt de quietantijs factis mediante
publico banco Rot. deciſ.1548. n. 1. coram Cocin.
& in Neapolitana pecuniaria ſuper manutentione 8.
Iunij 1685. §. regulare enim in fine coram bo. mem.
Albergato; & de teſtibus, ac confeſſione in no-
48 ſtris terminis Rot. deciſ. 376. ante num. 4. coram
Merlin.

Et quaſi poſſeſſio exigendi acquiſita per do-
minum contra conductorem, ac emphyteutam
ſuffragatur etiam contra illorum hæredes, cum
ex perſona Rei mutata non cenſeatur mutata
49 quaſi poſſeſſio exigendi acquiſita contra eius
authorem, Guidop. deciſ. 629., cum quo Rot. per-
petuo proceſſit, vt in deciſ.562. n.5. par. 2. recen.
deciſ.275. n. 2., & ibi Add. n. 17., & 18. coram
Gregor. Romana Domus 17. Martij 1631. §. ex hac,
& in Romana fideicommiſſi de Epiſ. 4. Aprilis 1631.
§. & hæc coram clar. memor. Card. Hieronymo Ve-
roſpio.

Quando vero conductor, vel emphyteuta con-
ſtituerunt dominum in quaſi poſſeſſione exigendi
per plures annos, non poſſunt amplius, ex ſtatuto
50 hic, interuertere quaſi poſſeſſionem hæredi lo-
catoris, vel alteri ab eo cauſam habenti.

Statutum hic nihil dicit, an à mandato rela-
xato pro penſionibus fauore domini contra con-
ductorem, vel emphyteutam in vim quaſi poſſeſ-
ſionis exigendi detur appellatio, at tu dic, quod
non detur appellatio ſuſpenſiua, cum agatur de
51 mero poſſeſſorio, in quo de Iure Ciuili non da-
tur appellatio, Fenzon. ad Stat. Vrb. 91. num. 12.
lib.1., & benè facit Rot. Bonon. diuerſ. 129. nu. 1.,
& ſeq.

Licet ſtatutum noſtrum loquatur de non fa-
cienda per conductorem, ac emphyteutam in-
teruerſione dominij ad effectum non retardandi
ſolutionem penſionis domino, nihilominus cum
tale ſtatutum ex dictis fundatum ſit in l. ſi quis
conductionis C. locat., ideò ſuper materia dicti tex-
tus, qui clarè diſponit, non poſſe conductorem
conuentum actione locati pro reſtitutione rei lo-
catæ opponere de proprio dominio, ſed debet
prius rem locatam reſtituere. Rot. deciſ. 222. n.4.
p.8. recen. confirmata deciſ.89. n.3. & ſeq. p. 9.

Itavt contra locatorem tali caſu intentantem
remedium poſſeſſorium pro recuperatione rei lo-
catæ non poſſit per conductorem opponi de do-
minio, neque proprio, neque alieno, ſed opus
53 omnino eſt, quod res locata priùs ab eo reſtitua-
tur Dec. conſ.255. n.3. Rot. deciſ. 290. n.9., & 10.
par. 1. recen. & deciſ. 222. n.6. p.8.

Nec minus conductor poteſt locatori refricare
54 quæſtionem poſſeſſionis Menoch. conſ.711. nu.31.,
ſeq. Pacion. dict. cap.65. num.93. Rot. deciſ. 376. n.1.
in fine coram. Merlin.

Quæ diſpoſitio dict. l. ſi quis conductionis, C. lo-
cat procedit in omnibus alijs contractibus etiam
à locatione diſſimilibus, dummodo retinentes il-
lorum vigore habeant cauſam ab agente, & res
retineant nomine alieno, nam non poſſunt re-
tardare reſtitutionem ſub prætextu proprij domi-
nij in re, ſed debent priùs illam reſtituere, &
55 poſtea de dominio litigare Caroc. de locat. & con-
duct. dict. remed. 14. n.6. & 7. fol.267. Pacion. eod.
tract. cap.65. n.101. & 103. Menoch. de recuper. re-
med. 11. n.60. Gipt. ad deciſ. diuerſ Bonon. 129. §. per-
tinet quarta in fine, Cancer var. reſol. p. 2. cap. 14.
n.89., Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap. 90. n.5.
centur 1. Alderiſ. de ſymbolic. contract. tit.2. cap.7.
n.26. Maſtrill. deciſ. 287. n.29. Rot. deciſ. 57. n.3.
& deciſ.89. n.16. cum trib. ſeq. p. 9. recen.

56 Procedit etiam in emphyteuta vt probat Pa-
cion. dict. cap.65. n. 105. & probant aliæ autho-
ritates ſupra relatæ hic n.12.

57 Item in materia feudali Schrader. de feud. q.2.
par. princip. ſect. 9. n.25. vbi plures cumulat Rot. de-
ciſ. 57. n.2. & deciſ. 89. n. 15. p. 9. rec.

Item ſi poſt finitam locationem expreſſam, ta-
58 citè res fuerint reconductæ, dummodo recondu-
ctio tacita ſit finita Barz. deciſ. 115. n.17. Pacion.
dict. cap.65. n.66. cum duob. ſeqq. Rot. deciſ. 376. n.7.
coram Merlin.

Item diſpoſitio dictæ l. ſi quis conductionis pro-
cedit etiam fauore hæredum locatoris, & domi-
59 ni, ac contra illos conductoris, ac emphyteutæ
Crauett. conſ.157. num.1., Pacion. dict. cap.65. n.55.
Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 129. n.32. & 33., Rot. deciſ.
376. n.3. coram Merlin. deciſ. 105. n.9. coram Otthob.;
& præciſè id diſponit noſtrum ſtatutum hic ibi --
ſuo locatori, vel eius hæredi, & rurſus ibi -- do-
mino prædicto, ſeù eius hæredibus, & ab eo cauſam
habentibus.

Quodque remedium dictæ l. ſi quis conductionis
procedat contra omnes habentes cauſam ab agen-
te, licet ſingulares ſucceſſores probat Angel. in
60 eadem l. qui dicit, hoc perpetuo notandum
Dec. conſ. 28. n.3. Caroc. alleg. remed. 14. n.29. verſ.
benè verum eſt Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 129 nu.35.
Rot.

Rot.deciſ. 222.n.8.vbi teſtatur de veriori, & ma-
gis communi opinione p.8.recen.

Quocirca finita locatione conductori, ac eius
hæredibus non comperunt interdicta poſſeſſoria,
ſed potius danda eſt manutentio locatori, ac
domino ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis pro recu-
peranda naturali, quæ mediante perſona condu-
61 ctoris, vel emphyteutæ ab ipſo locatore, ac
domino retinetur Rot.deciſ. 269. n.2. apud Poſt.de
manut. & deciſ. 105. n. 4. & 5. coram. San. mem.
Alexandro VIII.

Prædicta fortius procedunt, ſi dominium,
cuius vigore conductor, vel emphyteuta vult rem
locatam retinere, non ſuperuenit poſt locatio-
nem, vel conceſſionem in emphyteuſim, ſed
aderat de tempore conductionis, quo caſu reci-
piendo illam in locationem, & ſoluendo pro illa
62 penſiones videtur, ſibi præiudicaſſe in dominio
Valaſc. conſult.42.n.4.de Marin. quotid. reſol. lib.2.
cap.55.n.2. Merlin. Pignatell. alleg. cap. 90. n. 9.,
Pacion. dict.cap. 65. n.87. & 88. Caſtill.deciſ.229.
n.6.Rot.deciſ.89.n.31.& 32.p.9.recen.& deciſ.358.
n. 3. coram Cardin.Celſ.

Secus ſi dominium ſuperuenit conductori poſt
63 locationem illi factam, cum non poſſit tunc di-
ci renunciaſſe dominio, quod non habebat Iaſ.
conſ. 158. lib.2. Valſc.conſult.42.n.3.de Marin.dict.
cap.50.n.2. verſ.ſed contrarium, Menoch. de recu-
per.poſſeſſ. dict.remed. 11. n.42.& ſeq. Merlin. Pi-
gnatell. dict.cap. 90.n.3.,Scopp.in Schol. ad dict.cap.
90 n. 1.& 2., Cancer.var. reſol.p.1.cap.14.num.84.
verſ.niſi noua ſuperueniſſet, Caſtill.deciſ. 229. n.6.

Intellige hoc ſi de nouo titulo, ac dominio
ſuperueniente clarè, ac notorie conſtet incon-
tinenti, vt quia conductor rem emiſſet vel con-
duxiſſet à vero domino, vel per ſententiam in
iudicatum tranſactam contra locatorem appare-
ret de iure alterius in re locata, & quod hic illud
tranſtulit in conductorem, nam tunc locator do-
64 loſè ſe gereret petendo rem, quam ſtatim reſti-
tuturus eſt præclare Iaſon.conſ. 158.n.8.verſ.quinto
principaliter, & n.9. lib.2., Carocc. dict.remed.14.
n.23., Menoch de recuper.dict.remed.21. n. 43., &
44.Valaſc. alleg. conſult.82.n.3.verſ.& in terminis
noſtris de Marin. dict.cap.55. n.3.Scopp.ad cap.90.
n.3.verſ.ſed aliter, Barz.deciſ. Bonon.115.à n.14.
& 15.Rot.Bonon.diuerſ. deciſ. 129.n.43.& ibi Gipt.
in addit.§.tertio fol. 108. Caſtill. deciſ. 229. n. 3.&
4.tom.3.

Nam ſi ius, & dominium ſuperueniens condu-
ctori non eſt clarum, ſed turbidum, & illiqui-
dum, tunc non ſuffragatur ad retardandam re-
ſtitutionem rei locatæ Domino, ac locatori, nam
eſſet nimis abſurdum, quod per illiquidas, ac
turbidas prætenſiones noui iuris, ac dominij
conductori aduerſus locatorem permitteretur re-
65 tentio bonorum in locationem illi datorum de
Marin.dict.cap. 55.n. 3. verſ. quia alias, Barz.dict.
deciſ. 115. n.15. Caſtill.deciſ.229.num.7.Rot. deciſ.
105. n.o.coram.San.mem. Alexandro VIII., & de-
ciſ.358.n.4.coram Card.Celſ.

Nec ad probandum tale ius clarum in propo-
ſito ſat eſt probatio per teſtes, vel alia, quæ non
ſit omnino clara, & manifeſta, quæ ſuperet
66 omnes alias probationes, & adſit Inſtumentum
clarum, res iudicata, vel partis confeſſio Carocc.
dict. remed. 14.n.23. Ruginell.de Appellat.§.2. cap.
3.n.657. Pacion. de locat. & conduct. cap.65. n. 84.
& ſeq., ita vt nec ſufficiant probationes, quas
conductor offert velle facere incontinenti, ne lo-
68 cator per hanc exceptionem illudatur Maſcard.
de probat. concluſ. 687.n.4. Merlin. Pignatell. alleg.
cap.90.n.5.verſ. etiamſi conductor, & Scopp. ad ip-
ſum in Schol.ad d.cap.90. n. 3. Alderiſ. de Symbolic.
contract. tit. 2. cap.7.n. 26. verſ. etiamſi conductor,
& verſ. ratio eſt.Pacion.dict.cap 65.n.82.Rot. deciſ.
222. n.5. p.8.recen.,& deciſ. 89.n.5.p.9.

68 Hinc non eſt attendenda contraria opinio
Carocc.de locat., & conduct. dict. remed. 14. n.20.,
& Menoch.de recuper. alleg. remed. 11. n.51.volen-
tium, quod ſufficiat probatio oblata incontinen-
ti, quia in concurſu tot aliorum Doctorum, &
multò magis Sacræ Rotæ, illorum opinio parui
69 facienda eſt, præcipuè dum prior opinio eſt
benè fundata in ratione, ne locator, qui agit ad
recuperandam poſſeſſionem rei ſuę actione poſſeſ-
ſoria, & ſpolij, illudatur per conductorem cum
tali oblata probatione incontinenti, ſed debet
prius rem locatam reſtituere, & poſtea de pro-
prietate litigare ad verba cubitalia, & præciſa
l. ſi quis conductionis C.locat., quod appoſitè ad-
uerrunt ſectatores primæ, ac verioris opinionis.

Eo tamen caſu, quo dominium ſuperuentum
conductori eſt omnino clarum, tunc poteſt per
illum opponi contra locatorem, ſiue hic agat ad
recuperationem rei locatæ actione poſſeſſoria, &
ex locato in vim dict. l. ſi quis conductionis ſiue rei
70 vindicationis, vt benè firmant Alderiſ.de Symbolic.
contract. tit.2. cap.7. n.27., & Scopp. in Schol. ad
Merlin. Pignatell. dict. cap.90. n. 4. & 5., qui ra-
71 tionabiliter, & ſolide reijciunt Merlin.Pignatell.
in dict. cap.90.volentem, conductorem poſſe ſolum
opponere de dominio ſibi ſuperuento contra lo-
catorem, quando nempè hic agit actione rei vin-
dicationis, ſecus ſi agat iudicio poſſeſſorio ex
locato, nam etiamſi locator agat ex locato,
adhuc ſi conductoris ius ad dominium ſit om-
nino clarum poteſt de illo conductor excipere,
& retardare reſtitutionem rei locatæ, cum fru-
ſtra locator petat reſtitutionem poſſeſſionis actio-
ne locati, ſi illa abſorbetur, & perimitur à domi-
nio claro ſuperuento conductori, ob quod calum-
nioſè petit, quod ſtatim reſtituturus eſt, & præ-
dicti Alderiſ.& Scopp. egregiè reſpondent firma-
tis per Merlin., nam l.ſi quis conductionis mandans
conductori reſtitutionem rei locatæ, & prohi-
bens illi de proprietate, ac dominio litigare, hoc
facit quia debet prius conſtare de proprietate,
ac dominio conductoris, & ſic quouſque de illo
non conſtet, non poteſt interuertere dominium,
ne poſſeſſionem locatoris, at quando conducto-
ris proprietas, ac dominium iam adeſt patefa-
ctum clarum, & notorium, tunc nulla cauſa
72 adeſt fauore locatoris, cur illi debeat fieri reſti-
tutio, ſed potius adeſt exceptio legalis fauore
conductoris pro retentione ex præclare conſide-
ratis per Alderiſ. dict.num.27. & reaſſumptis per
Scoppam.

75 Et licet etiam Britt. de locat., & conduct.in 1.
part.Rubr. §. 2. n. 21., & ſeq.dicat quod eſt peri-
culoſa limitatio data dict. l. ſi quis conductionis C.
locat., quod non procedat quando conductori ſu-
peruenit noua cauſa dominij, dum cum tali do-
minio ſuperuento, quod conductor allegat vide-
tur

Digitized by Google

tur ſpoliare locatorem antiqua poſſeſſione, quam
habebat, nec allegatio noui dominij habet ali-
quid commune cum poſſeſſione ciuili, & quidem
antiqua locatoris, quæ eſt præferenda; adhuc
opinio *Britti* non eſt fundata, & narat contra tor-
rentem tot Doctorum claſſicorum, ac contra
palpabilem rationem ab illis allatam, quando
enim locatori per ſententiam cum re iudicata,
vel alio modo habili, claro, & notorio fuit abla-
ta res ab eo locata, & translara in conductorem
ex nouo titulo, tali caſu remanet reſolutum om-
ne ius, dominium, ac poſſeſsio locatoris, ex quo
apud illum non poteſt ſtare amplius illa antiqua
poſſeſſio, iam euerſa per ſententiam in rem iudi-
catam tranſactam, vel per liberationem rei loca-
75 tæ, vel per alium titulum clarum, vt ſubtiliter
non minus, quam iudicioſè firmat *Iaſ. alleg. conſ.*
158. *lib.* 2., cum quo procedunt communiter Do-
ctores ſupra allegati *n.* 64., cum quibus intrepidè
in hoc procedendum eſſe cenſeo.

An autem in terminis noſtri ſtatuti hic proce-
76 dat dicta opinio *Iaſ. in alleg. conſ.* 158. & ſequa-
cium, videtur dicendum quod ſic, nam licet ſta-
tutum mandet locatorem, ac dominum, qui per
plures annos exegerit penſiones rei locatæ, vel in
emphyteuſim conceſſe reintegrari ad quaſi poſ-
ſeſſionem exigendi, & eidem reſponderi de pen-
ſionibus, & fructibus, & quod dominij quæſtio
77 à conductore referri non poſſit locatori, adhuc
tale ſtatutum intelligi debet prout de iure, qua-
tenus ſcilicet ius locatoris non ſit reſolutum, illo
enim extincto, & in conductorem, & emphyteu-
tum translato, ſi de hoc conſtet clarè, & notoriè,
nullum ius patitur, nec æquitas ſuggerit, quod
locator debeat reintegrari ad quaſi poſſeſſionem
exigendi penſiones ex re amplius non ſua, ſed cō-
ductoris, & hanc credo eſſe puram veritatem in
iudicando amplectendam.

Finaliter aduertas, quod diſpoſitio dictæ *l. ſi
quis conductionis C. locat.* non procedit, quando
quis iam dominus, & poſſeſſor ignoranter con-
duxerit rem ſuam, ſi tamen ignorantiam probet,
78 cum non ſit veriſimilis, & ſatis dubium ſit, an
illa per Iudices ſit admittenda *Menoch. alleg. re-
med.* 11. *n.* 56., *Caroc. dict. remed.* 14. *n.* 18. *Valaſc.
conſult.* 42. *n.* 5. *&* 6. *Tondut. reſol. ciuil.* 79. *num.* 15.
par. 1. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 65. *num.* 88.,
& 89.

An autem præſens ſtatutum ſit ordinatorium,
vel deciſorium, dic illud eſſe ordinatorium pro
79 Curia Capitolina dumtaxat, dum eſt directum
Senatori, ac eius Iudicibus ex firmatis ſupra in
Prælud. ſtatut. Artic. 2. *n.* 116. *&* 117.

Si vero circa materiam definitam per hoc ſta-
tutum, & quæ eſt vniformis diſpoſitioni Iuris
communis, de qua in ſæpe allegata *l. ſi quis con-
ductionis, C. locat*, plura deſideras, & meliores fa-
80 ſciculos vberioris meſsis colligere exoptas ade-
undi ſunt *Doctores* ſcribentes ſuper dicta *l. ſi quis
conductionis*, & etiam *Iaſ. conſ.* 158. *lib.* 2. *Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed.* 11. *Caroc. de locat., &
conduct. part.* 6. *quæſt.* 3. *Remed.* 14. *fol.* 267., *Britt.
eod. tract.* 1. *par. Rubr.* §. 2. *à num.* 21., *& ſeq. Pacion.
ſimili tract. cap.* 65. *per tot. de Marin. quotid. reſol.
lib.* 2. *cap.* 55., *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cap.* 90.
Cancer. var. reſol. p. 1. *cap.* 14. *à n.* 84. *Ridolph. in
prax. par.* 2. *cap.* 13. *à n.* 110. *& infra Alderiſ. de*

ſymbolle contract. tit. 2. *cap.* 7. *Gipt. in Addit. ad de-
ciſ. Bonon. diuerſ.* 129., *Barz. deciſ. Bonon.* 115. *Rot.
Bonon. diuerſ. deciſ.* 129., *Afflict. deciſ.* 12. *Rot deciſ.*
190. *par.* 2. *recen. deciſ.* 222. *p.* 8. *deciſ.* 57., *&* 89.
p. 9. *deciſ.* 376. *coram Merlin. deciſ.* 105. *&* 121. *co-
ram San. mem. Alexandro VIII.*, *& deciſ.* 358. *co-
ram Cardin. Celſ. Add. ad deciſ.* 420. *part.* 4. *tom.* 2.
recen.

Quod Colonus partiarius Vineæ requi-rat in vindemijs locatorem.

CAP. CXXIII.

VIneæ colonus partiarius non vindemiet, nec muſtum exprimat, nec amoueat, niſi prius locatori, aut, eo abſente, illius procuratori per duos dies antea, vindemiam denunciauerit, & muſtum cum eo diuiſerit; alioqui domino teneatur ad duplum, iuxta æſtimationem per peritos faciendam, & in hoc ſummariè procedatur.

PRÆLVDIVM.

LIcet per hoc ſtatum ſit tantum ſancitum, quod colonus partiarius vineæ, non poſsit facere vindemiam, niſi illa, per duos dies ante denunciata Domino, ac locatori, & ponat pœnam colono contrafacienti, nihilominus, quia colonorum materia eſt in foro frequentiſsima, ideò ad ornatum preſentis ſtatuti plura alia de colonis adnotabimus, nempe quid illi facere debeant ante meſſem, ac vindemiam in cultura agrorum, ac vinearum; quomodo inter ipſos, & locatores fructus tempore meſsis, ac vindemiæ diuidantur; an Dominus in venditione portionis fructum ſpectantis ad colonum debeat præferri, & pro quo prætio; & ſimul plura ponentur, quomodo finita colonia debeat colonus agrum, vel vineam relinquere; & an mortuo colono durante locatione, & colonia, hæc tranſeat ad illius hæredes; & an ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare locationi; & demum quando colono expulſo durante colonia illi competat remedium reſtitutorium; & vt ſuper prædictis procedatur diſtinctè, ac ſine confuſione, tota colonorum materia hic libata, & commentata, in duos articulos diuidetur.

ARTICVLVS I.

ARGVMENTVM.

Denunciatio vindemiæ domino, ac locatori fieri debet per colonum, & poteſt dominus illi inhibere, ne aſportet fructus ante illorum diuiſionem; & quando domino cenſeatur conſignata ſua portio fructuum. Diſcutitur quando tempore vindemiæ, ac

meſsis poſsit nc dum per Domiuum, verum etiam per creditorcs tam Domini, quam coloni apponi cuſtos pro cuſtodia fructum; & ſimul oſtenditur, quale ius colonus habeat ſuper fructibus pendentibus, & à ſolo non ſeparatis pro ſua portione colonica. Vindemia quo tempore fieri debeat, & an ſuper muſto poſsit commiſceri aqua. In fructuum diuiſione an colonus aliquid detrahat pro expenſis factis in cultura agri, vel vineæ; & demum an colonus teneatur portionem fructuum dominicalem tranſportare ad domum domini proprijs expenſis, & ſi velit propriam portionem fructuum vendere præferatur in emptione dominus, & pro quo prætio.

SVMMARIVM.

1 Coloni regulariter ſunt fures.
2 Colonus poteſt probiberi per dominum, ne fructus colligat, niſi eo præſente.
3 Et ne fructus aſportet, niſi ſatisfacto ipſo domino de ſua portione fructuum, vel penſione.
4 Colonus tenetur tradere domino ſuam portionem fructuum ſtatim ſequuta illorum recollectione.
5 Iurumentum in litem datur domino ſuper quantitate fructuum amotorum per colonum poſt inhibitionem illi factam, de illos non amouendo.
6 Intellige, ſi adſit dolus, ſed hic reſultat ex inhibitione.
7 Colonus ex Stat. Vrbis faciens vindemiam, & amouens fructus tenetur ad duplum.
8 Peritis diſcordantibus in quantitate, & tertio perito non conueniente cum altero ex duobus primis, iuſtum prætium eſt tertia pars totius ſummæ contentæ in tribus peritijs & n. 13., & 14.
9 Relationi tertij periti diſcordantis ab alijs duobus ſtandum eſt ſecundum vnam opinionem.
10 Perito tertio non conueniente cum altero ex duobus primis, debet deueniri ad electionem peritoris, ſecundum aliam opinionem.
11 Tertio perito diſcordante à duobus primis, eſt in arbitrio Iudicis decernere, an ſit locus peritiori
12 Opiniones prædictæ remiſſiuè conciliantur.
15 Peritiore in diſcordia trium peritorum electo, ſi & ipſe diſcordet ab omnibus, quarta pars totius ſummæ conflatæ ex quatuor peritijs, eſt attendenda.
16 Bon. mem. Lanfrancus Zacchias laudatur.
17 Coaceruatio ſummarum contenta in tribus, vel quatuor peritijs non fit, quando alter ex peritis immoderatè æſtimauit.
18 Colonus ob ius domini in fundo, & fructibus, non poteſt domino non vocato facere vindemiam.
20 Colonus poteſt denunciare domino tempus vindemiæ per citationem domi dimiſſa copia, & etiam extraiudicialiter.
21 Colonus facta denunciatione vindemiæ, & expectato domino per duos dies ex hoc ſtatuto poteſt poſtea vindemiare.
22 Vindemia poteſt fieri preſente famulo, qui debet eſſe oculatus, ne præiudicet domino.
23 Fructus à Colono præſumuntur conſignati, ſi fuit denunciatus, & interuenit illorum collectioni.
24 Vindemia à colono non poteſt fieri vuis non maturis.
25 Sed ſufficit naturalis vuæ maturatio, & quod alij vicini incæperint vindemiam.
26 Conductor vineæ reſpondens in pecunia, non in fructibus, poteſt colligere fructus etiam immaturos.
27 Vuæ corruptæ à grandine areſcunt, & euadunt ſole adueniente peiores.
28 Aqua poteſt commiſceri cum muſto, ſi adſit conſuetudo, & ſi dominus, & colonus in hoc diſcordant, fit diuiſio muſti virginis.
29 Cuſtodes appoſiti ſuper fructibus agri, vel vineæ per creditores, remouentur data cautione pro credito.
30 Cuſtodis appoſitio ſuper fructibus æquipollet ſequeſtro, & aſſecurationi iudicij, quæ cautione tollitur.
31 Pro mercede cuſtodis competit prælatio ſuper fructibus portionis dominicalis, ſi cuſtos fuerit appoſitus per creditores domini, & n. 32.
33 Colonus ſuper fructibus pendentibus non habet hypothecam, & ſic ſuper illis per eius creditores non poteſt apponi cuſtos.
34 Contrarium eſt verius, & n. 35.
36 Oſaſch. deciſ. 82. reprobatur ab alijs, & ab alijs approbatur, & n. 37. & n. 40.
38 Opinio contra Oſaſch. procedit in portione fructuum tranſlata in emptorem prædij, non autem quando dominus non vendidit prædium.
39 Roman. conſ. 309. & eius ſequaces declarantur.
41 Fructus portionis colonicæ tranſeunt in emptorem prædij, licet hic ſciuerit in illo adeſſe colonum.
42 Secus ſi colonus pro obſeruantia coloniæ habeat hypothecam.
43 Vendito fundo cum omni iure, non venit ius, quod colonus habet ſuper ſemine ſato ſuper tali fundo.
44 Fructuum portio, & quota diuiditur inter dominum, & colonum iuxta conſuetudinem Regionis, vbi ſita ſunt prædia.
45 Polea, tanquam fructus prædij culti, diuiditur inter dominum, & colonum, niſi adſit pactum, vel conſuetudo in contrarium.
46 Colonus tenetur colere proprijs expenſis, & harum prætextu nihil poteſt deducere in diuiſione fructuum.
47 Colonus ſi non poteſt cum ſua familia ſufficienter colere prædium, tenetur ſuis ſumptibus alios operarios conducere, & n. 71.
48 Colonus tenetur ſemen ponere de proprio, nec illud deducit ex acerno fructuũ recollectorum ex prędio ſato.
49 Mutuans ſemen colono habet ſolum prælationem ſuper portione fructuum coloni.
50 Semen ſi pereat, quia nulli ex agro ſeminato recolligantur fructus, perit damno coloni.
51 Colonus etiamſi minus ſemine colligat, adhuc tenetur dare domino integram portionem dominicalem fructuum.
52 Semen, ſi ex pacto, vel conſuetudine loci, probanda per colonum, dari debeat per dominum, concluſiones prædictæ non procedunt.
53 Expenſæ pro cultura agri, ſi aliquæ ex pacto, vel conſuetudine fieri debent per dominum, ſi factæ ſint à colono, ab hoc repetuntur in diuiſione fructuum.

54 Se-

Digitized by Google

54 *Semen, quando debet dari à domino, hic eſt per colonum requirendus pro illo dando, alias non excuſatur à ſeminando, idem eſt de expenſis, & num. 55.*

56 *Colonus tenetur ſuis ſumptibus aſportare fructus ad domum domini, ſi vterque ſit eiuſdem Ciuitatis, & Territeorij.*

57 *Secus ſtante conſuetudine loci in contrarium, prout Romæ.*

58 *Colonus volens vendere ſuam portionem fructuum, tenetur præferre dominum illos emere volentem pro pretio ab alijs oblato.*

59 *Dominus vt perfruatur tali prælatione, debet offerre pretium ab alijs oblatum, quamuis rigoroſum, & iniuſtum.*

60 *Contrarium tenent alij, quod ſcilicet debeat offerre ſolum pretium iuſtum.*

61 *Prior opinio, vti verior, probatur.*

62 *Prælatio domino in emptione fructuum competit ſolum in effectiua venditione facta per colonum.*

63 *Prælationis huiuſmodi ius eſt perſonale, & non ceſſibile, & n. 64.*

65 *Prælatio huiuſmodi vt competat domino, debet idem probare, fructus eſſe recollectos in ſuo fundo.*

66 *Prælatio prædicta competit vſufructuario contra eius colonum.*

DEnunciatio vindemiæ, facienda domino per
colonum per duos dies ante ex præſcripto
huius ſtatuti, non diſcrepat à diſpoſitione iuris
communis, dum ex huius cenſura debet colonus
certiorare dominum de vindemia facienda, vt
poſſit prouidere rebus ſuis, & ne fraudetur à co-
1 lonis, qui regulariter ſunt fures *Carpan. ad
Stat. Mediol. cap. 382. n. 21. & 22. tom. 2. Fenzon.
hic n. 3. cum duob. ſeq.*

Hinc de iure poteſt à domino fieri præceptum
2 colono, ne fructus colligat ſine eius præſentia
Pacion. de locat., & conduct. cap. 33. n. 23., & poteſt
eidem prohibere, ne illos amoueat, niſi prius eo
3 ſatisfacto de eius portione, vel penſione *Bald. in
l. adem. n. 3.*, C. *locat. Barbat. de diuiſ. fruct. par. 1.
cap. 2. n. 17. & ſeq., & cap. 7. n. 263. par. 2. Rot. de-
ciſ. 246. n. 5. coram Vbald.*; ex quo colonus tenetur
4 ſoluere portionem fructuum domino, ſequuta re-
collectione eorumdem, *Franc. Marc. deciſ. 211. n.
5. par. 2.*

Et ſi colonus ſpreta tali Inhibitione non amo-
uendi fructus, non vocato domino, illos amoueat,
dabitur eidem domino aduerſus colonum iura-
5 mentum in litem ad probandam fructuum quan-
titatem, *Cyriac. contr. 89. num. 6. Pacion. de locat.,
& conduct. cap. 33. n. 23.*, qui tamen *n. 24.* dicit re-
quiri dolum; at videtur hic adeſſe, quoties præ-
6 ceſſit præceptum non amouendi, non vocato ipſo
domino.

Et ex ſtatuto hic fuit ſpecialiter prouiſum,
quod colonus, non facta domino denunciatione
7 vindemiæ, teneatur ad dupplum, iuxta æſtima-
tionem faciendam per peritos.

Quia vero periti in facienda æſtimatione ſæpè
diſcordant, & tertius peritus electus in diſcordia
primorum non adhæret, nec concordat cum ali-
quo ex duobus primis peritis, quid tali caſu
agendum ſit, & an ſi locus coaceruationi ſum-
8 marum contentarum in tribus peritijs, & tertia
pars ſit verus valor rei controuerſæ, vel ſit locus
electioni peritioris, refero votum alias ſuper hoc
factum; & cum quo poteſt procedi, & eſt ſequen-
tis tenoris.

Diſcordantibus duobus peritis in æſtimatione
domus Ioannis, cum vnus illam æſtimaret in ſcu-
tis 560., alter in ſcutis 440., fuit electus tertius,
qui illam æſtimauit in ſcutis 370., & cum hæc ter-
tia æſtimatio differret ab vtraque illarum facta
per primos duos peritos, prætendebatur per vnũ
ex colliticantibus, ſtandum eſſe relationi tertij,
9 etiam non concordantis, cum aliquo ex primis
peritis, iuxta opinionem firmatam per *Rot. deciſ.
719. n. 5. ad 11. coram Merlin., deciſ. 716. nu. 5. co-
ram Pamphil., deciſ. 294. n. 22. par. 2. recen.*, vbi
teſtatur de veriori opinione, & *in Romana pretij
Fiani 24. Martij 1635. §., & ſi diſſentiant coram b.
m. Pirouano.*

Alter vero colliticans prætendebat, in diſcor-
dia tertij periti à duobus primis, nulli ex illis
ſtandum eſſe, ſed omninò deueniendum eſſe ad
10 electionem peritioris iuxta alteram opinionem
firmatam per *Gabr. conſ. 168. n. 106. lib. 1. Spereli.
deciſ. 54. num. 38. Rot. deciſ. 554. num. 3. par. 2.
recen.*

Vel ſaltem attento quod tertius peritus valdè
in ſua æſtimatione diſcrepabat ab illa facta per
duos primos peritos, dicebatur, quod tali caſu
Iudex arbitrari omninò debebat pro electione
11 peritioris, ex firmatis per *Barz. deciſ. 22. nu. 10.
Spereli. deciſ. 34. n. 39.*

12 Ego in conflictu harum opinionum, quas ad
concordiam reducere ſtudet *Ridolph. in prax. par.
1. cap. 8. num. 135. & ſeq.*, ad obtruncandam
maiorem longitudinem, quæ reſultare poterat
ex electione peritioris, deflectendo à maturiori
diſcuſſione ſuper veritate relatarum opinionum,
ſpreta quarti periti electione cenſui, iuſtum va-
lorem dictæ domus firmandum eſſe hoc modo, vt
coaceruarentur in vnum omnes ſummæ contentæ
in tribus peritijs, quæ conſtituunt ſcuta 1370.,
& tertia pars ſummæ ſic coaceruatæ, quæ eſt ſcu-
torum 456. 66. 3. eſſet accipienda pro vero va-
13 lore eiuſdem domus, & hæc fuit theorica *Saly-
cet. in l. hac. ædictali C. de ſecund. nupt.*, & *in l. 2.
num. 28. & ſeq. C. de reſcind. vendit.*, & dictam
theoricam *Salyceti.* vti celebrem ſequuntur *Alex.
conſ. 64. n. 9. & 10. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 335. n.
15. & ſeq. lib. 3., Surd. conſ. 454. num. 24. lib. 3. Cy-
riac. contr. 159. num. 10. Eſcobar. de ratiocin. cap.
16. n. 40. & ſeq., Menoch. de dipiſc. remed. 5. n. 168.,
Gratian. cap. 187. n. 2. 3., & 10.*, vbi teſtatur de
veriori opinione, & *deciſ. Marcb. 32. nu. 11. cum
14 trib. ſeq.*, eamdemque theoricam ſæpè approba-
uit *Rot. in deciſ. 113. num. 2. coram Rembold., deciſ.
112. n. 14. & ſeq. par. 14. recen., & deciſ. 114. n. 7.
& 8. par. 17.*

Et in alia cauſa, cum fuiſſet in diſcordia tertij
periti deuentum ad electionem quarti peritioris,
& hic non adhereret alicui ex tribus peritis, ſed
multum ab illis diſcreparet, proceſſi cum dicta
theorica *Salyceti* coaceruando in vnum totam
ſummam contentam in quatuor peritijs, & quar-
tam partem ſummæ ſic coaceruatæ dixi, eſſe ſu-
15 mendam pro vero rei valore iuxta monitum *Gra-
tian. deciſ. 32. num. 12. & 14.*, & cum meum arbi-
trium in hoc caſu diſplicuerit, interiecta ab illo
16 appellatione ad D. Capitaneum appellationum,

qui tuoc erat b. m. Lanfrancus Zacchias, in Romana Curia Aduocatus celeberrimus, & prius in Tribunali A. C. Auditor b. m. Aloyſij de Aquino, & poſtea Eminentiſſimi D. Cardinalis Sacchetti Auditorum Cameræ, & in litibus decidcodis, ob legum petitiam, ac animi integritatem, præclarus, ſummo bonorum omnium merore improuiſa morte è vinis ereptus, idem Capitanrus meum iudicatum approbauit.

Super qua theorica *Salyceti.* hoc aduerte, quod ſi tertius, vel quartus peritus diſcordaret cum magna exorbitantia ab alijs primis peritis, tunc noo eſſet procedendum cum huiuſmodi theorica, ex quo poſſet importare iotolerabilem exceſſum circa verum valorem, & hoc caſu eſſet potius locus electioni alterius peritioris, & hoc vidi practicatum io Tribunali A. C. de anno 1695. dum hæc ſcribebam in æſtimatione certi ſitus molendini diruti venditi pro pretio æſtimando per D. Petrum Paulum de Fabijs D. Principi Odeſcalco ounc Sirmij, ac Bracchiaoi Duci, qui ſitus cum eſſet æſtimatus à perico hæredis D. Fabij in ſcuris 1110., ac ſi eſſet molendinum in eſſe, & à perito D. Principis in ſcutis ſexaginta; ex quo agebarur de ſitu diruto, & molendinum fuerat à pluribus annis vi fluminis Tyberis obrutum; ex quo pro ſitu diruto exiſtente ſub dominio Cameræ Apoſtolicæ huic ſoluebatur quolibet anno ſcutum vnum auri; & demum quia in loco molendini diruti non poterat amplius molendinum reædificari, quia aliud propè ab alia perſona fuerat ſabricatum, per quod impediebatur celer curſus aquæ neceſſarius ad molendum; & cum ab A.C. fuiſſet electus tertius peritus, & hic æſtimaſſet in ſcutis 165., cum inter dictas tres æſtimationes, & peritias adeſſet adeo magna diſcrepantia, Auditor A.C. deputauit alium peritum,
17 qui pariter æſtimauit ſitum in ſcutis 165.,& cum pro parte D. Fabij diceretur dictas duas vltimas peritias eſſe iniuſtas attento longè maiori valore ſcutorum 1100. firmato per eius peritum, fult, præuio etiam acceſſu Iudicis ad locum, ac ſitum controuerſum, approbata peritia quarti periti, per ſententiam, abſoluto D. Principe à maiori pretio.

Redeundo ad noſtrum ſtatutum hic, aduerte, quod illud eſt valdè æquum, & rationabile, quia domious in fructibus vineæ datæ in coloniam habet nedum partem, ſed ratione dominij in vi-
18 nea habet ius potentius ipſo colono, & ſic æquũ non eſt, quod fiat vindemia ipſo domino non vocato *Franch. deciſ. 117., Laurent. deciſ. Auenion. 54. num.1. Gilian. ad Stat. Peruſ. verbo Colonus n.*
19 *3.*, vbi quod diuiſio muſti, frumenti, ac aliarum ſegetum non fit, niſi preſente, vel vocato domino.

Denunciatio tamen vindemiæ ab hoc ſtatuto demandata ritè fit per citationem, etiam executam domi dimiſſa copia in manibus domeſtico-
20 rum, iuxtà formam in cirando traditam per *Stat. Vrb. 51. lib.* 1., & etiam extraindicialiter mediantibus teſtibus, vel alio modo, cùm ſtatutum noo faciat mentiooem citationis, & intimationis indicialis, ſed ſolùm requirat denunciationem, ad hoc vt dominus ſciat tempus vindemiæ faciendæ, & poſſit illi per ſe, vel per perſonam ab ipſo tranſmittendam aſſiſtere, ne à prauis ruſticis fraudetur, & ſic cum ſcientia à ſtatuto requiratur ad certum effectum, quomodocumque hæc habeatur per dominum, dicitur adimpleta mens ſtatuti ex firmatis in puncto per *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.382. n.22., & 23. tom. 2.*

Facta denuociatione vindemiæ, & expectato poſt illam domino per duos dies, iuxtà ſanctionem huius ſtaruti, ſi dominus non comparear,
21 licitè colonus deuenit ad actualem vindemiam, vuas incideodo, ac ex illis muſtum exprimendo, *Carpan. dict. nu.23. Franc. deciſ.117. num.2.*; & ſi compareat poſt biduum filius, vel famulus domini vineæ, ritè vindemia fit illis præſeotibus, ſi eoim poſt tale tempus legitimè fit vindemia, etiam domino non comparente, multò magis hoc procedit præſentibus filio, famulo, vel alia perſona à domino tranſmiſſa; at famulus tranſmiſſus debet
22 eſſe fidelis, & oculatus oe præindicet domino, *Amendol. ad Franc. deciſ.117. n.7. in fine, & n.8.*

Facta verò vindemia an præſumatur conſignata domino eius portio fructuum, dic quod ſic, quando præceſſit denunciatio viodemiæ, vt etiam
23 io terminis iuris commuois id probat *Coſt. de ration. rat. quæſt.104. per tot.*, qui reſpoodet contrarijs, & ſic in caſu occurrenti iudicaui, licet per colonum non oſtenderetur recepura, cùm non ſoleant per colonos huiuſmodi quietantiæ reportari, quando dominus in area, vel in vinea recipit ſuam portionem ſegetum, vel muſti.

Non ſemel ioter dominum, & colonum altercatur ſuper tempore faciendæ vindemiæ, quia alter dicat, non poſſe illam fieri, ex quo vua ſit acerba, & non apta ad producendum booum vinum,
24 & tali caſu reſoluendum eſt, oon poſſe fieri vindemiam, vuis non maturis, *Rendell. de vinea, & vindem. part.1. tit. de obſeruan. in vindem. cap. 1., verſ. vua vt ſit matura fol.21. col.1.*, vbi quod debet expectari, quod vuæ in ipſis viribus matureſcant, *Carpan. ad Stat Mediol. cap.382. n.17. tom.2., Nigr. de except. cap.2. §.2. n.12.*

Hoc tamen non ita rigidè accipiendum eſt, vt debeat expectari omnimoda maturitas, ſed ſat eſt quod vuæ, ac fructus habeaot maturitatem ſuffi-
25 cientem, ad hoc vt colligi poſſint, & quod alij vicini cœperint facere vindemiam, ac colligere fructus *ad tex. in l. penult. ff. de vſufr. leg. Elbert. Leonin. conſ.69. n.7.*

Quando verò quis vineam conduxit, non vt colonus partiarius correſpondeat de portione fructuum, ſed loco fructuum ſummis colit, tunc
26 poteſt vindemiare, & fructus colligere quando vult *gloſ. in dict. l. penult. verbo colono, Carpan. d. cap.382. n.17. in fine, Rendell. de vinea, & vindem. quæſt.18. fol.30.*

Prout ſi propè vindemiam vuæ à grandine, vel ventis fuerint damnificatæ, tunc noo eſt expectandum longius tempus perfectæ maturitatis, ſed ſat eſt tali caſu, quod vuæ ſint aliqualiter maturæ,
27 pro facienda vindemia, nam alias ſi expectaretur longum tempus pro habenda illarum maiori maturitate, loco lucri reſultaret ex tempore magnum damnum, quia vuæ areſcerent, & exiguam, ac prauam quantitatem vini facerent.

An autem tempore vindemiarum poſſit ſuper muſto commiſceri aqua, dic quod in hoc eſt ſeruanda locorum conſuetudo, & ex vſu vinearum
28 agri Romani, & Caſtrorum adiacentium, aqua com-

commiſcetur, & fortè plus debito; hinc habui de
facto caſum, in quo vinea fuerat locata pro cadis
quadraginta annuis vini tradendis in Kalendis
Decembris, de tempore vindemiæ dominus, ac
locator vineæ cœpit prætendere, quod in muſto
non poſſet apponi aqua ſaltem pro illa quantita-
te cadorum 40. ſibi debitorum; at ego prætenſio-
nem reieci, ex quo ſolitum vinearum agri Roma-
ni, & ſignanter in vinea, de qua agebatur, erat
apponendi ſaltem cadum vnum cum dimidio pro
quolibet dolio cadorum 14. muſti, & ſic dum erat
promiſſum non muſtum in vaſca, ſed vinum in
Kalendis Decembris, debebat intelligi pactum
de vino facto iuxtà ſolitum cum dicta portione
aquæ.

Si verò tempore meſſis, vel vindemiæ adſit ti-
mor dilapidationis fructuum in domino, vel co-
lono, qui ſint debitores alicuius præcipuè ex cau-
ſa canonum, vel affictuum, tunc creditor, ne per
colonum, vel dominum dilapidentur fructus pen-
dentes, poteſt inſtare coram Iudice citata parte,
vel etiam ea non citata, ſi periculum ſit in mora
pro appoſitione Cuſtodis ſuper iiſdem fructibus,
ne diſperdantur, qui Cuſtos aſſiſtit, ne fructus
tranſportentur, & occultentur; & talis appoſitio
29 Cuſtodis practicatur paſſim in Tribunalibus Vr-
bis, à qua praxi non eſt recedendum ex firmatis
per *Rolan. à Vall. conſ. 2. n. 7. cum trib. ſeq. lib. 2.*;
& cùm talis appoſitio Cuſtodis ſit quædam ſpe-
cies aſſecurationis iudicij, & ſequeſtri, & illi aſſi-
30 miletur; hinc Cuſtos, præſtita cautione pro quan-
titate crediti, pro quo fuit appoſitus, adinſtar ſe-
queſtri, tenetur *ad tex. in l. Senatus in fine, C.
de ordin. cognit., Caroce. de ſequeſtr. par. 4. quæſt. 2.
per tot., Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 4. n. 20. Rot.
deciſ. 13. n. 1. coram Cotein., & deciſ. 105. nn. 10.,
& 11. coram Buratt.*

Et quando Cuſtos fuit appoſitus in area, vel
vinea, ne fructus diſperdantur, & dilapidentur,
tunc pro eius mercede habet prælationem ſuper
31 frugibus, ac muſto cuſtoditis, vt in puncto Cu-
ſtodis in vinea appoſiti de mandato Regis, *Ren-
dell. de vindem., & vin. par. 2. quæſt. 1. fol. 27.*, &
Romæ, ac alibi in Statu Eccleſiaſtico tales Cuſto-
des apponuntur de mandato Papæ, vti Regis in
Ditione Temporali S.R. Eccleſiæ.

At talis prælatio competit Cuſtodi pro ſua mer-
cede ſuper portione fructuum ſpectante ad domi-
32 num, quando pro huius debito fuit Cuſtos ap-
poſitus, non autem in portione coloni non debi-
toris.

An autem per creditores coloni, qui fecerunt
executionem ſuper portione fructuum colonica,
poſſit obtineri appoſitio Cuſtodis, hunc caſum
habui de facto, & dicebatur quod non, ex quo co-
lonus ſuper fructibus pendentibus, & à ſolo non
33 ſeparatis, non habet aliquam hypothecam, ſed
ſolam actionem perſonalem contra dominum,
Roman. in famigerato *conſ. 309.*, & cũ eo *Marcian.
conſ. 24. lib. 2. Neguſant. reſponſ. 507. n. 6., & ſeq.
Ridolph. in prax. par. 2. cap. 13. n. 71., & 72., The-
ſaur. deciſ. 55. n. 4., Sperell. deciſ. 43. n. 17. & infra
Rot. deciſ. 33. n. 4. in fine*, vbi approbatur, *d. conſ.
Romani., & deciſ. 187. n. 2. par. 1. recen.*

At ego contrarium iudicaui, ex quo colonus
in fructibus pendentibus, & de breui recolligen-
dis, habet ius reale, & in illis proceditur, ac ſi eſ-
ſent recollecti, ratione laborum, ac expenſarum,
in illis ad eſſe reducendis, factarum per colonum,
34 pro quibus eidem magis expedit inſiſtere ſuper
fructibus, quàm ſuper actione perſonali contra
dominum, prout deciſiuè, ac benè concludit
Oſaſch. deciſ. 82. per tot., & ſignanter *n. 10.*, quem
ſequitur *Carpan. dict. cap. 383. n. 12., & 13 tom. 1.*,
& magiſtraliter (reiecto *Roman. dict. conſ. 309.*)
hoc firmat *Horat. Barbat. de diuiſ. fruct. par. 2. c. 5.
n. 27. verſ. vt autem per tot. n. 38.*, ita tamen quod
per appoſitionem talis Cuſtodis nullum inferatur
præiudicium domino, qui non obſtante Cuſtode
poterit vindemiam facere, & cuſtodia reſtringe-
tur ſuper portione colonica tantùm, & ſuper hac
ſola poterit Cuſtos prætendere ſuam mercedem.

Nec obſtare credidi, quod ſuper fructibus pen-
dentibus, & ſpectantibus iure ſoli, & dominij in
totum, vel ſaltem pro indiuiſo ad dominum agri,
vel vineæ, non poſſit fieri executio; quia id proce-
dit, ſi ageretur de deliberatione fructuum, ſecùs
dum de ſola illorum aſſecuratione quoad por-
tionem colonicam, per quam nullum præiudi-
35 cium irrogatur domino, cùm poſſint etiam fru-
ctus pendentes liberè alteri vendi, *l. Quintus, ff de
act. empt. Neguſant. reſp. 507. n. 2.*

Et licèt replicaretur, quod opinio *Oſaſch. in al-
36 leg. deciſ. 82.* ſit reprobata per *Rot. deciſ. 187. n. 5.
part. 1. recen., Mart. vot. Piſan. 139. Ciroce. di-
ſcept. 66. n. 57., & ſeq.*, adhuc dicebam, quod di-
cta improbatio vel non eſt pacifica, cum *Oſaſchum*
37 ſequantur *Carpan. ſupra allegatus*, & magiſtraliter
eius opinionem tueatur *Barbat. de diuiſ. fruct. al-
leg cap. 5. n. 27., & ſeq.*; adhuc procedendo, vt par
eſt, cum Rotæ authoritate, ſemper per me vene-
rata, ac veneranda, reſpondetur, quod opinio Ro-
tæ procedit in tertio emptore prædij ſati, in quem
tranſeunt fructus pendentes, etiam pro portione
colonica, & ſic loquuntur authoritates contrariæ
per *Rot. allegatæ*, & ſic etiam loquitur ipſa *Rota*;
quod non adaptatur caſui, in quo dominus præ-
dium non vendidit, ſed ſolum illud conceſſit in
coloniam colono partiario, quo caſu ius reale in
38 fructibus, quoad portionem colonicam remanet
apud colonum, vnde in illis pendentibus, & de
proximo recolligendis creditores coloni ritè poſ-
ſunt prætendere appoſitionem Cuſtodis, & hanc
credo eſſe puram veritatem, dum domino non fit
aliquod præiudicium in ſua rata fructuum.

Quocirca extranea eſt ab hoc caſu opinio *Ro-
39 man. in alleg. conſ. 309.* & eius ſequacium, quia
ſolùm firmant, quod in venditione fundi dati in
coloniam facta à domino, veniunt fructus pen-
dentes, etiam pro portione colonica fauore em-
ptoris, niſi expreſsè fuerint in venditione reſerua-
ti, quæ concluſio licet & ipſa non careat difficul-
40 tate, cum contrarium tanquam æquius teneant
*Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. n. 32. Theſaur. dec. 54.
Oſaſch. deciſ. 82. Franch. deciſ. 334. num. 3.* vbi quod
opinio *Oſaſch.* eſt æqua, *Gratian. deciſ. Marcb. 176.
nu. 2., & ſeq.*, & hanc opinionem cum *Theſaur.*,
& Oſaſch. reiecto *Romano.* tenet *Barbat. alleg. cap. 5.
41 n. 27., & ſeq.*, qui reſpondet eidem *Romano*; verum
admiſſa contraria opinione firmata per ſupradi-
ctos *Mart.*, *Ciroce.*, ac etiam per *Ludouic. deciſ.
Peruſ. 83.*, *Gratian. deciſ. Marcb. 176. in addit.
n. 1. ad 8. Rot. deciſ. 187. par. 1. recen., & dec. 345.
par. 3.*, quæ procedit licet emptor ſciuerit in præ-
dio

dio empeo adeſſe colonum, *Mandell Alb.conſ.138. n.1. & ſeq.*, plenè *Cirocc. diſcept.66. n.59.*, *& 60. Rot. deciſ.187. nn.4. par.t. recen.*, adhuc ex dictis non procedit, quando vinea, vel prædium non fuit alienarum in tertium, ſed remanet in dominio domini, qui illud dedit in coloniam.

Quando autem colonus pro obſeruantia contractus coloniæ, illa durante, habet hypothecam, tunc nulla cadit diſcuſſio, quod colonus habet actionem realem ſuper fructibus, nec poteſt tur-
42 bari ſuper colonia, nec ſuper ſua portione fructuum ab emptore, ac ſingulari ſucceſſore, *Mart. vot.Piſan.139.n.7. Oſaſch.deciſ.82.n.9.*

Per venditionem tamen factam à domino cu-
43 iuſcumque iuris, quod habet in fundo, non venit ius in ſemine, per colonum ſato in fundo vendito, vt poſt *Odd.conſ.34. per tot.* firmat *Pacion.de locat., & conduct. cap.45.n.42.*

Super fructibus verò fundi retenti in coloniam habet colonus ius cuiuſdam ſocietatis, ex quo dominus dat fundum, & colonus ponit ſuos labores, ac ſimul expenſas in illius cultura, ſuam portionem vel pro dimidia, vel maiorem, vel mino-
44 rem dimidia, iuxta locorum conſuetudines, percipiendo, *l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat. Riminal. Sen. conſ.100. n.15. cum trib. ſeq.lib.1. Cephal.conſ. 181. n.2. 3., & 10. lib.2., Honded. conſ.85. nu.12. lib.1., Odd. conſ.34. n.13., & 14., Fragoſ. de regim. Reipub. par.3. diſput.11. §.1. n.1. & ſeq., & n.7., verſ. accedit quod ſupra Pacion.de locat., & conduct. cap.5. n.35. verſ. fructus verò Sperell. deciſ.41.n.75. & ſeq. Rot. deciſ.243. n.2., & 3., & deciſ.416. n.2. par.14. rec.*

Et inter fructus communes inter dominum, & colonum computatur etiam palea, quæ pariter communiter inter illos diuidi debet, niſi pactum,
45 vel conſuetudo ſint in contrarium *Pacion.d.cap.5. n.36. & ſeq.*, ſuper quo videantur benè ad materiam *Ludouic. deciſ. Peruſ. 14., & Paitell. expedit. ciuil.54.*

Ex quo autem colonus percipit ſuam ratam fructuum ex bonis ab eo cultis, ratione laboris, & expenſarum, quas pro parte ſua ponit in ſocietate, hinc in fructuum partitione non poteſt aliquid prætendere, vel deducere ratione expenſarum factarum in cultura, nec illarum occaſione in aliquo
46 grauare dominum, ex quo illas tenetur in totum ſubire de proprio, vt notant communiter Doctores in *cap. tua nobis il 2. de decim. Natt. conſ. 243. n.1. & ſeq., Burſatt. conſ.330. num.41. & 50. lib.3., Odd. conſ.34. n.1. Iacob. Gall. conſ.118.n.21. Mareſcott. var. reſol: lib.2. cap.108. nu.8., Paitell. expedit. cauſ. ciuil., Annot.54. nu. 22., & 23., Fragoſ. alleg. §.1. num. 3. Barbat. de diuiſ. fruct. par.2. cap.7. n.19., Pacion. dict. cap.5.n.30., Franc.Marc. deciſ. Delphin. 886. nu.12. par.2., Surd. deciſ.201. n.3., & 6., Sperell. deciſ.41. n.57. ad 59., Rot. deciſ.103. n.3. par.4. rec., deciſ.243.n.12. par.14., & deciſ.145. n.23. par.16.*

Quod eſt adeò verum, vt colonus, ſi non poteſt ipſe cum familia ſufficere pro cultura agri, & vineæ, teneatur de proprio alios operarios conduce-
47 re, licet quandoque ex prædio in coloniam retento, & culto nullos fructus percipiat *Franc. Marc. deciſ.888. n.5. verſic. ſicut in colono par. 1., Sperell. deciſ.41. n.59.*

Hinc colonus nec deducit ex aceruo fructuum, quando illi diuiduntur, ſemen poſitum in colen-
48 do, ac ſerendo agro, cùm illud teneatur ponere de proprio tanquam expenſam laborerij, *Natt. conſ.243. nn.4., Odd. conſ.34. nu.7. Peregr. conſ. 82. n.3. lib.3. Franc.Marc. deciſ.886.n.12. par.1. Surd. deciſ.201. n.3. & ſeq., Sperell. deciſ.51. n.59., Rot. deciſ.880. n.2. coram Vbald.*

Vnde ſi à tertio mutuetur ſemen colono, dominus fundi, in quo illud ſatum eſt, non tenetur ad reſtitutionem ſeminis mutuati, ſed poteſt mutuans ſuper portione colonica frumenti recolligendi ex agro ſato cum eius ſemine prætendere prælationem, probata tamen identitate frumenti,
49 quod ſcilicet ſemen mutuatum ſit illud ſatum in illo fundo *Thomat. deciſ. 270. per tot. par.2., Pacian.d.cap.1. n.41. verſ.non poſſe.*

Quinimmò ſi ſemen pereat, ob inundationem, tempeſtatem, ſterilitatem, vel alium caſum fortuitum, itaut ex agro nec ſemen recolligatur, pe-
50 rit in totum colono, cùm ſit in illius dominio, *Peregr. conſ.31. n. 3. lib. 3. Odd. conſ.34. n.1. 2. & 10., Viu. deciſ.72. n.3. lib.1.*

Etſi minùs ex meſſe colonus percipiat, quam ſeminauerit, adhuc ex frumento collecto tenetur
51 dare ſuam portionem integram fructuum recollectorum domino *Carpan. alleg. cap.383. n.4. & 5. par.2., Fragoſ.d. §.1. nn.5. Franc. Marc. deciſ.211. n.5. par.2. Koppen. deciſ.German. quæſt.27.n.21.*

At præfatæ concluſiones non procedunt, ſi ex conuentione, vel de conſuetudine ſemen deberet
52 poni per dominum; *Tort. ad Stat. Papiæ in Ciuil. Rubr.3.n.85. & 86. Rot.deciſ.880. n.3. & 4. coram Vbald.*

Idque procedit etiam in alijs expenſis culturæ, ſi aliquæ ex pacto, vel de conſuetudine faciendæ ſunt per dominum, hoc namque caſu, ſi illæ fa-
53 ctæ ſint per colonum, in partitione fructuum deducuntur ex portione domini, *Pacion. de locat., & conduct. cap.5. n. 34. verſic. ſed ex conſuetudine, & n.35.*

Licèt autem per dominum ex pacto, vel conſuetudine eſſet dandum ſemen colono, non ob hoc colonus excuſatur à ſerendo, ob ſe-
54 men non præſtitum, ſi dominum non requiſiuit ad illud præſtandum *Ruin. conſ. 58. n.8. lib.1.*; quod procedit etiam in alijs expenſis, ad quas dominus pro ſua parte ex pacto, vel de conſue-
55 tudine concurrere debet, nam debet pro illis dominus interpellari à colono.

Poſtquam fructus inter dominum, & colonum fuere diuiſi, tenetur hic illos aſportare ſuis ſumptibus ad domum domini, ſi hic, & colonus ſint
56 eiuſdem ciuitatis, & territorij, ſecus è contra *Bald. in l. acceptam n.43., & ſeq. C. de vſur. Burſatt. conſ.330. nu.51. lib. 3. Coſt. de fact. ſcien., & ignor. inſpect.82. n.5. Trombett. de ſociet. cap. 8. à n.89. Conciol. ad Stat. Eugub. lib.6. Rubr. 40. n. 7. Franc. Marc. deciſ.886. n.13. par.1., & deciſ.211. in fine par.2. Sperell. deciſ. 41. n. 59. verſ. fructus, ſeù portionem.*

Non procedit concluſio ſtante conſuetudine, vel pacto, quod colonus non teneatur ad onus
57 huiuſmodi aſportationis fructuum ad domum domini *Trombett. dict. n.89. verſ. ſecunda vero, & n.92.*, quæ conſuetudo viget Romæ, dum facta diuiſione fructuum, vel conceſſa reſponſione in area, vel vinea, (ſi non fuerit facta conuentio in

con-

contrarium) dominus proprijs ſumptibus illos
aſportare facit .

Tenetur etiam coloous, ſi velit vendere ſuam
portiooem fructuum , recollectorum ex fundo re-
tento io colooiam preferre in emptiooe dominum
58 illos emere volentem pro pretio ab alijs oblato ,
Bartol. in l.1.n.2. C. de metallar.,& metall. lib.10.
Surd. conſ. 205. lib. 2. vbi pleuè *Gratian. cap.149.*
num.27. Fragoſ. alleg. §.1. n.27. Couarr. var. reſol.
lib.3. cap.14. n.6. verſ. ſecundo etiamſi, Hermoſill.
ad Lopez. leg.55. tit.5. par.5. n.5., & ſeq. Conciol.
ad Stat. Eugub.lib.6.Rubr.40. n.5. Pacion. de locat.
& conduct. cap.33., qui in fine dicit , quod *Bar-*
toli opinio eſt receptiſſima *Borgnin. decis.30. n.97.*
par.1. Gratian. deciſ.77. n.2., & ſeq., & Scopp. in
obſer. ad dict. deciſ.77. à num. 3., & ſeq. qui doctè
59 hoc probat , & *Gratian.*, *Scopp.*, *& Pacion.* id
dicunt procedere , etiamſi pretium ab alijs obla-
tum eſſet rigoroſum , & iniuſtum .

60 Et quamuis *Iaſ. in l. qui Romæ §.cohæredes n.24.*
& ſeq. ff. de verb. obligat.,& alij relati per *Caball.*
conſ. deciſ.3. n.3.,& per *Pacion. alleg. cap.33. n.68.*
velint , ſat eſſe , quod dominus offerat iuſtum
pretium, oec teueatur offerre pretium rigoroſum,
& animoſè ab alijs oblatum , attamen ego non
recedo à prima opinione , quæ eſt magis com-
61 munis , & verior ex rationibus ſolidè ponderatis
per *Surd. conſ.205. num.29. cum duob. ſeq. Couarr.*
vbi proximè, & *Pacion. alleg. cap.33. nu.70.*, qui
Surd. in caſu occurrenti omninò videatur .

Ad hoc autem , vt colonus cogi poſſit ad ven-
dendum , neceſſe eſt, quod fructus effectiuè ven-
diderit alteri , nec ſufficit quod illos ſolummodò
62 venales expoſuerit, cum poſſit pœnitentia du-
ctus amplius illos non vendere , & pro ſe retinere
plenè *Surd. dict. conſ.205. n.5., & ſeq.*

Hoc tamen ius prælationis eſt perſonale in
63 perſona domini , & propterea non eſt ceſſibile
Surd. dict. conſ.205. num.20. cum trib. ſeq. , & conſ.
244. n.26.

Itaut ſi dominus requiſitus à colono ad emen-
dum , diſtulerit emere fructus , vel ius prælatio-
64 nis ceſſerit alteri,poſſit colonus illos liberè alijs
vendere *Surd. conſ.205. n.17., & ſeq.*

Debet tamen dominus volens præferri in em-
ptione fructuum probare, quod fructus,per colo-
65 num venditioni expoſiti,ſint illimet recollecti in
ſuo fundo , alias à prælatione reijcietur , *Fabian.*
de Mont. de empt.,& vendit. quæſt.3. n 44. Gratian.
alleg. deciſ.77. n.7., & ſeq.

Hæc demum prelatio videtur competere etiam
vſufructuario contra eius colonum partiarium
colentem fundum, in quo habet vſumfructum, ex
66 firmatis in proximis terminis per *Alex.conſ.129.*
n.3. lib.2.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Agitur hic ſuper modo culturæ faciendæ per colonum; & ſimul, an per ipſum, vel dominum ſit probandum, illam factam eſſe . Dilucidatur, quomodo colonus finita colonia debeat fundum relinquere . Coloniæ contractus an ſit ſocietatis , an vero locationis, & conductionis ; & an tranſeat ad hæredes coloni . Succeſſor ſingularis an teneatur ſtare contractui coloniæ. Si plures poſsideant in communi agrum , vel vineam , & diſsideant ſuper appoſitione coloni , quomodo ſit prouidendum . Demum oſtenditur , an colono eiecto à colonia adhuc durante competat remedium reſtitutorium .

SVMMARIVM.

67 *Vinearum cultura requirit magnas expenſas , & maiores in illis colendis ſunt expenſæ , quam fructus , qui ex illis percipiuntur , & n.68.*

69 *Vineæ Romæ potiùs damnum , quam lucrum afferunt .*

70 *In cultura vinearum Romæ expenduntur ſcuta duodecim pro qualibet pectia .*

71 *Colonus vineæ tenetur operarios pro illa colenda neceſſarios conducere proprijs ſumptibus .*

72 *Colonus debet triturare ſegetes proprijs ſumptibus, ſi diuerſimodè non ſit conuentum .*

73 *Colonus tenetur de proprio emere ſtramina pro bo-nibus .*

74 *Colonus finita colonia debet relinquere in agro ſtramina , quæ habuit in principio coloniæ .*

75 *Conſuetudo eſt ſeruanda in hoc , an colonus teneatur relinquere ſtramina .*

76 *Colonus tenetur de proprio expurgare foſſata non duratura poſt coloniam , ſecus è contra .*

77 *Fallit ſi ex conſuetudine ſoleant expurgari à domino .*

78 *Foſſata debent expurgari à domino , ſi expurgatio reſpiciat rei proprietatem , & vltra tempus coloniæ .*

79 *Colonus debet facere laboreria in agro , vel vinea ſuis debitis temporibus iuxta conſuetudinem loci .*

80 *Colonus, etiamſi hoc non promiſerit, tenetur in cultura facere totum id, quod eſt conſuetum in loco.*

81 *Colonus tenetur etiam ad omnes expenſas cuſtodiæ agri , vel vineæ .*

82 *Dominus allegans , culturam non eſſe factam , debet hoc probare , licet conſiſtat in negatiua .*

83 *Colonus tenetur probare , ſe coluiſſe , ſi per inſtrumentum , vel ſcripturam priuatam ſe obligauerit colere iuxta morem regionis .*

84 *Dominus ceſſante tali obligatione coloni tenetur probare negatiuam non factæ culturæ .*

85 *Colonus , qui promiſit colere arbitrio boni viri , intelligitur promiſiſſe iuxta conſuetudinem loci .*

86 *Colonus promittens benè colere ſub certa pœna tenetur ad illam , vel ad damna , & intereſſe ob non factam , vel non bene factam culturam .*

87 *Colonus , ſi ex mala cultura reſultet damnum domino pro annis futuris , tenetur ad damna per peritos taxanda .*

88 *Cultura an ſit benè facta , probatur etiam per ocularem inſpectionem .*

89 *Mala cultura vineæ probatur per peritos .*

90 *Super damno procedente ex mala cultura , ſi colonus promiſit bene colere , datur domino iuramentum in litem .*

91 *Mala cultura vineæ reſultat , ex quo in vltimo anno*

Digitized by Google

no in vinea à colono fuere relicta plura capita vitium.

92 *Mala cultura agri reſultat, ex quo colonus in vltimo anno coloniæ totum agrum ſeminauit, quando ſolum partem ſerere debebat.*

93 *Colonus in vltimo anno non poteſt reſtipulare agrum, & vt dicitur* rincoltare, *& denuo ſerere.*

94 *Limita ſi adſit conſuetudo contraria.*

95 *Colonus vineæ, ex qua dominus percipit ratam, vel quotam fructuum, ſi illam deterioret, poteſt expelli, etiam durante colonia.*

96 *Colonus non poteſt incidere arbores fructiferas, alias tenetur ad damna, & intereſſe.*

97 *Vites veniunt ſub nomine arborum fructiferarum.*

98 *Colonus, ſi incidat arbores fructiferas, poteſt expelli à colonia.*

99 *Arbores fructiferæ quæ ſint, vide remiſſiuè.*

100 *Colonus tenetur in fine coloniæ relinquere agrum eo modo, quo illum recepit in principio.*

101 *Colonus tenetur reſtituere in vltimo anno foſſata expurgata.*

102 *Procedit, ſi illa talia habuit, vel adſit conſuetudo, ac pactum illa reſtituendi expurgata.*

103 *Dominus tenetur dare torcularia colono pro exprimendo muſto.*

104 *Colonia eſt quidam contractus ſocietatis, & n.106.*

105 *Colonia eſt potiùs contractus locationis, & conductionis, & n.115.*

107 *Societas per mortem vnius ex ſocijs extinguitur, & non tranſit ad hæredes, & n.108.*

109 *Societatis contractus etiam cum iuramento, & ſtipulatus pro hæredibus, ad hæredes non tranſit.*

110 *Coloniæ contractus non tranſit ad hæredes, & n.111., & 112.*

113 *Iudex, vbi partes deficiunt, ſupplet de iure, & n.119.*

114 *Coloniæ contractus eſt ſocietas impropriè, & n.115.*

115 *Dictio* quaſi *eſt nota improprietatis.*

116 *Contractus coloniæ, vti magis propriè locationis, & conductionis, tranſit ad hæredes, & n.118.*

117 *Colonus eſt ſolum ſocius reſpectu fructuum, non contractus, & ideo colonia tranſit ad hæredes.*

120 *Iudex ſupplendo de iure, vbi aliqua pars non informat, non ſemel iudicat contra informantem.*

121 *Colonus finita colonia, & ei facta diſdicta, debet recedere ab illa, prout recedit conductor.*

122 *Succeſſor ſingularis in bonis datis in coloniam an teneatur ſtare colono, vide remiſſiuè.*

123 *Succeſſor ſingularis regulariter non tenetur ſtare coloniæ, & n.125.*

124 *Fallit ſtante hypotheca pro obſeruantia contractus, & n.127.*

125 *Succeſſor ſingularis, tam locatoris, quam conductoris, non tenetur ſtare locationi.*

128 *Locator, & conductor ſunt correlatiui, & in vno ex illis diſpoſitum procedit in alio, & n.129.*

130 *Conductor cogitur perſeuerare in locatione, etiam cum ſucceſſore ſingulari, cui locator ceſſit omnia iura in venditione, & ſic hypothecam pro obſeruantia contractus locationis ea durante.*

131 Pacion. de locat., & conduct. cap.61. n.296. *declaratur, & n.132.*

133 *Succeſſor in beneficio, quando teneatur ſtare locationi, & colonia factæ per ſuum anteceſſorem, & n.134.*

135 *Non tenetur ſtare, ſi annus non ſit inchoatus, ſecus ſi hoc inchoato facta fuerint expenſæ pro cultura.*

136 *Socij, ac domini plures eiuſdem prædij ſi diſcordent in facienda illius locatione, vel colonia, quomodo prouidendum, vide remiſſiuè.*

137 *Facta locatione, vel conceſſa colonia prædij ſoliti locari per vnum ex ſocijs, tenetur alter ſocius illi ſtare.*

138 *Si locatio ſit vtilis, & non damnoſa, concluſio procedit.*

139 *Socij plures, habentes maiorem partem in prædio, volentes locare præferuntur, & n.140. & 141.*

142 *Colonus eiectus à colonia illa durante per dominum, vel tertium habet remedium reſtitutorium ſaltem officio Iudicis.*

143 *Colono, durante colonia pro anno cœpto, & fructibus pendentibus, competit manutentio.*

144 *Colonus ſi eijciatur pendente appellatione, & inhibitione debet reſtitui ad ſtatum, in quo erat antequam eijceretur, & n.145.*

146 *Ciuitas Tuſculana laudatur ob aeris ſalubritatem.*

CErtum eſt, & experientia rerum magiſtra comprobatur, quod in vinearum cultura immenſæ requiruntur expenſæ, præcipuè in vineis Agri
67 Romani, vnde inualuit dictum, qui habet vineas, habet tineas; & multoties in illarum cultura maiores ſunt expenſæ, quam fructus, qui ex illis percipiuntur, & propterea habentes vi-
68 neas imitantur illos, qui laborant, vt vadant in præcipitium, vt latè probat *Rube. de validit. legal. cap.2. nu. 51., & ſeq.* idem *in addit. ad deciſ.181. nu. 109. par. 8. recen. Add. ad Pamphil. deciſ.720. n.10., & 11. Rot. deciſ.598. num.3. coram Cardin. Cerr. deciſ.191. n.10., & ſeq. par.15. recen. deciſ. 203. n.3. par.17.*, vbi quod vineæ in Vrbe potius
69 damnum, quam vtilitatem afferunt, *& deciſ.612. n.8., & ſeq. par.18. tom.2.*

Et ex praxi Vrbis pro expenſis culturæ cuiuſ-
70 libet pectiæ vineæ ſolent taxari ſcuta duodecim *Rot. deciſ.261. n. 6. coram Pamphil.*, vbi teſtatur, quod hoc habitum fuit per extraiudicialem atteſtationem peritorum.

Quas expenſas in cultura vineę tenetur de pro-
71 prio facere colonus, ſeù mediarolius, ex firmatis ſupra hic *n.46., & 47. Sperell. deciſ.41. n.59.*, vbi quod tenetur ſuis ſumptibus conducere operarios neceſſarios ad culturam.

Prout tenetur colonus triturare ſegetes pro-
72 prijs ſumptibus, niſi aliud ſit conuentum, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.383. num.15., & ſeq., & cap.385. n.1. tom.2.*, vbi quod tenetur ad omnes expenſas temporales, quæ reſpiciunt collectionem fructuum.

Similiter debet de proprio comparare fœnum,
73 paleam, & ſtramina neceſſaria pro victu bobum, *Ludouic. deciſ. Peruſ.14. n.7.*; & finita colonia, ſiue laboritio, ſi ſtramina habuit in principio
74 coloniæ, illa relinquere debet nouo colono *Paitell. expedit. cauſ. ciuil. 54. per tot. Ludouic. dict.*
75 *deciſ.14. ferè per tot.*, qui in hac materia ſubdit, eſſe ſeruandam conſuetudinem locorum.

Tenetur etiam colonus ſuis ſumptibus expurgare foſſata non perennia, quæ quolibet anno expurgari, & mundari ſolent, & quæ reſpiciunt præſentem fructuum perceptionem, ſecus ſi perpetuam

Digitized by Google

petuam fructuum vtilitatem , & longiori tempo-
re durent, quam ipſa locatio , ac colonia , Alex.
conſ.212. n.4. lib.7. Ruin. conſ.88. n.3. lib.1. Rimi-
nal. Iun. conſ.411. n. 21. lib. 4. Cyriac. contr. 229.
n.42. ad 44. (vbi quod alias tenetur ad intereſſe)
Carpan. ad Stat. Mediol.cap.381.n.5.,& ſeq. tom.2.
Gilian. ad Stat. Peruſ. verbo colonus partiarius n.4.
Trombett. de ſociet. cap. 8. num. 83. cum duob. ſeq.
Ludouic. deciſ. Peruſ. 24. n.9., & deciſ.58. num.8.
Pacion. de locat., & conduct. cap.34. §.1. num.48.,
& 49.

Fallit , ſi adſit in loco contraria conſuetudo ,
77 quod illa debeant mundari , & expurgari à do-
mino Carpan. dict. cap.381.n.6. Tort. ad Stat.Pap.
Rubr.45. n.3. in Ciuil. Trombett. dict. cap.8. n.85.

Si vero foſſatorum expurgatio reſpiciat lon-
gum tempus , puta decennij , & ſic excedat tem-
pus perceptionis fructuum , quæ fit à colono , &
potius expurgatio concernat ipſam fundi pro-
prietatem , tali caſu onus expurgationis ſpectat
ad ipſum dominum , non autem ad colonum , vt
78 innuunt Doctores mox allegati, & in ſpecie
Pacion. dict. cap.34. §.1. n.51.

Eſt quoque onus coloni facere omnia neceſſa-
ria ad culturam agrorum , ac vinearum ſuis tem-
79 poribus , iuxta loci conſuetudinem , ne ſcilicet
nimis properè, vel ſero fiant ad tex. in l. ſi merces
28. §. conductor , & ibi gloſ. ff. locat. Cyriac. contr.
229. num. 23. plenè Pacion. de locat. , & conduct.
cap.29. n.70. , & ſeq. , vbi quod alias tenetur ad
damna , & intereſſe fauore domini .

Et tenetur colonus præſtare domino totum id,
80 quod eſt conſuetum in loco, licet de eo in inſtru-
mento coloniæ non fuerit facta mentio Anchar.
qq. familiar. lib.1. quæſt.24. n.8.

Itaut teneatur etiam ad omnes expenſas , quæ
81 reſpiciunt cuſtodiam agri , & vineæ Carpan. dict.
cap.381. n.7. cap.383. n.4. , & cap. 402. n.8. 9. ,
& 12. tom.2.

Si autem ſuper cultura agri,vel vineæ inter do-
minum , & colonum naſcatur controuerſia , an
ſit benè , vel malè facta , an onus probandi cul-
turam non benè factam ſpectet ad dominum , li-
cet conſiſtat in negatiua , vel potius ſpectet ad
82 colonum, eſt concluſio controuerſa apud Docto-
res , vt patet ex Carpan. dict. cap.381. n.8., & 9.,
& cap.402. n.14.,& ſeq. Tort. ad Stat.Pap. Rubr.
80. in ciuil. n.6., & ſeq. Gilian. ad Stat. Peruſ. ver-
bo colonus n.6. Conciol. ad Stat. Eugub. lib.6. Rubr.
39. n. 9.

Diſtinctio tamen in hoc communiter recepta
eſt , quod ſi colonus per ſcripturam ſe obligaue-
rit bene colere , vel arbitrio boni viri iuxta mo-
83 rem regionis , tenetur ipſe probare , ſe coluiſſe
Alex. conſ.129. n.2. lib.2., & plenè conſ.79. lib.4.
Altograd. conſ.21. n.14. lib.1. Carpan. , & Gilian.
vbi proximè , Rendell. de vinea , vindem. , & vin.
Rubr. de vinear. cultur. par.1. cap.2. verſ. hinc eſt ,
fol.11. col.1. Ludouic. deciſ.Peruſ.22. n.25. Magon.
deciſ. Florent. 101. , vbi latè ; ſi tamen deficiat
84 talis obligatio expreſſa coloni , tunc dominus
tenetur probare negatiuam non factæ culturæ
Alex. dict. conſ.79. nu. 2. lib.4. Magon. dict. deciſ.
100. n.5. , & n. final.

Quando autem colonus promiſit colere arbi-
trio boni viri , talis promiſſio intelligitur iuxta
85 formam ſtatutorum , ac conſuetudinis loci Alex.
dict. conſ.79. in fine lib.4. Beniuten. deciſ.Bonon. 16.
n.3. , qui n.6. , & 7. addit , quod ſi colonus fece-
rit talem promiſſionem ſub pœna damnorum , &
intereſſe , & etiam ſub alia certa pœna , eſt in ar-
bitrio domini , ac locatoris petere , quod vult ,
cum pœna ſuccedat loco intereſſe .

An autem colonus fecerit bonam, vel malam
culturam , probatur ex relatione peritorum in
arte campeſtri , itaut ſi ex mala cultura reſultet
damnum , & decrementum non ſolum in fructi-
bus illius anni , ſed annorum ſubſequentium ,
tunc Iudex procedet ad condemnationem in
87 damnis , & intereſſe per tales peritos taxatis , &
liquidatis Carpan. ad Stat. Mediol. cap.381. n. 12.
& 13. Beninten. deciſ. 16. , & facit Altograd. conſ.
21. n.15. lib.1. vbi quod cultura bona , vel mala
88 probatur etiam per ocularem inſpectionem ,
Mandell. Alb. conſ. conſ. 537. n. 10. , & ſeq. , vbi
89 quod deſertio vineæ , & mala illius cultura pro-
batur per relationes peritorum .

Et pro damno illato per colonum ob malam
90 culturam datur domino iuramentum in litem ,
quando ille promiſit bene colere Carpan. alleg.
cap.381. n.11. cap.382. n.25. , & cap.402. n.24.

Colonus autem dicitur male coluiſſe , & dam-
num intuliſſe domino, ſi in vltimo anno coloniæ
plura capita vitibus reliquit , nam anno ſequen-
ti ; vel deſiccabuntur , vel oportebit taliter vi-
91 neam potare, quod nullos fructus ex ea dominus
percipiet Iaſ. in l. ſi quis §. res pignori n. 2. verſic.
& dicit ff. ſi cert. petat. Rendell. de vinea, & vindem.
in Rubr. cultura , & cura cap.2. §. præmiſſorum fol.
12. in fine , Ludouic. deciſ. Peruſ. 62. n. 1. verſ. po-
nit exemplum , Surd. deciſ.131. n.6. verſ. & ſubdit,
Medic. deciſ. Senen.46. n. 10. verſ. ex eo etiam , &
n.11. Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ.112. num.6.
Pacion. de locat. , & conduct. cap.29. n.83.

Similiter colonus tenetur ad damna erga do-
minum , ſi in vltimo anno ſeminauit totum
agrum, quando portionem tantum quolibet anno
ſerere debebat , ex quo dominus anno ſequenti
92 non poterit in illa portione prius ſata , rurſus
ſerere , Caſtr. in l. hac diſtinctio 38. §. cum fundum
n.4. verſ. item quod partem ff. locat. Cyriac. contr.
229. n.1. , & ſeq. Ludouic. deciſ. Peruſ.62. num.2.
Surd. deciſ.131. n.6. Franch. deciſ.96. n.1. , & in-
fra , Pacion. alleg. cap.29. n.84.

Nec colonus poteſt in vltimo anno coloniæ
reſtipulare , & vt Romæ dicitur rincoltare , nempe
iterum ſerere in prædijs ſuperiori anno ſatis ,
dum ex tali reſtipulatione terra exſtuctatur , &
93 depauperatur , vnde pauciores reddit fructus in
anno ſequenti Cyriac. contr. 229. n. 10. Surd. dict.
deciſ.131. n.6. Ludouic. dict. deciſ.62. n.7. , & ſeq.
Mart. plenè vot. Piſan. 149. n.2. , & infra Medic.
deciſ. Senen.46. n.10. Pacion. alleg. cap.29. n. 85. ,
94 qui n. 86. limitat ſtante conſuetudine in contra-
rium , probanda per colonum ; quæ conſuetudo
reſtipulandi viget in agro Romano quoad ali-
quam portionem Tenutarum in locationem re-
tentarum .

Et colonus nedum tenetur ad damna ob dete-
riorationem vineæ , ſed ſi dominus ex illa perci-
pit fructus in quota , poteſt etiam expelli duran-
te colonia , cum in vineis damnum illatum ob
95 malam culturam præſeferat illarum deteriora-
tionem etiam in futurum Bald. in Auth. qui rem

nu.2. verſ. ſecus in vinea C. de Sacroſ. Eccleſ. Nou.
conſ.58. n.17., & 20. Ralan. conſ.49. nu.21. verſ.
ſubdit tamen lib. 2. Rendell. de vinea, vindem., &
vin.cap.2. de vinear. cultur. §.hinc eſt in fine fol.11.
col.1. Ludouic. deciſ. Peruſ.22. n.23. Medic. deciſ.
Senen. 46. n.11. verſ. & quod damnum, & de ma-
teria videatur Natt. conſ.481. per tot., & ita pro
Sacro Palatio Apoſtolico contra colonos perpe-
tuos eius vinearum exiſtentium in agro Tuſcula-
no, & ex quibus Palatium percipit quartam par-
tem fructuum, & octauam reſpectiuè ex aliqui-
bus, me tanquam eiuſdem Palatij Pontificij cau-
ſarum Patrono fuit obtentum coram Theſaurario
Generali de anno 1696. dum fuit colonis præfi-
xus terminus ad deouò excaſſandum, & benè co-
lendum vineas, quo elapſo fuit conceſſum Pala-
tio mandatum de expellendo eoſdem colonos.

Nec colonus poteſt incidere arbores fructiferas
96 ſub pœna damnorum, & intereſſe l. ſi colonus ff. de
arbor. furt. caeſ. l. ſi merces 18. §. culpæ ff. locat. Ruin.
conſ. 58. n.3. lib.1., vbi de inciſione arboris nucis
habentis vitem, plenè Mandell. Alb. conſ. 537. &
conſ.704. Carpan. ad Stat. Medial. cap.393. per tot.
tom. 2., Conciol. ad Stat. Engub. lib. 6. Rubr. 40.
num.10.

Et arborum fructiferarum appellatione ve-
97 niunt etiam vites, l. vitem ff. de arbor. furt. caeſ.
Alben. dict. conſ.537. n.7. Amat. deciſ. March. 96.
98 num.4.; itant ob talem inciſionem poſſit colo-
nus etiam expelli à colonia Bald. conſ.290. n. 2.
lib.2. Ruin. dict. conſ.58. n.4. lib.1.

99 Generaliter quæ ſint arbores fructiferæ, quæ
non poſſunt incidi, vide Conciol. dict. Rubr. 40.
n.10., plenè Cabed. deciſ. Luſitan. 126. p.1.

Eſt quoque onus coloni reſtituere fundum in
vltimo anno coloniæ eo modo, quo illum habuit
in primo anno, itaut ſi illum habuit ſatum, talem
illum relinquere debeat, ſi ligonizatum, vel ara-
tum tantum, ſic illum tenetur reſtituere, itaue
100 domino nullum damnum inferatur, Ruin. conſ.
88. num. 2. & ſeq. lib. 1. Neguſant. reſponſ. 290.
n.11. & 12., Carpan. cap.391. n.2. par. 2., Cyriac.
contr. 229. n.1. & ſeq. Mart. Vot. Piſan. 149. n.2.
Ludouic. deciſ. 62. n.5. & 6. Vin. deciſ. 96. n.1. verſ.
& ſimiliter.

Tenetur quoque colonus in vltimo anno co-
loniæ reſtituere expurgata foſſata exiſtentia in
fundo, cum hoc ſpectet ad fundi culturam
Ruin. præciſè conſ.88. n. 3. lib.1. Cyriac. contr. 229.
num.42.

Intellige hoc procedere ſi talia illa recepit à
102 principio coloniæ; vel adſit conſuetudo illa
relinquendi expurgata Cyriac. contr. 229. n.43. &
44.; ſi verò expurgatio illorum reſpiciat non ſim-
plicem culturam agri, & tempus coloniæ, ſed
ipſam proprietatem, & longum tempus etiam
poſt finitam coloniam, tunc colonus non tene-
tur ad expurgationem ex firmatis ſupra hic
num.78.

Vnum ſingulariter aduerte, quod onus traden-
di torcular, ac alia inſtrumenta neceſſaria pro
exprimendo muſto, non eſt coloni, ſed domini
Sacin. Sen. conſ.15. n. 20. verſ. vnde poteſt lib. 1.,
Carpan. cap. 385. n.3. tom.2.

An autem contractus coloniæ ſit locatio, &
conductio, vel potius ſocietas inter dominum,
104 & colonum, dic quod eſt ſocietas impropria
Odd. plenè conſ.34. n.13. ad 18., Carpan. cap.387.
n.2. & 4. tom.2. Poſt. reſol. 70. n. 1. Rot. deciſ. 17.
n.6. 8. & 10. coram Mantic., & deciſ.199. n.14. p.1.
recen.; cum potius ſapiat naturam locationis, &
105 conductionis, Odd., Carpan. & Poſt locis mox
allegat. qui Odd. doctè hoc probat Rot. dict. deciſ.
199. n.14. p.1. recen, hinc alias iudicaui, quod
defuncto colono durante tempore coloniæ, hæc
tranſiuerat ad coloni hæredes, & tenor voti eſt,
vt ſequitur.

Colonia vineæ conceſſa per Dominicum Ioan-
ni vinearum cultori, hoc defuncto durante trieo-
nio coloniæ, tranſiuit in Ioannis filios, & hære-
des, ex quo licet colonia ſit quædam ſocietas ini-
106 ta inter dominum, & colonum, vt tenent
Vbald. de duob. fratr. par.11. n.33., Conciol. ad Stat.
Engub. lib 6. Rubr.39.4. Romaguer. in addit. ad ip-
ſum n.1. & 2., Sperell. deciſ. 41. n. 75. & ſeq. &
deciſ.43. n.13., & ſocietas per mortem vnius ex
107 ſocijs extinguatur, & non tranſeat ad hæredes,
etiam non obſtante pacto in contrarium l. nemo
poteſt 35., l. adeo morte 60., & l. verum 64. §. in hæ-
redem ff. pro Soc. Valaſc. conſult.67. n.2. cum duob.
ſeq. Rot. deciſ.4. n.1. & 2. par. 15. recen., eo quia in
ſocietate cenſetur electa induſtria perſonæ, quæ
non tranſit ad hæredes, ex quo ignoratur, qua-
108 lis ſit futurus hæres, & an idoneus pro ſocieta-
te, Valaſc. dict. conſult.63. n.4. Oſaſcb. deciſ.76. n.7.
& ſeq.; & hoc procedit licet in Inſtrumento colo-
niæ adſit iuramentum, ac ſimul ſtipulatio pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus, nam adhuc ſocietas
109 non tranſit ad hæredes Rot. deciſ.4. fere per tot.
par.14. recen.; & in puncto Coloniæ quod illa tam-
110 quam contractus ſocietatis non tranſeat in hæ-
redes Burſatt. conſ.330. n.57. lib.6. Fragoſ. de Regim.
Reipub. p.3. lib.3. diſput.11. § 1. num.4.

Et licet iura cum authoritatibus ſupra allega-
tis in §. colonia loquantur in ſocietate, nihilomi-
nus cum colonia ſit quædam ſocietas æquè in il-
111 la procedunt, quod non tranſeat ad hæredes vt
vltra allegatos ſupra in §. colonia verſ. & in pun-
cto firmant Riminal. Sen. conſ. 100. num. 17. &
ſeq. Aucbar. q. familiar. 24. per tot. & ſignanter
n.9. lib.1., Conciol. allegat. Rubr.39. n.4., & ibi Ro-
maguer. n.3., Trombett. de ſociet. cap.6. n. 25., qui
112 ad propoſitum aduertit, quod in ſocietate eſt
electa induſtria perſonæ, quæ non tranſit ad hære-
des, nec enim ſciri poteſt, quod hi ſint induſtrij,
& apti ad colendam vineam, prout erat eorum
Pater.

His tamen non obſtantibus pro pauperibus
pupillis Ioannis coloni, pro quibus ſolum mater
113 comparuit, ego ſupplendo de iure iuxta tex. in
l. vnica, C. vt quæ deſunt Aduocat., dixi, coloniam
in illos tranſijſſe, vti hæredes Ioannis eorum Pa-
tris.

Et motus fui, ex quo colonus non eſt propriè
ſocius cum domino vineæ, ſed impropriè inter
114 inter illos intercedit ſocietas per tex. clarum in
l. ſi merces §. ius maior ff. locat. ibi -- quaſi iure ſo-
cietatis, -- ponderando illam dictionem quaſi, quæ
eſt nota improprietatis, vt in his terminis notat
Odd. conſ. 34. n.13., & ſeq.; vnde potius inter do-
minum, & colonum intercedit contractus loca-
tionis, & conductionis ſub improprio contractu
ſocietatis velatus, & incluſus, vt præclarè proſe-
quitur Odd. conſ.34. n.16. & ſeq., & hoc benè fuit
ani-

animaduerſum per doctiſſimos ſtatuentes in Stat.
Vrb. 123. lib. 1. dnm in Rubrica eiuſdem ſtaruti,
ac in corpore, loquendo de colono partiario vineę
reſpectu domini, hunc appellat locatorem, qui con-
116 tractus locationis tranſit ad hæredes per tex. li-
tteralem in l. certi iuris, C. locat. vbi Bald. n. 8. verſ.
non obſtat ratio. id norat in puncto Coloni, Vbald.
de duob. fratr. p. 11. n. 60. verſ. nam in contrarium
Carocc. de locat. & conduct. par. 4. de remiſs. merced.
quæſt. 4. n. 4. (vbi dicit, quod ita ſeruatur de
117 conſuetudine, quia coloni ſunt tantum ſocij re-
ſpectu fructuum, nō contractus, Mantic. de tacit. &
ambig. lib. 6. tit. 24. n. 30. Gratian. c. 276. n. 60. & 61.
Poſt. reſol. 70. n. 2. & 3., Pacion. de locat. & conduct.
cap. 5. num. 18. & ſeq. Rot. decis. 17. n. 6. cum trib.
ſeq. coram Mantic., & decis. 199. num. 14. par.
1. recen.

Non obſtant allegata in contrarium, quia
colonia eſt ſolum ſocietas impropria quoad fru-
ctus, ſed magis propriè eſt contractus locationis,
118 qui tranſit ad hæredes ex l. certi iuris C. locat.,
& probatur ex tot grauiſſimis authoritatibus ſu-
pra adductis, cum dominus non communicet
fundum, & vineam colono, & poteſt huius hæ-
res æque benè colere fundum, ac poterat colonus,
ſi non per ſe, ſaltem per alios laboratores, ac ope-
rarios mercede conductos, & ob hoc nullum
præiudicium infertur domino, nec in contractu
locationis intrant termini ſocij incogniti, dum
verè, ac propriè non agitur de ſocietate, ſed de
contractu locationis, & conductionis tranſito-
rio ad hæredes.

Dominus vineæ, viſis motiuis, de quibus in
voto, abſtinuit ab vlteriori lite ſuper expulſione
hæredum coloni mota, at eius procurator con-
queſtus fuit, quod ipſe Secundus Collateralis, &
Iudex cauſæ feciſſem partes Aduocati pro pupil-
lis hæredibus coloni, ar ego reſpondidi, ſic mi-
119 hi iudicare debenti fuiſſe iniunctum in l. vnica,
C. vt quæ deſunt Aduocat. part. Iudex ſuppl., & fir-
mant Matienz. de Aduoc. & Iudic. muner. Dialog. 3.
cap. 53. Xammar. de offic. Iudic. p. 1. quæſt. 9. nu. 8. &
ſeq. & n. 138. & infra, Rot. in Romana, ſeù Viterbien.
legati 2. Decembris 1680. circa finem coram Alberga-
120 to, vbi ex hoc infert, quod multoties Rota, ſup-
plendo de iure fauore non informantis, reſpon-
det contra informantem.

Dum colonia ex firmatis eſt magis propriè
contractus locationis, & conductionis, hinc fa-
cta per dominum diſdicta colono, debet hic fini-
121 ta colonia recedere, ſicut recedere debet condu-
ctor Poſt. reſol. 70.

Nunc videndum ac ſucceſſor ſingularis tenea-
122 tur ſtare colono, ſuper quo vide plenè Corn.
conſ. 77. lib. 3. Surd. conſ. 331. lib. 3. Gabr. conſ. 68.
lib. 1., Marcſcott. var. reſol. par. 1. cap. 14. à n. 31.,
de Mariu. quotid. reſol. lib. 1. cap. 606., Neguſant.
reſponſ. 410., Cyriac. contr. 62. Theſaur. quæſt. forenſ.
12. lib. 2. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 379. à nu. 352.
tom. 2. Fragoſ. de Regimin. Reipub. par. 3. lib. 6. diſ-
put. 11. §. 1. n. 18. & ſeq. Merlin. de pignor. lib. 4.
quæſt. 171. & 172. Pacion. de locat. & conduct. c. 61.,
Surd. decis. 40. 52. 265. Hodiern. ad Surd. decis. 225.
Oſasb. decis. 82., Thomat. decis. 270. Rot. decis.
decis. 68., & ibi Add. coram Gregor., decis. 18.,
& 46. coram Penia, decis. 612. coram Caualer.
decis. 424. coram Pamphil. decis. 452. coram

Bich., & decis. 400. par. 4. diuerſ.

Super quo eſt conſtituenda regula, quod em-
123 ptor, vel alius ſucceſſor ſingularis non tene-
tur ſtare coloniæ, ſeù locationi l. qui fundum 35.
ff. locat., & l. emptorem, C. eod. & firmat plenè Pa-
cion. de locat. & conduct. cap. 61. n. 38. cum plurib.
ſeq., & plures ex Doctoribus mox relatis n. 122.,
apud quos ſunt videndæ limitationes; verum
vna limitatio præcipua, ac ſingularis non eſt præ-
124 termittenda, quæ eſt, quando conductor, ac co-
lonus habet hypothecam præcipuè cum iuramen-
to pro obſeruantia contractus locationis, & co-
loniæ, & è contra ſtante tali hypotheca pro ob-
ſeruantia contractus nec poteſt conductor, ac co-
lonus recedere à contractu locationis, & colo-
niæ, ſi dominus tranſtulit iura ſua in ſingularem
ſucceſſorem, & ſic aliàs iudicaui iuxta breuè vo-
tum tunc factum ſequentis tenoris.

Angela locauerat vineam Conſtantio ad trien-
nium, quo durante cum obligatione camerali,
& hypotheca bonorum illum promiſerat in loca-
tione vineæ non moleſtare, & cum vix elapſo
primo anno locationis Angela vendidiſſet vineam
Bombardo, cum hoc Conſtantius recuſabat conti-
nuare contractum locationis, ex quo Bombardus
125 eſſet ſingularis ſucceſſor per tex. in l. ſi emptorem,
C. locat. & conduct., cuius diſpoſitio ratione corre-
latiuorum dicebatur, procedere etiam in condu-
ctore, qui non tenetur continuare in locatione,
ſicut non tenetur emptor vel alter ſingularis ſuc-
ceſſor locatoris ſtare locationi per hunc ſactæ,
126 vt poſt alios firmat Pacion. de locat., & conduct.
cap. 61. n. 296.

Verum teneri Conſtantium conductorem ad
continuandam locationem cum Bombardo ſin-
gulari ſucceſſore iudicaui; ex quo ſtante iuramen-
to, ac hypotheca bonorum, cum quibus Angela
127 locatrix ſe obligauit manutenere Conſtantium
conductorem, locatione durante, non habet lo-
cum regula, quod ſucceſſor ſingularis locatoris
non teneatur ſtare locatori Theſaur. quæſt. forenſ.
13. num. 2. & ſeq. lib. 2. Pacian. de Locat., & con-
duct. cap. 61. n. 98. Rot. decis. 400. num. 2. & ſeq.
par. 4. diuerſ. & decis. 88. n. 2. & ibi Add. n. 10.
coram Gregor.; ita etiam ratione correlatiuorum
128 nec conductor tali caſu poteſt, locatione du-
rante, ab ea recedere, vt in puncto firmant Gabr.
conſ. 68. num. 4. lib. 1. Marcſcott. var. reſol. lib. 1.
cap. 18. num. 15. & 16., Merlin. de pignor. lib. 4.
quæſt. 172. num. 4. cum duob. ſeq. Pacion. dict. cap.
61. num. 296. verſ. ratio huius conclusionis, plenè
Surd. decis. 52. ferè per tot. & ſignanter n. 5.; dum
enim locator, & conductor ſint correlatiui non
129 debent ad imparia iudicari, vt appoſitè per-
pendit Fontauell. decis. 137. n. 19.

Et amplius contra Conſtantium conductorem
vrgebat, quod Angela locatrix in Inſtrumēto ven-
ditionis facta Bōbardo huius fauore ceſſerat om-
nia iura, omneſque actiones reales, ac perſonales,
quæ ſibi cōpetebant ſuper vinea vendita, ipſumq;
Bombardum emptorem conſtituit Procuratorem
in rem propriam; ex quibus cum in emptorem
eſſent translata omnia iura locationis, tanquam
in ceſſionariam, ob hoc conductor cogendus
erat ad perſeuerandum in contractu locationis,
& conductionis iiſdem modo, forma, & tempore,
ac cogi potuiſſet per locatricem, ſi non vendi-

Digitized by Google

130 diſſet vincam locatam, Bartol. in l. qui ſundum
n.3. ff.locat., Surd.conſ. 103. n.12. & 15. verſ. con-
cludo igitur, Carpan.ad Stat.Mediol. cap.399.n.68.
tom.2.Cancer. var. reſol.par.1.cap.14.n. 24. preclare,
Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. quæſt. 10. n. 27. cum
duob.ſeq. vbi ad hoc ponderat verba l.3. §.quod ſi
pretium ff. mandat.

131 Non obſtat Pacion. alleg. cap. 61. num.296.,
qui pro conductore ſolus allegabatur, quia ex
132 eodem Pacion.dict. n.296.verſ.ratio huius conclu-
ſionis habetur reſponſio, quod ſcilicet firmata
per ipſum fauore conductoris nō procedant, quo-
ties ipſe emptor, ac ſingularis ſucceſſor tenetur
ſtare locationi, nam tunc etiam conductor tene-
tur illi ſtare ex ſupra firmatis -- Hactenus Votum,
& conductor acquieuit meo iudicato.

An autem ſucceſſor in beneficio Eccleſiaſtico
133 teneatur ſtare locationi per ſuum anteceſſorem
factæ, vide Socin. Sen.conſ.32.per tot.lib.1., Menoch.
conſ.181., Mandell. Alb. conſ. 108. (vbi loquitur
134 de colono appoſito per intruſum in beneficio)
Grat an. cap.606., Maceraten. var. reſol. lib.1.reſol.
45. de Marin. quotid. reſol. cap. 259. à n.10. lib.1.
Rot deciſ. 210. poſt Pacific. de Saluian., & decif.452.
coram Bieb.

Licet regula ſit negatiua, quod non teneatur
illi ſtare, nihilominus apud dictos Doctores ha-
bentur plures limitationes, inter quas eſt illa,
quod colonus non poſſit expelli, quando annus
eſt inchoatus, & fuere factæ pro maiori parte
expenſæ neceſſariæ pro cultura terrarum, dum
135 illæ fuere ſatæ, vel collectio fructuum eſt de pro-
ximo facienda Maceraten. dict.reſol. 45. n. 2. cum
duob.ſeq.de Marin.dict. cap. 259.n.3. Rot.decif.452.
à n.14. coram.Bieb.

Quæritur de vno ſingulari, ſuper quo fui alias
conſultus, ſi ſint plures fratres, vel ſocij poſſiden-
tes prò indiuiſo agrum, vel vineam, & alij ve-
lint locare, ac dare in coloniam vni, & anti-
quum colonum dimittere, alij vero recuſent, &
prætendant, quod continuet antiquus colonus,
139 quomodo hoc caſu procedendum ſit, & qui præ-
ferantur videndi ſunt de materia Surd. conſ.43.
lib. 1. Poſt. reſol. 70., Monach. deciſ. Bonon.45.; &
ego reſpondidi, quod ſi agebatur de locatio-
ne iam facta ab vno ex fratribus, vel ſocijs de re
ſolita locari, & in coloniam concedi, tenebatur
alter frater, vel ſocius ſtare locationi, nec poterat
137 ab illa reſilire Bartol.in l.etiam hæc diſtinctio 38.§.
cum fundum n.2. ff. locat. Socin. Sen.conſ.50. n.1. &
2. lib.4., Surd. conſ. 43. n.8. & ſeq. Monach. deciſ.
Bonon.45. n.8. Rot.deciſ. 543.n. 2., & deciſ. 692.
n.4. & 6.par. 1. recen.deciſ. 204.n.3. coram Cardin.
Cerr., & plenè in Romana locationis 11. Decembris.
1665. §. reſponſum fuit, & ſeq. coram Bourlemont.
Archiepiſcopo Burdegalenſe, & latè Pacion. de
locat., & conduct.cap.9.n.1. & ſeq.; quod dixi care-
re dubio, quoties locatio facta per ſocium foret
139 vtilis, & alijs ſocijs non damnoſa Surd.dict.conſ.
43. à n.10. & per tot. Monach. deciſ.Bonon.45.n.7.,
& deciſ. 46. n.8.

Si verò ager, vel vinea poſſideantur quidem
in communi, & pro indiuiſo per plures fratres,
vel ſocios, ſed illi qui diſcordant in facienda no-
ua locatione, vel in continuanda antiqua habeant
139 maiorem partem in agro, vel vinea, tunc ſunt
præſferendi illi, qui habent maiorem partem ad
tex. in l.duo ex fratribus ff. de re iudic. l.quæ autem
cautiones ff. fam. erciſ. l. ſancimus §. ne autem, &
ibi gloſ. C. de donat. & l. final. C. qui bon.ceder.poſſ.,
ex quibus iuribus dilucidè habetur, ſemper præ-
ferri illos, qui in re habent maiorem partem, &
140 in præciſis terminis faciendæ locationis, Ca-
roce.de locat. & conduct. par. 3. §. de re aliena fol.
mihi 142., Franc. Marc deciſ. 52. nu. 1. par.1. Pa-
cion.de locat., & conduct.cap.9.n.26.; & quando agi-
tur de pluribus ſocijs, ſi alij velint continuare
in locatione, & alij recuſent, ac prohibeant, po-
141 tior eſt conditio prohibentis continuationem
Poſt. reſol. 72. n. 11. & ſeq.; in dicta vero cauſa,
in qua fui conſultus, quæ erat extra Curiam, &
facti circumſtantiæ non erant dilucidè explicatæ,
quia reſponſum fuit à me exquiſitum pro verita-
te, addidi, quod etiamſi alter ex ſocijs haberet
maiorem partem, vel plures ſocij vellent loca-
re, ac locationem durantem reuocare, ſed per
Iudicem locatio, vel illius continuatio appareret
valde damnoſa ſocio habenti minorem partem,
tunc huius contradictio tanquam iuſta, eſſet per
Iudicem attendenda.

Finaliter hic eſt adnotandum, quod colonus
durante colonia debet in illa manuteneri, &
ſi eijciatur à tertio, vel ab ipſo domino, compe-
tit eidem remedium reſtitutorium, vel actione
ſpolij, vel actione in factum, vel ſaltem officio
142 Iudicis, ad ius coloniæ ea durante, ſuper quo
vide auctor Natt.conſ. 161.n.12.& ſeq., Aretin.conſ.
70.n. 25.Decian.reſponſ.67.n.15. lib.4. Cyriac. con-
trou. 389.n. 38. & ſeq., de Marin. quotid. reſol.lib.
1.cap.259.n. 27.Menoch.de retinen.remed.3.n.47.&
ſeq. Poſt.de manut.obſer. 52. n.17.& 18. Giurb. de-
ciſ. 12. n. 4. Gizzarell.deciſ. 83. n. 4. Gratian. deciſ.
132. n.14. & 15. Thomat. deciſ. 30. n.14. & ſeq.,
plenè Fontanell.deciſ.136. & 137.Rot.deciſ.77.n.3.
coram Cardin.Seraph.

Licet enim colonus propriè non poſſideat pro
ſe, ſed pro domino Rot. deciſ. 26. n. 8. & ſeq. co-
ram Celſ., attamen durante colonia pro anno
143 cœpto, & fructibus pendentibus illi competit
manutentio Poſt.de manut.obſeru. 52. n.17. & 18.
idem reſol.70.n.17., Giurb. deciſ. 12.n.4. verſ. quia
ſimplici, & n.10.& ſeq. Fontanell. deciſ. 137.nu.3.
& ſeq.

Quinimmo ſi colonus fuerit attentatè expul-
ſus pendente appellatione, ac inhibitione, tunc
non eſt agendum de poſseſſione, ſed omnino
144 debet reſtitui ad ſtatum, in quo erat antequam
attentatè eijceretur, Gratian.deciſ.91. à n. 1., &
deciſ. 132.n.14. & 15. & per tot. Fontanell. deciſ.
145 136. n. 19., vbi quod eiectus pendente lite per
viam reuocationis attentatorum debet reſtitui
ad ſuam detentationem, ac ſtatum, in quo repe-
riebatur, antequam eijceretur, eo modo, quo
reſtituitur poſſeſſor, qui ſua vera poſſeſſione at-
tentatè ſpoliatus, ac priuatus eſt.

Hæc pauca ſuper agris, & vineis, ac ſuper mo-
do culturæ illarum, elucubraui, & ex cartulis
volantibus in hanc formam redegi in Ciuitate
146 Tuſculana in menſe Octobris anni 1699. vbi
curis vrbanis ſepoſitis in aere ameno, & ſalubri
intellectus in tranquillitate exiſtens ſit aptior, &
calamus promptior; & reuera hæc vinearum,
& agrorum materia erat omni iure Tuſculi dige-
renda, quia colles ameni huius Ciuitatis vineis
abun-

abundant, & ideo bene inualuit dictetium, -- *Tuſculanæ deliciæ*.

De pignoribus, & hypothecis, ac priuilegijs creditorum in perſonali.
CAP.CXXVIII.

SI plures creditores hypothecarij ſint vnius debitoris, quilibet ex eis in bona eiuſdem inueſtiri poſsit, & in poſſeſſionem immitti; in adiudicatione tamen,& in datione in ſolutum ille præferatur, qui priora, & potiora iura reperitur habere. In bonis autem perſonaliter obligati ille præferatur, qui hnbet cauſam priullegiatam.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur DD. loquentes de concurſu creditorum, & diuiditur materia concurſus.*

PRÆLVDIVM.

BReuibus verbis Statutum hic diſponit ſuper prælatione plurium creditorum concurrentium ſuper bonis communis debitoris; at quia continet materiam quotidianam, & ob frequentes debitorum decoctiones, ſæpiſſimè de illa in foro diſceptari contingit, ideò ſuper ea (vltrà
1 plenè, ac doctè elucubrata per *Gait. in ſuo tract. de Credit. Coſt. de Priuileg. credit. Salgad labyrint. credit., Rodriguez. Amator. de concurſu credit., Merlin. de pignor., & Card. de Luc. de credit. diſcurſ.1. cum plurib. ſeq., Haberkon. in ſuo tract. de concurſ. credit.*) plura ad ornatum huius ſtatuti ſuper prælatione creditorum adnotanda eſſe exiſtimaui, tam ex diſpoſitione ſtatuti hic, ac diuerſarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, quàm Iuris Communis; & vt in materia ſatis prolixa, non tamen ſpernenda, quia vtili, & quotidiana, ſine confuſione procedatur, illa in quatuor articulos diuidetur. In primo diſcutietur ſuper prælatione debita creditoribus potioribus in materijs, ac creditis latè deſcriptis in Summario. In ſecundo articulo agetur de prælatione debita illis, qui crediderunt pecunias pro emenda, vel reficienda re, vel illis qui rem conſeruarunt, vel pretioſiorem reddiderunt. In tertio articulo agetur de creditoribus hypothecarijs expreſſam, vel tacitam hypotheeam habentibus. In quarto demum articulo agetur de creditoribus chitographarijs quibuſcumque deſtitutis hypotheca, & potioritate, & habentibus ſolam actionem perſonalem.

ARTICVLVS PRIMVS.

ARGVMENTVM.

In concurſu creditorum præferuntur primo loco illi, qui erogarunt expenſas pro facienda ſubhaſtatione, creditores in vim reſeruationis dominij, deponentes ſuper pecunia depoſita, & quando ſecùs; Emphyteuta, vel locator pro canone, vel affictibus ſuper fructibus rei conceſſæ in emphyteuſim, vel locatæ. An autem locator, vel dominus directus præferatur illis, qui crediderunt pecunias in cauſam culturæ diſcutitur. Piſtores, Aromatarij, Mercatores fundacales, miſerabiles perſonæ, Mercatores Riparum Vrbis, Dohanerij, Gabellarij gabellæ vini, ac fœni quando præferantur ex priuilegijs ipſis conceſsis. Fiſcus pro collectis quam prælationem habeat, & an hodie habeat priuilegia Primipilatus, & in quibus caſibus. Prælatio pro expenſis funerum plenè diſcutitur, & quando illa procedat etiam in expenſis vltimæ infirmitatis.

SVMMARIVM.

2 *Creditor pro expenſis factis in executione, & ſubhaſtatione bonorum communis debitoris præfertur.*
3 *Expenſæ factæ pro executione, ac deliberatione conſignantur abſque cautione, & de ratione num.4.*
5 *Creditor in vim reſeruationis dominij præfertur alijs ſuper re vendita, & eius pretio.*
6 *Pariter creditor in vim ſpecialis hypothecæ reſeruatæ, etiam aduersùs dotem anteriorem.*
7 *Reſeruatio dominij ſat eſt, quod facta ſit in eodem inſtrumento venditionis, etiam poſt clauſulam conſtituti.*
8 *Venditor, ceſſante reſeruatione dominij, concurrit tanquam creditor iuxtà anterioritatem temporis ſui crediti.*
9 *Venditor dicitur habuiſſe fidem de pretio ob dilationem datam emptori ad illud ſoluendum.*
10 *Venditor vendens nulla expreſsè habita fide de pretio non dicitur tranſtuliſſe dominium in emptorem ante ſolutionem pretij.*
11 *Venditor mercium ſine reſeruatione dominij cum ſpe ſtatim recipiendi pretium ab emptore, ſi hic ſtatim fugam arripuit, vel euaſit decoctus, præfertur in illis.*
12 *Emptor mercium dicitur dolum, ac fugam præmeditaſſe, ſi poſt paucos dies ab illo emptionis aufugit, vel decoxit, & num.13., & 14.*
15 *Venditor mobilium, ac animalium cum reſeruatione dominij, quando dubitat de illorum occultatione, poteſt obtinere aſſecurationem.*
16 *Venditor cum reſeruatione dominij poteſt proſequi rem ſuam contra quoſcumque.*
17 *Venditor animalium, ac mobilium cum reſeruatione dominij debet probare eorumdem identitatem.*
18 *Dominus, qui dedit maſſam argenti Aurifici pro illo elaborando præfertur ſuper argento creditoribus Aurificis.*
19 *Venditor cum reſeruatione dominij præfertur etiam doti.*
20 *Deponent pecuniam non numeratam, ſed obſignatam in ſacculo apud campſorem, præfertur ſuper illa creditoribus campſoris.*

21 Se-

21 Secùs in pecunia data per depoſitum irregulare cum numeratione.

22 Deponens pecuniam numeratam non præfertur creditoribus chirographarijs, quando deponens pactus fuit ſibi ſolui vſuras.

23 Deponens pecuniam numeratam ſine pacto lucrandi vſuras præfertur ſuper alijs bonis mercatoris, creditoribus ſimpliciter chirographarijs.

24 Creditor ex cauſa cambij præfertur creditoribus chirographarijs.

25 Locator pro affictibus præfertur ſuper fructibus rei locatæ iure dominij.

26 Locator poteſt prohibere conductori, ne fructus amoueat ante ſolutionem affictus.

27 Locator ſuper fructibus pendentibus præfertur etiam doti ſtante reſeruatione dominij, & num. 28., & 29.

29 Etiam ceſſante reſeruatione dominij ſuper fructibus, quando agitur de fructibus pendentibus, & num. 30.

31 Molegnan. altercat. legal. 28. n. 28., & Pacion. de locat. cap. 33. n. 60. tenentes pro prælatione dotis declarantur.

32 Gait. de Credit. cap. 4. quæſt. 11. n. 200., & ſeqq. dans prælationem doti in fructibus induſtrialibus declaratur.

33 Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei.

34 Fallit ſi agatur de pretio proueniente ex re deliberata.

35 Pretium pariter ſuccedit loco rei particularis, quando illa vendita fuit cum mandato Iudicis.

36 Prout ſi in decreto Iudicis dictum ſit, quod pretium rei deliberandæ ſuccedat loco rei.

37 Locator ſuper fructibus pendentibus præfertur doti, ſecùs quando ſunt à ſolo ſeparati.

38 Dominus directus pro canone ſuper re emphyteutica præfertur alijs creditoribus emphyteutæ.

39 Dominus directus pro canone an præferatur creditori ex cauſa ſeminis, vel pecuniæ datæ in cauſam culturæ vineæ, eſt opinio controuerſa, & n. 47., & 63.

40 Inhibitio afficit nedum inhibitum, ſed etiam ipſum inhibentem, de ratione n. 41.

42 Fructus cum fraude aſportati per conductorem à loco rei locatæ poſſunt à domino vindicari, & num. 43.

44 Attentata ex cauſa mali, vel boni iuris attentantis, vt ceſſent, debet malum, vel bonum ius eſſe clarum.

45 Attentantis ius ſi ſit turbidum reijcitur ad petitorium, & interim eſt locus purgationi attentatorum.

46 Attentata ſunt priuilegiatiſſima quoad illorum purgationem.

48 Creditor ex cauſa ſeminis, & culturæ non præfertur domino directo, vel locatori creditoribus ex cauſa canonis, vel affictuum ſuper fructibus rei locatæ, vel emphyteuticæ, & n. 49.

50 Emphyteuta, vel conductor non ſatisfacta domino de canone, vel affictibus nullum ius habent, ſuper fructibus.

51 Creditor ex cauſa ſeminis, vel culturæ præfertur ſuper fructibus domino directo, ac locatori iuxtà Doctores magni nominis, ac rationes validas, de quibus num. 52. 53. 54. 55. 57., ac 61.

53 Fructus non dicuntur niſi deductis expenſis.

56 Leg. qui ſcit 25., ff. de vſur. declaratur.

58 Creditor ex cauſa ſeminis, & culturæ ſecundùm plures non præfertur creditori pro canone, vel affictu.

59 Contrarium recipitur, & reijcitur Decian. reſp. 50. lib. 3.

60 Deciſ. 246. coram Vbald. Sen. declaratur, & num. 61.

62 Deciſ. 351. par. 11., & deciſ. 64. part. 14. recen. declarantur.

63 Creditor ex cauſa ſeminis, & expenſarum culturæ, an præferatur creditori ex cauſa canonis, vel affictus, eſt quæſtio dubia.

64 Dominus ſuper fructibus habet prælationem ſolùm pro affictibus illius anni, in quo illi ſunt collecti, non autem annorum ſequentium.

65 Reijcitur Cardin. de Luc. de Credit., & Debit. diſc. 17. n. 9. contrarium volens.

66 Locator, ac dominus habens reſeruationem dominij ſuper fructibus, eò magis ſuper illis præfertur.

67 Reſeruatio dominij licèt non expreſſa, quando agitur de bonis Communitatum, Pupillorum, vel Minorum, ſubintelligitur.

68 Piſtores in Vrbe pro pretio panis, & aliarum rerum ad artem piſtoriam ſpectantibus præferuntur quibuſcumque creditoribus.

69 Non præferuntur tamen creditoribus in vim reſeruationis dominij, & n. 70. de praxi, & n. 71. refertur iudicatum per Authorem.

72 Piſtor tamen pro pretio panis de iure, quando præferatur creditori in vim reſeruationis dominij.

73 Piſtor pro pretio panis dati pro ſeruitio domus, ac familiæ, non tamen in cauſam artis agrariæ, præfertur doti.

74 Contrarium eſt verius, & quod præferatur doti, etiam pro pane dato in cauſam artis agrariæ, & reijcitur Cardin. de Luc. de Dot. diſc. 81. n. 5., & diſc. 166. n. 76., & 77.

75 Princeps poteſt ſuper hypotheca diſponere ſuo arbitrio.

78 Piſtores pro pretio frumenti non præferuntur mercenarijs, qui illud ſecarunt, ac triturarunt, & n. 79., & 80.

81 Contrarium de rigore iuris attento Motu proprio Vrbani VIII. eſt forte verius.

82 Piſtores Diſtrictus Vrbis non habent priuilegium prælationis ex Motu proprio Vrbani.

83 Piſtores etiam extrà Vrbem de Iure Communi habent prælationem ſuper fructibus agri, vel vineæ pro pane dato in cauſam culturæ mercenarijs.

84 Aromatarij Vrbis pro medelis datis ad quaſuis infirmitates præferuntur poſt Piſtores alijs creditoribus pro ſumma ſcutorum quinquaginta.

85 Id procedit ex diſpoſitione Conſt. 97. Clem. VIII., cum de Iure Communi prælatio competat tantùm pro medelis datis pro vltima infirmitate.

86 Prælatio de Iure Communi Aromatarijs pro pretio medelarum datarum pro vltima infirmitate competit pro quacumque ſumma.

87 Mulieres in Vrbe viris decoctis, vel defunctis tenentur pro pretio medelarum, quæ pro ipſis mulieribus inſeruierunt vſque ad ſcuta 25.

88 Mulieres tenentur ſolùm factis priùs diligentijs iudicialibus contra maritorum defunctorum, vel decoctorum bona.

89 Dictio etiam comprehendit caſum magis dubitabilem,

Digitized by Google

lem, & eſt ampliatiua diſpoſitionis, & n.90.

91 Præſcriptio medicinalium in Vrbe inducitur per quinquennium.

92 Talis præſcriptio quinquennalis procedit, licet debitor durante quinquennio aliquid ſoluerit, vel continuauerit recipere medelas.

93 Debitor medelarum de Iure Communi extrà Vrbem, ſi continuauit recipere medelas ab eadem officina, non præſcribit.

94 Aromatarij etiam Vrbis euadunt præſcriptionem quinquennalem, ſi iudicialiter egerint intrà quinquennium, vel probent aliundè creditum medelarum, & n.95., & 96.

97 Præſcriptione quinquennali interrupta iudicialiter, incipit à die interpellationis alia præſcriptio ſexdecim annorum.

98 Aromatarij Vrbis debent probare eorum creditum cum libris mercantilibus.

99 Præſcriptio quinquennalis prædicta poteſt in concurſu creditorum opponi à concreditore, & num.100.

101 Aromatarij de Iure Communi debent detrahere de pretio medelarum ſaltem tertiam partem.

102 Medelarum pretium in Vrbe quomodo taxetur.

103 In Statu Eccleſiaſtico ſeruatur taxa generalis Protomedici.

104 Aromatarius ſi habeat taxam particularem, illa attendi debet.

105 Intellige ſi de tali taxa verè conſtet, ſecùs ſi Aromatarius aliquando ex vrbanitate aliquid defalcauerit.

106 Prælatio competens pro medelis non ſuffragatur pro pretio ſaccari, cinnamomi, & aliorum dulcium, & n.107.

108 Secùs ſi talia dulcia deferuerint pro condendis epulis infirmi.

109 Prælatio, & actio pro medelis modici valoris datis famulis, datur etiam contrà Dominum.

110 Prælatio in Vrbe Aromatarijs datur poſt Piſtores, ſed antè Mercatores fundacales.

111 Priuilegia Pontificia conceſſa Aromatarijs ſunt localia pro Alma Vrbe, & non procedunt extrà Vrbem etiam in Diſtrictu.

112 Pax Iordan. Lucubr. diuerſ. lib. 14. tit. 24. n. 333., & Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 25. n. 29. reijciuntur.

113 Mercatores fundacales in Vrbe pro pretio mercium vſque ad ſummam ſcutorum 50. præferuntur cæteris creditoribus poſt Piſtores, & Aromatarios.

114 Prælatio tamen aduersùs dotem non datur, non probata verſione mercium in vtilitatem etiam vxoris, ac filiorum copulatiuè, & num. 119. & 123.

115 Verſio in ſolam vtilitatem mariti non ſufficit contrà dotem.

116 Dictio Et ſtat copulatiuè.

117 Dictio Ac eſt copulatiua.

118 Dictio Et eſt ampliatiua.

120 Vxor, vel filij quando teneantur pro debito facto per maritum, vel Patrem in cauſam alimentorum.

121 Tenentur in ſubſidium ſi alimenta, veſtimenta, ac alia probentur verſa in vtilitatem vxoris, ac filiorum, & probetur inopia mariti, ac Patris de tempore contracti debiti & n.125.

122 Contrarium tenent plures relati hic.

123 Dictio Dummodò eſt modificatiua, & reſtrictiua, & n.124.

126 Libri Mercatorum non probant ordinem datum, vel fideiuſſionem factam ab altero, & num.129. & 130.

128 Surd. conſ. 543. n.8. lib.4., Gratian. cap. 171. n.8., Gargiar. deciſ. for. Mercator. Bonon. 1. num. 1. & 7. contrarium tenentes, reprobantur.

131 Priuilegium, quod credatur libris Mercatorum non procedit, vt probent fideiuſſionem, vel mandatum alterius.

132 Mercatores Vrbis pro veſtiarijs datis Cardinalibus, & Romanæ Curiæ Prælatis habent prælationem.

133 Non tamen illam habent aduersùs creditores pro cibarijs datis Cardinalibus, ac Prælatis, eorumque familia.

134 Prælatio mercatorum ſuffragatur pro veſtiarijs datis ipſis Prælatis, non autem eorum familiæ, & n.136.

135 Deciſ. 715. coram Buratt. defenditur, & n.136.

137 Prælatio pro veſtiarijs datis Prælatis procedit etiam contrà Abbates inſignes viuentes more Prælatorum.

138 Prælatio pro veſtiarijs contrà Prælatos non procedit contrà Aromatarios pro pretio medelarum.

139 Nec contrà Piſtores.

140 Miſerabiles perſonæ Romæ in concurſu præferuntur pro ſcutis 50.

141 Si plures ſint miſerabiles perſonæ, omnes pro tali ſumma ſcutorum 50. præferuntur.

142 Miſerabilis perſona præfertur pro dicta ſumma, etiamſi creditum ſit maius.

143 Prælatio miſerabilibus perſonis datur aduerſus anteriores, non autem potiores.

144 Miſerabilitas probari debet, adhoc vt competat talis prælatio.

145 Miſerabiles perſonæ, quando præferuntur, non præſtant cautionem de reſtituendo.

146 Miſerabiles perſonæ, quæ ſint & n.147.

148 Miſerabilis perſona, quæ ſit ad effectum prælationis plurimum defertur arbitro Iudicis.

149 Prælatio miſerabilibus perſonis in Vrbe non ſolùm ab A.C., ſed ab omnibus Iudicibus conceditur, & n.150.

151 Creditor ex cauſa funerum præfertur quibuſcumque creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.

152 Expenſæ funerum minuunt hæreditatem defuncti.

153 Præferuntur etiam Piſtoribus, Aromatarijs, ac Mercatoribus, & quid in Vrbe.

154 Prælatio pro expenſis funerum procedit etiam aduersùs dotem, & alia credita quæcumque.

155 Etiam aduerſus fiſcum.

156 Prælatio pro expenſis funerum non procedit ex tacita hypotheca, ſed ex actione perſonali funeraria priuilegiata.

157 Contrarium eſt verius, & reijcitur A Coſt. de priuil. Credit. Regul. 2. ampliat. 1. num. 2. & ſeq.

158 Impenſa funeris non præfertur mutuanti in conſeruationem, vel refectionem rei, & n.159., reſpondetur contrarijs n.161.

160 Regula ſi vinco vincentem te &c. quando non procedat.

162 Im-

162 *Impenſarum funebrium appellatione veniunt illæ, quæ ſepelliendi cadaueris cauſa erogata ſunt, & n. 164.*

163 *Expenſarum funebrium nomine non veniunt veſtes lugubres, quæ fiunt poſt tumulatum cadauer, & n.165. & 170.*

166 *Recenſentur Doctores dantes prælationem pro veſtibus lugubribus.*

167 *Contraria opinio tutatur pro veriori, ceſſante contraria conſuetudine probanda, & nu. 168., & 169.*

171 *Expenſæ funerum adhoc vt gaudeant prælatione, quomodo, & in qua quantitate, fieri debeant, & in exceſſu non gaudent.*

172 *Prælatio pro impenſis funerum procedit, ſiuè illæ factæ ſint ab hærede defuncti, ſiuè à tertio extraneo.*

173 *Priuilegium prælationis debitum cauſæ funerariæ, competit etiam pro expenſis vltimæ infirmitatis.*

174 *Intellige ſi tales expenſæ factæ ſint iuxtà qualitatem perſonæ infirmi, & abſque exceſſu.*

175 *Creditor pro alimentis datis ægroto in infirmitate, ex qua conualuit, non habet prælationem, & num.176.*

177 *Hæres pro expenſis factis in adeunda hæreditate, conficiendo Inuentario, & reluenda copia teſtamenti præfertur.*

178 *Hæres ſi hæreditatem per calumniam litigando expenſis grauauit, illas ab hæreditate non repetit, ſed ad illas tenetur de proprio, & nu. 179. & 180.*

181 *Fiſcus in concurſu pro ſimplici credito non habet aliquam prælationem.*

182 *Præfertur tamen in bonis quæſitis per debitorem poſt contractum debitum cum fiſco.*

183 *Prælatio fiſci in bonis poſteà quæſitis, procedit etiam in credito, quod acquiſiuit ſuccedendo priuato, à die ſucceſſionis.*

184 *Fiſcus in poſtea quæſitis non habet prælationem aduersùs pupillum.*

185 *Nec contrà dotem, quæ in poſteà quæſitis præfertur fiſco, & n.186.*

187 *Cauſa dotis eſt magis priuilegiata, quàm illa fiſci.*

188 *Annona Vrbis non gaudet priuilegijs fiſci, circà prælationem.*

189 *Fiſcus pro debito primipilari præfertur doti.*

190 *Contrarium firmatur tanquam verius, & n.193.*

191 *Primipilatus priuilegium competit ſolùm pro debito, quod habet ille, qui præeſt Annonæ militari, & n.192.*

194 *Primipilatus priuilegia non competunt Theſaurario Generali Principis.*

195 *Gabellarius Dohanæ Vini, ſeù Studij in Vrbe pro gabella præfertur ſuper vino, & ſtyllijs ad vſum cauponæ.*

196 *Non tamen præfertur aduersùs Dominum domus pro penſionibus vltimi anni.*

197 *Mercatores Riparum pro pretio mercium præferuntur in mercibus omnibus alijs.*

198 *Dohanerius Vrbis non habet pro gabella prælationem ſuper bonis ſubappaltatoris alicuius particularis gabellæ.*

199 *Creditores plures priuilegiati ſi concurrunt, præfertur magis priuilegiatus.*

200 *Et ſi priuilegia ſint æqualis tituli, omnes cõcurrunt.*

201 *Creditor poſterior, qui eſt ſatisfactus per ſolutionem habitam, quoties ceſſet dolus, non poteſt ab alijs creditoribus moleſtari.*

203 *Inter creditores æquè priuilegiatos præfertur creditor, qui poſſidet, & exequit.*

FActa executione ſuper bonis debitoris defuncti, vel decocti, illiſque deliberatis, ſi ſuper illorum pretio creditores plures concurrant, erunt præferendi illi, qui ſunt potiores, & potiora iura habent ſuper bonis deliberatis.

Et primo loco præfertur creditor, qui fecit
expenſas pro executione, & ſubhaſtatione bonorum,
etiamſi aliàs in ſuo credito, pro quo curauit fieri
executionem, & ſubhaſtationem, ſit poſterior, nam
adhuc pro expenſis factis in executione erit omnibus
alijs quibuſcumque creditoribus præferendus, ea
ratione, quia ſi illas dictus creditor poſterior non
feciſſet, debuiſſent illas facere creditores anteriores,
vel potiores, & tantò minùs in pretio bonorum
deliberatorum fuiſſet per ipſos inuentum, quantum important
2 dictæ expenſæ erogatæ in executione, & deliberatione,
& ſic iuſtum non eſt, quod cum iactura creditoris
poſterioris locupletentur *Gratian. cap. 257. num. 27. & ſeqq., & cap. 343. num. 1. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 11. num. 1566. Carleuall. de Iudic. tom. 2. diſput. 32. n. 4. verſic. cum pretium, A Coſt. de priuil. credit. Regul. 2. ampliat. 2. n. 7., & ſeqq. Poſt. de Subhaſt. Inſpect. 41. num. 1. cum duobus ſeq. & n. 7. Codex Fabian. lib. 8. tit. 8. definit. 5.*

Quo circa tales expenſæ in concurſu illi, qui eas
fecit, conſignantur liberè abſque onere cautionis de
reſtituendo prioribus, & potioribus
3 creditoribus, cum illa non ſit præſtanda ab illis
creditoribus, quos certè conſtat omnibus alijs eſſe
præferendos *Gratian. cap. 257. nu. 31. Vrſeill. concluſ. 119. n. 38., Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. fin. n. 119. in fine, Zacch. de Salar. quæſt. 99. n. 3., & Rot. in deciſ.* ab ipſo relata *nu.* 10.; & indubitatum
eſt, quod quilibet creditor etiam anterior, vel
potior fuiſſet coactus facere tales expenſas, & ſic ſi
factæ ſunt ab alio creditore, licèt poſteriore, hic
illas debet conſequi liberè
4 antè omnes alios, cum pretium bonorum deliberatorum
remaneat diminutum à dictis expenſis à quouis
creditore factis, nec poſſit quiſquis alter creditor
anterior, ſiuè potior, & quantumuis priuilegiatiſſimus
concurrere cum illo, qui fecit expenſas, cum ex his
commodum & ipſe reportet, conſequendo creditum ex
pretio bonorum deliberatorum expenſis creditoris
poſterioris, & non priuilegiati.

Secundo in concurſu præferuntur illi, qui in re
ſubhaſtata habent reſeruationem dominij, & ſic
dicuntur antèpriuilegiati, cum nullus creditor
poſſit acquirere ius aliquod ſuper re, in qua
5 Dominus habet reſeruationem dominij *l. depoſui 38. ff. de ventre inſpicien. l. Procuratores 5. §. planè ff. de tribut. act. Salgad. Labyrinth. credit. par. 1. cap. 11. n. 14. & ſeq., Florez. de Mena var. quæſt. lib. 1. par. 6. artic. 3. n. 40., Berliceb. concluſ. 64. n. 1. & ſeq. n. 33. & n. 43. cum duob. ſeq. p. 1., Merlin. de pign. lib. 2. qu. 45. n. 7. Haberkon. de concurſ. credit. cap. 2. n. 5., Caſtald. conſult. forenſ. cap. 93. per tot., Rot. deciſ. 284. n. 1. p. 13. recen.*

Eum-

Eumdemque effectnm operatur reſeruatio ſpe-
6 cialis hypothecæ ſuper re vendita *Gutierez.pract.*
qq.lib.5.qu.97. in fine. Amat. Panormit. reſol.3.
n.26. & 27. Matienz. ad leg. Recopill. lib.5.tit.16.
leg.7.gloſ.5.n.7. Coſt. de priuil. credit. regul. 2. am-
pliat.4.n.1. & ſeq., Ioſeph. de Roſ. conſult.25. nu.
17. & 18. tom.1., Mart. Vot. Piſan.43. De Pont.
deciſ.34.n.8.; etiam aduerſus dotem anteriorem
Amat. Panorm. reſolut.3. num. 26. & 27. par.1.,
Ioſeph. de Roſ. conſult. 25. n.18. verſic. nihilominus
venditor lib.1. de Poute dict. deciſ.34.n.8.

Satque eſt, quod tale pactum reſeruationis
dominij, vel ſpecialis hyporhecæ ſit appoſitum
in eodem Inſtrumento venditionis, licèt priùs
fuerit facta traditio rei venditæ per clauſulam
7 conſtituti in eodem Inſtrumento appoſitam *Curt.*
Iun. conſ.146., Marquard. de Iure Mercator lib.2.
cap.2. num.18., Amat. Panormit. dict. reſolut. 3.
num.50.

At ceſſante reſeruarione dominij, vel ſpecialis
hypothecæ pro conſecutione pretij ſuper re ven-
dita, non haber venditor ſuper illa, ac eius pre-
tio aliquam prælationem, cum tranſtulerit in
hypothecam credirorum anteriorum emptoris
tem venditam, quoties vendiror habuit fidem
de pretio *l. Procuratoris §. ſi plures verſic. quod ſi*
8 *dedi ff. de tribnt. act.*; vnde venditor rali caſu con-
currit tanquam creditor iuxta anterioritatem
temporis ſui crediti, & non tanquam Dominus
Matienz. dict. gloſ.5.n.6., Florez. de Men. allegat.
art.3.n.40. Berlicch. concluſ.64.n.30. & 31. tom.1.

Et dicirur habira fides de pretio ex dilatione
9 data emprori ad illud ſoluendum *Gratian. cap.*
523.n.9. & ſeqq., Manſ. conſult. 343.n.14. & in-
frà, vbi declarat contraria *tom.4.*

Quando tamen vendiror ſimpliciter vendidit,
nulla expreſsè habita fide de prerio, runc in con-
curſu ſuper prerio rei venditæ præfertur, cùm
10 non cenſeatur dominium tranſtuliſſe antè pretij
ſolutionem *l. quod vendidi 19. ff. de contrah. empt.*
Berlicch. d. concluſ.64.n.45. & 46., & concluſ. 66.
num.44.

Competit ſimiliter prælatio venditori ſuper
mercibus ab ipſo vendiris, exiſtimans inconti-
nenti recepturus illarum pretium ab emprore,
qui doloſe, ſtatim receptis mercibus, vel alijs
rebus emptis, aufugit, vel euaſit decoctus, hoc
namque caſu doloſi emptoris, licèt habira fuiſ-
ſet fides de prerio, non ob hoc venditor dicitur
tranſtuliſſe dominium in emptorem ralem, & ſic
11 præſertur ſuper rebus à ſe venditis alijs credito-
ribus emptoris *Gaill. obſer.15.n.8. & 11. lib.2.,*
Berlicch. concluſ.64.n.56. ad 60., & concluſ.66. n.
5. par.1., Marquard. de Iure Mercator. lib.2. cap.2.
n.16., verſic. quam maximè, vbi adducit rationem
Amat. reſol.3.n.45., Caualcan. deciſ.27. num. 37.
par.2., Gizzarell. deciſ.62., Griuell. deciſ. Dolan.
56.n.8., & ſeq., Cardin. de Luc. de empt. & ven-
dit. diſcurſ.5.n.3.

Et ad hunc effectum dicitur emptor dolum, ac
fraudem præmediraſſe, nedum ſi incontinenti,
12 ſed etiamſi poſt paucos dies ab illo emprionis
aufugit, vel fidem feſellit, *Matienz. alleg. gloſ.5.*
n.9., Berlicch. concluſ. 66.n.51. tom.1., Caſtald.
conſult. foreuſ.93.n.6., & plenè dicti *Gizzarell. &*
Griuell. Rot. Florentin. apud Manſ. conſult.343. n.
18. & ſeqq. tom.4., vbi quod in propoſito de do-
lo, & frande emptoris debet conſtare, & ſimul
dar regulam, quomodò dolus, & fraus proberur,
& quod Iudex rali caſu poſſit ſuum arbitrium
fauore venditoris interponere.

Et ex quo quis vendidit ſub ſpe ſtatim reci-
piendi pretium, ſi emptor fugam arripiat, mo-
riarur, vel fiar decoctus, venditor ſuper re ſua
præſertur ex dictis; Hinc in caſu, in quo libra-
rius vendiderat certam quantitatem librorum
cuidam cauſarum patrono, ſuper quibus, & alijs
bonis emptoris paucos poſt dies fuit per huius
credirores facta executio, dixi, in libris eſſe
13 præſerendum librarium venditorem alijs credi-
toribus anrerioribus, & potioribus emptoris,
ex quo librorum vendiror illos dederat animo
ſtatim recipiendi prerium, vt apparebat ex dictis
iuuenis negocij Bibliothecæ librarij, & duo-
rum baiulorum (qui libros à Bibliotheca ad
Domum cauſarum parroni aſportauerant), qui
deponebant, quod certa quanritas pretij fuerat
perſoluta Bibliopolæ in ipſo actu conſignarionis
librorum, & quod pro reſiduo illud perſoluiſſet
iuueni negocij tranſmittendo poſt prandium
pro habendo reſiduo pretij, vndè ex hoc patebat
clarè de animo librarij non habendi fidem de
pretio, & ſic non transferendi dominium libro-
rum in emptorem, quocircà non erar iuſtum,
quod alij credirores anteriores emproris debe-
rent præferri ſuper dictis libris, non ſatisfacto li-
14 brario de integro prerio ex traditis in proximis
terminis *per Cardin. de Luc. de empt., & vendit.*
diſcurſ.5.n.3., & de credit., & debit. diſcurſ.23.n.
2. in fine.

Vndè ſuper Equis, Bobus, ac mobilibus ven-
ditis cum reſeruatione dominij, vel ſpecialis
hypothecæ, non poſſunt creditores emptoris
15 aliquid prætendere, non ſatisfacto priùs vendi-
tore, plenè *Caſtald. conſult. forenſ.93. per tot.*,
& ſic in praxi ſeruatur, vndè paſſim vidi conceſ-
ſa, & conceſſi mandata de deſcribendo, & aſſe-
curando animalia, vel mobilia vendira cum tali
reſeruatione dominij, quando dubitabatur de
occulratione, tranſportatione, & diſſiparione,
& facit *Rot. deciſ.39.n.6. par.4. recen.*, vbi ageba-
tur de Bubalis venditis cum reſeruatione domi-
nij, & ralis praxis ea eſt ratio, quia in vim reſer-
16 uationis dominij venditor poteſt ſuper rebus
cum tali reſeruatione vendiris agere ad rem
ſuam contrà quoſcumque cum prælatione aduer-
sùs quoſuis creditores anteriores, & potiores
plenè *Poſt. reſol.122.n.2. & ſeqq.*, & poſt plures
cumularos *Thomat. deciſ.260.n.3. tom.2.*

Debet tali caſu à venditore animalium, &
mobilium probari idenritas; & quod ſint illamet
vendira cum reſeruatione dominij, quæ probatur
17 ex ſigno, ſeù marca venditoris *Rot. Iannen. deciſ.*
201. per tot. Rot. deciſ.340. num.9. par 18. recen.,
Caſtald. dict. conſult.93.n.7. & 9., vbi quod iden-
tiras probatur eriam ex teſtibus.

Ob eamdem rationem dominij in re, ſi quis
dederit maſſam Auri, vel Argenri Aurifici pro
conficienda Cruce, vel alio opere, Dominus maſ-
ſæ huiuſmodi præfertur ſuper illa in concurſu
creditorum Aurificis, licèt anteriorum, cum
18 Dominus nunquam amiſerit dominium auri, vel
argenti *Ripoll. var. reſolut. cap. vltim. n.400. &*
ſeqq., vbi de ratione.

Et vigore talis reſeruationis dominij, vel
ſpecialis hypothecæ, venditor in re ſic vendita
præfertur etiam doti ob ſupradictam rationem,
quia nunquam in obligatione facta fauore mulie-
19 ris potuit venire talis res ſic vendita *Matienz. dict. gloſ.5.n.8. verſic. contraria tamen*, qui dicit
hanc eſſe æquiorem opinionem *Ioſeph. de Roſa conſult.25.n.18.*

Ex eadem ratione dominij in re, deponentes
pecuniam apud Nummularium, vel Campſo-
rem, ſi hic foro cedat, ſuper pecunia depoſitata
non numerata, ſed obſignata in ſacculo præfe-
runtur in tali pecunia alijs creditoribus chiro-
20 grapharijs, & hypothecarijs *l. ſi hominem 7. §. quoties ff. depoſit. l. ſi ventri 8. §. in bonis ff. de priuil. credit.* plenè *Coſt. de priuil. credit. regul.4. ampliat.1.*, *Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ. 25. n.19. Haberkon. de concurſ. credit. cap. 2. n.2. & ſeqq.*

At ſi pecunia ſit data numerata, & non obſi-
gnata in ſacculo, & ſic agatur de depoſito irre-
21 gulari, tunc deponens non præfertur creditori-
bus anterioribus, & hypothecarijs, ſed ſolum
chirographarijs *Marquard. de Mercator. lib. 2. cap.2.n.33. Berlicch. concluſ. 64. n.6. par.1.*, *Card. de Luc. dict. diſcurſ.25. nu.19.*, & benè *Mart. vot. Piſan. 63. n.2. & ſeqq.*, qui loquuntur de Merca-
toribus noſtri temporis.

Nequè deponens pecuniam numeratam apud
mercatorem præfertur creditoribus ſimpliciter
chirographarijs, quando deponens conuenit
cum mercatore, quod ex tali pecunia ſibi ſoluan-
tur vſuræ, cum tali caſu res excedat terminos
22 depoſiti, & deponens dicatur potiùs credere
pecuniam, quàm deponere *l. ſed ſi ventri 8. §. ſed enim ff. de priuil. credit. l. ſi hominem 7. §. quoties ff. depoſit.*, *Berlicch. concluſ. 64. n.7. par.1. Haberkon. de concurſu cap.2. n.10.*, *Card. de Luc. allegat. diſcurſ.25.n.21.*

Quando verò agitur de ſimplici depoſito ſine
vſuris facto in pecunia numerata penes Banche-
rium, vel Nummularium, ſi illa non reperiatur,
vel conſumpta ſit, habet deponens ſuper bonis
Nummularij, & Campſoris prælationem pro pe-
cunia numerata aduerſus creditores ſimpliciter
23 chirographarios poſt alios priuilegiatos, &
hypothecarios, vt poſt congeſtos *Berlicch. concluſ. 64. num. 10. & ſeqq. tom. 1.*, *de Luca dict. diſcurſ.25. n.14.*

Simile priuilegium prælationis poſt hypothe-
carios, & alios priuilegiatos habet creditor ex
cauſa cambij, vt quia dederit Campſori Romæ
mille, vt illa conſequeretur Venetijs, & Campſor
deficeret, & hoc ratione publicæ vtilitatis, &
quia pecunia data ad cambium habet magnam
24 affinitatem cum pecunia depoſitata *Berlicch. dict. concluſ.64. num.14. Haberkon. allegat. cap. 2. num. 16.*

Ex ſimili iure dominij locator pro affictibus
præfertur ſuper fructibus rei locatæ, cum tales
fructus percipiat potiùs iure dominij, ac ſoli,
quam iure crediti, & quia fructus rei ſunt ſpecia-
liter, ac tacitè hypothecati cum prælatione fa-
uore locatoris, ac domini, licèt de hoc expreſsè
actum non fuerit, ex quo tanquam nati in fun-
25 do locatoris conſiderantur vti pars fundi, cui
cohærent, & ſic nullus creditor poteſt ſuper illis
cum Domino concurrere *l. in Prædijs 7. ff. quib. in cauſ. pign. vel hypothec.*, *Gratian.* latè *cap.25.*, *Amat. Panormit. reſol.3. num.30. & 31.*, *Andreol. controuer. 347. num. 19. & ſeqq. ACoſt. de Priuil. credit. Regul.3. ampliat.3. n.44. & infrà*, *Merlin. de pignor. lib.2. qu.67. n.65. & ſeqq. Gait. de credit. cap.4. quæſit. 11. num. 1580. & ſeq.*, qui dicit
hanc opinionem veriorem *Haberkon. de concurſ. c.3. n.20.*, *Rot. dec.246. n.4. & ſeqq. coram Vbald. Sen. & in Romana Dotis 11. Martij 1665. coram Emerix. Seniore.*

Et ob dictam rationem, quia ſunt pars fundi,
& ſunt domino, ac locatori tacitè hypothecati
cum prælatione, poteſt per locatorem, ac domi-
num prohiberi, ne aſportentur, etiamſi ſint à
26 ſolo ſeparati, donec ſibi ſoluantur affictus *Menoch. de adipiſcen. remed.3. nu. 116.*, *Gratian. cap. 953. num.11. & 18. Rot. dict. deciſ.246. num.5. coram Vbald.*

Quæ prælatio ſuper fructibus fundi locati de-
betur locatori, quando ſunt pendentes, & à ſolo
non ſeparati, etiam aduersùs dotem anteriorem
hypothecam habentem, vnde vxor conductoris
pro ſua dote nihil poteſt prætendere ſuper huiuſ-
27 modi fructibus, non ſatisfacto priùs locatore
de ſuis affictibus, ex quo ſunt pars ipſius fundi
plenè *Gratian. dict. cap.25., & cap.953.*, *Gait. de credit. cap.4. quæſit. 11. n.1578. & ſeqq.*, *Cardin. de Luc. de credit., & debit. diſc. 16. num.10., & diſcurſ.17. n.5., & 6. Manent. deciſ. 34. n.34.*, *Griuell. deciſ. Dolan. 51. n. 12.*, qui in hoc re probat
Surd. deciſ. 97., & idem *Manent.* pariter teſtatur
fuiſſe iudicatum contrà Surdum, & facilius talis
prælatio competit ſuper fructibus, quando ſuper
illis fuit reſeruatum dominium, ac ſpecialis hy-
potheca vſque ad ſatisfactionem affictuum *Gratian.* plenè *cap.953. per tot. Rot. deciſ.351. par.11. recen.*, *& deciſ. 64. par.14.*, & ego aliàs ſic iudi-
caui iuxtà votum ſequentis tenoris.

Super pretio redacto ex fructibus pendentibus
horti D. Marij Tozzij locati Gambino cenſeo,
eſſe præferendum Tozzium locatorem, non vxo-
rem Gambini pro ſua dote anteriorem. Siquidem
Tozzius ſuper illis pro affictibus horti ratione
dominij tanquam ſuper re ſua habet prælationem,
nec ſuper illis cæteri creditores Gambini condu-
ctoris potuerunt acquirere aliquod ius antè lo-
catoris ſatisfactionem, cum priùs non cenſeantur
28 extitiſſe in dominio conductoris argumento
Text. in l. ſeruus 43. §. locaui ff. de furt. plenè *Gratian. diſcept. 25. nu.9. & per tot. Acoſt. de priuil. credit., Regul.1. Ampliat. 12. n.12., & in fine*, *Molegnan. Altercat. legal.28. n.18. & ſeq. Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ. 16. n.8., & diſcurſ.17. n.2.*, *Manent. deciſ.34. n.35. & 36.*, vbi
quod fructus pendentes ſunt pars pars fundi, &
cedunt ſolo, & ad locatorem primariò ſpectant,
nec conductor acquirit illorum dominium, prius
quàm illos percipiat, & à ſolo ſeparet *Decian. reſponſ.50. n.4. lib.3.*, *Ancll. Amat. conſ.52. ferè per tot.*, *Gait. de credit. cap.4. quæſit. 11. nu. 2004. & ſeq. Rot. deciſ.351. n.1. & ſeq. p.11. recen.*

29 Et in ſpecie, quod locator ſuper fructibus
pendentibus præferatur doti, *Gait.* vbi proximè
Molegnan. Altercat. legal.28. n.21., vbi dicit, quod
ſuper hoc non cadit dubium, quando agitur de
fructibus pendentibus *Anton. de Amat. reſolut. 3. n. 30.*

n.30., & 31. Pacion. de locat., & conduct. cap.33.
n.66. Card. de Luc. alleg. diſcurſ.17. n. 2. vbi quod
30 eſt magis communis, & recepta opinio, etiam
ceſſante reſeruatione dominij ſuper fructibus.
31 Non obſtant DD. relati per *Molegnan. alterrat.*
legal.28. in fine, & per *Pacion. dict. cap.33. nu.60.*
volentes, dotem præferri ſuper fructibus rei lo-
catæ, quia illorum opinio poteſt admitti in fru-
ctibus à ſolo ſeparatis, quoties fauore locatoris
ſuper illis non ſit facta reſeruatio dominij, vel
ſpecialis hypothecæ, ſecus in pendentibus, & à
ſolo non ſeparatis, cum hoc caſu conſiderentur
tanquam pars fundi, & locator ſuper illis habeat
prælationem, etiam aduersùs dotem, cum enim
non ſeparati à ſolo, ſed illi coherentes, dicantur
pars fundi, cuius dominium ſicut pro certo ſpe-
ctat ad locatorem, ità & fructuum pendentium
argum. tex. in l. fructus pendentes ff. de rei vindic.
& probant *DD. allegati* ſupra hic *n.29.*
Nec officit, quod locatori competat prælatio
aduersùs dotem ſolùm in fructibus merè natura-
32 libus, in quibus conductor nullam induſtriam,
nullaſque expenſas ponit *Gait. alleg. cap. 4. à nu.*
2000., & ſeqq. ſecùs quando agitur de fructibus
induſtrialibus, vt ſunt herbæ ſatæ, ac plantatæ ad
vſum hortorum magna induſtria, & impenſa
conductoris ad ſtatum fruibilem redactæ, quo
caſu dos anterior præfertur locatori *Gait. n.2007.*;
quia obiectum procedit, quando fructus eſſent à
ſolo ſeparati, ſecùs dum ſunt pendentes, hoc
namque caſu habentur pro naturalibus, & locator
ſemper præfertur *Gait. ibid. à n.2004., & ſeq.*
Non releuat quod prælatio non competat lo-
catori, ex quo non agitur de ipſis fructibus im-
mediatè, ſed de pecunia ex illorum deliberatio-
33 ne redacta, cum in particularibus pretium non
ſuccedat loco rei *Manent. deciſ.58., à n.2.* & moti-
uat *Card. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.17. n.10.*;
nam reſpondetur, quod cum pretium proueniat
ex deliberatione herbarum, fructuum pendentium,
qui ſunt proprij locatoris, hoc caſu datur præla-
34 tio ſuper pecunia proueniente ex re particulari
Rot. deciſ.351. num.13., & 14. par.11. recen.; &
abſque dubio dum fructus fuere venditi cum
35 mandato Iudicis, quo caſu pretium ſuccedit lo-
co rei, etiam in particularibus *Card. de Luc. alle-*
gat. diſcurſ.17. n.11., & 22. Rot. deciſ.51. n.4. &
& 5. par.10. recen.; & præcipuè dum in decreto
ſuper deliberatione fructuum adeſt conditio,
quod pretium ſuccedat loco fructuum deliberan-
dorum, quo caſu fructus dicuntur extare in pe-
cunia ex illis redacta, cum pecunia ſit ſubrogata
loco fructuum *Card. de Luc. ibidem n.13.*
Demum non obſtat, quod Tozzius locator de
ſpeciali hypotheca ſuper fructibus ex horto recol-
36 ligendis, ſibi non cauerit, & ob hoc non poſſit
ſuper illis præferri *Pacion. de locat., & conduct.*
cap.33. n.67. Rot. deciſ.351. à n.10., & infra p.11.
recen., quia dum agitur de fructibus pendenti-
bus, & à ſolo non ſeparatis, obiectum non proce-
37 dit, & locator ſemper præfertur, vt colligitur ex
eodem *Paciono*, & ex dicta *deciſ.351. p. 11. recen.*
in contrarium adductis; nam hoc caſu competit
prælatio ſuper fructibus pendentibus, ac ſuper
pecunia ex illis redacta ex traditis per *Pacion.*
alleg. cap.33. n.37., & ſeqq.
Hactenus Votum.

Tom. I.

Nunc materiam proſequendo, aduertendum
eſt, quod pro canonibus domino directo debitis
competit prælatio ſuper fructibus fundi emphy-
teutici aduersùs alios creditores emphyteutæ
etiam habentes expreſſam hypothecam ob ſupra-
dictam rationem, quia dominus directus ſuper
38 illis habet ius iure ſoli, ac dominij, & quia ſunt
pars ſoli *Gratian. cap.36. n.35., & ſeq. Fulgin. de*
iur. emphyt. quæſt.31. n.20. Rot. deciſ.810. n.4., &
7. coram Merlin.
An autem dominus directus pro canone præfe-
ratur ſuper fructibus fundi emphyteutici credito-
ri ex cauſa ſeminis, vel culturæ eiuſdem fundi,
quia hic crediderit pecunias emphyteutæ ſub
expreſſo pacto prælationis conſequendæ ſuper
fructibus eiuſdem vineæ, hunc caſum habui de
facto, dum eram Secundus Collateralis Curiæ
Capitolij; & quia articulus erat exemplaris, &
in illius deciſione Doctores adeò diſſident, itaut
vix ſecerni poſſit, quænam opinio ſit tenenda,
hinc conſului Aſſettamentum, in quo ob diſcre-
pantes Dominorum ſententias ſuper tali articulo
nulla capta fuit reſolutio, ſed ſolum fuit reſpon-
ſum, eſſe locum reportationi vini attentatè per-
cepti ex vinea, & quia materia eſt valdè exempla-
39 ris, & vix ſciri poteſt quænam opinio ſit verior,
& ſequenda in iudicando, vt teſtatur *Rocca diſput.*
iur. ſelect. tom.1. cap. 72. n. 22. verſic. & altera
ſententia, hinc votum in dicta cauſa per me fa-
ctum pro Aſſettamento, hic inſerere volui, ad hoc
vt in caſu occurrenti poſſit quis maturiori truti-
na examinare, quænam opinio præualere debeat,
& voti tenor eſt ſequens.
Super articulo, an D. Duci Mattheio de Vrſinis
domino directo vineæ, ac creditori pro canone,
debeatur prælatio ſuper vino ex eius vinea colle-
cto, vel Zocchiæ, quæ credidit ſcuta centum em-
phyteutæ pro cultura eiuſdem vineæ, ego exiſti-
mo eſſe præferendam Zocchiam; nihilominùs,
cum hæc vinum cum fraude, ac non obſtante in-
hibitione à vinea attentatè leuauerit, eſſe per
ipſam reportandum, ad effectum illud deliberan-
di, & conſignandi, cui de iure, & moueor.
Quia attentata ſunt clara, dum Zocchia per
appoſitionem cuſtodis per ipſam ſuper fructibus
vineæ iudicialiter obtentam, & intimatam, tam
D. Duci domino directo, quam emphyteutæ, ne
auderent facere vindemiam, niſi prius ipſa ſatiſ-
facta de ſuo credito, talis inhibitio, nedum li-
gauit D. Ducem, ac emphyteutam inhibitos, ſed
etiam ipſam Zocchiam inhibentem, ex quo tam
40 inhibitis, quam inhibenti fuit communis *Lan-*
cellott. de Attent. inhib. penden. limit. 29. num. 3.
Vbert. de citat. cap.2. nu.95. iuxtà modern. impreſſ.
Rot. deciſ.1323. n.4. coram Pen. deciſ.659. num.1.
& 2. coram Canaler. & deciſ.636. n.4., & 5. coram
Amat. Dunozzett., cuius concluſionis ea eſt pal-
41 pabilis ratio, quia æquum non eſt, quod quis ſit
liber in agendo ea, quæ eodem tempore colliti-
ganti voluit prohibere.
Quod in hac facti ſpecie erat indubium, dum
Zocchia, & Emphyteuta cum manifeſta fraude
fuerunt vniti ad eludendum D. Ducem, ex quo
vua adhuc immatura, & antequam vindemiæ in
vineis Agri Romani eſſent inceptæ, Iudice non
adito, nec moderata inhibitione, & Duce inſcio,
fecerunt vindemiam, quo caſu fructus cum frau-

Digitized by Google

de antè illorum maturationem recollecti in præ-
iudicium Ducis domini directi dicuntur extare,
42 & poſſunt ab illo vindicari, etiamſi alibi ſint
aſportati *Gratian. cap.953. n.9., & ſeq. Rodriquez.
de concurſ. credit. par.1. art. 8. n. 60. Pacion. de lo-
cat., & conduct. cap.34. §.1. n.41., & infrà.*
Nec attentata excuſari poſſunt, ex quo Zoc-
chia in inſtrumento mutui pecuniarum ab ipſa‿
creditarum Emphyteutæ pro cultura vineæ appo-
ſuerit pactum, quod poſſet in illius ſatisfactionem
percipere in vindemijs æquiualentem quantita-
tem muſti: ſiquidem hoc præfefert tantùm ſpe-
cialem hypothecam ſuper vino recolligendo ex
vinea, non autem, quod contra inhibitionem‿
iudicialem, & cum fraude poſſet facere vinde-
miam, & muſtum ex vinea collectum ſibi appro-
priare, & dum de facto, & cum patenti fraude,
contrarium fecit, fructus habentur pro extanti-
bus in vinea, & vinum ex illis redactum, debet
43 deliberari ad effectum conſignandi illius præ-
tium cui de iure *Gratian. cap.953. num.9. Paitell.
expedit. cauſ. ciuil.86. n.8., & 9.*
Minuſque attentata ſunt reijcienda ſub prætex-
tu boni iuris Zocchiæ, & quod illi omninò de-
beatur prælatio, ex quo credidit pecunias in cau-
ſam culturæ vineæ, quia ex authoritatibus infra
referendis, & perſcrutandis apparet, quod non
eſt clara opinio pro prælatione ſuper fructibus
fauore creditoris, qui credidit pecunias in cau-
ſam culturæ, quinimmò eſt adeò dubia, vt plures
Doctores magni nominis, & per bonas rationes
teneant pro prælatione domini directi, ac loca-
toris, vnde ſtante tali dubietate, & controuer-
ſia, non poteſt dici conſtare de bono iure atten-
tantis, ad retardandam purgationem attentato-
44 rum, cum ad effectum reijciendi attentata ex
capite boni iuris, de hoc debeat conſtare notoriè
per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam
*Rot. deciſ.177. n.4., & decíſ.212. d n.11., & 12.
coram Buratt. deciſ.323. n.6. par.4. tom. 2. recen.,
& in Bononien. Attentatorum* 10. *Februarij* 1659.
§. final. coram bo. mem. Beuilacqua; itaue ſi ius at-
tentantis ſit turbidum, tunc illud reijcitur ad
45 petitorium, & interim non retardatur purgatio
attentatorum, *Rot. deciſ.159. nu.* 12., & pleniùs
deciſ.369. coram Cardin. Cerr.; cum attentata ſint
priuilegiatiſſima, & antè omnia ſint reuocanda,
tam ratione Iudicis, cuius maieſtas læſa fuit,
quam ratione præiudicij partis, quæ ab atten-
tante ſpoliata fuit, & denique ratione publici in-
tereſſe, cum publicè interſit, quod iuris, & le-
gum ordo ſeruetur, Iudicibus obtemperetur, &
litigantes, qui ſecurè ſub clipeo legum, & inhi-
46 bitionum legalium dormiunt, illæſi remaneant,
ſunt verba *Rot. in decíſ.159. nu.9., & 10. coram‿
Cardin. Cerr.*
Super puncto verò negocij principalis cenſeo,
prælationem ſuper muſto collecto ex vinea em-
phyteutica competere Zocchiæ creditrici ex cau-
ſa mutui pecuniarum datarum pro cultura vineæ,
& licèt articulus ſit controuerſus, & pro præla-
47 tione domini directi creditoris pro canone, &
locatoris pro affictibus aduersùs creditorem ex
cauſa culturæ vineæ, & etiam ex cauſa ſeminis
ſtent plures Doctores magnæ authoritatis, nihi-
lominùs Doctorum authoritatibus, ac rationi-
bus benè penſatis communior, verior, rationa-
bilior, ac magis æqua videtur opinio contraria
pro creditore ex cauſa culturæ, ac ſeminis; vt
autem appareat de vtriuſque opinionis funda-
mentis, hic primo ponuntur Doctores tenentes
pro domini directi, ac locatoris prælatione.
Et quidem pro illius prælatione ad excluſio-
48 nem cuiuſcumque creditoris Emphyteutæ, &
conductoris ſtant *Decian.* huius ſententiæ anteſi-
gnanus *reſponſ. 50. lib. 3. Peregrin.* illum ſequens
conſ.80. n.1. lib.3., qui teſtatur de praxi vniuerſali,
Gratian. diſcept.25., & 953. vtrobique *n.9. Gaic.
de credic. cap.4. quæſt.11. n.1578., & ſeq.*, & la-
tiùs *n.1999., & infrà*, & rurſùs *in appendic. n.122.
Rodriquez de concurſu credit. par.1. art.8. n.34.44.,
& 45. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.29. n. 10.
verſic. limitatur, Vrſell. concluſ.119. n.16. Ripoll.
var. reſol. cap. 12. n. 122. Pigant. ad Stat. Ferrar.
Rubr.31. n.17. cum duobus ſeqq. Pacion. de locat.,
& conduct. cap.34. §.1. n.57., & 58. Card. de Luc.
de credit., & debit. diſcurſ.16.*, vbi teſtatur ſic de-
ciſum per Tribunal Cameræ, non obſtantibus
motiuis in contrarium per ipſum adductis *n.12.,
& 13., & diſcurſ.17. n.2.*, vbi de magis commu-
ni, veriori, & receptiori opinione teſtatur *Rot.
deciſ.178. n.8., & deciſ.246. n.21. verſic. ex quibus
coram Vbald. Sen. deciſ. 351. ferè per tot. par.* 10.
recen., & deciſ.64. par.14. vbi approbantur dicti
Gaitus, & Gratianus.
49 Ee hæc opinio videtur clarè probari ex *l. ſi ſer-
uus 63. §. locaui ff. locat., & l. qui ſcit 25. ff. de‿
vſur.* in qua *l. qui ſcit*, dicitur, quod dominus in
fructibus ſui ſoli præfertur etiam creditori ex
cauſa ſeminis in dicto ſolo ſati, eo quia fructus
non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipiuntur, &
quia in præcipiendis fructibus magis corporis
ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo
oriuntur inſpicitur, vt benè aduertit elaboratus
Pigant. dict. Rubr. 31. n.17. ad 19., & plenè pro-
bat *Rocca* poſt hoc votum exaratum in lucem‿
æditus *diſputat. iur. ſelect. cap. 72. num. 6. ad 11.
tom.1.*
Quo circa non ſatisfacto domino, non acquirit
emphyteuta, vel conductor aliquod ius, ſeù do-
minium ſuper fructibus, nec per conſequens poſ-
50 ſunt huius creditores ex eius perſona ſuper illis
præferri, ſed ſemper eſt præferendus dominus
*Gratian. cap.25. n.35., & 36., & cap.953. nu.6.,
& 7. Rot. deciſ.351. par.11. recen. & deciſ.64. n.6.
& ſeq. par.14.*, & præclarè *Anell. de Amat. conſ.25.
per tot.* qui teſtatur deciſum fuiſſe in illa cauſa‿
iuxta eius ſcripta.
At pro prælatione creditoris ex cauſa ſeminis,
vel pecuniæ datæ in cauſam culturæ fundi ſtant
Doctores ſingularis nominis, & ponderis innixi
51 optimis rationibus, & quibus ego adhæreo, nam
reiecto *Deciano* contrariæ opinionis anteſignano
hoc tenent *Matic. de tacit., & ambigu. lib. 11. tit.
23. n.11. ad 20. Merlin. de pignor. lib 3. q.5. n.46.,
& ſeq. Bonden. collect. legal.20. inſpect. 1. num.34.
Barbat. in Pragmat. aſſiſtentiam gloſ.12. n.122. An-
tonell. de tempor. legal. lib.4. cap. fin. n. 116. Con-
ciol. ad Stat. Eugub. lib.5. Rubr.40. nu.2. & 3. Pi-
gant. alleg. Rubr.30. n.17., & 18. Amat. Panorm.
reſol.3. n.74. ad 81.* qui teſtatur ſic fuiſſe deciſum
contra dominum directum *Rodoer. ad de Marin.
cap.260. n.6 & ſeq.* qui *n.8.* dicit ab hac opinio-
ne non eſſe recedendum, *Nouar. de grauamin. vaſ-
ſallor.*

Digitized by Google

ſallor. tom.1. §.211. n.1., & infrà, qui pariter te-
ſtatur ſic fuiſſe deciſum, *Rodriquez de concurſ. cre-
dit. par.1. art.8. num.12., & ſeq. Giurb. obſer.103.
per tot. Theſaur. quæſt. forenſ. 29. num. 6. lib. 2.
Caruſ. in Silua terminorum arbor. 6. nu.57., & 58.*
vbi pariter refutat *Decianam Card. de Luc. de cre-
dit. & debit. diſcurſ. 16. n.9. ad 12. & de Dot. diſcurſ.
166. n.57.*

Aſſiſtit huic ſecundæ opinioni numerus gra-
52 uiſſimorum Doctorum, ac rerum iudicatarum
authoritas, ac ſimul iuris ratio, æquitatis præſi-
dium, & publicæ vtilitatis reſpectus.

Iuris ratio conſiſtit in eo, quod fructus di-
cuntur tantùm deductis expenſis expenſis factis
prò illorum collectione, & non priùs, & ſic fru-
ctur prò rata expenſarum non dicuntur eſſe
in bonis debitoris, & per conſequens hypothe-
cis aliorum creditorum non affecti, ſed ſemper
ab expendente antè omnia ſunt deducendi, &
Creditor ex cauſa expenſarum huiuſmodi illas
percipit potiùs per ſubductionem à lege factam
ab aceruo fructuum tantæ quantitatis eorumdem,
quantum important expenſæ, quam per præla-
53 tionem in concurſu, cum ſub hoc non veniat, niſi
illa quantitas fructuum remanens poſt expenſa-
rum ſubductionem *ad text.* expreſſum *in l. fundus
52. ff. famil. erciſcun., vbi quod nullus caſus euenire
poteſt, qui hoc genus ſubductionis impediat l. fructus
in principio, & ibi* oculatiſſimus *Petr. Barboſ. n 6.
& ſeq. ff. de expenſis in reb. dotal. fact.*, clarior *text.
in l. quod priuilegium ff. depoſit., Pigant. dict. rubr.
20. n.17. & 18.*, vbi quod ità vidit ſepè in Audi-
torijs iudicatum *Capice. Latr. conſult. 117. n.32. &
33. & n.51. eam quatuor ſeq., Merlin. de pignor.
lib.3. q. 5. n.52. ad 54., Cardin. de Luc. alleg. diſcurſ.
16. n.12., & de Dot. diſcurſ. 81. n. 4., & diſcurſ.
166. n.60.*

Magna quoquè æquitas aſſiſtit huic opinioni,
nam ſi ipſe dominus bona locata retinuiſſet, & co-
luiſſet, tales expenſas culturæ ſubire fuiſſet coa-
ctus, ſi fructus ex fundo colligere volebat, vndè
ſi alter cum ſuis pecunijs illas fecit, non eſt fe-
rendus locator, vel dominus directus, ſi volens
vti commoditate dominij directi nolit tales ex-
penſas ſuſtinere patiendo, quod ille, qui eas fe-
cit, præferatur prò illis ſuper fructibus, nè alias
54 contrà omnem æquitatem cum aliena iactura lo-
cupletetur, vt appoſitè aduertunt *Amat. Pa-
normit. alleg. reſol.3. num. 77., Nouar. de graua-
min. Vaſſall. tom.1. grauam. 311., num.4., Cardin.
de Luc. de Dot. diſcurſ. 166. nu.37. verſic. hanc pro-
pterà.*

Publica quoque vtilitas fauet huic ſententiæ,
publicè namquè intereſt, bonumque publicum
concernit, agros, & vineas coli, vt in Republi-
ca Annonæ vbertas conſeruetur, à qua Populo-
rum felicitas reſultat, & Annonæ vbertas ſine
agrorum cultura haberi non poteſt, & non repe-
riretur, qui in cauſam culturæ crederent pecunias,
ſi in concurſu ſuper fructibus vincerentur à do-
minis prædiorum creditoribus prò canone, vel
affictibus, quod reſultaret in euidens damnum
tam locatorum, quam conductorum, ac ipſius
55 Reipublicæ, dum agri remanerent inculti, & fru-
ctus non producerent, vt ſolidè diſcurrit *Cardin.
de Luc. de credit. & debit. dict. diſcurſ. 16. n.2. verſic.
ità etiam, & de dot. diſcurſ. 166. n.61.*

56 Et huic opinioni non refragatur *tex. in l. qui
ſcit. 25. ff. de vſur.*, vbi Iulianus ait, quod omnis
fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli per-
cipitur, & quod in percipiendis fructibus magis
corporis ius, ex quo percipiuntur, quam ſemi-
nis, ex quo oriuntur, inſpicitur, qui *text.* eſt
Achilles fauore locatoris, ac domini directi; ſi-
quidem *dicta l. qui ſcit* non determinat hanc quæ-
ſtionem, ſed querit de illo, qui emit fundum à
non domino, in quo ſeminauit alienum frumen-
tum, cuius ſint fructus, an domini frumenti, vel
potius domini putatiui fundi, & huius illos eſſe
dicit, *vt aduertit ibi gloſ.* in figuratione caſus ver-
bo alieno, ſed non deſcendit ad punctum, quan-
do ſemen fuit expreſsè datum ad ſeminandum,
& ad effectum prò illo acquirendi in fundi ſati
fructibus naſcendis hypothecam, & prælationem;
& licet in eadem lege dicatur, potentiorem eſſe
cauſam fundi, quàm ſeminis, nihilominùs hoc
non refert, quia concurſus hic non eſt cum Do-
mino veniente Iure dominij ad vindicandos fru-
ctus, ſed iure crediti prò ſolutione canonis, vel
affictuum ſuper ijſdem fructibus, ſed concurſus
eſt cum illo, qui credidit pecunias expreſſe prò
expenſis culturæ, qui fructus prò rata expenſarum
erogatarum in cultura fundi prò illis habendis,
& colligendis non ſunt in dominio locatoris,
ſiue domini directi, nec lex in illis aliquod ius
conſiderauit fauore domini, nec illius, qui illos
57 colligit antè expenſarum deductionem ex ſuprà
firmatis, & aduertit etiam *Merlin. de pign. lib.3.
q.5. n.56. & ſeq.*

Nec obſtat Doctorum cumulus prò opinione
contraria adductus, tum quia confunduntur ab
alijs Doctoribus numero, & pondere exceden-
tibus, qui tenent prò prælatione creditoris ex
cauſa ſeminis, & mutuantis in cauſam culturæ,
58 pro quibus aſſiſtunt Iuris ratio, æquitatis pon-
dus, & publica vtilitas, tum quia Doctores con-
trarij ferè omnes omnes nituntur authoritati *De-
ciani reſponſ. 50. lib.3.* ab alijs impugnati, & ſi-
gnanter à *Mantica, & Merlino de pignor.* allega-
tis *ſupra hic, n.51.*

59 Haud turbat, nec oppugnat hanc opinionem
*Gratian. cap. 953. Rot. deciſ. 352. p.11. recen., deciſ.
64. par.14. & deciſ. 246. à num.21. & infrà coram
Vbald. Sen.*, nam *Gratianus*, ac duæ priores deci-
ſiones non tangunt articulum prælationis mutuã-
tis in cauſam culturæ, ſed ſolum agunt de præ-
latione aduersùs creditores anteriores conducto-
ris, quod non poſſint aliquid prætendere ſuper
fructibus rei locatæ, vel emphyteuticæ in præiu-
dicium domini, ac locatoris antequam recipiat
ſatisfactionem canonis, vel affictus, cum prò
talibus creditoribus anterioribus non aſſiſtant ra-
tiones ſuprà ponderatæ prò creditore ex cauſa
60 ſeminis, & culturæ; *deciſ. verò Vbald. 246.* loqui-
tur obiter, & non diſcuſſo articulo, relatis ſo-
lum *Decian. reſponſ. 50. lib.3.* ac eius ſequacibus,
quos licet non refutet, adhuc cum non recenſeat
contrarios, & quidem impugnatores *Deciani*, ex
hoc patet, quod loquitur obiter, & non diſcuſſa
materia, & tamen contrà *Decianam* impugna-
61 tum *à Mantic., & Merlin. de pignor.* ſtare verio-
rem opinionem teſtatur *Card. de Luc. de credit., &
debit diſcurſ. 16.*, qui licet ibi referat, quod Tri-
bunal Cameræ in illo caſu iudicauit contrarium,
nihi-

Digitized by Google

nihilominus cum in tali Tribunali non fiant de-
ciſiones, & ſic incognita ſint motiua, cum qui-
bus proceſſit, poteſt ex hoc ſolum deduci, quod
non eſt improbabilis prima opinio *Deciani*, &
quod Camera voluit cum illa procedere; & am-
pliùs in illo caſu potuit Camera moueri, quia
aderat fauore locatoris expreſſa reſeruatio do-
minij ſuper fructibus, & ſic nullus alius cre-
ditor ſtante tali reſeruatione poterat acquirere
62 ius ſuper illis, vt ſunt caſus *Gratiani in alleg. cap.
953., & Rot. deciſ. 351. par. 11. recen., & deciſ. 64.
par. 14.*, & demum dicitur, quod hæc ſecunda
opinio benè diſcuſſa per ſua principia, ac per ſuas
rationes ſupra ponderatas eſt innixa validiori-
bus fundamentis, & ſignanter illi maximæ æqui-
tatis, quod fructus non dicuntur, niſi deductis
expenſis, & ſolum poſt illarum deductionem in
eo, quod ſupereſt, ſuper bonis debitoris.
In hoc articulo, vt vides, pugnant inter ſe Do-
ctores, & quilibet prò ſua opinione tuenda in-
63 ſudat, nec facilè eſt ſecernere, quæ illarum ſit
verior, & in praxi retinenda, nec in caſu, in
quo emananit præſens votum fuit aliquid de-
ciſum ob ſuffragiorum paritatem, vnde partes
agnita difficultate articuli ſe concordarunt; tu
verò ſi caſus acciderit, poteris ex prædictis ha-
bere ſi non indubitatam reſolutionem articuli,
ſaltem modicum laborem prò illius meliori de-
ciſione inſumes: ego verò non deflecto ab opi-
nione fauore creditoris ex cauſa culturæ, quam
in præſenti voto firmaui, alijs exactiùs iudicium
reſeruando. - *Hactenus Votum*.
Proſeqnendo nunc materiam prælationis loca-
toris ac Domini ſuper fructibus aduerte, quod
talis prælatio illis competit rantùm prò canone,
vel affictu illius anni, in quo ſunt collecti fructus,
64 qui cadunt ſub concurſu, & non pro affictibus
aliorum annorum ſequentium *Rot. deciſ. 246. n. 8.
& ſeq. coram Vbald.*, cui licet ſcriben. tanquam
Aduocatus, & ad Cauſæ opportunitatem videa-
65 tur contradicere *Card. de Luc. de credit., & de-
bit. diſcurſ. 17. n. 9.*, tamen fatetur, quod Iudex in
illa cauſa illi non arriſit ob *dictam deciſ. Vbaldi*,
& quod Iudex hoc non fecit improbabiliter.
Aduerte tamen, quod ſi dominus directus,
vel locator vltra tacitam hypothecam cum præ-
latione, quam habent de iure, vlterius habeant
ex pacto reſeruationem dominij ſuper fructibus,
tali caſu omninò admittitur dicta prelatio ſu-
per illis, & ceſſat omnis diſputatio, dum vltrà ta-
citam hypothecam cum prælatione à iure indu-
66 ctam, adeſt alia ſpecialis ex pacto, vt aduertit
*Cardin de Luc. de Credit. & Debit. diſcurſ. 16. n. 8.,
verſic. idquè clarius, & diſcurſ. 17. n. 5. & 6.*, &
firmat etiam *Rot. deciſ. 246. coram Vbald., deciſ. 351.
par. 11. recen., & deciſ. 64. p. 14.*
Et talis reſeruatio dominij ſubintelligitur,
licet expreſsè non conuenta, quando agitur de
bonis Communitatum, pupillorum vel minorum
67 ſub neceſſaria, & legali adminiſtratione viuen-
tium *Card. de Luc. alleg. diſcurſ. 17. n. 8.*
Poſt prælatos habentes dominium in re præ-
feruntur in concurſu Piſtores Vrbis prò pretio
Panis, ac aliarum rerum ad artem Piſtoriam
ſpectantium ex priuilegio ampliſſimo Vrbani
VIII. Piſtoribus conceſſo de anno 1634. *impreſſo*
in libetculo diuerſorũ priuilegiorũ Piſtoribus Vr-
bus conceſſorũ *fol. 50.*, Super quo edidit non iniu-
cunda commentaria *Antolinus* olim in Curia Ad-
uocatus, in quo priuilegio Vrbanus VIII. man-
dauit, quod Piſtores in concurſu pro pretio pa-
nis, & aliarum rerum ad artem piſtoriam perti-
68 nentium præferri deberent quibuſcumque credi-
toribus anterioribus, & potioribus, etiam ex cau-
ſa dotis, & hoc idem illis indulſerat *Gregor. XIII.
eius Conſtit. 71. §. 2. & Sixtus V. eius Conſt. 36. §. 7.
Bullar. nou. tom: 2.* pleniſſimè *Antolin. in ſuis An-
not. ad dict. Bullam Vrbani VIII. n. 278. & ſeqq.*,
& latè probat oculatiſſimus Epiſcopus *Zaul.* lon-
longè poſt hæc ſcripta in lucem editus *ad Stat. Fa-
nent. tom. 2. lib. 7: Rubr. 11. n. 8.*
Quinimmò Vrbanus conceſſit iiſdem prælatio-
nem contrà Dohanerios Vrbis, & Status Eccleſia-
ſtici, & etiam contra habentes reſeruationem
dominij, vt in allegato priuilegio Vrbani VIII.
*in §. prætereà quod, & dict. Antolin. num. 308.,
& 309.*
At quoad creditores in vim reſeruationis do-
minij (cum hi habeantur loco dominorum po-
69 riùs, quam creditorum) tale priuilegium, vti
nimis exorbitans, non fuit vſu receptum, nec de
facto ſeruatur in concurſu contra habentes re-
ſeruationem dominij in re ex præcisè notatis per
*Card. de Luc. de Dot. diſcurſ. 81. n. 5., & diſcurſ. 166.
n. 49., & 50.* vbi de exorbitantia huius priuilegij,
70 & quod ità declarauit idem Vrbanus priuilegij
dator in plena Signatura Gratiæ, & de tali de-
claratione teſtatur longè poſt hæc ſcripta viſus,
& in lucem editus *Zaulus Epiſc. Verulan. dict.
Rubr. 11. n. 19.*, & ſic ſepiſſimè practicaui, dum
iuridicundo præfui ſpatio treſdecim annorum in
varijs Tribunalibus Vrbis, & ſignanter articulo
71 acriter diſcuſſo ſic iudicaui fauore D. Ducis Mat-
thei de Vrſinis, quem prætuli ſuper prætio fœni
redacti ex eius Pratis, & ſuper quo prò conſecu-
tione pretij ſibi reſeruauerat dominium, non ob-
ſtante, quod duo Piſtores dediſſent panem illis,
qui laborauerant in Pratis in ſecando, & colli-
gendo fœnum.
At cum certa quantitas panis deſeruijſſet prò
illis, qui ſecauerant, & collegerant fœnum, ac il-
la data fuiſſet in computum mercedis ſtabilitæ
pro quolibet rubro terræ pratiuæ, hinc pro quan-
titate panis neceſſaria, & conſumi ſolita per
Operarios in quolibet rubro prati iuxtà relatio-
nes peritorum in arte campeſtri, prætuli Piſtores
non in vim priuilegij Vrbani, quod ex dictis non
practicatur contra habentem reſeruationem do-
minij in re, ſed ex diſpoſitione Iuris communis
ſecundum quod in valore fœni deliberati tanto
minus inerat, quantum importabat pretium pa-
nis erogati prò ſalciando, & colligendo fœ-
no, ex quo cum dicto pane parte mercedis illo-
rum, qui laborauerant in dictis operibus, fœnum
prætioſiùs, ac maioris valoris euaſerat, & ipſe-
met Dux fuiſſet coactus maiorem mercedem
operarijs ſoluere, ſi volebat fœnum ineſſe, vnde
ex pratis dicitur tanto minùs perceptum quan-
72 tum importat illa quantitas panis data in par-
tem pretij, ſeù valoris mercedis debitæ illis, qui
ſecarunt, & collegerunt fœnum ex benè traditis
per *Cardin. de Luc de credit., & debit. diſcurſ. 16.
n. 2. cum duobus ſeqq., & de Dot. diſcurſ. 166. n. 51:*
& licet poſt hæc ſcripta in quadam cauſa quidam
Iudex

Digitized by Google

Iudex contrarium diceret eſſe iudicandum, ex quo Bulla Vrbani VIII., ſeù potius priuilegium prælationis fauore Piſtorum etiam aduerſus habentes reſeruationem dominij eſſet munitum clauſula *ſublata*, *& decreto irritante*, & non eſſet præſtanda fides dictis *Card. de Luc.*, *& Epiſcopo Zaulo* ſuper non obſeruantia priuilegij cõtra habentem reſeruationem dominij, nec dictis Doctoribus, qui ſcripſerunt longe poſt æditum priuilegium Vrbanũ eſſet credendũ ſuper non obſeruantia atteſtata ſolũ de auditu à Senioribus Curialibus, qui retulerunt, eumdem Vrbanum priuilegij datorem ſic declaraſſe in SignãturaGratiæ, adhuc dicto Iudici poterat optime dici, quod volebat plus ſapere, quam oportebat, dum *dictis de Luca ac Zaulo* in Alma Vrbe Doctoribus practicis in hoc erat credendum, & præcipuè *Zaulo*, qui per plures annos fuerat Auditor clar.mem.Cardinalis de Caualerijs eo tempore, quo erat Cameræ Apoſtolicæ Clericus, & Annonæ Præfectus, quocirca cum coram ipſo de cauſis Piſtorum, ac pretio panis in dies actum fuerit, vtique ſi priuilegium, quoad habentes reſeruationem dominij in re, viguiſſet, iudicaſſet fauore Piſtorum, & non reliquiſſet ſimul typis editum, quod priuilegium Vrbanum hoc caſu non intrabat; & ampliùs, cum omnes Iudices in Romana Curia indiſtinctè iudicauerint iuxta declarationem factam ab Vrbano VIII., & relatam à *dictis de Luca*, *& Zaulo*, ex hoc innoteſcit, veram eſſe declarationem, nam alias coram Papa temerè iudicaſſent contra Conſtitutionem Pontificiam; & vlterius Piſtores, ſi vera non fuiſſet declaratio præfata, habuiſſent recurſum ad Papam pro obſeruantia priuilegij, quod cum numquam fecerint, & inconcuſſe ſemper fuerit iudicatum in hoc puncto contra Piſtores, ex hoc patet ad oculum quod vera eſt traditio *Cardinalis de Luca*, *& Epiſcopi Zauli* ſuper hoc omnino attendendi, dum teſtatur ſuper puncto coram ipſo vti Auditore Præfecti Annonæ ſæpè diſcuſſo, & congruè ad hoc facit *Spad. conſ. 138. n.4.& 5. lib.1.*

An autem prælatio prò prætio panis contrà dotem procedat ſolùm prò pane dato prò alimentis quotidianis mariti, vxoris, & familiæ, vel
73 etiam prò pane dato marito exercenti artem agrariam pro ſeruitio culturæ *Card.de Luc.in dict. diſcurſ.81.n.5., & 166. de dot.* tenet, non procedere in pane dato in cauſam artis agrariæ, vel cuſtodiæ Animalium, quoties Piſtor prælationem petat in alijs bonis mariti deliberatis extrà frumentum recollectum, vel Animalia cuſtodita.

Diſtinctio prædicta vti rationabilis, & plena æquitatis mereri videtur plauſum, ſed in praxi non recipitur, cum priuilegium Vrbanum ſit amplum, & extrà caſum reſeruationis dominij, in
74 quo non fuit receptum, nec practicatur, remanet in viridi obſeruantia cum ſua duritie, & exorbitantia, de qua conqueritur *de Luc.dict.diſcurſ. 81.n.5.*; & declaratio Vrbani VIII.facta in Signatura Gratiæ, vt audiui à Senioribus Curialibus reſpicit punctum prælationis piſtoribus datæ cõtrà habentes reſeruationem dominij, in reliquis priuilegium generale, & effrenatum illorum fauore remanet in ſuo robore; & vlterius cum prælatio creditorum, ac hypothecæ anterioritas procedat à diſpoſitione Iuris Ciuilis, poteſt Pa-
pa Supremus Princeps illam abrogare dando
75 prælationem vni, & denegando alteri creditori, quinimmò hypothecam anterioris poſtponere *Parex.de edit.inſtrum. tom:1.reſol.3.§.5.n.67.*, & egregiè probat *Rocca diſput.Iur. Select. tom.1. cap. 72.num.25., & 26.*, & hoc videtur etiam probari *in§.Mulieres verò eiuſdem* priuilegij Vrbani, ſi benè perpendatur, & cum hac opinione contra ip-
76 ſum *Cardinal. de Luca* adhuc viuentem proceſſi, quia mihi viſa fuit priuilegij Vrbani verbis, & menti magis accomodata, & adito eodem Cardinali de Luca prò parte defenſorum mulieris, idem nihil iuſſit contrà meum iudicatum, ſolùm dixit, quod quilibet facit digeſtionem cum proprio ſtomacho, & poſt iudicatum, quinimmo lon-
77 gè poſt fuit firmatum *per Zaul. Epiſcop.Verulan.in obſeruat.ad Stat. Fauent.tom.2. lib.7.Rubr. 11.n.8. & ſeq.*, qui adducit optimas rationes, *& n.24.* in fine teſtatur ſic pluries iudicaſſe, dum erat Auditor Cardinalis de Canalerijs priùs Clerici Cameræ, ac Annonæ Præfecti, *& priùs n.22.* refert ſic deciſum in Tribunali Cameræ.

Fuit coram me, dum eram Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis acriter diſcuſſum, an Mercenarij, qui frumentum in ariſta, & faſciculis à campo ad Aream traſportauerant vulgo *bauenano carruculato*, & alij, qui idem frumentum in Area triturauerant, & alia opera exhibuerant pro reducendo frumento ad ſtatum fruibilem, eſſent præferendi ſuper frumento prædicto pro eorum mercede in concurſu Piſtoris, ob ſequutam latitationem, ac decoctionem mercatoris artis agrariæ, qui Mercenarios conduxerat; ſi ſpectetur amplitudo Priuilegij Vrbani, ius Mercenariorum erat deſperatum, cum illud tollat potioritatem, ſuper qua fundabant illorum ius; at-
78 tamen cum de tempore, quo Mercator conduxit operarios, eſſet latenter decoctus, & ſic Piſtor debuiſſet ipſe de ſuo facere expenſas neceſſarias prò vehendis faſciculus frumenti ad Aream, ac pro illo triturando, & quia infelices mercenarij forenſes, & qui ſuſtinuerant pondus diei, & æſtus cum immenſo labore, & in aere prorſus inſalubri, nec habuiſſent pecunias, cum quibus ad proprios lares poſſent redire, hinc inclinabam prò illorum prælatione, ex dicto precipuè motiuo, quod Piſtor fuiſſet ipſe coactus ſubire tales expenſas, ſi volebat conſequi ſuum creditum ob decoctionem mercatoris, cui crediderat panem, & ſic mercenarij capiebant ex prætio frumenti eorum mercedem potiùs per ſubductionem, quam per prælationem, quia ſcilicet Piſtor tantò minus inueniſſet in valore frumenti, quantum expendere fuiſſet coactus in dictis operibus
79 neceſſarijs ad reddendum frumentum fruibile, ſi ab operarijs conductis à Mercarore non fuiſſet redactum ad perfectionem ex traditis, per *Card. de Luc.de credit. & debit. diſcurſ.17. n. 2. ad 4.*, & ferè in puncto *de Dot.diſcurſ. 81.n.6.*; at dum hæc motiuabam fauore petentium mercedem, ſed non auderem per decretum illorum fauore pronunciare, mercenarij adiuerunt San. Mem. Innocentium XI. mediante præfato Cardinali de Luca
80 eius Auditore, & à libellis ſupplicum, & in precibus expreſſerunt dicta motiua per me facta, & ille Sanctiſſimus, & iuſtiſſimus Princeps reſcripſit prò prælatione fauore mercenariorum, nec Piſtor
recla-

reclamauit, ſed dedit conſenſum conſignationi tatæ pecuniarum pronenientium ex frumento fauore mercenariorum; hoc volui aduertere, quia generalitas priuilegij in hoc caſu nedum præſeferebat exorbitantiam, ſed ſummam iniquitatem, ſi illi miſeri ruſtici laboratores in arte campeſtri coacti fuiſſent perdere eorum mercedem, quam petebant ſuper frumento eorum labore ad perfectionem redacto.

Nota tamen, quod poſt hæc ſcripta prodiere
81 in lucem obſeruationes factæ *ad Statut. Fauent. dict. Zaul. Epiſcapi Verulani*, qui in *obſeruat.* 11. *n.*8. *ad* 24. *lib.*7. *tam.* 2. ſtrenuè, ac per optimas rationes concludit tali caſu pro prælatione piſtoris pro prætio panis, & quod ſic ipſe ſæpè iudicauit, & etiam Tribunal Cameræ, vndè benè in caſu prædicto ego reformidaui iudicare pro prælatione mercenarij, & volui audire mentem Principis, cuius Auditor illam mihi retulit eſſe fauore mercenarij, dum Cardinalis de Luca voluit tueri opinionem, quam firmauerat in locis ſuprà allegatis, ſatis tamen æquam, & rationabilem.

Tale priuilegium Vrbanum fauore Piſtorum Diſtrictus non habet locum, quia præcisè loquitur
82 de Piſtoribus Almæ Vrbis, vt patet ex eius proæmio ibi -- *Dilecti filij Vniuerſitas, & homines Artis Piſtorum Almæ Vrbis noſtræ* -- vndè tanquam exorbitans non poteſt extendi ad piſtores Diſtrictus ad tradita per *Card. de Luc. de Dot. diſcurſ.*31. *n.*5., *&* 6., & ampliùs ratio priuilegij, ob quam illud fuit conceſſum Piſtoribus Vrbis, non congruit Piſtoribus Diſtrictus, quia illi ſoli recipiunt frumentum à Camera, & Annona Vrbis, & ſic vt facilius poſſint illius pretium ſoluere, voluit Papa illis indulgere adeò ampla priuilegia, quod colligitur clarius ex eodem priuilegio Vrbano *in* §. *eiſdemque*, vbi eiſdē indulgetur etiam facultas manus Regiæ, quam Camera pro pretio frumenti dati Piſtoribus Vrbis contra illos exercet, ex quo litteraliter colligitur, quod loquitur de Piſtoribus Vrbis, & non de illis Diſtrictus, qui non habent neceſſitatem emendi frumentum publicum Annonæ Vrbis, vt omnibus notum eſt, vndè in diuerſis concurſibus creditorum Piſtores Diſtrictus non prætuli cum dicto priuilegio Vrbano.

Eſt benè verum, quod Piſtores Diſtrictus, & in omni loco de Iure communi præferuntur pro pretio panis pro quantitate neceſſaria in culturam agrorum, vinearum, & aliorum prædiorum, de quorum fructibus agitur, nam operarij, quibus talis panis datus eſt in partem mercedis pro labore præſtito in cultura, dicuntur melioraſſe, & ad perfectionem deduxiſſe fructus recollectos, illos efficiendo proprio labore maioris pretij, & ſic ex fundis dicitur eo minus perceptum, quantum important expenſę mercedis laboreriorum facto-
83 rum in fundorum cultura, & in fructibus colligendis *Adden. ad deciſ.*444. *n.* 14., *& ſeq. par.* 4. *tom.* 2. *recen. Cardin. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ.*16. *n.* 12. & dixi ſuprà hic *n.*72.

Poſt Piſtores in concurſu habent ſimile priuilegium prælationis Aromatarij Vrbis pro pretio medicinalium vſque ad ſummam ſcutorum 50., etiamſi medicinalia data ſint ad curandam infirmitatem, ex qua infirmus conualuit, & talis prelatio Aromatarijs competit aduersùs quoſcum-
84 que creditores potiores, & anteriores, & etiam doti ex *Conſt.* 47. §. *prætereà Clementis VIII. Bullar. nou. tom.*3. *Zaul. dict. Rubr.*7. *n.*19.

Cuius Conſtitutionis diſpoſitio differt ab illa iuris communis, quia ſecundum hoc ſolum pro medelis datis in vltima infirmitate competit pre-
85 latio, non autem pro datis ad infirmitates, ex quibus quis conualuit, *l.*3., *&* 4. *ff. de Relig., & ſumpt. funeral. Haberkan. de concurſ. credit. cap.* 2. *n.*62. *Antolin. in annat. ad priuilegia conceſſ. ab Vrbano VIII. Piſtoribus Vrbis num* 337. *Medic. deciſ. Senen.*21. *n.*7. *Reuerendiſſ. Zaul.* poſt hæc ſcripta viſus ad *Stat. Fauent. lib.*7. *Rubr.*7. *num.*16. plenè *Capicc. Latr. deciſ.*47. *n.*19., *& ſeq.*

Differt etiam, quia Conſtitutio Clementis VIII. concedit prælationem Aromatarijs Vrbis pro pretio medelarum ad quaſuis infirmitates datarum pro ſolis ſcutis 50., & de iure communi competit pro medicinalibus datis in vltima infirmi-
86 tate cuiuſcumque ſint quantitatis, dummodò neceſſarijs plenè *Caualcan. deciſ.*32. *n.*4. *& ſeq. p.* 1. *dict. Antolin. n.*337. *Rot. deciſ.*2103. *coram Coccin.* & dixi latiùs infra hic *n.*173.; hinc non obſtante *dict. Conſt.* 47. *Clementis VIII.* pro pretio medelarum exhibitarum in vltima infirmitate, licèt excederet ſcuta quinquaginta, paſſim iudicaui, dandam eſſe prælationem, nam talis Conſtitutio, quæ fauore Aromatariorum emanauit, vt illi pro ſcutis 50. haberent prælationem, etiam pro pharmacis datis pro infirmitatibus, ex quibus quis conualuit, retorqueretur in odium, ſi Aromatarij non poſſent pro pharmacis vltrà ſcuta 50. exhibitis pro vltima infirmitate habere prælationem, quam ius commune dedit, & cui priuilegium Clementinum non derogauit, dum emanauit ad augenda, non diminuenda iura Aromatariorum Vrbis.

87 Aduerte vlterius, quod dicta *Conſt.*47. *Clementis VIII.* §. *Mulieres verò*, fauore Aromatariorum Vrbis indulſit, quod mulieres viris decoctis, vel defunctis teneantur medicinalia, quæ pro ipſis mulieribus inſeruierunt, etiamſi ſub nomine, & debito mariti in libris Aromatariorum ſcripta ſint, ſoluere vſque ad ſummam ſcutorum vigintiquinque tantùm, factis priùs diligentijs, etiam iudicialibus, contra maritorum defunctorum, vel decoctorum bona, vndè ſæpè iudicando tenui,
88 quod cum dictum priuilegium ſit exorbitans, diligentiæ prædictæ fieri debeant præcisè, citata muliere, nec ſufficiant diligentiæ extraiudiciales ex verbis illis -- *Etiam iudicialibus* -- cum dictio
89 *etiam* ſit diſpoſitionis ampliatiua *Rot. deciſ.* 97. *n.*5. *coram Carill.*, *& deciſ.*81. *nu.*4. *par.*10. *recen.*; & ſic Papa nedum voluit diligentias, ſed iudiciales, & propterea per dictam dictionem *etiam* voluit exprimere, quod comprehenderetur caſus
90 diligentiarum iudicialium magis dubitabilis *l. etiam ff. de verbor. ſignificat. Rocc. diſputat. Iur. ſelect. tom.*1. *cap.*55. *n.*15. *Rot. dict. deciſ.*97. *nu.*5. *coram Carill.*

Huiuſmodi priuilegium prelationis poſt quinquennium à die datorum medicinalium non competit, cum poſt dictum tempus libris Aromatariorum Vrbis nulla præſtetur fides, & creditum
91 medicinalium remaneat præſcriptum in dicta *Conſt.*47. *Clementis VIII.* §. *quod Aromatariorum* in hoc confirmata *in Conſt.* 71. *Paul. V. Rubr. de Prothomedic., & Aromatar.* §. *final. Bull. nou. tom.*3.

Et

Digitized by Google

Et talis præſcriptio quinquennalis contra li-
bros Aromatariorum procedit in Vrbe, licet debi-
tor durante quinquennio continuauerit recipere
alia medicinalia ab eadem Aromataria, & quãuis
Aromatarius ad computum medicinalium intrà
idem tempus quinquennij receperit ad compu-
92 tum partem pretij eorumdem, vt cauetur in
dicta *Conſt. 71. Pauli V.* in allegata *Rubr. de Pro-
thomedic. & §. fin.*, & notat *Antonell. de tempor.
legal. lib. 1. cap. 25. n. 28.*

Præciſa tamen dicta *Conſt. Pauli V.* extrà Vr-
bem, & vbi diſpoſitio iuris communis ſeruatur,
vel vbi adſunt ſtatuta de præſcriptionibus com-
plendis certo tempore, talis præſcriptio non ha-
bet locum, quando debitor continuauit per mul-
93 tos annos recipere medicamenta ab eadem offi-
cina *Cancer. var. reſolut. p. 1. cap. 15. n. 8., & p. 3.
cap. 3. n. 460. Antonell. alleg. cap. 25. n. 27. Laurent.
deciſ. Auenion. 96. n. 10. Zaul. alleg. Rubr. 7. n. 32.*

At etiam in Alma Vrbe ſi Aromatarij præſcri-
ptionem interruperint iudicialiter agendo, vel
creditum medicinalium aliundè, quam per eo-
rum libros probauerint, in dictis duobus caſibus
dicta præſcriptio quinquennalis non procedit,
ſed intrabit præſcriptio ſexdecim annorum indu-
94 cta à Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 158.* vt fauore Aro-
matariorum Vrbis declarauit idem Paulus V.
ſuo motu proprio, de quo in eius *Conſt. 73.* de-
claratoria *dict. Conſtit. 71.* in ſecunda declaratio-
ne §. *dum in præfata*.

Hinc cautè Aromatarij Vrbis antè elapſum
quinquennium ſolent debitores ex cauſa medici-
95 nalium iudicialiter vrgere, vel ab illis obtinere
obligationem pro illorum pretio mediantibus
Apochis, vel publicis inſtrumentis, quo caſu
non erit amplius agendum de præſcriptione
quinquennali, ſed ſolum de illa ſexdecim anno-
rum inducta à ſtatuto.

Idem dic, ſi creditum medicinalium probetur
non ex libris, ſed vel per Medicos, vel Iuuenes,
vel alios, qui portarunt medicinalia, vel illa re-
ceperunt, ac fuerunt præſentes curationi, vndè ſi
cum receptis Medicorum concurrat alia probatio
facta per teſtes ſuper medelis datis, ceſſabit præ-
96 ſcriptio quinquennalis, & procedernt cum illa
ſexdecim annorum ex *dict. Conſt. 73. Pauli V. dict.
Zaul. alleg. Rubr. 7. n. 31.*, & ſic praxis ſe habet,
& ſæpiſſimè iudicaui.

Aduerte tamen, quod interrupta præſcriptione
quinquennali per interpellationem iudicialem
poterit noua præſcriptio inchoari à die interpel-
97 lationis, vt in puncto aduertit *Cherub. in Schol.
ad dict. Conſtit. 47. Clemen. VIII. ſchol. 1.*; tu verò
hoc declara, vt inchoetur noua præſcriptio ſex-
decim annorum, non verò quinquennalis *ex dict.
Conſt. 73. Pauli V.*

Aduerte etiam, quod Aromatarij Vrbis vigo-
re *Conſt. 47. Clementis VIII. §. ſeptimo* habent præ-
lationem pro ſcutis 50. pro pretio medicinalium
ſi illa probent cum eorum libris mercantiliter,
98 tentis, vel ſecundum vſum, & conſuetudinem
artis Aromatariæ *Zaul. dict. Rubr. 7. n. 26.*

Vnum notabile aduerte hìc, quod in concurſu
creditorum poteſt alter concreditor opponere
exceptionem præſcriptionis prædictæ contra li-
99 bros Aromatariorum inductam à Conſtitutio-
nibus prædictis 71. & 73. *Pauli V.* ea ratione,
quia in concurſu quilibet creditor facit figuram
actoris, & rei reſpectiuè, actoris pro conſecutio-
ne proprij crediti, rei ad effectum excipiendi
contra credita concreditorum agentium, & ſic
poteſt deducere exceptionem præſcriptionis eli-
dentem creditum medelarum, & quia creditor à
iure eſt conſtitutus procurator ſui debitoris ad
100 excipiendum de iuribus ſuo debitori competen-
tibus ex traditis per *Rocc. diſput. iur. ſelect. cap. 48.
n. 13. tom. 1.*, & melius per *Salgad. Labyrint. credit.
par. 1. cap. 3. n. 12.*

Prout concreditores poſſunt opponere etiam
quod libri Aromatarij non ſint legales, nec mer-
cantiliter tenti, & ſimul, quod pretium poſitum
medicinalibus in libris, ſit exceſſiuum, nam de
101 iure communi Aromatarius debet defalcare
tertiam partem, & plus de pretio pharmacorum,
cum in fine hæc ſint ſucci herbarum *Staiban reſol.
forenſ. 64. num. 16. centur. 1.* quem approbat *Rot.
deciſ. 252. nu. 9. par. 14. recen. Zaul. dict. Rubr. 7.
n. 44.*; & in Vrbe attenditur particularis taxa fa-
102 cta à Prothomedico, & Conſulibus Aromata-
riorum, & cum illa ſoleat variari, debet procedi
in taxatione ſecundum taxam, quæ aderat, &
ſeruabatur iuxtà tempora datorum medicina-
lium.

Et pro Aromatarijs ſtatus Eccleſiaſtici ſeruan-
103 da eſt taxa generalis, quæ fieri ſolet à Protho-
medico generali *Rot. deciſ. 252. n. 1. par. 14. recen.
Zaul. alleg. Rubr. 7. n. 43. verſic. prout pretia.*

Si verò adſit aliqua taxa particularis, ſecun-
dum quam Aromatarij in ſua officina conſueue-
runt dare medicinalia alicui Monaſterio, vel do-
mui, & de illa doceatur, hæc attendi debet, &
104 non taxa generalis, qua vtuntur Aromatarij in
ſtatu Eccleſiaſtico plenè *Rot. deciſ. 252. par. 14. re-
cent.*, & prius in eadem cauſa *deciſ. 369. num. 8.
par. 13.*

Intellige tamen, ſi de taxa particulari verè
conſtet, ſecùs ſi ſolùm ex liberalitate Aromatarij
appareat, quod quandoque fuit recepta ſolutio
105 in minori pretio, quam contento in taxa gene-
rali ſtatus Eccleſiaſtici *Rot. dict. deciſ. 369. num. 8.
par. 13. recen.*; nam *deciſ.* prædictæ *369. par. 13.,
& 252. par. 14. recen.* loquuntur, quando in Apo-
theca Aromatarij retinetur taxa particularis pre-
tij pharmacorum, quod tunc illa attendi debeat,
ſecùs ſi illa non adſit, tunc enim ex quo Aroma-
tarius quandoque ex propria liberalitate fuerit
contentus recipere ſolutionem pretij medicina-
lium in minori ſumma, quam contineatur in ta-
xa generali, non ob hoc impoſterum tenebitur in
dicta minori ſumma taxare pretium.

Priuilegium prælationis, quod habent Aro-
matarij Vrbis *ex Conſtit. 47. Clementis VIII*, vel
exteri quicumque ex diſpoſitione iuris commu-
nis pro medelis datis pro vltima infirmitate,
106 non competit pro pretio Cinnamomi, Pipe-
ris, Saccari, & ſimillium extra cauſam medela-
rum ex firmatis per *Berlicch. concluſ. 64. num. 100.
tom. 1. Haberkon. de concurſ. cap. 2. n. 72.*, & benè
Zuccar. deciſ. Lucen. 46. per tot., & ita ſæpè iudi-
caui in concurſibus creditorum, eo quia Conſti-
107 tutio Clementina, ac ius commune loquuntur
de medicinalibus neceſſarijs pro curandis infir-
mis, & ſic non debent extendi ad alia concer-
nentia merum oblectamentum guſtus.

Digitized by Google

Benè verùm eſt, quod ſi talia dulcia pro coo-
dendis Æpulis in culina deſeruijſſent pro ægroto,
& pro illa infirmitate, ex qua obijt, & fuiſſent
ordinata à Medicis in ſalutem, tunc perſruerentur
108 tur priuilegio prælationis ad inſtar medicina-
lium *dict. Haberkon.* vbi proximè.

Prout huiuſmodi prælatio competit etiam pro
109 medelis modici valoris datis ſamulis Domini
decocti, vel deſuncti deſcripti debitoris in libris
Aromatariorum *ex dict. conſt.47. Clementis VIII. §. ac illi omnes Zanl. alleg. Rubr.7. num.28.*, & ità
ipſemet contrà me practicaui ad effugiendas lites
in medicinalibus datis famulo, & famulæ ſioe
meo mandato ab Aromatario, qui mihi inſer-
uiebat, deſcriptis tamen ſub meo oomine, & con-
fert *Pegner. decis.149. per tot.*

Huiuſmodi prælatio Aromatarijs Vrbis com-
110 petit poſt Piſtores, ſed antè Mercatores ſunda-
cales *ex conſt.294. Vrbani VIII. §. ſecundo Bullar. nou. tom.5.*

Demùm circà Aromatarios Vrbis, eorumque
credita ex cauſa medicinalium, aduerte, quod
111 dictæ *Conſt. 47. Clementis VIII., & 71. & 73. Pauli V.* ſunt locales pro Aromatarijs Almæ Vr-
bis, vndè non procedunt extrà Vrbem, etiam in
illius Diſtrictu per 40. milliarià, cum ad litte-
ram loquantur de Aromatarijs Vrbis, & ſic præ-
cisè iudicaui in certa cauſa Sabinen. loci Tarani,
& id probat etiam *Antolin. ad priuileg. Piſtor. Vrbis n.339., dict. Zanl. alleg. Rubr. 7. n.19. in fine*,
& pleniùs *n.27. Thomat. decis. 173. n.32. cum duobus ſeqq.*

Non obſtante, quod contrarium expreſsè in
112 puncto præſcriptionis quinquennalis firmet
Pax Iordan. lucubr. diuerſ. lib.14. tit.24. num.333.
dicens, Conſtitutionem Pauli V. ſuper præſcri-
ptione quinquennali extendi extrà Vrbem in Di-
ſtrictu per 40. milliaria, & *Iordano* relato ſequitur
Antonell. de tempor. legal. lib.1. cap. 25. num. 29.,
nam *Pax Iordanus* allucinatur in intellectu termi-
norum, & confundit Statuta Vrbis cum Conſti-
tutione Pauli V., ſupponit enim, talem Conſti-
tutionem non extendi vltrà diſtrictum Vrbis per
40. milliaria, ex quo ſit Reſormatoria Tribuna-
lium Vrbis, igitur non extenditur ad Diſtrictum;
& *Iordanus* æquiuocat inter Statuta Vrbis (quæ
ſeruantur in Diſtrictu iuxtà *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 42.*), & inter dictam Reformationem Pauli V.,
quæ loquitur de Tribunalibus Vrbis, & præcisè
de illius Aromatarijs, vndè non poteſt Conſtitu-
tio localis pro Alma Vrbe extendi ad Diſtrictum,
& ideò iudicaui contrà *Iordanum*, & partes ac-
quieuere, & ſic dum hæc ſcripta reuideo vidi iu-
dicatum pro quodam Aromatario Ciuitatis Tu-
ſculi prius coram Vicario Generali Cardinalis
Epiſcopi Tuſculani, & poſtmodum in Curia per
Capitaneum Appellationum cum prædictis mo-
tiuis per me factis, quæ tanquam iuri conſona,
placuerunt.

Mercatores fundacales in Alma Vrbe *ex Conſt.*
113 *294. Vrbani VIII. in §. præterea Bullar. nou. tom. 5.*, & ipſi in concurſu poſt Piſtores, & Aromata-
rios præferuntur pro pretio mercium, vſque ad
ſummam ſcut. 50. omnibus creditoribus ante-
rioribus, & potioribus etiam hypothecarijs, ac
inſtrumentarijs, ac cum obligatiooe Camerali, &
etiam doti.

Vt autem dicta prælatio competat aduersùs
dotem debet ab ipſis mercatoribus probari verſio
mercium in vtilitatem viri, & vxoris, ac filio-
114 rum in communione viuentium, vt cauetur in
eadem *Conſtitut. Vrbani in §. præterea*, & in alio
motu proprio Alexandri VII., vndè priuilegium
non procedit, & excluditur verſio, ſi agatur de
mercibus datis marito mercatori pro mercimo-
nio, & quæ appareant ex illarum qualitate, in
illorum vſum non potuiſſe verti.

Et talis verſio debet probari, quod ceſſerit co-
115 pulatiuè in vtilitatem mariti, & vxoris, ac fi-
liorum in commuoioue viuentium, nec ſufficit
verſio in vtilitatem ſolius mariti, & ſic in caſu
occurrenti iudicaui, nàm dictiones *Et*, *Ac* non
ſtant disiunctiuè, vt prætendebatur, ſed copula-
116 tiuè, vt de dictione *Et*, quod ſtet copulatiuè
Barboſ. dict.110., Thomat. decis.121. n.36. tom.2.,
vbi quod talis dictio requirit concurſum copu-
117 latorum, proùt copulatiuè ſtat altera dictio *Ac*
Barboſ. dict. 3.; quodque dictio *Et* ſit ampliati-
118 ua, & ſic verſio debeat probari etiam in vtili-
tatem vxoris, & filiorum *Rot. decis.685. n. 15. & ſeqq. coram Merlin.*

Idque elicitur ex verbis priuilegij Vrbani ibi --
dummodò quoad dotes probetur verſio in vtilitatem
119 *viri, & vxoris, ac filiorum in communione vi-
uentium* --, nam quoad maritum talis verſio pro-
banda non erat, quia ſat erat probatio receptio-
nis mercium ab eo factæ, elicita ex libris merca-
torum legaliter tentis, qui contrà maritum ple-
nè probant ex eadem Conſtitutione Vrbani, vndè
declaratio, & modificatio inducta per verba ſu-
pradicta debet intelligi copulatiuè quoad vxorē,
& filios, & hoc conſonat iuſtitiæ, & æquitati,
cum enim dos habeat de iure tanta priuilegia, &
etiam tacitam hypothecam, Vrbanus legislator
voluit ſolùm illam poſt ponere mercatoribus pro
credito mercium datarum marito, quatenùs hæ
verſæ eſſent etiam in vtilitatem vxoris, & filiorum
in communione viuentium, & in hoc voluit ſo-
lùm prouidus Pontiſex tollere diſputationem
Doctorum, quando vxor, vel filij marito, vel pa-
tre extantibus non ſoluendo teneantur pro datis
120 in cauſam alimentorum, & veſtimentorum pro
ipſis vxore & filijs, de qua agunt *Surd. conſ. 240. Coſt. remed. ſubſidiar. 12. illat.1. per tot., Gratian. cap.107., & 108., Andreol. contr.267., De Marin. quotid. reſol.275. lib.1., Staibaa. reſol.64. à n.31., & ſeq., Hermoſill. ad Lopez. tom. 1. gloſ. 2. l.5. fol. 63., Fontanell. de pact., nupt. clauſ.4. gloſ.9. par. 5. nu.171. & ſeqq. Gomez. Bayo in Prax. Eccleſ., & ſecular. par.3. lib.2. q.23., Camunenl. decis. Bonon. 13. Rot. decis. 215. coram Royas*; In dicta enim
121 quæſtione, quod vxor, & filij in ſubſidium te-
neantur, ſi frumentum, veſtimenta, vel alia ne-
ceſſaria probentur verſa in vtilitatem vxoris, ac
filiorum, tenent *Surd. conſ.420. n.1., & conſ.367. n.28. Gratian. cap.107. n.4. & 8. cap.108. nu.29. & cap.713. n.6. & ſeqq., de Marin. dict. cap. 275. n.3. & 4., Merlin. de pignor. lib.3. qu.5. n.14.*

Sed quod ad nihilum teneantur tali caſu vxor
122 & filij videtur probari *ex l. contractus 24. C. locat., Andreol. controu. 267. Fontanell. dict. gloſſ. 9. par.5. n.171. & ſeqq.*, vbi adducit rationes, &
contrarijs reſpondet, & ſequitur hanc opinionem
bo. Me. Maſſin. Auunculus meus *de Confiſcat. q.32. n.35.*

num. 35., *Rot. deciſ.* 215. *num.*4. *verſic. negatiuam
coram Royas* .
Vodè Vrbanus fauore Mercatorum per ſuum
priuilegium voluit tollere huiuſmodi altercatio-
nem, & opinionum contrarietatem ſtatuendo,
quod ſi mercatores probent merces fuiſſe verſas
in vtilitatem viri, & vxoris ac filiorum in com-
munione viuentium omninò præferantur etiam
doti, nec poſſint vxor, & filij tali caſu cum dote
excludere mercatores, & hoc clareſcit ex illa di-
ctione *dummodò*, quæ importat conditionem,
123 dum eſt apposita illi, quod eſt implendum per
Mercatores, ſi volunt conſequi prælationem ad-
uersùs dotem ex firmatis *per Barboſ. dict.*95. *n.*3.;
& dum talia dictio eſt appoſita diſpoſitioni ſuper
prælatione, hæc reſtricta, & modificata fuit ad
limites qualitatum expreſſarum in oratione limi-
124 tante, expreſſa cum tali dictione *Dummodò Bar-
boſ. dict.*95. *n.*9., *Rot. deciſ.*247. *n.*26. *par.*5. *recen.*,
*& deciſ.*329. *n.*31. *p.*6.
De Iure autem communi, licèt ſit ex firmatis
controuerſa quæſtio an vxor, & filij teneantur,
attamen opinio, quod teneantur in ſubſidium
probata tamen mariti inopia de tempore contra-
cti debiti, non petitionis, quando probata fuit
125 verſio in vtilitatem vxoris, ac filiorum tenent
Gratian. cap. 107. *n.*7. *& ſeqq. & cap.*713. *nu.*10.
& 11., & cum hoc temperamento ſequitur *Maſ-
ſan. dict. quaſt.*32. *n.*35., *Staiban. reſol.*64. *num.* 36.
*tom.*1., *Surd. de aliment.* tit.8. *priuil.*48. *n.*6., *verſ.
ſed ſanè prima opinio. Camuncul. deciſ. Bonon.* 13.
*num.*5. *&* 6. *Rot. deciſ.*215. *verſic.*, *vbi etiam coram
Royas*;
Obiter hic aduerte vnum, quod ſi mercatores
in eorum libris deſcribant debitorem mercium
Caium, & addant fuiſſe illius fideiuſſorem Titium
eius filium, vel alium, vel quod Caio merces
fuere datæ de ordine alterius, vel quod deſeruie-
runt pro alio, quàm pro Caio, qui merces rece-
pit, & fuit deſcriptus debitor, talis fideiuſſio, &
ordo, ac quod merces deſeruierint pro alijs, non
probatur ex dictis libris, & ità aliàs iudicaui.
Siquidem libri mercatorum probant quidem
traditionem mercium factam illi, qui reperitur
deſcriptus debitor in libris, & ſic contractum
initum inter mercatorem, & illum, qui habuit
merces, non autem probant contractum manda-
126 ti, fideiuſſionis, & ſimilium quoad alios, plenè
*Iaſon. conſ.*103. *per tot. lib.*1., *Mandell. Alb. conſ.*
95. *n.*11. *ad* 14., *Maceraten. var. reſol. lib.*2. *reſol.*
6. *n.*25., *& reſol.* 60. *caſ.*14., *Centulin. in addit. ad
deciſ.* 110. *litt. A poſt* 1. *vol. conſ. Farinac.*, latè
*Gratian. cap.*727. fetè *per tot.*, & ſignanter *num.*1.
& 11., vbi aſſignat rationem, quia libri mer-
catorum probant tantum quoad mercimonia
data inter præſentes, quibus illa data ſunt, &
cum quibus aliquid geſtum eſt, ſecùs inter ab-
ſentes, qui nihil geſſerunt cum mercatoribus,
nec aliquid ab illis receperunt, vndè non pro-
127 bant mandatum, ſeù ordinem, ſi aliundè de
eo non conſtet *Menoch. de arbitr. lib.*2. *cap.* 91. *n.*
22. *& infrà Scacc. de Iudic. lib.*2. *cap.*11. *n.* 148.,
& ſeq., *Gait. de credit. cap.*2. *tit.* 3. *nu.* 97. *&* 98.,
*Rot. deciſ.*272. *num.*5. *par.*17. *recen.*, cum alijs per
*Adden. ad deciſ.*345. *n.*133. *& ſeq. p.*9. *recen.*
128 Non obſtant *Surd. conſ.*543. *nu.*8. *verſic. pri-
mum lib.*4. & poſt ipſum *Gratian. cap.*171. *nu.*8.,
quos ſequitur *Gargiar. deciſ. for. Mercator. Bonon.*
1. *n.*1. *&* 7., firmantes, quod libris mercatorum
credatur ſuper tali ordine, nam eorum opinio eſt
falſa, & inſubſiſtens, & *Gratianum* refutat *Carol.
Ant. de Luc. in Annot. ad dict. cap.* 171. *n.*5. & ip-
ſemet *Gratian.* ſuper tali opinione non figit pe-
des, dum eodem *n.*8. in fine promittit ſuper hoc
latiùs ſcribere in capite particulari, proùt poſteà
ſcripſit *in alleg. cap.*727., vbi plenè, ac cum ra-
tionibus firmat, huiuſmodi libris mercatorum
non credi ſuper ordine, ſeù mandato tertij, & ſic
Gratiano debet ſtari in his, quæ ſedulò, & diſcuſ-
129 ſa materia ſcripſit ſecundo loco, maximè dum
eius ſcripta hoc *cap.* 727. approbantur à *Rot. de-
ciſ.*272. *num.*5. *par.*17. *recen.*, vndè idem reſpon-
detur *Surdo*, *& Gargiareo*, dum eorum dicta
non ſubſiſtunt.
Nec releuat *conſt.*294. *Vrbani VIII.*, quæ man-
dat dari fidem libris mercatorum vſque ad ſum-
mam ſcut.50., quia intelligitur quoad præſentes.
& recipientes merces, non ad effectum, quod
130 abſentes inſcij ſine eorum ordine, & mandato
ad libitum mercatorum obligentur, vel tanquam
fideiuſſores, vel tanquam mandantes, ſi de man-
dato aliundè non conſtet, ad tradita per *Gra-
tian. cap.* 727. *n.*2., & præcisè in terminis ſimilis
131 priuilegij, vel ſtatuti, quod credatur libris mer-
catorum, ſic diſtinguunt *Iaſon. conſ.* 103. *lib.*1.,
Gaill. obſer. 20. *n.*8. *lib.*1., *Oſaſch. deciſ.*72. *n.*9. *&* 10.,
*Rot. deciſ.*272. *n.*5. *p.*17. *recen.*
Habent mercatores Vrbis pro veſtiarijs datis
Cardinalibus, & quibuſcumque Romanæ Curiæ
132 Prælatis prælationem in concurſu ex antiquio-
ri priuilegio illis conceſſo *per Conſt.*15. *Beati PijV.*
in ſecunda declaratione, quæ incipit cupientes
§. *ſecunda eorum. Bullar. nou. tom.* 2., vbi Sanctiſſi-
mus Pontifex adducit rationem, quia Cardinales,
ac Prælati ſtatum ſuum cum dignitate aliàs ſu-
ſtinere non potuiſſent, & ſi fuiſſent requiſiti, etiam
cum obligatione Camerali, & Iuramento, ſe ad-
ſtrinxiſſent pro ſolutione pretij talium veſtimen-
torum.
Talis tamen prælatio poſtponitur illis, qui
133 crediderunt cibaria pro vſu eorumdem Cardi-
nalium, & Prælatorum eorumque familiæ, vt ap-
paret ex eadem *conſtit.*15. §. *Prior cauſa*, & notat
*Rot. deciſ.*610. *n.*7. *coram Buratt.*
Aduerte tamen, quod prælatio conceſſa à Con-
ſtitutione Piana ſuffragatur ſolùm pro veſtiarijs,
134 quæ deſeruierunt ad vſum corporis eorumdem
Cardinalium, & Prælatorum dumtaxat, non au-
tem pro datis ad vſum eorum familiæ; & licèt
135 *in deciſ.*715. *coram Buratt.* ſuper hoc Rota nihil
voluerit determinare, ego intrepidè exiſtimo, tale
priuilegium non ſuffragari pro veſtimentis datis
familiæ, quod benè firmatur *in deciſ.* 610. *coram
eodem Buratt.*, & litteralis eſt Conſtitutio Piana,
dum verba ſunt reſtricta ad vſum corporis ipſo-
136 rum Cardinalium, & Prælatorum, cum talis di-
ctio *ipſorum* ſit perſonaliſſima, & demonſtratiua
ipſorum Cardinalium, & Prælatorum, & excluſi-
ua aliorum ex firmatis per *Barboſ. dict.*177. *nu.* 2.
ad 3.; & ampliùs hoc colligitur, ex quo Beatus
Pius, quando voluit dare prælationem pro ciba-
rijs datis etiam familiæ id expreſſit, quod non
fecit, quando dedit prælationem pro veſtiarijs,
ſed potiùs reſtrictiuè de corpore Cardinalium, ac

Prælatorum loquutus fuit ; & viterius cum aga-
tur de Conſtitutione exorbitante dants præla-
tiorem in præiudicium aliotum creditorum,ſtri-
ctè eſt intelligenda , proût verba ſonant , & nou
extendenda,per quas palpabiles rationes ſi res eſ-
ſet decidenda vtique ſubſiſteret prima *deciſio* 610.
coram Buratt.,itaut non pertingam,quomodo po-
ſtea Rota in eadē cauſa *coram eodem Buratt.in de-
ciſ.* 715. dubitauerit ſuper articulo ex prædictis
ſatis claro .

Quę Conſtitutio comprehendit etiam Abbates
habenres in titulum Abbatias inſignes , & viuen-
tes more Prælatorum , attentis verbis generali-
bus eiuſdem Conſtitutionis,ibi -- *Et aliorum quo-*
137 *rumcumque Prælatorum* , & rurſus ibi -- *& alijs
quibuſuis Prælatis* , vt pręcisè obſeruat *Rot. deciſ.*
610. *n*.1. *& ſeqq. coram Buratt.*
138 Talis autem Conſtitutio non officit Aromata-
rijs nec contrà illos dat prælationem ex ratione
adducta in eadem *Conſtit*.15. *Beati Pij V*.in terria
declaratione , *&* §. *Mox dubitationem Rot. deciſ.*
610.confirmata *deciſ*.915. *coram Buratt.*, & hoc
hodie ex ſuprà firmatis res redditur cerrior ex ſu-
pernenta *Conſt*.47.*Clementis VIII.*, dante præla-
tionem Aromatarijs pro ſcutis 50.

Nec tale priuilegium Pianum nocebit Piſtori-
bus Vrbis,attento priuilegio Vrbaui VIII.illorum
139 fauore conceſſo , per quod ipſi præferuntur
quibuſuis creditoribus, ex plenè firmatis *per An-
tolin. ad priuileg. Piſtor. Vrbis in Annot. n.* 305.
& ſeqq.

Præferuntur Romæ in concurſu anteriotibus
creditoribus miſerabiles perſonæ vſque ad ſum-
140 mam ſcutorum 50., etiamſi non ſint in credito
ptiores , vel potiores ex *Conſt*.27. *Beati Pij V*.§.1.
Bullar.nou.tom.2. innouata *in Conſt*. 71. *Pauli V.
Rubr. de Iudicibus in cauſ.ciuil*. §. *Et quia Bullar.
nou.tom*.3.*Zacch. de Salar.quæſt*.99.*n*.1.

Et ſi plures ſint perſonæ miſerabiles creditri-
ces,omnes prò ſumma Scutorum quinquaginta
141 pro qualibet habent prælationem, *vt in allegata
Conſt*.27. *Beati Pij V*. §. *nos præmiſſis* .

Et ſi miſerabilis perſona ſit creditrix in maio-
142 ri quantitate , adhuc pro ſumma ſcut.50. in
omni Iudicio præfertur *dict. Conſt*.71. *Pauli V. al-
legat*. §.*quia in fine* .

Talis prælatio à dictis Conſtitutionibus con-
143 ceditur miſerabilibus perſonis aduerſus credi-
tores anteriores , vnde Piſtores , Aromatarij, vel
alij creditores habentes potioritatem ex Conſti-
tutionibus Apoſtolicis poſterioribus ſunt præfe-
rendi miſerabilibus perſonis , quæ tantum præfe-
runtur anterioribus , dum enim illarum prælatio
eſt reſtricta , vt vincat creditores anteriores , non
poteſt trahi ad potiores , qui vincunt anteriores,
& rales Conſtitutiones dantes prælationem contra
anteriores ſunt contra Ius, & ſic ſtrictè intelligen-
dæ , & non extendendæ vltrà id , quod in verbis
continent .

Vt autem miſerabilibus perſonis competat ta-
lis prælatio debet ab illis in actis doceri de pau-
144 pertate , & miſerabilitate , cum hæc ſit baſis
conceſſæ prælationis *in Conſt*.27. *Beati Pij V*. §.*nos
itaque* ibi -- *qui verè ſint miſerabiles perſonæ* -- ſo-
lum innouata pee *dict. conſt*.71. *Pauli V*. §. *quia* ;
at paupertas ex praxi Curiæ Romanæ probatue
ſummariè , & extraiudicialiter , & an illa ſit pro-
bata ſtatur arbitrio Iudicis , qui videbit,an ſuper
paupertate , & miſeria ſit deductum tantum ,
quantum ſibi ſufficiat prò concedenda prælatio-
ne , vt cauetur ad litteram in allegata *Conſt*. 27.
Beati Pij V. §.*mandantes propterea*; & ſic ſe habet
praxis Curiæ , & multoties in concurſu ſic ſerua-
ui , nam ſi proceſſus formalis ſuper tali pauper-
tate , & miſerabilitate fieri deberet , actum eſſet
de tali beneficio prælationis conceſſæ miſerabili-
bus perſonis .

Et probata paupertate , ac miſerabilitate
non teneotur dictæ miſerabiles perſonæ in con-
145 curſu præſtare cautionem de reſtituendo prio-
ribus , & potioribus creditoribus , alias inanis
remaneret prouida ſanctio dictarum Conſtitu-
tionum , nam illarum beneficio perfrui non poſ-
ſent , dum cautionem perſonæ tales inuenire ne-
quirent, vndè cum ſola obligatione miſerabilium
perſonarum fit illis conſignatio pecuniarum vſq;
ad ſummam ſcutorum quinquaginta .

Quæ autem ſint perſonæ pauperes , & miſera-
biles non poteſt dari certa regula, hoc vnum ſcias,
quod omnes Mercenarij campeſtres , & etiam in
operibus , & ſeruitijs vrbanis vilibus adhibiti ,
146 prò mercedibus , vel alio credito concurrentes ,
dicuntur pauperes , & perſonæ miſerabiles , dum
pro victu quærendo vilibus , ac duris laboribus ,
vinearum , horrorum , ac etiam in ſeruitijs vrba-
nis incumbunt , nam ſoli pauperes , & miſerabi-
les in huiuſmodi ſeruitijs,laborando pro alijs, ſe
exercent iuxtà tradita per *Leoncill.de priuileg.pau-
per.p*.1. *q*.3.*à n*.42. *& infrà* , & ſignanter *num*.49.
verſic. ſi verò quis ; & miſerabilium perſonarum
nomine hic veniunt ſoli pauperes , vndè Pupilli ,
Virgines,Viduæ , & alij, qui dicuntur miſerabiles
ad effectum gaudendi priuilegio *l.vnica C.quando
Imperator. inter.vid.*, *& pupill*.non dicuntur tales
ad hunc effectum , niſi ſimul ſint pauperes , cum
147 Conſtitutiones Pontificiæ præmiſerint pauper-
tatem miſerabilitati , & facit *Leoncill. de priuileg.
pauper. par*. 2. *priuil*.261.*n*.43. *&* 44., vbi quod
non omnis miſerabilis eſt pauper, & quis ſit pau-
per,& miſerabilis perſona *vide Leoncill. de priuil.
pauper. p*.1. *qu*.3.*per tot.qui n*.85. *&* 86.poſt alios
ab ipſo cumulatos firmat , quod iudicare , quis
148 dicatur pauper , & perſona miſerabilis relin-
quitur arbitrio Iudicis , & in terminis conceden-
di prælationem in concurſu pro ſcutis 50. hoc li-
tteraliter remanet ſancitum *in alleg. Conſt*. 27.
B.Pij V.in §. *mandantes* .

Super qua prælatione concedenda ex dicto ca-
pite, quod perſonæ ſint pauperes , & miſerabiles,
vnum aduerte alias coram me tunc Primo Colla-
terali Capitolij deductum , quod ſcilicet talis
prælatio poteſt concedi à quibuſuis Iudicibus
Romanæ Curiæ , & non tantum ab Auditore Ca-
meræ , vt prætendebatur ex dicta *Conſtit*. 27. *Bea-*
149 *ti Pij V*. in. §.*Nos itaque* , *&* §. *mandantes* , vbi
ſolum facultas talem prælationem concedendi vi-
detur conceſſa in Tribunali Alexandri Riarij tunc
Auditoris Cameræ, nam poſterior *Conſt*. 71.*Pau-
li V. in Rubr. de Iudicibus in cauſ.ciuil*. §.*& dicta-
rum miſerabilium perſonarum*, voluit , quod cau-
ſæ diſcuſſionum ad inſtantiam creditorum poſ-
ſent introduci coram quibuſcumque Iudicibus
ordinarijs competentibus , & ampliùs in dicta
Conſt.Pauli V.ſupponitur,generaliter per Pium V.
fuiſ-

fuiſſe diſpoſitum in cauſis diſcuſſionum eſſe
præferendas prò ſcutis 50. miſerabiles perſonas,
& non facit reſtrinctionem ad Tribunal Audito-
ris Cameræ , & quotidiana praxis docet in omni
150 Tribunali Vrbis in concurſu præferri perſonas
pauperes, & miſerabiles , *& ita poſt Cherub. in
compend. Bullar. ad Conſt. 27. Beati Pij V. ſchol. 1.
& 2.*, aduertit *Zaceb. de Salar. quæſt. 99. n. 28.
in fine*.

Prælatis creditoribus potioribus in vim reſer-
uationis dominij ſuper re, vel talibus ex diſpo-
ſitione Conſtitutionum Apoſtolicarum , etiam
aduersùs alios anteriores, & potiores, potior eſt
cauſa funeraria , itaùt creditor ex cauſa expenſa-
rum factarum in funere debeat præferri aduersùs
151 omnes creditores, tam tacitam, quam expreſ-
ſam hypotecam habentes *per tex. in l. at ſi quis
§. 1. & clarius in l. penult. ff. de Relig. & ſumpt. fu-
ner. Gait. de Credit. cap. 4. quæſit. 11. n. 1210. vſque
ad n. 1921., Rodriquez. de priuil. credit. artic. 3. n. 8.
& ſeq. p. 1. Grattan. cap. 94. num. 2. n. 13., A Coſt.
de priuileg. credit. regul. 2. ampliat. 2.* færè *per tot.
Poſt. de Subhaſt. inſpect. 41. n. 40. cum tribus ſeq. idem
reſol. 104. n. 24. & infra Merlin. de pignor. lib. 4.
quæſt. 17., Cardin. de Luc. de Credit. & Debit. diſcurſ.
28. n. 4., Surd. decis. 112. n. 3. & deciſ. 255. Canal-
ean. deciſ. 32. par. 1., Caſtill. deciſ. 103. per tot. par. 1.,
Maſtrill. deciſ. 10., Capiec. Latr. deciſ. 47. par. 1.
Rot. Lucen. apud Cenſal. ad Leg. vnic. C. ſi quis Im-
perator. maledix. §. 28. n. 77.* vbi, quod hæc opinio
eſt æquior, & magis Iuri conſona , & reijcit con-
trarios, & ſignanter *deciſ. Franch. 71.* contra quam
deciſ. Franch. inuehit etiam *Maſtrili. dict. deciſ. 10.,
438. n. 72. & ſeq. par. 9. recen. deciſ. 187. n. 20. &
poſt Zaceb. de oblig. Cameral., & deciſ. 2103. n. 5.
coram Coccin.*

Expenſæ quippè funerum minuunt hæredita-
152 tem defuncti , & operantur in effectu , ac ſi de-
functus minus in hæreditate reliquiſſet *l. 45. ff. de
Relig. & ſumpt. funer. Haberkon. de concurſ. &
prælat. Credit. cap. 2. n. 50. & ſeq.*; qua Con-
cluſione ſuppoſita videretur dicendum, quod de-
beant præferri etiam Piſtoribus, Aromatarijs,
ac Mercatoribus fundacalibus habentibus priui-
legium prælationis, etiam aduersùs Creditores
potiores, nam potioritas intelligitur ſuper bonis
153 relictis à defuncto non autem ſuper illa portio-
ne bonorum neceſſaria prò expenſis funerum,
quæ non dicitur relicta in hæreditate defuncti ex
dictis, tu cogita; ſed in Vrbe non ſic de facili
ex Indultis, de quibus ſuprà, conceſſis Piſtori-
bus, Aromatarijs, & Mercatoribus poterit obti-
neri prælatio, licet magna æquitas iuncta fauori
publico concurrat prò prælatione, ne defuncto-
rum corpora remaneant inſepulta, & ex dicta ra-
tione, quia defunctus tantò minus cenſetur in
hæreditate reliquiſſe, quantum important tales
expenſæ funerum.

Præfata concluſio prò prælatione creditoris
154 ex cauſa funeris procedit etiam aduerſus do-
tem, & alios quoſcunque creditores habentes hy-
pothecas, etiam expreſſas anteriores *Cancer. var.
reſol. p. cap. 9. n. 9., Rodriguez de concurſ. par. 1. art.
3. n. 4. & 15. Gait. de Credit. cap. 4. quæſit. 11. num.
1915.* plenè *Surd. deciſ. 255. n. 6. & ſeq., Maſtrill.
deciſ. 10. Caſtill. deciſ. Sicil. 103. num. 15. & 16.,
Rot. deciſ. 1903. num. 15. coram Coccin., deciſ. 576.
num. 20. coram Amat. Dunoz. deciſ. 115. num. 3.
& 4. coram Peutinger., & deciſ. 399. n. 15. par. 5.
recen.*

155 Et etiam aduersùs fiſcum *Gait. dict. quæſit. 11.
num. 1932.*

Taliſque prælatio competit non per viam ta-
citæ hypothecæ, ſed ex mera actione funeraria
156 perſonali priuilegiata *A. Coſt. de priuil. credit.
Regul. 2. ampliat. 1. n. 2. & ſeq.* qui impugat *Rodri-
guez. de priuil. credit. art. 3. n. 3.* tenentem, talem
prælationem competere per viam tacitæ hypothe-
157 cæ, at prò opinione *Rodriguez.* ſtat *Rot. deciſ. 399.
n. 14. p. 5. recen.* vnde ab hac opinione, cum qua
procedit Rota, non recedas.

At impenſa funeris non præfertur mutuanti
158 ad refectionem, vel conſeruationem rei *Gait.
de credit. dict. quæſit. 11. n. 1950. ad 1958.*, vbi ad-
ducit rationes *Rodriguez. dict. art. 3. n. 19., Rot. Flo-
rent. apud Manſ. conſultat. 343. n. 2. tom. 4.*

Nec obſtat, quod impenſa funeris præferatur
doti, & hæc præcedat mutuantem, ac impen-
159 dentem in cauſam refectionis, ac conſeruatio-
nis per *text.* clarum *in §. his conſequens Auth. de
æqual. dot.* & plenè hoc firmatum fuit infrà *artic.
2. n. 234.*; vndè ſi dos præfertur mutuanti, vel
impendenti in refectionem, vel conſeruationem
rei, & cauſa funeris præfertur doti, ita etiam
debet præferri mutuanti, vel impendenti in cau-
ſam conſeruationis, vel refectionis, ex regula
ſi vnico vincentem te, multo magis vinco te; nam
reſpondetur, quod regula, ſi vinco vincentem
te, multo magis vinco te; non eſt ſemper,
160 ac vniuerſaliter vera, ſed patitur plures limita-
tiones, & declarationes ſecundum diuerſas ra-
tiones victoriæ, & propter varias potentias, &
diſparia iura concomitantia, & adhærentia vni,
& non alteri *Medic. examin. Senen. 11. n. 41.*; & diſ-
par ratio eſt inter dotem, & mutuantem, vel im-
pendentem in cauſam refectionis, vel conſerua-
tionis, nam mulier, ſi maritus decedat inops,
tenetur ipſa de ſuo illi facere funus, hinc nil mi-
161 rum, ſi ipſa pro dote non præfertur impenſæ
funeris, vt aduertit *Gait. de credit. alleg. quæſit. 11.
n. 1955., & 1956.*; at mutuans, vel impendens
in cauſam refectionis, & conſeruationis rei ha-
bet ſpeciale ius prælationis ſuper ipſa re, quæ de
tempore concurſus ſuper bonis defuncti, vel de-
cocti non adeſſet, ſi refecta, vel conſeruata non
fuiſſet cum pecunijs mutuantis, vel reficientis,
quo circa quantum important impenſæ refectio-
nis, vel conſeruationis non eſt iuſtum, quod
vincatur ab impenſa funeris, maximè cum defun-
ctus dicatur tantò minus in ſua hæreditate reli-
quiſſe, quatum importat impenſa refectionis,
& conſeruationis cum alienis pecunijs facta, &
talis res refecta, ac conſeruata cum pecunijs alie-
nis in cauſam refectionis creditis, quoad quan-
titatem pecuniæ impenſæ in talem cauſam, nun-
quam propriè, & verè dicitur extitiſſe in bonis
defuncti in præiudicium, & damnum illorum, qui
conſeruarunt, vel refecerunt rem, vel crediderunt
in eamdem cauſam.

Expenſarum funebrium appellatione veniunt
omnes illæ, quæ ſepelliendi cadaueris cauſa
erogatæ ſunt, & quæ in campanarum pulſatione,
162 cadaueris aſportatione, tumuli aperitione, &
conſtructione, ceris, exequijs, ac miſſarum ce-
lebra-

Digitized by Google

lebratione, peractæ ſunt l.funeris ſumptus 37. ff.de Relig.& ſumpt.funer. Neguſant.reſponſ.98.per tot., Garc de expenſis., & meliorat. cap.8.n.1., & ſeqq. A. Coſt.de priuileg.credit. Regul.2.ampliat.1. n.23. Rodriguez de concurſ. credit. artic. 3.n.32. p.1.Haberkon. de concurſ. cap.2. nu.53.Berlicb. concluſ.64. n.87., Petr. ad Capicc.decis. 64.n.1.verſic. & quod impenſæ Gamma deciſ. 307. n. 1., & 2., Surd.deciſ. 255.num.17. & infra, Hodiern.ad ipſum deciſ.112. num.9.

An autem expenſæ factę in veſtibus lugubribus, non occaſione tumulandi cadaueris, vel illud aſſociandi ad tumulum, ſed poſt illud tumulatum, habeant huiuſmodi prælationem, res non eſt clara, & quidem in caſu occurrenti iudicaui, non eſſe præferendas, ex quo non ſunt factæ oc-
163 caſione, & cauſa funeris, & tumulandi cadaueris ad text. in l. funeris ſumptus 37., & in l. ſi quis 14.§.hæc actio ff.de Relig. & ſumpt. funer. Garc. de expenſis dict.cap.7.n.17. & 18.qui ex dictis iuribus tenet, deducendam eſſe antè omnes creditores impenſam funeris circa cadauer ſepel-
164 liendum factam, non poſt, & in hoc eſt ſatis literalis tex. in dict. l.funeris ſumptus; præcipuè ſi non adſint bona ſufficientia pro creditorum ſatisfactione Berlicb. concluſ. 64.n.88. & 89.p.1. Haberkon.de concurſ. dict. cap. 2. n.54., Gamm. deciſ. 308.n.2. & 3.; cum expenſæ veſtium lugubrium poſt tumulatum cadauer non concernant publicam vtilitatem, nec refrigerium Animæ de-
165 functi, ſed potius pertineant ad pompam viuorum, Gutierez pract.qq. lib.3. quæſt. 72.nu.5., verſic.quod intelligendum eſt, Gratian.cap.94. n.21. & ſeq., Coſt.de rat.rata q.73. n. 3. Merlin. de pignor. lib.4. q.17. n.25. A.Coſt. de priuileg. creditor. Reg.2. ampliat.1.nu.23. Gamm. deciſ. 308. num. 1. & 2.

166 Et licet Cancer. var. reſol.par.1. cap.8. num.9. verſic. etiam veſtes lugubres, Maſtrill. deciſ. 10. n.11., Surd deciſ. 255. n.28., Mart. Vot. Piſan. 83. n.7. & plures alij cum ipſis teneant, tales veſtes lugubres præferri, & venire nomine expenſarum funeris, nihilominus prima opinio eſt magis probabilis, & de Iuris vigore verior, & cum ea procedi poteſt, cum Doctores prò prima opinione adducant rationem ſolidam, quod illæ dicuntur expenſæ funerum, quæ occaſione tumulandi cadaueris fiunt, & non poſt, & habent pro ſe text.rotundum in l. funeris ſumptus ff.de Relig.& ſumpt.funer.; & illi, qui adherent ſecundæ opinioni illam firmant, quia in eorum caſibus ade-
167 rat conſuetudo, quod familia defuncti aſſociaret cadauer ad ſepulturam cum veſtibus lugubribus, quo caſu illarum expenſæ dicuntur factæ occaſione tumulandi cadaueris, & ſic veniunt nomine funerum iuxtà diſtinctionem ſuprà firmatam, ſecùs autem eſt in illis locis, vbi veſtes lugubres familiæ, & coniunctorum defuncti non deſeruiunt prò aſſociatione cadaueris, vel circa cadauer occaſione illius ſepulturæ.

168 Non obſtat, quod Berlicb. concluſ. 64. n.90. & cum eo Haberkon.de concurſ.credit.c.2.n.57. & Neguſant. reſponſ.98.dicant de conſuetudine præferri etiam impenſam factam prò veſtibus lugubribus, & ſic ſeruari, nam reſpondetur, quod Haberkon. adducit ſolum dictum Berlicb. & hic prò ſe allegat Soccin. Iun. conſ. 134. lib.1.& Tuſc. concluſ. 536.n. 2.litera F., qui Soccinus nihil tale dicit, & ſolum n.38.ad 51. diſcutit de veſtibus factis à ſocero vxori filij, an ſint illius propriæ, vel ab illa reſtitui debeant, & Tuſcus allegat ſolum eumdem Soccinum, & Neguſantius reſponſ. 298.ſi benè perpendatur loquitur de veſtibus factis occaſione ſepelliendi cadaueris, vt colligitur ex ratione per ipſum adducta n.11.

169 Prout Maſtrill. deciſ. 10. & Surd. deciſ. 255., & Mart. vot.Piſan.83., qui procedit cum Surdo, loquuntur ſuppoſita conſuetudine probata dandi prælationem etiam pro expenſis veſtium lugubrium, vndè talis conſuetudo, etiam quoad illas præferendas, probanda eſt, & hoc appoſitè aduertit Rot.deciſ. 87. n.13. p.11. recen., ſi benè perpendatur.

Videbatur in quadam cauſa concurſus facti ſuper bonis cuiuſdam Ciarulli, quod hæc eſſet opinio omninò noua, & parum iuridica, ego autem ab illa non receſſi, præcipuè dum Ciacul-
170 lus erat perſona mediocris conditionis, & pro impenſis veſtium lugubrium fuerant impenſa Scuta 300. circiter, & ſat fuiſſent ſcuta centum, præcipuè dum aderant creditores in magno numero, qui ex bonis defuncti non poterant ſatisfieri.

Ad hoc vt expenſæ funerum habeant prælationem, debent fieri arbitrio Iudicis ſecundum dignitatem, & iuxtà facultates, ac vires patrimonij defuncti, & loci conſuetudinem, nam ſi in illis faciendis fuerit exceſſum, pro exceſſu non habent aliquam prælationem, nec aliquod priui-
171 legium cauſæ funerariæ l.ſi quis §.hæc actio, & §.Iudicem. ff. de Relig.& ſumpt. funer., Garc.de expenſis cap.8. n.2. & ſeqq., Staiban.reſol. forenſ. 64. n. 14. & 15, lib.1., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6.gloſ. 2.par.5. n.30. & infrà, Antonell. de tempor. legal. lib.4. cap.fin. n.77., Berlicb.concluſ.64. n.11. & 12., verſic.& nihilominus Caſtill.deciſ.100. n. 21., & ſeqq., Rot.1903. n.16. & 17. & deciſ. 2103.n. 11. & 12. coram Coccin., deciſ. 68. nu.5. & ſeqq. coram Carill., & deciſ. 86. nu.15. par.11. recen., quæ emanauit in cauſa, in qua ſcripſit de Luc. alleg. diſcurſ. 68.de dote.

In illis caſibus, in quibus impenſæ funeris habent prælationem, hæc procedit, vel illæ factæ ſint ab hærede defuncti, vel ab alio tertio ex-
172 traneo, Gratian.diſcept. 94. n.6., Rodriguez. de priuil. credit.art. 3.n.16., Surd. deciſ. 255. n. 28. Caſtill.deciſ.103.n.24. Rota deciſ. 32. num. 24. poſt Merlin.de Pignor.

Idem Priuilegium prælationis, quod competit prò expenſis funerum, competit quoque prò expenſis vltimæ infirmitatis, etiam aduersùs dotem, & tales expenſæ dicuntur illæ factæ prò Medico, Chirurgo, medicinalibus, ac alijs, quæ deſeruierunt prò curando infirmo in vltima infir-
173 mitate, ex qua deceſſit, non autem pro alijs infirmitatibus, ex quibus conualuit Cancer.var. reſolut.p.1.cap. 9.n.9., Poſt. reſolut. 104.à n.5., & infrà, latiſſimè Berlicb. concluſ. 64. n. 95. & ſeq. Haberkon.de concurſ.credit. artic.3. num.22. ad 25. par.1. A.Coſt.ſimil.tract.Regul.2. ampliat. 1. n. 20. præclarè Merlin. de pignor.lib. 4. quæſt.17.n.24. Hodiern. ad Surd. deciſ. 112. n.8. & 52., Rota Lucen. apud.Cenſal. in l.vnica C.ſi quis Imperator. maledix. §.28.n.79.& ſeqq. (vbi habes, quod non di-

citur

citur vltima infirmitas illa, ex qua quis licet per-
fectè non conualuerit, attamen poſt annos tan-
tum ex illa obijt) *Borgnin. Caualcan. deciſ.32.*
n.4.ad 6. & n.11., cum duob.ſeq.par.1., Caſtill. de-
ciſ.103.n.23. par.2., Reuert.deciſ.486. & ibi de
Marin.in addit. num.2., Rot. deciſ.576.n.23.coram
Amat.Dunozzett., & deciſ.2103. n.7. coram Coc-
cin., vbi refert DD. teſtantes de communi opi-
nione; ea ratione, quia publicè intereſt, ne ho-
mines in eorum infirmitatibus derelinquantur, &
ſicut feræ beſtiæ deſperati moriantur, *Caſtill. de-*
ciſ.110.n.23.

Declara tamen, vt prò expenſis vltimæ infirmi-
tatis factis in curando ægroto competat talis
prælatio, ſi factæ ſint iuxtà qualitatem perſonæ
174 infirmi, & quantitatem patrimonij arbitrio Iu-
dicis cum moderatione, itaùt in illarum exceſ-
ſu non ſit concedenda prælatio, ne plus tribua-
tur æquiparato, quam illi, cui ſit æquiparatio, ſi-
cut enim expenſæ factæ in cauſam funerum, ſi
ſint exceſſiuæ nullam in exceſſu habent prælatio-
nem ex ſuprà firmatis hic proximè *n.171.*, itē idē
dicendum eſt in expenſis vltimæ infirmitatis, ex
qua ægrotus obijt, cum tranſeant cum regulis
expenſarum funeris, quibus æquiparantur *Poſt.*
reſol.104.n.10. & ſeqq.

Vnum hic nota, in quo vidi per quemdam
Iudicem erratum, quod ille, qui dedit alimen-
ta ægroto in infirmitate, ex qua conualuit, non
præfertur prò dictis alimentis creditoribus ægro-
ti ad ſanitatem reſtituti, vnde malè fecit dictus
Iudex dando prælationem prò huiuſmodi ali-
mentis ſub apparente, ſed falſo motiuo, quod
ille qui dedit alimenta ægroto, illum conſerua-
uerit, & ſic quemadmodum mutuans, ac cre-
dens pecunias in cauſam refectionis, vel conſer-
uationis rei, in illa præfertur, ità debeat, & for-
tiori ratione præferri mutuans, ac exhibens
alimenta ad conſeruationem hominis, tanquam
nobilioris ipſa re; at tale iudicatum cum ſuo fun-
damento remanet inſulſum, ac prorsùs à iuſti-
tia alienum, nam prælatio prò medicinalibus,
175 alimentis, ac alijs præſtitis extrà caſum vlti-
mæ infirmitatis, ex qua quis obijt, non compe-
tit ex benè firmatis per *Rodriquez. dict.artic.3.*
n.25. & Haberkon. de concurſ. credit. cap. 2. n.67.
qui appoſitè reſpondent argumento apparenti
deducto à prælatione conceſſa mutuanti ad con-
ſeruationem rei, cum magna adſit ratio diuerſita-
tis, nam ille, qui mutuat ad rei conſeruationem
creditorum ius conſeruat ſaluum, vt res refecta, &
conſeruata cum ſua pecunia vendi poſſit, & ex
pretio ab illa redigendo, tam mutuanti, quàm
alijs creditoribus ſatisfiat; in ægroto autem
176 quamuis ex curatione, & alimentis præſtitis
reconualeſcat, & adhùc ſanus viuat, exindè ta-
men creditorum ius non conſeruatur, cum
debitor vendi non poſſit, vt exinde, creditoribus
ex eius pretio ſoluatur, quod conſiderat etiam
Berliccb. concluſ. 64. n.99. par.1., vnde dictus Iu-
dex viſis dictis authoritatibus, & rationibus,
quibus illæ nituntur, erubuit de ſuo malo iudica-
to, quod vidit reuocatum, & iudex appellatio-
nis non ſine riſu audiuit iudicatum ſuper tali
ideali prælatione.

Ad inſtar expenſarum funeris præfertur hæres
prò expenſis factis in conficiendo inuentario, in
releuanda copia teſtamenti, ac illius inſinuatio-
ne, deputatione Curatoris, ac alijs factis prò
177 adeunda, vel defendenda hæreditate *Gratian.*
cap.94. n.7., Florez.de Men.var.quæſt. lib.1. qu.6.
art. 3. n.11. Gait.de credit.cap.4. quæſit.11.n.1935.
Haberkon. de concurſ. cap.2. n. 59. ad 61. Caraſc.
ad leg. Recopill. cap.11. n.193.& 194. A. Coſt.de
Priuil. credit. regul. 2. ampliat.1. n.21.

At intellige de expenſis factis legitimè, & iux-
tà ſolitum, & non in exceſſu, & quoad illas fa-
ctas in defendenda hereditate intelligitur, ſi de-
fendidit lites iuſtas, ſecùs ſi hæres beneficiarus
temerè, ac iniuſtè litigauerit contrà publica In-
ſtrumenta, & ius clarum per plures inſtantias, in
quibus ſuccubuit, tunc enim ad expenſas eſt con-
178 demandus nomine proprio, non autem tene-
tur hæreditas, *Franciſcus de Rampon. apud Bald.*
conſ. 73. lib.3. Rolan. in Tract. de Inuentar. q.150.
n.7. & 8.fol.mihi 79., & magiſtraliter *Barz.deciſ.*
Bonon.13. per tot., cùm qua procedit *Cancer. var.*
reſol.par.3. cap. 2. n. 241., qui teſtatur ſic iudi-
catum, & præclarè *Fontanell. deciſ. 98. n.16.*, &
plenè *Armezzan.deciſ. Iauuen.24. n.21. ad 30.*

Et quod expenſæ factæ per heredem pro defen-
denda hæreditate, illius damno cedant, illam-
que diminuant, eſt verùm, ſi quis prò illa defen-
denda, vel agendo prò recuperandis bonis here-
179 ditarijs, legitimè, & ſine calumnia hoc faciat,
vt loquuntur *Grat.cap. 257. n.30. & 31.*, *Cancer.*
var.reſolut.par. 3. cap.2. n.241. Rot. deciſ. 37. n.7.
ad 9. coram Duran.deciſ. 761. à n.3. par.18. tom.2.
recen. & deciſ. 10. n.6. & per tot. par. 19.; ſecùs
tamen eſt, ſi temerè, ac calumnioſè lis propona-
tur, vel defendatur, tunc enim debent ſolui ab
hærede de proprio, nè alias in eius arbitrio ſit li-
180 tes iniuſtas promouere, & defendere, vt pro-
bant *Barz. dict. deciſ. 13. Armezzan. deciſ. Iauuen.*
24., & Fontanell.deciſ. 98.n.16., & ità me referen-
te *ſub die 25. Maij.1685.* cenſuit Aſſettamentum
vnanimi DD.Suffragio condemnando hæredem
beneficiarum de proprio in expenſis litis temerè,
& contra publica inſtrumenta promotæ, & in
qua hæres ſemper ſuccubuerat.

An autem Fiſcus, Erarium, ſeù Camera ſupre-
mi Principis habeat in concurſu priuilegium ali-
quod potioritatis, & prælationis, regula eſt ne-
gatiua, ſi agatur de ſimplici credito, & concur-
181 rat cum creditore priuato, qui habeat hypo-
thecam *l.ſi pignus 8.ff.qui potior. in pignor. hab, l.*
ſi fundum 4. C. eodem Haberkon. de concurſ. cap. 3.
num. 5.

Fallit in bonis quæſitis per debitorem poſt
contractam obligationem cum Fiſco, in quibus
182 hic præfertur alijs creditoribus hypothecarijs
anterioribus *l.ſi is 28. ff. de Iur. Fiſc.*, *Haberkon.*
dict. cap. 3. n.6. & 7., *Card. de Luc.de credit. &*
debit diſcurſ.19.n.1.& ſeq., *& de Dot. diſcurſ.33.à*
n.17., *Reuerter.deciſ.380. n.4.*, & nouiſſimè *Epiſc.*
Rocca diſput. iur.ſelect. tom.2. cap.108. n.34.

Quod procedit etiam ſi Fiſcus in ſuo credito
ſucceſſerit in ius alterius, nam in bonis quæſitis
183 poſt, à die tamen ſucceſſionis, & non priùs
præfertur *l. cum Patrem 6. C.de priuil. Fiſc.Haber-*
kon. ibidem num.10.

Hoc tamen priuilegium non competit Fiſco in
bonis poſteà quæſitis aduersùs pupillum credi-
184 torem anteriorem *tex.ad litteram in l. fin. qui po-*
tior.

Digitized by Google

tior. in pignor. hab., *Haberkon.dict.cap.3.n.8.*
Nec fiſco tale priuilegium competit contrà do-
185 tem anteriorem, cum & hæc gaudeat eodem
priuilegio, vt præferatur in bonis poſtea quæſi-
tis, ex cumulatis per *Epiſcop. Rocc. diſput. Iur.*
ſelect. cap.108.n.35.& 37., vbi refutat contrarios,
& hoc latiùs firmatum fuit infrà *artic.3. à n.293.*;
nam dos in concurſu fiſci in bonis, poſteà quæſi-
186 tis præfertur *Gait. de credit. cap.4. quæſit. 11. n.*
1896. & 1897., cum fiſcus, & dos pari paſſu am-
bulent, & ideò conquaſſatis priuilegijs attenditur
prioritas temporis *l. 2. C. de Priuil. fiſci Cardin.*
de Luc. de Dot. diſcurſ.82. num.2., quinimmò dotis
187 cauſa eſt magis priuilegiata quam fiſci, *Cancer.*
var. reſol. par.1. cap.9. n.3. Maſſin. de confiſcat.qu.
39. n.17. Staiban. reſol. foreuſ.69. n.35. & 37. lib.
1., *Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. ſelect. cap.108.n.40.*,
cum ſeqq.tom.2.
An autem tali priuilegio fiſco competenti gau-
188 deat Annona Vrbis negant *Cardin. de Luc. de*
Regal. diſcurſ.44. per tot., & pleniùs *Epiſcop. Rocc.*
diſput. Iur. ſelect. cap. 72. n.38. ad 48. tom.1., ſed
contrarium eſt verius, ex firmatis infra in *Annot,*
ad Stat.Vrb.lib.3.cap.41.art.2.n.
Si verò agatur de debito Primipili fiſcus an
189 præferatur doti, opinio affirmatiua probari
videtur *ex l. ſatis notum 4. C. in quibus cauſ. pign.*
vel. hypothec. tacit. contrahatur l. penult. C. de
Primipilar. lib.1., *Grattian. cap. 733. n.1. & ſeqq.*,
Gait. de credit.cap.4. quæſit.11.num.1898. & infrà,
de Ponte de poteſt. Proreg. tit.4. §.8. n.2.& ſeqq.
Sed opinionem negatiuam teneas, cum de
190 conſuetudine tale priuilegium Primipilatus
contrà dotem non procedat, *Caſtren. in l.1. nu.1.*
C. de Priuil. fiſc., *Camill. de Larath. conſ.80. per*
tot., qui teſtatur ſic deciſum per Regiam Came-
ram, ac Collaterale Concilium, *Peregrin. de Iu-*
re fiſci lib.6. tit.6. n.43. in fine, Gait., vbi proximè
n. 1909. Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.
20. n.6., *verſic. tertio deducebam*, *& num.7.*, & in
hanc partem videtur inclinaſſe *Rot. deciſ.214.*, *&*
deciſ.408.p.14. recen.
Vel ad ſummum tale priuilegium primipilatus
hodiè competit dumtaxat in debito, quod habet
191 ille, qui præeſt Annonæ militari, *Mantic. de*
tacit. lib.11. tit.18.n.11., *Rot. deciſ.214.num.16.&*
ſeqq. par.14. recen.; officium quippè Primipili, de
quo in Iuribus ſuprà relatis reſidebat antiquitus
penès centuriones militum, qui præerant Aquilæ
ſigno vexillari cuiuslibet Legionis militum, &
quilibet centurio, nuncupatus Primipilus, qua-
drigentos milites regebat, & illorum erat caput,
& Gubernator, præſtando illis de publico An-
192 nonam militarem, vt plenè, ac eruditè pro-
bat *de Larath. dict. conſ.80.n.8. ad 15.*, nec diſſen-
tiunt *ACoſt. de priuil. credit. Regul. 2. ampliat. 5.*
n.18., ac pleniſſimè *Merend. controuer. Iur. lib.6.*
cap.39.per tot.
193 Et licèt *Spad.* olim fiſci Pontificij Aduocatus
conſ.15. num.1.& 2. lib.1. Mantic. de tacit. lib.11.
tit.18. n.8.& 9., *De Pont. de Poteſt. Proreg. tit.4.*
§.8. n.3., *Capiec. deciſ. 129. n. 16. cum duob. ſeqq.*,
conetur oſtendere, quod Primipilatus munus,
& priuilegia hodie procedant in generali Theſau-
rario Principis, ac vniuerſæ illius pecuniæ admi-
niſtratore, attamen hoc aſſertum vti falſum im-
194 probat *de Larath. dict. conſ.80.*, *& Merend. al-*
leg. cap.39. n.10., qui dicit, eſſe falſiſſimum, quod
Iura loquentia de Primipilo habeant locum in
Theſaurario generali, & quod ad hunc non poſ-
ſunt extendi illius priuilegia, & idem *Merenda*
ibidem *n.11. & ſeq.* pro hac veriori opinione ra-
tiones, ac Doctores concordantes adducit.
Aduerte hic, quod in Alma Vrbe Gabellarius
Dohanæ Vini, ſeù ſtudij pro Gabella vini ſuper
hoc, & ſtyllijs ad vſum artis Cauponis præfertur
195 cæteris creditoribus hypothecarijs anteriori-
bus Cauponis *Cardin. de Luc. de credit. & Debit.*
diſcurſ.21. n.1.
At talem prælationem non habet aduersùs do-
minum domus pro penſionibus domus vltimi an-
ni, nec contrà mercatores Ripales creditores ex
cauſa pretij vini dati Cauponi, cuius bona ſunt
196 in concurſu *Cardin. de Luc. ibidem n.8.*
Cum dicti Mercatores Riparum Vrbis *ex Con-*
ſtit.45. §.4. Pauli III. Bullar. nou. tom.1., habeant
197 in concurſu ſuper mercibus ab ipſis venditis,
& exiſtentibus penès debitorem, vel alium præ-
lationem aduerſus quoſcumque creditores, etiam
expreſſam hypothecam anteriorem, & cum obli-
gatione Camerali habentes *Cardin. de Luc. dict.*
diſcurſ.21. n.7.
Extrà verò caſum concurſus in proprijs merci-
bus, ſed in alijs bonis debitoris proprijs quomo-
do concurrant *dixi infrà art.3. n.311.& ſeqq.*
Vnum nota hic, quod in praxi habui, Doha-
nerium Vrbis habere quidem prælationem pro
Gabella ſuper ipſis mercibus gabellabilibus in
concurſu creditorum, non autem habere aliquam
prælationem ſuper bonis ſubappaltatoris, & ad-
miniſtratoris alicuius gabellæ, quæ ſit membrum
Dohanarum, cum tales ſubappaltatores, & exa-
ctores, ſeù adminiſtratores dicantur potiùs de-
bitores ex contractu, & priuata conuentione,
quàm pro Gabella, & ſic Dohanerius pro tali
credito non vtitur priuilegio gabellæ, nec præ-
fertur creditoribus anterioribus dicti ſubappal-
198 tatoris, nec habentibus cauſam ab illis *Cardin.*
de Luc. de credit. & Debit. diſcurſ.21. n.16.
Tandem nota hic, quod in concurſu plurium
creditorum priuilegiatorum eſt præferendus, qui
eſt magis priuilegiatus, & in hoc eſt diligenter
199 ſpectandum cuiuſque creditoris priuilegium
benè *Matienz. ad leg. Recopill. lib.5. tit. 16. leg.7.*
glaſ.5. n.13., *Flarez. de Men. var. quæſt. lib. 1. qu.*
6. artic.3. nu.28. verſic. ſi verò vnus, Haberkon. de
concurſ. credit. cap.9.n.36.
Et ſi priuilegia ſunt æqualis tituli, & valoris,
200 omnes concurrunt, licèt adſit diuerſitas tem-
poris *Haberkon. dict. n.36.*, & inter æquè priuile-
giatos, qui præoccupat ſatisfactionem benè fa-
201 cit, nec cum ipſo ampliùs agendum eſt de
prælatione *Matienz. vbi ſupra n.14.*, plenè *Epiſcop.*
Rocc. diſput. Iur. Select. tom.2. cap.144. nu.18. &
202 *ſeqq.*, vbi hoc admittit, ſi ceſſet dolus in exa-
ctione, prout inter æquè priuilegiatos creditores
203 præfertur creditor, qui poſſidet, & excipit *Rot.*
deciſ.254.n.7.coram Celſ.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Prælatio in concurſu debetur illis, qui crediderunt pecunias pro emenda, reficienda, vel conſeruanda re, & de requiſitis neceſſarijs pro tali prælatione conſequenda diſſcutitur; Et eadem prælatio in ipſa re ratione conſeruationis quando debeatur illis, qui quoquomodo illam conſeruarunt, vel maioris valoris reddiderunt; Et plenè oſtenditur, quando vectoribus, laboratoribus, Cuſtodibus Animalium, vel rerum, Dominis domorum, in quibus res conſeruatæ fuerunt, illis, qui dederunt paſcua Animalibus, Nautis ſuper Naui, Aduocatis, vel Procuratoribus pro eorum mercede ſuper re recuperata, vel defenſa, & alijs ſimilibus debeatur prælatio.

SVMMARIVM.

203 *Prælatio debetur danti pecuniam ad emendam, vel redimendam rem ſuper ipſa re, ſi de hoc ſpecialiter actum ſit & n.206.& 207.*

204 *Pactum ſuper ſpeciali hypotheca non ſuffragatur, ſi ſit appoſitum poſt rem emptam, vel redemptam.*

205 *Pro prælatione requiritur etiam. quod pecunia expreſsè data ſit in cauſam emptionis rei, & probetur verſio pecuniæ.*

208 *Si emptio facta ſit de pecunijs pupilli, hic ſine tali pacto ſpecialis hypothecæ acquirit prælationem.*

209 *Mutuans pecunias pro refectione, ac eleuatione domus præfertur in illa.*

210 *Requiritur ad effectum prælationis, quod pecuniæ datæ ſint expreſsè in cauſam eleuationis, refectionis, vel conſeruationis.*

211 *Et ſimul probatio, quod pecuniæ verſæ ſint in cauſam refectionis, vel conſeruationis rei.*

212 *Verſio probatur ex depoſito facto in talem cauſam, & receptio pecuniæ depoſitatæ facta ab Artificibus.*

213 *Verſio probatur etiam ex præſumptionibus.*

214 *Verſio probatur, ex quo res egebat refectione, & reperitur refecta.*

215 *Prælatio competit tantùm pro rata pecuniæ erogatæ in cauſam refectionis, & meliorationis & num. 264.*

216 *Quantitas, & qualitas melioramentorum, & pecuniæ verſæ in refectionem, vel meliorationem, quomodò probetur.*

217 *Prælatio competens danti pecunias in cauſam refectionis non procedit pro vſuris.*

218 *Contrarium firmatur tanquàm verius.*

219 *Prælatio æquè competit credenti pecunias pro emenda, ac pro reficienda, & conſeruanda re.*

220 *Credens pecunias pro emenda re debet paciſci de ſpeciali hypotheca ſuper re emenda, ſecus in credente in cauſam refectionis.*

221 *Creditores plures credentes pecunias in cauſam refectionis æqualiter concurrunt ſuper re refecta & n.222. & n.225.*

223 *Prælatio datur vltimo danti pecunias, & cum quibus res perfecta eſt.*

224 *Sed firmatur. veriorem eſſe opinionem pro æquali concurſu omnium, qui crediderunt pecunias.*

226 *Credentes lignamina, calcem, lateres, & alia materialia pro refectione domus nauis &c. præferuntur.*

227 *Credentes tam pro conſtruendis parietibus lateritijs, quàm pro ferramentis æqualiter præferuntur.*

228 *Creditor aliquis ex coequalibus poſſidens præfertur.*

229 *Prælatio ſuper domo datur credenti pecunias pro illius refectione, non autem ſi pro conſtructione domus ex integro.*

230 *Fallit ſi ſpecialis hypotheca pacta fuerit ſuper noua fabrica facienda.*

231 *Creditor ex cauſa pecuniarum datarum pro cultura agri vel vineæ præfertur, ſi de ſpeciali hypotheca ſuper fructibus ſibi cauerit.*

232 *Prælatio conceditur melioramenti rem, ac illam pretioſiorem, & maioris valoris reddenti, & de ratione n.233.*

234 *Prælatio à iure indulta reficienti rem ſuper ipſa re, non procedit contrà dotem & n.235.*

236 *Vector, Mulio, & Nauta pro mercede vecturæ, ac nauli præferuntur ſuper rebus vectis, & num. 237.*

238 *Credens herbas, fœnum, paleam, ac alia pro alimonia, & ſuſtentatione Animalium, ſuper his præfertur.*

239 *Dominus fundi pro paſcuis præfertur ſuper Animalibus, quæ paſcua ſumpſerunt.*

240 *Expenſæ paſcuorum minuunt valorem Animalium, quæ paſcua ſumpſerunt.*

241 *Prælatio pro paſcuis Animalium ſuper his competit, etiam non pacta ſpeciali hypotheca, & quandò ſecùs n.242.*

243 Gratian. cap. 25. n. 22. & ſeqq., & Surd. de aliment. priuil.62. tit.8. n.19. & tit.1. q.76. n.10. *impugnantur.*

244 *Cautela, vt paſcua dentur pacta ſpeciali hypotheca ſuper Animalibus, laudatur.*

245 *Prælatio pro paſcuis ſuper Animalibus procedit etiam contrà creditorem pretij Animalium venditorum cum reſeruatione dominij.*

246 *Creditor ex cauſa paſcuorum poteſt retinere Animalia, quouſque ſibi ſoluatur pretium paſcuorum.*

247 *Prælatio pro paſcuis datur etiam ſuper Animalibus amotis à loco paſcui, ſi ſuper illis pacta ſit ſpecialis hypotheca.*

248 *Paſtores, ac Cuſtodes Animalium pro eorum mercede ſuper illis præferuntur.*

249 *Cuſtodes agrorum, ac vinearum ſuper fructibus cuſtoditis præferuntur.*

250 *Creditor ex cauſa expenſarum factarum in fructuum recollectione ſuper illis præfertur.*

251 *Idem procedit quoad expenſas factas in trituratione ac collectione ſegetum, cum veniant per ſubductionem ab illis.*

252 *Artifices, & operarij ſuper re eorum opera facta, vel meliorata, pro eorum mercede habent prælationem.*

253 *Nauaclerij pro eorum mercede, & qui dederunt*

runt cibaria nautis, præferuntur ſuper naui.

254 *Locator prò penſione famlis; horrei, magazzeni, & ſimilium præfertur ſuper fœno, vino, ac alijs repoſitis & num.266.*

255 *Talis prælatio locatori conceditur etiam non facta priùs deſcriptione bonorum inuectorum.*

256 *Locatori domus datæ ad habitandum, vel exercendum in ea artem, non competit prælatio prò penſionibus, & n.265.*

257 *Locator ſuper bonis inuectis, & illatis in predium vrbanum habet tacitam hypotecam prò penſionibus.*

258 *Talis tacita hypotheca non praiudicat creditoribus anterioribus.*

259 *Locatori domus prò retentione Officij Notariatus, ac eius ſcrpturarum, & prò habitatione iuuenum Officio inſeruientium competit prælatio ſuper pretio Officij, & n. 260.*

260 *Conſeruatio rei, & ſic ſcripturarum, habetur ex domo locata prò retinendo Officio Notariatus, & num.261. & 262.*

263 *Approbatio inducitur magis facto, quam verbis.*

267 *Locatori competit prò penſione prælatio, non ex quo domus locata ſit ad conſeruandum, ſed quia ex natura ſua ſit apta ad conſeruandum, & num.278.*

269 *Inuecta, & illata in prædium vrbanum, quando ſint nec ne tacitè obligata cum prælatione fauore locatoris vide remiſſiuè DD.*

270 *Aduocati, & Procuratores pro eorum honorarijs habent prælationem ſuper hæreditate, ac rebus recuperatis, vel defenſis.*

271 *Et pro eorum mercede Scriptores, & Periti.*

272 *Aduocati, Procuratores, Periti, & Scriptores pro eorum mercede non debent præſtare cautionem de reſtituendo.*

273 *Aduocati, & Procuratores pro expenſis habent retentionem ſcripturarum, non autem pro mercede.*

274 *Prælatio Aduocatis, & Procuratoribus competit tantum ſuper rebus recuperatis, vel defenſis, non ſuper alijs, & n.275.*

276 *Prælatio ſuper re meliorata debita melioranti euaneſcit, ſi res meliorata pereat.*

277 *Res meliorata, ſi in parte perierit, debetur prælatio in totum ſuper parte remanente.*

278 *Curatori deputato hæreditati iacenti debetur prælatio pro ſua mercede ſuper rebus hæreditarijs.*

279 *Similiter cuilibet adminiſtratori pro expenſis factis ad conſeruationem rei adminiſtratæ.*

280 *Reficienti, vel conſeruanti rem, qui creditores potiores præferantur.*

281 *Prælatio ex cauſa refectionis, vel conſeruationis rei eſt ceſſibilis.*

CVm omnis ratio, ac æquitas expoſcat, vt illi
qui crediderunt pro emenda re, vel illa refi
cienda, & conſeruanda, in re empta, vel refecta,
ac conſeruata præferantur; hinc primò loco ad-
uertendum eſt, quod in concurſu prælatio com-
petit illi, qui dedit pecunias ad emendam, vel
redimendam rem, ſi ſpecialiter conuenerit de
acquirenda ſpeciali hypotheca ſuper re emenda
203 vel redimenda *per text. in l.licet. C. qui potior. in
pignor hab. Carleuall. de Iudic. tom.2. diſput 28. n.3.
& ſeqq. Cardinal. de Luc. de Credit. & debit. diſcurſ.
1. n.11., & diſcurſ. 15. n.3. verſic., ſecùs autem*,
vbi quod ità communiter tenetur, & *n.* 8.

Et huiuſmodi pactum de ſpeciali hypotheca
acquirenda, vel debet præcedere, vel debet poni
inſtantaneè in eodem inſtrumento, & non ſuffra-
garetur, ſi apponeretur ex interuallo, & poſt
quam res empta, vel redempta eſt effecta de
de dominio debitoris, qui emit, vel redimit, cum
tunc ipſa res inciderit in hypothecas anteriores
creditorm emptoris, in quorum præiudicium
204 non poteſt hypotheca ſubſequens conſtitui fa-
uore credentis pecunias *Cardin. de Luc. alleg. di-
ſcurſ. 15. n.6.*

Quod pactum ſpecialis hypothecæ requiritur
in credente pecunias ad emendam, vel redimen-
dam rem, vltra duo alia requiſita communia,
etiam prò credente in cauſam conſeruationis, vel
refectionis rei, primum ſcilicet, quod expreſsè
in cauſam emptionis pecunia detur, ſecundum
205 quod probetur verſio pecuniæ in cauſam em-
ptionis *Cardin. de Luc. dict. diſcurſ* 15. *n.3.*

Ceſſante enim primo requiſito, quod pecunia
expreſse detur in cauſam emptionis rei, vel con-
ſeruationis, & refectionis eiuſdem, pecunia
tranſit in dominum debitoris, qui illam recipit,
& non intrat priuilegium prælationis, licèt pro-
baretur erogatio pecuniæ in cauſam emptionis,
refectionis, vel conſeruationis, ad arbitrium, &
206 electionem debitoris factæ, dum ad illam erat
adſtrictus ex pacto *Spad. conſ. 268. n.6. & ſeqq. lib.
2. Cardin. de Luc. de Credit. & Debit. diſcurſ. 1.
n.11. Rot. deciſ. 176. n.6. & ſeqq. coram Vbald. Sen.*;
quando enim dans pecunias non exprimit cau-
ſam emendæ rei, ſuperfluum eſt inueſtigare, quid
207 de pecunia actum ſit, & in quam cauſam verſa
ſit, cum nulla tunc competat prælatio pro pecunia
liberè data, plenè *Morott. reſponſ. 54. n.3. & 4., Ca-
picc. Galeott. controu. 21. n.15. lib.1.*

At hoc fallit in prædijs emptis ex pecunijs pu-
pillorum, nam hi in illis præferuntur, licet de
208 hypotheca acquirenda non ſit facta conuentio,
& ſi ſi ex plurium pupillorum pecunijs res empta
ſit, omnes concurrent pro rata prætij in emptio-
ne erogati *leg. idemque eſt ff. qui pot. in pignor hab.*

Et prælatio cum potioritate competit illi, qui
credidit pecunias prò reſtauratione, vel eleua-
209 tione Domus *l. interdum 5. vbi gloſſ. & DD. ff.
qui potior. in pign. hab. A. Coſt. de priuil. credit. reg. 2.
ampliat. 3. n.1. & ſeq. Rot. deciſ. 104. n.1. p.19. recen.*

At vt tale priuilegium competat, debet pecunia
210 eſſe expreſsè data in cauſam refectionis, & con-
ſeruationis, vel eleuationis domus cum noua fa-
brica *Capicc. Galeot. controu. 21. n.10., & ſeqq. lib.
1. Medic. examin. 11. num. 6. Haberkon. de concurſ.
cap.2. n.282. Epiſcop. Rocc. diſput. iur. ſelect. cap.100.
num.22. verſic. primo vt pecuniæ, & cap.138. n.2.*
& hoc probat *text.* benè perpenſus *in l. huius enim
6. ff. qui potior. in pign. hab.*

Debetque ſimul probari verſio pecuniæ creditæ
in cauſam refectionis, conſeruationis, vel melio-
ratio, itavt cum pecunia credita pignoris cau-
211 ſa ſalua facta ſit, vel aucta *l. interdum 5. & l. huius
ff. qui potior. in pignor. hab., Medic. examin. 11. n.7.*,
Haberkon. dict. c.2. n.285. cum cumularis *per Epiſc.
Rocc. diſp. iur. ſelect. cap.100. n.22. verſ. ſecundo, vt
in eam Rot. deciſ. 176. n. 7. coram Vbal. Sen., & de-
ciſ. 104. n.2. p.19. recen.*

Talis

Talis autem verſio pecuniæ in refectionem na-
uis, domus, & ſimilium, probatur ex depoſito
pecuniarum facto in Monte Pietatis cum expreſ-
ſa conditione, quod ſoluatur fabris murarijs,
ac alijs Artificibus, vel pro pretio cæmentorum,
lignaminum, ferramentorum, ac aliarum rerum
neceſſariarum pro refectione, vel confectione fa-
212 bricæ, & quod effectiuè in talem cauſam fabricæ
erogatæ fuerint, *Rot. deciſ. 398. n. 2. coram Celſo*,
& deciſ. 104. n. 3. p. 19. recen.

At non eſt neceſsè, quod pecuniæ in ſacro
Monte, vel Banco deponantur vinculatæ, cum
poſſit etiam poſſibiliter conuerti in alios vſus,
ſed ſat eſt, quod probetur verſio præſumptiuè,
& adminiculatiuè in cauſam expreſſam, deductam
ex breuitate temporis inter receptionem pecuniæ,
& refectionem, vel emptionem rei, & ex qualitate
debitoris, qui veriſimiliter aliundè pecuniam ero-
213 gatam habere non potuit, vt poſt alios relatos
benè probat *Cardin. de Luc. de credit. & debit. di-
ſcurſ. 1. n. 12., & diſcurſ. 15. n. 5., Caſtill. deciſ. 205.
n. 9. lib. 3.*

Proùt probatur verſio, ex quo oſtendatur, na-
214 uim, domum, vel aliam rem eguiſſe refectio-
ne, & fuiſſe refectam plenè *Amat. Panormit. re-
ſol. 3. n. 57. & ſeqq., Medic. examin. 11. n. 7., Kop-
pen. deciſ. German. qu. 28. num. 29. & 35., verſic.
qualiter autem, Merlin. Pignatell. contron. forenſ.
centur. 1. cap. 26. n. 10., Caſtill. deciſ. 205. n. 2. &
ſeqq. lib. 3.*

Aduerte tamen, quod talis prælatio competit
tantùm, quatenus appareat refectionem fuiſſe
neceſſariam, & pro ea ſumma, quæ fuit exceſſi-
ua, & non erogata in cauſam refectionis, nullum
215 competit priuilegium prælationis, *Medic. exa-
min. 11. n. 9., Haberkon. dict. cap. 2. n. 291., Caſtill.
alleg. deciſ. 205. n. 10. & 11. lib. 3., Capicc. Galeott.
controuer. 21. nu. 17. lib. 1. ACoſt. de priuil. credit.
Regul. 2., ampliat. 3. num. 13. & 14., Salgad. laby-
rinth. credit. par. 2. cap. 4. num. 95. & 96.*, vbi alios
congerit.

Hinc ad tollendas diſputationes ſuper quan-
titate pecuniæ neceſſariæ in refectionem, vel ele-
uationem, ac ampliationem domus, optimum
eſt, & ità vidi quandoque ſeruatum, quod deſcri-
batur cum præſentia Iudicis, vocatis vno, vel
duobus Architectis, ſtatus domus reficiendæ, &
216 relatio ſuper quantitate pecuniæ neceſſariæ fa-
cienda ab Architectis vna cum ſtatu domus de-
deſcripto, ponatur in Inſtrumento, in quo quis
dat pecunias in cauſam refectionis, vel amplia-
tionis fabricæ, & poſteà deponantur pecuniæ in
Monte Pietatis, vel alio publico Banco ad effe-
ctum illas ſoluendi Artificibus fabricæ faciendæ,
vel illis, qui ſubminiſtrabunt cæmenta, & alia
materialia neceſſaria ad perfectionem fabricæ
domus, & quidem cum ordinibus ſubſcribendis
à credente, & ſimul recipiente pecunias, & ſtante
tali exquiſita cautela non poterit naſci lis ſuper
verſione in cauſam fabricæ, & præcipuè, quando
fabri murarij, & domini cæmentorum ceſſerunt
eorum iura, vt poſt alios benè notat *Epiſcop.
Rocc. diſput. Iur. Select. tom. 1. cap. 138. n. 3.*

Dicta prælatio an competat pro pecunia cre-
dita ſub vſuris in cauſam emptionis vel refectio-
nis, & conſeruationis, vel ſolùm pro pecunia
mutuò data; non competere pro pecunia credi-
217 ta ſub vſuris, quoad ipſas vſuras tenent *Spad.
conſ. 268. nu. 9. lib. 2., Capicc. Galeott. controuer. 21.
lib. 1.* cum alijs relatis per *Epiſcop. Rocc. diſput.
Iur. Select. cap. 100. n. 23. & 24. tom. 2.*

At contrarium tenet *de Ponte deciſ. 34. num. 51.
218 & ſeqq.*, quod ſcilicet detur prælatio etiam pro
fructibus, & illum ſequitur *Rot. deciſ. 398. nu. 6.
& 7. coram Celſ.*, vbi alios concordantes adducit,
& reijcit *Galeottum*, & hanc opinionem, cui fir-
miter adhærendum eſt, tenent etiam *Giurb. ob-
ſer. 11. n. 3., Berlicch. concluſ. 66. n. 8. & ſeqq. lib.
1., Caraſc. ad leg. Recopill. cap. 11. n. 228., Amat.
Panorm. reſol. 3. n. 50., Merlin. Pignatell. contr. fo-
renſ. centur. 1. cap. 26. n. 2., Caſtill. deciſ. 205. n. 9.
& ſeq. lib. 3., Rot. deciſ. 104. n. 11. circà finem par.
19., recen.*

Inter credentem pecuniam pro emenda re,
& illum, qui illam credit pro refectione, vel con-
ſeruatione, quoad priuilegium prælationis nul-
219 lum cadit diſcrimen, & pari paſſu ambulant
*Bartol. in l. interdum in princip. & meliùs num. 5. ff.
qui potior. in pign. hab., Capicc. Galeott. controuer.
21. n. 10. & ſeqq. lib. 1.*

At differunt in hoc, quod credens pecunias ad
emendam rem, adhoc vt poſſit perfrui priuilegio
prælationis in re empta ex ſuis pecunijs, debet
expreſsè ſibi cauere de hypotheca ſuper re, ſecùs
eſt in illo, qui credit pecunias in refectionem
rei, qui abſque alia reſeruatione hypothecæ ac-
220 quirit prælationem, ex quo pignoris cauſam
ſaluam fecit *Gratian. cap. 670. n. 7. & 8. Florez. de
Mena var. quæſt. lib. 1. qu. 6. art. 3. nu. 13., Haber-
kon. de concurſ. credit. cap. 2. num. 283. cum duobus
ſeqq., Capicc. Galeott. dict. controu. 21. n. 3. & ſeqq.,
Rot. deciſ. 398. n. 5. coram Celſ.*

Aduertè hic, quod ſi plures crediderunt pecu-
nias ad reficiendam, vel conſeruandam eamdem
rem, tunc omnes in prælatione ſunt æquales, licèt
vnus prior, vel poſterior altero, ex quo non po-
teſt creditori ſuper ipſa re aliquod ius acquiri,
niſi in vltimo puncto, & tota pecunia neceſſaria
ad refectionem, & conſeruationem etiam ab vl-
timo dante ad hoc pecunias, & ſic cenſetur om-
221 nium vnus contractus per tex. elegantem *in l.
Priuilegia 32. ff. de reb. author. Iudic. poſſid., A-
Coſt. de Priuil. credit. Reg. 2. ampliat. 3. n. 12., Ca-
picc. Galeott contr. 21. n. 3. & ſeqq. & n. 10., Creſp.
de Valdaur. obſer. 58. n. 2., Cardin. de Luc. de credit.
& debit. diſcurſ. 3. n. 3. & 11., & de Regal. diſc. 12.
nu. 2. & 7., Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. Select. cap.
222 48. n. 17. tom. 1.*, vbi quod cum eadem ſit cauſa,
non datur priùs neque poſterius in tempore, ſed
debet attendi identitas cauſæ, omnes æqualiter
determinans *De Ponte deciſ. 34.*

223 Et quamuis *Acoſt. dict. num. 12. verſic. ſed à
priori* dicat, non eſſe in actu practico receden-
dum à contraria opinione dante prælationem
poſteriori proùt *Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ.
12., & Epiſcop. Rocca diſput. Iur. Select. tom. 2.
cap. 138. n. 4.* tanquam Aduocati, & non benè fi-
gentes pedes conentur contrà *Galeottum*, & *de
Ponte*, vbi proximè, defendere, non dari talem
æqualitatem in concurſu, & videtur pro tali opi-
nione conducere text. *in l. ædificia 139. §. perfe-
ciſſe ff. de verbor. ſignific., & dictos Acoſt., & Rocc.*
tanquàm ſimplex relator ſequitur *Zaul. ſ* pri co-
pus Verulanus *ad Stat. Fauent. tom. 2. lib. 5. Rubr. 16.
n. 25.*,

*num.*25., longè poſt hæc ſcripta in lucem æditus;
nihilominùs non recedas à prima opinione, tan-
quàm magis communi, æquiori, & magis ratio-
nabili, ſi enim in reficienda, vel conſeruanda re
ſint neceſſaria mille, & vnus primo loco pro re-
fectione credat quingenta, cum hæc non ſuffi-
ciant, alia quingenta poſteà credita dant perfe-
ctionem rei reficiendæ, & hæc vltima quingenta
cum primis quingentis rem conſeruarunt, nam
hæc ſine illis rem non conſeruaſſent, ſed vnitim
tam primæ pecuniæ, quam vltimæ æqualiter rem
224 conſeruarunt, hinc ipſemet *Cardin. de Luc. eo-
dem diſcurſ.* 12. *in fine* ingenuè fatetur contrà ſe
fuiſſe in illa cauſa iudicatum, & idem *Epiſcop.
Rocc. dict. cap.* 138. *n.*5. *& seqq.*, dicit, quod hæc
eſt vnanimis Doctorum ſententia, & ipſe adhe-
ret huic opinioni, & prius hoc dixerat *cap.*48. *n.*
17. *tom.*1.; nam hoc caſu non attenditur anterio-
ritas temporis, cum enim vtrumque creditum ex
eodem titulo proueniat, non attenditur tempus,
ſed cauſa, neque poteſt inter illa dari anterioritas,
ſed eſt locus concurſui, licèt enim adſit diuerſi-
tas temporis, attamen identitas cauſæ creditores
225 reddit æquales, vt benè probat poſt *Io: Franc.
de Pont. deciſ.*34., *dict. Rocc. alleg. cap.*138. *num.*5.
cum duob. ſeq.

Infertur ex hoc, quod credentes lignamina,
calcem, lateres, ferramenta, ac alia materialia
pro refectione domus, vel nauis præferuntur pro
illorum pretio ſuper domo, vel naui refecta, ex
quo cum illis domus, vel nauis conſeruata eſt *l.*
226 *huius enim* 6. *ff. qui potior. in pign. hab. Acoſt. de
priuil. credit. Regul.*2. *ampliat.* 3. *n.*8.; & quidem
concurrunt ſuper pretio domus refectæ, tam faber
murarius, qui fecit illius parietes, quam faber
ferrarius pro feriatis, clauibus, ac alijs ferramen-
tis datis pro eadem refectione, & ſine quibus do-
mus non potuiſſet eſſe fruibilis; hinc in quadam
cauſa reieci prætenſionem fabri murarij, qui præ-
tendebat prælationem contrà fabrum ferrarium,
ex quo muri eſſent ſubſtantiales in domo, & fer-
ramenta eſſent accidentalia, cum ſine his domus
ſtare non poſſet, ſed benè ſine ferramentis ad ali-
quem vſum cum ſolis parietibus *ex gloſ. in l. Ædi-
ficia* 139. §. *perfeciſſe verbo eſſe ff. de verbor. ſigni-
fic.*, attamen talis gloſa ſolùm dicit, domum ſine
picturis, ac alio ornatu poſſe ad aliquod deſer-
uire, quod eſt verum, cum picturæ, & ornamen-
ta in domo ſint merè accidentalia, at ſine feria-
tis, ſeris, clauibus, ac alijs ferramentis neceſſa-
rijs pro clauſura portarum, ac feneſtrarum, do-
mus, non dicitur perfecta, ac in eſſe fruibili; vndè
cauſa fabri ferrarij pro ferramentis dicitur æqua-
227 lis cum illa fabri murarij, quinimmò cum illis
dicitur ædificium conſumatum, & redactum ad
ſtatum fruitionis ad verba *text. in dict. l. ædificia*
139. §. *perfeciſſe ff. de verbor. ſignificat.*, & ità iu-
dicaui; ſi tamen ſimus in creditoribus diuerſis,
qui omnes crediderunt pecunias pro conſtructio-
ne, & refectione, & nullus habeat ceſſionem, ſi
228 aliquis illorum non agat, ſed poſſidendo exci-
piat excludit alios creditores coæquales *Rot. deciſ.*
254. *n.*7. *coram Celſ.*

At huc vſque firmata ſuper prælatione
concedenda Artifici, vel alteri ſuper re refecta,
& conſeruata, non procedunt, ſi agatur de con-
ſtructione nauis, vel domus ex integro, ſed ſo-
229 lùm ſi agatur de refectione, ac conſeruatione,
*Acoſt. de priuil. credit. Regul.*2. *ampliat.*3. *num.*4.,
*Rodriquez. de concurſ. par.*1. *art.*7. *nu.* 27. *& ſeq.*,
*Merlin. de pignor. lib.*3., *qu.*5. *n.*68., *Pacion. de lo-
cat. & conduct. cap.*41. *nu.*17., *Rot. in Romana Sal-
uiani* 16. *Februarij* 1680. §. *quia ponderatum coram
Reuerendiſſimo D. Emerix Decano.*

Attamen ſi in traditione pecuniæ fuit expreſsè
reſeruata ſpecialis hypotheca ſuper noua fabrica
230 conſtruenda, tunc prælatio competit *Gratian.
cap.*670. *n.*5. *& ſeq. Merlin. de pignor. lib.*3. *quæſt.*
23. *n.*3., *& infrà*, & in dicta *Romana Saluiani &*
§. *quia ponderatum verſic. dum in traditione coram
D. Emerix.*

Aduerte etiam, quod eadem prælatio, quæ
competit credenti pecunias pro refectione, &
conſeruatione rei, datur ob eamdem rationem
danti, ac mutuanti pecunias pro cultura agri, vel
vineæ colono partiario pacta ſpeciali hypotheca
ſuper fructibus colligendis ex agro, vel vinea
231 in illo anno, probata verſione pecuniæ creditæ
in cauſam culturæ, nàm ſuper medietate fru-
ctuum coloni præfertur ſic credens pecunias alijs
creditoribus anterioribus, *Thomat. deciſ. Mar-
chiæ* 186. *per tot. tom.*2.

Attento quod prælatio conceditur reficien-
ti ſuper re conſeruata, ac refecta, competit illa
etiam melioranti rem, ac illam prætioſiorem,
ac maioris valoris reddenti, & ſic aliàs in quo-
dam concurſu creditorum ſuper pretio foliorum
myrti in puluerem redacti in molendino Righez-
zij, dixi ſuper pretio dicti myrti eſſe præferen-
dum Righezzium pro mercede ſolui ſolita pro
molitura eiuſdem myrti, quia hic in puluerem
232 redactus euaſerat maioris valoris ex traditis
per *Rodriguez. de concurſ. & priuil. credit. par.* 2.
*artic.*4. *n.*37. *& ſeqq.*, *Merlin. de pignor. lib.*3. *q.*5.
num. 25. *& infrà*; præcipuè quia alias creditores
coacti fuiſſent myrtum proprijs expenſis molere,
& in puluerem redigere, & ſic tantò minùs ex il-
lius pretio percepiſſent, quantùm importabat
233 merces molituræ, *Gratian. cap.*257. *n.*27., *Car-
din. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.* 16. *num.*12.
& 13.

Vnum nota hic, de quo aliàs fuit diſcuſſum in
Aſſertamento ſub *die* 12. *Octobris* 1682. inter
Corbaldam, & Viuerios, quod ſcilicèt prælatio
à iure indulta fauore reficientis, & conſeruantis
ſuper re refecta, & conſeruata, non habet locum
contrà dotem anteriorem, ſed ſolùm contrà alios
creditores anteriores, vndè Corbalda fuit per
Aſſertamentum prælata in concurſu ſuper pretio
Curruum, & Ædeſiorum mariti decocti, non ob-
ſtante, quod Viuerij prætenderent illos refeciſſe,
234 & reſpectiuè ex integro confeciſſe, & pro dotis,
prælatione hoc caſu adeſt *Text.* mirabilis *in* §. *bis
conſequens Auth. de æqualit. Dot.*, & probant *Gra-
tian. cap.*257. *n.*33. *Merlin. de pignor. lib.*3. *qu.*31.
*num.*3., *Merlin. Pignatell. controu. forenſ. centur.*1.
*cap.*26. *num.*3. *& ſeqq.*, qui teſtatur de communi
opinione & *n.* 22. refert pro dote ſic iudicatum
*Ioſeph. de Roſa conſult.*53. *à n.*36. *Berlicch. concluſ.*
65. *n.*154. *par.*1. *Boſſ. de Dot. cap.* 18. §.4. *n.*38.
*Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ.*166. *n.*5., qui profi-
tetur, eſſe opinionem à Rota approbatam, & illam
confirmauit in *deciſ.* 223. *n.*2. *&* 3., vbi de com-
muni *coram Buratt. deciſ.* 73. *num.*8. *&* 9. *coram
Vbald.*

Digitized by Google

Vbald. Sen. deciſ. 228. *nu.* 22. & *ſeq. par.* 5. *recen.*,
& plenè *in Romana Cenſus* 29. *Iunij* 1679. §. *cui-
cumque & ſeqq. coram bon. mem. Paulucceio*, vbi
reſpondetur contrarijs, confirmata 20., *Februa-
rij* 1682. §. *placuit etiam* & §. *ſeq. coram eodem*.

Et quamuis diſpoſitio dicti *text. in* §. *his conſe-
235 quens* fauore Dotis videatur nimis dura, & aſ-
pera, nihilominùs cum lex ſit, licèt dura ſer-
uanda eſt, vt præcisè reſponſum fuit in *dicta Ro-
mana Cenſus anni* 1682. §. *vtique coram Pau-
luccio*.

Ob eamdem rationem rei prætioſioris, & ma-
ioris valoris effectæ per tranſportationem illius
factam ab vno loco ad alium, vector, mulio, &
nauta pro eorum mercede vecturæ, ac nauli ſu-
236 per rebus vectis habent prælationem *l. huius
enim ff. qui potior. in pign. hab.*, *Mantic. de tacit.
lib.* 11. *titul.* 23. *lib.* 1. *verſic. vel vecturæ*, *Gait. de
credit. cap.* 4. *quæſit.* 11. *nu.* 1990. & *ſeqq.*, *Acoſt.
de priuil. credit. reg.* 2. *ampliat.* 2. *num.* 2. & *ſeq.*
Franc. Rocc. reſponſ. legal. 24. *num.* 6. & 8. *lib.* 1.
vbi addit quod conceditur retentio mercium pro
vectura, & naulo *Zacch. de Salar. quæſt.* 99. *n.* 21.,
vbi alios cumulat; *Camuncul. deciſ. Bonon.* 1. *num.*
2. & 3.

Vndè vectoribus fœni, qui illud à pratis extrà
Vrbem intus illam aſportauerant, ſuper pretio
fœni deliberati poſt penſionem fænilis, in quo
fuerat conſeruatum, dedi prælationem pro mer-
cede vecturæ iuxtà quantitatem fœni tranſuecti,
& exiſtentis in fœnili, facta illius menſuratione,
ad hoc vt conſtare poſſet de quantitate ſalma-
237 rum fœni pro regulanda mercede *ad tex. in di-
cta l. interdum* 5. *ff. qui potior. in pign. hab.*, & pro-
bant *Zacch. de Salar. qu.* 88. *n.* 1. & *ſeq.*, *Camun-
cul. dict. deciſ.* 1. *n.* 2 & 3., ea ratione etiam, quia
fœnum vectum intus Vrbem per vectores cum
eorum curribus euaſerat illorum opera prætioſio-
ris, & maioris valoris, quam ſi extitiſſet extrà
Vrbem in pratis, *Camuncul. dict. deciſ.* 1. *n.* 3.

Ob eamdem rationem conſeruationis, ſuper
Equis, ac alijs Animalibus ille, qui dedit her-
bas, fœnum, ac alia neceſſaria pro illis alendis,
238 habet prælationem, ex quo illa conſeruauit, &
pignoris cauſam ſaluam fecit, aliàs perijſſent *l.
huius enim* 6. *ff. qui potior. in pign. hab.*, *Amat. Pa-
normit. reſol.* 3. *n.* 13., *Medic. deciſ. Senen.* 19. *n.* 18.
cum duobus ſeq., *Caualcan. deciſ.* 44. *nu.* 47. *par.* 1.,
Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ. 18. *n.* 3.,
Rocc. reſponſ. legal. 30. *lib.* 2.; hinc dum quidam
nobilis forenſis, qui in Vrbe per aliquot menſes
moram traxerat retinendo currum, & Equos, cum
nocturno tempore ab Vrbe receſſiſſet pluribus
relictis debitis, mercatorem fœni, ac Aurigam,
qui remanebant creditores paucorum menſium,
ille pro fœno dato in alimoniam Equorum, hic
pro cura facta Equis, prætuli Cauponi, & Lanio-
ni creditoribus pro pretio vini, & carnis per plu-
res menſes ſubminiſtratæ dicto forenſi.

Et generaliter, quod dominus fundi pro pa-
239 ſcuis datis præferatur ſuper Animalibus, qui
paſcua ſumpſerunt *Acoſt. de Priuil. credit. Reg.* 2.
ampliat. 2. *n.* 8., *verſic. vbi Domino fundi*, latè *Franc.
Rocc. reſponſ. legal.* 30. *lib.* 2. *Cardin. de Luc. de
credit. & debit. diſcurſ.* 16. *in fine*, & *diſcurſ.* 18.;
240 hinc expenſæ paſcuorum, minuunt valorem
Animalium, itaùt eorum valor æſtimetur dedu-
ctis dictis expenſis *Gait. de credit. capit.* 4. *quæſit.*
11. *n.* 2010. & *ſeq.*, *Rocc. dict. reſponſ.* 30. *n.* 3.

Taliſque prælatio pro pretio paſcuorum eſt
debita, licèt herbæ, vel fœnum expreſsè vendita
241 non fuerint in cauſam paſcui pro Animalibus,
nec conuenta ſpeciali hypotheca ſuper illis *Coler.
de aliment. lib* 3. *cap.* 8. *nu.* 18., vbi benè hoc pro-
bat, cui videtur adhærere, *Rot. deciſ.* 114 *num.* 9.
par. 4. *tom.* 2. *recen.*, *Caualcan. deciſ.* 44. *n.* 47. *par.*
1., & non diſſentit *Franc. Rocc. dict. reſponſ. legal.*
242 30. *n.* 10., qui hanc opinionem dicit veram,
quando venditio fœni, ac paſcuorum fit domino,
vel cuſtodi Animalium, & non alteri tertio Em-
ptori, qui potuit fœnum, & paſcua emere pro
mercatura.

243 Et licèt *Gratian. cap.* 25. *nu.* 22. & *ſeqq.* fre-
tus authoritate, *Surdi de aliment. priuil.* 62. *tit.* 8.
n. 19., & *tit.* 1. *qu.* 76. *nu.* 10. teneat contrarium,
attamen *Gratianus* eſt ſimplex relator *Surdi*, qui
impugnatur à dicto *Colero*, quem ſolidiſſimis ra-
tionibus impugnaſſe *Surdum* teſtatur *Rot. deciſ.*
114. *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*, vndè tenenda eſt
opinio *Coleri*.

Ceſſaret tamen ſuper hoc puncto diſputatio,
quando cautè fuiſſent data prata, ac herbæ ex-
244 preſsè in cauſam paſcuorum, & pacta ſpecialis
hypotheca ſuper Animalibus ex traditis *per Car-
din. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.* 16. *n.* 15. *in
fine* & *deciſ.* 114. *n. fin. p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Et talis prælatio pro paſcuis ſuper Animalibus,
quæ illa ſumpſerunt, procedit etiam aduersùs
creditorem pretij eorumdem Animalium ab eo
venditorum cum reſeruatione dominij, eo quia
dominus Animalium dictam expenſam paſcuo-
245 rum facere debuiſſet, aliàs Animalia perijſſent
Acoſt. de priuil. credit. Regul. 2. *ampliat.* 3. *num.* 11.
& 12., *Cardin. de Luc. de credit.*, & *debit. diſcurſ.*
18. *n.* 6. & *n.* 7. *in fine*.

Et huiuſmodi priuilegium prælationis pro
paſcuis ſuper Animalibus eſt adeò potens, vt il-
lius vigore poſſit ille, qui dedit paſcua, animalia
246 retinere, donec eidem ſoluantur alimenta, *Gait.
de credit. cap.* 4. *quæſit.* 11. *nu.* 2014., *Franc. Rocc.
reſponſ.* 30. *n.* 12. *lib.* 2.; & licèt ſit controuerſum,
an tale ius prælationis competat, quando Ani-
malia exiuerunt à loco paſcui, adhùc etiam illis
ab eo amotis competit prælatio, ſi fuerit con-
247 uentum de ſpeciali hypotheca ſuper Animali-
bus *Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſc.* 114. *n.
fin.*, *Rot. deciſ.* 114. *n.* 10. *p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Ob eamdem rationem conſeruationis præfe-
runtur Paſtores, ac Cuſtodes Animalium ſuper
248 illis pro eorum mercede *Acoſt. de Priuil. credit.
Regul.* 2. *Ampliat.* 2. *n.* 9., *Caraſc. ad leg. Recopil.
cap.* 11. *n.* 191., *Zacch. de Salar. qu.* 99. *num.* 19. &
Franc. Rocc. reſponſ. 30. *n.* 6. *lib.* 2.

Vndè Cuſtodes, qui tempore meſſium, vel
vindemiarum apponuntur ad cuſtodiendum ſe-
249 getes, muſtum, ac fructus, ne dilapidentur,
habent ſuper illis prælationem ex traditis per
Gait. de credit. cap. 4. *quæſit.* 11. *à n.* 2013., *Zacch.
de Salar. qu.* 99. *n.* 19. *verſic.* & in terminis Cuſto-
dis, *Salgad. Labyrinth. credit. par.* 3. *cap.* 9. *num.*
15., & ità ſeruatur in praxi, & de quocumque
Cuſtode præferendo pro ſua mercede ſuper re
cuſtodita plenè *Mart. Medic. deciſ. Senen.* 19. *num.*
17. & *ſeq.*

Idem

Digitized by Google

Idem dicendum pro expenſis factis in fructuum
collectione, ac rerum adminiſtratione,nam prius
illæ io concurſu vna cum ſalario debito eidem
250 adminiſtratori deducuntur per viam retentio-
nis, & ſubductionis ad *tex. in l. vbi purè 19. §. qui
in diſtrahendis ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicom.
art.50. n.7.* pleniſſimè *Caraſc.ad leg. Recopill. cap.
11. n.193. ad 202. Salgad. Labyrint. credit. par. 3.
cap.9. n.5.*

Idem dic de expenſis factis in collectione, tri-
turatione, ac collectione frumenti, & ſegetum,
quod pro illis detur prælatio,eo quia tantominùs
eſt in pretio frumenti, & ſegetum, quantum im-
portant tales expenſæ, & ſic hæ veniunt per ſub-
251 ductionem à fructibus, & quis cum talibus ex-
penſis frumenta, ac ſegetes ſunt maioris valoris
*Card. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ.16.n.12.
& ſeq. Epiſcop.Zaul. ad Stat Fauent. tom.2. lib.5.
Rubr.16.n.24.*, qui vlterius tenet,mercenarios pro
ſecatione, trituratione, ac collectione frumenti
tanquam vltimos creditores priuilegiatos præ-
ferri, quod mihi non placet, ſi concurrant alij
creditores priuilegiati ex cauſa culturæ, vel ſemi-
nis, cum tunc ſit locus tributo ex firmatis hoc
eodem *artic. à n.221., & ſeq.*

Prout præferuntur pro eorum mercede artifi-
ces, & operarij ſuper re eorum opera,vel meliora-
252 ta, vel ad perfectionem redacta, cum per ipſos
ſit effecta prætioſior, & maioris valoris *Acoſt.
dict. ampliat 2. n. 9. in fine, Caraſc. alleg. cap. 11.
n. 185., & 203. verſic.ex quibus deducitur Rocc.
diſput. Iur. ſelect. tom.2. cap.138. n.3. Zacch. de
ſalar. quæſt.99. n.22.*

Præferuntur etiam in concurſu ſuper pretio
nauis alijs creditoribus anterioribus illi, qui
dederunt cibaria nautis, ac etiam ipſi nauaclerij
pro eorum mercede in regenda naui, nam alias
253 ſine his nauis ſalua peruenire non poterat *l.hu-
ius ibi — & ſi in cibaria nautarum fuerit creditum
ff. qui potior. in pign. hab.* & confert *Rot. Florent.*
apud *Manſ. conſult.333. n.4. tom.4.*

Ex eadem cauſa conſeruationis frumenti, vini,
lignaminum, fœni, & ſimilium præfertur locator
ſuper frumento, vino, lignaminibus, fœno, &
ſimilibus inuectis, ac illorum pretio pro penſio-
nibus horreorum, cellauinariarum, fœnilium,
magazzenorum, & ſimilium ſtationum deſtina-
tarum ad conſeruandas res ſupra expreſſas, vel
ſimiles, cum tales res ſint tacitè hypothecatæ
254 cum prælatione pro penſionibus fauore locato-
ris *text. in l. huius in fine ff. qui potior. in pign. ha-
bean. Buccaferr. conſ 92. n.44. Carocc. de locat. &
conduct. par.5. de inuect. quæſt.21. num.4. Gratian.
cap.68. n.4., & cap.713. n. 2., & ſeq. Amat. Pa-
normit. reſol. 3. n. 5., & 6. Salgad. Labyrinth. cre-
dit. par.3. cap.9. n.17. Pacion. de locat. & conduct.
cap.40. n.121., & ſeq.* plenè *Franc. Rocc. reſponſ.
legal.34. lib 2.*, & præclarè *Rot. deciſ.726. n.3. ad
6. par.18. tom.2. recen.*, & alios congerit *Epiſcop.
Zaul. ad Stat.Fauent. tom. 2. lib.5. Rubr.16. n.25.*
& ita in concurſu creditorum ſæpè iudicatu, &
ſic cenſuit etiam Aſſertamentum,ea ratione, quia
& ipſi creditores pro conſeruatione frumenti, vi-
ni, fœni, & aliarum rerum coacti fuiſſent ſubire
expenſas io conductione horreorum, fœnilium,
& ſimilium.

Et talis hypotheca cum prælatione procedit
etiam contra tertium poſſeſſorem, licet bona in-
uecta, & illata non ſint per locatorem deſcripta
255 manu Notarij de tempore locationis, & illatio-
nis, *Mareſcott var. reſolut. lib.2. cap.118. nu.13.
Merlin. de pignor. lib.2. tit.2. quæſt.67. num.16. &
17.*, & alijs relatis hanc opinionem tenet *Franc.
Rocc. reſponſ. legal. 30. n.11. lib.2.*

Vnde in Aſſertamento ſub die 27. Iunij 1684.
in cauſa *Romana concurſus creditorum*, ſuper pre-
tio officij Notariatus Rignani fuit acriter diſpu-
tatum an dominus domus, in qua Rignanus re-
tinuerat Officium Notariatus, ac iuuenes neceſ-
ſarios pro illius exercitio eſſet præferendus pro
penſionibus ſuper pretio Officij, acceius ſcriptu-
rarum alijs creditoribus anterioribus eiuſdem
Rignani, & tenebant à principio (me excepto)
alij DD. de Aſſertamento, quod non competeret
prælatio, ex quo locatio domus facta fuerat ad
256 habitandum, & ad exercendum officium, non
ad conſeruandum ſcripturas, ex firmatis per
*Carpan. ad Stat. Mediol. cap.232. num.36., & 37.
par 1. Gratian. cap.68. n.2., & cap.713. n.1. & 4.
Gait. de credit. cap.4. quæſt.11. n.1586., & 1587.
Acoſt. de priuil. credit. reg.3. amplia.3. n.56. Mer-
lin. de pignor. lib.2. quæſt.67. n.66., & ſeq. Franc.
Rocc. reſponſ. legal. 34. lib. 2. Pacion. de locat., &
conduct. cap.40. n.129., & 130.*; nam licet loca-
257 tor ſuper bonis inuectis, & illatis in prædium
vrbanum habeat tacitam hypothecam *l. certis, &
l. ſi non inducta C. locat.*, attamen talis tacita hy-
potheca, quando domus fuit data ad habitan-
dum, & non conſeruandum, procedit cum ſuo
tempore ſine prælatione aduersùs creditores an-
258 teriores, quibus non fuit in aliquo præiudica-
tum per dictam hypothecam tacitam *Bart. in l.
interdum nu. 2. ff. qui potior. in pign. hab. Gratian.
cap. 68. n. 4. Franc. Rocc. dict. reſponſ. 34. num.7.
Pacion.* vbi proximè, *Ludouic. deciſ. Peruſ. 84.
n.2. Mart. Medic. deciſ. ſen. 20. n.5.*

At ego, cum quo cauſa plenè diſcuſſa conue-
nerunt alij DD. de Aſſertamento, cenſui, locato-
rem eſſe præferendum pro penſionibus debitis,
259 ne dum pro manſione, in qua fuerat retentum,
ac exercitium Officium materiale cum ſcripturis,
ſed etiam pro manſionibus neceſſarijs pro habi-
tatione Iuuenum Officij, ac pro retentione ipſius
Officij materialis, & formalis, nam in domo lo-
cata Rignano, nedum fuerunt conſeruatæ ſcri-
pturæ materialiter, hoc eſt Broliardi, Protocol-
la, fileiæ, ac alia monumenta Officij Notariatus,
verùm fuerat formaliter conſeruatum ipſum Offi-
cium, hoc eſt in eius valore, nam ſi poſt Rignani
receſſum ab Officio ob timorem creditorum, illud
fuiſſet clauſum, & non retentum publicæ com-
moditati apertum in domo conducta, vel in alia
de nouo conducenda, illud fuiſſet in valore in-
trinſeco notabiliter deterioratum, & diminutum,
nec tali caſu creditores in illius venditione retra-
xiſſent tertiam partem pretij, ac valoris, quia
Deputati Montis Pietatis Vrbis, ac Archiconfra-
ternitas Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum,
quæ ſunt duo loca pia conſpicua dicto Officio in
eorum negocijs, & cauſis vtentes, illo clauſo,
receſſiſſent, prout alij particulares, idem facere
fuiſſent coacti; vndè domus, quæ deſeruijt pro
retinendo Officio aperto, ac pro vſu Iuuenum in
officio ſtantium pro illius recta adminiſtratione,
in

in actibus iudicialibus conſcribendis, ac contra-
ctibus extraludicialibus ſtipulandis, propriè, &
verè conſeruauit Officium tam materiale, quàm
formale, & ſic ratione talis conſeruationis rei,
260 ac pignoris domino domus pro penſionibus
eſt concedenda prælatio (mat. Panormit. reſol. 3.
n. 5., & 6. Salgad. Labyrint. credit. par. 3. cap. 9.
n. 17. benè Franc. Rocc. reſponſ. legal. 34. n. 7. Pa-
cion. de locat., & conduct. cap. 40. n. 121., & 122.
qui n. 128., & Rocc. vbi proximè reddunt ratio-
nem, quia per talem domum fuit facta conſerua-
tio ſcripturarum, ac Officij, quod fuit vtile alijs
creditoribus, nam alias eo clauſo ex ſuprà firma-
261 ris euidens damnum, & maximum præindi-
cium recipiſſent, & confert Rot. deciſ. 726. n. 3.,
& ſeqq. par. 18. tom. 2. recen. confirmata deciſ. 15.
n. 9., & deciſ. 91. n. fin. par. 19. recen.

Quod faciliùs in hoc caſu procedere exiſtima-
bam, quia & ipſimet creditores anteriores fuiſſent
coacti conducere domum cum manſionibus ne-
ceſſarijs pro retentione eiuſdem Officij aperti,
ne ex eius clauſura deterioraretur; vnde domino
domus in hoc non datur propriè prælatio pro
penſionibus, ſed illæ ſubducuntur ex pretio Offi-
cij, tanquam expenſæ neceſſariæ, quam ipſimet
creditores facere debuiſſent pro illius conſerua-
tione, alias eorum ius vel petijſſet, vel ſaltem
262 fuiſſet longè diminutum ex traditis per Cardin.
de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 16. n. 12. Adden.
ad deciſ. 444. n. 14., & ſeqq. par. 4. tom. 2. recen.,
& in his terminis Franc. Rocc. reſponſ. legal. 34.
n. 12. lib. 2. Pacion. alleg. cap. 40. n. 127. & 128.

Idque carebat dubio, ex quo appoſito Œcono-
mo ad inſtantiam vnius ex creditoribus ſuper
adminiſtratione Officij ob latitationem Rigna-
ni, fuit poſteà à cæteris creditoribus pulſatus
idem Œconomus ad reddendam rationem emolu-
mentorum perceptorum ex eodem Officio, ex quo
actu innoreſcit, quod Officium remanſerat aper-
tum in domo locata Rignano, nam alias non
potuiſſent percipi emolumenta ex Officio clauſo;
& cum approbatio actus inducatur magis factis,
263 quàm verbis, cum illa ſint potentiora ad decla-
randam voluntatem Menoch. conſ. 110. n. 2. Bellon.
Iun. conſ. 13. n. 33., & 34., dum per duos annos,
& vltrà in Officio ſteterat Œconomus, & hic po-
ſteà per creditores anteriores fuit pulſatus ad
reddendam rationem adminiſtrationis, ex hoc
patet quod ipſimet creditores facto proprio ap-
probarunt continuationem Officij in eadem do-
mo, & ſic non impropriè ipſi dicuntur voluiſſe
ſubire onus conſeruationis Officij, ac expenſas
penſionis pro illo neceſſarias.

Quia verò pars domus conductæ à Rignano
erat ſuperflua pro Officio, ac Iuuenibus pro eo
exercendo neceſſarijs, vnde ab eodem Rignano
pro certa rata locabatur alijs, hinc prælatio lo-
catoris videbatur reſtringenda ad ratam domus
neceſſariæ pro retentione Officij, ac habitatione
Iuuenum, qui erant neceſſarij pro Officij exer-
citio, ex quo prælatio competit conſeruanti rem
pro eo tantum, quod verè neceſſarium eſt pro
264 conſeruatione, ſecùs in exceſſu, vt aduertit poſt
alios Franc. Rocc. reſponſ. legal. 34. nu. 8. lib. 2., &
iuxtà meum votum fuit iudicatum vnanimi ſuf-
fragio DD. de Aſſettamento.

Hactenùs Votum.

Si verò non agatur de Horreis, Fœnilibus,
Promptuarijs, ſeù Magazzenis, ac alijs ſimilibus
repoſitorijs ex natura rei deſtinatis ad conſer-
uandum, ſed de ſimplici domo locata, & deſti-
nata ad habitandum, cum tunc in ea ceſſet titu-
lus, ac cauſa conſeruationis, nulla prælatio lo-
catori competit pro penſionibus aduersùs credi-
265 tores hypothecarios anteriores, vt probant DD.
ſuprà allegati n. 256., & benè Franc. Rocc. reſponſ.
34. n. 7. verſic. ſecunda opinio lib. 2.
266 Et Bartol. in l. interdum ff. qui potior. in pign.
hab., & alij in contrarium allegati, & quot alle-
gati poſſunt pro prælatione locatoris, procedunt
in Domibus, Horreis, Fœnilibus, Promptuarijs,
Magazzenis, & ſimilibus verè locatis, & deſtina-
tis pro conſeruatione rerum in illis inuectarum,
& illatarum, non autem in domibus conceſſis ad
267 habitandum, & ſic ius prælationis in hac mate-
ria non emanat, ex quo domus locata, ac data
ſit ad habitandum, vel conſeruandum, ſed ex
quo ſecundum ſuam naturam deſeruit pro con-
ſeruatione rerum inuectarum, nam non ſtat in
poteſtate partium tollere hypothecas, ac iura
creditorum anteriorum per aſſertiones factas in
inſtrumentis locationum, quod domus verè de-
ſtinata, & data ad habitandum detur etiam cum
clauſula, & ad conſeruandum, ſed potioritas, ac
prælatio ex capite conſeruationis procedit ſolùm
ex qualitate manſionum locatarum, quia reuera
deſeruiant ad conſeruandum, vndè ſi agatur de
domo principaliter inhabitata, licet in illa acci-
dentaliter, & ſecundariò fuerint conſeruata mo-
bilia neceſſaria ad habitandum, non ob hoc in-
trant termini prælationis pro penſionibus aduer-
sùs creditores anteriores ſuper talibus mobilibus
268 inuectis pro faciliori commodo habitationis,
& talis diſtinctio rationi naturali congrua colli-
gitur ex Gaito, & Gratiano ſupra allegatis, nec
diſſentiunt Franc. Rocc. reſponſ. legal. 34. n. 7. lib. 2.
Andreol. contr. 347. n. 40. Pacion. de locat., & con-
duct. cap. 40. n. 127. cum tribus ſeqq., & facit benè
Rot. deciſ. 726. par. 18. tom. 2. recen., & in puncto
poſt alios cumulatos id obſeruat Antolin. in an-
not. ad priuileg. Piſtor. Vrb. n. 316.; & ſic fuit de-
ciſum per Aſſettamentum ſub die 26. Octobris
1683. contra D. Marchionem Capponum loca-
torem domus, & apothecæ ad vſum artis Cima-
toris pannorum, dum fuit reiectus à prælatione
ſuper mobilibus inuectis etiam ad vſum artis in
domum locatam, & fuit in illis prælatus Beltram-
mius creditor anterior, & qui alias eadem mobi-
lia executata recuperauerat à Depoſitaria Vrbana
ſoluendo de proprio creditori, qui ſuper illis fe-
cerat executionem, & reportando ceſſionem iu-
rium cum pacto ſpecialis hypothecæ acquirendæ
ſuper ijſdem mobilibus.

Cæterùm vltrà firmata hic ſuper puncto, quan-
269 do inuecta, & illata in prædium vrbanum ſint
nec ne tacitè obligata cum prælatione fauore lo-
catoris videndi Acoſt. de priuil. credit. reg. 2. am-
pliat. 3. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 67. Berlicch.
concluſ. 67. par. 1. Mart. Medic. deciſ. Senen. 20.
Pereyr. deciſ. Portugalliæ 17.

Aduocatis quoque, & Procuratoribus, qui
hæreditatem, vel aliqua corpora, & res defendi-
derunt, vel agendo recuperarunt, ſuper ipſa hæ-
reditate, corporibus, ac rebus defenſis, ac recu-
peta-

Digitized by Google

peratis illorum opera, & labore prò eorum hono-
rarijs competit prælatio aduersùs alios crediro-
res anteriores, cum hi ſine tali defenſioue, vel
270 recuperatione dictas res ſaluas non habuiſſent
pro eorum creditis conſequendis Gratian. cap.
257. n.26., & ſeqq. Acoſt. de priuil. credit. reg. 2.
ampliat.2. n.7., & infra, Amat. Panormit. reſol.3.
à n.10. Gait. de credit. cap.4. quæſit. 11. nu. 1566.
& ſeqq. Vrſell. concluſ.119. n. 38., & infra Anto-
nell. de tempor. legal. lib.4. cap.final. n.119. Anto-
lin. in annot. ad priuileg. Piſtor. Vrbis num. 325.
Merlin. de pign. lib.3. tit.1. quæſt.5. n.32., & ſeq.
Salgad. Layrint. credit. par.3. cap.9. n.18., & 19.
Zacch. de ſalar. quæſt.99. n.8., & infra, vbi refert
Rotæ deciſ. per extenſum, Medic. deciſ. Senen. 19.
n.22., & 23. Rot. deciſ.53. n.6., & ſeqq. coram
Duran., & deciſ.82. poſt Zacch. de ſalar.

Eademque prælatio ob eamdem identificam
rationem debetur pro mercede Perirorum, Scri-
271 ptorum, ſeù Copiſtarum, qui tranſcripſerunt
informationes, ac pro alijs expenſis legitimè fa-
ctis pro defenſione, vel recuperatione hæredita-
tis, ſeu bonorum, ac rerum vt ſuprà.

Itaùt pro dictis honorarijs, ac expenſis non
ſit præſtanda cautio de reſtituendo prioribus, &
272 potioribus, cum conſtet, nullum alium credito-
rem poſſe præferri Gratian. cap. 257. n.31. Zacch.
de Salar. quæſt.99. n.3., Antonell. de tempor. legal.
lib.4. cap.fin. n.119., & dictum fuit ſupra hic ar-
tic.1. n.3. & 4.

Quinimmò Aduocati, & Procuratores pro ex-
penſis factis in lite habent etiam retentionem
273 ſcripturarum, quouſque ijſdem reſtituantur
præfatæ expenſæ, licèt retentionem prædictam
non habeant pro eorum mercede Mart. Medic.
examin. Senen.56. n.18., & magiſtraliter Rot. deciſ.
691. par.1. recen.

At talis prælatio Aduocatis, Procuratoribus,
& alijs, qui hæreditatem, res, & bona aliqua
defendiderunt, vel recuperarunt competit ſolùm
ſuper corporibus ab ipſis, vel defenſis, vel re-
cuperatis, & non in alijs diuerſis, vt colligitur
274 ex authoritatibus ſuprà relatis pro illorum præ-
latione, & ſic aliàs iudicaui in cauſa Romana
concurſus ſuper pretio Domus illorum de Braga-
lonibus, nam dum Procurator petebat præferri
pro honorarijs cuiuſdam cauſæ per ipſum defen-
ſæ in Rota pro ijſdem de Bragalonibus, fuit reie-
ctus, ex quo illa cauſa non fuerat ſuper recupe-
ratione domus, de cuius pretij conſignatione
agebatur in concurſu coram me pendente; & huic
concluſioni aſſiſtit palpabilis ratio, quia conſer-
275 uanti competit ſolùm prælatio ſuper re conſer-
uata, & non in alijs, adinſtar melioramentorum,
pro quibus melioranti datur retentio corporis
meliorati, & non alterius Surd. deciſ.311., & fæ-
rè in terminis Capicc. Galeott. contron. 21. n.1. &
2. lib.1. Peregrin. de fideicomm. artic.50. num.69.,
Mantic. de tacit. lib.11. tit.15. num.40., Rot. deciſ.
215. n.14. coram Royas; & facit etiam, quod licèt
reficiens, vel conſeruans rem habeat ſuper illa
276 prælationem, attamen ſi ampliùs non extet,
euaneſcit prælatio ſuper illa re tantum compe-
tens, plenè Medic. examin. Senen.11. num.11. cum
duobus ſeqq., & n.22., Haberkou. de concurſ. cap.2.
n.292.; ſi verò pars rei melioratæ, conſeruatæ,
277 ac maioris valoris effectæ fuerit conſumpta, an
in parte remanente poſſit prætendi prælatio in
eorum, affirmat Cardin. de Luc. de credit. & de-
bit. diſcurſ.19. num.14., vbi teſtatur, quod ſic in
praxi receptum eſt, & licet Franc. Maria Prat. ob-
ſeru. 65. n.6. & ſeq. ſcribens in cauſa propria ve-
lit, quod Aduocati pro eorum ſalarijs ex cauſa
patrocini habeant tacitam hypothecam cum pri-
uilegio prælationis, nihilominus num.19. fatetur
quod talis opinio in illo caſu habuit hæſitatio-
nem, & ſic confugit ad tutam opinionem quod
prælatio competat ſuper re eorum patrocinio re-
cuperata vt apparet n.19. & ſeq., & in terminis
rei recuperatæ opera, ac patrocinio Aduocati,
quod ſuper illa præferatur pro eius ſalario loqui-
tur Giurb. deciſ.108. nu. 10. 20. & ſeq. relatus per
eumdem Prat. ibid. n.10.

Debita eſt prælatio modo quo ſuprà compe-
tens Aduocatis, & Procuratoribus, etiam Cura-
278 tori deputato hęreditati iacenti ad illam defen-
dendam, ad hoc vt cum hæreditate poſſet le-
gitimè procedi, latè, & doctè Medic. deciſ. Senen.
19. per tot., prout cuilibet adminiſtratori, qui
expendit in conſeruatione rei adminiſtratæ, ex
279 plenè firmatis per Salgad. Labyrint. credit. p. 3.
cap.9., vbi idem in ſalario adminiſtratoris, & cu-
ſtodis rei, & dictum fuit ſuprà hic dict. artic. 2.
n.248., & ſeq.

Super hac materia prælationis fauore illorum,
qui rem refecerunt, vel conſeruarunt, vel pretio-
ſiorem, ac maioris valoris reddiderunt eorum
pecunia, vel opera, aduerte, quod in aliquibus
280 caſibus aliqui creditores de iure, vt illi ex cau-
ſa, dotis, vel ex Conſtitutionibus Pontificijs in
Vrbe Piſtores, vel Aromatarij præferuntur etiam
potioribus, & ſic prædictis ex cauſa conſeruatio-
nis rei, ex latè firmatis ſuprà hic artic.1. à n.68.,
& infra.

Demùm hic adnotandum, quod prælatio de-
bita vigore tacitè hypothecæ creditori ex cauſa
refectionis, conſeruationis, vel meliorationis,
vel mutuanti in dictas cauſas tranſit in ceſſiona-
rium, cum talis hypotheca tacita cum præla-
tione debita ſit ratione cauſæ, non perſonæ, &
ſic ob cauſam culturæ, refectionis, ac meliora-
281 tionis, vnde vti inherens cauſæ non perſonæ eſt
ceſſibilis Salgad. Labyrinth. credit. par. 1. cap. 16.
§. vnico n.10., & latè Olea de ceſſ. Iur. tit.6. qu.2.
n.11., & ſeqq.

ARTICVLVS III.

ARGVMENTVM.

De prælatione creditorum vigore hypothecæ expreſſæ, vel tacitæ hic agitur; & qui creditores de iure habeant tacitam hypothecam, plenè explicatur.

SVMMARIVM.

282 *Hypotheca conuentionalis eſt de iure ciuili, & poteſt per Principem tolli, vel concedi eius arbitrio, & n.283., & 284.*

285 *Hypotheca tacita non inducitur niſi in caſibus à iure expreſſis, nec poteſt induci per gloſas, vel Doctores, & n.340.*

286 Hy-

286 *Hypotheca tacita priuilegium extenditur ad caſus ſimiles, & n.341.*

287 *Creditores hypothecarij præferuntur iuxtà tempus eorum hypothecæ etiam ſi hæc ſit generalis in concurſu hypothecæ ſpecialis poſterioris n.297. in fine.*

288 *Hypothecæ anterioritas contrahitur etiam ex momento temporis.*

289 *Si plures hypothecæ adſint eadem die, præfertur illa, quæ habet horæ expreſſionem.*

290 *Ceſſante appoſitione horæ, anterioritas an deſumatur ex diſcriptione priùs facta in Protocollo.*

291 *Si adſint plura inſtrumenta cum hypotheca ſub eadem die concurrunt per tributum, & n.292.*

293 *Fallit fauore dotis, quæ tali caſu præfertur etiam in concurſu cum fiſco, & n.294.*

295 *Dos non præfertur creditori hypothecario habenti appoſitionem horæ.*

296 *Creditor cum hypotheca vigore publici inſtrumenti præfertur creditori cum hypotheca vigore apochæ priuatæ anteriori, ſi hæc non ſit trino teſte munita, vel aliundè non appareat de anterioritate apocha.*

297 *Creditor vigore inſtrumenti cum pecunia numerata præfertur creditori ex confeſſione de recepto, & vigore apochæ priuatæ.*

298 *Hypotheca tacita cum prælatione competit pro decimis.*

299 *Et pro collectis ſuper omnibus bonis debitoris fauore fiſci.*

300 *Et non ſolùm ſuper prædio tributario, ſed ſuper alijs bonis, & n.302.*

301 *Prælatio pro collectis competit etiam Communitatibus ſtatus Eccleſiaſtici ſubrogatis in locum Cameræ, & Fiſci, & n.302.*

303 *Gabellarius gabellæ fœni in Vrbe præfertur ſuper fœno pro gabella.*

304 *Dictio* ſuper *appoſita corpori importat ſuper illo hypothecam.*

305 *Gabellarius gabellæ fœni licèt illam non exigat in introductione intùs Vrbem, non ob hoc omittit ſuper illo hypothecam.*

306 *Obſeruantia attenditur in exactione, ac ſolutione gabellarum.*

307 Surd. deciſ.31.n.10. *volens, pro gabella non competere hypothecam reprobatur.*

308 *Pro gabella competit hypotheca.*

309 *Hypotheca competit pro laudemio.*

310 *Gabella debita pro qualibet ſalma fœni non debetur tota ex fœno exiſtente in fœnili, ſi ibi non adſint omnes ſalmæ, ex quibus illa prætenditur.*

311 *Mercatores Riparum Vrbis concurrunt cum alijs creditoribus hypothecarijs, etiamſi probent eorum credita cum proprijs libris tantùm, & partito Proxenetæ, & n.312.*

313 *Hypotheca à ſtatuto poteſt concedi libris mercatorum.*

314 *Si libri mercatorum Ripalium diſcordent à partito Proxenetæ talis hypotheca, & prælatio non competit, & n.315.*

316 *Mercatores Riparum ſi plures concurrunt præfertur prior in tempore.*

317 *Officialis alicuius Tribunalis atteſtationi ſuper obſeruantia defertur.*

318 *Hypotheca tacita competit pro dote cum prælatione alijs creditoribus tacitam hypothecam habentibus.*

319 *Hypotheca tacita pro dote non præfertur creditoribus habentibus hypothecam expreſſam anteriorem.*

320 *Hypotheca tacita pro dote præfertur illis, qui crediderunt pecunias ad recuperandam, vel reficiendam rem.*

321 *Procedit etiam in augumento dotis.*

322 *Hypotheca tacita pro dote præfertur in bonis poſteà quæſitis etiam creditoribus anterioribus cum expreſſa hypotheca.*

323 *Referuntur contrarium tenentes.*

324 *Prima opinio approbatur tanquam receptior, & verior.*

325 *Duæ dotes ſi concurrant in bonis poſteà quæſitis, tunc ſeruanda eſt prioritas temporis vtriuſque dotis.*

326 *Si agatur de bonis emptis ex certa dote, tunc hæc præfertur.*

327 *Fiſcus, & dos ſi ſimul concurrant in bonis poſteà quæſitis, pari paſſu ambulant, & attenditur prioritas temporis.*

328 *Dotem præferri fiſco probatur.*

329 *Dos, nec fiſcus præfertur in bonis poſteà quæſitis à tutore in præiudicium pupilli creditoris occaſione reliquatus tutelæ.*

330 *Dos habens etiam hypothecam expreſſam poſteriorem cedit hypothecæ tacitæ anteriori occaſione adminiſtrationis bonorum loci pij.*

331 *Hypotheca tacita cum prælatione competit pupillo contra tutorem à die ſuſceptæ tutelæ.*

332 *Secùs progeſtis à tutore poſt expletam pupillarem ætatem.*

333 *Hypotheca tacita cum prælatione competit locis pijs contrà eorum adminiſtratores à die cæptæ adminiſtrationis, & n.334., & 336.*

335 Gratian. cap.601. *declaratur.*

337 *Hypotheca tacita contra adminiſtratorem particularem priuatæ perſonæ non competit, ſecùs Eccleſiæ, ac loco Pio, & n.338.*

339 *Contrahentium pacta, ac legis diſpoſitio æquiparantur.*

342 *Eccleſia fruitur priuilegijs minorum.*

343 *Opinio Eccleſiæ fauorabilis in dubio eſt ſequenda.*

344 *Eccleſia pro ſuis creditis extra cauſam adminiſtrationis non habet de iure hypothecam, vel prælationem.*

345 *Hypotheca etiam ſtante dolo non competit contrà adminiſtratorem priuatæ perſonæ.*

346 *Contrarium ſtante dolo, & fraude probatur.*

347 *Hypotheca non competit fideicommiſſario contrà hæredem alienantem, eiuſque bona pro reintegratione fideicommiſſi.*

348 *Nec competit pro recuperatione fructuum prætenſorum à fideicommiſſario.*

349 *Fideicommiſſario ſtante dolo hæredis grauati alienantis, qui deducitur ex ſcientia fideicommiſſi, competit hypotheca tacita à die aditæ hæreditatis, & n.351., & 357.*

350 Vrceol. conſult. forenſ. cap. 69., *& alij ab eo relati contrarium tenentes reprobantur.*

352 *Dolus debet eſſe clarus, & ab illo qualibet cauſa excuſat.*

353 *Hypotheca tacita ſuper bonis hæredis grauati non competit pro deterioratione prædiorum fideicommiſſi.*

354 *Contrarium ſtante ſcientia fideicommiſſi eſt tenendum.*

355 *Ceſſante dolo competere hypothecam fideicommiſſario tenent plures.*
356 *Contrarium eſt verius, & reprobantur* Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 84., *ac eius ſequaces, & declarantur alij.*
358 *Hypotheca ſtante dolo hæredis grauati competit ſuper illius bonis à die aditæ hæreditatis.*
359 *Hypotheca quando competat filio ſuper bonis Patris adminiſtratoris, & n. 362.*
360 *Filius ſtante doloſa adminiſtratione Patris, poteſt eo viuente renocare alienationem ab illo factam. & n. 361.*
362 *Hypotheca tacita fauore filij in bonis Patris doloſi adminiſtratoris, incipit à die adminiſtrationis.*
363 *Filius viuente Patre non poteſt bona per illum alienata vindicare.*
364 *Fallit ſi alienatio eum dolo, & ſine legitima cauſa facta ſit.*
365 *Fallit atiam in recuperatione mobilium.*
366 *Filij pro eorum alimentis poſſunt impedire creditores Patris, ne deueniant ad deliberationem bonorum aduentitiorum.*
367 Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 37. *reprobatur.*
368 *Hypotheca tacita cum prælatione competit pro laudemio fauore domini directi ſuper re emphyteutica.*
369 Surd. deciſ. 31. *& eius ſequacts tenentes contrarium reprobantur.*
370 *Hypotheca tacita cum prælatione competit domino directo pro canone ſuper re emphyteutica.*
371 *Referuntur contrarium tenentes.*
372 *Prima opinio eſt verior, & in praxi recepta.*
373 *Talis hypotheca cum prælatione competit etiam ceſſionario domini directi, & etiam penſionari ſuper fructibus beneficij, dict. n. 373.*
374 *Hypotheca tacita competit creditori aduerſùs creditores anteriores ſuper pignore mobili, quod ſibi datum eſt pro ſecuritate ſui crediti.*
375 *Contraria opinio veriſſima firmatur, & nu. 376., & 378.*
377 *Regula eſt ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te.*
379 *Doctores tenentes pro prælatione creditoris detinentis pignus reprobantur, & declarantur reſpectiuè, & n. 380., & ſeqq.*
384 *Doctoribus conſulentibus parum deferendum, & quare.*
385 *Doctores videndi ſunt in fonte quid dicant, cum perſæpè ſalteut vt oues, & volent vt anes.*
386 *Montes Pietatis ſuper pignoribus mobilibus in illis depoſitatis habent prælationem pro pecunijs ſuper illis mutuatis.*

QVoad hypothecam conuentionalem primo
præmittendum eſt, quod illa prouenit ex me-
ra diſpoſitione Iuris Ciuilis, vnde à Principe
tolli poteſt in totum, vel illius ordinem idem
Princeps poteſt peruertere, concedendo hypo-
thecam ſuo modo, ex quo in hoc oon lædit Ius
282 Naturale, vel Gentium, ſed ſolùm Ius Ciuile,
vt aduertit *Cardin. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 5. n. 21., & ſeq., & diſcurſ. 21. n. 3. & infrà,*
& præclarè *Epiſcopus Rocc. diſput. iur. tom. 1. c. 72.*
n. 24. cum duobus ſeqq., & rursùs *cap. 131. num. 36.*
283 *tom. 2.*, & hoc Princeps facere poteſt etiam ſine
cauſa, licèt non ſoleat, nec debeat id facere, niſi
ob publicam vtilitatem *Card. de Luc. d. diſc. 21. n. 4.*
Et propterea vidimus ſuprà, quod Piſtoribus,
284 Aromatarijs, Mercatoribus, ac pluribus alijs
in Vrbe Pontifices dederunt prælationem aduer-
sùs creditores hypothecarios anteriores iuxtà
declarationes ſuprà firmatas hic *artic. 1.*
Secundò præmittendum eſt, quod hypotheca
tacita oon inducitur, niſi in caſibus à iure expreſ-
285 ſis, cum nec Gloſæ, nec Doctores habeant au-
thoritatem illam inducendi *Gloſ. in l. 2. verb. à priuilegio ff. de priuil. credit. Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 5. num. 54., & ſeq. Merlin. de pignor. lib. 1. quæſt. 11. Noguerol. allegat. 1. nu. 5. Caſtill. de aliment. tom. 4. cap. 45. n. 13. verſic. ac primo quidem, Balmaſed. de collect. quæſt. 103. n. 2. Vrecol. conſult. forenſ. cap. 69. n. 1. & ſeqq. Griuell. deciſ. 27. n. 12. & 13. Thomat. deciſ. 244. n. 11. tom. 2. Rot. deciſ. 12. n. 1. coram Coccin. deciſ. 861. num. 6. coram Buratt. deciſ. 83. n. 24. coram Priolo, deciſ. 343. n. 29. p. 12. recen.*, & plenè *in Ciuitatis Caſtelli Bonorum 19. Iunij 1680. §. non quidem coram bo. me. Rondinino.*
At quod priuilegium hypothecæ tacitæ clau-
286 ſum in corpore iuris extendatur ad caſus ſimi-
les, latè probat, & rationibus fundat *Acoſt. de priuil. credit. prælud. 1. n. 14., & ſeq.*, & ſignanter
n. 20., vbi reſpondet contrarijs, & putat non eſſe
recedendum ab opinione illorum, qui tenent pro
extenſione hypothecæ ad caſus ſimiles, ex quo
vbi viget eadem ratio, vigere debet eadem iuris
diſpoſitio.
Poſt creditores potiores ex priuilegijs Princi-
pis, vel ex diſpoſitione iuris, de quibus actum
287 fuit ſuprà *artic. 1. & 2.*, præferuntur credito-
res hypothecarij iuxtà tempus eorum hypothecæ
l. qui generaliter 2. l. ſi pignus 8. l. potior 11. ff. qui potior. in pign. hab. Berlicch. concluſ. 66. nu. 12., & ſeq. lib. 1. Caſtald. conſult. forenſ. cap. 185. num. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 4. n. 1., & ſeq. Rot. deciſ. 174. n. 3. par. 6. recen., & deciſ. 41. n. 1. coram Celſ.
288 Et talis anterioritas contrahitur etiam ex
momento temporis *Gratian. cap. 776. nu. 38. Andreol. controu. 352. n. 2. Merlin. alleg. quæſt. 4. n. 2. Bellon. de ijs quæ fiunt incontinenti cap. 146. n. 10.*;
vndè ſi eadem die adſint plures obligationes cum
hypotheca, inſtrumentum habens horam apposi-
289 tam præfertur alteri eadem die confecto ho-
ram oon habenti *Peregrin. de iur. fiſci lib. 6. tit. 6. n. 35. Caraſc. ad leg. Recopill. cap. 11. n. 181. Salgad. Labyrint. credit. par. 2. cap. 4. n. 166. Andreol. dict. controu. 352. n. 10. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 4. n. 32.*
Si verò adſint plura inſtrumenta cum hypothe-
ca eadem die confecta, & nullum illorum conti-
neat horam, quod illud cenſeatur præceſſiſſe,
290 quod priùs reperitur deſcriptum in Protocollo
Notarij affirmat *Caraſc. alleg. eap. 11. n. 182.* nec
diſſentit *Andreol. contr. 352. n. 6.* ſuper quo videa-
tur etiam *Card. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ. 9.*,
qui non videtur in hoc admittere ordinem ſcri-
pturæ.
Sed verius eſt, quod ſi adſunt plures credito-
res hypotecarij ſub eadem die, nec conſtet quis
eorum ſit anterior, tunc omnes in ſimul concur-
rant abſque prælatione, licèt vnus illurum ſit
291 creditor maioris ſummæ, nam adhuc non præ-
fertur *Salgad. labyrint. Credit. par. 2. cap. 4. n. 135., & 136.*

& 136. vbi de ratione, *Merlin. de pignor. lib. 4.*
quaſt. 12. *per tot.*, quem ſequitur *Andreol.controu.*
352.*n.*3. qui *Merlin.* refutat *Geitum* tenentem con-
trarium, & reſpondet eius motiuis, vnde tali
caſu omnes æqualiter concurrunt per tributum,
itavt creditor in maiori ſumma magis percipiat,
quam creditor in minori ſumma proportionabi-
292 liter pro rata crediti, vt plene probat, & ex-
plicat *dict.Salgad. alleg. cap.4.n.*137. *& ſeq.* & ſi-
gnanter *n.*158. *& infra*.
At ſi inter inſtrumenta obligationum confecta
eadem die, adſit Inſtrumentum dotis hoc præſu-
293 mitur prius factum, & præfertur *Geit.de credit.*
*cap.4.quæſit.*11.*n.*1187. *& ſeqq.*, *Salgad. dict.cap.*4.
*n.*169. *Andreol. dict. contr.*352.*nu.*7., vbi ampliat
etiam in concurſu cum Fiſco, qui tamen *n.*9. limi-
294 tat, tale priuilegium doti non ſuffragari con-
tra alium creditorem hypothecarium eiuſdem
diei habentem horam in ſuo inſtrumento, & hy-
pothecam; & eamdem limitationem reſpectu cre-
295 ditoris habentis horam, quod præferatur doti
probat Salgad. dict. cap. 4.*n.*167. vbi de veriori, &
communiori opinione teſtatur.
In concurſu tamen inſtrumenti publici cum
ſcriptura priuata præfertur Inſtrumentum cum
hypotheca, licet in tempore, & hipotheca ante-
rior ſit ſcriptura priuata, quoties hæc non ſit tri-
no teſte munita, vel aliàs non probetur ab ex-
tra, quod illa verè confecta ſit antè Inſtrumentum
296 iuxta tempus in illa appoſitum *Couarun. pract.*
quæſt. lib.vnic.cap. 22. *n.* 5. *Matienz. ad leg. Reco-*
*pill. lib.*5.*tit.*16.*leg.*7.*gloſ.*5. *nu.*12.; vndè ſi Scri-
ptura priuata ſit trino teſte munita, vel recogni-
ta antequam fieret Inſtrumentum, & ſimul con-
tineat hypothecam preſertur Inſtrumento publi-
co *Grivell.deciſ. Dolan* 27.*nu.*12. *&* 13., *Thomat.*
*deciſ.*244.*n.*5. *&* 6. *tom.*2.
Et amplius in concurſu habens Inſtrumentum
cum vera numeratione pecuniæ præfertur haben-
297 ti creditum ex Chirographo cum mera confeſ-
ſione de recepto facta à decocto *Burſatt. conſ.*119.
num. 23. *&* 24. *lib.* 1. *Florez. de Mena var. qq.*
part. 1. *quaſt.* 6. *artic.* 3. *num.* 34.; in concurſu
tamen hypothecæ generalis anterioris hæc præ-
fertur hypothecæ ſpeciali poſteriori contra-
ctæ fauore alterius Creditoris *Valenz.Velaſq.conſ.*
56.*n.*26. *& ſeq.*, *Merlin.lleg.q.*4.*nu.*7. *& q.*21.*nu.*1.
Hypotheca autem tacita cū prælatione omni-
bus alijs creditoribus anterioribus, & poſteriori-
bus competit primo prò decimis, cum hæ ſint tri-
298 butum debitum Deo, & prò illis tanquàm one-
re reali fauore illorum, quibus debentur prior,
& potior ſit cauſa *Florez de Mena alleg.art.*3.*n.*22.
Rodriguez. de Concurſ. & priuil.credit.p. 1.*artic.*5.
*num.*50.
Pront fiſcus prò tributis, & collectis, quæ exi-
guntur à poſſeſſoribus bonorum, habet ſuper il-
lis hypothecam cum prælatione aduerſus omnes
299 creditores, licet hypothecarios, & anteriores, &
quidem ſuper omnibus bonis debitoris *l.* 1. *C. ſi*
propter pub. penſitat., *Florez. de Mena alleg. quæſt.*6.
*artic.*3. *n.*18., *Maſſiu. de confiſcat. q.*39. *n.*36., *Mer-*
*lin. de pignor. lib.*3. *q.*6. *nu.*18., *Merlin. Pignatell.*
*controu.forenſ.cap.*2.*num.*27. *&* 28. *centur.*2. plenè
*Haberkon. de concurſ. credit.cap.*2. *nu.*7.*ad* 93. *Bal-*
*maſed. de Collect.q.*103., vbi alios plures congerit.
Quæ prælatio prò Collectis procedit nedum
in prædio tributario, ſed ſuper omnibus bonis,
quæ debitor poſſidet, itaut ſi vnum prædium po-
natur ſubhaſta, vel deliberentur fructus percepti
ex vno fundo ſuper pretio illorum fiſcus nedum
habet prælationem prò Collectis debitis ex illo
300 fundo, ſeu prædio, ſed & prò alijs debitis ex
alijs bonis per eumdem debitorem poſſeſſis *Mer-*
*lin.Pignatell.dict.cap.*2.*n.*33. *&* 34., *Caren.reſolut.*
193.*n.*6. *Coſt.de port.rat.q* 47.*in princip.*, *Merlin.de*
*pignor.lib.*3.*q.*6. *num.*18. *Peregrin. de iur.fiſic.lib.*6.
*tit.*6.*n.*50., vbi quòd ità eſt de Iure, & ſic in ſua
Regione ſeruatur *Maſſin.alleg.q.*39. *nu.*37. *&* 38.,
& plenè *Franc. Sadarin.reſp.*33. *num.*15. *& ſeqq.*,
vbi materiam doctè examinat.
Et talis prælatio, vt ſuprà competens fiſco prò
Collectis, ſuffragatur etiam Communitatibus
301 Status Eccleſiaſtici, cum illę in exactione Colle-
ctarum ſint ſubrogatæ in locum Fiſci, & Cameræ
Apoſtolicæ *Cobell. ad Bullam boni regimin. cap.*50.
*n.*135. *& ſeqq.*, *Merlin. de pignor.dict. qu.*6 *nu.*24.
& 27., *verſic. verùm admittendum Balmaſed. de*
*Collect. q.*103. *n.*6.; & ex ſupradictis me ſcriben-
te vti Aduocato, & vno ex Agentibus Commu-
302 nitatū Status Eccleſiaſtici ſic reſolutum fuit per
Sacram Congregationem Boni Regiminis *Sub*
die ... *Nouembris anni* 1694. in Auximana Colle-
ctarum, dum prætendentibus creditoribus ante-
rioribus DD. de Pranzonis præferri ſuper pretio
frumenti recollecti ex certo prædio, & quod Com-
munitati Auximi ſuper eo non eſſet debita præ-
latio prò Collectis debitis per Pranzonos ex om-
nibus eorum prædijs tributarijs, & deſcriptis in
Æſtimo, ſed ſolùm prò rata Collectæ impoſitæ ſu-
per prædio, ex quo fuerat recollectum frumentum
executatum, eadem Sacra Congregatio reſcripſit
Gubernatori Marchiæ prò prælatione Communi-
tatis in omnibus prò toto debito Collectarum.
Debetur in Alma Vrbe Gabellario Gabellæ fę-
ni, & paleæ prælatio prò gabella ſuper fœno, & pa-
303 lea vigore ſpecialis hypothecæ ipſi conceſſæ in
capitulis Appaltus gabellæ per Papam confirma-
tis, dum concedunt prælationem ſuper fœno, &
304 palea, quæ dictio *Super* appoſita corpori fœni,
& paleæ importat ſuper illis hypothecam *Barboſ.*
*dict.*294.*n.*2., & poſt alios cumulatos *Rocc.diſput.*
*Iur.Select.tom.*2.*cap.*149.*n.*23. *&* 24. *Rot.deciſ.*458.
*num.*4.*par.*4.*recen.*, *& deciſ.*19.*nu.*2.*poſt Merlin. de*
pignor.; & ſic abſque dubio iudicaui in concurſu
creditorum ſuper pretio fœni introducti, & cu-
ius non fuerat ſoluta gabella de tempore illius
introductionis intùs Vrbem, non obſtante obie-
cto, quod Gabellarius remiſiſſet talem hypothecā,
dum paſſus fuerat introduci intùs Portas Vrbis
305 fœnum, non exacta gabella tempore ingreſſus;
nam prò faciliori commodo, & fauore Mercato-
rum, & introductorum fœni, fuit inductum vt
permittatur introductio non ſoluta in ingreſſu
gabella, adnotata ſolùm quantitate ſalmarum in
Libris gabellæ, quia de tempore collectæ fœni
mercatores, & alij, qui fœnum introducunt non
habent promptas pecunias prò ſoluenda gabella,
dum coguntur magnas ſubire expenſas in ſecatio-
ne, collectione, & tranſuectione fœni ad Vrbem,
vndè vrbanè per Gabellarium agitur, ſi non exi-
gitur gabella in ingreſſu, & ex tali vrbanitate
non remittitur hypotheca, dum Capitula Appal-
tus fauore Gabellarij introduxere, vt gabellam

poſſit exigere in ingreſſu, non autem, quod ea non exacta perdat hypothecam, & ſic ſe habet obſeruantia, quæ eſt optima legum, ac omnium diſpoſitionum interpres ex vulgatis, & preciſè, quod in onerum, & gabellarum ſolutione ſit ac-
306 tendenda obſeruantia *l.ſi publicanus 4.5. fin.ff.de publican., Bellon. Iun. conſ. 80.n.9.*, & in hac materia appaltus gabellæ præſumitur ſemper factus iuxtà ſolitum *Caren. reſol.106. nu.4., & reſol.207. num.2.*

307 Nec obſtare poteſt, quod prò gabella non competat hypotheca *ex Surd. deciſ. 31. num. 10.* cum quia hoc ceſſat ex facto, dum ex Capitulis Appaltus illa conceſſa fuit ex firmatis; tum quia
308 prò gabella de iure datur hypotheca vt contrà *Surdum* tenet *Hodiern.ibidem n.2. Gratian.cap.784. nu.16.& ſeq.& nu.22.* vbi reijcit, & ipſe *Surdum, Merlin.de pignor.lib.3.q.6. n.7.& ſeqq.*, vbi plenè occurrit contrarijs *Girond.de Gabell.4.p.5.1.n.3.*; & quidem *Surdus* inſubſiſtenti fundamento mouetur, dum prò ſua opinione adducit argumentum à pari, quod prò laudemio non datur hypotheca, & ſic nec prò gabella, quod ſuppoſitum
309 eſt falſum, cum verius ſit, quod prò laudemio competat hypotheca ex cumulatis per *Gratian. cap.272. num.5.& ſeqq., cap.377. à num.26. & al. leg.cap.784.n.16.19.& infrà, Girond. de Gabell.dict. §. 1. num.6.*

At in caſu, de quo ſuprà, dixi, gabellam fœni eſſe præferendam prò rata fœni exiſtentis in fœnili, & deliberari, facta menſura ſalmarum, & non pro gabella maioris quantitatis fœni introducti,
310 & conſumpti, & ſic ſi mercator introduxit ſalmas fœni quatuor mille, & in fœnili adſunt tantum ſalmæ ſexcentum, non poteſt prætendi prælatio pro gabella, niſi pro ſalmis 600., cum enim Gabellario debeatur gabella in ingreſſu, ſi illam exigere neglexit, æquum non eſt, quod in præiudicium aliorum creditorum anteriorum, & potiorum poſſit totam gabellam exigere ſuper pauca portione fœni exiſtentis in vno fœnili, eo maxime quia à die introducti fœni interceſſerat lapſus plurium menſium, vnde inuerisimile erat, quod Gabellarius nihil pro gabella exegiſſet, cum perſonæ ſimiles habentes manum regiam pro executione non ſoleant illam differre, quinimmo creditores non ſine fundamento dicebant, quod allegabatur ſpecioſus titulus gabellæ ad ipſos excludendos.

Mercatores Riparum Vrbis, quando ſit concurſus ſuper bonis non proprijs ipſorum merca-
311 torum, ſed eorum debitoris *ex Conſt. 45. §. 5. Pauli III.* concurrunt cum alijs Creditoribus hypothecarijs tàm expreſſam, quam tacitam hypothecam habentibus *Card. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ. 21.num.7.* qui teſtatur ſic deciſum per Tribunal Cameræ.

Et cum dicta *Conſtitutio 45. Pauli III. §. Et inſuper* det hypothecam mercatoribus Riparum, ſi eorum credita oſtendant cum proprijs libris, &
312 ſimul quod cum illis concordet partitum Proxenetarum Riparum Vrbis, ideo tali caſu pro prælatione attenditur prioritas, quæ deſumitur à tempore appoſito in libris dictorum Mercatorum, concordantibus tamen cum partito Proxenetæ; & ſic præfertur inter plures, qui prior eſt in tempore, vt in puncto hypothecæ conceſſæ à
313 Statuto libris Mercatorum, quod illa incipiat à die qua ſcriptura cōfecta fuit *Soccin. Sen.conſ.240. num. 2. cum duobus ſeqq. lib. 2., Amat. Panormit. reſol. 57. num. 12. par. 2. Groſ.ad conſt. Pragmatic. Comitis Caſtren. §. 27. nu.11., Gratian. deciſ. Marchiæ 203. num.1.5.& 8.*

Si verò Libri Mercatorum Ripalium diſcordarent à partitis Proxenetarum, tunc talis prælatio & hypotheca conceſſa à *Conſt.Pauli III.* non procederet, cum illa det hypothecæ priuilegium ſub dicta forma, quatenus libri concordent cum
314 partito Proxenetæ, vndè hac concordantia non probata Conſtitutio non procedit, vt aduertunt *Cherub.in Schol ad dict.Conſt.45.Pauli III.Schol.2. & Cobel. ad Bull Boni Regiminis cap. 34. artic. 27.*
315 *num.11.*, & ſic cauſa plenè diſcuſſa iudicaui inter Bononum, & Gemmam mercatores, dum vterque prætendebat prælationem, ſed quia Gemmæ creditum deducebatur ex libris, qui non concordabant cum partito Proxenetæ, proùt concordabant illi Bononi, ideo hunc prætuli, tanquàm hypothecarium ex *Conſt. Pauli III.*, excluſo Gemma hypotheca carente, & in illa cauſa fuit etiam producta atteſtatio Notarij Tribunalis Riparum Vrbis, quod ſic inconcuſſè ſeruabatur.

Et ſi libri Mercatorum Ripalium concordent cum partito Proxenetarum, & plures Mercatores concurrant, tunc attenditur quis ſit prior, & ille præfertur, dum enim à *Conſtit. Pauli III.* pro creditis contentis in ipſis libris conceditur hypotheca à die, quo in illis ſcripta fuit, ſi concor-
316 dent cum partito, intrat regula, prior in tempore, potior in Iure *cap. potior. de regul. Iuris in 6. l. quoties ff. eodem l. prior. ff. qui potior. in pign. habean.*, & concordant DD. ſuprà relati ſuper hypotheca conceſſa à ſtatuto, & ſignanter appoſitè hoc probat *Soccin.Sen. conſ.240. n.2.cum duobus ſeqq. lib. 2.* & ſic obſeruari in Tribunali Camerarij Riparum, vbi in dies de his materijs diſceptari contingit, teſtabatur in ſupradicta cauſa Notarius Tribunalis Riparum, qui diù in
317 cauſis fuerat verſatus, cui tanquam experto in materiis huiuſmodi valdè deferendum erat *Maſtrill. deciſ.300. num. 4.*; præcipuè dum eius atteſtatio conueniebat cum Conſtitutione Paulina, & cum ratione ſupra relata, quod concurrentibus pluribus creditoribus hypothecarijs præfertur prior in tempore.

Competit pariter hypotheca tacita cum prælatione ſuper rebus refectis, & melioratis, ac ſuper inuectis, & illatis, de quibus actum fuit ſuprà hic *artic.2.n.309.& ſeqq.*

Similiter pro dote competit tacita hypotheca cum prælatione omnibus creditoribus tacitam
318 hypothecam habentibus *l. aſſiduis C. qui pot. in pign. hab. cap. ex litteris 5. de pignor., Cancer. var. reſol. par.1. cap.9. n.1.*, plenè *Merlin. de pign. lib. 3. qu.43. & ſeqq., Haberkon. de concurſ.credit. cap. 2. n.171.cum pluribus ſeqq.*

At talis hypotheca pro dote non præfertur
319 creditoribus habentibus hypothecam expreſſam anteriorem *Gait. de credit. cap.4. quæſit.11. n. 1654. & ſeqq., Cancer. dict. cap.9. n.1. verſic. & licet*, qui dicit, hoc eſſe communiter receptum, *Mantic. de tacit. & ambign. lib.11. tit. 26. n.23. & 32.*, vbi teſtatur de magis communi, *Merlin. de pignor.*

pignor.

Digitized by Google

pignor. lib.3. qu.66. per tot., vbi quod hæc opinio
eſt vera, & ſequenda, & quod ità ſeruatur de con-
ſuetudine *Koppen. deciſ. German. qu.28. num.29.*,
qui refert, hanc eſſe ſententiam communem, &
ab ea in iudicando non eſſe recedendum *Scain.
deciſ. Bonon.3. n.15.*, *Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.83. n.
24. ad 29.*, *Rot. deciſ.42. n.3. coram Mantic. & de-
ciſ.246. n. 17. coram. Vbald. Sen.*, vbi teſtatur de
magis recepta opinione.

Nihilominùs talis tacita hypotheca pro dote
præfertur illis, qui crediderunt pecunias ad refi-
320 ciendam, conſeruandam, & recuperandam
rem *Acoſt. de priuil. credit. reg.2. ampliat.5. n.26.
& ſeqq.*, *Cancer. dict. cap.9. num.7. & 8. Haberkon.
de concurſ. cap.2. n.176. & 177. Gait. de credit dict.
quæſit.11. n.1439. & ſeqq. & nu.1496. & 1497.*,
vbi quod tali caſu qui prior eſt tempore debet
præferri ex diſpoſitione *text. in §. his conſequens
Auth. de æqual. dot.*, *de Ponte deciſ.34. num.4. cum
duobus ſeqq.*, vbi quod ſpecialiter dotis fauore hoc
introductum eſt, *Gizzarell. deciſ.1. n.49. & 50.*,
vbi quod D.D. contrarium tenentes loquuntur
contrà caſum legis, & latè dictum fuit ſupra *art.
1. n.234.*

Et talis prælatio hoc caſu procedit etiam in
321 augumento dotis ex littera *text. in dicto §. his
conſequens*.

Hæc hypotheca tacita pro dote præfertur cre-
ditoribus anterioribus, etiam expreſſam hypo-
322 thecam habentibus, in bonis poſteà quæſitis
per maritum, & alium obligatum pro dote ad
inſtar fiſci *de Pont. conſ.80. num.3. lib.1.*, *Cancer.
var. reſol. par.1. cap.9. n.2.*, & cum hac opinione
procedit *Rot. deciſ.328. n.19. & ſeq. par.5. recen.*,
deciſ.7. n.5. & 6. par. 12. quæ eſt *coram Cerro deciſ.
477. n.9. & 10.*, vbi teſtatur de magis communi
opinione, & *deciſ.17. n.5. coram Ninot.*

323 Et licèt contrarium poſt *gloſ. in l. aſſiduis C.
qui potior. in pignor. hab.* teneant *Bellon. Iun. conſ.
41. per tot.* vbi contrarijs conatur reſpondere, &
cum illo *Merlin. de pignor. lib.3. tit.2. qu.68. Gait.
de credit. cap.4. quæſit.11. n.1598., & ſeqq. vſquè
ad n.1619.*, *Gizzarell. deciſ.1. per tot.* & cum dictis
*Bellono, & Gizzarello Cardin. de Luc. de Dote di-
ſcurſ.83. num.11. & ſeqq.*, & quidem rationes pon-
deratæ contrà dotem per dictos *Bellonum, & Giz-
zarell.*, ac reaſſumptæ per *Cardin. de Luc.* ſunt ſa-
tis ponderantes, & propterà oculatiſſimus *Car-
leuall. de Iudic. lib.1. tit.3. diſput.34. n.16.* opinio-
nem pro prælatione dotis tali caſu controuerſam
eſſe fatetur.

Ar primam opinionem fauore dotis ego reti-
324 neo, cum pro illius plauſu ſat ſit ſola authori-
tas Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in *dicta deciſ. 477.
num.9. & 10. coram Cerro*, illam fatetur commu-
nem, & nouiſſimè *Epiſcop. Rocca diſput. Iur. Se-
lect. tom.2. cap. 108. num.35. & ſeqq.*, illam tenet
vti veriorem, ac magis communiter receptam,
& n.36. dicit opinionem *Belloni, Gizzarelli, &
Cardinal. de Luc.* aberrare à communi ſententia,
& nullo prorſus iure ſubſiſtere, dum etiam in
concurſu dotis cum fiſco tali caſu potior eſt cau-
ſa dotis, vt ibi *per dict. Rocc.*, & diximus ſuprà
artic.1. n.185. & ſeqq., & pro dicta prima opinio-
ne ſtant etiam *Peregrin. de Iure fiſci lib.6. titul. 6.
n.17.*, *Andreol. contr.9. n.10. & infrà*, vbi teſta-
tur de veriori, & magis recepta ſententia *Gutie-
rez. pract. q.q. lib.5. qu. 99. nu.18.*, vbi quod hæc
eſt verior, & receptior ſententia *Boſs. de dot. cap.
18. n.49.*, *Rot. in Fulginaten. Bonorum 23. Iunij 1664.
coram Otalora, & in allegata deciſ. 477. num.9. &
ſeq. coram Cerr.*, vbi reijcitur *Merlin. de Pignor.*
in contrarium adductus, & ſubdit, quod hæc
opinio tanquàm doti fauorabilis eſt magis æqua,
& cum illa conſtanter non ſemel in iudicando
proceſſi.

Si verò in bonis poſteà quæſitis concurrant
325 duæ dotes, tunc ſeruanda eſt prioritas tempo-
ris cuiuſque dotis *l. qui aſſiduis antè finem, & l. ſi
quid C. qui potior. in pign. hab.*, & ad litteram hoc,
probat *text. in Auth. exact. inſtant. dotis collat. 7.
Gait. de credit. dict. quæſit.11. n. 1652.*, *Cancer. al-
leg. cap.9. n.34.*, *Rodriguez. de concurſ. credit. par.
1. artic.1. num.90. & 91.*, *Merlin. de pignor. lib.3.
tit.2. qu.63. per tot.*, *Carleuall. de Iudic. lib.1. tit.
3. diſput.34. n.17.* vbi de ratione *Boſs. de dot. cap.
18. n.90.*

Declara tamen hoc non procedere, ſi agatur
de bonis emptis ex pecunijs certæ dotis, tunc
enim in concurſu duarum dotium ſuper huiuſ-
326 modi bonis præfertur mulier ex cuius pecunija
illa empta ſunt *dict. Auth. exact. inſtant. dot. col-
lat.7. tit.5.*, *Gait. dict. quæſit. 11. n.1653.*, *Boſs. de
dot. cap.18. n.90. verſic. tamen ſi ſoluto*.

Quando verò fiſcus, & dos ſuper bonis poſteà
327 quæſitis concurrunt, tunc pari paſſu ambulant,
& attenditur prioritas temporis *Koppen. deciſ.
German. qu.28. n.30.*, *Rot. deciſ. 639. n.20. coram
Buratt.*, vbi vlterius ſubdit, quod ſunt pares tam
in tacita, quàm in expreſſa hypotheca.

328 Licet in concurſu fiſci, & dotis, præferendam
eſſe dotem dictum fuerit ſuprà *artic. 1. n. 185. &
ſeqq.*, & firmant etiam *Gutierez. pract. q.q. lib.5.
qu.99. n.16.*, *Cancer. var. reſol. par.1. cap.9. num.3.*
Boſs. de dot. cap.18. n.66., *Card. de Luc. de dot. di-
ſcurſ.166. n.30.*, & admittit *Rot. deciſ.639. nu.18.
& 19. coram Buratt.*, vbi adducit concordantes.

Attamen nec dos, nec fiſcus in bonis poſteà
quæſitis à tutore præfertur pupillo creditori
329 tutoris ex cauſa reliquatus adminiſtrationis tu-
telæ *argum. l. fin ff. qui potior. in pign. habean. Io:
Anton. Bellon. conſ.41. n.27.*, *Io: Paul. Mel. obſer-
uat.139. n.3.*

Pariter dos habens etiam hypothecam expreſ-
ſam poſteriorem poſtponitur hypothecæ tacitæ
330 anteriori priuilegiatæ occaſione adminiſtratio-
nis bonorum loci Pij, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit.
11. n.6. & 7. Gratian. cap. 925. n. 39. & 40. Rot.
deciſ.68. n.5. poſt obſer. Mel.*, vbi de veriori, & magis
recepta opinione teſtatur.

Similiter competit tacita hypotheca cum præ-
latione fauore pupilli ſuper bonis tutoris, vel cu-
ratoris à die ſuſceptæ tutulæ pro redditione ra-
331 tionis tutelæ, & curæ, ac reſtitutione reliquatus
Munozz. de ratiocin. cap.39. n.2. & ſeqq., *Gutierez.
de tutel. par.2. cap.17. n.17. & 18.*, *Gratian. cap.
53. n.4. & 5.*, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit.16. n.8.*,
*Merend. contr. Iur. lib.24. cap. 23. n. 5. 16. & in-
frà*, *Merlin. de pignor. lib.3. qu. 4. per tot.*, qui n.
5. dicit, hanc opinionem eſſe tenendam tanquàm
veram, & communem *Marcian. diſput.47. n.5. &
ſeqq.*, *Haberkon. de concurſ. cap.2. n. 203. & infrà*,
Rot. deciſ.234. n.13. p.17. recen.

Expleta autem minori ætate pro geſtis poſt
illam

332 illam talis tacita hypotheca non competit latè
Merend. alleg. cap.23. num.10. ad 14., nec diſſentit
Io: Paul. Mel. obſer.139. per tot., vbi firmat, quod
ſecluſo tutelæ titulo, ſuper bonis adminiſtratis
non competit tacita hypotheca.

Competit quoque hypotheca tacita cum præ-
larione Eccleſijs, Hoſpitalibus, Monaſterijs, &
333 Cænobijs ſuper bonis eorum Æconomi, & Ad-
miniſtratoris à die cæptæ Æconomiæ, & admi-
niſtrationis *Munoz. de ratiocin. cap.39. num.13.*,
Berlicch. concluſ.67. nu. 48. & 55. par.1. Merend.
alleg. cap.236., *Florez. de Men. var. q.q. lib.1.qu.6.*
artic.3.n.20.& 21., *Haberkon. dict. cap.2. n.251.*
& ſeqq., *Cardin. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.*
39., *Koppen. deciſ. German. quæſt.28.n.25.* In fine,
& itá iudicaui pro Monaſterio, & Monialibus
Terræ Lugnani in concurſu facto ſuper bonis
Mauri, qui per plures annos exegerat hic in Vrbe
fructus locorum montium dicti Monaſterij, &
remanebat pro illis debitor in non modica ſum-
ma, prout ex *voto* ſequentis tenoris.

Clarius creditor Mauri ex cauſa cambij
contracti de anno 1658. debet in prælatione ce-
dere monialibus Lugnani creditoribus anteriori-
bus eiuſdem Mauri occaſione exactionis fru-
ctuum locorum montium cæptæ de anno 1654.,
cum à dicta die fauore Monaſterij, ac loci Pij
bona per ſe ipſum adminiſtrare non valentis,
334 competat hypotheca tacita ſuper bonis Mauri
procuratoris & exactoris *Marant. conſ.87. per tot.*
Gratian. cap.601. n.24. & ſeqq.. Eſcobar. de ratio-
cin. cap.40. nu.13. & 14., *Acoſt. de Priuil. credit.*
reg.3. ampliat.17. n.64., *Andreol. controuer.353.*,
Merlin. de pignor. lib.3. quæſt. 2. per tot. Ioſeph. de
Roſ. conſult.24. n. 23. lib.1. Cardin. de Luc. de cre-
dit & debit. diſcurſ.39. & præciſè in terminis Mo-
naſterij monialium *Rot. deciſ.429. num.6. par.14.*
recen.

335 Nec officit authoritas *Gratiani cap.601.*, quia
loquitur in Exactore, vel Adminiſtratore Epiſco-
pi, cuius fauore benè dicit, non competere ta-
lem hypothecam tacitam, cum poſſit Epiſcopus
per ſeipſum adminiſtrare, & ſibi imputet ſi bo-
num Adminiſtratorem, Economum, vel Exacto-
rem non elegit, quod non euenit in Adminiſtra-
336 tore, vel Exactore loci pij, ac Monaſterij non
valentis ex ſe adminiſtrare, & ſic competit talis
hypotheca tacita, vt benè diſtinguit idem *Gra-*
tian. alleg. cap.601. num.24. & ſeqq., *& cap.935.*
n.29. & infrà, vbi quod fauore loci pij competit
hypotheca cum prælatione à die cęptæ admini-
ſtrationis.

Nec turbat, quod talis hypotheca de Iure
competat ſolum in bonis Adminiſtratoris vni-
uerſalis loci pij, non particularis, vt hic, dum
Maurus erat ſolum exactor fructuum locorum
337 montium iuxtà diſtinctionem, *Rota deciſ. 271.*
n.4. par.16. recen., quia hæc deciſio, & authori-
tates in illa allegatæ procedunt in adminiſtrato-
re priuatæ perſonæ per ſe ipſam res ſuas admini-
ſtrare valentis, tunc enim ſecluſo dolo per admi-
niſtratorem commiſſo in adminiſtratione non
competit talis hypotheca, iuxtà plenè tradita
per *Gratian. cap.601. & 935.*, *& Cyriac. controu.*
182. in dicta deciſ. allegatos; ſecùs verò dicendum
eſt in Adminiſtratoribus Eccleſiæ, ac aliorum
locorum piorum per ſe res ſuas adminiſtrare
non valentium, ſed de neceſſitate adminiſtratore
338 legali egentium, vt benè diſtinguit *Gratian.* vbi
ſuprà in *dicta deciſ.271.* allegatus.

Ratio quippè cur fauore pupilli, Eccleſiæ, Hoſ-
pitalium, Monaſteriorum, ac aliorum locorum
piorum detur talis hypotheca tacita, eſt fundata
in eo, quod non poſſunt de per ſe legitimè ad-
miniſtrare, & exigere, & egent ex neceſſitate
præciſa opera Tutoris, Curatoris, Adminiſtra-
toris, Procuratoris, ac Exactoris, & ratione di-
ctæ neceſſitatis ob impotentiam adminiſtrandi,
per ſe, prouida lex voluit prouidere de hypothe-
ca, quæ legis diſpoſitio operatur effectum ſuum
à die cœptæ adminiſtrationis, & ſuſcepti man-
dati ad exigendum, tam in adminiſtratore vni-
uerſali, quàm particulari ob æqualem rationem,
ſicut in vtroque caſu operatur hypotheca expreſſa
conuentionalis, cum lex non minùs prouideat,
339 quam homo, ac contrahentium pacta, ac legis
diſpoſitio æquipolleant, *Rot. deciſ.106. n.7. & 8.*
coram Arguell., *& deciſ.763. num.8. par.18. tom.2.*
recen.

Demùm non releuat, quod hypotheca tacita
non ſit inducenda, vbi non reperitur in Iure ex-
340 preſſa *Noguerol. alleg. 1. nu.5. & 55.*, nec repe-
riatur in iure cautum, dari talem hypothecam
ſuper bonis Adminiſtratoris, Economi, Procu-
ratoris, vel Exactoris, locorum Piorum, nam
reſpondetur, quod in caſibus, in quibus militat
eadem ratio, debet habere locum eadem iuris
341 diſpoſitio, vt in puncto hypothecæ tacitæ le-
galis extendendæ, vbi militat eadem ratio tenet
Acoſt. de Priuil. credit. Prælud.1. n.13. & ſeqq.&
n.20.; & ſic cum hypotheca tacita de iure com-
petat fauore pupilli in bonis tutoris ea ratione,
quia per ſe ipſum adminiſtrare non poteſt, & ſic
eget de neceſſitate perſona tutoris, ità ex eadem
ratione debet competere Eccleſijs, & locis pijs
in bonis Adminiſtratorum, Procuratorum, &
Exactorum eorumdem, cum Eccleſia perfruatur
342 omnibus priuilegijs minorum *cap. 1. de in In-*
tegr. reſtit., *Sperell. deciſ.130. n.39.*; & quando res
eſſet dubia hæc opinio monaſterio, ac Eccleſiæ
343 fauorabilis eſſet amplectenda *Fontanell. deciſ.*
409. n.19. tom. 2., & præcipuè hoc probat *Merend.*
contr. Iur. lib.24. cap.23. n.7. & ſeq.

Hactenùs meum votum, cui Clarius acquieuit,
& recepit, quod ſuperfuit ſatisfacto prius Mo-
naſterio.

Præciſo tamen titulo adminiſtrationis, pro mu-
tuo, vel alio credito proueniente ex contractu,
Eccleſia non habet aliquam hypothecam, nec
344 prælationem in bonis debitoris *Berlicch. con-*
cluſ.67. n.51. & 52. par.1., licèt idem vbi proxi-
mè *n.53.*, referat D.D. tenentes contrarium.

Et licet pro redditione rationis fauore priuatæ
perſonæ non competat tacita hypotheca, ſed ſo-
345 lùm actio perſonalis, etiam ſtante dolo contrà
adminiſtratorem *Antonell. conſ. 99. n. 13. & 17.*,
ac infrà per tot., *Andreol. controuer. 353.*, *Mel. ad*
Caſtill. de aliment. cap.36. §.5. nu.9., *Noguerol. al-*
legat.1., qui latè hoc probat, etiam reſpondendo
contrarijs.

Attamen, quod ſtante dolo, ac fraude in ad-
346 miniſtratore detur contrà illum tacita hypo-
theca tenent *Cyriac. contr. 282. num. 25. & ſeqq.*,
Gratian. cap.601. à num.24., *Merlin. de pign. lib.3.*

qu.2.,

qu.2., Maſſin. de confiſcat. qu.44. n.3. & ſeqq., Rot.
deciſ.271.n.5.& 6.p.16.recen.

Quocircà licèt in concurſu non competat fi-
deicommiſſario hypotheca contrà hæredem gra-
347 uatum alienantem, eiuſque bona pro pretio
rerum fideicommiſſi alienatarum, & ſic eidem
nec competat retentio ſuper bonis hæredis gra-
uati aduersùs huius creditores hypothecarios
plenè Noguerol. allegat. 1. Cancer. var. reſol. par. 1.
cap. 2. n. 104. & ſeqq. Merlin. de pignor. lib. 3. tit.
1. qu. 3. nu. 7. & infrà, vbi refutat contrarios An-
dreol. controu. 92. per tot., plenè ac doctè more ſuo
Vrceol. conſult. forenſ. par. 2. cap. 49. per tot., qui
omnibus contrarijs occurrit, Reuert. deciſ. 270.,
& ibi de Marin. in addit., Rot. deciſ. 270. nu. fin. p.
13. recen., Anximana Bonorum 8. Iulij 1663. §.
fin. coràm bo. me Albergato Interamnen. Salniani 8.
Aprilis 1680. §. neque hoc coram bo. me. Pauluccio,
348 & plenè in Ciuitatis Caſtelli Bonorum 19. Iunij
1680. §. non quidem & ſeq. coram bo. me. Rondini-
no, vbi contraria declarantur, & ſimul firmatur,
hoc idem habere locum, ſi agatur de reſtitutione
fructuum prætenſorum à fideicommiſſario, & la-
tiſſimè ſuper puncto fructuum hoc firmat Rot. in
Ciuitatis Caſtelli Bonorum 4. Martij 1678. confir-
mata 19. Iunij 1680. coram bo. me. Rondinino, in
qua deciſ. vltima magiſtraliter materia examina-
tur, & receditur à deciſione contraria in illa cau-
ſa facta ſub die 1. Iulij coram eodē Rondinino.

Et licèt præfata concluſio vera ſit, attamen
ſi concurrat mala fides, dolus, & fraus hæredis
grauati in alienatione bonorum fideicommiſſi,
tunc competit hypotheca tacita ſuper bonis hæ-
redis grauati à die aditæ hæreditatis, ac cæptæ
349 adminiſtrationis, qui dolus in propoſito argui-
tur ex ſcientia fideicommiſſi, vel ſi cogitare po-
tuit, ipſum non eſſe ſoluendo pro illius reſtitu-
tione Caſtald. plenè conſult. forenſ. 13., 85. & 87.,
qui Caſtald. dict. conſult. 13. num. 5. & ſeqq., dicit,
quod ab hac opinione toties à Rota Romana
amplexa, non eſt recedendum, & rursùs idem
repetit conſult. 87. nu. 6. & infrà benè Roſa conſult.
24. n. 17. & ſeqq., Epiſcop. Rocc. diſput. Iur. Select.
tom. 1. cap. 50. n. 5. Cenſal. conſ. 2. n. 7. & 8., idem
deciſ. Lucen. 23. num. 52., Io: Paul. Mel. ad Caſtill.
de alim. cap. 36. §. 5. n. 14., Rot. deciſ. 630. n. 17.,
& ſeqq., & deciſ. 869. n. 23., & infrà coram Amat.
Dunozett. deciſ. 39. in fine, deciſ. 54. numer. 7.
coram Zarat., deciſ. 477. n. 14. coram Cerr., & in
Ciuitatis Caſtelli bonorum 27. Aprilis 1663. §. præ-
terea Atti coram bon. mem. Beuilaqua, & 19. Iunij
1680. §. cæterùm prædicta coram bon. mem. Ron-
dinino.

350 Et licèt Vrceol. conſult. forenſ. cap. 69. teneat
pro non competentia hypothecæ, etiam ſtante
dolo, ac ſcientia fideicommiſſi, fretus authori-
tate Negueroli allegat. 1. n. 11. & ſeqq., Merlin. de
pignor. lib. 3. quæſt. 3. per tot., Andreol. controuer.
353., attamen non recedas à diſtinctione toties
amplexa per Rotā, quod non detur hypotheca ſinè
fraude, & dolo; detur tamen illis concurrenti-
bus, ac ſimul ſcientia fideicommiſſi, quam di-
ſtinctionem Rotæ contrà Vrceolum probat Ca-
351 ſtald. allegat. conſult. forenſ. 13., qui ſcripſit in
illamet cauſa, & teſtatur fuiſſe deciſum pro hy-
potheca, & contrà dictos Merlin. & Andreol. te-
net Io: Paul. Mel. ad Caſtill. de alimen. cap. 36. §. 5.
num. 14., & pro ſubſiſtentia, ac maiori firmitate
opinionis pro competentia hypothecæ, quando
adeſt fraus, ac dolus, & ſcientia fideicommiſſi
in alienante ſat eſſe debet Rotæ Romanæ autho-
ritas, quæ priuatæ D.D. opinioni ob eius exi-
miam authoritatem debet præferri.

At de dolo debet in propoſito clarè conſtare,
352 nam ſufficit iuſtà credulitas in hærede grauato,
& ex tali iuſta credulitate, ac etiam cauſa licèt
beſtiali ceſſat dolus, vt latè probatur in dicta Ci-
uitatis Caſtelli Bonorum coram Rondinino §. licet enim
& ſeqq.

Sed an pro deterioratione prædiorum fidei-
commiſſi facta ab hærede grauato competat hy-
potheca, ſi ſciens, vineam eſſe fideicommiſſariam
(quia eam vti talem deſcripſerit in Inuentario)
illam per plures annos incultam reliquerit, & ob
malam culturam euaſerit deſerta, an teneatur re-
ficere damnum deſertionis cum hypotheca, hic
caſus dum eram Primus Collateralis fuit coram
353 me diſcuſſus, & dicebatur non competere hy-
pothecam ex Noguerol. dict. alleg. 1., Salgad. La-
byrinth. credit. par. 2. cap. 5. num. fin., & cap. 24.
n. 27., vbi quod ſic cenſuit Senatus Pincianus Mel.
ad Caſtill. de Alimen. cap. 45. n. 4., & Balmaſed. de
Collect. qu. 103. nu. 2., verſic., & ex hac doctrina;
at ego quia aderat ſcientia fideicommiſſi, &
quod vinea erat fideicommiſſaria, & ob hoc hæ-
res grauatus noluit ſubire expenſas notabiles fie-
354 ri ſolitas in vineis Vrbis, deterioratio diceba-
tur ex hoc doloſa, & conſequenter competebat
pro ea hypotheca, Caſtill. de alimen. cap. 45., qui
latè hoc probat, & ſequitur Mel. ad eumdem ibid.
n. 4., & partes audito meo ſenſu ſe concordarunt,
cum notabili lucro hæredis fideicommiſſarij.

Subſiſte hic, & aduerte in hac materia, quod
355 Theſaur. qq. forenſ. lib. 2. qu. 84., & eius autho-
ritate ſuffulti Cyriac. controu. 282., Ioſeph. de Roſ.
conſult. 24. & 25., Cutell. de Donat. tom 2. ſpecial.
14. à num. 16. Magrett. ad Conſt. Pragmatic. Ducis
Sermonetæ §. 12. obſer. 1. nu. 2. & ſeq., Anton. Far-
dell. in ſua allegat. impreſſ. apud Baron. de citat.
tom. 2. in addit. ad qu. 23. à n. 88. fol. mihi 505., &
ſcribens tanquam Aduocatus Epiſcop. Rocc. diſ-
put. Iur. Select. tom. 1. cap. 50. à n. 27., & cap. 53.
n. 3. & 4., malè omnes exiſtimant, quod fidei-
commiſſario competat talis hypotheca ſuper bo-
nis hæredis grauati, etiam abſque dolo à die adi-
tionis hæreditatis.

At conſtanter tene contrarium, ſi non adſit
dolus, & opinio contrà Theſaurum, & eius ſe-
quaces eſt communiter recepta, & ipſi cum illo
paſſim ſunt reprobati à communi Schola Docto-
356 rum præclariſſimorum denegante hypothecam,
ſi ceſſet dolus, vt Theſaurum ſignanter reprobant
Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 3. Andreol. contr. 92.
Noguerol. allegat. 1. n. 29., & ſeqq. Vrceol. conſult.
forenſ. cap. 69. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 2. n. 106.,
& infrà, Palma conſult. 70. qui omnes repræhen-
dunt, & impugnant Theſaurum contrariæ opi-
nionis Anteſignanum, & latè, ac doctè contrà
eumdem concludit Cæſar lò Iudice in ſua magiſtra-
li allegatione impreſſa apud Baron. de citat. tom. 2.
in addit. ad quæſt. 23. n. 67., & ſeq. fol. mihi 408.,
vbi quod Theſaurus ſparſit hanc zizaniam contrà
veram, & communem opinionem à Iure Cæſareo
enucleatam, & plenè Rot. in Ciuitatis Caſtelli Bo-
norum

Digitized by Google

norum 19. Iunij 1680. §. Nec attendenda, & §. Cæ-
terum prædicta coram Rondinino, vbi ampliùs ſub-
dit, quod *Ioſeph de Roſa conſult. forenſ.* 24. con-
trarium tenens loquitur de fructibus perceptis ex
præcepto teſtatoris inueſtiendis.

Collige ex prædictis, quod ſine dolo, & frau-
de non competit fideicommiſſatio hypotheca ſu-
357 per bonis hæredis grauati, ſecùs ſi concurrant
dolus, & fraus, ac ſcientia fideicommiſſi, & hu-
iuſmodi diſtinctio ſuprà probata inconcuſsè ſer-
uatur in Sacra Rota, ideò ſequenda.

Et quando competit prædicta hypotheca ſtan-
te dolo, tunc illa incipit fauore hæredis fideicom-
miſſarij à die aditæ hæreditatis, ne ſit in facul-
358 tate hæredis eludere fideicommiſſarium alie-
nando pendente conditione *Fuſar. de ſubſt. quæſt.*
612. n. 2., & ſeq. cum congeſtis per *Epiſcop. Roc-*
cam diſput. iur. ſelect. tom. 1. cap. 53. n. 6. cum duo-
bus ſeqq., vbi hoc probat tam ad effectum agen-
di, quàm excipiendi.

Pariter competit tacita hypotheca filio in bo-
nis Patris à die cœptæ adminiſtrationis bono-
rum filij, ſi Pater in illis vſumfructum non ha-
beat, ſecùs è contrà, niſi hoc ſecundo caſu con-
currat mala adminiſtratio cum dolo, & fraude,
qui dolus, & fraus inſurgit, quando ſine legiti-
ma cauſa alienat, vel conſumit res, quas ſeruare
tenetur, vel alia facit, quæ ſunt prohibita, tali
quippè caſu doloſæ adminiſtrationis, & aliena-
tionis, lex Patrem priuat vſufructu, ità & multò
magis ſuccurrit de hypotheca filium, ſecus autem
ſi agatur pro ſimplici culpoſa, ſed non doloſa
359 adminiſtratione, cum in hoc leges noluerint,
quod filij ſint caſtigatores parentum *ad text.* ex-
preſſum *in l. cum oportet*, vbi *Bart. §. 1. in princi-*
pio, & Bald. in §. ſed cum tacita n. 2. C. de bon. quæ
liber., & ita diſtinguunt *Soccin. Sen. conſ. 34. n. 16.*
& 17. lib. 1. præclarè *Franc. de Aret. conſ. 72. à*
nu. 5., & ſeq. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 4.
n. 507., & 508. Caſtill. de alim. cap. 36. §. 5. n. 32.
tit. 1. quæſt. 17. n. 4. Noguerol. allegat. 1. n. 39., &
ſeq. Ioſeph de Roſa conſult. 24. n. 20., & conſult. 33.
nu. 25. Gamm. deciſ. 330. num. 3. vbi quod hæc eſt
communis opinio, & hanc diſtinctionem ſuper
doloſa adminiſtratione, & alienatione, quod
tali caſu poſſit filius etiam viuente Patre re-
uocare alienationem doloſè, fraudolenter, ac
360 ſine legitima cauſa factam magiſtraliter firma-
uit *Rota in Romana Aſſociationis 30. Aprilis 1683.*
ferè per totam coram Reuerendiſſimo Caccia Archi-
epiſcopo Mediolanen., & dum hæc ſcripta reuideo
Eminentiſſ. Cardinali, vbi declarat contraria.

Et prædicta procedunt nedum in ijs bonis,
quæ à principio filijs quæſita ſunt, ſed in ijs, quæ
Patri à principio obuenerunt, ſed filio poſt illius
mortem ſunt reſtituenda, vndè Pater tranſiens ad
ſecunda vota bona acquiſita ex priori matrimo-
nio pro filijs talis matrimonij tenetur conſerua-
re quoad proprietatem, & ſic ſi illa alienauerit
361 hypothecaria tenetur *§. quod ſancitum Auth. de*
Nupt. Neguſant. de pignor. membr. 4. n. 19., & 20.
Pacific. dict. cap. 4. n. 508. Merlin. de pignor. lib. 1.
tit. 3. quæſt. 17. n. 6. Ioſeph de Roſa conſult. 24. n. 21.

Et tacita hypotheca contra Patrem pro doloſa
adminiſtratione incipit à die ſuſceptæ admini-
362 ſtrationis, & ſic filius præfertur creditoribus
Patris intermedijs *l. cum oportet §. ſed cum tacitas*
C. de bon. quæ liber. vbi *Bald., & Caſtren. Gratian.*
cap. 53. num. 2., & ſeq. Caſtill. contr. Iur. lib. 8. de
Alimen. cap. 36. § 5. n. 32. verſic. filius etiam, ple-
nè *Rot. in Romana de Marchis 8. Iunij 1584. per*
totam coram Orano, & communiter tenent omnes.

At ſi filius vellet viuente Patre alienationes
bonorum ab illo factas euertere, & agere pro illo-
rum reuocatione, id facere non poſſet, cum le-
363 ges non permittant, quod filij ſint caſtigatores
parentum dum viuunt *Rot. deciſ. 36. à num. 9. poſt*
Merlin. de pign. cum alijs cumulatis *in dicta Ro-*
mana Aſſociationis coram Caccia §. Nec valet re-
plicari.

Quod tamen limitatur, quando Pater cum
dolo, & fraude alienaſſet, & ſine vlla prorsùs le-
gitima cauſa, tunc enim ne dolus paternus con-
364 foueatur, & ne temporis lapſu iniuſtæ, ac do-
loſæ alienationis reuocatio difficilior euadat,
ſtatim ſuccurritur filio per bonorum recupera-
tionem, morte Patris non expectata *Pinell. in l. 1.*
par. 3. num. 73. & 75. C. de bon. matern. Menoch.
conſ. 279. n. 33., & 34. Boſſ. de patria poteſt. cap. 8.
num. 101. cum alijs *in dicta Romana Aſſociationis*
§. procedit enim verſic. tunc enim coram Caccia, vbi
quod hoc communiter tradiderunt ſcribentes.

Prout limitatur etiam in alienatione mobi-
365 lium, quæ Patre adhuc viuente, ne temporis
lapſu contertantur, poteſt recuperare *Rot. deciſ. 36.*
n. 10. poſt Merlin. de pign.

Præterea ſi Pater non alienauit effectiuè, ſed
illius creditores velint deliberare bona aduenti-
tia filiorum, in quibus Pater habet vſumfructum
poſſunt filij ſe opponere executioni, & impedire
talem deliberationem, quinimmò ne ſequeſtren-
366 tur per creditores fructus talium bonorum,
quatenùs pro alimentis filiorum ſint neceſſarij
Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. num. 696. Coſt.
remed. ſubſidiar. 4. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3.
quæſt. 26. Amat. Panormit. reſol. 83. n. 5. Andreol.
controu. 205. num. 12. plenè *Vrceol. conſult. forenſ.*
cap. 14. n. 16., & ſeqq. Boer. deciſ. 7. num. 5., & 7.
qui *Merlin., & Boer.* teſtantur ſic iudicatum, &
diſcuſſo articulo idem firmat *Rot deciſ. 125. par. 4.*
tom. 2. recen., & ità non ſemel iudicaui, relicta
pro filijs portione congrua pro eorum alimentis,
nam alias redoleret iniquitatem, quod filij debe-
rent ſame perire, & amittere bona propria, vt
creditores Patris in illis conſequantur ſatisfa-
ctionem.

367 Nec *Arias de Meſ. var. reſol. lib. 3. cap. 37.* con-
trarium tenens debet audiri cum ſua falſa opinio-
ne, dum Iuribus, cum quibus ipſe ſuam conatur
tueri opinionem, reſpondet egregiè *Rot. dict. de-*
ciſ. 125. par. 4. tom. 2. recen., vndè ingenuè fatetur
ipſemet *de Meſ.* ibidem *num.* 12. quod contra ſe
fuit deciſum, vt aduertit etiam *Andreol. controu.*
207. *num fin.*

Septimo competit tacita hypotheca pro
368 laudemio fauore Domini directi ſuper re Em-
phyteutica, & non ſola actio perſonalis ple-
nè *Menoch. conſ. 444., Theſaur. qq. forenſ. lib. 4.*
q. 52. qui contra diſſentientes pleno ore exclamat
Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 11. nu. 24. Fragoſ. de
Regim. Reipub. par. 3. diſp. 13. §. 1. num. 5. Gratian.
cap. 272. n. 5., qui teſtatur de communi, *& cap. 784*
num. 26. & ſeqq., Britt. de locat. & conduct. in cap.
potuit §. 5. n. 18., Magret. ad Conſt. Pragmatic. Du-

cis

Digitized by Google

cis Sermoneta §.30.*obſer*.2.*nu*.1.*Gizz.ad Capit.Latr.*
*decif.*120. *n*.27., *& ſeqq.*, vbi refert plures deci-
ſiones Sacri Conſ. Neapolitani *Franc. decif.* 430.
nu.1.*&* 2., *Maſtrill. decif.*171.*num*.15.*&* 16., qui
teſtatur ſic iudicatum *Rot. decif.*474.*num*.5.*&* 6.
par.9. *recen.*

369 Et licèt *Surd. decif.*31.*& Acoſt.de priuil.credit.*
Reg.5.*ampliat*.1. *nu*.1.teneant contrarium,& quod
ſolùm competat pro laudemio actio perſonalis,
adhuc perſiſto in prima opinione veriori, ac ma-
gis communi, & toties in ſubſellijs approbata, &
quam Rota ſequitur, cui ſemper in conflictu opi-
nionum adherendum eſt, cum non ſoleant in ta-
li Tribunali admitti opiniones niſi rationabiles,
ac æquitate plenæ, & ampliùs *Surdum* impugnant
Gratian. cap.784. *nu*.16.*& ſeqq.*, & late *Ioan: de*
Amic.de Iur. Emphyt. qu.57. qui reſpondet omni-
bus ratiocinijs *Surdi*, *& Hodiern.* ad eamdem
decif. 31. vltimo loco adheret pro tacita hypo-
thecha contra eumdem *Surdum*, vt apparet
à num.28. *& ſeqq.*

Octauo competit tacita hypotheca cum præ-
370 latione fauore domini directi pro canone ſuper
re Emphyteutica *Gabr. conſ.* 47. *n*.13. *lib*.1. *Mol-*
feſ. ad conſuetud. Neapol. tom.3. *par*.15. *de pignor.*
& hypothec. q. 25. *n*.12., *Gratian cap*.36.*num*.34.
*& ſeqq.*vbi quod hęc opinio eſt verior,*& cap*.784
nu.26. *cum duobus ſeqq.*, vbi poſt plures relatos &
congeſtos dicit, quod opinio contraria eſt con-
trà communem, & magis receptam ſententiam,
Fulgin.de Iure Emphyt.tit.de contract.Emphyt.q.31.
num.20.,& plenè hanc opinionem firmat *Hodiern.*
ad Surd. decif.32. *n*.4. *& ſeqq.& nu*.12., *& infrà*,
& cum *dicto Gratiano* videtur procedere *Rot. decif.*
810. *num*.4.*&* 7.*coram Merlin.*, *& decif.*254.*n*.1.
coram Celſ.

371 Contrarium tenet *Acoſt.de priuil.credit.reg*.2.
ampliat. 4. *nu*.20. *& ſeqq.*, *qui n*.32. dicit, ab hac
opinione non eſſe recedendum, & cum hac opi-
nione procedunt etiam *Nouar.q.forenſ.* 14. *nu*. 2.
verſic. ſed ego & ſeq. par.1., *Amat.Panorm reſol*.3.
num.74. *& ſeq. Surd. decif.* 32. *num* 2. *& ſeqq.*, *&*
Giurb. decif.62. *n*.23.*in fine* firmantes, pro Canone
fauore domini directi dari actionem perſonalem
tantùm.

Ac non recedas à prima opinione magis fun-
372 data, ac rationibus fulcita, quam contrà *Sur-*
dum dict. decif.32.per optimas rationes tenet *Ho-*
diern. ibidem à n.4. *& ſeqq.*, qui *nu*.16. plures cu-
mulat pro hac opinione, & in fine eiuſdem *n*.16.
dicit, praxi omnium Tribunalium receptum eſſe
dari hypothecam, & illam tenet *Rot.* in allegata
decif.810. *coràm Merlin.*, *& decif*.254. *coram Celſ.*,
in qua *decif. Celſi num*. 2. *&* 3. talis prælatio ex-
373 tenditur ad ceſſionarium domini directi.

Similiter penſionario datur prælatio pro con-
ſequenda penſione ſuper fructibus beneficij alijs
creditoribus anterioribus Clerici beneficiati, ſi
penſio impoſita ſit de tempore aſſecutionis benefi-
cij plenè *Salgad.labyr.credit p*.1.*cap*. 42., vbi quod
ſi plures ſint penſiones reſeruatæ diuerſo tempo-
re, præfertur ille qui habet penſionem magis an-
tiquam, & ſuper prædictis vide etiam *Tondut. de*
Penſion.cap.21.

Nono competit hypotheca cum prælatione fa-
uore creditoris ſuper pignore mobili, quod ſibi
à debitore datum eſt in manibus pro ſecuritate
ſui crediti, nam ſuper tali pignore non poſſunt
cæteri creditores, etiam anteriores debitoris, qui
dedit pignus mobile, ſuper illo aliquid prætende-
374 re, non ſatisfactio priùs creditore etiam poſte-
riore, qui habet pignus in manibus, & qui repe-
ritur in poſſeſſione, pro qua opinione ſtant *Ce-*
phal. conſ.762.*n*.25. *lib*.5., *Maur. de retent.q.vnic.*
n. 24. *poſt eius tract. de fideiuſs.*, *Seracc. de Decoct.*
tit. qui potior. in pign hab., *Scacc. de Commerc.*, *&*
Camb. §.2. *gloſ*. 5. *nu*. 438., *Gait. de credit. cap*. 4.
quæſit.8.*nu*.1067., *Antonell. de tempor.legal. lib*.4.
cap. fin. nu. 103., *Cardin. de Luc. de Credit. & De-*
bit.diſcurſ. 22., *Thor. in ſupplem. Compend. decif.*
tom.6. *verbo Creditor in re pignorata fol.mihi* 119.

At contraria opinio eſt verior, & validiſſimis
iuris principijs innixa, quàm alias iudicando te-
nui ex motiuis deductis in voto facto pro Aſſet-
tamento, in quo illa cauſa fuit propoſita, & pri-
ma facie DD. de Aſſettamento videbatur, quod
prælatio Creditori detinenti pignus mobile eſſet
omninò debita, at viſis meis motiuis, res viſa
375 fuit clara pro Creditoribus anterioribus, & te-
nor *Voti*, eſt vt ſequitur.

Licèt Vannaccius creditor Rotæ mercatoris
fuerit diligens in præoccupatione Conopei Seri-
ci recepti pro pignore, & ſecuritate pecuniæ mu-
tuatæ eidem Rotę, poſteà decocto, nihilominùs
Aromatarius pro pretio medelarum vſque ad
ſummam ſcutorum quinquaginta ex *Conſt*.47.Cle-
mentis VIII. eſt ſuper tali pignore præferendus.

Sicut enim concurrente creditore anteriore hy-
pothecario, vel potiore cum creditore poſteriore
376 detentore pignoris præfertur anterior *per tex.*
expreſſum *in l. qui potior* §. *final.*, *ff. qui potior in*
pignor. hab.& in §. *ab hoc autem Auth. de ligit. Col-*
lat.3., vbi præcisè agitur etiam de pignore mo-
bili, in puncto hoc firmant *Salgad. labyrint. Cre-*
dit. par.1. *cap*.11. *n*.1. *& ſeqq.*, & ſignanter *nu*. 8.,
Acoſt. de priuil. Credit. in præfat. ad reg.3. *n*.93.*&*
94. *Merlin. de pignor. lib*.4. *q*.2. *num*.5. 17. *&* 18.
vbi hoc ampliat, licet Creditori poſteriori eſſet
data facultas vendendi pignus, *Tondut. de præ.*
uent. Iudic. par.1.*cap*.31. *nu*.47. *ad* 50. *Gobb.* poſt
hæc ſcripta viſus *Conſult. decif*. 84. *nu*.12. *& ſeqq.*
vbi reijcit contrarios; ità debet præferri ſuper ta-
li pignore Aromatarius, qui ex Conſt. Clementi-
na pro ſcutis 50. præfertur quibuſcumque Credi-
toribus etiam anterioribus, & potioribus, ex re-
377 gula ſi vinco vincentem te, multo magis vinco
te *l. æquiſſimum ff.ad Trebell.*, *Surd. conſ*.416. *nu*.2.
& 25., *Caruſ. in Silua terminorum Arbor*.6. *n*.61.

Et cum hæc opinio ſit fundata in primis iuris
principijs clariſſimis, per quæ ſancitum rema-
net, creditorem hypothecarium, & anteriorem,
378 ac potiorem ſemper retinere ſuum priuilegium
prælationis ſuper pignore mobili, quouſque per
dominij translationem in alium non diſtrahatur,
non poteſt officere authoritas Doctorum, qui
contrarium ſuper hoc articulo ſine fundamento
dixerunt, & cum meris ratiocinijs contrà expreſ-
ſam iuris diſpoſitionem iuxta tradita à *Card. de*
Luc. de Credit. & Debit.diſcurſ. 33.*nu*. 4; maximè
cum opinio pro prælatione creditoris anterioris,
& potioris ſuper pignore etiam mobili habeat ra-
tionem, quod creditor tale pignus poſſidens il-
lud detinet pro debitore, & non pro ſe, & pro-
ptereà hypotheca creditoris anterioris illi affixa

ſemper ſtat firma, quouſque non exeat à domi-
nio debitoris, ius namque iu pignore acquiritur
ex ipſo contractu, & non à piguoris traditione
facta creditori, vt in his præciſis terminis aduer-
tit *Acoſt. alleg. n.94. verſic., quia licèt Ius*.

Hine non obſtant *Cephal., Maur., Scacc., Gait.,*
379 *Antonell., Card. de Luc., & Thor.* ſuprà in con-
trarium allegati volētes contrà creditorem etiam
poſteriorem habentem pignus mobile in mani-
bus non competere creditoribus anterioribus
actionem pro illius auocatione; Siquidem præ-
fati Doctores monentur aliqui *ex l.pupillus 24.ff.*
quæ in fraud. Credit., qui textus non probat eo-
rum intentum, nam ex illius verbis benè perpen-
ſis apparet, quod creditor ibi fuerat diligens non
in præoccupando pignus, ſed in procuranda ef-
380 fectiua ſolutione, quod eſt quid diuerſum, cum
per ſolutionem extinguatur ſubſtantia ipſius cre-
diti, & non poſſit regulatirer fieri auocatio pecu-
niæ ſolutæ creditori poſteriori, vt preciſè re-
ſpondet in huc articulo *Tondut.de Præuent.Iudic.*
par.1. cap.32. nu. 50.; quod non ſuccedit in ſim-
plici præoccupatione pignoris mobilis, quia
quouſque illud non fuerit diſtractum titulo tran-
slatiuo dominij in alium, ſemper retinet anne-
xam hypothecam fauore creditorum anterio-
rum.

Alij verò Doctores contrarij ſe fundant in
381 *Stracc. de Decoct. tit. qui pot. in pign.hab.* de quo
ſatis mirandum, dum ibi *Stracc. num.11.* firmat,
potiorem, & anteriorem creditorem eſſe præfe-
rendum detinenti pignus, & redarguit contra-
riam opinionem Mercatorum volentium, præfer-
re poſteriorem, cui res eſt tradita in pignus ſub
quodam colore, quod alias poſterior non credi-
diſſet pecunias, niſi pignore ſe præcauiſſet, vt
benè aduertit, *Tondut. alleg. cap. 31. nu.49.*, vbi
quod *Stracca* malè allegatur pro contraria opi-
nione.

Vndè nec vllam fidem merentur *Scacc.*, *Gait.*
382 *Antonell. & alij*, qui ſe fundant ſuper authori-
tate *Stracchæ* contrarium expreſsè tenentis, &
Gaitus reprobatur etiam à *Salgad. labyrint. cre-*
dit.par.1. cap.10. n.18. vbi quod *Gaitus* miſerè la-
pſus eſt, & ab eodem *Gaito* eſſe cauendum dicit
Acoſt. in præfat. ad reg.3. nu.93. & 94., vbi addu-
cit *Straccam* redarguentem mercatores ſentientes
contrarium.

Cardin. tandem *de Luc. de Credit., & Debit. di-*
383 *ſcurſ. 21. nu. 19. & 22.* procedit cum Doctori-
bus ſuprà reprobatis, & cum dicto colorato mo-
tiuo, quod aliàs commercium inter Mercatores
tolleretur, quod motiuum deductum ex *Stracca*,
vbi ſuprà, idem *Stracca* non admittit, ſed reijcit,
vndè ipſi *Cardinali de Luca*, qui ſcripſit pro ſuo
Conſanguineo ad cauſæ potiùs opportunitatem;
quam veritatem, non eſt deferendum, & viden-
dum eſt, quid in dicta cauſa fuerit deciſum, ex quo
384 Doctores conſulentes potiùs burſæ, & amicis, &
multo magis conſanguineis conſulunt, quàm ve-
ritati, vt norant *Laderch. conſ. 92. nu.17.*, *Dulph.*
contr.Iur.1. nu.12. & 13., *Theſaur.deciſ.170.n.10.*
Franch. deciſ. 184. nu.fin., *Rot.deciſ. 483. num.12.*
385 *par.9. recen.*, & in hac cauſa optimè adaptatur
dictum *Ludouic. deciſ.lucen. 21.n.21. & ſeqq.*, quod
Doctores videndi ſunt in fonte, quid dicant, &
quomodò id, quod dicunt, probent; nàm per ſe-
pè ſaltant vt Oues, & volant vt Aues referendo
opinionem vti originalem alicuius Doctoris, &
ſub cæca fide aliorum Doctorum illam referen-
tium cum cecitate ſequuntur, & quando fit re-
curſus ad illum Doctorem, qui fuit ſuppoſitus
Anteſignanus talis opinionis, agnoſcitur, quod
talis Doctor, vel illam opinionem non firmat,
vel tenet contrarium expreſsè, vel diuerſo modo
loquitur, prout euenit in hoc caſu, dum pro
prælatione creditoris etiam poſterioris detinen-
tis pignus allegatur *Stracca*, & hic expreſsè te-
net contrarium.

Cauſa in Aſſettamento prima vice non fuit
reſoluta ob paritatem ſuffragiorum, ſed ſecundo
loco in illius repropoſitione viſis his per me exa-
ratis in præſenti Voto, DD. de Aſſettamento erant
in ſenſu pro prælatione Aromatarij creditoris
potioris, vndè Vannaccius detentor pignoris ti-
mens cauſæ iacturam, conuolauit ad motiuum,
quod Rota Conopeum expignoraſſet à Sacro
Monte Pietatis cum pecunijs mutuatis per ipſum
Vannaccium, & hic pro ſecuritate recepiſſet iu
pignus Conopeum, & de hoc dabat ſumum per
duos teſtes examinatos ad perpetuam rei memo-
riam, vndè ſicut ſi Conopeum ſtetiſſet oppigno-
ratum in Monte, non potuiſſent creditores Ro-
tæ oppignorantis, licèt anteriores aliquid ſuper
illo prætendere, non ſatisfacto priùs Sacro Mon-
386 te de pecunijs datis ſuper ipſo pignore ex ſta-
tuto eiuſdem Montis Pietatis *par.1. cap.32. fol.77.*
& par.2. fol.23. & 24., ità nec poſſent aliquid
prætendere contrà ipſum Vannaccium ſucceſſo-
rem in iuribus Montis etiam abſque alia ceſſione
ad effectum retinendi Conopeum expignoratum
cum ſuis pecunijs, vt generalibus ommiſſis in ter-
minis ſimilis priuilegij competentis Monti Ciui-
tatis Neapolis firmat *Thor. in ſupplem. deciſ. tom.6.*
verbo creditor in re pignorata fol.119.

Hinc Domini de Aſſettamento dilata reſolu-
tione cauſæ ex hoc vltimo motiuo (cum aliàs
concorditer inclinarent omnes pro prælatione
Aromatarij) cauſam ad me remiſerunt, ad hoc
vt Vannaccius poſſet formiter probare, ipſum
cum pecunijs mutuatis expignoraſſe Conopeum
à Sacro Monte, quod cum reuera probaſſet, fuit
ipſe prælatus pro ſumma impenſa in expignora-
tione.

ARTICVLVS IV.

ARGVMENTVM.

Creditores chirographarij deſtituti hypothe-
ca, ac priuilegio prælationis quomodo con-
currant ſuper bonis communis debitoris.
Quādo in concurſu cenſus remaneat extin-
ctus, & an creditores in diem poſſint in
concurſu comparere. An potiores in cre-
dito ſint etiam tales pro expenſis; Et de-
mum quando creditores in concurſu de-
beant præſtare cautionem de reſtituendo
prioribus, & potioribus, & quid operetur
dicta cautio; & an detur appellatio in
concurſu.

S V M-

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

387 *Creditores chirographarij abſque hypotheca poſt omnes inter ſe concurrunt per tributum.*

388 *Creditores chirographarij ſiue hypotheca licèt habeant prioritatem temporis, tamen illa non ſuffragatur ceſſante hypotheca.*

389 *Procedit concluſio etiam inter creditores æqualiter priuilegiatos, ſed carentes hypotheca, nam concurrunt per tributum.*

390 *Pro literis cambij non competit hypotheca.*

391 *Creditores ex Cauſa literarum cambij concurrunt per tributum.*

392 *Creditores ex cauſa Schedularum* Pagherò, *non habent hypothecam.*

393 *Creditores ex cauſa prætij vini, carnis, & ſimilium ſunt chirographarij, & concurrunt per tributum.*

394 *Scriptura priuata continens confeſſionem de recepto non præiudicat tertio etiam creditori poſteriori.*

395 *Procedit licet talis Scriptura contineat hypothecam, & de ratione num. 396.*

397 *Fallit ſi pro veritate ſcripturæ priuatæ cum hypotheca concurrunt adminicula, tunc enim præiudicat poſterioribus.*

398 *Scriptura priuata confecta à decocto, vel decoctioproximo non præiudicat alijs creditoribus.*

399 *Creditor defuncti etiam in ſola actione perſonali præfertur in huius bonis creditoribus hæredis.*

400 *Creditor vnius negociationis etiam chirographarius, quando in bonis talis negociationis præferatur, & quando ſecùs num. 401.*

402 *Fructus cenſus in concurſu etiam decocti poſt decoctionem peti poſſunt, cum illorum curſum decoctio non ſiſtat.*

403 *Cenſus non extinguitur per concurſum creditorum, ſi creditor cenſus non petierit ſortem, & pro illa non fuerit graduatus.*

404 *Requiritur etiam pro extinctione, quod aliquid fuerit receptum ad computum ſortis, & nu. 405.*

406 *Creditor anterior in credito præfertur in concurſu etiam pro expenſis.*

407 *Procedit concluſio, licèt non adſit promiſſio ſoluendi creditum vna cum expenſis, & nu. 408.*

409 *Expenſa factæ in concurſu ob culpam, & calumniam creditorum ab his reſici debent, & non ex bonis concurſus.*

410 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus eſt præſtanda in concurſu creditorum, etiam quoad citatos, & num. 411. & 415.*

412 *Pecuniæ conſignata cum tali cautione dicuntur extare.*

413 *Pecunias recipiens cum dicta cautione non dicitur verus poſſeſſor, vndè poſſunt illæ ab eo auocari per anteriores, vel potiores, & num. 414.*

416 *Cautio de reſtituendo cum clauſula,* & ad omne mandatum, *licet præſtita fauore vnius, ſuffragatur etiam alijs.*

417 *Cautio de reſtituendo ſi non reperiatur, in Vrbe ſolet fieri inueſtimentum in locis montium, quæ ſtare debent loco cautionis.*

418 *Fructus pecuniæ inueſtitæ pro cautione ſpectant ad creditorem recipientem.*

419 *Cautio de reſtituendo non præſtatur ab Eccleſijs, locis Pijs, & Vniuerſitatibus, ſed ſufficit eorum obligatio.*

420 *Cautio de reſtituendo non præſtatur à miſerabilibus perſonis.*

421 *Creditor anterior ſtante cautione de reſtituendo non tenetur agere contrà vltimum poſteriorem creditorem.*

422 *Via executiua ceſſat in concurſu creditorum.*

423 *Intellige de concurſu vniuerſali, non particulari.*

SAtisſactis creditoribus potioribus in concurſu
iuxtà formam eorum priuilegij in iure expreſſi,
vel per Conſtitutiones Principum, Pragmaticas,
ac ſtatuta conceſſi, ac alios hypothecarios, vlti-
mum locum ſortiuntur omnes illi, qui deſtituti
potioritate, vel hypotheca dicuntur chirogra-
rij, ſiuè eorum creditum proueniat ex Scripturis
priuatis, deſtitutis hypotheca, ac obligatione
Camerali, ſiue ex libris mercatorum, ſi non ha-
beant priuilegim particulare potioritatis, vel hy-
pothecæ, ſiue ex texeris, vuulgo Talleolis, ſiue
randem ex teſtium depoſitionibus, & alio quo-
cumque modo reſultet, inter tales namque credi-
tores non procedit prioritas temporis, quæ ſo-
lùm conſideratur inter creditores hypothecarios,
ſed inter illos fit concorſus per tributum, ſi bona
debitoris pro omnibus non ſufficiant, ſcilicèr ſi
vnus debeat conſequi centum, alter octuaginta, al-
ter quinquaginta, alter triginta, alter decem,
& bona concurſus non ſufficiant ad ſatisſaciendum
omnibus dictis ſummis, ſed ſint valoris ſcu-
torum centum quinquaginta, ex illis quilibet ex
dictis creditoribus capit per tributum ſuam ra-
ram proportionabiliter, ſcilicet dicta ſcuta 250.
diuiduntur, vt creditor ſcutorum centum plus
percipiat, ille ſcutorum 80. minùs, & creditores
minoris quantitatis ſummam minorem, facta re-
partitione iuxtà maiorem, vel minorem quanti-
387 tatem vniuſcuiuſque creditoris chirographarij
per tributum, ſiue ſolidos, & libram, vt probatur
ex *l. ſi hominem 7. §. fin. in fine ff. depoſit. l. Procu-
ratoris 6. §. ſi plures, & §. planè ff. de tribut. act.
l. pro debito C. de bon. author. Iudic. poſſid., Merlin.
de pign. lib. 4. tit. 1. q. 36. nu. 1. & ſeqq., Matienz. ad
l. Recopil. lib. 5. tit. 16. l. 7. gloſſ. 5. nu. 15. Poſt. de
ſubhaſt. Inſpect. 41. nu. 29. & ſeqq., Epiſcop. Rocc.
diſput. Iur. ſelect. tom. 2. cap. 144. nu. 17., Koppen.
deciſ. German. q. 28. num. 48. Haberkon. de concurſ.
credit. cap. 3. nu. 14. Pereyra de Caſtr. deciſ. Portu-
gall. 16. num. 1.*, & probat poſt alios *Anſald.* poſt
hæc ſcripta viſus de commerc. *& mercatur. di-
ſcurſ.* 15.

Hinc ſepiſſimè dum iuridicando præeram non
admiſi clamores dicentium, quod eorum credi-
ta erant anteriora, & priora in tempore, quia in
388 creditoribus chirographarijs regula prior in
tempore, prior in iure non procedit, ſed ſolùm
in creditoribus hypothecarijs *Franc. Anton. Coſt.
conſ. 29. nu. 22. Bellon. Iun. conſ. 41. num. 4. & 16.
Altograd. conſ. 4. nu. 14. lib. 1. Rodriguez. de priuil.
credit. par. 2. artic. 3., Haberkon. dict. n. 14. & cap. 7.
nu. 7. & ſeqq.: Vermigliol. conſ. 452. nu. 1. & 2. An-
dreol. controu. 352. num. 11., Florez. de Mena var.
quæſt. lib. 1., q. 6. art. 3. n. 39., Berlicch. concluſ. 64.
n. 123., Thomat. deciſ. 244. n. 10. deciſ. 152. num. 3.
par. 6. recen.* ex quibus omnibus habetur, credi-
torem poſteriorem cum hypotheca præferri cre-
ditori anteriori chirographario, & habenti tan-
tummodo perſonalem.

Et prædicta concluſio procedit etiam inter plu-
res creditores priuilegiatos cum potioritate ha-
bentes ſolam actionem perſonalem, & non hy-
pothecariam, nam cum habeant eamdem cau-
ſam, & ſint eiuſdem tituli, non attenta priorita-
389 temporis concurrunt omnes per tributum *l. pri-
uilegia 16. ff. de priuil. credit., Rodriguez. de con-
curſ. credit. par. 2. artic. 2. num. 7.*, vnde ſi debitor
alteri ex creditoribus chirographarijs ſoluat per
gratificationem, præciſo dolo non poterit alter
creditor ſimilis ab illo auocare ſuam ratam *Pe-
reyr. dict. deciſ. 16. num. 1. verſ. quod tamen.*

Nullum priuilegium hypothecæ habent literæ
390 cambij *Gait. de credit. cap. 2. tit. 5. nu. 2458.*, vbi
refutat contrarios *Acoſt. de priuil. credit. regul. 3.
limit. 12., Merlin. de pignor. lib. 3. qu. 16. nu. 7. &
ſeq. Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 26. n. 9. verſ. ve-
rùm non videtur*, vbi quod hæc eſt opinio magis
recepta *Rocc. diſput. Iur. ſelect. tom. 2. cap. 144.
num. 16.*, vbi de veriori ſententia teſtatur *Sadarin.
reſponſ. 20. nu. 7., Rot. deciſ. 19. nu. 2. poſt Merlin.
de pign.*; vndè creditor ex cauſa literarum cam-
391 bij in concurſu connumeratur inter creditores
chirographarios, & accipit per tributum nulla
habita ratione prioritatis, vt in ſpecie firmat
Rocc. dict. cap. 144. num. 17.

Inter creditores chirographarios veniunt etiã
392 illi, qui nituntur ſchedulis, ſeu pagellis dictis
Pagherò noſtris temporibus in Alma Vrbe fre-
quentibus, nam tales ſchedulæ deſtitutæ hypo-
theca, ac obligatione Camerali, ſunt quidem
priuilegiatæ quoad promptam exequutionem
illis attributam à conſuetudine, attamen cum
non habeant hypothecam, in concurſu credito-
res illatum vigore concurrunt per tributum
cum alijs creditoribus chirographarijs, & ſic paſ-
ſim iudicaui; ſuper cuius ſchedulæ *Pagherò* vi, &
effectu plenè dixi *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 84.*

Et inter creditores chirographarios connume-
393 rantur Lanones, Caupones, Piſcium vendito-
res, & ſimiles pro credito carnis, vini, piſcium,
& aliarum rerum nedum commeſtibilium, ſed
quomodocumque in vſum, & commercium ca-
dentium, ſiue datæ ſint cum ſcriptura, ſiuè ſine
illa, quoties deficiat hypotheca, ex regula gene-
rali ſuprà firmata, quod exceptis creditoribus
cum hypotheca, cæteri omnes dicuntur chiro-
grapharij, & inter illos non datur prioritas, vel
anterioritas, cum hæc in propoſito non proce-
dat à tempore, ſed ab hypotheca cum tempore.

Aduerte, quod ſi quis in concurſu creditorum
producat ſcripturam priuatam ſuper credito per
394 ſolam confeſſionem de recepto, talis ſcriptura
non dat prælationem, nec præiudicat tertio cre-
ditori certo, etiam poſteriori *Cyriac. controuer.
359. n. 27., Poſt. reſol. 22. n. 4. de Angel. de confeſſ.
lib. 3. qu. 8. n. 2., Rot. deciſ. 249. n. 3. & 4. coram
Caualer., deciſ. 547. n. 18. & 19. poſt Cenc. de Cenſ.,
& deciſ. 460. n. 1. & 4. par. 1. recen.*

Quod procedit etiamſi talis creditor per con-
feſſionem de recepto mediante apocha priuata
ſit cum hypotheca, nam non præiudicat alteri
395 creditori in mera actione perſonali, & ſine hy-
potheca, de cuius credito verè conſtat *Menoch.
conſ. 720. per tot. Cyriac. controu. 395. n. 7., de An-
gel. de confeſſ. allegat. qu. 8. n. 2. circà medium, &
num. 5.*

Nàm quando agitur de tertij, & aliorum cre-
ditorum præiudicio debitum per confeſſionem
396 non probatur, ſed ſunt ſuper illo neceſſariæ
veræ probationes, & non per dictas ſchedulas
priuatas, alias de facili confingerentur per de-
bitores in fraudem aliorum creditorum ſine hy-
potheca, qui habent credita vera, ſimiles ſche-
dulæ priuatæ cum hypotheca ad illorum exclu-
ſionem, quia carent hypotheca, quod benè ad-
uertendum eſt in concurſu, nam decocti, vel de-
coctioni proximi fraudes, & dolos moliuntur,
vt præiudicent eorum veris creditoribus.

Si tamen tales apodixæ, & ſcripturæ priuatæ
397 cum hypotheca ſint adminiculatæ, & ſic veritas
crediti in illis contenti fulciatur aliundè, tunc
præiudicant tertijs, & creditoribus poſterioribus,
& ſimpliciter chirographarijs *Cardin. de Luc. de
Iudic. diſcurſ. 23. n. 25.*, benè *Rot. deciſ. 20.* confir-
mata *deciſ. 253. par. 17. recen.*, in quibus deciſio-
nibus plenè fuit deciſum, quod Apochæ, & In-
ſtrumenta ſuper debito confeſſato erant claris ad-
miniculis ſuffulta, & ſic ſtante hypotheca in illis
contenta creditores chirographarij ſilere debe-
bant.

Quando tamen agitur de ſcripturis priuatis
confectis à decocto, vel decoctioni proximo, &
398 vrgent coniecturæ fraudis, tunc faciliùs incli-
nandum eſt, quod non præiudicent alijs credi-
toribus, etiam chirographarijs, cum perſonæ
tales ſoleant fraudes moliri, vt præiudicent veris
creditoribus, vt latè dixi *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap.
114. art. 1. n. 2. & ſeqq.*

Licèt autem ex firmatis creditores chirogra-
pharij concurrant inter ſe per tributum, nulla
habita conſideratione prioritatis temporis, nihil-
ominùs ſi quis ſit creditor defuncti, ſiuè ex cauſa
lucratiua, ſiuè onéroſa in ſola actione perſonali,
præfertur creditoribus hæredis etiam hypotheca-
rijs ob beneficium ſeparationis bonorum defun-
399 cti, ſuper quibus creditores hæredis non habent
aliquod ius, niſi ſatisfactis priùs creditoribus de-
functi *l. 1. §. ſciendum & l. 2. ff. de ſeparat., Caual-
can. deciſ. 28. n. 40. & 41. par. 3., Surd. deciſ. 310.
n. 12. & per tot.* cum alijs adductis per Epiſcopum
*Rocc., diſput. Iur. Select. tom. 1. cap. 57. n. 89. & tom. 2.
cap. 108. n. 33.*

Prout ſi debitor habeat diuerſas negociationes
putà vnam Romæ, aliam Mediolani, creditores
Romæ etiam chirographarij præferuntur credi-
toribus Mediolani in bonis Romæ exiſtentibus,
& illi præferuntur in bonis, quæ ſunt Mediolani,
cum quilibet creditor mercimonio, & negocia-
400 tioni magis, quàm debitori credidiſſe præſu-
matur *l. Procuratoris §. planè ff. de tribut. act.*, plenè
*Buccaferr. reſponſ. 88. per tot., Haberkon. de concurſ.
credit. cap. 5. n. 19.*

At talis concluſio non procedit ſi debitor in
diuerſis locis habeat bona, ſed in vno ſolo do-
micilium, tunc enim ratione perſonæ, & non
bonorum creditum dicitur, nec certi loci æs alie-
401 num eſt, & ſic omnes creditores chirographarij
æqualiter concurrunt *Buccaferr. reſponſ. 88. n. 16.,
Haberkon. dict. cap. 5. n. 22. cum duobus ſeqq.*

Pro coronide, alijs ommiſſis ſuper materia am-
pliſſima concurſus, nonnulla hic omninò aduer-
tenda ſunt; Et primo, quod creditores ex cauſa
cenſuum perpetuorum poſſunt in concurſu petere
illo-

illorum fructus decurſos etiam poſt decoctionem, nec enim illorum curſus ceſſac per decoctionem,
402 vel concurſum ſuper bonis decocti non ſequuta reali reſtirutione ſortis *Milanen. deciſ. 2. nu. 16. & 17. lib.2., Rot. deciſ. 495. n. 2. & 3. apud Cenc. de Cenſ., deciſ.528. n.1. coram Caualer.*, vbi quod nec graduatio ſufficie non ſecuta reali ſolutioue, ex quo creditor cenſus noir poteſt reperere ſortem, etiamſi debitor ſit decoctus, *& deciſ.57.n.5. coram Buratt.*

Concurſus quippè creditorum non cauſat extinctionem cenſus, niſi illius creditor compareat, perae, & obrineat graduari tam pro ſorte, quàm pro fructibus, ſecùs ſi pro fructibus tantùm *Mareſcott. var. reſol. lib.2. cap. 61. n.9. & 11., Cenc. de Cenſ. qu.107. nu.30. & ſeqq., Salgad. Labyrinth. credit. par.1. cap. 22. num. 45. & ſeqq. Milanen. deciſ.2. n.16. lib.2., Rot. deciſ.550. num.2. ad 8.* confirmata *deciſ. 627. n.9. coràm Cerro, & deciſ.238.n.10. coram Priolo*.

Ac requiritur pro extinctione cenſus non ſolùm, quod creditor comparuerit in concurſu, & perierie, & obtinuerit graduationem, criam pro ſorte, ſed vlterius, quod aliquid etiam minimum conſequutus fuerir ad computum ſortis, adhoc vt cenſus ſors repetita in concurſu poſſit cauſare illius extinctionem, & quod ex eo ampliùs non
404 poſſint vri extincto peti fructus *Rot. deciſ. 283. poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 518. coram Coccin., deciſ. 341. n.2. verſic. non obſtat par.4. diuerſ.*, & facinne *deciſ.550 n.7. ad 9., & deciſ.627. n.9. coram Cerr.*, ex quibus deciſionibus habetur, quod ſi creditor cenſus inſtee in concurſu eriam pro reſtitutione ſortis, & obtineat, ac poſteà aliquid exigat pro ſorte, eriam minimum, tunc Cenſus remanet ex-
405 tinctus, ſed ſi nihil recipiar pro ſorte Cenſus remaner viuus, vt firmauit *Rot. in Turritana Cenſus 27. Nouembris 1690. §. non etiam coram Reuerendiſſimo D. Emerix. Decano*, confirmata *3. Ianuarij 1694. §. Pront non obſtat coram eodem*, & rurſùs *9. Iunij 1694. §. Quoniam ſimplex coram R.P.D. Pio*.

Secundo aduertendum. quod creditor declaratus in concurſu anterior, vel potior conſequitur cum prælatione nedùm creditum principale,
406 ſed & expenſas factas pro conſequendo ſuo crediro cum eadem anteriorirate, & poriorirare *Poſt. de ſubbaſt. Inſpect.41. n.19. & 20. Codex Fabr. lib. 8. tit. 16. definit. 5. & 30. Fontanell. deciſ.95. num.10., Cardin. de Luc. de credit., & debit. diſcurſ. 147. n.7. & infrà*, qui licèt poſteà conetur contrarium, vti Aduocatus, & ad cauſæ opportunitatem ſuadere, nihilominùs faretur fuiſſe deciſum contrà ſe, & faciunt *Coſta Sicul. conſ.69. num.16., Milanen. deciſ.14. n.91., & 94. p.1.*
407 Et licèt *Olea de ceſſion. Iur. tit.5. qu.5. num.37.* id admittat, ſi adſit promiſſio ſoluendi vna cum expenſis. attamen ego cenſeo, quod id procedat etiam ceſſante rali promiſſione, vel obligatione Camerali continente talem promiſſionem reficiendi expenſas, ex plenè firmatis *in Annot. ad Stat. Vrb. lib.1. c.196. art.1. n. 24.*; cum debeantur etiam expenſæ cum eadem anterioritate, vel po-
408 tioritate, quam habet creditum principale ex traditis per *Poſt. de Subbaſt. Inſpect.39. num.13. & 18., & Inſpect.41. n.19. & 20., Rot. deciſ.891. nu. 4. & 5. coram Seraphin.*, nam aliàs creditores non conſequerentur integrè eorum creditum.

Si tamen in concurſu creditorum expenſæ fierent culpa concreditorum. non ipſius debitoris decocti, vel Curatoris eius hæredirati incenti deputati, quia illi tantùm ſe opponerent prælationi, dùm aliàs creditum in ſubſtantia clarum non controuertaruc, nec à decocto, nec à Curatore deputato illius bonis, vel concurſui, vel hæreditati iaceuti decocti iam defuncti, tunc ille concreditor, qui ſe opponeret prælationi, ſi pro hac habenda cumularentur expenſæ, ad illas te-
409 nebitur, non autem in illis erunt grauanda bona, quæ ſunt in concurſu, vt aduertunt *Poſt. de Subbaſt. inſpect.41. n.10. & ſeqq. Codex Fabr. lib. 8. tit.20. definit.31.*; & cum aliàs hoc non placuiſſet in quadam cauſa, adito Aſſettamento, fuit per hoc idem determinatum, cum æquum non ſit, quod in damnum aliorum creditorum per tales expenſas factas culpa alicuius concreditoris diminuatur valor bonorum, quæ ſunt in concurſu, ſed culpa debet ſuos tenere authores; quomodo autem hoc procedat videndus eſt idem *Codex Fabr. lib.8. tit. 17. definit. 15. & 30. & tit. 18. definit. 2.*

Tertio notandum, quod in concurſu debet præſtari per creditores recipientes pecunias prouenientes ex bonis concurſus cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & de contribuendo cum æqualibus, & æqualia iura habentibus, etiam quoad citatos, & ad omne
410 mandatum Iudicis, vt in Vrbe cauetur *in Conſt. 71. Pauli V. Rubr. de Iudic. in cauſ. ciuil. §. cauſæ diſcuſſionum*, & aduertit *Card. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.53., & diſcurſ.54. n.14.*

Et dicta verba *etiam quoad citatos* præſeferunt mirabilem effectum, quia poteſt dari caſus, quod aliquis ex creditoribus concurſus citatus in conſignatione pecuniarum ſit anterior, vel potior
411 illo, cui fit conſignatio, ſed eius creditum ſit adhùc illiquidum, & non benè probatum, quo caſu fit conſignatio pecuniæ alteri creditori liquido cum dicta cautione, quæ operatur, vt conſtito poſteà de liquiditate, & certitudine crediti, ſit locus reſtitutioni eiuſdem pecuniæ conſignatæ fauore dicti concreditoris, licèt citati in conſignatione facta alteri, ex quo per talem cautionem pecunia cum illa conſignata dicitur extare adhùc in concurſu, & cautio eſt loco pecuniæ, itaùt illam recipiens cum cautione maius ius non
412 acquirat, quam haberet antè conſignationem *ad text. in l. Procuratoris §. fin. ff. de tribut. act. Creſp. de Valdaur. obſeru. 58. n.8.* & poſt alios cumulatos plenè *Epiſcop. Rocc. diſputat. Iur. Select. tom.2. cap. 138. n.10. & 11., Cardin. de Luc. de Debit., & credit. diſcurſ.2. n.7. & ſeq., Rot. deciſ. 63. n.3., & deciſ.206. n.2. coram Celſ., deciſ.1953. n.6. coram Coccin., deciſ. 114. n.18. coram Peutinger., deciſ.130. num.1. & 2. par.13. recen., deciſ. 276. in princip. par.17., & in Romana Pecuniaria 1. Iulij 1680. §. fundamentùm verò coram bo.mem. Cardinali Vicecomite Archiepiſcopo Mediolanenſi*; & ex quo pecuniæ cum tali cautione conſignatæ dicuntur extare, ob hoc remanent viuæ ſuper illis præcedentes hypothecæ, cum dominium illarum
413 tali caſu perfectæ, & irreuocabiliter non acquiratur, nec illas recipiens cum tali cautione dicatur verus poſſeſſor *Rocc., & de Luc.* vbi proximè

Rot.

Digitized by Google

*Rot. deciſ.*650. *n.*33. *coram Amat. Dunozet.*; vndè
414 ille, qui probat, pecunias ſic conſignatas ad ſe
ſpectare, quia ſit anterior, vel potior illas petere
poterit *Rot.deciſ.*133.*n.*11. *apud Statil. de Saluian.*
*deciſ.*1906. *n.*10., *& deciſ.*2348. *n.*1. *coram Coccin.*
An autem talis cautio à creditoribus præſtan-
da ſit in concurſu formali creditorum, eſſe præ-
415 ſtandam non eſt dubium ex allegata *Conſtit.* 71.
Pauli V., & ſic ſe habet praxis, nam ſtante con-
curſu, agitur de debitore ſuſpecto de decoctione,
& ſic eſt præſtanda cautio *Rot. deciſ.*421. *n.*11. *&*
ſeq. coram Duran., *& coram Bich. deciſ.*321. *n.*20.
quæ eſt repetita *poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ.*
273. *n.*13.
Et quando in cautione de reſtituendo vt ſuprà
præſtita adeſt clauſula, *& ad omne mandatum Do-*
416 *mini*, tunc licèt eſſet præſtita fauore vnius cre-
ditoris, ſuffragatur etiam alijs, cum pecuniæ tali
caſu cenſeantur conſignatæ loco depoſiti, *Salgad.*
*Labyrint. credit. par.*1. *cap.*10. *n.* 64., *& ſeq. Car-*
din. de Luc. de credit., *& debit. diſcurſ.*53. *n.* 24.,
& 25.
Cumque multoties creditores, quibus ſunt in
concurſu conſignandæ pecuniæ cum dicta cau-
tione, eam vel non inueniant, vel non idoneam,
quia illam Notarius cauſę vti inſufficientem no-
lit recipere, tali caſu ex praxi Curiæ Romanæ
ſolet fieri inueſtimentum in tot locis montium,
quæ ſtare debent loco talis cautionis, & in cor-
417 pore literarum patentium apponitur præciſè,
quod ſtare debeant affecta tali cautione de reſti-
tuendo *Card. de Luc. de credit. & debit. diſcurſ.*53.
*n.*23., *& diſcurſ.* 147. *n.* 7.; ita tamen quod fru-
ctus talis inueſtimenti ſpectent ad creditorem,
418 qui recipit pecunias inueſtitas loco cautionis
Card. de Luc. allegat. diſcurſ. 147. *n.* 16. *Rot. deciſ.*
206. *n.*7., *&* 8. *coram Card. Celſ.*, & idem firmat
*de Marin. ad Reuerter. deciſ.*82. *n.*3.
Talis cautio de reſtituendo non ſolet de ſtylo
præſtari ab Eccleſijs, Monaſterijs, ac Vniuerſita-
419 tibus, ſed loco illius ex ſtylo Curiæ ſolet ad-
mitti ſimplex obligatio de reſtituendo.
Prout illam non præſtant pauperes, & miſera-
biles perſonæ in Vrbe habentes prælationem in
420 concurſu pro ſcutis quinquaginta ex firmatis
ſupra hìc *artic.* 1. *nu.* 141.; nec minùs illam præ-
ſtat creditor, qui fecit expenſas deliberationis,
ex quo non cogitur alicui reſtituere pecunias,
quas pro talibus expenſis recepit, vt dictum fuit
ſuprà eodem *artic.*1. *n.*2., *&* 3.
Stante tali cautione non cogitur creditor ante-
rior, vel potior agere pro reſtitutione pecunia-
rum contrà vltimum poſteriorem creditorem, qui
illas cum tali cautione recepit, ſed poteſt ſe
421 vertere contra quem vult ex poſterioribus *Ma-*
*nent. deciſ.*45. *nu.* 18. *Rot. deciſ.*27. *num.*9. *par.*19.
recent.
Quartò denique ſciendum eſt, quod in con-
curſu, dum vnus creditor præfertur alteri, ex quo
vnus non habet obligatum alium, & quia ſuper
prælatione vni, vel alteri concedenda Iudex po-
422 teſt decipi, idcircò ceſſat via executiua, pro-
ceditur ordinariè, & datur appellatio *Salgad.*
*Labyrint. credit. par.*1. *cap.*16. *n.*28., *& ſeqq.* vbi
adducit optimas rationes *Thomat. deciſ.*57. *nu.* 2.
& infrà, *Rot. deciſ.*504. *nu.*2. *par.*14. *recen.* con-
firmata *deciſ.*76. *n.*1. *par.*15.

Et authoritates volentes, quod procedatur
executiuè loquuntur, quando non ſumus in vni-
423 uerſali concurſu, ſed creditores agunt ad rem
particularem, vt declarat *Salgad. dict. cap.* 16.
*n.*46., *& ſeq.*, & priùs *par.*1. *cap.*4. §.1. *n.*30., *&*
*ſeq. Rot. deciſ.*76. *n.*2. *par.*15. *recen.*

Hæc tetigiſſe ſuper materia ſatis ampla ſuffi-ciat, quæ fortè, (quia in praxi pro maiori parte habita) non erunt iniucunda, ampliorem autem, ac fęcundiorem meſſem colligere poteris ex Doctoribus in Præludio præſentis *annotat. n.*1. indicatis.

De Iure Dotis, & quemadmodum conſtare matrimonio repetatur.

CAP. CXXIX.

SI mulier conſtante matrimonio dotem repetat in caſibus à iure permiſſis, procedatur in cauſa iuxta formam ſupra de cauſis ordinarijs traditam, & ſi vir dicatur ad inopiam vergere, etiam quod vir, & vxor hoc fateantur, non credatur, niſi per teſtes, & alias probationes legitimas de viri inopia probetur.

ARGVMENTVM.

Dos conſtante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam vxori, quando ſit reſtituenda, & talis vergentia, quomodò probetur, tam ſi agatur contra maritum, quam ſi contra illius creditores, & tertios poſſeſſores, & quod cum his maior vergentia probari debeat. Oſtenditur ſimul, poſſe per mulierem vergentiam allegari, & deduci, nedum agendo, ſed etiam excipiendo, & quando allegatio talis vergentiæ retardet executionem creditoribus mariti; & an ſit neceſſaria pręuentiua declaratio Iudicis ſuper vergentia; an requiratur excuſsio bonorum mariti, quando agitur pro aſſecuratione contra tertios poſſeſſores. Aſſecuratio fit ſuper certo corpore ſtabili iuxtà quantitatem dotis ad æſtimationem, & quomodo fiat æſtimatio oſtenditur. Non poſſunt creditores impedire aſſecurationem mulieri, illi offerendo dotem. Quando dotis reſtitutio ob vergentiam ad inopiam ſit potiùs aſſecuratio, quam vera reſtitutio, & quando ſecùs: Aſſecuratio prædicta quando ceſſet per ſuperuenientes diuitias mariti, vel per cautionem ab illo oblatam pro ſecuritate dotis. In aſſecuratione dotis veniunt expenſæ litis, ac etiam fructus à die petitæ aſſecurationis. Iudicium aſſecurationis eſt perſonaliſsimum pro muliere, nec competit filijs ea defuncta;

& quod

& quod remedium competat filijs, ne per creditores Patris occupetur dos materna in præiudicium alimentorum ipſis debitorum. Et demum de materia vergentiæ ad inopiam, ac aſſecuratione dotis plura alia habebis in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Dotis reſtitutioni conſtante matrimonio non eſt locus, & ſi maritus illam reſtituat, tenetur poſteà ad nouam reſtitutionem.*

2 *Dotis reſtitutio, & aſſecuratio conſtante matrimonio fit ob vergentiam mariti ad inopiam.*

3 *Leges diuerſæ emanarunt fauore mulierum pro aſſecuratione dotis ob vergentiam mariti ad inopiam, & quid diſponant, & n.4. ad 6.*

7 *Mulier poteſt hodie petere aſſecurationem dotis, quando maritus incipit malè vti ſubſtantia ſua, & n.33., & 34.*

8 *Aſſecuratio dotis, quando petitur agendo, ordinariè proceditur ex Statuto Vrbis, & etiam de Iure, num.9.*

10 *Monitorium, vel libellus ſuper aſſecuratione ſat eſt, quod fiat contra maritum, nec eſt neceſſe, quod fiat contra creditores.*

11 *Executiuè proceditur pro aſſecuratione dotis ſtante obligatione Camerali, vel alio pacto executiuo pro illius reſtitutione, etiam conſtante matrimonio, & n.12., & 14.*

13 Mut. deciſ.23.n.10. *declaratur.*

15 *Aſſecuratio dotis deducta excipiendo contra creditores mariti, vt procedat, debet præcedere declaratio Iudicis ſuper vrgentia ad inopiam, & n.16., & 34.*

17 *Contraria opinio refertur, & quod mulier deducens ſuam dotem, & probans vergentiam, debeat audiri, & obtinere, & n.18. 19., & 20.*

21 *Aſſecuratio pro dote petita non admittitur aduersùs creditores anteriores.*

22 *Aſſecurationis iudicium pro dote datur etiam per viam actionis.*

23 Merlin. de pignor. lib.3. quæſt.73. n. 13. *reprobatur.*

24 *Aſſecurationi dotis, de qua conſtat per ſolam confeſſionem de recepto non eſt locus.*

25 *Secùs ſi confeſſio ſit comprobata ex coniecturis, dotis veram ſolutionem importantibus.*

26 *Dos ſi conſiſtat in fundo dotali non poteſt peti illius aſſecuratio in alijs bonis in præiudicium creditorum.*

27 *Intellige ſi ſimus in fundo verè dotali, ſecùs ſi in bonis datis in ſolutum pro dote in quantitate.*

28 *Vergentia ad inopiam pro habenda aſſecuratione dotis debet probari ſemiplenè, ſi agatur contrà maritum, & n.29.*

30 *Vergentia ad inopiam debet plenè probari, quando aſſecuratio petitur cum creditoribus, vel tertijs poſſeſſoribus.*

31 *Vergentia ad inopiam cum tertijs, & creditoribus non debet eſſe adeò ſcrupuloſa, vt ſit probandum, omnia bona mariti effecta eſſe non ſoluendo.*

32 *Sufficit probatio, quod vir incipit malè vti ſubſtantia ſua, iuxta iura nouiſſima, & impugnantur contrarium tenentes, & n.33., & 34.*

35 *Vergentia ad inopiam à muliere non eſt probanda, quando venit excipiendo contra creditores, & habet conſtitutum, vel precarium pro ſua dote.*

36 *Stante conſtituto, ac precario mulier excipit de vergentia, & retardat executionem, abſque eo quod debeat præcedere declaratio Iudicis ſuper illa.*

37 *Paupertas ad effectum obtinendi aſſecurationem probatur per teſtes examinatos, citata parte, ſecùs ſine citatione receptos.*

38 *Paupertas mariti probatur per communem reputationem, & quod quis eſt decoctus, & quod non habet vndè ſe alat.*

39 *Probatur ex latitatione mariti, illius carceratione, quod eſt malè veſtitus, non habet vndè ſe alat, ex oppignoratione mobilium, & mandatis ſuſpicionis fugæ contra ipſum relaxatis, & n.40.*

41 *Confeſſioni mariti non ſtatur ſuper ſua vergentia ad inopiam, ſed debet illa aliundè probari, & quando ſecùs n.42.*

43 *Vergentia mariti ad inopiam quomodò probetur vide remiſſiuè.*

44 *Aſſecurationi dotis eſt locus ob vergentiam mariti ad inopiam, ſiuè hac caſu, ſiue culpa mariti proceſſerit.*

45 *Aſſecuratio nedum fit pro dote, ſed etiam pro lucro dotali.*

46 *Et fit pro bonis paraphrenalibus, quæ vxor marito vltra dotem dedit.*

47 *Expenſæ litis veniunt in aſſecuratione dotis, ne dos diminuatur.*

48 *Fructus dotis veniunt in illius aſſecuratione à die petitæ aſſecurationis.*

49 *Aſſecuratio dotis in totum mulieri conceditur, non attento beneficio deducto ne egeat à marito allegato.*

50 *Aſſecuratio dotis competit etiam contra maritum minorem.*

51 *Competit contra ſocerum vergentem ad inopiam.*

52 *Aſſecuratio peti poteſt contra creditores mariti, qui acceperunt pecunias cum cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.*

53 *Competit contra tertios poſſeſſores poſteriores habentes cauſam à marito, via Saluiani.*

54 *Excuſſio bonorum mariti requiritur antequam vxor agat contra tertios poſſeſſores.*

55 *Contraria opinio fauore dotis approbatur.*

56 *Excuſſio multo minus requiritur, ſi mulier habeat obligationem Cameralem, ac clauſulam conſtitutioni pro reſtitutione dotis etiam conſtante matrimonio.*

57 *Excuſſio non requiritur, quando maritus eſt notoriè non ſoluendo.*

58 *Nec requiritur ſi mulier agit in Iudicio Saluiani.*

59 *Mulier pro aſſecuratione dotis an agat ſuper bonis à marito cum eius conſenſu alienatis, & n. 60.*

61 *Aſſicuratio dotis à marito non euitatur per cautionem de conſeruanda, & reſtituenda dote.*

62 *Aſſecuratio dotis non competit Mulieri, quæ ſcienter nupſit, & dotem dedit inopi, & debitis inuoluto.*

63 *Contraria opinio refertur, & num.64.*

65 *Prima opinio retinetur, ſed debet ſcientia mulieris probari, cum non præſumatur.*

66 *Scientia non præſumitur in muliere,* & Capic. Galeot. contr.65. num.66. *contrarium tenens reijcitur.*

67 *Scien-*

67 *Scientia probata in muliere, adhuc illi debet præſtari cautio, cum hæc non cenſeatur remiſſa.*

68 *Cautio an ſit admittenda, vel potius ſit ſequeſtranda dos, arbitrio Iudicis remittitur.*

69 *Aſſecuratio mulieri non conceditur poſt decennium à die ſcientiæ vergentiæ mariti ad inopiam.*

70 *Aſſecuratio dotis conceditur etiam ſuper bonis feudalibus, & emphyteuticis.*

71 *Aſſecuratio dotis fit ſuper aliquo corpore bonorum pro quantitate dotis, & lucri dotalis, & non ſuper omnibus bonis, & num.75.*

72 *Aſsecuratio dotis ſuper certis bonis fit per æſtimationem, non per ſubbaſtationem, nec iuxta pretium oblatum à creditoribus.*

73 *Æſtimatio bonorum fit tali caſu abſque defalcatione tertiæ, vel quartæ partis.*

74 *Æſtimatio bonorum, quæ aſsignantur in aſſecuratione dotis, fit largè, & quomodo.*

76 *Aſsecuratio ad mulieris electionem conceditur ſuper certis bonis, & ſi hæc ſint maioris valoris, pro illo pluri permittitur executio creditoribus mariti, & num.104.*

77 *Mulier ſtante hypotheca dotali habet ius eligendi corpus bonorum mariti ſibi benè viſum pro rata ſui crediti dotalis.*

77 *Mulier eligens corpus maioris valoris, quam ſit eius dos, habet electionem reſtituendi illud plus in pecunia.*

78 Capic. Latr. deciſ.42. num.10. & ſeqq. *declaratur.*

79 *Mulier aſsecurata pro ſua dote ſuper certis bonis non poteſt variare.*

80 *Contrarium tenet Rota.*

81 *Vtraque opinio admittitur cum diſtinctione.*

82 *Dotis aſsecuratio non eſt vera reſtitutio, ſed ſimplex aſſecuratio abſque translatione dominij.*

83 *Mulier, bona, ſuper quibus fuit aſſecurata, dicitur illa detinere, non poſſidere.*

84 *Referunt* DD. *tenentes per aſſecurationem dotis naſci propriam illius reſtitutionem.*

85 *Talis opinio reprobatur, & approbatur prima pro non vera reſtitutione.*

86 *Mulier aſſecurata pro dote eſt ſimplex adminiſtratrix bonorum, vt cum illorum fructibus ſe, maritum, & filios alat.*

87 *Aſſecuratio dotis eſt quædam ſequeſtratio pro mulieris cautela.*

88 *Fructus bonorum, in quibus pro dote mulier fuit aſſecurata, ſi excedant alimenta ipſius mariti, & familiæ, ſpectant ad creditores mariti.*

89 *Fructus exuberantes vltra alimenta, maritus non poteſt repudiare in præiudicium eius creditorum.*

90 *Mulier ſi poſt aſſecurationem dotis recedat à marito ſine iuſta cauſa, tunc fructus bonorum debent eſse apud maritum.*

91 *Aſsecuratione dotis facta ſuper bonis fideicommiſſi, hæc non exeunt à fideicommiſſo.*

92 *Mulier ſi vendat bona, ſuper quibus fuit aſsecurata, non transfert aliquod dominium, & n.93.*

94 *Mulier ſoluto matrimonio non acquirit dominium ſuper bonis illis datis pro aſsecuratione dotis ſine Iudicis decreto, & num.95.*

96 *Mulieri ſi euincantur bona illi data pro aſsecuratione dotis, vel pereant ſine culpa illius, datur noua aſsecuratio.*

97 *Augumentum, vel decrementum bonorum datorum pro aſsecuratione dotis eſt mariti.*

98 *Ius offerendi dotem in pecunia mulieri petenti illius aſsecurationem non competit creditoribus mariti, ſed ſolum competit ſoluto matrimonio, & num.105.*

99 Mangil. de ſubhaſt. qu.54., & 55. *contrarium tenens reijcitur.*

100 *Mulier petens aſsecurationem dotis non tenetur recipere pecunias, etiam ad effectum retinendi apud mercatorem ſub honeſto lucro.*

101 *Si non adſint ſtabilia mulier quando teneatur recipere pecunias pro ſuæ dotis aſsecuratione, ad effectum illas inueſtiendi.*

102 *Mulieri agenti pro dotis aſsecuratione actione hipothecaria poteſt tunc dos offerri in pecunia.*

103 *Idem ſi mulier ageret pro vera reſtitutione dotis expacto etiam in caſum vergentiæ mariti ad inopiam.*

105 *Ius offerendi competit creditoribus contra mulierem agentem, vel excipientem de ſua dote ſoluto matrimonio & num.106.*

107 *Fructus bonorum, ſuper quibus fuit dos aſsecurata, non poſsunt ſequeſtrari per creditores mulieris non citato marito.*

108 *Maritus poteſt per viam dationis inſolutum reſtituere dotem in dominio vxori, etiam in caſu vergentiæ ad inopiam conſtante matrimonio, & num.109.*

110 *Mulier cui fuit conſtante matrimonio reſtituta dos cum translatione dominij non poteſt à creditoribus vrgeri.*

111 *Augumentum bonorum datorum in cauſam reſtitutionis dotis debet mulieri afferri à creditoribus mariti.*

112 *Reſtitutio dotis colluſiuè facta à marito vxori conſtante matrimonia nihil operatur in præiudicium creditorum mariti.*

113 *Fructus bonorum datorum à marito pro vera reſtitutione dotis in totum ſpectant ad vxorem, nec poſſunt ſequeſtrari à mariti creditoribus.*

114 *Fructus exuberantes perceptos per mulierem aſsecuratam, ſi illos conſumpſit in ſui, mariti, ac filiorum alimenta, non tenetur reſtituere creditoribus.*

115 *Aſsecuratio dotis facta euaneſcit, ſi marito poſteà ſuperueniant diuitiæ.*

115 *Contrarium firmatur, ſi aſsecuratio ſuit effectum ſuum ſortita.*

116 Capic. Galeot. cap.65. num.45. *reprobatur.*

117 *Diuitiæ ſi ſuperueniant pendente iudicio ſuper aſsecuratione, vel etiam lata ſententia pro illa, ſed non executa, faciunt ceſsare aſsecurationem.*

118 *At hoc remitti arbitrio Iudicis tenent alij, & num.119.*

120 *Mulier aſsecurata pro dote ſi fiat prodiga, fructus bonorum ſequeſtrantur pro alimentis ipſius, mariti, & filiorum.*

121 *Remedium aſsecurationis dotis eſt perſonaliſsimum pro ipſa muliere, & ea defuncta non competit eius filijs, & num.122.*

123 *Filij poſsunt proſequi Iudicium à matre intentatum ſuper aſsecuratione dotis.*

124 *Filijs licèt non competat Iudicium pro aſsecuratione dotis maternæ, tamen datur officium Iudicis ex æquitate, vt dos ponatur in tuto pro eorum alimentis, & num.125.*

126 *Mu-*

126 *Mulier, ſi pendente Iudicio aſſecurationis dotis moriatur maritus, poteſt ex eodem proceſſu proſequi Iudicium plenarium reſtitutionis dotis, & num. 127.*

127 *Reſtitutioni dotis eſt locus etiam quando maritus eſt bannitus cum confiſcatione bonorum, & n. 129.*

130 *Aſſecurationi dotis locus eſt, quando maritus eſt damnatus ad triremes, vel perpetuos Carceres.*

131 *Pariter ſi maritus ſit longè abſens, & non reuerſurus, & mulier habitet in domo Patris.*

132 *Dotis reſtitutioni eſt locus ob ſeparationem thori propter viri ſæuitiam, & num. 133.*

134 *Fructus dotis debentur vxori ab illa die, qua non ſtetit cum marito ob litem ſuper ſeparatione thori, in qua ipſa obtinuit.*

135 *Separatio thori ſi ſequatur culpa vxoris, dos illi non reſtituitur, ſed ſolùm eidem ſunt debita alimenta.*

136 *A ſententia ſuper aſſecuratione dotis ob vergentiam mariti ad inopiam non datur appellatio.*

137 *Datur tamen appellatio ſi dos non ſit iuſtificata, vel non conſtet de vergentia ad inopiam.*

Referuntur DD, ac deciſ. *loquentes de aſſecuratione dotis ob mariti vergentiam ad inopiam.*

AGitur in hoc ſtatuto de repetitione dotis, quã facit Mulier conſtante Matrimonio in caſibus à iure permiſſis, & ſignanter quandò Maritus vergit ad inopiam, & quia materia, nedum in Tribunalibus Vrbis, ſed vbique frequens eſt, hinc in commentando hoc ſtatuto lato calmo procedam.

Et primò præmittendum eſt, quod præciſa vergentia Viri ad inopiam, vel quia inter Coniuges intercedat legitima thoti ſeparatio, conſtante matrimonio non eſt locus reſtitutioni dotis fa-
1 uore vxoris, & ſi maritus illam reſtituat, non liberatur, & huius hæredes tenentur ad nouam reſtitutionem, ſi dos fuerit deperdita *ad tex. in l. 2. ff. ſolut. matrim. & in l. vnica Cod. ſi dos conſtan. matrim. Petr. Barboſ. in l. 2. ff. ſolut. matrim Ripoll. var. reſol. cap. 10. num. 342. ad 345. Boſs. de Dot. cap. 19. num. 8. verſ. quod eſt ſpeciale, Io: Franc Balthaſar. pract. reſol. par. 1. tit. 1. reſol. 8. nu. 1. & 2.*

At vergente viro ad inopiam eſt locus reſtitu-
2 tioni dotis, ſiue eius aſſecurationi ex hoc ſtatuto, quod eſt conforme diſpoſitioni Iuris, de qua *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim., l. vbi adhuc Cod. de Iur. Dot. & §. illud quoque Auth. de æquali Dot.*, per quæ Iura mulieribus vergentibus maritis ad inopiam eſt indultum, vt dotium aſſecurationem petere poſſint.

Et licèt omnia dicta Iura conueniant ſuper puncto principali concedendę aſſecurationis, differunt tamen circa modum; nam *in dict. l. ſi con-*
3 *ſtante*, mulier non admittebatur ad repetitionem dotis, niſi vbi conſtitiſſet bona mariti ad
4 dotis reſtitutionem non ſufficere; *In l. verò vbi adhuc Cod. de Iur. dot.* fuit mulieri plus conceſſum, quoad ſcilicet eſſet locus aſſecutioni dotis, licet in bonis viri adeſſent bona ſufficientia pro reſtitutione dotis, quoties non remaneant tot bona, deducto ære alieno, ſufficientia ad dotis exactionem, & etiam ad ſuſtinenda onera matrimonij; demum *in §. illud quoque Auth. de æqualit.*
5 *dot.* fuit plus indultum, quod licet maritus habeat bona ſufficientia ad dotis exactionem, & etiam ad ſuſtinenda onera matrimonij, etiam deducto ære alieno, nihilominùs vxor admittatur ad exactionem dotis, vbi primum maritus cæpit
6 malè vti ſubſtantia ſua; vnde *in d. l. ſi conſtante Bartol.* inferr, mulieribus Iure Digeſtorum plenè, Iure Codicis pleniùs, Iure Authenticorum pleniſſimè fuiſſe prouiſum, & hoc poſt alios notat *Eſcobar. de Ratiocin. par. 2. comput. 18. n 10.*

7 Vndè hodiè mulier non debet expectare, vt omnia bona viri in cinerem conuertantur, cum poſſit agere ad aſſecurationem ex eò ſolùm, quod maritus incipit malè vti ſubſtantia ſua *Coſt. Sicul. conſ. 59. n. 2. Giurb. deciſ. 16. n. 1. Balthaſſar. alleg. reſol. 8. nu. 12. Rot. coram Puteo deciſ. 359. num. 3. lib. 3., & deciſ. 914. n. 4. coram Cerro*, cum prouida vxor debeat in tempore ſibi, & filijs ſuis proſpicere.

Repetitio dotis ob vergentiam viri ad in-
8 opiam, quando fit agendo, proceditur via ordinaria monitorij, vel Libelli ex Statuto hic, & tali forma ſtatuti non ſeruata, Iudicium eſt nullum, vt præcisè firmat *Rot. deciſ. 62. num. 7. verſ. vltra qua coram Caualer.*

9 Et hoc idem procedit de Iure, *Cappucc. in ſua praxi tom. 2. de Aſſecurat. dot. cap. 3. art. 1. n. 8. & ſeq. Mut. deciſ. Sicil. 23. n. 1. & infrà.*

Sat tamen eſt, quod monitorium, vel Libellus exequantur contra maritum, & non eſt neceſsè
10 quod fiat contra tertios creditores *Cappucc. dict. art 1. n. 2. & 3.*, vbi ſubdit ſic pluries practicaſſe *Rot. deciſ. 446. n. 11. coram Caualer.*

At ſi in Inſtrumento dotali adſint obligatio Cameralis, vel alia pacta executiua pro reſtitutione dotis, tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio,
11 tunc non proceditur ordinariè, ſed executiuè, & ſic ceſſat neceſſitas Monitorij, vel Libelli *Pigant. ad Stat. Ferrariæ Rubr. 109. nu. 16. verſ. quinto quia Cappucc. dict. art. 1. n. 17., & ſeq.*, benè *Maſtrill. deciſ. 142. n. 22., & ſeq. Rot. deciſ. 66. num 14. poſt*
12 *Mangil. de Subbaſt.*, vbi quod promiſſio reſtituendi dotem, tali caſu extenditur ad reſtitutionem in caſu vergentiæ ipſius mariti ad inopiam *deciſ. 217. n. 7. coram Millin., & deciſ. 914. nu. 5. coram Cerro.*

Et licèt contrarium videatur velle *Mut. dict.*
13 *deciſ. 23. num. 10.*, tamen benè perpenſus dubitat ſolùm, quando non adeſt expreſſa obligatio dotem reſtituendi in omnem caſum, tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio, & vlteriùs opinio *Mute* poteſt procedere, quando obligatio de reſtituenda dote, eſt quidem generalis, ſed non ſpe-
14 cifica ad caſum conſtantis matrimonij; & demùm opinio Rotæ rationabilis debet præualere opinioni *Mute*, & hanc opinionem ſequitur *Boſs. de Dot. cap. 19. n. 10., & 11.*

Et aſſecuratio dotis, ob vergentiam mariti ad inopiam deducitur paſſim excipiendo contra creditores mariti volentes exequi pro eorum crediris ſuper illius bonis, & tali caſu, quo mulier deducit aſſecurationem excipiendo, ſi doceat de ſua dote, & de vrgentia mariti ad inopiam, auditur, & non eſt neceſſe quod priùs præceſſerit
15 probatio vergentiæ, ac declaratio Iudicis quod maritus vergit ad inopiam, prout talem declarationem præambulam neceſſariam eſſe tenent *Tort. ad Stat. Pap. Rubr. 88. n. 4. Coſt. remed. Subſid. 1. n 2. Mangil. de Subbaſt. qu. 54. n. 6. & infrà Caren. reſol. 20. n. 3. & 4. Gratian. deciſ. 194. n. 21.*

ad 27. Theſaur. deciſ. 207., & hanc opinionem
mordicus defendit Barbat. ſuper Pragm. Aſſiſten-
tiam gloſ.2. n.93. ad 104., qui n.105. ſubdit,quod
tali caſu mulier ſolum debet aſſecurari per cau-
tionem de reſtituendo, quando obtinuerit aſſe-
16 curationem, & huiuſmodi opinionem videtur
amplecti Rot. deciſ.1232. num.10.& ſeqq. coram
Coccin.

Nàm verior eſt opinio, & magis fundata,ac in
praxi ſeruata, quod talis præambula declaratio
non ſit neceſſaria, ſed poſſit mulier tàm agendo,
quàm excipiendo oſtendere ſuum creditum dotis,
17 ac vergentiam mariti ad inopiam, & obtinere
aſſecurationem Bald. Nouell. de dot. par.17. pri-
uileg.24. nu. 2. verſ. ſed ego, vbi adducit rationes
Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. cap.94. num.12.& ſeq.
Merlin. de pignor. lib.3. qu.73.num.15. verſic.quic-
quid & ſeq. Marlian. deciſ. Ianuen.81. Chart. deciſ.
Ianuen.8. n.2. Gurb. deciſ 61.n.15.verſ.ego autem,
vbi pluribus relatis hoc exiſtimat eſſe veriùs, &
cum hac opinione reſidet Capic. Latr. deciſ.42. n.
9. verſ. ſecundo dicebatur, & ſequitur Zaul. poſt
hæc ſcripta in lucem æditus ad Stat. Fauent. tom.
1. Rubr.36. n.58.

Quò circa ſi creditores mariti faciant ſuper
huius bonis executionem, & vxor veniat ad cau-
ſam ad impediendam executionem cum ſua dote
ob vergentiam mariti ad inopiam eſt exaudienda,
licet adhuc per eam non ſit probata inopia pro
18 obtinenda aſſecuratione, & debet admitti ad
probandam vergentiam ad inopiam Pignat.Rubr.
109. n.30. circa fin. Sanfelic. deciſ.131.p.1.Ab Ec-
cleſ. obſeruat. 160.num 10. par. 2.,vbi quod ſat eſt
quod mulier excipiendo probet inopiam, nec eſt
opus, quod priùs obtineat declarari vergentiam,
& hanc opinionem, quod mulier audiatur exci-
piendo, & ad effectum retinendi, ac impediendi
creditores mariti volentes exequi ſuper huius bo-
nis, tenent etiam clari per Fab. de Ann. conſ.63.
n.1. lib.1. Poſt. reſol. 26. n.9. & infrà Boſs. de dot.
cap.19. n.6.Conciol. alleg ciuil. 77. nu.5. ad 7., vbi
plures cumulat Thor. vot. deciſ.74. n.4.& 5.par.1.
Fenzon. hic nu.7. & ſeq., & eamdem opinionem
contra Theſaur. deciſ. 207., & alios eſſe commu-
nem teſtatur Ab Eccleſ obſeruat.160. n.12. par.2.
Zaul. ad Stat. Fauent. tom.1. lib.3. Rubr.36.n.28.
verſic. vbi quod ſatis eſt.

Et ratio huius opinionis eſt prompta, ac ſoli-
da, quia ſi mulieri datur actio, multo magis ei-
19 dem competit exceptio Fab. de Ann. conſ.63.n.1.
in fine lib.1. Cappucc. in prax. dict. artic.1. num.1.
29. & 30.

Quâ opinione retenta vti veriori, & æquiori,
non eſt curandum de Doctoribus contrariam
ſententiam ſectantibus, quia hanc ſecundam fa-
20 uore mulieris, & dotis tenent Doctores maioris
numeri, & ponderis, & eſt fundata in veritate, &
æquitate, que fauore dotis ſemper priuilegiatæ
debet præualere ex firmatis per Afflict. deciſ.213.
n.2., & cum hac opinione paſſim in Tribunalibus
proceditur.

Talis tamen petitio aſſecurationis per viam ex-
21 ceptionis propoſita pro dote aduerſus creditores
anteriores, non admittitur ad impediendam
executionem, ac venditionem bonorum mariti
Fab. de Ann. conſ.63.n.5.lib.1.

Et talis aſſecuratio conceditur mulieri non ſo-
lum per viam exceptionis, & retentionis contra
22 creditores mariti, ſed etiam per viam actionis
contra maritum, quicquid incautè, & contra
clarum Tex. in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim., vbi
mulieri conceditur actio, teneat Merlin. de pi-
23 gnor. lib.3. qu.73. n.13.,& contra Merlinum tenet
Conciol. allegat. ciuil.75. n.6.& 7.

Vt autem ſit locus aſſecurationi dotis debet
priùs de dote conſtare, nec enim ad hunc effectum
24 ſufficit confeſſio mariti de dote recepta in præ-
iudicium creditorum, ſed debet doceri de vera
illius ſolutione Magon. deciſ. Lucen. 55. n.11. niſi
confeſſio verificata remaneat ex pluribus conie-
25 cturis à Iure approbatis veram ſolutionem ſua-
dentibus, vt in his terminis præciſis probat Rot.
deciſ.775. coram Vbald. Sen.

Et ſi dos conſiſtat in fundo dotali, illi mulier de-
26 bet inſiſtere, nec poteſt creditoribus mariti impe-
dire executionẽ ſuper huius bonis, cũ tali caſu nõ
habeat mulier ſuper illis retentionem ad Text. in
l. in rebus C. de Iur. Dot. Merlin. de pignor. lib.3.
qu.73. n. 11. Caſtald. conſult. forenſ.5. num. 3. Rot.
deciſ.441. nu.11. par. 14. rec., & deciſ.83. num.3.
par.15., & faciunt plenè firmata per Fontanell. de
pact. nupt. Clauſul.5. gloſ.8. par.13. n.8. ad 20.

Si verò dos ſit conſtituta in quantitate, licèt
poſteà ſoluta fuerit in ſpeciebus æſtimatis, rema-
net adhuc in quantitate, & pecunia, nec tenetur
mulier recipere corpora data in dotem, ſed po-
27 teſt petere illius aſſecurationem in quantitate
ſuper alijs bonis mariti, etiam à tertijs, ac cre-
ditoribus poſterioribus poſſeſſis Cappucc. in prax.
tom.2. cap.3. artic.4. n.66. Rot. deciſ. 257. nu.4. &
ſeq. coram Coccin, & deciſ. 692. n.5. ad 7. coram
Amat. Dunozett.

Vltra creditum dotis debet mulier probare
vergentiam mariti ad inopiam ad effectum obti-
nendi aſſecurationem, & quando agitur inter ip-
28 ſos coniuges ſat eſt ſemiplena probatio talis ver-
gentiæ Fenzon. hic num. 30. & 31. Poſt. reſol. 56.
n.45. & ſeq. Mangil. de Subhaſt. qu 54. n. 15. in
princ. Barbat. ſuper Pragm. Aſſiſtentiam gloſ.2. nu.
76. Benintend. deciſ. Bonon.68., vbi benè, Gratian.
deciſ.194. n.24. Ludouic. deciſ. Lucen. 22. n.14. &
15. Danz. ad Gramat. deciſ.92. nu.19. Zaul. alleg.
Rubr.36. num.28.; & ideò hoc caſu ſufficit leuior
29 probatio, quia præiudicium mariti non eſt con-
ſiderabile, dum dote aſſecurata, fructus eiuſdem
deſeruiunt etiam pro alimentis ipſius mariti Be-
nintend. ibidem; & ſat eſt quod maritus incipiat
malè vti ſubſtantia ſua Ludouic. deciſ. Lucen.22. n.
14.& 19. in fine.

Quando verò agitur cum creditoribus mariti,
vel tertijs poſſeſſoribus ab eo cauſam habentibus,
30 requiritur plena probatio talis vergentiæ ad in-
opiam Fenzon. hic n.31. Gratian. cap.872. num. 20.,
& 21., & deciſ.194. n.24. Poſt. reſol.26. num. 45.
ad 47. Ciarlin. contr.94. nu. 10. lib.1. Caren. reſol.
20. n.2. Barbat. dict. num.76. verſic. ſecundus caſus
Mangil. dict. qu. 54. n. 15. Danz. ad Gramat. deciſ.
92. n.20. Ludouic. deciſ. Lucen.22. nu. 16. Magon.
deciſ. Lucen.55. n.4. Rot. deciſ.23. num. 13. & 14.
par.9. rec.& deciſ.274. n.7. coram Priol.

At licèt contra creditores, ac tertios requira-
tur plenior probatio, nihilominùs illa non debet
eſſe adeò exacta, & ſcrupuloſa, cum ſat ſit pro-
31 bari, quod vir incipiat labi facultatibus, & re
ſua

Digitized by Google

ſua malè vti, abſque eo quod omnia viri bona
effecta ſint non ſoluendo per text. ad litteram in §.
illud quoque Auth. de æqual. Dot. Poſt. reſol. 26. n.
47. & 48. Fenzon. hic n. 28., benè Maſtrill. deciſ.
142., vbi oſtendit quando maritus dicatur malè
vti ſubſtantia ſua, Conciol. alleg. ciuil. 77. num. 3.
Ripoll. var. reſol. cap. 10. n. 365., & ſeq. Merlin. de
pignor. lib. 3. qu. 73. n. 25. Rot. deciſ. 257. nu. 3. co-
ram Coccin. deciſ. 775. n. 12. coram Vbald. Sen., de-
ciſ. 215. n. 6. coram Royas, deciſ. 10. num. 12., & 13.
p. 2. recent. & deciſ. 474. n. 10. p. 14.

Et quamuis Capie. Galeott. contr. 65. num. 1., &
32 ſeq. lib. 2. velit eum Petr. Barboſ. in l. ſi conſtante
n. 44., & ſeq. ff. ſolut. matrim., quod diſpoſitio di-
ctæ leg. ſi conſtante, ac alteriùs leg., vbi adhuc Cod.
de Iur. Dot. non ſit correcta per dict. Tex. in §. illud
33 quoque Auth. de æqualit. Dot., & videtur ſequi
Zanl. alleg. Rubr. 36. n. 28., nihilominùs fallitur,
cum communis opinio ſit in contrarium, quoad
hoc, vt hodiè ſat ſit vxori repetenti dotem ob
vergentiam mariti ad inopiam, quod probet, ma-
ritum incipere malè vti ſubſtantia ſua, quod ſo-
lum in dict. §. illud quoque fuit ſancitum, & proba-
tur ex auctoritatibus mox relatis, ex quo mulier
non debet hodiè expectare, quod maritus omnia
dilapidet, & diſperdat, ſed debet in tempore
34 ſibi, & filijs prouidere, quando videt maritum
incipere malè vti ſubſtantia ſua Gaill. obſeruat. 33.
n. 11. lib. 1. Ciarlin. dict. cap. 94. n. 2. & 3. Conciol.
alleg. ciuil. 77. n. 4. Poſt. reſol. 26. n. 8. Ludouic. de-
ciſ. Lucen. 22. num. 14. & 15., Laurent. deciſ. Ane-
nion. 202. nu. 2. verſ. cæterum omnes Mut. deciſ. 23.
num. 20., & 21., & tenet ferè omnis Doctorum
ſchola.

Non debet tamen ab vxore probari talis ver-
gentia ad inopiam, quando agit ad impedien-
35 dum executionem creditorum contra bona viri,
quoties habeat Conſtitutum, vel Præcarium pro
ſua dote Ciarlin. dict. cap. 94. nu. 29., & ſeq. Poſt.
reſol. 26. n. 41., Idem de Subbaſt. inſpect. 18. n. 118.
ab Eccleſ. obſeruat. 160. n. 12. par. 2. Chartar. deciſ.
Iannen. 81. Gramatic. deciſ. 92. n. 18. & ſeq., & ibi
Danz. in addit. n. 25. Gurb. deciſ. 61. n. 16. Sanfelic.
deciſ. 131. num. 7. & 8. Thor. vot. deciſ. 74. num. 7.
par. 1.

Et ſtante dicta clauſula Conſtituti ex ſola alle-
gatione vergentiæ mariti ad inopiam retardatur
executio creditoribus, & mulier obtinet aſſecu-
rationem, probata cum illis vergentia, & hoc caſu
nulla cadit dubitatio, quod etiam non obtenta
36 prius declaratione Iudicis ſuper vergentia mariti
ad inopiam, & ſuper aſſecuratione dotis, mulier
vigore clauſulæ Conſtituti, & Præcarij benè ex-
cipit de vergentia mariti ad inopiam Ab Eccleſ.
obſeruat. 160. n. 12. verſ. multo magis Boſs. de Dot.
cap. 19. n. 6. Barbat. dict. gloſ. 2. n. 88. Chart. deciſ.
Iannen. 8. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 199. n. 2.; at hoc
ob clauſulas Conſtituti, & Præcarij faciliùs pro-
cedit, nàm etiam illis deficientibus ex firmatis
verior, crebrior, ac æquior eſt opinio, quod mu-
lier excipiens contra creditores mariti volentes
executionem facere ſuper illius bonis, ſuper mariti
vergentia ad inopiam, ac pro aſſecuratione dotis
audiatur etiam, non obtenta priùs declaratio-
ne Iudicis ſuper tali vergentia, & aſſecuratione.

Paupertas vero, ac inopia mariti ad effectum
obtinendi aſſecurationem probatur per teſtes de
illa deponentes per examen factum citata parte,
37 aliàs examinati ſine tali citatione non releuant
Cappuce. alleg. cap. 3. artic. 1. n. 22. & 23. Rot. de-
ciſ. 174. n. 4. verſ. primo quia coram Vbald.

Et teſtes talem paupertatem, & inopiam mari-
ti probant, ſi deponant ſuper illa de publica voce
38 & fama, & communi reputatione, quod non
habet in bonis, quod eſt decoctus, & quod ſi filij
cum proprijs laboribus illum non alerent, fame
periret, plenè Poſt. reſol. 26. n. 49. & 50. Rot. deciſ.
474. n. 4. ad 10. par. 14. recent., vbi in his termi-
nis, quod inopia probatur ex fama publica, ex
39 ſubhaſtatione mobilium domus pro modico de-
bito, ex oppignoratione veſtium vxoris, & filio-
rum ſub vſuris, ex mandatis ſuſpicionis fugæ
contra ipſum maritum relaxatis, ex alienationi-
bus bonorum, & ex abſentia ab Vrbe ob debita,
nihilo relicto pro ſuſtentatione domus, & fami-
liæ, & deciſ. 775. n. 14. & ſeqq. coram Vbald., vbi
quod probatur ex latitatione mariti, nè carce-
40 retur, ex quo fuit pluries carceratus, & ad effe-
ctum ſe eximendi à carceribus fuit coactus aſſi-
gnare bona creditoribus, ex quo incedit malè
veſtitus, non habet neceſſaria ad victum, nec ha-
bet creditum vnius obuli, ex quo etiam dicit
probari ſummam egeſtatem.

Nec ſuper vergentia mariti ad inopiam ſtatur
illius confeſſioni, niſi per teſtes, vel alias legiti-
41 mas probationes modo quo ſuprà de ea doceа-
tur, vt expreſsè diſponit ſtatutum hic, & idem
eſt de Iure Pigant. dict. Rubr. 109. n. 19. Molegnan.
altereat. legal. 74. n. 10. Barbat. alleg. gloſ. 2. n. 78.
Gratian. deciſ. 194. n. 26. Mart. Medic. deciſ. Senen.
82. n. 3. & 4. Giurb. deciſ. 24. n. 4. Cornazzan. de-
ciſ. Lucen. 95. n. 2., vbi quod non ſuffragatur con-
feſſio mariti ſuper vergentia, etiamſi facta ſit co-
ram Iudice, & dictum Cornazzan. ſequitur Ho-
rat. Barbat. ſuper pragm. de Aſſiſten. gloſ. 2. n. 78.
qui tamen hoc limitat, quando agitur inter vi-
42 rum, & vxorem tantùm, tunc enim ait ſufficere
confeſſionem mariti ſuper propria vergentia ad
inopiam.

43 Et generaliter quomodo probetur vergentia
videantur de materia Gaill. obſeruat. 83. lib. 2.
Paitell. expedit. ciuil. 4., Conciol. alleg. ciuil. 77. à n.
17. Benintend. deciſ. 68. Maſtrill. deciſ. 142. à n. 8. &
infra plenè Rot. deciſ. 474. p. 14. rec.

Probata vergentia mariti ad inopiam, ſiuè hæc
44 proceſſerit illius culpa, ſiuè à caſu, ſemper eſt
locus petitæ aſſecurationi dotis. Gaill. obſeruat.
83. n. 2. lib. 2. Pigant. Rubr. 109. n. 4. verſic. illud
certè Petr. Barboſ. in l. ſi conſtante in princ. n. 11. ff.
ſolut. matrim. plenè Boſs. de Dote cap. 19. num. 17.
verſ. nihilominus etiam. Balthaſſar. allegat. reſolut.
8. num. 3.

Quando autem eſt locus aſſecurationi ob ver-
gentiam mariti ad inopiam, tunc mulier aſſecu-
ratur nèdum pro dote, ſed etiam pro lucro dotis
45 & donatione propter nuptias Euerard. Iun. conſ.
34. n. 44. lib. 1. Gaill. dict. obſeruat. 83. n. 3. verſic.
ampliatur Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. par.
6. qu. 5. n. 30. Cancer. var. reſol. par. 1. cap 9. n. 38.
Spadazz. in Theatr. viduil. diſquiſit. 79. n. 129. &
ſeq. Petr. Barboſ. in l. ſi conſtante n. 7. ff. ſolut. ma-
trim., Balthaſſar. alleg. reſol. 8. n. 7. Cardin. de Luc.
de Dot. diſc. 117. n. 2. Thor. vot. deciſ. 74. n. 13. verſ.
immò nèdum tom. 1. Mut. deciſ. 23. nu. 16. Gratian.

deciſ. 194. ſæté *per tot. Galganet. hic nu.*50. *verſic.*
& in hoc Iudicio Rot. deciſ. 287.*n.*10. *coram Millin.*,
*& deciſ.*292. *n.*2. *p.*2. *recent.*

Quinimò talis aſſecuratio datur etiam pro bo-
46 ois paraphrenalibos, quæ vxor marito vltra do-
tem dedit *l. vbi adhuc Cod. de Iur. Dot. Gaill. ob-
ſeruat.*83.*n.*3. *Rodoer. ad de Marin. reſol.*20.*num.*3.,
*Petr. Barboſ. in dict. l. ſi conſtante in princip. num.*8.
*Balthaſſar. alleg. reſol.*8.*n.*8.

Et in tali aſſecuratione dotis veoiuot etiam
expenſæ litis, quas mulier cogitur ſubire pro ob-
47 tinenda aſſecuratione, illaſque exigit ex bonis
mariti vna eum dote, ne aliàs dos diminuatur
*Gabriel. conſ.*147. *ante num.*1. *lib.*1. *Palat. Runioſ.
de Donat. inter vir. & vxor.* §.29. *num.*1.,& 4. *fol.
mihi* 225. *Pigant. alleg. Rubr.* 109. *nu.*17. *Barbat.
dict. gloſ.*2. *n.*66. *Boſs. de Dot. cap.*19 *n.*13. *Conciol.
alleg.*77.*n.*15.

Prout io aſſecuratione dotis veniunt illius fru-
48 ctus à die petitæ aſſecurationis in Iudicio *Cap-
puce. in praxi tom.* 2. *cap.*3. *artic.*1. *num.*21., qui
allegat *deciſ. Dunoz.* inter eius nunc impreſſas
778. quæ ſuper hoc nihil dicit, ſed conclusio per
ipſum firmata eſt vera, & illam firmant *Barbat.
dict. gloſ.*2.*n.*83. *& Rot. deciſ.* 458. *num.* 2. *par.*4.
diuerſ.

Et talis aſſecuratio fit pro tota dote, nec illam
euadit maritus, allegando beneficium deducto
49 nè egeat *Petr. Barboſ. in l. maritum n.* 32. *ff. ſolut.
matrim.*, & ex *Fontanell. Boſs. de Dot. cap.*19. *n.*9.,
& eſt ratio quia tali caſu dos ſolum collocatur in
tuto ſub adminiſtratione vxoris, & ex illa recipit
alimenta etiam maritus, vt dicemus infrà.

Competit aſſecuratio etiam contra maritum
50 minorem *Gaill. obſeruat.*83. *n.*8. *ad* 10. *lib.* 2. *Pi-
gant. Rubr.*109.*n.*7.

Et competit nè dum contra maritum, ſed etiam
contra Patrem mariti, qui recepit dotem, & ſic
51 contra ſocerum vergentem ad inopiam *Gaill. dict.
obſeruat.*83. *n.*6. *lib.* 2. *Pigant. Rubr.* 109. *num.*7.
*Molfeſ. alleg. qu.*5. *n.*36. *Surd. de aliment. tit.*1. *qu.*
39. *n.*12. *& ſeq. Rodoer. ad de Marin. obſeruat.*20.
*n.*5. *Balthaſſar. alleg. reſol.*8. *n.*9. *Rot. deciſ.*257.*n.*
3. *coram Coccin.*, vbi agebatur in concurſu credi-
torum ſoceri, ſed videatur *Fab. de Ann. conſ.* 63.
*n.*6. *&* 7. *lib.*1.

Poteſt aſſecuratio prædicta peti etiam cootra
concreditores ipſius mariti poſteriores, qui exe-
gerunt pecunias cum cautione de reſtituendo
52 prioribus, & potioribus, & quidem executiuè,
ſi dicti concreditores ſunt obligati cum obliga-
tione camerali, & ipſa mulier habeat pariter ob-
ligationem Camcralem pro reſtitutione dotis,
tàm conſtante, quam ſoluto matrimonio *Rot. de-
ciſ.*66. *n.*4. 10.,& 11. *poſt. Mangil. de Subbaſt.*

Ac etiam competit per viam Saluiaoi contra
tertios poſſeſſores poſteriores habentes cauſam à
53 marito plenè *Poſt. reſol.*26. *per tot. Rot. deciſ.*474.
par. 14. *rec.*, vbi de aſſociatione ſtante clauſula
conſtituti.

Sed ante quam poſſit agi contra tertium requi-
ritur excuſſio mariti, ac eius bonorum *Rolan. conſ.*
54 9.*n.*5. *&* 6. *lib.*1. *Gutierez. conſ.*19. *nu.*17. *Coſt.
remed. Subſid.* 1. *n.* 5. *Molegnan. altercat. legal.* 74.
*n.*13. *Petr. Barboſ. in dict. l. ſi conſtante in princ. n.*
5. *& ſeq. ff. ſolut. matrim. Balthaſſar. allegat. reſol.*
8. *n.* 22., *verſic. verum contrariam Olea de Ceſſion.
Iur. tit.*3. *qu.* 7. *n.*19., qui dicit cauendum eſſe à
contraria *deciſ.* 109. *Maſtrilli* volentis, fauore
dotis non requiri talem excoſſionem.

Sed quod talis excuſſio mariti non requiratur,
in cauſa dotis ratione publici booi, & quia in
55 ea proceditur de plano, ac ſimpliciter reiectis
apicibus Iuris *poſt Bald. Nouell. de Dot. par.* 8.
*priuileg.*37., *& Ludouic. deciſ. Lucen.* 22. *n.*12. te-
oet *Rot. deciſ.* 775. *nu.*18. *& ſeqq.*, vbi quod hæc
opinio videtur verior in puncto Iuris *coram
Vbald. Sen.*, *& Balthaſſar. alleg. reſol.* 2. *n.* 22. re-
fert *Iaſ. in l. ſi conſtante in princ. num.*202. *ff. ſolut.
matrim.* qui dicit, hanc opinionem eſſe in puncto
iuris veriorem.

Quando tamen adeſt obligatio Camcralis cum
56 clauſula Conſtituti facta à marito de reſtituendo
dotem, tam conſtante, quàm ſoluto matrimo-
oio, tunc non requiritur excuſſio mariti, ſed po-
teſt agi directo contra tertium poſſeſſorem *Coſt.
remed. Subſid.*1. *n.*6. *Viuius deciſ.* 538. *n.*14. *& in-
frà Rot. deciſ.*775.*n.*24. *coram Vbald. & deciſ.*474.
*n.*2. *par.*14. *rec.*, *Zaul. alleg. Rubr.*36.*n.*31.

57 Nec minùs talis excuſſio requiritur, quando
maritus notoriè oon eſt ſoluendo *Pariſ. conſ.*70.*n.*
46., *& ſeq. lib.*1. *Ciarlin. alleg. cap.*94. *n.* 18. *Boſs.
de Dot. cap.*19. *n.*8. *Ludouic. deciſ. Lucen.*22. *n.*12.
*Rot. deciſ.*775.*n.*22. *coram Vbald. Sen.*

Proùt nec requiritur, quando mulier agit in
58 Saluiano pro aſſecuratione dotis, cum in tali
Iudicio non admittatur exceptio excuſſioois *Rot.
deciſ.*775.*n.*23. *coram Vbald. Sen.*

Quioimò vxor poteſt pro aſſecuratiooe dotis
agere ſuper bonis alieoatis à marito cum con-
ſeoſu eiuſdem vxoris, ſuperueniente inopia poſt
alienationem, præcipuè quando conſenſus alie-
oationi fuit per mulierem præſtitus ſine ſolem-
59 oitatibus *Statut. Vrbis lib.*1. *cap.* 151. *Rot. deciſ.*
474. *n.*11., *&* 12. *par.*14. *recen.*; & ſi vxor præſti-
tit cooſenſum alienationi aliquorum booorum
factæ per maritum, non ob hoc vergente marito
60 ad inopiam prohibetur pro aſſecuratione ſuę do-
tis agere ſuper bonis alienatis à marito, ſine eius
conſeoſu, & ipſi vxori pro dote hypothecatis *Rot.
4 & in ſubſidium ex fructibus beneficij Eccleſiaſtici
ad text. in capit. peruenit vbi *Canoniſtæ de Arbitr.*
Petr. Barboſ. ibid. n.132. & 135., Poſt. reſol.135.
n.15., Gratian. cap. 65. n.14., Giurb. ad conſuetud.
Meſſan. cap.3. gloſ.3. n.61., Fontanell. de pact. nupt.
Clauſ.5. gloſ.3. n.30. & infra Molfeſ. ad conſuetud.
Neapol. tom.1. par.5. qu.11. n.20. & 21., Add. ad
deciſ.460. n.74. & ſeq. & num.91., & infra par.4.
tom.2. recen., & facit *Rot. deciſ.269. poſt. 2. vol. conſ.*
Farinac.

Quinimmo frater Clericus in hoc habet maio-
5 rem obligationem ob maiorem charitatem, quam
Eccleſiaſtici debent habere erga proximum, *Mol-*
feſ. dict. n.21., & Add. ad dict. deciſ.460. n.93. par.
4. tom. recen.

Et talis obligatio dotandi ſororem in fratre
eſt adeo præciſa, vt ſi ſoror habeat legitimam, vel
alia bona, non tamen ſufficientia pro dote con-
6 grua, teneatur ipſe frater ſupplere de proprio
Staiban. reſol. forenſ. 74. n.15., Theſaur. deciſ.192.
num. 7.

Et talis dotatio ſororis debet à fratre fieri etiã
ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, nam licèt ex fi-
deicommiſſo tranſuerſalis non detrahatur dos,
attamen hoc non procedit quoad dotem conſti-
tuendam ſorori primi gradus, in cuius præiudi-
7 cium non potuit à fratre ordinari fideicommiſ-
ſum, ad excludendam ſolutionem dotis proprij
debiti *Gratian. cap.65. num.11. ad 13. Peregr. de*
fideicom. artic.40. num. 50. verſ. idem eſt, Staiban.
reſol. forenſ. 74. num.18., & ſeqq. lib.1. & faciunt
tradita per *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.2. cap.15.*
num.57. & infra.

Si autem concurrant frater conſanguineus tan-
8 tum, ac vtrique coniunctus, onus dotandi ad hunc
ſpectat, ſicut eiuſdem fauore ſucceſſio primo lo-
co defertur *Cardin. de Luc. de dot. diſcurſ. 142.*
num. 60.

Prout ſi adſunt Mater, vel alij aſcendentes per
lineam paternam, vel maternam, non tenetur
9 frater dotare ſororem cum illi prius teneantur
dotare *Barboſ. in alleg. leg.1. par.4. nu.137. verſic.*
limita

Digitized by Google

limita ſecundo ff. ſolut. matrim. Barz. deciſ. 130. nu. 99. Rot. deciſ. 77. n. 5. & infra coram Coccin, & deciſ. 28. n. 8. coram Duran.

Et ſi adſit hæres Patris, adhuc petinet onus alendi, ac dotandi, nec Mater, nec frater, nec 10 alij tenentur alere, nec dotare *Barboſ. dict. n. 137. verſ. quod ampliandum circa finem*, & pro certo hoc præſupponit *Rot. deciſ. 432. n. 1. coram Card. Millin., deciſ. 26. n. 9. & infra coram Duran.*

An autem talis obligatio fratris dotandi ſororem procedat quoad ſororem vterinam, ſuper hoc eſt magna quæſtio inter Doctores, nam talem obligationem procedere ſolum fauore ſororis 11 vtrinque coniunctæ, vel conſanguineæ tantum, non autem vterinæ, & ex diuerſo Patre natæ videtur probari ex verbis *leg. cum plures 13. §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* & per dictam legem hoc tenent *Barboſ. in dict. leg. 1. num. 125. ad 128.*, vbi teſtatur de veriori opinione, *Fenzon. hic enim n. 6. ad 9.*, vbi aſſerit quod hæc opinio eſt magis communiter recepta, *Coſt. remed. ſubſid. 66. num. 4. & 5. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rubr. 49. num. 13. Cardin. de Luca de Dot. diſcurſ. 142. num. 58. Add. ad deciſ. 460. num. 125. & infra par. 4. tom. 2. rec.* qui reſpondet contrarijs, & amplius dicit, quod 12 quod Doctores in hoc non potuerunt contrarium dicere contra expreſſam diſpoſitionem *dict. l. cum plures*, *Rot. deciſ. 137. num. 19. par. 6. recen.*

Sed fauore ſororis vterinæ, quod à fratre vterino in ſubſidium ſit & ipſa dotanda, non exiſtentibus fratribus vtrinque coniunctis, vel con- 13 ſanguineis, qui dotare poſſint, tenent poſt alios relatos *Surd. de alim. tit. 1. qu. 25. num. 20. ad 29.* vbi teſtatur de magis communi, & veriori opinione, *Gratian. cap 65. num. 4. & ſeq. Boſs. de Dote cap. 5. num. 58. ad 63.* qui reiecta contraria opinione cum hac reſidet tanquam æquiori, & rurſus *cap. 8. num. 544. Moliu. de Primogen. Hiſpan lib. 2. cap. 15. num. 62. verſic. ſi vero*, *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 1. par. 5. q. 11. num. 23., & 24., Gizz. ad Capiec. Latr. deciſ. 38. num. 13., Lucidor. de illegitim. cap. 18. num. 7.*, vbi quod hæc opinio eſt magis æqua, ac mitior, nec videtur diſſentire *Cardin. de Luca de Dot. diſcurſ. 142. num. 58.*, & miſertus harum ſororum vterinarum (licet contrariam opinionem dicat communem) illam ſequitur etiam *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 3. n. 26. ad 28.*

Et Doctores qui tenent pro ſorore vterina mouentur ſumpto argumento ab alimentis, in quorum locum dos ſuccedit, quæ alimenta frater vte- 14 rinus tenetur in ſubſidium preſtare fratri, & ſorori vterinis, quod argumentum licet impugnent primæ opinionis ſectatores, & ſignanter *Barboſ. in dict. leg. 1. par. 4. num. 125. & ſeq.*, *& Add. ad deciſ. 460. num. 142. & infra par. 4. tom. 2. recen.*, dicentes non valere argumentum ab alimentis ad dotem, quando contrarium in dote reperitur expreſsè diſpoſitum *in alleg. leg. cum plures*; & quia ſecundum *Barboſ. vbi proxime num. 134. & 135.* cauſa alimentorum dicitur fauorabilior, quam cauſa dotis, cum illa tendant ad conſeruationem vitæ, hæc ad conſeruationem honeſtatis.

Attamen neutrum ex fundamentis prædictis 15 videtur tollere æquitatem huius ſecundæ opinionis; non illud deductum *ex dicta l. cum plures*, vel quia dicta lex eſt correcta ex nouo Iure Codicis, vt aduertunt *Gratian. cap. 65. num. 4. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 3. gloſ. 3. num. 60. verſ. ſiue vtrinque, eo verſic. ſine contingat. Boſs. de Dot. cap. 5. num. 62.*; vel ex verbis eiuſdem *l. cum plures* non incongruè colligitur, quod licet tutori non ſit accepto ferenda dos data ſorori vterinæ pupilli, attamen aduertit ibi Paulus Iuriſconſultus, quod talis dotatio *ſit honeſta*, licet ex liberalitate; cumque inter fratres vterinos concedatur ſucceſſio de Iure Codicis, hinc dicta honeſtas conſiderata de Iure Digeſtorum *in alleg. leg. cum plures*, fuit redacta ad neceſſitatem de Iure Codicis.

Prout aliud fundamentum, quod non intret argumentum ab alimentis ad dotem, quodque illa ſint fauorabiliora dote, cum tendant ad conſeruationem vitæ, & dos ad conſeruationem honeſtatis, corruit aduertendo quod conſeruatio pudicitiæ, & honeſtatis magis vrget, quam conſeruatio vitæ, & cum dote honeſtati puellarum conſulitur, illas collocando in matrimonium, 16 per quod euitatur turpitudo, & peccandi occaſio, vt benè ad propoſitum aduertit oculatiſſimus *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. alleg. qu. 11. num. 18. & 19.* & notat etiam *Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 124. num. 58. verſic. itaque æquitas*; magiſque Reipublicæ, ac chriſtianæ pietati congruit honorem puellarum ſeruari illæſum, illas nubendo cum dote, quam in vita retineri innuptas cum ſolis alimentis, cum periculo amiſſionis honeſtatis, & 17 honoris, cum periculum honoris ſit magis pertimeſcendum, quam illud vitæ, & honor vitæ, ac alijs cunctis mundanis eſt anteponendus *tex.* eſt clarus *in l. iſti quidem 8. verſic. cum viris bonis ff. de eo quod met. cauſ. Cyriac. contr. 270. n. 24. ad 27.*

Ad hoc facit, quod licet filius non teneatur dotare Matrem ſecundo nubentem, cum ſecundæ nu- 18 ptiæ ſint exoſæ Iuri Ciuili, & parum gratæ ipſi filio *Barboſ. in l. 1. par. 4. num. 137. Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 142. num. 64.*, attamen idem *de Lu-* 19 *ca* ex quadam non ſcripta æquitate ob defenſionem honeſtatis tenet, filium dotem Matri pauperi debere ſuppeditare, ſi Mater ſit iuuenis, & formoſa, itaut probabiliter timeri poſſit de incontinentia.

Ego in iudicando non recederem ab hac ſe- 20 cunda opinione, quam doctiſſimus *Cardin. de Luca dict. diſcurſ. 142. num. 28.* agnoſcit æquam, & illam tenent etiam tot Doctores ſupra relati.

21 Nec authoritas *Rot. deciſ. 393. num. 7. coram Caualer. & deciſ. 137. num. 19. par. 6. recen.* in contrarium adducta per dictum *de Luc. dict. num. 58.* 22 deber terrere, quia *deciſ. 393. cum Caualer.* loquitur de ſorore ſobrina, quam certe frater ſobrinus non tenetur dotare, cum onus alimentorum, & dotis in traſuerſalibus non excedat primum gra- 23 dum, vt in terminis fratris ſobrini hoc tenent *Siluan. conſ. 33. num. 12. Barboſ. loco cit. num. 142. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. num. 28.* 24 *tom. 2.*; minuſque *deciſ 137. nu. 19. par. 6. recen.* debet facere impreſſionem aliquam, quia incidenter, & perfunctorie loquitur, & ex motiuo Auditoris deciſionis extenſoris, vt apparet ex illis verbis, *& addi poteſt*; nec enim in dicta deciſione actum, vel diſcuſſum fuit ſuper tali articulo, & ſolum ibi deciſio incidenter hoc dicit *ex tex. in ſæpe alleg. l. cum plures §. fin. ff. de adminiſtr. tutor.* cui fuit ſupra reſponſum.

Quando

Digitized by Google

Quando veto frater tenetue dotare ſororem
25 vterinam, tunc debet dotem conſtituere ſecundum dignitatem ſororis, ac iuxta facultates Ipſius fratris dotantis, vt poſt relatos ptobat Boſs. de Dot. cap.5. num. 63. & cap.8. num. 546.
26 Sed Rot. deciſ. 245.num.1.confirmata deciſ.298. num.2. coram Cardin. Caualer. firmat, quod quando dos debet conſtitui in ſubſidium, & in locum illorum, qui ob ęgeſtatem dotare non poſſunt, tunc non taxatur rigoroſè, ſed ad meram dotandæ neceſſitatem.

At hanc Rotæ opinionem crederem non eſſe ita tigide intelligendam, ſed metiendo neceſſitatem cum qualitate perſonæ ſororis dotandæ, nam ſi ſit nobilis, vel ciuilis, ac honeſtæ conditionis, maior certè erit illi conſtituenda dos, quã ſi ſit perſona medioeris, vel infimæ conditionis, admiſſo etenim quod frater in ſubſidium tenetur dotare ſororem vterinam inopem, quia tenetur alere, talis dos debet eſſe in locum alimentorum, quæ congrua ſint ad alendum, ſi non lautè, ſaltem moderatè iuxta qualitatem perſonæ alendæ; prout in ſimili alimenta que reſetuantur gaudenti beneficio deducto ne egeat, licet ad meram neceſſitatem aſſignentur, attamen talis neceſſitas commenſuranda eſt iuxta qualitatem, & dignitatem perſonæ, ſi non in ea quantitate, quæ ſolent couſumi ab hominibus eiuſdem conditionis,
27 quando ſunt diuites, ſaltem eo modo, & in ea quantitate, qnibus homines eiuſdem qualitatis, ac nobilitatis paupertate oppreſſi ſolent vitam ducere Barboſ. in l. maritum 13. num.6. 7. & 8. ff. ſol. matrim. Caſtill. de aliment. lib. 8. cap. 37. §. 1. num. 13. & 14., Fontanell. de pact. nupt. Clauſ. 7. gloſ.3. num. 33. eo infra vbi approbat dictum Barboſ., D.Maſſin. Auunculus meus de Confiſcat. q.32. num.22. & ſeq., Hier. Leo deciſ. Valent.85. num 7.
28 & 8., qui dicit quod Barboſa, & alij in hoc clarius dicere poterant, quod hoc caſu ſit relinquendum tantum id, quo quis indiget, attenta qualitate ſimillium perſonarum paupertate oppreſſarum.

29 Nec deciſ. 245. 260., & 298. coram Caualer. in contrarium allegatæ deuiant ab hac congruitate doris, dum in caſu dictarum deciſ. dos data fuit de paraglo, hoc eſt dos ſufficiens pro nubenda puella ſecundum pares ſuas, paraginm enim eſt parium geſtus, & quid diuerſum à legitima, vt
30 preciſè aduertitur in dict. deciſ.260. num.3.& deciſ. 298. n.5. coram Canaler.; quo circa cum in caſu dictarum deciſionum deberetur dos de paragio, illa conſtitura in ſcutis mille erat ſatis congrua in bonis Aui materni, qui in ſubſidium dotabat, attento quod agebatur de deſcendentibus à Iudęis, & ſororibus Iudęorum, & quod dotare debens habebat numeroſam familiam, vt fuit con-
31 ſideratum In dict. deciſ.260. vbi amplius n.4. fuit dictum, qnod dos ſcutorum mille non ſolum erat congrua pro fęminis deſcendentibus ab Hebreis, ac ſororibus Iudæornm, ſed pro quacumque Comitiſſa.

Si vero ſoror in ſubſidium dotata à fratre do-
32 tem amiſerit, non teneri fratrem denuo redotare tenent Barboſ. in alleg. leg.1. par.4. num.140.& 141. Ludouic. Bell. conſ. 88. num.1. vbi reſtatur de veriori opinione, Cardin. de Luca de Dot. diſcurſ. 142. num.59., qui hoc idem videtur velle Boer. deciſ. 131. num.7.

33 At de Luc. dict. diſcurſ. 142. & num. 59. dicit redotandam, ſi ſit vidua & pulchra, de qua timeri poſſit incontinentia.

Et indiſtinctè pro redotatione ſororis, quan-
34 do hæc primam dotem ſine eius propria culpa amiſit volunt Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 2. cap.16. num. 26. verſ. ſed contra, Gratian. cap. 466. num.9. & cap.689. num.23. vbi reſtatur de veriori, & receptiori opinione, & pleniſſimè cap. 792. num.15. & ſeq. vbi relatis pro hac opinione concordantibus reijcit prædictos Barboſam, & Boer., & cum hac opinione recentius pertranſit Boſs. de Dot. cap. 5. num. 73. & infra Mangil. de euict. qu.74. num.9.

Hæcque ſecunda opinio caret omni dubio
35 quando frater dotat vti hæres Patris, Ludouic. Bell. conſ.78. num.3. in fine, Gratian. cap.689. nu.20. & infra.

Quando vero dos conſtituta à Patre filiæ fuit per hanc amiſſa, tunc ſi illius bona hereditaria non adſint pro redotatione, tenetur frater ſubſi-
36 diariè illam redotare, ſicut tenebatur dotare, quando ſoror abſque culpa propria dotem amiſit, benè Gratian. dict. cap.466. n.9. & cap.792. n.15. & infra, Mangil. de euict. qu.54.n.11.& infra qui exactè reſpondet contrarijs.

Et quando eſt locus redotationi ſororis, id non
37 habet locum, niſi in caſum ſecundarum nuptiarum, ſecus ſi ſoror nolit denuo nubere Barboſ. vbi proximè n.141. Ludouic. Bell. dict. conſ.88. num.4. Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ.4. num.5., vbi quod prius non poteſt petere niſi alimenta.

At ſi ſoror priorem dotem amiſit propria culpa, vel quia non petierit illius aſſecurationem tempore debito, vel non inſtiterit pro dotis re-
38 ſtitutione, faciendo diligentias contra hæreditatem viri, tunc non intrat redotatio, Ruin. conſ. 121. n.8. lib.5., Ludouic. Bell. conſ.88 nu.4. verſic. ſed etſi ageretur, & n.5.

Nunc proprius accedendo ad ſtatutum noſtrum hic, in eo diſponitur, quod dos data à fratre ſorori de bonis proprijs ipſius fratris, non autem ſororis, ſeù paternis, ſoluto matrimonio ad fratrem reuertatur.

Vt autem dictum ſtatutum procedat debet frater prætendens reſtitutionem dotis datæ ſorori probare, dotem à ſe ipſo, & de proprijs bonis conſtitutam, alias non erit locus reſtitutioni, ea ratione, quia cum frater non teneatur dotare ſororem ex perſona propria, niſi in ſubſidium ex
39 ſupra firmatis, ideo præſumitur ab eo dotata tanquam ab hærede Patris, & de illius patrimonio, Galganett. hic in princip. & Fenzon. n.14. latè Gratian. cap.504. n.7. ad 13., Rot. deciſ.38. num.1. poſt Cenc. de Cenſ., in qua cauſa ſcripſit, & obtinuit Galganett., vt ipſe aſſerit loco mox citato, deciſ. 601. n.2. coram Pen., deciſ. 32. n. 3. & 4. coram Merlin., & deciſ. 310.n.21.p.8 recen.

Cum hoc ſtatutum procedat, quando frater,
40 dotauit de proprio, ſecus ſi de proprio patrimonio ſororis, Gratian. cap.556. n.25. & 26., & cap. 769. num.23. & ſeqq. Rot. deciſ.168. & deciſ.318. vtrobique n.5. coram Caualer., & deciſ 32. nu.2.& 3. coram Merlin., deciſ.528. num.34. coram Amat. Dunozett., & deciſ.379. n.13. & 14. coram Priol., & hoc probatur ex verbis ſtatuti.

Hinc quod frater dotauerit de proprio eſt ab

eo con-

eo concludenter probandum, alias ſtat præſum-
41 ptio, quod potuerit dotare de bonis proprijs
ſororis, vel eius Patris, vel Matris *Rot. dict. deciſ.
32. n. 12. coram Merlin.*

Nam frater non cenſetur dotaſſe animo libera-
litatem exercendi, ſed de bonis paternis, & ad
effectum ſe eximendi ab obligatione, quam ha-
42 bebat dotandi, vti hæres Patris, cum ex perſo-
na hæredis non immutetur neceſſitas dotandi, quę
reſidebat in Patre, *Gratian. cap. 504. num. 9. cap.
556. n. 27., cap. 689. n. 20. & 31. & cap. 769. n. 27.
& infra, & deciſ. March. 19. n. 41. ad 44., Rot. deciſ.
32. n. 2. 3. & 12., & deciſ. 276. n. 2. & infra coram
Merlin., & deciſ. 3. n. 27. p. 8. recen.*

Itaut frater prætendens dotaſſe de proprio,
43 debeat hoc concludenter probare, ex quo illi
obſtat dicta præſumptio, quod dotauerit de bonis
Patris, vel ſororis *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19.
n. 40. & 41. Gratian. dict. cap. 504. n. 7. ad 14. &
cap. 556. n. 4. 64. 27. Rot. deciſ. 162. n. 4. & 6. &
deciſ. 168. nu. 6. verſ. vbi dicit coram Caualer.*, ex
44 quibus habetur, quod propterea non tenet onus
pacti reuerſiui dotis ad fratrem dotantem, vel
aliud grauamen appoſitum doti à fratre, non
facta dicta probatione, quod dotauerit de pro-
prio, ſtante præſumptione contra fratrem, quod
dotauerit de bonis Patris, & tanquam illius hæ-
res, ac de bonis ſororis.

Quinimmo in conflictu coniecturarum hinc
inde vigentium præualet præſumptio prædicta,
quod frater dotauerit de bonis Aſcendentium, vt
45 expleret propriam obligationem, non autem de
proprio, nulla concurrente obligatione, plenè
*Rot. deciſ. 32. n. 5. coram Merlin., & deciſ. 45. n. 12.
& 13. p. 19. recen.*

Et quando ſoror eſt creditrix legati paterni, &
poteſt prætendere dotem in bonis Patris, & di-
ctis legato, ac prætenſionibus in Inſtrumento
dotali renunciauit ad fauorem fratris, tunc hic
46 cenſetur dotem conſtituiſſe potius animo extin-
guendi debitum, quam conſtituendi dotem de
proprijs bonis *Rot. deciſ. 601. n. 2. coram Pen.*, &
deciſ. 249. n. 9. & 10. coram Merlin.

Prout quando dos fuit à fratre data ſorori cum
hoc, quod deberet eſſe contenta dote conſtituta,
& nihil aliud prætendere poſſet, & quod deberet
renunciare hæreditati paternæ, & maternæ, ac
alijs ſucceſſionibus, quas prætendere poſſet, tali
caſu dos ſubrogatur loco ſucceſſionis, ac legiti-
mæ, ac ſubingreditur locum bonorum renuncia-
torum, vnde non poteſt dici quod frater dota-
47 uerit de proprio, nec poteſt apponere pactum
reuerſiuum dotis ad ſui fauorem, ſi ſoror decedat
ſine filijs *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 9. n.
20. & ſeq., Hodiern.* plenè *contr. forenſ. 34. num. 7.
33. & ſeq., Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 90. n. 9.
& diſcurſ. 155. n. 5. Rot. deciſ. 473. num. 4. & deciſ.
601. n. 4. coram Pen., deciſ. 267. n. 2. & infra, & de-
ciſ. 528. n. 23. & ſeq. coram Amat. Dunozett.*, dup-
plicata *in recen. par. 8. deciſ. 110., & deciſ. 249. nu.
10. coram Merlin.*

At hæc concluſio procedit, ſi valor bonorum
renunciatorum adæquet quantitatem dotis con-
ſtitutæ, ſecus ſi hæc in quantitate illum excedat,
nam in exceſſu ſuſtinetur onus, & grauamen, ac
pactum reuerſiuum, licet exceſſus probandus ſit
à fratre qui dotauit, & prætendit ſub illius præ-
48 textu ſuſtinere onus, ac pactum reuerſiuum *Car-
din. de Luc. de Dot. diſcurſ. 90. n. 10. & 11.*, & con-
gruunt firmata per *Rot. deciſ. 396. n. 7., & infrà p.
16. recen.*

Similiter ſi bona Patris, quibus fuit renuncia-
tum, non adeſſent, tunc ex renunciatione illis
facta non concluditur, quod frater non dotauerit
ſororem de proprijs bonis, & ſic eſt locus reſtitu-
tioni dotis fauore fratris ex diſpoſitione preſen-
tis ſtatuti, cum talis renunciatio hoc caſu dica-
49 tur facta pro cautela, & quatenus aliqua Patris
bona adeſſent *Rot. deciſ. 213. n. 1. coram Millin.*

Non probatur tamen, quod bona Patris non
adeſſent, ex quo reliquerit plura debita, & de
hoc appareat ex Inuentario facto per filios, quan-
do ipſa ſoror in illius confectione non fuit citata,
50 vt in his præciſis terminis firmat *Rot. deciſ. 38. n.
3. poſt Cenc. de Cenſ., & deciſ. 32. num. 11. coram
Merlin.*

Cenſetur tamen frater dotaſſe ſororem de bo-
nis paternis, quando illius bona adminiſtrabat,
51 & dotauit vti legitimus adminiſtrator ſororis,
Bald. in l. fin. nu. 18. & 19., vbi teſtatur de com-
muni opinione, *C. de dot. promiſſ.*, & ſic non po-
teſt tali caſu à fratre apponi ſuper dote aliquod
grauamen, vel pactum reuerſiuum, *Gratian. cap.
504. n. 8. Poſt. reſol. 66. n. 18. & 19., Capice. Ga-
leott. contr. 12. n. 29. & infra lib. 1. Rot. deciſ. 168.
n. 6.* confirmata *deciſ. 318. num. 5. coram Caualer.*,
52 loquens in puncto huius ſtatuti, *deciſ. 70. num. 3.
par. 4. tom. 2. recen., & deciſ. 3. num. 27. par. 8.*; do-
tans quippe de bonis ipſius dotatæ, vel ex quibus
53 eidem debetur legitima, non poteſt adijcere
pacta præiudicialia ipſi dotatæ, plenè *Hodiern.
alleg. contr. 33., Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 90.
n. 4. & 7., diſcurſ. 92. n. 2. & diſcurſ. 155. num. 6.*,
plenè *Rot. deciſ. 267. & 528. coram Amat. Dunozet.
& deciſ. 379. & 424. coram Priol.*

Prout dicitur, fratrem dotaſſe de bonis ſororis,
etiamſi dederit bona propria pro dote, quando
ipſe erat debitor ſororis, cum tali caſu dotis con-
ſtitutio cenſeatur facta ad proprium debitum ex-
tinguendum, & non ad ſoluendum de proprio,
54 præcipuè quando frater dotans retinuit pœnes
ſe bona ſororis *Rot. deciſ. 601. n. 5. coram Pen.*

Similiter frater cenſetur dotem conſtituere de
proprijs bonis ſororis, quando eſt hæres Patris,
55 & ſoror eſt excluſa à ſucceſſione per ſtatutum
fauore maſculorum *Ruin.* plenè *conſ. 200. num. 4.
& infra, & n. 7. lib. 1., Gratian. cap. 769. num. 29.
& ſeq. Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 155. num. 17.
Hodiern. contr. 34. n. 3. & infra Franch. deciſ. 196.,
Capice. Latr. deciſ. 38. n. 25., & ibi Gizz. n. 19. &
20. Rot. deciſ. 70. n. 5. & 6. p. 4. tom. 2. recen.*

Si tamen frater dotando exceſſerit quantitatem
illius, quod ſorori debetur ex bonis paternis, vel
maternis, vel ex alio titulo, tunc pro dicta rata
excedente cenſetur dotaſſe de proprio, & in
56 exceſſu ſuſtinetur pactum reuerſiuum dotis eius
fauore appoſitum, *Hodiern. contr. 34. nu. 31., Boſſ.
de Dot. cap. 5. nu. 85. verſ. ſolum igitur, Cardin. de
Luc. alleg. diſcurſ. 155. n. 17. circa medium Capice.
Latr. deciſ. 38. n. 8., Franch. deciſ. 196. in fine Rot.
deciſ. 381. n. 4. par. 2. recen.*, confirmata *deciſ. 285. n.
6. & 7. coram Pamphil.*

At exceſſus huiuſmodi debet probari à fratre
illum allegante, cum alias præſumatur tota dos
conſti-

conſtituta, ac data ex bonis ſororis dotatæ, vel
57 illius Patris, & Matris ex firmatis per Rot. deciſ.
381. num.4. & 5. part.2. recen., deciſ. 28. num.16.
par.5., & deciſ.928. num. 12. & 13. coram Amat.
Dunozett.

Tale autem pactum reuerſiuum non poteſt à
fratre eius fauore apponi ex interuallo poſt con-
58 ſtitutam liberè dotem in præiudicium mulieris
Gratian. cap.769.n.2. & ſeqq. & n.77., & probant
Iura, Doctores, ac deciſiones cumulatæ per Rocc.
diſput. Iur. Select. tom.2. cap. 115.num.8. & ſeqq.;
prout in præiudicium vocatorum ad dotem in
capitulis matrimonialibus non poteſt recedi ex
59 interuallo à pacto vocationis, Molfeſ. ad conſue-
tud. Neapol.tom.1.p.6.q.8.n.18. ad 21., Capice. Ga-
leott.contr.12.n.23.lib.1.

Poteſt tamen ex interuallo apponi, ſtante ſty-
lo, conſuetudine, vel ſtatuto loci reuerſionem
demandantibus, ſi in capitulis matrimonialibus
fuit conuentum, quod debeat fieri Inſtrumentũ do-
60 tale iuxta ſtylum, & conſuetudinem loci Gabr.
conſ.58. n.13. & ſeqq. lib.1. Rot. deciſ. 213. num.2.
coram Millin., & videantur Card. de Luc. de Dot. di-
ſcurſ.155. num.10. & ſeq., Rocc. diſput. Iur. Select.
tom.2. cap.115. num.18., vbi plenè.

Sed ſi frater non fuit ſtipulatus, dotem ſibi re-
61 ſtitui, præſumitur illam dediſſe animo donandi,
nec intrat ſtatutum ſuper reuerſione Honded.conſ.
91. n.30. & infra lib.1. Rot. deciſ. 32. n.14. coram
Merlin., vbi in puncto noſtri ſtatuti hic aduertit,
quod illud mandat ſtipulari dictam reuerſionem,
quocirca dum frater talem reuerſionem non fuit
ſtipulatus, præſumitur noluiſſe vti beneficio ſta-
tuti.

Et aduerte, quod tale pactum reuerſiuum dotis
in caſum deceſſus ſororis ſine filijs, etiam de Iure
communi à fratre poteſt in dotatione apponi,
62 quando dotat de ſuis proprijs bonis l. vnica §.
accedit, C. de rei vxor. act. Gratian. cap.5. n.84. &
cap.769. n.34. & 35., vbi quod tali caſu non po-
terit mulier de dote diſponere, Boſs. de Dot. cap.
3. n.92. 99. & ſeq., Rot. deciſ.177. num.5. & infrà
coram Millin., & deciſ.379. num. 10. & ſeq. coram
Priol., vbi ſubdit, quod tale pactum ſuſtinetur tali
caſu etiam ſine mulieris conſenſu, prout poteſt
63 idem frater apponere vinculum fideicommiſſi
Rot.deciſ.1.n.41. & 42.coram Ottbob.

Et attenta dicta diſpoſitione Iuris communis
poteſt tale pactum reuerſiuum apponi à quolibet
dotante extraneo dotante de proprio, & extra-
neus ad hunc effectum dicitur quicumque non
eſt Aſcendens per virilem ſexum, & qui non ha-
bet perſonam dotatam in poteſtate, vt eſt Frater,
64 Mater, Patruus, vel alias coniunctus Poſt reſol.
135. n.17. Boſs. de Dot. cap.3. n.103. & infra, &
cap.5. n.81. verſ. & cum frater, Thomat. deciſ.72.
n.1. Rot.deciſ.1.n.43. coram Otthob.

Sed in terminis noſtri ſtatuti hic loquentis de
fratre, quod non comprehendat Patruum dotan-
65 tem, cum ſit exorbitans, & non extendatur Gra-
tian. cap.769. n.25. verſic. & quamuis & num.84.,
licet verius ſit, quod in hoc ſtatuto non adſit ex-
orbitantia, dum etiam de Iure communi permiſ-
ſum eſt Patruo, & cuicumque extraneo pactum
reuerſiuum apponere, ſi exorbitantia non adeſt
in eo, quod ſtatutum mandat dotem reuerti ne-
dum ad fratres dotantes, ſed etiam ad illorum
hæredes, & amplius quia ſtatutum præcipit, quod
ſtipulari debeat cum tali pacto reuerſiuo, cum
tamen de Iure communi talis neceſſitas ſic ſtipu-
landi non adſit.

Quando vero frater defuncto Patre dotauit ſo-
rorem de bonis paternis, vel proprijs eiuſdem ſo-
roris, tunc talis dos efficitur proprium patrimo-
66 nium ſororis, & poteſt de ea diſponere non ob-
ſtante pacto reuerſiuo Gratian. cap.556. num.7. &
ſeq. Boſs. de Dot. cap.5. n.85. Rot. deciſ.710.num.1.
par.1. recen., quæ deciſio prodijt in cauſa Aſcula-
na in qua ſcripſit Gratian. dict. cap. 556. & deciſ.
379., & 424. coram Priol. & dictum fuit infra ad
Stat.141.art.2.

Quodque diſpoſitio huius ſtatuti procedat ab
inteſtato, ſecus autem quando ſoror dotata diſ-
67 poſuit per teſtamentum, firmat Galganett. hic 9.
vbi malè, Rot. deciſ.32. n.15. coram Merlin., vbi
approbatur dict. deciſ. 710. part. 1. recent. plenè
Rocc. diſput. Iur. Select. tom. 2. cap. 115. num. 2.
& ſeqq.

Cum ſtatutum diſponens, quod dos deceden-
te vxore ſine liberis reuertatur ad fratres dotan-
tes intelligatur, ſi ſoror decedat ab inteſtato, &
68 quatenus de dote non diſponat Rot. deciſ. 710. n.
3. in fine, & n.4. par.1. recen., latè dict. Rocc. alleg.
cap.115.n.2. & infra.

At ſi adſit pactum expreſſum pro reſtitutione
dotis fauore fratris, ac extranei, qui dotauit de
69 proprio, qui non tenetur dotare, tunc mulier
non poteſt diſponere de dote Gratian. cap. 769. n.
34. & infra Rot. deciſ.177. coram Millin. & deciſ.
379.n.11. & 12.coram Priol.

Dote autem conſtituta ſorori de eius proprijs
bonis, vel Patris, tunc adhoc vt pactum reuer-
ſiuum, vel aliud grauamen appoſitum doti ſub-
ſiſtat, & non poſſit ſoror de dote diſponere, re-
quiritur conſenſus expreſſus legitimè præſtitus
per ipſam ſororem de tempore pacti vna cum
ſcientia certa actus geſti, itaut conſtet, quod
mulier voluerit diſponere de bonis ſuis, ac do-
nare ad fauorem dotantis, & de tali conſenſu
70 quando dicatur conſtare, & quando mulier poſſit
nec ne de dote diſponere videantur Card. de Luc.
de Dot. diſcurſ.90. n.8., diſcurſ.155. nu.6., & ſeq.,
Boſs. de Dot. cap.5.num.86. & infra Rot. deciſ.317.
coram Merlin., deciſ. 379. & 424. coram Priol. &
deciſ.396.n.11. & 12. p.16.recen.

Non ſufficit tamen conſenſus tacitus reſultans
ex contractu matrimonij cum Inſtrumento dota-
li, vbi dos fuit aſſignata cum pacto reuerſiuo, vel
alio grauamine, vel ſi reſultet ex alijs actibus per
71 ſubintelligentiam dict. de Luc. diſcurſ. 90. num.
7. Rot.deciſ.317.n.7. & 8.coram Millin.

Et talis conſenſus expreſſus contemporaneus,
vel ſucceſſiuus eo ipſo dicitur deficere, quod mu-
72 lier de ſua dote diſpoſuit Rot. deciſ.379. n.15. ad
17. coram Priol.

Diſpoſitio huius ſtatuti dantis reuerſionem
dotis fratri dotanti de proprio procedit, quando
73 prædecedit vxor, ſecus prædecedente marito,
Gratian. cap.769. num.83. Rot. deciſ.340. à num.2.
coram Buratt. licet hoc ſtatutum loquatur ſolum
de pacto reuerſiuo dotis fauore fratris dotantis,
nihilominus congruit hic aliqua etiam notare ſu-
per tali pacto appoſito à Patre dotante filiam,
74 quod de Iure videtur ſubſiſtere fauore Patris ad
tex. in

tex. in l. quoties 30. ff. ſolut. matrim. Rot. deciſ. 285.
n. 4. & 5. coram Pamphil., & videatur latè de ma-
teria Coſt. Sicul. conſ. 19. & 87.

Itaut ſtante tali pacto non poſſit filia ſic dota-
75 ta teſtari de dote, & de illa diſponere ad fauo-
rem mariti Rot. dict. deciſ. 285. num. 5. coram Pam-
phil.

At ſi Pater moriatur ante filiam dotatam cum
tali pacto, vel cum onere fideicommiſſi, expirat
tale pactum, ac onus fideicommiſſi, cum tunc dos
76 ſortiatur locum legitimæ, à qua omne onus re-
ijcitur Coſt. Sicul. conſ. 19. num. 45. & ſeq., & conſ.
87. à num. 15. & infra, Cardin. de Luc. de Dot. di-
ſcurſ. 90. n. 16., & diſcurſ. 91. n. 7. & 8. Rot. deciſ.
215. n. 3. coram Buratt., & deciſ. 197. n. 3. poſt Mer-
lin. de legitim.

Si vero filia præmoriatur Patri, tunc dos non
tranſit in legitimam, ſed retinet naturam dotis,
77 ſuper qua poteſt apponi grauamen, & appoſitum
tenet, Coſt. Sicul. conſ. 19. n. 49. & conſ. 87. n. 16.
Gabr. conſ. 116. n. 27. & infra lib. 1. qui hoc firmat
vbi filiæ dos loco legitimæ non debetur, ſed ſolum
vt ſimpliciter dos Rot. deciſ. 623. n. 4. par. 4. recen.,
vbi quod cum Pater viuens non teneatur, licet
poſſit, ſi velit, aſſignare legitimam filijs, hinc
78 ipſo viuente poteſt apponere onus, & grauamen,
& deciſ. 110. num. 49. & 50. poſt Merlin. de Pi-
gnor.

Et dum dos ſuccedit loco legitimæ, tale onus
reuerſionis, vel grauamen fideicommiſſi appoſi-
tum à Patre reſoluitur tantum intra quantitatem
legitimæ, & ſuſtinetur vltra illius valorem, &
quantitatem, vnde in exceſſu legitimæ grauamen,
79 & onus doti appoſitum non reijcitur, ſed ſuſti-
netur, ac ſi eſſet appoſitum à quolibet extraneo
Altograd. conſ. 18. lib. 2., Cardin. de Luc. de Dot.
diſcurſ. 90. n. 17. & diſcurſ. 155. num. 16., Boſs. eod.
tract. cap. 7. num. 42., qui Altogradus, & de Luc.
reijciunt Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 18.
& ſeq. contrarium tenentem Rot. deciſ. 110. n. 50.
poſt Merlin. de Pignor., & deciſ. 144. num. 2. par. 15.
recen.

In caſu tamen, quo dos ſuccedit loco legitimæ
ex Stat. Vrb. lib. 1. cap. 141., vel ex alijs ſtatutis
idem determinantibus, tunc illa non poteſt aliquo
80 onere, vel fideicommiſſo grauari Card. de Luc.
dict. diſcurſ. 155. n. 15. Rot. deciſ. 215. coram Buratt.
vbi receditur à deciſ. 116. poſt Merlin. de legitim.
plenè deciſ. 106. n. 6. & infra par. 16. recen., & de-
ciſ. 76. par. 17., ſuper quo dictum fuit etiam infra
ad Stat. 141. art. 2.

Vnde tali caſu dos liberè tranſit in hæredem
mulieris, non obſtante onere, reuerſionis, ac gra-
uamine fideicommiſſi in ea appoſito, ex quo illud
fuit ipſo iure ab illa ademptum vti ſuccedente in
81 locum legitimæ, niſi onus doti appoſitum fuiſſet
à muliere expreſsè approbatum Rot. deciſ. 64. n. 12,
poſt 1. vol. collect. legal. Bonden. deciſ. 10. num. 25.
par. 15. recen., & deciſ. 100. n. 19. & 20. par. 16.

Quando vero dos ex ſtatuto non ſuccedit loco
legitimæ, vt euenit ex diſpoſitione Statut. Vrb.
lib. 1. cap. 145., tunc filiæ fœminæ habentur pro
extraneis, & dos non ſortitur naturam legitimæ,
& ſic in illius aſſignatione poteſt apponi onus fi-
82 deicommiſſi, ac aliud quodcumque grauamen
Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 155. num. 16. verſic.
aut vero ſumus Rot. deciſ. 76. n. 8. p. 17. rec.

At etiam in terminis dicti Stat. 145., ac alio-
rum ſtatutorum ſimilium, ſi Pater filias à ſtatuto
excluſas agnouit in ſuas, dotes illis relinquendo
titulo honorabilis inſtitutionis, tunc filiæ di-
cuntur reintegratæ ad Iura ſuitatis, & dos habe-
83 tur loco legitimæ, & ſic non poteſt onere fidei-
commiſſi, vel alio grauari Card. de Luc. dict. nu.
16. verſic. vidi autem Rot. deciſ. 10. num. 10. &
infra par 15. recen., & deciſ. 100. n. 13. ad 15. p. 16.,
vbi plenè.

Quia fuit dictum, in exceſſu legitimæ onus, &
grauamen in dote ſuſtineri: nunc aduertendum,
quod exceſſus vltra legitimam in dote aſſignata
non præſumitur, ſed ille eſt probandus à Patre
84 dotante, vel alio volente ſuſtinere onus, & gra-
uamen doti appoſitum Cardin. de Luc. dict. diſcurſ.
155. n. 19. Rot. deciſ. 147. n. 4. par. 16. recen., deciſ.
928. num. 12. & 13. coram Amat. Dunozett., deciſ.
226. n. 6. coram Otthob., & deciſ. 424. nu. 1. coram
Priol.

Et debet à prætendente exceſſum probari quan-
titas patrimonij, ac ſtatus bonorum, ex quibus
debetur legitima, & quidem cum Inuentario, &
85 æſtimatione eorumdem Rot. deciſ. 140. n. 3. & 4.
par. 15. recen., & deciſ. 76. n. 20. & infra par. 17.

Taliſque ſtatus hæreditatis ad hunc effectum
debet firmari concludenter, nec ſufficiunt teſtes
86 non coarctantes negatiuam ſuper non poſſeſſio-
ne aliorum bonorum dotantis, ex plenè firmatis
per Rot. deciſ. 144. p. 15. recen.

Dictumque onus probandi magis concluden-
ter exceſſum in legitima transfertur in allegan-
tem, quando Pater poſt conſtitutam dotem filiæ
dotatæ aliquid aliud pro legitima reliquit pro
omni, & toto eo, quod prætendere poſſet, etiam
ex titulo ſupplementi legitimæ, cum ex hoc de-
ſumatur, dotem non fuiſſe conſtitutam vltra le-
87 gitimam, & ſic allegatus exceſſus concludentiſ-
ſimè hoc caſu probandus eſt Rot. deciſ. 147. n. 4.,
& deciſ. 396. n. 8. ad 10. p. 16. recen., & deciſ. 146.
n. 5. coram Celſ.

Aduertas tamen, quod quando onus fideicom-
miſſi fuit doti appoſitum in capitulis matrimo-
nialibus non fauore Patris dotantis, vel alterius
extranei, ſed fauore filiorum filiæ dotatæ, cum
tunc reſpiciat commodum, & vtilitatem filiæ te-
88 net, & cenſetur hoc caſu ratificatum per contra-
ctum matrimonij ſubſequutum, plenè Rot. deciſ.
370. par. 16. recen., vbi contrariæ deciſiones de-
clarantur.

An autem pactum reuerſiuum dotis appoſitum
in illius conſtitutione facta ex bonis fideicommiſſi
vigore Auth. reſque C. comm. de legat., ſuſtineatur
89 ſi mulier cum tali pacto dotata decedat ſine filijs
affirmat Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 92. & pro
hac opinione ratiocinatur.

Sed contrarium videtur tenendum, tanquam
90 verius, & contra ſe dicit iudicatum fuiſſe de
Luca in eadem cauſa, vt apparet n. 1., & pro hac
opinione facit concluſio communi plauſu rece-
pta, quod bona à fideicommiſſo ſeparata pro
dote deſcendentis efficiuntur, ac remanent po-
91 ſtea ſemper libera, & nunquam reuertuntur ad
fideicommiſſum, ſiue remaneant ex matrimonio
contracto cum tali dote filij, ſiue non Gabr. conſ.
111. n. 6. ad 14. lib. 1. Rot. deciſ. 131. num. 7. poſt
Merlin. de legitim. deciſ. 12. n. 5. & 6. poſt Cenſal.

ad Peregr. de fideicom., *& deciſ.* 140. *n.*31. *& infra par.* 19. *recen.*, nam cum talis dos ex bonis fidei-
commiſſi debeatur libera ex prouidentia legis,
non debet grauari onere reuerſionis per illos,
qui non poſſunt euitare neceſſitatem dotandi de-
ſcendentes de bonis aſcendentium.

Quod limita ſi adſit conſenſus mulieris dota-
92 tæ ſuper tali onere, de quo tamen debet conſtare,
iuxta ſupra firmata.

Quia Romæ dotis conſtitutio vltra ſummam
ſcutorum 5500. monetæ remanet annullata per
Conſtitutionē Syxti V., ideo conſtituta vltra dictā
ſummam (quatenus non fuerit ſuper exceſſu ob-
tenta diſpenſatio Apoſtolica derogans dictæ Cō-
ſtitutioni Syxtinæ, quæ paſſim ſolet concedi)
93 poteſt grauari onere fideicommiſſi *Rot. de-
ciſ.*49. *n.*1. *& infra par* 18. *recen.*, vbi id firmat,
quia dos vltra dictam ſummam à Conſtitutione
permiſſam dicitur exceſſiua, & vera donatio.

At fallit concluſio, ſi Pater filiam in ſuam agno-
uerit illi relinquendo dotem titulo legitimæ, vel
inſtitutionis, tunc enim debetur dos integra,
tanquam debita vti legitima, non obſtante dicta
Conſtitutione Syxtina, ex quo dos vti legitimæ
94 loco relicta non potuit fideicommiſſo grauari
plenè *Rot. dict. deciſ.*49. *n.*6. *& ſeq. par.* 18. *recen.*

Prout ſi Pater viuens dotem filiæ conſtituat in
recompenſam portionis hæreditatis, ac legitimæ
illi debitæ cum renunciatione correſpectiuè pa-
cta, & habita à filia dictæ hæreditati, ac legitimę,
tunc Pater dicitur præueniſſe in vita faciendo id,
quod debebat agere poſt eius obitum, & tempus
traditionis dotis cenſetur ſubrogatum loco tem-
poris mortis Patris, & dos hoc caſu cenſetur da-
ta in pretium renunciationis, & ſic ſuccedit loco
legitimæ præuentiuæ antè obitum, ac correſpe-
ctiuè ad renunciationem aſſignatæ, vnde tranſit
95 in liberum dominium filiæ, nec ſuper dote ſic
conſtituta pactum reuerſiuum, vel onus fideicom-
miſſi ſuſtinetur, *Cardinal. de Luc. de Dot. diſcurſ.*
155. *n.*5., *Rot. deciſ.* 267. *num.*4. *& ſeq.*, *& deciſ.*
528 *n.*22. *coram Amat. Dunozett.*, *deciſ.*113. *num.*
4. *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs. deciſ.* 391. *par.*
17. *recen.*, vbi plenè, conſtituta *deciſ.*614. *nu.*10.
& 11. *par.*18.

Quod intellige verum, ſi bona renunciata in
pretio æquipolleant quantitati dotis, ſecus ſi non
96 ſint æquiualentia doti, cum tunc in exceſſu ſuſti-
neatur onus, & grauamen *Cardin. de Luc. allegat.
num.* 5.

Et quando dos à Patre fuit in vita, vt ſupra,
aſſignata in recompenſam legitimæ, ac portionis
hęreditatis debitę filię poſt mortem ipſius Patris,
& ſimul correſpectiuè ad renunciationem facien-
dam à filia, tunc dos non dicitur profectitia, li-
cet aſſignata à Patre, ſed aduentitia, vnde ſtipu-
latio reſtitutionis eiuſdem dotis facta à Patre in
ſui fauorem in caſum ſoluti matrimonij intelligi-
tur facta fauore filiæ, cui erat dos de Iure reſti-
tuenda, & Pater ſi ſoluto matrimonio per mor-
tem mariti illam exegit ab illius prædefuncti hæ-
redibus, cenſetur exegiſſe nomine filiæ, præcipuè
97 ſi exactionem fecit vti Pater, & legitimus ad-
miniſtrator *Rot. deciſ.*528. *n.*32. *coram Amat. Du-
nozett.*, plenè *deciſ.*391. *num.*30. *& ſeq. par.*17. *re-
cen.* *& deciſ.*614. *n.*16. *&* 17. *p.*18.

At ſi onus fideicommiſſi, vel pacti reuerſiui
non fuerit impugnatum à filia viuente, quinimmo
approbatum, quia petijt dotem ad formam teſta-
menti, vel Inſtrumenti, in quibus cum tali onere
fuit relicta, vel conſtituta dos, tunc tale onus licet
appoſitum doti, quæ ſuccedit loco legitimæ, non
98 poteſt ab eius hæredibus impugnari, cum ſit per-
ſonale pro ipſa muliere, *Surd. conſ.*570. *num.*6. *&
infra*, *Gratian. cap.*983. *n.*11. *& ſeq. Rot. deciſ.*63.
*n.*32. *&* 33. *coram Arguell.*, *deciſ.*49. *n.*4. *par.*18.
recen., *& deciſ* 77. *n.*11. *&* 12. *par.*19., vbi quod
non poteſt contra tale onus opponi à tertio, &
extraneo, poſtquam filia de eo non fuit con-
queſta.

99 Et licet in hoc referat contrarios *Rot. deciſ.*
100. *n.*18. *par.* 16. *recen.*, nihilominus non rece-
dendo à prima opinione, adhuc quando agitur
de grauamine iniuncto doti, quæ ſuccedit loco
legitimæ, cum ab hac omne onus ipſo iure reij-
100 ciatur, acceptatio grauaminis debet eſſe ex
preſſa, *Rot. deciſ.*76. *n.*11. *& deciſ.* 340. *num.*7. *&
ſeq. par.* 17. *recen.*, *& deciſ.* 49. *n.*13. *& infra par.*
18., & videantur *Milanen. deciſ. Steil.* 11. *n.* 22. *ad*
29. *lib.*1., & eaque dixi infra *ad Stat.*141. *art.*2.

Quando autem in propoſito dicatur conſtare
de conſenſu mulieris ſuper onere, & grauamine
101 appoſito doti, videantur *Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.*5. *gloſ.*10 *par.*1. *nu.* 10. *& ſeq. tom.*2. *Carol.
Ant. de Luc. ad Gratian.* 556., *Cardinal. de Luc. de
Dot. diſcurſ.* 155. *n.*6. *& infra*, *Milanen. deciſ.*11.
*lib.*1. *Rot. deciſ.* 317. *coram Millin.*, *deciſ.* 100. *&*
396. *par.*16. *recen.*, *deciſ.*76. *par.*17., *& deciſ.* 49.
*par.*18., & vide, quæ dixi infra *ad Statut.* 141.
*artic.*2.

Generaliter autem, quando pactum reuerſiuum
in dote aſſignata à Patre, vel Fratribus, vel alijs,
ac onus fideicommiſſi, vel aliud grauamen in
102 ea appoſitum teneat, vel reijciatur, & quando
illis per mulierem dotatam cenſeatur præſtitus
conſenſus videantur *Aretin. conſ.* 81. *Morott. reſ-
ponſ.* 19. *Gabr. conſ.* 58. *lib.*1. *Coſt. Sicul. conſ.* 19.
& 87. *Spad. conſ.* 173. *lib.* 3. *Molfeſ. ad conſuetud.
Neapol. tom.*1, *par.*6. *quæſt.*8., *Gratian. cap* 504.
556. *&* 769. *& ibid. Carol. Ant. de Luc. Boſs. de
Dot. cap.* 3. *à num.* 92. *Hodiern. contr. forenſ.* 34.,
Cardin. de Luc. de Dot. diſcurſ. 90. 91. 92. *&* 155.
*Rocc. diſput. Iur. Select. tom.*2. *cap.* 115. *Franch.
deciſ.* 196., *&* 491. *Milanen. deciſ.* 11. *lib.* 1. *Rot.
deciſ.* 601. *coram Pen.*, *deciſ.* 267. *&* 528. *coram
Amat. Dunozett.*, *deciſ.* 285. *coram Pamphil. deciſ.*
32. *&* 249. *coram Merlin.*, *deciſ.* 379. *&* 424.
coram Priol.

De Officio Conſeruatorum.

CAP. XV. LIB. I.

AD Officium Conſeruatorum ante om-
nia ſpectat vigilem, ac præcipuam
curam pro ſtatu Sanctiſſimi D.N. Pa-
pæ, ac S. R. Eccleſiæ, & pro Vrbis tutela, &
Ciuium quiete, ac ſanitate conſeruanda ſem-
per habere, & quæcumque ædificia, & opera
publica, præſertim antiqua, inuiolata, & il-
læſa

læſa cuſtodire. Contra quoſcumque interceptores, aut violatores eorum acerrimè inſurgere, & inquirere, ac animaduertere; nec non vt in omnes, Templorum, & Eccleſiarum ornamenta, & lapides ſurripientes, aut corrumpentes, diligenter inquiratur, & animaduertatur per eos, ad quos pertinet inſiſtere, & curare, & vt Sacraria, & Reliquiæ Sanctorum diligenter in Vrbe cuſtodiantur, inuigilare: Claues Tabernaculi, vbi incluſa ſunt capita Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli in Baſilica Sancti Ioannis Lateranenſis per eos cuſtodiri ſolitas, apud ſe, vel alios deputatos retinere; & vt Statuta, Decreta, Conſtitutiones omnes approbatæ perpetuò cuſtodiantur, & per omnes ius dicentes ſeruentur; & iuramentum ſolemne à Senatore in ingreſſu ſui officij, & à ſuis Iudicibus, & à Capitaneo appellationum Romani Populi, ſuper eorum officij obſeruatione recipere, & præſtari facere; & ne Monopolia per Artifices, & ipſorum Vniuerſitates, & quaſuis alias perſonas, aut per eaſdem Vniuerſitates aliquæ Conſtitutiones fiant, quæ generalibus Vrbis Statutis aduerſentur, prohibere: quorum etiam Artificum, & Vniuerſitatum Conſtitutiones corrigendi, refutandi, vel admittendi, vt infra de ſtatutis Artificum traditur lib. 3. auctoritatem, & poteſtatem habent, & de quibuſcunque iniuſtitijs, & ſententijs per Conſules, & Officiales artium, à quibus appellari prohibitum eſt, per approbata ipſorum ſtatuta quibuſcunque perſonis illatis per viam querelæ cognoſcere, & ſummatim terminare, niſi aliter per eadem ſtatuta ſit prouiſum, quod poſſit videri de iniuſtitia ab eis facta; & ſuper omnes Artes, & Conſulatus Curiæ Capitolij ſubiectas iuriſdictionem exercere, & ſimiliter ſententias etiam Capitum Regionum Vrbis per viam quærelæ reuidere, et terminare; et de omnibus cauſis extraordinarijs ad Cameram Vrbis pertinentibus cognoſcere; Extraordinarios minores inſtituere, eoſdemque, ac etiam maiores punire, & coercere, et ſi iuſta ſubſit cauſa, priuare: Mandatarios etiam publicos pro ſingulis Regionibus conſtituere, ac mutare, et priuare poſſint; ſex etiam Caballarios Cameræ prædictæ, ac ſupraſtantes, ſiue Curatores, vel Reuiſores murorum, et ædificiorum publicorum. Cuſtodes Carcerum Curiæ Capitolinæ, Numeratoreſque pecudum pariter inſtituere, ac deputare; Officia præterea Palatij Capitolini, et Tubicines renouare, et confirmare, et cum vacauerint de nouo concedere; Poteſtates, et Officiales Terrarum Inclito Populo Romano ſubditarum ex præſcripto publici Conſilij iuxta modum, et formam per nouas Reformationes traditam creare, ac deputare, et deputatos, ſi rationabilis cauſa ſubſiſtat priuare, et punire; Priuilegia Romanorum Ciuium, et Ciuilitatem, poſſidentibus bona ſtabilia, & habitantibus pro maiori parte temporis in Vrbe, conuocatis in concionem Capitibus Regionum eum treſdecim, & viginti ſex Conſiliarijs, et præuia relatione à quatuor deputatis Nobilibus, ſeù eorum maiori parte, et non aliter dare, niſi honoris gratia Illuſtribus, vel claris Viris poſtulantibus, et cum aſſenſu omnium, vel maioris partis ipſorum; reliquis, publico Conſilio adhibito, et aſſentiente, concedere. Quoſcunque introitus, et exitus, et computa Camerariorum Vniuerſitatum artium, ſiue in ſolemnibus diebus feſtiuitatis Aſſumptionis Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis, ſiue in ludis publicis, qui in Agone, et Campo Teſtaceo celebrantur diligentiſſimè reuidere, et taxare; et omnibus rationibus dictæ Cameræ præeſſe, et ſi iuſta, et rationabilis cauſa exiſtat, pœnas extraordinarias, et banna mitigare, & gratias denunciatis facere, vel cum illis componere; in vendentes ad victum neceſſaria animaduertere; Generali Gymnaſio Vrbis aſſiſtere; ac etiam Collegium per bo. mem. Cardinalem Firmanum viſitare; et vt ſtatuta eiuſdem ſeruentur operam dare. Reficiendorum Murorum, Pontium, Aquæductuum, et omnium ædificiorum publicorum ſollicitam curam, diligentiamque habere, eaque frequenter viſitare, et ne uitientur curare; Præconia inſpicere, et vtilia regeſtari facere; Portarum, et Pontium Stationarios, et Cuſtodes indebitè exigentes plectere, et carcerare, et ad ſeruandum tabulas mercedum compellere; De cauſis quarumcumque appellationum à ſententijs latis in Terris Romani Populi, ſi ad eos recurſum fuerit, ſeù de nullitate dictum, et de omnibus alijs cauſis dictarum Terrarum ſummatim cognoſcere; Mareſcallis, et executoribus omnibus, quæcunque eis viſa fuerint, præcipere, et mandare, et ad parendum cogere; Pœnas, quas arbitrati fuerint imponere, et irrogare, et commiſſas exigere; et ſi contra ſubditos Romano Populo irrogantur, fabricæ eorum Palatij in totum, vel in partem applicare; Terras Romano Populo ſubiectas iuxta ordinem præſcriptum, viſitare, et facinoroſis hominibus purgare, et quoſcunque malefactores pro eorum arbitrio punire, ita tamen quod pro huiuſmodi viſitationibus nihil præter victum pro perſonis, & equis accipiant, et ab omni munere abſtineant; et quicquid præter victum receperint in quadruplum tempore Syndicatus reſtituant; et omnia alia facere exercere, et exequi, quæ ex Bullis, Indultiſque Apoſtolicis conceſſa apparent, et quæ in alijs capiti-

pitibus præſentium ſtatutorum continentur; quæ capitula in ſuo robore, quatenus præſenti capitulo, et contentis in eo non aduerſentur, remaneant, atque perdurent.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur plenè hic de dignitate, et poteſtate Conſeruatorum Cameræ Vrbis, et quod illi appellantur Conſules, et quod Conſulum nomen retinent cum diminuta poteſtate illis competente ex Statutis Vrbis, vel Indultis Apoſtolicis. Oſtenditur, qui debeant creari Conſeruatores, an Ciues originarij, vel etiam exteri, et cuius ætatis, et conditionis ſint eligendi. Oſtenditur quod illorum Iuriſdictio extenditur tam contra Piſtores, quam Macellarios, ac Salſamentarios, et quod in hoc eorum poteſtas non fuit ſublata, nec in totum attributa Annonæ Præfecto, ac Graſciæ Præſidi in Vrbe: idque tutatur cum doctiſſimo diſcurſu R.P.D. Seueroli; firmatur inſimul quod ijſdem Conſeruatoribus competit facultas manumittendi Seruos, ac Sclauos Chriſtianos effectos, qui coram illis libertatem acclamauerint, et in hoc regiſtratur aliud eruditiſſimum non minus, quam legaliſſimum reſponſum eiuſdem R.P.D. Seueroli. Firmatur ſimul, quod poſſunt Conſeruatores Officia ſpectantia ad Cameram Capitolij eorum munere Conſeruatorio durante conferre, non tamen illa extendere, et prorogare ad vitam diuerſarum perſonarum in præiudicium Conſeruatorum ſucceſſorum. Oſtenditur demum, quando Conſeruatores, ac alij Magiſtratum Antianale, vel Priorale exercentes poſſint eo durante conuenire, vel conueniri in Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Author ſub Innocentio XI. fuit Secundus, & poſtea Primus Collateralis.*
2 *Collaterales Capitolij plures electi Epiſcopi, & creati Cardinales, & etiam aſſumpti ad Pontificatum.*
3 *Cardinalis Paneiaticus fuit ſecundus Collateralis, qui laudatur.*
4 *Author refert plura priuilegia competentia Conſeruatoribus Almæ Vrbis.*
5 *Ciuitas Romana omni tempore florentiſſima.*
6 *Romana Ciuitas non poteſt laudari, prout meretur.*
7 *Conſeruatorum poteſtas pendet* à Stat. Vrb. lib. 1. cap. 15. & lib. 3. cap. 4. & ſeq.
8 *Conſeruatores Vrbis ſucceſſerunt in locum Conſulum, Regibus exactis, creatorum, & n. 120.*
9 *Conſeruatores Vrbis etiam de præſenti nominantur Conſules.*
10 *Conſulum nomen, & idea hodie in Conſeruatoribus remanet, & non eſſentia.*
11 *Conſeruatores Vrbis hodie ſunt potius Conſules, & Magiſtratus iuſtitiæ, & honoris, quam poteſtatis.*
12 *Conſules antiquitus creabantur pro vno tantum anno.*
13 *Conſules antiquitus quomodo crearentur, & de eorum poteſtate, & quomodo hæc fuerit diminuta, & n. 121.*
14 *Conſeruatores Vrbis vacante munere Senatoris exercent iuriſdictionem Senatoriam, & n. 15.*
16 *Marchio Iulius Cæſar Nigrellus olim Senator Vrbis laudatur, & n. 18.*
17 *Fuit factus Senator cum titulo* Excellentiæ *dato dignitati Senatoriæ.*
19 *Author fuit ſummè dilectus à Senatore Nigrello.*
20 *D. Marchio Octauius Riarius modernus Senator Vrbis laudatur.*
21 *Clemens X. Pontifex exortus ab antiquiſſima, & nobiliſſima familia Alteria.*
22 *Clemens X. Conſeruatoribus Almæ Vrbis dedit titulum* Excellentiæ, *ac locum in Cappella Pontificia.*
23 *Conſules antiquitus regulariter creabantur pro vno anno in principio anni.*
24 *Conſules hodie, ac Conſeruatores creantur, & eliguntur pro quolibet trimeſtre in principio.*
25 *Conſeruatorum officium vltra trimeſtre non durat, niſi in caſum Sedis Apoſtolicæ vacantis.*
26 *Conſeruatores accipiunt poſſeſſionem eorum Officij à Senatore per traditionem baculi in Aula magna Capitolij.*
27 *Conſules antiquitus pro eorum ornamento habebant baculum, vltra faſces, Securim, & ſellam Curulem.*
28 *Capita Regionum cum eius Priore recipiunt poſſeſſionem per manus Senatoris ea die, & eo loco, quibus illam capiunt Conſeruatores, & n. 30.*
29 *Et tale officium non eſt militare, neque criminale.*
31 *Conſeruatoribus in corpore publicè procedentibus honoris cauſa Cardinales ſiſtunt currum.*
32 *Inſignia Populi Romani in locis publicis apponuntur, vt præcedant Inſignibus Cardinalium.*
33 *Conſeruatores tempore baccanalium equitant in curſu, & quid faciant circa curſum brauiorum.*
34 *Brauiorum curſus hodie fit ſolum cum Equis, non autem cum Aſinis, Bubalis, Hebræis, & Pueris.*
35 *Conſeruatoribus debentur capita piſcium, & ex quibus piſcibus.*
36 *Conſeruatores habent onus conſeruandi alueum Aquæ Marianæ.*
37 *Deputant ſine Senatore Cuſtodem Carcerum Capitolij.*
38 *Confirmant vna cum Senatore Statuta Vniuerſitatum Artium Vrbis, & quomodo.*
39 *Conſeruatores habent iuriſdictionem in coercendis Piſtoribus Macellarijs, & Salſamentarijs ex Statutis Vrbis, & Conſt. Pij IV. & n. 42.*
40 *Statuta Vrbis ſunt confirmata in forma ſpecifica per Gregorium XIII.*
41 *Statutis Vrbis non poteſt derogari niſi per ſolam Signaturam manu Papæ factam.*
43 *Conſtitutio Pij IV. 58. fauore Conſeruatorum non fuit abrogata* per Statut. Vrb. lib. 3. cap. 5. & *etiam n. 44. & 47.*
45 *Iuriſdictio attributa per Statuta Vrbis Conſeruatori-*

toribus non ſuſtulit aliam illis competentem ex Conſtitutionibus Apoſtolicis.

46 *Conſeruatores habent liberum arbitrium circa Iuriſdictionem contrà Piſtores, Macellarios, ac Salſamentarios, etiam in caſibus in ſtatutis non expreſsis.*

47 *Verbum* liberum *nullam importat reſtrictionem.*

48 *Præfectus Annonæ Vrbis de anno 1691. cœpit prætendere, ipſum ſolum priuatiuè ad Conſeruatores habere Iuriſdictionem contra Furnarios.*

49 *R.P.D. Seuerolus ſcripſit pro iuriſdictione Conſeruatorum, & nihil fuit innouatum, qui laudibus extollitur.*

50 *Annonæ cura ſpectat ad Ciuitatem, ac illius Decuriones, & n.51.53.& 54.*

52 *Annonæ Curam etiam antiquitus habuere Magiſtratus Municipales.*

55 *Annonæ flagellatores ſi à Conſulibus locorum non puniantur, ipſi Conſules puniuntur.*

56 *S. M. Innocentio XII. præcantur felicitates in principio Pontificatus.*

58 *Iuriſdictio criminalis ex quibus verbis Iudici dicatur conceſſa, & n.63.*

59 *Annonæ, & victualium vbertas habetur etiam ex modo illius conſeruandæ, & erogandæ.*

60 *Conſeruatores Vrbis exercent iuriſdictionem in Conſules Artium Vrbis.*

61 *Artis appellatione venit etiam illa Furnariorum.*

62 *Ad Conſeruatores appellatur à Conſulibus Artium*

64 *Iuriſdictionis appellatione venit tam ciuilis, quam criminalis.*

65 *Iuriſdictione in genere conceſſa veniunt omnes iuriſdictionum gradus.*

66 *Pœnas diminuere ſpectat ad illum, qui illas poteſt infligere.*

67 *Verbum* animaduertere *imporat punitionem, & quidem grauem.*

68 *Panis ad hominis victum eſt principaliter magis neceſſarius.*

69 *Iuriſdictione data circa Panem, cenſetur conceſſa, adhoc vt panis bonus fiat, & benè coctus & n.70.77.78.& 79.*

71 *Conſeruatores poſſunt punire artifices delinquentes in propria arte, ac etiam Macellarios, & Furnarios & n.72.& n.73.*

73 *Poſſunt coercere Piſtores, Laniones, & Salſamentarios etiam in caſibus non expreſſis in ſtatutis, & n.74. 84.& 87.*

75 *Dictio* in omnibus *eſt vniuerſalis non admittens reſtrictionem.*

79 *Verba* liberum arbitrium *important abſolutam poteſtatem.*

80 *Iuriſdictio comprobatur, ex quo fuit proceſſum ad pœnas.*

81 *Carcerandi poteſtas eſt de Regalibus Principis.*

82 *Carcerandi poteſtas ſat eſt quod adſit in potentia, & quod quis fecerit carcerare etiam per momentum, & n.83.*

85 *Annona principaliter conſiſtit circa victualia, quoad eorum pondus, & menſuram, & n.86.*

88 *Panis bonitas ſummoperè pertinet ad conſeruationem ſanitatis.*

89 *Obſeruantia declarat ſtatuta dubia.*

90 *Pœna fuſtigationis, & poteſtas coercendi, & puniendi importat etiam merum, & mixtum imperium, cum non ſit modica coercitio, & n.91.& 92.*

93 *Vel continet mixtum imperium, & non ſimplicem iuriſdictionem.*

94 *Iuriſdictionem allegans circa aliqua, præcipuè contra alium habentem iuriſdictionem, debet illam probare.*

95 *Magiſtratus Annonæ moderni cum antiquis quoad iuriſdictionem ſunt valdè diſſimiles, & n.96.& 116.*

97 *Magiſtratuum antiquorum iuriſdictio in Vrbe non remanent veſtigia, poſtquam Pontifices euaſere illius Reges, & n.98.*

99 *Iuriſdictio omnis in Statu Eccleſiaſtico habet ortum à Papa, & ab illius conceſſione, & n.100.*

101 *Statuta Vrbis, à Papa in forma ſpecifica confirmata, dicuntur Papalia.*

102 *Annonæ Præfecti poteſtas fuit pro recondendo frumento in horreis, eoque adueсto diſtribuendo.*

103 *Annonæ Præfectus antiquitus circa quæ haberet poteſtatem, & num.104. 105. 106. 111. 112.& 113.*

107 *Præfectura Annonæ antiquitus circa illius poteſtatem variata, & n.108.109.& 110.*

114 *Annonæ Præfectus antiquitus in quibus ſubiectus Præfecto Vrbis.*

115 *Iuriſdictio ſuper certa re vni data, non tollit iuriſdictionem ordinariam vniuerſalem alterius, & n.116.*

117 *Licet in conceſſione Iuriſdictionis adſint verba taxatiua* ſolus, tantum.

118 *Fallit ſi fuerit conceſſa cum hoc, quod nemo alter poſſit procedere.*

122 *Conſtitutiones Pontificum dantes facultates Præfecto Annonæ Vrbis non ſuſtulerunt Iuriſdictionem Conſeruatorum erga Piſtores, & n.123.124.& 125.*

126 *Iuriſdictio conceſſa ob bonum publicum nunquam cenſetur alteri adempta.*

127 *Conſtitutiones non ſunt extendendæ vltra id, quod per illas fuit conceſſum.*

128 *Iuriſdictio ſuper eadem re poteſt vni competere circa aliqua, & alteri circa alia.*

129 *Annona Vrbis non habet priuilegium Fiſci, ſed eſt quædam œconomica adminiſtratio pro conſeruanda abundantia.*

130 *Iuriſdictio ſine titulo etiam præſcriptione immemorabili induci non poteſt, & n.131.*

132 *Præſcriptio in incorporalibus non currit, ſine ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribi prætenditur.*

133 *Præſcriptio iuriſdictionis tollitur, ex quo quis circa aliqua continuauit iuriſdictionem, & num.134.*

136 *Conſeruatores poſſunt dare libertatem ſeruis effectis Chriſtianis, & n.138.139.& 141.*

137 *Priuilegium hoc, abrogatum per ſecundum Indultum Pauli III., fuit reſtitutum per Beatum Piũ V., & n.148.149.& 150.*

140 *Manumiſſiones ſeruorum antiquitus fiebant à Conſulibus, & cum eorum auctoritate.*

142 *R.P.D. Seuerolus laudatur, & eius munera recenſentur, & n.145. 146.& 147.*

143 *Bo. mem. Nicolaus Seuerolus celeberrimus Aduocatus laudatur.*

146 *D. Aduocatus Io. Baptiſta Riccius laudatur.*

151 *Libertas ſemel data ſeruis non poteſt amplius reuocari.*

152 *Serui in Hiſpania quomodo fiant liberi.*

153 *Le-*

Digitized by Google

153 *Leges exteræ conſiderantur vti reſponſa prudentum, & in deciſione cauſarum attenduntur.*
154 *Serui in Regno Franciæ, & in Belgio, dum illud ingrediuntur, acquirunt libertatem, & num. 156. ad 158.*
159 *Serui fugientes à Triremibus Pontificis, vt baptizentur, & libertatem Romæ recipiant à Conſeruatoribus, non puniuntur, & n. 165.*
160 *Voluntas, ac animus diſtinguit delicta, & elicitur etiam ex circumſtantijs, & n. 161.*
162 *Serui fugientes à manibus dominorum, vt libertatem acquirant, licitè hoc faciunt, & n. 163., & 164.*
166 *Indultum conceſſum à Pontificibus Conſeruatoribus Vrbis concedendi libertatem ſeruis manumiſsis eſt fundatum in fauore Religionis Catholicæ, & quare, & n. 167.*
168 *Fugientes à triremibus qua pœna puniantur, & n. 169. 170. 171. & 172.*
173 *Serui fugientes dicuntur Rei furti.*
174 *Secus hodie dum inter Chriſtianos rigor ſeruitutis ceſſauit, & n. 175.*
176 *Serui fugientes etiam hodie ſunt Rei furti, ſi aliquid fugiendo ſpectans ad Dominum ſecum aſportauerint.*
177 *Carceratus nulliter poteſt impunè aufugere iuxta magis communem opinionem.*
178 *Fuga ſerui, vt acquirat libertatem non ambulat cum regulis fugæ carcerati à carceribus, & num. 179.*
180 *Religioſi poſſunt impunè etiam ſine licentia recurrere ad Papam, vel eorum Superiores.*
181 *Principis vices tenet, qui aliquid eius nomine facit.*
182 *Per Baptiſmum quis fit nouus homo.*
183 *Conſuetudo hodie circa libertatem dandam ſeruis ſola attendenda eſt.*
184 *Libertas, quæ datur à Conſeruatoribus Seruis laudata etiam apud Barbaros.*
185 *Fugitiuus non dicitur, qui ad locum permiſſum ſe confert., & n. 186.*
187 *Obſeruantia declarat quid per Conſtitutiones Apoſtolicas fuerit conceſſum.*
188 *Serui libertate donati ob Baptiſmum receptum in ſua libertate remanere debent.*
189 *Refertur reſolutio circa libertatem datam ſeruis à Conſeruatoribus, & n. 190. 191.*
192 *Conſeruatores Vrbis poſſunt concedere de nouo officia Capitolij, non autem illa prorogare, & extendere vltra vitam poſſeſſorum, & num. 193., & 194.*
195 *Confirmatio talis prorogationis facta à Papa non releuat, ſi non appareat de ſcientia Papæ circà defectum poteſtatis Conſeruatorum, & n. 196.*
197 *Conſeruatores debent elegi Ciues originarij potiùs, quam exteri, & n. 198., & 200.*
199 *Venetorum Reſpublica dat Magiſtratus Ciuibus, non exteris.*
201 *Conſules antiquitus non poterant creari niſi Ciues, & non exteri etiam in Latio nati.*
202 *Conſeruatores hodie eliguntur à Papa eius arbitrio, ſed debent elegi Ciues, & n. 202.*
204 *Conſeruatores ex Statuto Vrbis eligebantur etiam Aduocati, Medici, & cauſarum Patroni, ſecus hodie, & n. 215.*
206 *Conſeruatores ex ſtatuto debent eſſe ætatis 35. annorum expletorum.*
207 *Papa eligendo minorem diſpenſat illum in ætate.*
208 *Ætas 25. annorum, de iure requiritur, vt quis poſſit exercere Magiſtratum.*
209 *Annus cæptus in hoc habetur pro completo.*
210 *Minor 25. annorum ſi deficiant maiores in loco, vel ſic vigeat conſuetudo, poteſt gerere Magiſtratum.*
211 *Minor habens filios, pro quolibet filio illi indulgetur annus, & detrahitur à minoritate, ad hoc vt poſſit gerere Magiſtratum.*
212 *Magiſtratum gerens illo durante non poteſt conuenire, nec conueniri.*
213 *Secus ſi priuilegium non opponatur.*
214 *Poteſt conueniri prò cauſa cæpta ante Magiſtratum, ſecus quoad Conſeruatores Vrbis, nam adhuc requiritur licentia Papæ, & n. 215.*
216 *Magiſtratum gerenti non poteſt fieri nunciatio noui operis, ſed ſola poteſtatio ſuper nunciatione, quæ expleto Magiſtratu retrotrahitur.*
217 *Magiſtratum gerens poteſt conueniri in rebus tempore perituris, vel ſi alias expectando periret actio.*
218 *Magiſtratu durante ſi quis committat delictum, ob quod illo priuari poſſit, accuſari poteſt.*
219 *Author terminauit primum* tom. Suar. Annot. cum hac annot. *de Menſe Octobris 1700., vacante Sede per obitum Sa. Me. Innocentij XII.*

DVm in foro Capitolino iuri dicundo præfui
priùs Secundus, mox Primus Collateralis ex
1 beneficentia San. Mem. Innocentij XI.; Incliti pro-
pterea Populi Romani Magiſtratum honeſtiſſi-
mum, & meis humeris ſatis imparem occupaui,
dum Magiſtratum prædictum tenuere viri clariſ-
2 ſimi, qui poſtea ad Infulas, Purpuram, &
etiam ad Summi Pontificatus faſtigium fue-
re euecti; nam Gregorius XIII., ac Gregorius
XV. in foro Capitolino fuere Iudices Collatera-
les, ille Secundus, hic Primus, & nunc Sacro
Cardinalium Senatui reperitur digniſſimè ad
3 ſcriptus Eminentiſſimus D. Cardinalis Panciati-
cus Florentinus, duorum Summorum Pontifi-
cum San. Mem. Alexandri VIII., & Innocentij
XII. Prodatarius, qui & ipſe in Curia Capitoli-
na primo Secundus Collateralis præſedit, & po-
ſtea Locumtenens Ciuilis A. C. exinde Secreta-
rius Sacr. Congr. Viſitationis Apoſtolicæ, &
ſuper Statu Regulat., & ſimul Præceptor Sancti
Spiritus in Saxia, exinde Sacræ Congr. Epiſcop.,
& Regular., à Secretis, poſteà Datarius. Hinc
onus meum, & pondus meum expoſcunt, vt gra-
titudinis excelſæ cultor erga Inclitum Populum
Romanum aliqua hic in felici termino *tom. 1.*
mearum Annot. ad aliqua capita Statutorum Vrbis,
tanquam in propaculo tangam circa Iuriſdictio-
4 nes, facultates, ac priuilegia Inclito Populo Ro-
mano, ac Excellentiſſimis Cameræ Vrbis Con-
ſeruatoribus competentia; quę licèt ex Statutis Vr-
bis, & ex diuerſis conceſſionibus Apoſtolicis mul-
ta ſint, & ad illa omnia referenda exigeretur lon-
ga hiſtoria; ideo pluribus ſilentio traditis (cum
5 Romanæ Vrbis laudes, tam ſub Regibus, quam
vigente Republica, vel dominantibus Imperato-
ribus, vel demum ſub Summis Ponticibus, fue-
rint ſemper excelſæ, ac per Hiſtoricos ſuis tem-
poribus ſucceſſiuè illuſtratæ, itaùe potiùs ſint ad-
6 mirandę, quam rudi calamo curſus celebrandæ,
& faci-

Digitized by Google

& facibus ', velle ſolem in ſua eſſentia lucidum
illuſtrare, eſſet mera fatuitas) ſolum aliqua ad
prsxim etiam noſtrorum temporum hic annotare
volui.
Et primo notandum eſt, quod facultates con-
7 ceſſæ Conſeruatoribus Cameræ almæ Vrbis ſunt
præcipue illæ, de quibus in *Stat. Vrb. lib. 1. cap.
15.*, *& lib. 3. cap. 4.*, *& ſeq.*, quæ ibi videri poſ-
ſunt, ne actum agam, & ne ſim tranſcriptor,
Qui Conſeruatores ſuceſſerunt in locum anti-
quorumConſulum,qui,expulſis,ac exactis ab Vrbe
Regibus,fuere ab initio naſcētisReipublicęRoma-
8 næ electi,in quos tota Regia poteſtas fuit transla-
ta *l. 2, §. exactis deinde Regibus ff. de origin. Iur.*;
& ijdem Conſeruatores ſemper ab antiquiſſimo
9 tempore, & de preſenti fuere Conſules dicti, &
tales in Faſtis Conſularibus, operibus publicis,
ac inſcriptionibus poſitis in Palatijs Capitolij,
& alibi, ſunt nominati.
Benè verum eſt quod nomen Conſulum ijſdem
Conſeruatoribus ſolum nomine, & per quam-
dam ſimilitudinem, & potius quoad honorem,
10 quam quoad poteſtatem remanet, vt aduertit
Fenzon. hic n. 3., & recentiſſimè *Spekban. quæſt.
Iur. centur. 5. claſs. 1. q. 4. n. 3.*
Dum in ſubſtantia ſunt Mag iſtratus Munici-
pales Romanæ Ciuitatis cum coarctata poteſtate
11 illis attributa per Statuta Vrbis, vel per priuile-
gia Apoſtolica, vnde ſunt potius Conſules Iuſti-
tiæ, quam Imperij, ex bene notatis *per Spekban.
alleg. q. 4. n. 5.*
De poteſtate autem abſoluta antiquorumCon-
12 ſulum Romanorum (quæ erat annalis tantum,
ne perpetuitate nimiū poteſtatis ſibi ſumerent, &
ne ob illam alijs imperandi nimia cupiditas, &
licentia creſceret *Spekban. q. 9. Iur. dict. centur. 2.
claſs. 1. q. 3. n. 2.*) & quomodo illi crearentur,
de eorum officio, & poteſtate, & quando hæc
eneruari cœperit,videndi *Galgarnet. hic*, & rurſus
idem *ad Stat. Vrb. lib. 3. cap. 4. VVſembech, tit. de
Conſulib.*, *Duaren.*, *& Vigell. eodem tit. Spekban.*
vbi proximè *q. 1. ad 9.*
Enumerando autem ſecundo loco plura priui-
legia Conſeruatorum etiamnunc vigentis; illud
14 particulariter habetur ex *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 17.*,
quod ſi contingat quoquo modo vacare officium
Senatoris, huius officium vacans cum omnimoda
iuriſdictione exerceatur per Conſeruatores, &
refert caſum de praxi *Fenzon. in annot. ad dict ſtat.*
15 *17.*; & ſic ipſe vidi practicatum meo tempore
per obitum clar. mem. Marchionis Iulij Cæſaris
de Nigrellis Nobilis Ferrarienſis, Almæ Vrbis Se-
natoris defuncti de Anno 1689., dum Conſerua-
tores Senatoriam iuriſdictionem, ac poteſtatem
aſſumpſerunt, illamque continuarunt per menſes
viginti octo circiter, quo Senatoria dignitas va-
16 cauit; qui Marchio Nigrellus priùs pro ſua Pa-
tria apud Summos Pontifices Innocentium X. &
Alexandrum VII. Oratoris Ordinarij in Vrbe Re-
ſidentis munus egregie præſtitit.& ab ijſdem Pon-
tificibus ob eius præclaras animi dotes fuit ſemper
in honore habitus: itaut meruerit ab eodem
Alexandro VII. motu proprio Senator Vrbis de-
clarari; & adhoc vt Senatoris munus iure poſtli-
minij ad priſtinam naturam reuerteretur, & ſem-
per Equitibus generoſæ nobilitatis conferretur,
17 voluit quod idem Marchio Nigrellus Senator,ac
Senatoris dignitas impoſterum *Excellentiæ* titulo
Principibus tantum dari ſolito eſſet deco-
rata, & tali titulo ab omnibus nominaretur,
tam in voce, quam in ſcriptis,proùt de facto fuit
ſeruatum cum eodem SenatoreNigrello viro ſem-
18 per recolendæ memoriæ ob eius eximiam pru-
dentiam, & ſummum animi candorem, itaùt ne-
dum toti Vrbi,verum quatuor Pontificibus Ma-
ximis Alexandro VII., Clementi IX. Clementi
X., & Innocentio XI., ſub quibus Senatorium
Magiſtratum ſuſtinuit, fuerit acceptiſſimus: &
ipſe dum fui ſuo tempore Secundus, mox Primus
Collateralis, ſemper illum in veneratione habui,
19 & eiuſdem erga me magna ſemper fuit humani-
tas, ac ſumma exiſtimatio, mihi certe non debi-
ta; obijt tandem idem Senator Nigrellus plenus
dierum, & meritorum annum agens octuageſi-
mum quintum ſemper ab omnibus deſiderandus.
Verum Nigrellio poſt diù vacatam Senatoriam
dignitatem fuit tandem Senator creatus Excel-
20 lentiſſimus D. Marchio Octauius Riarius ex no-
biliſſima Riariorum familia Saonenſi exortus
ſecundum carnem coniuncta fa. mem. Sixto IV.
de præclara Rourea gente progenito, qui D. Mar-
chio Riarius maiorum ſuorum excelſa faſtigia
ſequens, & Nigrelli Anteceſſoris facta laudabilia
nedum emulans, ſed ſuperare ſatagens, Senato-
riam dignitatem in ſuo ſplendore ab Alexandro
VII. reſtitutam retinet,
Exemplo Alexandri VII., qui titulo *Excel-
21 lentiæ* Senatorem Vrbis decorauit, motus Cle-
mens XI. (ex præclara, & peruetuſta Alteriorum
familia ortus, vt Patriam, in qua per tot ſecula
eius maiores dignitatemConſeruatorum. & Con-
22 ſulum habuerunt) titulo *Excellentiæ* Conſerua-
tores illuſtrauit, & ſimul ijſdem honeſtiſſimum
locum in Cappella Pontificia attribuit.
Conſules antiquitus ex dictis erant duo, & re-
23 gulariter creabsntur Kalendis Ianuarij, licet
quandoque Kalendis Msrtij, & talis varietas re-
fertur ad ſeditiones, aliaſque cauſas, ob quas
Comitia, inquibus creabantur Conſules,impedie-
bantur, vt ex *Ciceron.*, *Dion.*, *& Dionyſio Hali-
carnaſ.*,& alijs refert. *Spekban. qq. Iur. Centur. 5.
claſs. 1. q. 4. n. 5.*: Conſeruatores verò, ac Con-
24 ſules Cameræ Vrbis creantur à Papa quolibet tri-
meſtre, itaut ab illo eligantur, ac nominentur
circa finem Decembris, & capiant poſſeſſionem
eorum Officij in principio Ianuarij, & poſtea
alij de nouo nominantur de trimeſtre in trime-
ſtre, itaùt eorum officium non excedat ſpatium
trium menſium, nec ſolent in officio confirmari;
& ſolum, ſi ſuccedat vacatio Sedis Apoſtolicæ
25 durante trimeſtre, Conſeruatores nedum conti-
nuant in eorum munere toto tempore, quo Sedes
Apoſtolica vacat, verum ſolent à futuro Pontifi-
ce confirmari, etiam pro alio integro trimeſtre,
& hæc eſt praxis omnibus notiſſima.
Poſſeſſionem Magiſtratus Conſeruatores Vrbis
26 capiunt inAula magna Capitolij, vbi ius reddi-
tur,& quidem àSenatore,à quo illis in ſignū præ-
minentiæ, & poteſtatis datur baculus quē, vltrà
faſcem, ſecurim, & ſellam curulem pro eorum
ornamento habebant antiqui Conſules Romani,
vt ex *Flau. Opiſco. in Aureliano Spekan. loco cit. q.
6. n. 11. verſ. & refert.*; & eumdem baculum
Senatut dat etiam Priori Capitum Regionum
Vrbis.

Et eadem die qua Conſernatores officij poſſeſ-
28ſionem capiunt illam nanciſcuntnr etiam Capita
Regionum Vrbis,que ſunt quaruordecim, & pro
qualibet Regione fit à Papa vnus Cinis Roma-
nus, qui ſolet eſſe nobilis, & cuiliberCapiti Re-
gionis in ſign um ſui honoris datur vexillum
29 *cum Inſignijs propriæ Regionis, cui præeſt*, vt ad-
uertit *Rot. in Romana penſionis* 14. *Aprilis* 1679.
§. *Itaque coram clar. mem. Cardinali Taia*, in
qua tamen deciſione per totam latè, firma-
tur, per exercitium muneris Capitis Regionis
nec propriè militaris, nec criminalis non amitti
penſiones Eccleſiaſticas, vt ex deciſione in cal-
ce;& dumConſernatoribns,PrioriCapitumRegio-
30 nū datur poſſeſſio prædicta, aſſiſtuntſedentesCol-
laterales Capitolij, Iudex Criminalis, ac Pro-
curator Fiſci,ſeù Cameræ Vrbis.

Conſeruatores prædicti dum collegialiter pro-
cedunt in Rheda cum Equis phaleratis, & or-
natis floccis, vel pedeſtres in publicis functioni-
31 bus, ſi occurrat aliquis S. Romanæ Eccleſiæ
Cardinalis etiam publicè procedens cum Rhe-
da,&Equis habentibus floccos ſericeos,hic hono-
ris cauſa ſiſtit, dum Conſernatores ſic in corpo-
re procedentes repreſentant Senatus Populique
Romani magnam dignitatem, quæ eſt talis, vt
32 Cardinalis Inſignia, vt omnes proprijs oculis vi-
dent,ſi adſint in aliquo loco,& ſimul illa Senatus
Populique Romanī, hæc præcedunt illa Cardina-
lium.

Tempore Baccanalium ijdem Conſeruatores
33 in prima die illorum equitant à Palatio Capito-
lij per viamCurſus cum Senatore, Collateralibus,
Iudice Criminali, ac Procuratore Fiſci Curiæ
Capitolij, & cum Iudicibus Crimiualibus Curię
Gubernatoris Vrbis, præcedentibus branijs, ac
Tubicinibus cum clangore tubarum, & ijdem via
curſus,inſignum letitiæ, & baccanalium peragra-
ta, redeunt ad PalatiumDiui Marci Venetorum,
vbi eadem die,& in ſubſequentibus baccanalium,
in quibus fit curſus brauiorum,aſſiſtunt tanquam
34 Iudices; brauiorum tamen numerus, & illorum
curſus præſcriptus à *Statut. Vrb. lib.* 3. *cap.* 88.
hodie eſt immutatus, cum ampliùs non currant
Iudei, Aſini, ac Bubalæ ſed ſemper currant
Equi barbari, vel generoſi.

Habent Conſeruatores ex *Stat. Vrb. lib.* 3.*cap.*
35 67. facultatem capiendi à Piſcarijs capita pi-
ſium maiorum iuxrà menſuram relatam in dicto
Statuto, & in marmore inciſam, ac exiſtentem
in Palatio Conſeruatorum.

Habent quoque Curam Aluei Aquæ Marianæ
36 (vulgo *Marrana*) ad hoc ne alueus corrumpatur
ex *Stat. Vrb. cap.* 83, *lib.* 3.

Ad eoſdem ſpectat deputare Cuſtodem Carce-
37 rum Curiæ Capitolij, nec in hoc Senator poteſt
ſe ingerere *ex Statut.* 86. *lib.* 3.

Habent vna cum Senatore facultatem confir-
mandi ſtatuta Conſulum Mercatorum, & Artifi-
cum Vrbis, quatenus ſint licita, & honeſta, mo-
nopolium non cootineant, & non aduerſentur
38 Statutis Vrbis, ex diſpoſione huius Statuti, &
etiam *lib.* 3. *cap.* 4.

Habent quoque iuriſdictionem in Furnarios,
39 Macellarios, & Salſamentarios ex diſpoſitione
Statut. Vrb. lib. 3. *cap.* 6., *&* 7.; nec talis iuriſ-
dictio poteſt illis impediri quoad Furnarios per
Præfectum Annonæ Vrbis,& quoad Macellarios,
& Salſamentarios per Graſciæ Præſidem, cum
enim Statuta Vrbis, quibus nunc vtimur, etiam
poſt Præfecturam Annone fuerint condita,& con-
40 firmata in forma ſpecifica per Gregorium XIII.
eius *Conſt.* 61. *Bullar.* 9. *tom.* 2.,nec ijſdem Statu-
41 tis ſic confirmatis poſſit derogari niſi per Signa-
turam propria manu Papæ factam, vt cauetur in
dicta Conſt. 61. §. 7.; propterea ſi non oſtenditur
per dictos Præfectum Annonæ, ac Præſidem
Graſciæ, quod ipſis fuerint attributæ facultates
derogantes Statntis Vrbis, non poſſunt impedire
Conſeruatoribus facultatem exercendi eorum iu-
42 riſdictionem contra dictos Furnarios, Macella-
rios, & Salſamentarios eiſdem attributam ne-
dum per dicta *Stat. Vrb.* 5. 6., *&* 7. *lib.* 3., ve-
rum, ex litterali *Conſt.* 58. §. 27. Pij IV. Bullario
nono *tom.* 2.

43 Quæ *conſtitutio* 58. Pij IV. fauore Conſernato-
rum non fuit abrogata, nec diminuta per *Stat.*
Vrb. lib. 3. *cap.* 5., itaut ex huius Statuti verbis
quoad Piſtores non poſſint Conſeruatores ſe in-
gerere,niſi ad effectum puniendi, ſi panis non
ſit iuſti ponderis, ſecus ſi habeat alios defectus,
quia factus ex malo tritico, contineat arenam,
44 ſit male coctus, & ſimilia, ſiquidem in hoc ſuf-
fragatur clara diſpoſitio prælibatæ *Conſt.* 58. Pij
IV.,quæ non fuit ſublata per *Stat.Vrb. dict. cap.*5.
lib. 3. loquens de ſolo pondere panis, dum ex
eodem *Stat. Vrb. lib.* 3., *&* *cap.* 4. *in* §. *per hoc*
autem, verbis ſatis Cubitalibus Conſcruatoribus
attribuitur iuriſdictio, & anctoritas cum præſer-
uatione expreſſa, quod non intelligatur deroga-
tum cuicumque alteri facultati ipſis Conſernato-
45 ribus ab alijs Statutis, vel Priuilegijs attributæ,
& idem legitur in hoc *Stat.* 15. *lib.* 1. *circa finem*,
vnde fuit præſeruatum priuilegium clarum ſup-
poſitum, & approbatum *in dict. Conſt.*58. Pij IV.

46 Et hoc comprobatur ex alio *Stat.Vrb.lib.* 3. *cap.*
7. *in fine* vbi Conſeruatotibus attribuitur
circa penas liberum arbitrium etiam in caſibus
in Edictis,ac in ipſis ſtatutis non expræſſis, quod
liberum arbitrium non importat aliquam reſtri-
ctionē,ſed quod poſſint liberè in caſibus omnibus
47 abſque alio impedimento alterius procedere, vt
poſt alios plenè firmat *Gratian. cap.* 23. *per tot.*

Vnde dum alias in principio Pontificatus San.
Mem. Innocentij XII. per bo. mem. Octauianum
48 Corſinum Patritium Florentinum Cameræ Apo-
ſtolicæ Clericum Decanum,& Annonæ Præfectum
fuit prætenſum, quod Conſeruatores non poſſent
ſe ingerere circa crimina Furnariorum commiſſa
in pane prauæ qualitatis, & non bene cocti, vel
aliam prauam qualitatem habentis fuit ſuper
hoc à Papa deputata particularis Congregatio,
ſed agnito per eumdem bon. mem. Corſinum ſuo
malo iure ex doctiſſimo reſponſo R. P. D. mei
49 Seueroli Sacri Conciſtorij, ac Incliti Populi
Romani celeberimi Aduocati, & de cuius do-
ctrina, eruditione dictum fuit plenè infra hic
n. 142., dicta cauſa non fuit amplius propoſita;
& quia tale reſponſum nedum confirmat poteſta-
tem Conſeruatorum, ſed dat legentibus occaſio-
nem diſcendi, & ſimul admirandi, hinc ad
meum decus, & ad publicum bonum, tali reſ-
ponſum hic inſeritur, *ſequentis tenoris*.

Quamuis Annonæ proſpicere, eamque admi-
niſtrare

Digitized by Google

niſtrate, tanqnam concernens commodnm,
& vtiliratem Ciuium, pertinere ad Ciuitatem,
50 eiuſque Decuriones, tradunt communiter Scri-
bentes, de quibus latè apud *Ganauerr. deciſ.* 16.
n. 11., *& ſeqq.*, *& n.* 25. *cum ſeqq.*, *& Card. de
Luc. de Regalib. diſcurſ.* 44. *n.*9. vbi quod vbique,
51 & præſertim inItalia id docet communis obſer-
uantia; Imò vſque ad tempora Iuſtiniani Impe-
52 ratoris, munus id Magiſtratibus Muneipalibus
incumbuiſſe opinetur *Vizzan.de mandat.Princip.ad
L.*2. *cap.* 4. *n.* 2.; quod comprobatur ex traditis
per *Zban. de Iur. Municipior. cap.* 81., *& Nau-
rath. in Addition. ad Hippol. à Collib. de Incremen.
Vrb. cap.* 21. *litt. C.* Vnde Magiſtratus Officium
53 in re hac in primis deſidsrari, tam notum eſſe,
vt vlla demonſtra-ione non egere arbitrerur
Coler. de aliment. lib. 1. *cap.* 17. *in princip.*, ſub-
dens proindè *n.* 35., Conſulibus cuiuſcumque
54 Ciuitatis, etiamſi aliàs nullam coercirionem ha-
beant, pluribus in locis illius curam eſſe deman-
datam; Quin etiam, ſi quod in Annonæ flagel-
55 latores ijdem non animaduertant, ipſos con-
demnari, alibi cautum teſtetur *Kupſebildt. de
Iurib.*, *& priuil. Ciuit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 21. *n.*
33. Attamen qunniam res ram indubia hodiè,
reſpectu Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſimorum
Dominorum Conſeruatorum Vrbis, prætenditur
in controuerſiam deduci ab Illuſtriſſimo, & Re-
uerendiſſimo D. Præfecto Annonæ, ideò ex de-
bito proprij numeris cogimur illam manifeſtam
facere, vt magis tutè Eminentiſſimi Patres, ad
eorumdem Conſeruatorum munus potiſſimùm
ſpectare, in Piſtores, ram circà pondus, quàm
circa qualitatem Panis inquirere, eoſque, ſi quos
deliquiſſe compererint, coercere, atque punire,
decernere valeant, & ex hoc etiam ſub Clemen-
56 tiſſimo, & vigilantiſſimo Principe, fælicioribus,
fauſtioribuſque auſpicijs, quam olim ſuo æuo di-
xerat Claudianus *Carmin.* 1. *de Olyb.*, *& Prolin.
Conſulat. verſ.* 19.

Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,

57 Et quidem ſatis ad hoc eſſet afferre Conſtitu-
tionem 53. Pij IV. *in Bullar. nou. tom.* 2. ſuper
reformatione Tribunalium Romanæ Curiæ, in
qua dum Summus ille Pontifex loquitur de Iu-
riſdictione Conſeruatorum §.27. dicit -- *Et cum po-
tiſſimè ipſorum Officium conſiſtat in coercendis, &
puniendis Piſtoribus, Lanijs, Salſamentarijs, Oli-
torijs, Fructarolis, & alijs Artificibus, vt Vrbs
ipſa omnibus ad victum neceſſarijs, magis, quam
fieri poſſit, abundet* -- Ex quibus Verbis:
Coercendis, & puniendis, à Summo Pontifice
58 fuiſſe intellectum, illis competere Iuriſdi-
ctionem Criminalem non videtur dubitandum,
per ea, quæ latè tradit, & probat *Bellon. de
mandat. Iuriſd. cap.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 2., *&*
3. Et quidem generaliter, & quoad omnia, quæ
ad vbertatem Ciuitatis conferunt, ſtantibus illis
verbis -- *vt Vrbs ipſa omnibus ad victum neceſſa-
rijs magis, quam fieri poſſit, abundet* -- Et ſic quo-
ad Piſtores, quod non ſolùm illos poſſint coer-
cere, & punire, ſi non dederint Panem iuſti
ponderis, ſed etiam ſi illum repererint male qua-
litatis, cum vbertas quoad hoc conſideretur,
59 nedum reſpectù modi illam habendi, ſed etiam
quoad normam illius conſeruandæ, & ordinem
eiuſdem erogandæ, vt præcisè tradit *Rip. de Pe-
ſte. tit. de remed. præſeru. contra Peſt. n.* 181. *verſ.
firmabunt tria.*

Sed vt res manifeſtior euadat, & fundamenta
huius Iuriſdictionis clara appareant, animaduer-
tenda ſunt Capitula Statutorum Vrbis, in quibus
60 huiuſmodi Iuriſdictio Dominis Conſeruatoribus
expreſsè legitur tributa, & ſignantèr *lib.* 1. *cap.*
15. *De Officio Conſeruatorum*, in quo cauetur, quod
ipſi valeant, *ſuper omnes Artes, & Conſulatus
Curiæ Capitolij ſubiectas Iuriſdictionem exercere*:
tribuendo etiam eiſdem poteſtatem *Pœnas ex-
traordinarias, & Banna mitigare, & gratias
denunciatis facere, & cum eis componere*;
Item *In vendentes ad victum neceſſaria ani-
maduertere*; quarum Artium appellatione
venire etiam Piſtores reſpectù poteſtatis Do-
minorum Conſeruatorum in illas, eſt indubita
61 tum, vt patet ex verbis ſuperiùs relatis *Conſti-
tut.* 58. Pij IV., & eſt de iure, vt tradit *Surd. de-
ciſ.*313., Et ſit notorium, Conſulatus eorumdem
eſſe Conſeruatoribus ſubditos, & ab eorum
62 Conſulibus ad Conſeruatores appellari, vt etiam
diſpoſitum fuit à ſa.me. Sixto V. *in Conſtit.*36. §.7.
Bullar. nou. tom. 2. Vt ſic data in DD. Conſerua-
toribus in dictos Piſtores Iuriſdictione, nequeat
controuerti, traditam etiam fuiſſe eiſdem poteſta-
tem illos coercendi, & puniendi; Nam aliàs illa
verba: *Iuriſdictionem exercere*: eſſent inutiliter
appoſita, cum Iuriſdictio ſine coercitione nul-
63 la ſit, & in re hac Magiſtratus coercitionem
habeant, etiamſi aliàs nulla coercitio fuiſſet con-
ceſſa, vt ſuperiùs adnotauimus ex *Coler. de Ali-
ment. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 35. Et regulare ſit, nomi-
64 ne Iuriſdictionis venire tam Ciuilem, quàm Cri-
minalem, ad tradita per DD. *in L.* 2. *ff. de Iuriſd.
omn. Iudic. Mar. Antonin. var, reſol. lib.* 3. *reſo-
lut.* 4. *n.* 2. *Baldutc. in obſeruat. ad Ramon. conſ.* 26.
num. 25., *& Rot. coram Bich. deciſ.* 459. *n.* 5.; &
quod ſub Iuriſdictione in genere conceſſa, om-
65 nes Iuriſdictionum gradus, & ſpecies cenſeantur
conceſſæ, *Capic. Galeott. reſponſ. fiſcal.* 28. *n.* 35.
& 36. *Faiard. alleg. fiſcal.* 33. *ſub n.* 2135. *p.* 2.
Ponderando præſertim, quòd dum in verbis ſe-
quentibus fuit tributa facultas aggratiandi, &
pænas minuendi, pernecesſè ſequitur, per ante-
cedentem facultatem exercendi Iuriſdictionem,
fuiſſe ſuppoſitum, illam poſſe exerceri in pænis
infligendis, cum aggratiare, & pœnas minuere
66 non valeat, niſi qui habet poteſtatem illas infli-
gendi, iuxtà latè tradita per *Claſen. de Iur. ag-
gratiand. cap.* 40., *& 6. ac per totum opus*. Et ſi-
ne ſine dubio, attentis illis verbis, quibus eiſ-
dem datur facultas *In vendentes ad victum neceſſa-
ria animaduertere*; cum verbum illud: *animaduer-
67 tere* importet punitionem, & quidem non leuem,
ſed grauem in facinoroſos, vt notatur in *L.* 3. *ff.
de Iuriſd. omn. Iudic.*, *& in l. Meminiſſe* 94. *ff. de furt.*
cum concordantibus plenè cumulatis per *Albe-
ricum, Prateium, Schieardum, Briſſonium, Brede-
rodium, Caluinum, & alios Iuris Lexicographos in
hoc Verb. Animaduertere*: Et quidem, vt huiuſ-
modi Iuriſdictio ita tributa per Statutum DD.
Conſeruatoribus in coercendis, & puniendis Pi-
ſtoribus exerceri valeat in omnibus caſibus, in
quibus deliquerint, & maximè circa qualitatem,
& pondus, cum Statum non limitare, & reſtri-
ctiuè, ſed generaliter, & indiſtinctè loquatur, &

68 Panis ſit id, quod magis principaliter ad homi-
num victum eſt neceſſarium, Valleſ. de Sacr. Phi-
loſoph. cap. 27. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 3. n.
6., & 58. Rocca diſput. Iur. ſelect. cap. 72. n. 15.
lib. 1.; itaut demandata animaduerſione circa Pa-
69 nem, præcipuè cenſeatur demandata circa id,
quod Panis bonus fiat, vt ſingulariter dicit Gloſ-
ſu. L. publicas 5. verb. Piſtorijs C. de ferijs. Imò
demandata cura victualium, ſeu rerum ad vi-
ctum neceſſariarum, potiſſimum demandatum
70 habeatur curari deberi, quod Panis ſit bene co-
ctus, & bonæ qualitatis, vt præciſè oſtendit Mut.
ad Pragmat. Regn. Sicil. tom. 1. tit. 32. de Offic. Ædict.
ſeu Magiſt. For. ſub n. 17., & 20. cum ſeqq.
71 Et magis ſpecificè ſunt animaduertenda Capi-
tula eiuſdem Statut. lib. 3. nempè cap. 5. 6., & 7.,
in quibus peculiariter agitur de Iuriſdictione
Conſeruatorum in puniendis Artificibus in exer-
citio Artium ad Annonam pertinentium, dum
in priori, nempè cap. 5. quod eſt -- De Furnario-
rum delictis dicitur Furnarijs, ſiuè Piſtoribus, ſi Panē
minoris ponderis confecerint, quàm per Edicta, vel
Conſtitutiones præfinitum, ſi deerit vncia dimidia
in ſingulis bolonenis, & hic Panis ſit ſupra quanti-
tatem bolonenorum viginti, ipſi Conſeruatores pœnam
ſcuti vnius; ſi ſupra bolonen. quinquaginta, ſcuto-
rum duorum, ſi in tota Furni coctura, ſcutorum
quinque, plus, minus in quolibet caſuum prædictorum,
eorum arbitrio, facti, & perſonarum qualitate pen-
ſata, irrogare tenentur. Si deerit vnica vna in
ſingulis bolonenis vſque ad ſummam bolonenorum vi-
ginti, panem amiſſum declarent, & pœnam irrogent
ſcutorum decem, reſeruato ipſorum arbitrio, ſi for-
tè diceretur, Panem vehementia ignis nimis coctum,
aut exiccatum eſſe. Si verò vltrà vnciam in ſingulis
bolonenis vſque ad numerum viginti defecerit, pa-
nem pariter amiſſum declarent, & ad ſoluendum ſcuta
viginti quinq; irremiſſibilitèr eos condemnent, vel per
Vrbē virgis cędi, vel tribus funis ictibus eorū arbi-
72 trio plecti mandent. Et proſequendo: De Macellario-
rum Delictis c. 6; necnō De Salſamentariorū, ſeù Piz-
zicaroliū Delictis c. 7. tandē ampliādo facultates eiſd.
73 DD. Conſeruatoribus in tribus præfatis Capitulis
tributas, in fin. d. c. 7. ad omnia illa reſpiciendo,
ſubnectitur: Et in omnibus alijs caſibus in huiuſmodi
Edictis, etiam hic non expreſſis, alterandi, & mi-
nuendi pœnas, facti, & perſonarum qualitate penſa-
tis, liberum habeant arbitrium circa Furnarios,
Macellarios, & Salſamentarios ſupradictos -- Vt
proptereà remanere videatur extrà controuer-
ſiam, quod Domini Conſeruatores habeant fa-
cultatem puniendi Piſtores, nedum ſi delique-
rint circa pondus Panis, de quo expreſsè Statu-
tum fuit in dicto cap. 5., ſed etiam circa quali-
tatem, imò res alias, in quibus deliquiſſe fuerit
compertum, attentis illis verbis -- Et omnibus alijs
caſibus, etiam hic non expreſſis --, quæ ſemper am-
pliant, & includunt nedum omiſſa in præceden-
74 tibus diſpoſitionibus, ſed imò omnia alia, quam-
uis diuerſa à ſupra expreſſis, vt punctualitèr ad-
notat Cæſar. de Afflict. controuerſ. Iur. reſolut. cap.
31. num. 39. in fin., & n. 40., & 41.; & tanquam
vniuerſalia omnem procul reſtrictionem exclu-
dunt, & ad omnia trahuntur, etiam maiora
expreſſis, perinde, ac ſi diuiſim, & ex-
preſſim mentio habita fuiſſet de omnibus, &
75 ſingulis caſibus, ad plenè deducta, paritèr in
terminis ſimilium verborum; per Morot. reſponſ.
num. 9., & 10. Necnon attentis reſpectu facul-
tatum Dominorum Conſeruatorum illis verbis --
liberum habeant arbitrium, per quæ libera, & ab-
76 ſoluta facultas tributa dicitur, vt ex Menoch.
Monet., & alijs tradit Barboſ. de Clauſul. vſu frequen.
clauſ. 11. n. 4. in fin.

Quæ omnia certiora redduntur, ex Bannimen-
tis, & Edictis perſæpè à DD. Conſeruatoribus
vigore facultatum dictorum Statutorum promul-
77 gatis, ad effectum obuiandi fraudibus à ſimilibus
Artificibus committi ſolitis, & ſignantèr: Che
li Fornari facciano il Pane buono, recipiente, ben
cotto, e di giuſto peſo: circa prædicta, & alias in
quibus fraudes committi valent, plura ſpecia-
tim ſanciendo, & præſertim cap. 22. ibi -- E che
oltre li Straordinarij maggiori, e minori, ſia lecito
ad ogni perſona di poter accuſare, e far l'inuentione
del Pane di qualſiuoglia Fornaro, tanto del Pane,
che non ſia bollato, ò vero bollato con altro bollo, ò
manco peſo, quanto del Pane, che ſia mal conditionato,
e non recipiente &c. vt videre eſt præcipuè in Ban-
nimentis promulgatis anno 1589. ſedente Sixto
V. anno 1601. ſedente Clemente VIII., & anno
1637. ſedente Vrbano VIII. quæ dantur impræſſa,
omiſſis alijs de anno 1586. 1591. 1604. 1607.
1610. de quibus habetur mentio in libello, cui
titulus: Index Bullarum, Breuium, & Conſtitutio-
num Apoſtolicarum &c. Bannimentorum etiam, Edi-
ctorum, ac aliorum quam plurium Iurium ad quod-
que Tribunal, & exercitium ſpectantium, in Ar-
chiuio Impreſſoris Vaticani, & Cameralis exiſten-
tium. Ædit. Romæ Typis Cameræ Apoſtolicæ 1627.
fol. 86., & 87. in verb. Furnarij, & Furnum; vbi
etiam additur, in eodem Archiuio extitiſſe:
molt'altri di ſimil materia: Vt ſic ex Bannimentis,
nedum remaneat declarata facultas à dictis Sta-
tutis DD. Conſeruatoribus tributa ſignantèr in
princip. dict. cap. 5., & in fin. dic. cap. 7., quòd
nempè poſſint inquirere in delinquentes, eoſ-
que punire, ſi criminoſos repererint, tam circa
pondus, quàm circa qualitatem Panis, & qui-
dem primario, & principaliter circa hoc, vt pa-
ter ex illis verbis in fronte Bannimentorum:
bono, e recipiente: Verùm etiam reſultet optima
probatio eorum Iuriſdictionis, etiamſi aliàs pœ-
78 næ non fuiſſent actualiter per contrauentionem
poſitiuam Edictorum inflictæ, Peregrin. tract. var.
tit. de Iuriſdict. lib. 1. num. 88., & 90. Capic. de-
ciſ. 27. num. 29., & 30. Knichen. de Iur. Terri-
tor. cap. 3. num. 310., & ſeq. Rota in recen. deciſ.
254. num. 4., & 10. par. 19. Aut aliàs Edictis
non fuiſſet paritum, Capic. Latr. deciſ. 77. num.
792., & 13. Poſt. de manut. obſeru. 31. num. 2. Ra-
mon. conſ. 26. num. 7., & ibi Balducc. in obſeru.
num. 28., & 29. Rota coram Bich. deciſ. 299. num.
29., & in iſtis terminis nouiſſimè D. Io. Dominic.
Raynald. in ſuis doctiſſimis obſeruat. Criminal. lib.
3. cap. 24. §. 32. num. 14.

Et ſine dubio, cum in caſu noſtro nedum den-
tur plures actus Iuriſdictionis in iſtis caſibus à
DD. Conſeruatoribus exercitæ, vt ex fidibus in
Summario num. 1., & 2. Sed etiam Proceſſus in
Delinquentes fabricati cum eorumdem in Car-
ceribus detruſione, & pœnatum in eoſdem infli-
ctione, & ſignantèr practicatum fuit annis 1648.
& 1679., vt probant acta, de quibus in fide au-
tentica

Digitized by Google

tentica Notarij, *Summario num.* 2. Ex quibus
cum remaneat conſummatus, & completus effe-
ctus eorumdem Bannimentorum, ſatis ſuperquè
80 remanet comprobata Iuriſdictio DD. Conſerua-
torum, ad tradita per *Decian. tract. crimin. lib. 7.
cap. 10. num 91. Maſcard. de probat. concluſ. 997.
num. 4. Capic. Latr. dicta deciſ. 77. num. 13. Rot.
coram Coccin. deciſ. 26. num. 2., & in recent. d. de-
ciſ. 259. num. 10. par. 19.*

Parùm obſtante, quòd in aliquibus ex dictis
caſibus Piſtores delinquentes, fortaſſe breui ſpa-
tio permanſerint in Carceribus, quaſi quòd ex
huiuſmodi actu momentaneo nequeat ad actum
Iuriſdictionis inferri, nam vltrà quod Iuriſdictio
in præſenti, etiam ſine hoc remanet ſatis probata,
& iuſtificata, vt vidimus; Animaduertendum,
quod actus Iuriſdictionis ex carceratione elicitus
non conſiſtit in diutina, vel breui permanentia
in Carceribus Tribunalis illius Iudicis, de cuius
mandato delinquens fuit carceratus, ſed conſi-
ſtit in facultate iubendi, & demandandi, quod
delinquens in Carceribus detrudatur, quæ fa-
cultas, cum nequeat radicari, niſi in eo, cui à
81 lege, vel Principe fuit tributa, cum poteſtas car-
cerandi ſit de Regalibus, vt per *Bartol. in l. Impe-
rium ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. Decian. tract. cri-
min. lib. 7. cap. 10. n. 23.*, conſequenter non re-
quiritur, quod huiuſmodi facultas exeat ad
actum, ſed ſatis eſt, quòd remaneat in ſua po-
82 tentia, *Capit. deciſ. 27. num. 29., & 30.* Et in
omnem caſum ſufficit, vt etiàm per actum mo-
83 mentaneum expleatur, quando, prout in ſimili
caſu, actus momentaneus iam produxit ſuum ef-
fectum, *Surd. conſ. 501. num. 12. Bellon. de
poteſtat. cor. quæ fiunt incontin. lib 1. cap. 81,
n. 14.*

Hinc patet, quàm inanis ſit prætenſio reſtrin-
gendi hanc poteſtatem, & Iuriſdictionem Do-
minorum Conſeruatorum in ſolos Piſtores, ſeu
Furnarios in pondere Panis delinquentes ex *dicto
Statut. lib. 3. cap. 5.*, dum, vt vidimus, generali-
84 tèr antecedentèr ipſis fuerat tributa poteſtas *lib.
1. cap. 15.*, & ſignantèr *dict. cap. 5.* fuerat am-
pliatum per *cap. 7. in fin. eiuſd. lib. 3.*, & vigore
harum facultatum generalitèr fuerat dictum à
Pio IV., illis competere facultatem Piſtores coer-
cendi, & puniendi, nec non ipſi Conſeruatores
Bannimenta promulgarunt, alius etiam caſus, &
ſignantèr qualitatem, & bonitatem Panis con-
cernentia, & iuxtà illa pluriès in Piſtores inqui-
ſiuerunt, illoſque cum effectu coercerunt; ideò
forraſsè *in dicto cap. 5. lib. 2.* ſpeciatim quoad
Piſtores circa pondus Panis delinquentes fuiſſe
prouiſum, prout in alijs ſubſequentibus capitibus
quoad Macellarios, & Salſamentarios, quia cum
Annona potiſſimùm conſiſtat in victualibus, quæ
85 ad pondus, & menſuram venduntur, vt patet ex
cumulatis per *Caſtrenſ. conſ. 40. ſub n. 3. verſ Vi-
detur etiam lib. 1. Laert. Cherubin. in compend. Bul-
lar. in Schol. ad Bull. 70. Pauli V. Schol. 1. &
Knipſchildt. de Iurib., & priuileg. Ciuitat. Impe-
rial. lib. 5. cap. 21. num. 6.*, & frequentiora circa
hæc eſſe poterant delicta, & fraudes, & ſic ſpecia-
86 li animaduerſione opus erat illa coercere, ad
exemplar *Text. in l. Annonam 6. §. Onerant Anno-
nam. ff. de extraordin. crimin.*, non autem, vt ex-
cluderentur alij caſus, qui in recta adminiſtratio-
ne eiuſdem Annonæ contingere poſſunt; facta
proindè ampliatione *in fine de cap. 7.*, de qua ſu-
periùs diſſeruimus; Eoque magis cum quoad
qualitatem Panis videatur eiſdem DD. Conſer-
uatoribus data etiam quodammodò in ſpecie
87 poteſtas, & cura in eam inquirendi, ab eodem
Statuto in — *dicto cap. 15. in princip. lib. 1.*, dum di-
citur — *Ad Officium Conſeruatorum antè omnia ſpe-
ctat vigilem, & præcipuam curam pro Statu San-
ctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ac Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ, & pro Vrbis tutela, ac Ciuium quiete, ac
ſanitate conſeruanda ſemper habere* — Siquidem cum
tribuatur generalis facultas circa vigilem curam
tuendæ ſanitatis, pernecesſè videtur ſequi, fuiſ-
ſe ſpeciatim demandatam Iuriſdictionem inqui-
rendi in Piſtores non conſtruentes Panem bonæ
qualitatis, cum hæc ſummoperè conferat ad con-
88 ſeruationem ſanitatis, vt omnibus notum eſt, &
traditur à *Sennert. Inſtit. Medic. lib. 4. part. 1.
cap 3., & Gaſpar. à Reies in Elyſ. Iucund. quæſt.
camp. quæſt. 85.*, & ad rem plenè à *Mut. ad Pra-
gam. Regn. Sicil. tom. 1. tit. 32. n 20., & ſeqq.*,
& confert, quod refert *Sola ad Conſtitut. Sabaud.
titul. De Edict. Annon. Gloſſ. 1. num. 8.*, vltrà id
quod affirmat *Gloſſ. in l. 5. verb. Piſtorijs C. de
Ferijs ſupra allegata*; Concurrente præſertim ob-
ſeruantia, ſignantèr ex Bannimentis ſuperiùs re-
cenſitis elicita, animaduertendi in Piſtores, quoad
hoc, vt nempè — *Faccino Pane bono, recipiente, e
ben cotto* — Ex qua obſeruantia benè remanet de-
89 clarata quæuis diſpoſitio eorumdem Statutorum,
quamuis aliàs fuiſſet dubia, *Rub. de Validit. legal.
cap. 42. num. 22., & ſeqq. Surd. deciſ. 129. num.
19. Rota in recent. deciſ. 59. num. 12., & 13. par.
10., & deciſ. 169. num. 19., & ſeq. part. 13.*, &
alibi paſſim.

Prout etiam ceſſat alia prætenſio, quòd Iuriſdi-
DD. Conſeruatorum ſolummodò in modica coer-
citione verſetur, dum, vt paritèr vidimus, ip-
ſorum potiſſimum officium conſiſtit *in coercen-
dis, & puniendis Piſtoribus*, vt dicitur in Conſti-
tutione Pij IV.; quæ poteſtas nedùm Iuriſdictio-
90 nem Criminalem importat, vt ſuperiùs diximus,
ſed merum, aut mixtum Imperium, vt notat
*Carpzon. in pract. Criminal. part. 3. quæſt. 101. n.
9. in princip.*; & per Statuta legitur eiſdem tribu-
ta facultas, nedum quod poſſint Delinquentibus,
vel mulctam indicere, vel per Vrbem virgis cædi,
91 vel tribus funis ictibus eorum arbitrio plecti
mandare *vt in dicto lib. 3. cap. 5. in fine*; ſed etiam
dictas pœnas alterandi *vt in fine cap. 7. eiuſdem
lib. 3.*; quod certè pluſquàm modicam coercitio-
92 nem importat, & ſignantèr pœna fuſtigationis,
quæ Criminalis eſt, *Farinac. de delict. quæſt. 19.
num. 29. Baiard. ad Clar. quæſt. 70. num. 5. Ioſeph.
Ludouic. deciſ. Lucen. 1. num. 3.* Cum tamen dato
etiam, quòd hæc eſſent dicenda modica coerci-
tio, non eſſet illa modica coercitio, ſinè qua Iu-
riſdictio minorum Magiſtratuum conſiſtere poſ-
ſet, quæ in ſola coercitione verbali verificatur,
ſed eſſet modica coercitio realis, & perſonalis,
ſinè quà Iuriſdictio Magiſtratuum maiorum con-
93 ſiſtere non poteſt, quæ idem eſt, ac mixtum Im-
perium, vt pluribus cumulatis latè probat *Bel-
lon. de mandat. Iuriſdict. cap. 2. quæſt. 15. n. 7. iun-
cto num. 15., & 17. in fin., & per tot.*

Firmata autem, & ab obiectis vindicata Iu-

riſdictione DD. Conſeruatorum, fatemur neſcire,
quomodò hæc valeat impugnari à D. Annonæ
Præfecto, cum nullam doceat circa hoc poteſta-
tem habere, ſiuè ſpectentur facultates, quæ tem-
pore Romanorum veteribus Annonæ Præfectis
competere videbantur, ſiuè illæ, quæ fuetunt à
Summis Pontificibus ſuo Magiſtratui conceſſæ,
ſiuè demùm prætenſa obſeruantia ſui Tribunalis
allegetur, cum tamen deberet eam clarè expri-
mere, & oſtendere, & concludentèr probare,
94 maximè ad reſtringendam, & diminuendam Iu-
riſdictionem alterius, ad plenè tradita per *Fran-
ceſ. de competent. Iuriſdict. quæſt.* 84. *num.* 23.,
& 29.

Nam quod attinet ad facultates, quæ tempo-
re Romanorum veteribus Annonæ Præfectis
competere videbantur; vltrà quod ſunt inallega-
biles, nedum quia genericè ex Iure Romanorum
de hodierna Magiſtratuum Poteſtate, & Iuriſdi-
ctione haud eſt iudicandum, cum multum inter-
95 ſit inter id, quod fuit, & id quod eſt, vt dicit,
& pluribus probat *Carpzou. in pract. Criminal.
part.* 3. *quæſt.* 109. *num.* 5. 6. 7. 8., *&* 9. Cum
Magiſtratibus noſtri temporis nulla veterum Ma-
giſtratuum remanſerit poteſtas, ſed ſolùm illa
96 quæ ipſis à Principe, vel Statutis tribuitur, *Ro-
man. conſil.* 501. *ſub n.* 9., *& ibi Mandoſ. in addit.
littera G. Dec. conſil.* 5. *ante n.* 1. *Gratian. diſcept.
for. cap.* 596. *n.* 18. Et præcipuè quoad Magiſtra-
tus Vrbis, cum poſteaquam Summi Pontifices
totam Romanæ Ciuitatis curam, & adminiſtra-
tionem tàm Eccleſiaſticam, quàm Secularem ad
97 ſe aduocarunt, nullum illorum remanſerit veſti-
gium, & Iuriſdictio, vt adnotat *Fenzon. ad Sta-
tut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1., iunctis antecedenter
traditis *ad Præfat. num.* 31., *& ſeqq.*; ſed omnia
98 Iura Populi Romani, eiuſque Magiſtratuum
fuerint in Summum Pontificem translata, vt pa-
ret ex relatis per *Platin. in Vit. Bonifac. IX.*, *&
Olderic. Raynald. Annal. Eccleſiaſtic. tom.* 17. *ann.
Chriſti* 1393. *ſub num.* 5. Vt ſic non niſi à Sum-
morum Pontificum conceſſionibus dimetienda
ſit huiuſmodi poteſtas, à quo tanquam à Princi-
pe omnis Iuriſdictio fluit, & refluit, præſertim
in Statu Eccleſiaſtico, itaùt quidquid ſinè ipſo-
rum conceſſionibus geritur, vel attentatur, cir-
99 ca adminiſtrationem Iuriſdictionis, irritum ſit,
Baldus in cap. 1. *§. Ad hæc num.* 2. *de allad.* & ibi-
dem *Aluarot. num.* 1. *Balzaran. num.* 6. *Præpoſ.
ante num.* 1., *& Aflict. in §. Indices num.* 1., *& de
Par. iuram. firman. num.* 6. 7., *&* 12. *Roſſental. de
feud. cap.* 5. *concluſ.* 87. *num.* 3. *Peregrin. tract.
var. tit. de Iuriſdict. lib.* 1. *n.* 2., *& ſeqq. Vaut. de
nullitat. tit. de nullit. ex defect. Iuriſdict. num.* 9.,
& ſeqq. Mart. de Iuriſdict. part. 1. *cap.* 33. *n.* 103.
Anſald. ſimil. tract. par. 1. *cap.* 2. *num.* 33., *&
ſeqq. Altograd. conſil.* 71. *num.* 29., *&* 30. *lib.* 2.
Spad. conſil. 1. *num.* 2. 3., *&* 4. *lib.* 1. cum alijs
innumeris *apud Lagunez. de Fructib. part.* 1. *cap.*
16. *num.* 17., *&* 17., & in iſtis præciſis terminis
100 Iuriſdictionis circa Annonam, *Seuerin. in addit.
ad Sanfelic, deciſ.* 329. *lib.* 3. *§. Dum Author te-
ſtatur*. Quemadmodum fatentur DD. Conſerua-
tores agnoſcere ſuam Iuriſdictionem ab indul-
gentia Summorum Pontificum, & à Statutorum
diſpoſitione, quæ tanquam ab eiſdem Summis
Pontificibus confirmata, & ſignantèr à Gregorio
101 XIII. dicuntur Pontificia, & Papalia, & ha-
bentur, ac ſi ab ipſo emanaſſent, *Gabr. conſil.* 127.
num. 23. *lib.* 1. *Peregrin. conſil.* 5. *nu.* 5., *& conſil.*
6. *num.* 23, *lib.* 2. *Fenzon. ad Statut. Vrb. ad præ-
fat. num.* 38. *Rota coram Gregor. deciſ.* 267. *num.*
6., *& ibi Adden.*, *& in alijs vulgatis*.

Adhuc prædictis facultatibus olim Annonæ
Præfecto tributis perpenſis, nullatenùs eædem
poterunt ſuffragari in præſenti, quia Præfectus
ille nullam vnquam circa id, de quo agitur, re-
peritur habuiſſe poteſtatem, cum de aduehendo,
& conſeruando in horreis frumento, eoque ad-
102 necto diſtribuendo potiſſimum ſatageret, vt
oſtendunt *Andr. Domin. Flocc. de Poteſt Roman.
lib.* 2. *cap.* 15. *Volateran. de Magiſtrat.*, *& Sacer-
dot. Roman. Comm.* 1. *Caſalius de Vrb. Rom. par.* 2.
cap. 14. *Thad. Piſo comm. in prim. par. Pandectar.
ad Tit.* 2. *de Origin. Iur. num.* 37. *Guerin. Piſo de
Romanor.*, *& Venet. Magiſtrat. inter ſe comparat.
ad l.* 1. *de Offic. eius, cui mandat. eſt iuridict. num.*
103 133. Nam licèt etiam animaduertendi in Piſto-
res hauiſſe poteſtatem colligatur ex formula,
quam refert *Caſsiodor. lib.* 6. *variar. form.* 18., qua
penſum, & munditiem Panis exigere debere illi
demandabatur; hoc tamen factum, quia à tem-
pore Traiani, à quo Collegium Piſtorum inſti-
104 tutum, frumenti loco Panis diſtribui cæptus
fuerat, vt benè adnotat *Eberlin. ad l.* 2. *de Origin.
Iur. cap.* 32. *n.* 6. Vt ſic eius Poteſtas nonniſi circa
105 Annonam Ciuilem, ſiuè Ciuicam, & Panem
gradilem verſaretur, vt latè probat *Sadarin. reſ-
ponſ.* 24. *per tot.* quem laudat, & ſequitur *Rocca
diſput. iur. ſelect. cap.* 72. *num.* 42., *& ſeqq. lib.* 1.,
& vltra alios ab ipſis adductos tradunt *Stuckius
antiqu. Conuiuial. lib.* 1. *cap.* 35. *Struu. in Diſſert.
de Annon. apud Fritſch. exerc. Iur. Public. tom.* 1.
exerc. 11. *num.* 7., *& ſeqq. Gibalin. de Vniuerſ. rer.
human. negotiation. lib.* 2. *cap.* 2. *art.* 3. *n.* 9.; hoc eſt
106 circa Frumentum, & Panem, qui ex Romana
largitione gratuitò diſtribuebatur, vt conſtat ex
l. 2. *C. de Annon. Ciuilib. lib.* 11., *& toto Titul.
C. Theodoſ. de Annon. Ciuit.*, *& Pane gradil.*, &
præter *Stuckium*, *& Struuium in locis allegat.* latè
oſtendit *Amaya in l.* 1. *num.* 22., *& ſeqq. C. de
condit. in public. horr. lib.* 10., & diſertius *Salma-
ſius in Not. ad Flau. Vopiſc. in vit. Aurelian. cap.*
35., quod nihil commune habere poteſt cum re,
de qua agitur.

His addito, quòd Præfectura illa, ſiuè Pote-
quod quando ipſe Populus Romanus eligebat
204 Conſeruatores, non excludebat à tali mune-
re Aduocatos, Cauſarum Patronos, ac Medicos,
vt patet ex *Stat. Vrb. lib.* 3. *cap.* 4. §. *Quod ſi con-
tingat*, dum voluit, quòd illi officio Conſerua-
toris durante deberent abſtinere à ſuo exercitio
publicè, & ſic non prohibuit priuatìm dare
Conſilium Legiſtis, & Conſultum Medicis actu
Conſeruatoribus, & in hoc laudandi Romani,
qui Iuriſconſultos, & Medicos proprijs virtutibus
nobiles noluere excludere à nobiliſſima dignitate
Conſeruatoratus; hic tamen mos admittendi
cauſarum patronos, & Medicos ad munus Con-
ſeruatoris, hodie dum Conſeruatores creantur
205 à Papa, eſt abſoletus, nec ego ſpatio trigin-
taſex annorum, quibus Romanam Curiam ſe-
quor, vidi aliquem ex illis aſſumptum ad mu-
nus huiuſmodi.

Ætas vero requiſita ad obtinendum munus
206 Conſeruatoris ex *ſtat. Vrb. lib.* 3. *cap.* 38. §.
Non poſſint eſt annorum 35. expletorum: & quo-
ad Capita Regionum debent ætatem 25. anno-
rum expleuiſſe; quod Statutum hodie non eſt
in vſu, dum Papa illos eligit, etiamſi non ſint
talis ætatis, & eo ipſo, quo illos eligit, licèt mi-
nores videtur cum illis diſpenſaſſe circa ætatem
207 prædictam *Franc. Marc. dec.* 263. *p.* 1. *Otter. de
Official. in Repub. cap.* 2. *n.* 30. *verſic. Et an cen-
ſeatur.*

De iure verò communi, ad hoc vt quis poſſit
208 admitti ad Conſulatum, ac Magiſtratum ſuæ
Patriæ, requiritur ætas 25. annorum *l. ad Rem-
publicam* 8. *ff. de muner. & honor. l. non tantum*
11. *ff. de Decur. Tondut. reſol. ciuil, p.* 1. *cap.* 62.
n. 1, *Spekhan. alleg. q.* 5. *n.* 14., & plures cumu-
lat *Reuerendiſs. Zaul Epiſc. Verulan. ad Statut.
Fauent. lib.* 1. *Rubr.* 1. *n.* 26. *ad* 29. *tom.* 1. *Otter.
de official. Reipub. cap.* 2. *n.* 30.; annus verò vi-
geſimus quintus cœptus habetur pro completo,
209 hoc enim in honoribus fauoris cauſa conſti-
tutum eſt, *d. l. ad Rempublicam Cobell. ad Bull.
boni Regimin. cap.* 31. *n.* 82. *Spekhan. alleg. q.* 5.
n. 14. *verſ. Annus autem.*

Poteſt tamen minor viginti quinque annorum
eligi ad Magiſtratum, ſi deficiat numerus Ci-
uium ætate maiorum, vel ſi conſuetudine intro-
210 ductum ſit, quod eligantur minores, *l. Non
tantum* 11. *ff.* de *Decur. Loſe. de iur. Vniuerſit. p.*
1. *cap.* 3. *n.* 28. & 29. *Cobell. dict. cap.* 31. *n.* 81.
Tondut. alleg. cap. 62. *n.* 4. & 5. *Zaul dict. Rubr.*
1. *n.* 44. & 45., vbi idem quando deficiunt ætate
maiores.

Idem dic, ſi minor habeat filios, nam pro
211 quolibet filio, quem minor habet, illi remit-
titur vnus annus minoris ætatis *text. ad literam
in l.* 2. *ff. de minor. Tondut. dict. cap.* 62. *n.* 8.

Poſtquam quis Conſeruator eſt electus duran-
212 te officio non poteſt conueniri, nec conueni-
re in iudicio *l. pars literarum* 48, *ff. de iudic. l.* 2.
ff. de in ius vocan. Antonell. conſ. 67. *n.* 14., & in
illa cauſa *Thomat. deciſ.* 13. *n.* 19. bene *Calà de
Viſitat. Magiſtrat. diſſertat.* 10. *n.* 1. & *ſeq. Rot.
deciſ.* 700. *n.* 7. *coram Merlin.*, & in puncto Con-
ſeruatorum Vrbis *Fenzon. hic n.* 7 & *ſeq.*

At talis Concluſio non procedit, ſi Conſerua-
tores, vel alij Magiſtratum gerentes non oppo-
213 nunt tale priuilegium, cum illud debeat ex-
preſsè opponi *Antonell. dict. conſ.* 67. *n.* 15. & 16.
& in illa cauſa deciſiuè *Thomat. deciſ.* 13. *num.*
23. *ad* 26.

Nec procedit in cauſa cœpta ante adeptum
214 Magiſtratum plenè *Antonell. dict. conſ.* 67. *n.*
17. *cum trib. ſeq.*, nec diſſentit *Fenzon. hic nu.* 7.,
215 qui dicit, quòd hæc limitatio quoad Conſer-
uatores Vrbis non eſt recepta ex quadam vrba-
nitate, & quod propterea tali caſu recurritur ad
Papam per memoriale, qui ſolet reſcribere Iudi-
ci, vt procedat, quando cauſa eſt cœpta, & hoc
vidi aliquando ſeruatum, dum fui dicundo
præturam in Curia Capitolij.

Si verò Conſetuator, vel alter exiſtens in
Magiſtratu opus nouum, ac fabricam facere ve-
lit, licet illi propriè nunciatio noui operis fieri
non poſſit, ex quo licet ſit actus extraiudicialis,
tamen tendit ad iudicium, adhuc poteſt fieri
proteſtatio ſuper impedimento, & cum tali pro-
teſtatione ius nunciare volentis, ſed impediti,
216 adeo conſeruatur, vt illa poſt completum
Magiſtratum retrotrahatur ad diem, qua facta
fuit, & totum poſt illam ædificatum deſtrue-
tur *l. ſi quis ipſi Prætori 7. & ibi Gottofred. ff. de
nou. oper. nunciat. Cald. dict. diſſert. 10. num. 5.
cum duob. ſeq.*

Prout ſi agatur de rebus, quæ tempore perire
poſſunt, vel ſi actioni proſequendæ dies periret,
217 poteſt Magiſtratus conueniri ſaltem vſque
ad actum conteſtationis litis *l. ſed etſi 28. §. ſed
etſi, ff. de iudic.* vbi ad litteram id deciditur *dict.
Cald alleg. diſſert. 10. n. 58. & ſeq.*, vbi contraria
declarat, & leges quæ videntur contrariæ,
conciliat.

Poteſt pariter Magiſtratum gerens, ſi in eo ge-
rendo crimen admiſerit, cuius pœna ſit amiſ-
218 ſio Magiſtratus accuſari etiam durante offi-
cio, nam ſi expectaretur finis Magiſtratus fru-
ſtra pro pœna ſequeretur remotio *Bald. in tit. de
pac. Conſtantiæ in vſib. feudor. verbo Credentias
circa finem de Ponte deciſ. 15. nu. 1. & ſeq. Cald
dict. diſſert. 10. n. 57.*

Præpoſterè hoc loco pauca hæc pro maiori
parte potius aliena, quam noſtra tetigimus: alie-
na tamen, honore pro R. P. D. meo Seuerolo,
qui illa elucubrauit, retento, hic noſtra fecimus,
vt ex illis ſcripta noſtra decus, & ornamentum
reciperent, & vt cum ſcriptis tanti viri *primus
Tom. mearum Annot. ad aliqua Stat. Vrbis* termi-
219 naretur; prout Deo adiuuante, Deipara Vir-
gine protegente, ac Sanctis Ioſepho Patriarcha,
Petro, & Paulo Apoſtolis, Franciſco de Aſſiſio,
& Alexio Confeſſoribus, ac Sancta Pulcheria
Virgine meis Protectoribus apud Deum inter-
cedentibus, illum terminaui hac die XXI. Ka-
len. Nouembris anni Secularis, ac Iubilei Vni-
uerſalis M DCC.

De Locis Montium Cameralibus, non Vacabilibus.

DISCVRSVS VNICVS.

PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Locorum Montium materia ſatis bene tractata à
Cardinali de Luca.*
2 *Author fuit Locumtenens Ciuilis Gubernatoris,
Collateralis Capitolij, & Procurator Genera-
lis Montium.*
3 *Locorum montium materia examinatur cum re-
gulis beneficiorum, & feudorum, ac iurium Hiſ-
paniæ.*
4 *Loca montium Venetijs dicuntur Credita ſuper
Zecca.*
5 *Romana Ciuitas ſemper abundauit magnis in-
genijs.*
6 *Locorum montium materia diuiditur.*

MAior, ac potior pars commercij in Roma-
na Curia conſiſtit in illo Locorum Mon-
tium Cameralium non vacabilium: & de illo-
rum materia ſæpe in Tribunalibus diſputari con-
tingit, nec de ea ex profeſſo fuit ab aliquo diſ-
cuſſum (excepto *clar. mem. Cardinali de Luca,*
1 non minus Purpura, quam Doctrina Eminentiſ-
ſimo, qui plura ſolidè ſuper ea ſcripſit *in tract.
de Regal.* ad materiam locorum Montium *diſc.
23. ad 43., & in ſupplemen. tom. 16. p. 1. lib. 2.
diſc. 163. & 164.*; & multa etiam doctè, ac ſoli-
dè more ſuo enunciauit R. P. D. Anſaldus cele-
berimus olim in Curia Aduocatus, mox S. mem.
Innocentij XII. Auditor, & nunc Inſignis Sacræ
Rotæ Romanæ Auditor in ſuo celebri *tract. de com-
merc. & mercatur. diſc. 71. & 95.* poſt hæc ſcripta,
& dũ illa reuideo, viſus) ideo ea, quæ ſpatio pluriũ
annorum ſuper tali materia adnotaui occaſione,
2 qua munus Procuratoris Generalis Montium
Romanæ Curiæ, & ſimul Iudicis Ordinarij tam
in Tribunali Gubernatoris Vrbis in munere Lo-
cumtenentis Ciuilis. quàm Secundi, & poſtea
Primi Collateralis in Curia Capitolij, hic per
diſcurſum theoricè practicum ponere decreui,
& *Primum Tomum mearum Annot.* ad aliqua
Statuta Vrbis cum illo complere; Scio, quod
agitur de materia ſatis ſterili, licet vtiliſſima,
3 & quod in illa procedendum eſt regulariter cum
terminis officiorum venalium, quæ tractantur
iuxta terminos beneficialium, vel feudorum, &
in Hiſpania ſimilia credita locorum montium
dicuntur *Iura* ex traditis per *Laream alleg. fiſcal.
22. Salgad. Labyr. credit. p. 2. cap. 25. n. 39. &
ſeq.*, & poſt illos *Card. de Luc. alleg. diſc. 163. n.
4 10. & 11.*; & Venetijs dicuntur credita in Æde
monetaria, vulgo *Zecca*, vt notat *Peregr. conſ. 43.
n. 1. lib. 1.* Scio in materia in ſe ſterili, & in
qua procedendum eſt per æquiparationem, & à
ſimilibus, à meo ſteriliſſimo ingenio non poſſe
ſperari vbertatem, nihilominus exhibebo, quod
potero; & à feraciorum ingeniorum uiribus,
5 quibus Romana Ciuitas ſemper abundauit, &
de præſenti abundat, expecto meliora Commen-
taria; ſat mihi erit dediſſe, quod potui, diſcam
ab alijs meliora, ſi in lucem prodibunt publicæ
vtilitati.

Et vt materia Locorum montium ſatis ampla
vnico tantum diſcurſu hic ſolum libata cum ali-
qua poſſibili claritate eluceſcat in duos articu-
6 los diuidam, in quorum primo agetur ſingula-
riter de locis montium liberis; & in ſecundo de
locis montium vinculatis, & quando, & in qui-
bus caſibus poſſint ab illis deleri vincula; & rur-
ſus primus articulus partietur in quinque partes,
ſeù ſectiones; & quidem in prima ſectione age-
tur de quidditate, eſſentia, ac natura locorum
montium non vacabilium, & de multiplici illo-
rum numero, & eorumdem differentia; In ſe-
cunda oſtendetur, quomodo illa acquirantur tam
quoad dominium, quam quoad poſſeſſionem,
& quando ſuper illis competat immiſſio nec ne.
In tertia dilucidabitur, an illa ſint ſtabilia, &
quid reſultet ex quo ſint, vel habeantur pro ſta-
bi-

bilibus ; & quomodo, & quando tranſcant libera in emptores , vel cum vinculis in illis contentis ; In quarta agetur de illorum valore intrinſeco , & extrinſeco , tam quoad loca montium libera , quam vinculata : & ſimul oſtendetur , quales fructus ex illis percipiantur . In Quinta aliqua libabuntur circa Theſaurarium Generalem , ac alios Iudices Ordinarios, Secretarios , Ratiocinatores , Procuratorem Generalem , ac Depoſitarios fructuum locorum Montium , & ſuper quibus tales Iudices , ac Miniſtri ſe ingerant circa loca Montium , & ſimul ſuper quibus procedat Congregatio Montium ; In ſexta denique agetur de locorum montium extractione , extinctione , ac diminutione fructuum eorumdem , an ſit licita .

ARTICVLVS PRIMVS.

SECTIO I.

ARGVMENTVM.

Loca Montium non vacabilia quid ſint , tam quoad nomen , quam quoad eſſentiam oſtenditur ; de illorum erectione multiplicitate , ac differentia agitur .

SVMMARIVM.

7 *Loca montium quare ſic dicta ?*

8 *Loca montium ſunt quædam ſpecies annui redditus , ac cenſus cum Principe , ac Republica .*

9 *Loca montium emuntur cum auctoritate Theſaurarij, ac Secretariorum Montium .*

10 *Literæ patentes locorum montium ſunt Inſtrumenta crediti in Montibus .*

11 *Solutio facta non deſcriptis in literis patentibus non releuat .*

12 *Loca montium , pro quibus perſonis ſint acquiſita probatur ex literis patentibus .*

13 *Vinculum fideicommiſſi in locis montium reſultat ex literis patentibus .*

14 *Vinculum fideicommiſſi expreſſum in literis patentibus ſuffragatur ſolum nominatis in illis , & num. 15.*

16 *Loca montium differunt ſolum in nomine ob diuerſas illorum erectiones .*

17 *Loca diuerſa montium S. Petri nuncupata hodie adſunt .*

18 *Loca montium cur erecta, & ob quas cauſas ?*

19 *Loca montium vacabilia hodie ſuppreſſa , quæ erant maioris redditus , & quare ?*

20 *Loca montium emuntur ſub fide Principis , vel Reipublicæ , ac eius Cameræ , & ærarij , & num. 21.*

22 *Loca montium* Communitatum *habentur pro Cameralibus .*

23 *In locis montium Cameralibus ſi quis debet inueſtire , validè facit inueſtimentum in locis montium* Communitatum .

24 *Loca montium Cameralia ſic dicuntur ad diſtinctionem montium Bononiæ , & Ferrariæ , ac Baronalium .*

25 *Loca montium Baronalia ſunt illa erecta ſuper bonis Baronum cum Chyrographis Papæ.*

26 *Loca montium Baronalia ex lege fundationis debent extingui intra tempus determinatum .*

27 *Pro locis montium Baronalibus Camera ad aliquid non tenetur , ſed ſunt ſolum obligati Barones .*

28 *Montium Baronalium erectionem prohibuit Paulus V. & quare ? & n. 29., & prius n. 27.*

30 *Barones ſi ſint admiſſi ad loca montium Cameralia , pro illis Camera eſt obligata .*

31 *Author fuit Procurator Generalis Montium .*

32 *Procurator Generalis Montium agit de ordine Papæ contra Barones pro ſolutioone fructuum locorum Montium .*

33 *Loca montium Baronalia minus valent, quam Cameralia, & quare ?*

34 *Loca montium Cameralia plus valent, & ſunt meliora, quam ſint Cameralia .*

35 *Obligatus inueſtire in locis montium Cameralibus non poteſt inueſtire in Baronalibus .*

36 *Secus , ſi alternatiuè ſit obligatus inueſtire in locis montium, ſtabilibus, vel cenſibus .*

37 *Loca montium Cameralia non poſſunt vendi , vt illorum pretium pro fideicommiſſo inueſtiatur in locis montium Baronalibus , & num. 38. 40. & 41.*

39 *Alienatione prohibita non cenſetur prohibita permutatio , & quando ſecus n. 40. 41. & 42.*

43 *Loca montium Baronalia ſubiecta fideicommiſſo ſi extrahantur, quando illorum pretium poſſit reinueſtiri in alijs locis montium Baronalibus .*

44 *Mons Pietatis Vrbis pecunias in illo depoſitatas ad effectum inueſtiendi in ſtabilibus non ſoluit ex ſe, niſi inueſtiantur in locis Montium Cameralibus .*

45 *Praxis Sacri Montis in hoc eſt optima, cum ſolum inueſtimentum in locis montium Cameralibus ſit omnino ſecurum .*

LOca Montium , & Montes dicuntur, quia ex
redditibus Cameræ Principis, vel Reipubli-
cæ ſit aceruus , ac aggregatio quædam , quaſi
mons pecuniæ , ijs præſtanda , qui redditus
7 emant à Principe , vel Republica , vt poſt *Vgolin.*
de vſur. firmat *Cobell. ad Bull. Boni Regimin. cap.*
34. *artic.* 12. *n.* 22.

Et ſunt quædam ſpecies annui redditus , ſeù
cenſuum , qui emuntur à Principe , vel Republi-
ca, mediantibus Regiſtris publicis Secretariorum,
ac Officialium , ac literis patentibus ſubſcriptis
8 ab ijs , qui ab hoc facultatem habent à Principe,
vel Republica *Cobell. dict. artic.* 12. *n.* 13. *& ſeq.*
Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 23. *n.* 18., *R. P. D. An-*
ſald., dum hæc ſcripta reuideo , viſus *de Commerc.*
& mercatur. diſc. 95. *n.* 4.; & Romæ ſubſcribuntur
à Theſaurario Generali , ac Secretarijs Montium,
qui plures ſemper fuerunt , licet ſub Clemente X.
vnicus tantum fuerit conſtitutus Secretarius, qui
continuauit ſub Innocentio XI., ſed poſtea viſum
9 fuit, melius eſſe pro bono publico in tanta loco-
rum montium mole illam regi per plures Secre-
tarios , & ſic quatuor fuere facti , & ſunt Secre-
tarij .

Quæ literæ patentes locorum Montium ſubſcriptæ per Theſaurarium Generalem , ac Secretarios Montium conſtituunt legem , pacta , ac formam contractus , & habentur pro publicis Inſtrumen-

Digitized by Google

ſtrumentis contra Principem, & Rempublicam,
eorumque Cameram cum ſolutio omnino fieri
10 debeat deſcriptis in literis patentibus *Cardin. de
Luc. de Regal. dict. diſc. 23. n. 19.*

Eſtque adeo verum, quod dictæ literæ paten-
tes præſeferant Inſtrumentum crediti in locis
montium, quod ſi fiat ſolutio alijs non deſcri-
ptis in illis, vel contra illarum formam, ſit malè
facta, ad inſtar debitoris ſoluentis ſpreta lege,
11 ſeù forma crediti in Inſtrumento contenta *Card.
de Luc.* in ſpecie *de Regal. diſc. 23. n. 19.*

Hinc cum literæ patentes ſint Inſtrumenta lo-
corum montium, ideo ex illis apparet, pro qui-
12 bus fuere acquiſita, & an pro fideicommiſſo *Rot.
decif. 39. n. 8. par. 6. recen. deciſ. 377. n. 18. & ſeq.
par. 13., & deciſ. 496. n. 6. par. 18.*

Et vinculum fideicommiſſi apparet, ex quo fuit
13 expreſſum in literis patentibus *dict. dec. 377. n. 22.
p. 13. recen.*, vbi quod illorum qualitas, & natura
dignoſcitur ex tenore literarum patentium.

Itaut vinculum fideicommiſſi appoſitum in
literis patentibus non proſit fideicommiſſarijs,
14 de quibus in illis non fuit cogitatum *Rot. deciſ.
437. n. 20. coram Priol.*; nam ſi in literis patenti-
bus adſunt vincula fauore certatum perſonarum,
illis tantum ſuffragantur, & non alijs perſonis,
15 cum quoad has in literis non expreſſas tranſeant
liberè in emptores *Cardin. de Luc. de Regal. diſc.
27. n. 6. Rot. in Romana locorum Montium 29. No-
uembris 1660. coram b. m. Bcuilaqua.*

Talia loca montium Cameralia, licet in ſub-
ſtantia omnia ſint redditus, vel cenſus acquiſiti
cum Principe, vel Republica, ſunt quoad no-
men differentia iuxta diuerſa tempora, vel di-
uerſas cauſas erectionis eorumdem, vt varias il-
16 lorum erectiones, ac nomina recenſet *Cenc. de
Cenſ. qu. 29. n. 13.*; at hodie exceptis Montibus
Fidei, Reſtaurati, ac Nouennalis, alia omnia eo-
cum antiquis nominibus amiſſis, tranſierunt in
17 Montem Sancti Petri nuncupatum, & iuxta plu-
res illius erectiones nuncupatur Mons Sancti Petri
Primæ, ſecundæ, tertiæ, ac vlterioris erectionis.

Fuereque loca montium à diuerſis Summis
Pontificibus erecta ob varias neceſſitates Belli,
Peſtis, magnæ Cariſtiæ, vel vt Chriſtiana Religio
à Turcis, vel hæreticis turbata ſarcta tecta habe-
18 retur cum ſubſidijs pecuniarijs Cameræ Apoſto-
licæ, qua non habente pecunias promptas ad
ſuccurrendum huiuſmodi neceſſitatibus, Ponti-
fices erexere Montes, quaſi Cenſus, illos venden-
do priuatis, cum ſubiugatione, pro ſolutione fru-
ctuum, ac reſtitutione ſortis receptæ, gabella-
rum, ac prouentuum Status Temporalis Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ ex firmatis per *Rot. deciſ. 679.
coram Seraph.*

Loca montium huiuſmodi Cameralia dicuntur
non vacabilia ad diſtinctionem vacabilium, quæ
in Vrbe prius aderant, hodie ſuppreſſa, & quæ va-
cabant etiam in capitali per obitum illa ementis
& acquirentis, & ex quibus ratione periculi amiſ-
ſionis capitalis licitè percipiebantur vberiores,
19 ac grauiores vſuræ ex firmatis *per Gaill. pract.
obſeru. lib. 2. obſeru. 8. Cobell. ad Bull. Boni Regi-
min. cap. 34. artic. 13. n. 2. Rot. deciſ. 9. n. 12. apud
Cenc. de Cenſ.*

Præfata loca montium non vacabilia alia ſunt
Cameralia, alia Communitatum, & alia Barona-
lia; Cameralia ſic dicta, quia Camera eſt illo-
rum debitrix, & ex illorum ære ſoluuntur; & quia
20 Papa in illorum erectione promittit fidem publi-
cam ſui Ærarij, ac Cameræ Apoſtolicæ, & ſub tali
fide publica Cameræ emuntur, & ſunt ſub com-
mercio; loca vero montium Communitatum ſic
dicta ſuue, quia erecta, ac debita à Communi-
21 tatibus particularibus Status Temporalis Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ, de quibus meminit *Cobell. ad
Bull. Bon. Regimin. cap. 34. artic. 12. n. 24. verſic.
Communitatum denique.*

Attamen loca Montium Communitatum di-
cuntur Cameralia, & obligatus inueſtire in locis
22 montium, ſatisfacit inueſtiendo in Montibus
Communitatum *Rot. deciſ. 416. n. 14. & ſeq. p. 18.
tom. 2. recen.*

Et licet loca montium Communitatum ſint in-
ferioris valoris, & difficilioris exactionis, ad-
huc hoc non operatur, quod obligatus reinueſti-
re in locis montium Cameralibus non vacabili-
bus non ſatisfaciat ſuo oneri inueſtiendo in illis,
23 dum habetur ex tali inueſtimento certus finis ſe-
curitatis pro fideicommiſſo *Rot. deciſ. 126. n. 39.
& 40. par. 13. recen. & dict. deciſ. 416. n. 17. ad 19.
par. 18. tom. 2.*

Loca vero montium Cameralia exprimuntur
cum nomine *Cameralia* ad diſtinctionem aliorum
24 montium non Cameralium, vt ſunt illa Ciuita-
cum Bononiæ, Ferrariæ, vel Barronalia *Rot. dict.
deciſ. 416. n. 15. par. 18. recen.*

Loca vero montium Baronalia non vacabilia
dicuntur illa erecta ſuper Caſtris, ac bonis Iuriſ-
25 dictionalibus, & etiam allodialibus Baronum
Status Eccleſiaſtici cum licentia, ac motibus pro-
prijs Pontificum, cum ad illius regaliam ſpectet
huiuſmodi erectiones Montium concedere, quas
fauore Baronum ſæpè Pontifices conceſſere, ad-
huc vt illi, ære alieno ſub grauibus vſuris exiſten-
te, grauati, poſſent illud exoluere cum pecunijs
recipiendis ex Monte cum mitioribus vſuris; &
regulariter Pontifices in erectione montium Ba-
ronalium, vltra ſubiugationem certorum bono-
rum, ac illorum liberationem ab hypothecis an-
terioribus, quas transferunt in alia bona Baro-
num, mandant eiſdem præſtationem cedulæ ido-
nei mercatoris in Vrbe pro prompta ſolutione
fructuum de bimeſtre in bimeſtre; & vlterius ſolet
etiam eiſdem iniungi onus extinguendi Montem
26 erectum intra certum tempus, vt per *Cobell. dict.
cap. 34. artic. 15. n. 9. & 10.*, & ego vidi, dum
eram Procurator Generalis montium, cedulas ſic
conceptas plurium montium Baronalium.

Licet autem loca montium Baronalia quoad
exemptiones, ac ſeruitutes perfruantur priuile-
gijs montium Cameralium (exceptis fide,
& obligatione Cameræ, cum hæc ad nihilum te-
neatur, ſed ſolum illorum onus ſpectet ad Baro-
nes) nihilominus quia experientia docuit, huiuſ-
modi montes Baronales eſſe parum tutos, quia
27 fructus ex Caſtris, & Tenutis aſſignatis pro illo-
rum dote perſæpe percipiuntur, & conſumuntur
per ipſos Barones: & Mercatores, qui fecerunt
Cedulam bancariam pro ſolutione fructuũ Mon-
tis Baronalis, dum ipſis non ſoluuntur promptè
aſſignamenta per Barones, retardant Montiſtis
ſolutionem fructuum; ideo talia loca Montium
Baronalia perſæpe decreſcunt in pretio, & vix in-
ueni-

Digitized by Google

uenitur, qui illa emere velit pro congruo pretio.
Hinc Paulus V. in ſuo Motu proprio ædito de
28 anno 1608. ſuper bono regimine locorum Mon-
tium Romanæ Curiæ profeſſus fuit, Summos Pon-
tifices debere ob hoc ſe abſtinere à conceſſione
gratiarum erectionum Montium Baronalium, &
dicit, nimiam fuiſſe facilitatem Sedis Apoſtolicæ
in concedendis huiuſmodi erectionibus Montium
fauore Baronum, & aliorum particularium.
Et prius Clemens VIII. ſua particulari ſanctio-
ne ob eaſdem rationes mandauit, quòd Barones
29 non admitterentur ad loca Montium Camera-
lia, & illam confirmauit Paulus V., vt aduertit
*Cobell. ad Bull. Boni Regiminis cap. 34. artic. 23.
n. 10. verſ. ſexto Clementis*; & quando Barones
ex gratia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ fuerunt ad-
miſſi in locis Montium Cameralium, tunc Mon-
tiſtæ habent obligatam ipſam Cameram,
30 cum ſub illius fide acquiſiuerint loca montium,
& tali caſu Camera agit contra Barones, ad hoc
vt aſſignamenta promiſſa pro locis montium
Cameralium, ad quæ fuere admiſſi, ſoluant, &
31 hæc eſt praxis, & ſic vidi ſeruatum de tempore,
quo eram Procurator Generalis Montium; at
credo, quòd hodie non ſuperſint aliqua loca
montium Cameralia, ad quæ fuerint admiſſi
Barones.
Et dum eram Procurator Generalis montium
experientia compertum fuit, Barones debitores
locorum montium, vel Baronalium, vel Came-
32 ralium, vti in illis admiſſos, ob moram in ſol-
uendo aſſignamenta, fuiſſe opus illos iudicialiter
vrgere, ſic dato mihi ordine præciſo per S. m.
Innocentium XI.
Inſurgit propterea, quòd loca montium Ba-
ronalia non ſunt regulariter tanti valoris, quan-
tum Cameralia, & quia non ſunt adeo facilis,
33 quinimmo perſæpe difficilis exactionis quoad
fructus; & quia quoad ſortem pari poſſunt di-
minutionem ratione vinculi cautionis, vel one-
ris illam reinueſtiendi pro euictione bonorum,
quæ venduntur Baronibus per Congregationem
Baronum, vt omnibus notum eſt, quod nun-
quam euenit in locis montium Cameralium, cum
ſemper illius fructus liberè vnà cum ſorte per
Camerã reſtituantur, & hac de cauſa ea, vti fun-
data ſuper ære, ac patrimonio Fiſci, & Cameræ
Apoſtolicæ, ſemper ſunt ſoluendo, vt ſuper ſimi-
libus locis montium, ac annuis redditibus ſuper
34 Zecha Inclitæ Ciuitatis Venetiarum arguit *Pe-
regr. conſ. 43. n. 8. lib. 1.*
Nec ideo obligatus inueſtire in locis montium
35 Cameralium poteſt facere inueſtimentum in
his montibus Baronalibus ex firmatis per *Rot.
decrſ. 416. n. 15. p. 18. tom. 1. recent.*
Quando tamen quis eſt ſimpliciter obligatus
inueſtire in locis montium non vacabilibus, ſtabi-
libus, vel cenſibus, dum non adeſt reſtrictio ad
loca montium Cameralia, ego dixi, quòd poteſt
inueſtire in locis montium Baronalibus: eo quia
36 hæc ſunt ſtabilia, & in nihilo differunt à Ca-
meralibus, & illis æquiparantur vigore priuile-
giorum illis conceſſorum in Cedulis motus pro-
prij ſubſcriptis per Papam in eorum erectione,
dum ex dictis, præciſa obligatione Cameræ, quæ
ſolum adeſt in locis montium Cameralibus, ſunt
parificata Montibus Cameralibus quoad cætera
priuilegia, & ſic dum ſunt ſtabilia, & habentur
pro ſtabilibus, bene fit in illis inueſtimentum,
dum habetur finis obligationis inueſtiendi in
locis montium genericè volitis per partes ex fir-
matis ſupra *hic n. 20.*
Si verò adſint loca montium Cameralia iam
inueſtita pro fideicommiſſo, non poſſunt vendi
ad effectum illorum pretium inueſtiendi, & ſub-
rogandi in tot locis montium Baronalibus, etiãſi
permutatio prætendatur vtilis pro fideicommiſ-
ſo, quia cum pretio locorum ſexaginta, verbi
gratia valoris ſcutorum centum ſexdecim pro
37 quolibet loco emantur loca ſeptuagintaquin-
que circiter montium Baronalium, nam cum
hæc ſint ex dictis regulariter non ita facilis exa-
ctionis, & ſubiecta non ſæpè vinculis cautionis
pro euictione, & de reſtituendo prioribus, & po-
tioribus vt ſupra: hinc ceſſat vtilitas pro fidei-
commiſſo, quinimmo apparet potius de damno,
& ſic tali caſu adeſt mala fides hæredis grauati,
38 & nulla concurrit vtilitas fideicommiſſi, & per
conſequens prohibita eſt talis permutatio, iuxta
firmata per *Andreol. contr. 369. Rot. deciſ. 207.
n. 29. & ſeq. p. 16. recen. & deciſ. 191. n. 4. &
5. p. 17. Rot. Florentin. apud Palm. Nepot. alleg.
327. n. 13. tom. 4.*
Et vtilitas fideicommiſſi allegata, ex quo per
permutationem pretij locorum montium Came-
ralium cum Baronalibus eſſet euidenter vtilis ob
augumentum tam in fructibus, quam in quan-
titate maiori locorum montium in ſorte, & ſic
quod licet eſſet prohibita alienatio non tamen
39 cenſeretur prohibita permutatio. *Socin. Iun.
plenè conſ. 28. n. 5. & ſeq. lib. 2. Mandell. Abb.
conſ. 97. n. 12. & infra, Peregr. de fideicom. art.
40. n. 32. & 33. & ibi, Cenſal. in addit. in §. Ob-
ſeruo fol. 266. Xammar. rer. iudic. p. 2. definit. 72.
n. 6. & ſeq. Cardin. de Luc. de fideicomm. diſc. 168.
n. 2., & diſc. 172. n. 6. & in ſupplem. p. 3. diſc.
173. n. 18. verſ. Solet, & verſ. iſto caſu, Rot. dec.
807. n. 29. & 30. p. 18. tom. 2. recen.*; adhuc ta-
lis concluſionis robur corruere videbatur quoad
fideicommiſſarios, dum nulla prorſus aderat vti-
40 litas, compenſato periculo reſtitutionis fortis
vinculatæ pro euictione, & pro cautione de re-
ſtituendo prioribus, & potioribus, quod vincu-
lum vltra maiorem difficultatem in exigendis
fructibus, longè maioris æſtimationis eſt, quam
augumentum capitalis facti pro fideicommiſſo:
eoque maximè, quia loca montium Baronalia
acquiſita à fideicommittente aderant de tempo-
41 re, quo acquiſiuit Cameralia, & tamen in illis
noluit facere inueſtimentum, ſed in montibus
Cameralibus, ex quo arguitur ſimul, quod Ba-
ronalia ſpreuit vti minus ſecura, & ſic non erat
per me Iudicem, qui debebam adimplere, & ſequi
diligenter voluntatem Teſtatoris, decerni, quod
in damnum fideicommiſſi fieret permutatio de
42 inueſtimẽto tuto facto in locis montiũ Camerali-
bus in aliud locorum montium Baronalium ſub-
iectum vinculis in damnum fideicommiſſi, & con-
tra voluntatem fideicommittentis.
Quando tamen agitur de locis montium Ba-
ronalibus ſobiectis fideicommiſſo, ſi illa extra-
hantur, poteſt pro fideicommiſſo pretium pro
illis reſtitutum reinueſtiri in alijs locis montium
Baronalibus ſimilibus, præcipuè ſi tale inueſti-
men-

43 mentum factum ſit cum mandato Theſanrarij
Generalis, ac præuia eeſolueione Congregatio-
nis Montium plenè *Rot. decif. 191. n. 13, & ſeq.
p. 17. recen.*

Et loca montium Camecalia, quia habentur
pro ſtabilibus, *vt* infra oſteudetur, ac inueſtimen-
tum in illis factum dicirue optimum, quia tutuni.
& ſeeueum, dum eſt aſſecueatum à Principe, vel
Republica; hinc ſi pecunia ſie depoſitata in Sa-
ceo Monte Pietaeis Vrbis ad effectum inneſtien-
44 di in ſtabilibus, non ſolent Miniſtti Montis ex
ſe daee oedinem pro inueſtimento niſi in locis
montium Cameralibus, & non vaeabilibus, non
autem in locis montium Baeonalibus, vel alijs
ſtabilibus ſiue cenſibus, & ſi quis prætendae fa-
ceee inueſtimentum in ſtabilibus, cenſibns, vel
locis montium Baronalibus debee adire Iudieem,
qui hoc peæcisè mandee Miniſtris Montis, quæ
45 peaxis eſt valdè bona, cum inueſtimentum in
locis montium Camecalium, & non vacabilium
ſit omnino eutum, quod non euenit in alijs euae-
ratis inueſtimentis, vnde ſi in his peæeendatur
fieri inneſtimentum, Mons vult, quod ſupet illo-
rum idoneitate ſtabilienda, adeatue Iudex.

SECTIO II.

ARGVMENTVM.

Locorum Montium dominium, & poſſeſſio quomodo acquiratur, & ex quibus probetur, & quando, & quomodo ſuper illis competat, nec ne immiſſio etiam in Saluiano, vel denegetur.

SVMMARIVM.

46 *Locorum montium poſſeſſio probatur ex deſcriptione facta in libris montium, ae expeditione literarum patentium facta per Secretarium in faeiem alicuius.*

47 *Etiam ad effectum obtinendæ manutentionis.*

48 *Loca montium deſcripta per Seeretarium in faciem alicuius præſumuntur eiuſdem, ſi non probentur in alium tranſlata.*

49 *Locorum montium poſſeſſio probatur per fidem Secretarij atteſtantis ab aliquo poſſideri.*

50 *Locorum montium poſſeſſio probatur ex libris Depoſitariorum montium, ex quibus appareat de ſolutionibus fructuum factis alieni perſonæ.*

51 *Vnica exactio fructuum ſufficit ad effectum manutentionis.*

52 *Poſſeſſio locorum montium non probatur ex elauſula conſtituti appoſita in contractu inito per priuatos ſine Secretario ſuper locis montium.*

53 *Manutentio ſuper locis montium non datur ex poſſeſſione per clauſulam conſtituti, deficiente auctoritate Seeretarij.*

54 *Decifiones ſuper hoc contrariæ, quomodo procedant, declaratur & n. 55. 56. 57. & 58.*

59 *Loca montium etiam prius priuatim vendita; ſi poſtea vendantur cum auctoritate, & deſcriptione facta à Seeretario, tranſeunt libera in ſecundum emptorem & n. 60.*

61 *Loca montium acquiſita per ſubbaſtationem priuſquam ſuper illis non ſequatur tranſlatio facta per Secretarium, non dant ius liberum emptori.*

62 *Locorum montium dominium ſpectat ad declaratarium nominatum, & deſcriptum per Secretarium in libris montium.*

63 *Locorum montium declaratarius, & attergatarius cum auctoricate Secretarij habet illa libera, prout habebat declarans.*

64 *Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 39. num. 4. in fine declaratur.*

65 *Attergatarius locorum montium eum auctoritate Seeretarij ſine actuali reſignatione acquirit plenum ius ſuper illis & n. 66. 67. & 68.*

68 *Cardin. de Luc. ſententiam in diſc. 39. n. 4. de Regal. à ſe tentam, deelarauit cum Authore, non eſſe veram.*

69 *Loca montium ſpectant ad illum, cuius fauore reſeruata fuit diſpoſitio quoad ſortem, & fructus.*

70 *Et tranſeunt in illius hæreditatem, & vti hæreditaria poſſunt executari.*

71 *Loca montium acquiſita per hæredem eenſentur empta pro hæreditate, ſi de voluntate acquirentis conſtet tacitè, vel expreſsè.*

71 *Maximè ſi loca montium fuerint empta de pecunijs hæreditarijs.*

73 *Et ſi hæres in emptione illorum uoluit quod ſtarent pro vſufructu illorum, qui fuerant relicti hæredes proprietarij.*

74 *Loca montium etiam empta pro alio poſſunt vendi ab emente, qui ſibi reſeruauit liberam illorum diſpoſitionem & n. 75.*

76 *Procedit, licet alter exegiſset & ipſe fructus.*

77 *Loca montium empta pro aliquo, ſi hic acceptauit emptionem, non poteſt amplius emens de illis diſponere.*

78 *Immiſſio ex interdicto quorum bonorum ſuper locis montium competic hæredi ab inteſtato.*

79 *Immiſſio ſuper locis montium emptis cum multiplico ordinato pro fideieommiſſo competit fideicommiſſario.*

80 *Immiſſio ſuper locis montium ſubrogatis loco rei ſubiectæ fideicommiſſo competit fideicommiſſario.*

81 *Et ſuper locis montium ſubrogatis in locum aliorum montium extractorum.*

82 *Loca montium eſſe fideicommittentis probatur ex libris Montis, in quibns fuere deſcripta ad eius creditum.*

83 *Et ex quo fuere deſcripta in eius inuentario hæreditario.*

84 *Et ſi appareant empta eum multiplico, & inueſtimento ordinato à Teſtatore.*

85 *Deſcriptio in locis montium habetur loco traditionis.*

86 *Loca montium empta à Patre, & deſcripta in faciem filij, ſpectant ad filium.*

87 *Immiſſio ab inteſtato ſuper locis montium competit proximioribus in gradu ſucceſſibili, & proximitas debet probari.*

88 *Immiſſio ſuper locis montium non datur ſine clauſula* dummodo poſſeſſio ſit vacans &c. *& num. 89.*

90 *Siue teſtamento quod quis deceſſerit, quomodo probetur.*

91 *Negatiua per teſtes verisimiliter informatos, & reddentes rationem eorum dicti probatur, etiamſi non remoneant ſenſum ab actu.*

92 *Negatiua, ſicut affirmatiua probatur per teſtes re-*

Digitized by Google

referentes confeſſionem partis, & de auditu ab illa.

93 Clauſula dummodo poſſeſſio ſit vacans &c. in translatione locorum montium quid operetur & n. 94.

95 Clauſula dũmodo poſſeſſio ſit vacans &c. facit vt poſseſſio habeatur pro non tradita in præiudicium habentium meliora iura.

96 Poſſeſſio ſtante tali clauſula habetur pro non tradita.

97 Poſſeſſio ſtante dicta clauſula reſoluitur per comparitionem alterius habentis meliora, & potiora iura, & n.98.

99 Clauſula dum modo, debet apponi etiam, quando transferuntur loca montium per ſucceſsionem ex teſtamento, & n.100. & 101.

102 Clauſula præfata dummodo poſt biennium tollitur per Theſaurarium Papæ.

103 Etiam per alios Iudices Ordinarios Vrbis, & qui hi ſint, refertur, & n.104.

105 Legatarius, an poſsit capere poſſeſsionem locorum montium propria auctoritate, & in certis caſibus concluditur negatiuè & n.106.

107 Legatario melius eſt, quod detur poſſeſsio locorum montium, citato hærede & quare?

108 Super locis montium competit immiſsio in Saluiano.

109 Contraria opinio refertur fortè verior.

110 Auctor tenet pro immiſsione ſuper commoditate fructuum locorum montium quouſque extant penès ipſum debitorem, ſecus poſt illorum reſignationem, & n.112. & 113. & n.116.

113 Cenc. de Cenſ. quæſt.29. n.13. in ſua diſtinctione ſuper hoc facta reprobatur, & n.114. & 115.

117 Hypotheca competit, ac Saluianum ſuper locis montium ſubrogatis in locum rei hypothecatæ.

118 Subrogatum in locum alicuius oneris, & hypothecæ aſſumit onus, & hypothecam.

119 Loca montium quando ſint ſubrogata in locum bonorum venditorum ex voluntate partium.

LOcorum montium poſſeſſio probatur ex deſcriptione illorum facta per Secretarium
in faciem alicuius in libris Montium, & ex literis
46 patentibus expeditis in faciem eiuſdem Rot. deciſ.70. n.1. par.7. recen. deciſ.434. n.13. par.9. deciſ.244. n.2. par.10., deciſ.286. n.5. par. 12. deciſ. 375. n.1. par.15. deciſ.170. n.11. par.18. deciſ. 52. n.1. poſt Salgad. Labyr. credit., deciſ.922. n.1. coram Amat. Dunozett. deciſ.390. n.3. & 19. coram Bich., deciſ.229. n.13., & deciſ.279. num.1. coram Cerr., R.P.D. Anſald. de commerc. & mercatur. diſc. 95. n.9.; quæ deſcriptio ſuffragatur etiam ad effectum obtinendæ manutentionis fauore illius, in cuius
47 faciem ſunt deſcripta, vt probatur ex allegatis deciſ., & ſignanter ex prædictis deciſ. 229. & 279. coram Cerr.

Et deſcripta ad fauorem alicuius in libro Secretarij Montium præſumuntur remanſiſſe ſem-
48 per penes illum, niſi conſtet de effectiua tranſlatione, & traditione eorumdem facta alteri Rot. deciſ.114. n.8. & 9. poſt Merlin. de legitim.

Probatur pariter poſſeſſio locorum montium ex atteſtatione, & fide Secretarij montium, in
49 qua dicat, illa per certam perſonam poſſideri Rot. deciſ.650. n.11. coram Amat. Dunozett.

Probatur etiam ex partitis extractis ex libris Depoſitariorum Montium continentibus exactio-
50 nem fructuum eorumdem factam ab aliquo Rot. deciſ.70. n.3. par.7. recen., deciſ.244. n.3. par. 10., deciſ. 922. n.2. coram Amat. Dunozett. deciſ. 229. n.14. & 15. & deciſ.279. n.2. coram Cerr., & deciſ. 725. n.10. apud Poſt. de manut.

51 Et ad effectum manutentionis ſufficit vnica exactio Rot. deciſ.279. n.2. coram Cerr.

Ex ſola tamen clauſula conſtituti appoſita in contractu priuato, donationis, venditionis, vel alterius ſimilis, inito inter partes ſine auctoritate Secretarij montium Officialis publici, qui fecerit auctoritate Principis deſcriptionem in fauorem emptoris, donatarij, vel ex alio titulo acquirentis, non probatur poſſeſſio locorum montium: cum facta priuatorum non faciant aliquem dominum, & poſſeſſorem in hac materia locorum montium, ſed auctoritas publica, deſcriptio nem-
52 pè, ac translatio facta à publico Officiali Principis ad hoc electo Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 38. n.7. & 8., qui teſtatur, deciſum contra manutentionem petitam in locis montium ex clauſula Conſtituti appoſita in contractu inito ſuper illis
53 per priuatos ſine facto publici Officialis, idem diſc.41. n.5. & 6., & benè Rot. deciſ. 197. num.10. & 11. apud Poſt. de Subhaſt. in addit. cum alijs per R.P.D. Anſald. de Commerc., & mercatur. diſc.95. n.16., vbi quod loca montium neque diſtrahi, aut obligari, vel in alium transferri valeat abſque auctoritate Officialium cum deſcriptione in libris publicis, ac in literis patentibus.

54 Et licet videatur contrarium deciſum per Rot. deciſ. 265. n.1. & ſeq. apud Poſt. de manut., deciſ. 764. n.2. & 3. par. 1. recen. & deciſ. 390. per tot. coram Bich., dum in dictis deciſ. fuit conceſſa manutentio ſuper locis montium ex clauſula conſtituti appoſita in contractu inito ſuper illis inter priuatas perſonas, & ſine publici Officialis auctoritate; adhuc præfatæ deciſiones non contradicunt firmatæ concluſioni, quia vltra quod deciſ. 265. & 764. emanarunt ante Conſt. 154. S. mem. Vrbani VIII., per quam fuit ſancitum, quod ſuper locis montium per priuatas conuentiones nullum ius reale acquiratur, non accedente facto translationis publici Officialis; vlterius in caſu dictarum deciſionum Conſtitutarij vltra
55 clauſulam Conſtituti reperiebantur in actuali poſſeſſione per exactionem fructuum factam ex locis montium translatis per clauſulam Conſtituti appoſitam in contractu inito ſuper illis per pri-
56 uatos; & in caſu deciſ. 390. coram Bich. vltra contractum inter priuatas perſonas cum clauſula Conſtituti, Conſtitutarius fuerat deſcriptus creditor per Secretarium publicum Officialem in libris montium, & in eius faciem fuerant expeditæ literæ patentes; & licet in illo caſu obijceretur nullitas, ex quo non fuiſſet benè ſeruata forma præſcripta in alleg. Conſt. 154. Vrbani VIII., nihilominus, quia exceptio talis nullitatis erat turbida, & clarè conſtabat de poſſeſſione locorum
57 montium ex pluribus actibus in illa deciſione recenſitis, propterea fuit proceſſum ad manutentionem, reiecta nullitatis exceptione, vti turbida, & altiorem indaginem expoſcente.

Præterea concluſio, quod ex ſola clauſula conſtituti cum poſſeſſione actuali ſubſequuta per exactionem fructuum habitam vigore ordinis facti

per

per ipſum donantem, vendentem, vel dantem
in ſolutum directi Depoſitarijs locorum mon-
tium, probetur poſſeſſio ad effectum obtinendæ
manutentionis, poteſt fortè admitti contra ip-
58 ſum reſignantem, donantem, vel dantem inſo-
lutum, quouſque loca montium reperiuntur de-
ſcripta in libris Secretarij ſub eius nomine, ſecus
ſi poſtea conſtituens illa alienaſſet in tertium
auctoritate publica Secretarij Montium; ex quo
tunc ex dicta Conſtitutione Vrbana loca mon-
tium libera, & abſque aliquo nexu tranſiere in
dictum tertium, qui medio tempore illa acquiſi-
uit cum auctoritate Principis, interpoſita me-
diante Secretario, in hoc eius publico Officiali, vt
plenè alijs cumulatis probat *R.P.D. Anſald. de
Commerc. & mercatur. diſc.95. n.41. & ſeq.*

Siquidem primus contractus priuatus initus
ſuper locis montium ſine auctoritate Secretarij,
ac publici Officialis non abdicauit dominium
locorum montium, ſed adhuc quis remanet do-
minus, vnde benè poſtea potuere ab eodem in
tertium transferri per reſignationem, vel alium
titulum datum mediante facto publici Officia-
59 lis, qui illa deſcripſit in libris publicis mon-
tium, per quam deſcriptionem auctoratam per
Principem mediante ſuo Officiali verè acquiritur
dominium, poſſeſſio, ac ius reale ſuper locis
montium, & non per contractum initum priua-
tim ſine facto talis Officialis, cum ex tali contra-
ctu nullum ius reale ſuper illis acquiratur, ſed
tantum actio perſonalis, ad faciendam effecti-
uam reſignationem locorum montium contra
illorum venditorem, vel donatorem, alias ad
damna, & intereſſe, & è contra reſignatarius,
ac emptor, deſcriptus talis cum auctoritate Prin-
cipis, ac eius Officialis in libris Montium, ac-
quirit verum dominium, poſſeſſionem, ac ius
reale cum omnimoda libertate, itaut non poſſit
à dicto primo acquirente per contractum priua-
60 rum, vel ab alia quauis perſona, moleſtari, ex
firmatis, per *Gratian. cap. 252. n.7. & 29., Car-
din. de Luc. de Regal. diſc. 25. n.5. verſic. vnde ad
ſummum & n.6., diſc.27. n.4. diſc. 38. n.8. & diſc.
41. n.5. & 6. Rot. deciſ.728. n.6. & 7. coram Pen.,
deciſ.197. n.10. & 11. apud Poſt. de Subhaſt. in ad-
dit., & in Romana locorum montium 29. Nouembris
1660. §. cæterum coram Beuilaqua.*

Quod factum Secretarij publici Officialis in
reſignatione locorum montium eſt adeo neceſſa-
rium pro acquirendo in illis dominio, ac iure
irretractabili, ac libero, vt illud requiratur etiam
in locis montium per publicam ſubhaſtationem
cum mandato Iudicis venditis, nam ſi non fue-
rit per Secretarium fauore deliberatarij facta
effectiua translatio, & deſcriptio in libris Mon-
tium in vim deliberationis peractæ, nunquam
61 deliberatarius illa acquiret liberè, ex defectu au-
ctoritatis publici Officialis Principem repræ-
ſentantis, vt præcisè notat *Cardin. de Luc. de Re-
gal. diſc.27. n.3. diſc.29. n.5., & diſc.39. n.2.*

Et tanta eſt in hac materia locorum montium
auctoritas, ac fides publica, elicita ex dicta
deſcriptione facta per Secretarium, quod licet
fuerint etiam expeditæ literæ patentes, ſi poſtea
emptor, & reſignatarius dictas literas patentes
mediante eodem Secretario attergauerit fauore
alterius, cum declaratione facta in attergatione,
quod ſpectant liberè ad dictum declaratarium, &
attergatarium, tam reſpectu ſortis, quam reſpe-
ctu fructuum, ex hoc reſultat acquiſitio dominij
locorum montium attergatorum fauore illius,
62 in cuius faciem fuit facta deſcriptio, declaratio,
& attergatio cum plena diſpoſitione *Rot. deciſ.
262. n.1. & ſeq par.1. diuerſ. deciſ. 65. n. 7. & 8.*
confirmata *deciſ.96. n.fin. coram Priol.*

Et attergatarius tali caſu poſſidet loca mon-
63 tium eadem ſecuritate, qua gaudet reſignatarius
*Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 39. n.2. verſicul. pro
creditoribus*, qui licet poſtea de hoc dubitet *n. 4.
in fine*, tamen eius dubitatio non ſubſiſtit, cum
ratio libertatis locorum montium ex pluries re-
petitis, etiam per ipſum *Cardin. de Luc.*, conſiſtat
in ſola auctoritate Principis interpoſita median-
te facto, ac organo Secretarij Montium publici
miniſtri, & publicam pro Principe interponentis
auctoritatem, & attergatarius talem auctorita-
tem ſequatur pro libertate, & ſecuritate acqui-
renda in locis montium.

64 Et ſolum poſſet cadere dubitatio *Cardinal. de
Luc.*, quando in ipſis locis montium, ac eorum
literis patentibus adeſſet aliquod vinculum im-
peditiuum liberæ translationis dominij per atter-
gationem fauore tertij; ad tollendas tamen om-
nes diſcuſſiones quando in locis montium, ac eius
literis patentibus deberent apponi vincula cau-
tionis, euictionis, vel alia ſimilia, ſi res ſit in
fieri poteſt procurari, quod vincula apponantur
in corpore literarum patentium per effectiuam
translationem, ac reſignationem eorundem;
licet mihi videatur verior, ac tutior ſententia,
65 quod ſufficiat ſimplex attergatio, ex concluſione
in hac materia plana, & certa, quod loca mon-
tium non recipiunt vincula, vel grauamina niſi
ea, quæ ſunt ad litteram expreſſa in literis paten-
tibus, vnde dum quis habet loca montium libe-
ra in ſui faciem acquiſita per deſcriptionem illo-
rum factam in libris Montium cum expeditione
literarum patentium cum eadem libertate, nullum
adeſt impedimentum, quod illorum dominus, &
creditor non poſſit illa attergare pro cautione,
euictione, ſecuritate cambij, & ſimilibus; & per
talem attergationem mediante auctoritate publi-
ca Principis interpoſita per organum Secretarij
ſui Officialis publici, dum loca montium atter-
66 gata erant in corpore literarum patentium libe-
ra, cum eadem libertate tranſeunt in attergata-
rium, & per attergationem factam de illis cum
impoſitione vinculi fauore tertij operatur, vt
quocunque vadant ſemper cum vinculis appoſi-
tis in attergatione tranſeant, alias attergatio
facta cum auctoritate Principis mediante Secre-
tario perſona publica remaneret fruſtatoria; &
tamen ex praxi quotidiana habetur, quod vincu-
la poſita locis montium per attergationem, hoc
eſt per illorum appoſitionem à tergo literarum
patentiũ ſortiuntur ſuum effectum: cum loca mon-
67 tium tali caſu remaneant ſub nomine illius, qui
illa acquiſiuit, & ſub cuius nomine fuere expe-
ditæ literæ patentes, ſed per attergationem re-
manent ſpecialiter affecta, hypothecata, & vin-
culata fauore illius, pro cuius ſecuritate fuit fa-
cta attergatio pro cautione, euictione, vel alio
ſpeciali vinculo; nec enim alicui ſit aliquod præ-
iudicium per talem attergationem, nec impedi-

Digitized by Google

tur commercium, nam quoad dominum locorum
montium ipſe preſtat conſenſum attergationi, &
vt fient affecta vinculis conuentis cum attergata-
rio, & hoc fit cum auctoritate Secretarij publici
miniſtri, qui talem attergationem deſcribit in
literis patentibus, & in libris montium; vnde
ſi quis vult poſtea emere talia loca montium non
prohibetur hoc facere, ſed cum vinculis, quibus
illa inuenit affecta, & cum alias in iudicando hic
68 caſus mihi occurriſſet, & allegaretur *dict. Card.
de Luc. allegat. diſc. 39. num.4.* in contrarium, ego
conſului eumdem *de Luc.* tunc Prælatum, &
Auditorem S. mem. Innocentij XI., qui, auditis
prædictis rationibus, ingenue faſſus fuit, opi-
nionem à ſe firmatam eodem *diſc. 39. n.2.*, & per
me ſupra tutatam eſſe veriorem, nec ſubſiſtere
opinionem contrariam per ipſum adductam
ibid. n.4.

Similiter dominium locorum montium ſpectat
ad illum, cuius fauore fuit reſeruata diſpoſitio
69 ſortis eorumdem *Rot. deciſ.660. n.3. part.4. tom.
3. recen. & deciſ.844. n.2. coram Amat. Dunozett.*

Vndetrsnſenut in hæredem illius, cuius fauo-
re eſt reſeruata diſpoſitio. & tanquam illius bo-
70 na hæreditaria poſſunt executari pro illius de-
bito, *Cardin. de Luc. de Regal. diſc.28. Rot. deciſ.
337. n.4. & 5. coram Celſ.*

Et quando fuere empta ab hærede, non nomi-
ne proprio, ſed hæreditario, tunc illorum ac-
quiſitio cenſetur facta pro hæreditate, etiamſi
71 de voluntate acquirentis conſtet etiam taciè
*Cephal. conſ. 645. n.49. & 50. Rot. deciſ. 389. co-
ram Manzaned., & deciſ.148. n.1. & ſeq. coram
Carill.*, vbi præcipuè id probat, ſi loca montium
fuerint empta ex pecunijs hæreditarijs.

Quod fortius, ac clarius procedit, quando
hæres in illorum acquiſitione dixit, quod de-
beant ſtare pro vſufructu fauore illorum, qui fue-
73 rant relicti hæredes vſufructuarij *Rot. dict. deciſ.
389. n.1. verſic. præſertim quia coram Manzaned.*

Si vero loca montium fuerint empta pro alio,
cum reſeruatione tamen omnimodę diſpoſitionis
pro ipſo emente, tunc, ſtante dicta reſeruatione
74 liberæ diſpoſitionis, poterit emens illa vendere
abſque alio mandato *Rot. deciſ. 380. n.1. & 2. co-
ram Rembold.*

Et ſi empta fuerint pro ſe, & alia perſona
nominanda, cum reſeruatione tamen liberæ, &
totalis diſpoſitionis fauore ipſius ementis, tam
pro ſorte, quam pro fructibus, dominium loco-
rum montium tali caſu eſt ementis, qui poteſt de
illis diſponere, & alter habet in eis nudum no-
men, nec illi eſt acquiſitum dominium, vel poſ-
ſeſſio, præcipuè ſi illorum emptio facta ſit de
75 proprijs pecunijs ementis, ac pro ſe reſeruan-
tis diſpoſitionem *Rot. deciſ. 229. n. 20. cum duob.
ſeq. coram Cerr.*

Quod procedit licet acquirens exegerit fru-
76 ctus communi nomine *Rot. deciſ. 229. n.4. & 5.
apud Poſt. de manut., & dict. deciſ.229. n.4. & 25.
coram Cerr.*

Quando autem loca montium fuere empta
pro alio, & ad illius vtilitatem, & ille, pro quo
fuit facta emptio, illam acceptauit, non poſſunt
77 amplius ab emptore vendi ſine illius mandato
Rot. deciſ.380. n.2. coram Rembold.

Super locis montium prædictis datur hæredi
ab inteſtato immiſſio, ſicut ſuper alijs immobi-
78 libus, ex interdicto quorum bonorum ab inteſta-
to *Rot. deciſ.474. n.1. coram Buratt., deciſ.425. n.1.
& ſeq., & deciſ.494. n.2. coram Rembold.*

Et ſi agatur de locis montium emptis cum
multiplico pro fideicommiſſo, datur quoque fi-
79 deicommiſſario ſuper illis immiſſio *Gratian. cap.
540. n.44. & ſeq. Rot. deciſ. 496. per tot. part.18.
tom.2. recen.*

Prout ſuper locis montium ſubrogatis in lo-
80 cum eei fideicommiſſo ſubiectæ *Gratian. cap.751.
n.30. & ſeq, Rot. deciſ. 20. n.1. & ſeq. part. 5. re-
cen., deciſ.377. n.6. par.13.*, & facit *deciſ.171. n.2.
part. 11.*

Et etiam ſuper locis montium ſubrogatis in
locum aliorum montium extractorum cum iiſ-
81 dem vinculis fideicommiſſi *Rot. deciſ.43. n.12. &
13. par.11. recen. & deciſ.86. n.2. & ſeq. poſt Sal-
gad. Labyr. credit.*

Ad effectum autem habendæ immiſſionis ſuper
locis montium vti fideicommiſſarijs, probatur
quod fuerint fideicommirrentis, ex quo ex libris
82 Montis appareat, fuiſſe deſcripta in eius perſo-
nam *Rot. deciſ.388. n.1. cum trib. ſeq. par.9. tom.2.
recen., & deciſ.170. n.11. par.18.*

Et ex quo poſtea fuere deſcripta in Inuentario
83 vti hæreditaria, & in libris montis ſemper de-
ſcripta fuere vti talia *dict. deciſ.388. par.9. & de-
ciſ.178. n.11. par.18.*

Prout ſi appareant acquiſita cum multiplico
ordinato à teſtatore, & inueſtimenta appareant
84 facta pro fideicommiſſo plenè *Rot. deciſ.496. n.9.
ad 16. par.18. tom.2. rec.*

Deſcriptio namquè in his locis montium ha-
85 betur loco traditionis, ex firmatis in fortiori-
bus terminis per *Ancbaran. conſ. 32. n.2.*, quem
in puncto locorum montium ſequitur *Rot. in Ro-
mana bonorum de Cenlis 14 Martij 1590. §. & ra-
tio coram Orano.*

Etiamſi tranſlatio illorum, ac deſcriptio fiat
in perſonam filij emancipati, ſi illa facta ſit abſ-
que alia reſeruatione facta Patri transferenti,
86 cum cenſeatur illa donare *Roman. conſ. 291. n.
10. & in dicta Romana bonorum de. Cenlis coram
Orano*, confirmata *coram Pen. deciſ. 728. n. 5.*

Super immiſſione tamen concedenda ab inte-
ſtato ſuper locis montium liberis Iudex debet be-
ne aduertere ad tria particularia; nempe, quòd ſi-
bi bene conſtet de proximitate petentis immiſſio-
nem, & quidem quod ſolus illam petens ſit pro-
ximior in gradu, & nullus alius adſit proxi-
87 mior in æquali gradu, ſuper qua probatione ri-
manda, an ſit bene facta, & concludens, & an ex
ea habeatur negatiua coarctata ſuper non exi-
ſtentia alterius proximioris, vel alterius coequa-
lis in gradu equè ſucceſſibili debet eſſe cautus; &
amplius debet ſecundo habere probationem,
quòd ille, de cuius hæreditate agitur, deceſſerit ab
inteſtato; cum vulgata ſit regula, non eſſe locum
ſucceſſioni ab inteſtato, quouſque adſit teſtamen-
tum, vel probabilis ſpes ſuccedendi ex teſtamen-
to; & tertio caueat, ne det mandata de immitten-
do abſque clauſula *dummodo poſſeſſio ſit vacans, &
88 ſine prꝗiudicio habentium meliora, & potiora iura*
iuxta præſcriptum à Conſtitutione Clementis
VIII., per quam clauſulā proſpicitur indemnitati
aliorum heredum, tam ex teſtamento, quàm ab
inte-

inteſtato, quatenus adſint, & poſtea ſuperueniant
Rot. deciſ. 437. n. 19. coram Priol.
Et ego habui caſum de facto, in quo bon. mem.
Cæſar Saluanus Primus Collateralis Capitolij
conceſſerat mandatum de immittendo ſuper locis
montium Matris defunctæ fauore trium filiorum
ſecundi matrimonij, & fuit poſtea probatum, adeſ-
89 ſe duos alios filios ex primo matrimonio, quo-
rum fauore citatis filijs poſſeſſoribus cum man-
dato de immittendo à dicto Saluano dato extra-
iudicialiter ſolum fauore illorum ſecundi matri-
monij, quia non fuerat per illum facta animadi-
uerſio ſuper probatione, quæ non coarctabat ne-
gatiuam non exiſtentiæ aliorum filiorum.
Probatio autem neceſſaria, quod non adſit te-
ſtamentum ad effectum concedendi immiſſionem
ab inteſtato ſuper locis montium debet per teſtes
concludi, reddendo aliquam probabilem ratio-
90 nem, quia ſcilicet audiuerint ab ipſo defuncto,
de cuius ſucceſſione agitur, quod non condide-
rat, nec volebat condere teſtamentum, quia ha-
bebat Filios, vel Nepotes ex illis, vel Fratres, vel
ex his Nepotes, qui ſuccedebant; vel quia ipſi te-
ſtes tanquam coniuncti, amici, commenſales, do-
meſtici, & intrinſeci, & qui aſſiterunt vltimæ in-
firmitati defuncti vſque ad illius obitum depo-
nant, quod ſi teſtamentum feciſſet, quia defun-
ctus facta ſua cum ipſis confidebat, & quia ſta-
tim poſt obitum infirmi factæ fuerunt exactæ di-
ligentiæ pro inueniendo illius teſtamento, & non
fuit repertum, ex quorum teſtium veriſimiliter
informatorum depoſitione ſic facta probatur ne-
gatiua non facti teſtamenti, licet non remoueant
ſenſum ab actu, dicendo, quod aliter eſſe non poſ-
ſit, quin ipſi ſcirent, ſed tali caſu ſufficit, quòd
ſimpliciter deponant ſuper negatiua non facti te-
91 ſtamenti, & perſuaſiuam reddant rationē eorum
depoſitionis *Ruin. conſ. 134. in fine lib. 5. Pariſ.
conſ. 162. n. 14. lib. 4. Rot. in Portugallen. præten-
ſæ vnionis 15. Decembris 1593. coram Orano, & in
Balneorigien Terrarum 10. Decembris 1604. coram
Sacrato deciſ. 342. n. 12. & 13. p. 14. recen., & de-
ciſ. 522. n. 16. coram Bich.*; & quod negatiua
probetur per partis confeſſionem relatam à teſti-
bus, cum hi tam negatiuam, quam affirmatiuam
92 audire potuerint, *Maſcard. de probat. concluſ. 1092.
n. 11. Pacian. ſimili tract. lib. 1. cap. 37. n. 7. & 13.
Marcian. diſput. 34. n. 6. Rot. deciſ. 38. n. 1. coram
Duran.*
Præfata clauſula *dummodo poſſeſſio ſit vacans, &
ſine preiudicio, habentium meliora, & potiora iura*
debet ſemper apponi, ſiue immiſſio concedatur
hæredi ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, ex quo
per illam in locis montium inducitur vinculum,
quod ſi intra biennium comparear aliquis hæres
ex teſtamento, vel ab inteſtato habens potiora iu-
ra in hæreditate illius, à quo proueniunt loca
montium, eidem poſſit dari immiſſio, ac manda-
tum de transferendo, expulſo alio immiſſo, cum
dicta clauſula *dummodo* importet vinculum, vt in-
tra biennium loca montium debeant ſtare affecta
fauore habentium meliora, vel potiora iura ſu-
93 per illis ex teſtamento, vel ab inteſtato fauore
aliorum, quatenus extent *Rot. in alleg. deciſ. 437.
n. 19. coram Priol.*; & ſic ſi intra biennium com-
pareat aliquis hæres, vel legatarius oſtendens lo-
ca montium ad ſe ſpectare, ille qui obtinuit im-
miſſionem cum dicta clauſula *dummodo*, vel alter
94 ab illo cauſam habens, tenetur illa reſtituere ve-
ro hæredi, legatario, vel alteri oſtendenti meliora,
ac potiora iura, ex quo talis clauſula *dummodo
&c.* ſtatim ac comparet alter, qui docet, ſucceſſio-
nem ad ſe ſpectare, reſoluitur poſſeſſio alteri da-
ta, ac remanet ſine effectu, ac ſi nunquam capta
95 fuiſſet, fauore habentium meliora, ac potiora iu-
ra *Rot. deciſ. 292. n. fin. coram Celſ. deciſ. 101. n. 16.
poſt. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 323. n. 7. part.
15. recen. & in Romana ſeù Bononien hæreditatis de
Riarijs 20. Martij 1679. §. quia licet coram clar.
mem. Cardinali Vicecomite*, eadem ſuper manu-
tentione 15. *Martij* 1680. *§. ſiquidem mandata co-
ram bon. mem. Albergato*; quæ concluſio procedit
etiam, quando habentes potiora iura non poſſi-
debant de tempore poſſeſſionis, ac immiſſionis
conceſſæ alteri cum dicta clauſula *dummodo &c.*;
cum hoc faciat quidem, quod quis acquiſiuerit
poſſeſſionem, ſed reſolubilem in caſu, quo com-
pateant habentes meliora, & potiora iura, quo
96 caſu poſſeſſio habetur pro non tradita *Poſt de
manut. obſer. 50. n. 10. Thomat. deciſ. 35. n. 10. Rot.
deciſ. 72. n. 1. coram ſan. mem. Alexandro VIII., &
in dicta Romana, ſeu Bononien. de Riarijs §. non ob-
ſtat coram Albergato.*
Quocirca poſſeſſio capta cum tali clauſula non
parit effectum manutentionis ad effectum exclu-
dendi immiſſionem illis, qui habent meliora, &
potiora iura, cum per illorum comparitionem
talis poſſeſſio reſoluatur, ex quo ſub dictorum
97 meliorum iurium preſeruatione fuit illis à Iudi-
ce conceſſa immiſſio, & poſſeſſio *Rot. deciſ 333.
n. 6. & ſeq. part. 15. recen. deciſ. 72. n. 2. & 3. co-
ram Alexandro VIII., & in dicta Bononien. de Ria-
rijs §. final. coram Albergato.*
Quocirca cum per obitum Principiſſæ Ludoui-
ſię olim Vxoris D. Ducis Adrię ego tunc conceſ-
ſiſſem mandatum de immittendo ſororibus eiuſ-
dem Duciſſæ cum dicta clauſula *dummodo*, vti hęre-
98 dibus ab inteſtato, ſuper nonnullis locis mon-
tium ab illa in eius hæreditate relictis, ex quo po-
ſtea Dux maritus venit coram me cum teſta-
mento eiuſdem Duciſſæ, in quo dicta loca mon-
tium legauerat in ſpecie Duci, cum declaratione
etiam, quod illa emerat cum pecunijs ſibi dona-
tis à Duce marito, huic conceſſi immiſſionem,
expulſis ſororibus Duciſſæ defunctæ, quæ obti-
nuerant immiſſionē ab inteſtato cum dicta clau-
ſula *dummodo &c.*
Et talis clauſula *dummodo &c.* congruit quòd
apponatur etiam quando datur mandatum de
transferendo loca montium in vim ſucceſſionis
teſtamentariæ, ex quo poteſt adeſſe ſecundum te-
ſtamentum reuocatorium primi, quod producı-
tur, & in ſecundo alter fuerit inſtitutus hæres,
vel alteri ſint relicta loca montium, quod meo
99 tempore dum eram ſecundus Collateralis Capi-
tolij euenit in certo caſu D. Saluano tunc Primo
Collaterali, qui paſſus fuit moleſtias iudiciales,
ex quo conceſſerat immiſſionem ſine dicta clau-
ſula *dummodo &c.* ſuper triginta locis montium
vigore teſtamenti certo tempore facti, ſed poſtea
reuocati, & in quo alter fuit inſtitutus hæres, qui
inuenit loca montium iam alienata, & petebat
contra dictum Saluanum eorumdem pretium, ſed
Notarius cauſæ, & per cuius acta fuerat rogatum
vtrum-

Digitized by Google

vtrumque teſtamentum deceperat D. Saluanum,
vnde curauit, quod cauſa concordaretur inter pri-
mum, & ſecundum hæredem; vnde congruit quod
talis clauſula *dummodo &c.* apponatur etiã quan-
100 do translatio locorum montium ſit vigore te-
ſtamenti, quia vltra caſum quod poteſt eſſe reuo-
catum, poſſunt dari caſus falſitatis eiuſdem, vel
quod ſit nullum, eo quia confectum ſine ſolemni-
tatibus particularis ſtatuti loci, vbi conditum
fuit, vel quia factum à perſona inhabili ad teſtan-
dum, vel ratione ætatis, vel alterius inhabilitatis,
101 quod breuibus verbis videtur attigiſſe doctiſſi-
mus *Cardin. de Luc. in ſupplem. tom. 16. part. 1. lib.
2. diſc. 163. n. 16. circa finem*.

Talis tamen clauſula *dummodo &c.*, tranſacto
biennio à die, qua fuit appoſita, ſi alter prętendens
meliora, vel potiora iura non compareat, tunc
102 cum mandato de delendo Theſaurarij Generalis
talis clauſula tollitur *Rot. deciſ. 437. n. 19. coram
Priol.*; & paſſim tali caſu deletur cum mandatis
conceſſis à quibuſuis Iudicibus Ordinarijs Vrbis,
vt eſt notoria praxis, & ego non ſemel dum iu-
ri dicundo Iudex ordinarius pręſui prius Locum-
103 tenens Ciuilis in Tribunali Gubernatoris Vrbis,
& poſtea in curia Capitolij Secundus, mox Pri-
mus Collateralis, talia mandata de delendo vin-
culum dictæ clauſulæ conceſſi, & ſuper hoc faciunt
tradita per *R. P. D. Anſald. de commerc., & mer-
catur. diſc. 95. n. 46. verſ. non obſtante, & n. 47.*, qui
tamen hoc admittit, ſi dicta clauſula *dummodo*
poſt biennium extraiudicialiter deleatur per Se-
cretarios Montium, ſecus ſi iudicialiter, & cum
mandato Iudicis iniuſtè procedentis.

Prout eiuſdem clauſulæ vinculum etiam duran-
te biennio tolli poteſt per Theſaurarium, ac alios
Iudices Ordinarios Vrbis, ſi præſtatur cautio de
104 reponendo in priſtinum loca montiũ affecta vin-
culo talis clauſulæ, quatenus habens ſuper illis
meliora, & potiora iura intra biennium compa-
reat, nam talis cautio ſubrogatur loco clauſulæ
dummodo, & ſic poſt biennium & ipſa expirat,
prout poſt tale tempus ceſſat effectus clauſulæ
dummodo &c., & hæc eſt praxis Curiæ.

An autem legatario in ſpecie certorum loco-
rum montium debeat à Iudice dari immiſſio non
citato herede; licet regula ſit contra legatarium,
ex quo legatum debet capi de manu hæredis; ni-
hilominus ſi hæres ſit prohibitus detrahere Falci-
diam, vel legatario fuerit expreſsè, vel tacitè at-
105 tributa facultas appræhendendi poſſeſſionem rei
legatæ propria auctoritate, vel in legato ad ſit
106 clauſula *omni meliori modo*, vel agatur de lega-
to ad pias cauſas, tunc poteſt capi à legatario
poſſeſſio propria auctoritate, ex firmatis *per Eu-
gen. conſ. 57. n. 18., & ſeq., & conſ. 71. n. 45., &
infra lib. 1. Thor. vot. deciſ. 57. n. 19., & ſeq. &
n. 76. & infra Caſtill. contr. Iur. lib. 8. de alim. cap.
33. per tot.*, & ſic multo magis in his caſibus po-
teſt à Iudice, non citato herede vniuerſali, dari
mandatum de transferendo loca montium legata
in faciem eiuſdem legatarij.

Mihi tamen in caſu contingenti talis diſtinctio,
in hac materia periculoſa locorum montium,
nunquam arriſit, ex quo poſtquam ſunt translata
liberè in alium per Secretarium montium in vim
mandati præcedentis à Iudice relaxati, poſſunt
107 ab illo vendi, & diſperdi, ex concluſione ſæpius
ſupra firmata, quod illa emens cum auctoritate
Principis mediante organo Secretarij ſui publici
Officialis, eſt totaliter ſecurus, ac liber ab omni-
bus nexibus, ac hypothecis, vnde fui in ſenſu,
quod eſſet citandus hæres, quia poteſt dari caſus,
quod hæreditas legantis ſit grauata debitis prius
ſatisfaciendis, vel quia ipſemet hæres, ſi ſit bene-
ficiatus, poteſt eſſe creditor hæreditatis, & prius
certum eſt, quod ſunt ſatisfacienda debita teſta-
toris, quam legata.

Dubia tamen eſt concluſio, an ſuper locis mon-
tium competat creditoribus immiſſio in Saluia-
108 no, affirmant *Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2.
n. 649., & ſeq. Gratian. cap. 943. n. 22., & ſeq., Cobell.
ad Bull. Boni Regimin. cap. 34. artic. 28. n. 14. & 15.
Poſt. deciſ. Bonon. 62. n. 20. & 21. Cardin. de Luc.
de Regal. diſc. 38. n. 14. & 15. Rot. deciſ. 29. poſt.
Pacific. de Saluian.*

Sed negatiua opinio pro non competentia Sal-
109 uiani elicitur ex *conſtit. 154.* Vrbani VIII., per
quam ponitur obſtaculum origini hypotecæ ſu-
per locis montium, ſi deficiat auctoritas Princi-
pis expreſſa mediante Secretario Officiali publi-
co, qui hypothecam ſuper illis de voluntate par-
tium conſtituat, vel in corpore literarum paten-
tium, vel per artergationem, & ſic ceſſante hypo-
110 theca, quæ eſt mater Saluiani, ceſſat etiam ip-
ſum Saluianum ex firmatis per *Cardin. de Luc. de
Regal. diſc. 38.*, qui licet dubitatiuè loquatur, ta-
men videtur reſidere cum hac opinione, & expreſ-
sè *Rot. deciſ. 43. n. 39. part. 10. recen.*

Ego in hoc opinionum conflictu crederem, tum
hac ſecunda opinione negatiua eſſe proceden-
dum, ſi agatur contra tertios poſſeſſores empto-
res locorum montium cum auctoritate Princi-
pis, & etiam ſi agatur contra ipſum immedia-
111 tum debitorem, quoties petatur directè pro
immiſſione in ipſis locis montium, ſecus ſi aga-
tur contra ipſum debitorem ad effectum auocan-
di per Saluianum commoditatem percipiendi
fructus ex locis montium, cum enim illi cadant
ſub commercio, & hypotheca, dum in concur-
ſu conſignantur creditoribus anterioribus, ratio-
ne anterioritatis hypothecæ; nec in hoc caſu in-
112 trat obſtaculum Conſtitutionis 154. Vrbani
VIII. ſuper libertate locorum montium, quia
illa procedit quoad hoc, ne violetur commer-
cium, & poſſint loca montium liberè tranſire in
emptores, non autem quod commoditas fru-
ctuum locorum montium non poſſit hypotheca-
ri, quouſque illa non alienentur in tertium cum
auctoritate Principis, ex quo tales fructus ſunt
in commercio, & ſic cadunt ſub hypotheca, &
113 pro illis competit Saluianum, quouſque non re-
ſignentur in tertium, tunc enim ceſſat hypothe-
ca, vt benè diſtinguit *Poſt. deciſ. Bonon. 52. n. 11.
& 12.*; Tu vero ſi caſus occurret melius cogita.

At *Cenc. de Cenſ. q. 29. n. 13.* dicit, quòd Do-
ctores nolentes, ſuper locis montium competere
Saluianum, debent intelligi, vt verum dicant,
ſecundùm diſpoſitionem Iuris communis, ſecun-
dum quod ſub generali hypotheca veniunt etiam
loca montium, ſed ſtantibus Conſtitutionibus
Apoſtolicis ſuper illorum libertate, talis hypo-
114 theca non poteſt ſuper illis exerceri, ſecus au-
tem ſentit, ſi Montiſtæ ſpecificè hypothecarunt
etiam loca montium, tunc enim dicit, quòd vi-
den-

Digitized by Google

dentur renunciaſſe priuilegijs à Conſtitutio-
nibus Apoſtolicis indultis.
115 At opinio *Cencij* ſtante recentiori Conſtitu-
tione Vrbani VIII., quam certè ipſe noo vidie,
non videtur recipienda, dum hypothecam ſuper
locis montium ſuſtulit, ob libertatem commer-
cij, & ſolum vincula, nexus, ac hypothecæ in
locis montium hodie remaoent, & ſunt effica-
ces, quæ in literis patentibus eorumdem aucto-
ritate Principis ſunt expreſsæ, ex ſæpè ſupra
firmatis.

Subſiſtere tamen videtur diſtinctio ſupra fir-
mata, quòd hypotheca, ac Salnianum ſuper fru-
ctibus locorum montium, qui ſunt in commer-
cio, competat, quonſque hæc non alienentur cum
116 auctoritate Priocipis in tertium, quo caſu eua-
neſcit hypotheca, vt diſtinguit *Poſt, alleg. decis. Bonon. 62. n. 10. & 11.*

Nullum tamen dubium inſurgit, quòd ſi aga-
tur de locis montium emptis, & ſubrogatis in
locum rerum hypotheca affectarum, ſuper illis
competere Saluianum, cum tali caſu loca mon-
117 tium vtì ſubrogata in locum bonorum hypo-
theca affectorum, & ipſa ratione ſubrogationis
ſint hypothecæ obnoxia, *Gratian. cap. 943. n. 8. & 9. & n. 24. Rot. deciſ. 309. n. 8. coram Royas, deciſ. 385. n. 18. & 19.* coofirmata *deciſ. 399. n. 1. & 2. coram Peutinger., & deciſ. 1913. n. 5. coram Buratt.*; ex quo ſubrogata loco alicuius one-
118 ris aſſumunt in omnibus naturam illius, in cu-
ius locum fuere ſubrogata. *Natt. conſ. 346. n. 3. Gratian. cap. 719. n. 9. & ſeq. Rot. deciſ. 447. n. 1. & deciſ. 482. n. 4. p. 14. recent.*

Quando autem loca montium dicantur ſub-
119 rogata in locum bonorum venditorum ex vo-
luntate partium videantur *Surd. conſ. 26. Rot deciſ. 821. coram Coccin, deciſ. 309. coram Royas, & deciſ. 357. coram Peutinger.*

SECTIO III.

ARGVMENTVM.

Loca Montium non vacabilia an ſint ſtabilia, & loco ſtabilium habeantur, & qui effectus reſultent, ex quo ſunt ſtabilia. Et oſtenditur plenè, quando, necne, loca Montium tranſeant libera in emptores, vel cum vinculis.

SVMMARIVM.

120 *Loca montium Cameralia non vacabilia, dicuntur, & ſunt ſtabilia.*
121 *Sunt ſtabilia, quia debentur de publico, & ex publicis redditibus.*
122 *Sunt ad inſtar cenſuum perpetuorum.*
123 *Cenſus inter ſtabilia connumerantur.*
124 *Loca montium ſunt ſtabilia, & illorum nomine veniunt, ſiue agatur ex diſpoſitione hominis, ſiue legis.*
125 *Connumerantur inter ſtabilia illius loci, in quo ſunt erecta.*
126 *Pecunia deſtinata in emptionem ſtabilium habetur pro ſtabili.*
127 *Pariter pecunia locorum piorum in emptionem ſtabilium eroganda.*
128 *Cenſus poteſt imponi ſuper locis montium tanquam ſuper re immobili.*
129 *Cenſus ſuper locis montium imponi poteſt, ſi illa ſpecialiter ſubiugentur tanquam fundus cenſus auctoritate Secretarij.*
130 *Cenſus ſi imponatur ſuper certis locis montium alienatis ab impoſitore cenſus ante attergationem tenetur alienans ad fructus cenſus tanquam damna, & intereſſe, & n. 131. 134. 135. & 136. declarantur contraria.*
132 *Suſpectus de fuga allegari non poteſt poſſidens loca montium.*
133 *Sequeſtrũ non intrat contra poſſidentẽ loca montiũ.*
237 *Loca montium veniunt ſub nomine ſtabilium.*
138 *Statuta excluſiua fœminarum à ſucceſſione ſtabilium procedunt in locis montium.*
139 *Loca montium Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine beneplacito Apoſtolico.*
140 *Idem procedit in pecunia proueniente à locis montium extractis.*
141 *Loca montium Eccleſiæ poſſunt alienari ſine beneplacito Apoſtolico pro illius debito legitimè contracto.*
142 *Et quando idem procedat nec ne in locis montium proprijs Eccleſiæ pro debito ſui Authoris, & n. 143.*
144 *Solemnitates ſtatutariæ requiſitæ in alienatione bonorum ſtabilium ſpectantium ad minores, vel mulieres requiruntur in alienatione locorum montium & n. 145. & 151.*
146 *Procedit concluſio in locis montium ſpectantibus ad minores, non ad mulieres maiores.*
147 *Solemnitates ſtatutariæ in alienatione locorum montium requiruntur, ſi alienatio fiat à partibus ſine facto Secretarij, ſecus ſi cum huius auctoritate, & ſic Principis, & num. 149. 150. & 151.*
152 *Loca montium, quando alienantur à minoribus, vel mulieribus extraiudicialiter, & ſine auctoritate Secretarij, Iudices quid inſpicere debeant ante decreti interpoſitionem & num. 153. & 154.*
155 *Iudices non debent decernere, quòd loca montium minorum, vel mulierum alienentur ad effectum illorum pretium conuertendi in cambijs, & n. 256.*
157 *Loca montium reſignata cum auctoritate Principis, mediante Secretario, tranſeunt libera ab hypothecis, vti vendita à Principe, & n. 158.*
159 *Loca montium non recipiunt aliud vinculum, nec hypothecam, niſi illa expreſsa in literis patentibus.*
160 *Vincula appoſita in literis patentibus locorum montium ſuffragantur ſolum perſonis in literis expreſſis, & non alijs.*
161 *Loca montium, ob eorum ſecuritatem, & quia facilitèr inueniant emptorem, habentur pro pecunia numerata.*
162 *Mons Pietatis Vrbis pecunias in eius banco depoſitatas ſimpliciter cum onere inueſtiendi, vult quod illæ inueſtiantur in locis montium.*
163 *Loca montium ſtatim ac illorum reſignatio fuit deſcripta per Secretarium in libris montium acquirunt libertatem.*

164 Loca

164 Loca montium poſt talem deſcriptioaem etiam malè factam à Secretario acquirunt libertatem, & quando hoc procedat.

165 Loca montiam non tranſeunt liberè, quando fuere reſignata à non Domino.

166 Quomodo hoc procedat declaratur.

167 Loca montium quando fuere acquiſita mediante deliberatione nulla, vel iaiuſta non tranſeunt libera, & de ratione n, 168.

169 Loca moutium non tranſeant liberè, quando fuere translata ſolum quoad fructas, & pro ſimplici cautione.

170 Loca montium poſſeſſa à legatario ex titulo lucratiuo poſſunt auocari à creditoribus legantis.

171 Legitima poteſt per filium detrahi ex locis montium alteri legatis, etiamſi illorum legatum factum ſit Eccleſiæ.

172 Legatorum detractio non fit ex locis montium legatis Eccleſiæ.

173 Loca montium vinculata translata, prout cantant, tranſeant cum eorum vinculis.

174 Secus ſi liberè fuerint translata per Secretariam.

LOca montium Cameralia non vacabilia
120 dicuntur ſtabilia, & inter ſtabilia connu-
merantur ad text. in Clement. exini §. cumque an-
nul redditus de verb. ſignific. Federic. de Sen. conſ.
12. n. 4. Alex. conſ. 179. n. 3. lib. 6. & conſ. 15.
n, 3. & ſeq. lib. 7. Peregr. conſ. 43. n. 1. & 2. lib.
1. Bellon. Iun. conſ. 74. n. 111. præclarè Gabr. conſ.
141. n. 19. & 23., ac ferè per tot. lib. 2. Spad.
conſ. 27. n. 4. lib. 1., conſ. 123. n. 5. lib. 2., &
conſ. 296. n. 1. & 2, lib. 3.. Gail. obſer. 10. in
princ. lib. 2. Caſtald. conſult. foreaſ. 3. n. 1., Cenc.
de Cenſ. q. 29. n. 13,, Tiraqnell. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 6. n. 6. & ſeq., & ſignanter n. 14., Co-
bell. ad Bull. boni Regim. cap. 34. artic. 13. n. 1.,
Poſt. decif. Bonon. 62. a. 3. & 4. Rot. apud Spad.
conſ. 123. lib. 1. decif. 494. n. 3. coram Rembold.,
deciſ. 353. n. 35. coram Merlin. deciſ. 1970. n. 16.
& 17. coram Coccin. deciſ. 66. n. 10. coram Royas,
deciſ. 114. n. 11., & deciſ. 133. n. 13. poſt. Merlin.
de pignor., deciſ. 178. n. 38. p. 5. recent., deciſ. 184.
n. 1. & 15. p. 9. & plenè in Voto Cameræ coram
Bonaiſio deciſ. 413. n. 72. p. 12. Card. de Luc. de
Regal. diſc. 43. n. 2., & probant alij adducti per
R. P. D. Anſald. in ſuo doctiſſimo tract. de com-
merc. & mercatur. diſc. 95. n. 10. & ſeq.

Et ratio eſt, quia dicta loca montium ſunt
fundata ſuper annuis perpetuis redditibus Prin-
cipis, vel Reipublicæ, habitis pro ſtabilibus, &
quia, ad effectū vt dicantur ſtabilia, ſufficit, quod
121 debeantur de publico, & ex publicis redditi-
bus, & penſitationibus Principis. Spad. conſ. 27.
n. 4. & 5, lib. 1. & plenius conſ. 296. n, 1. & 2.
lib. 3. Gabr. conſ. 141. n. 13. & 23. lib. 2. R. P. D.
Anſald. dict. diſc. 95. n. 11.

Et quia ſunt ad inſtar cenſuum perpetuorum,
licet redimibilium, qui venduntur à Principe
ex firmatis ſupra hic ſect. 1. n. 8.; & cenſus per-
122 petui inter ſtabilia connumerantur, Gabr. conſ.
141. n. 14. lib. 2. cum cumulatis per Cenc. de
Cenſ. q. 32. n. 6. & ſeq. Rot. deciſ. 474. n. 2. coram
Buratt.; vnde ad inſtar cenſuum dicuntur per-
petua, licet redimibilia arbitrio Principis, qui
123 poteſt quandocumque voluerit illa redimere,
vt in Voto Cameræ coram Bonuiſia impreſs. p. 12.
recent. deciſ. 413. n. 72. Rot. deciſ. 191. n. 1. p. 17.
recent., & deciſ. 437. n. 13. coram Priol.; non ta-
men poſſunt, cum ſint ſpecies cenſuum, repeti à
Montiſtis, cum hi ſolùm cogantur recipere
ſortem illorum, quando Princeps vult illa extra-
here, vel ſupprimere. Cardin. de Luc. de Regal.
diſc. 23. nu. 18. R. P. D. Anſald. de commerc. &
mercatar. diſc. 95. n. 3. & 4.

Quod loca montium ſint ſtabilia, & illorum
124 nomine veniant, procedit, ſiue agatur ex
diſpoſitione legis, ſiue hominis Rot. ſeù Votum
Cameræ in dict. deciſ. 413. num. 73. p. 12. recent.

Et connumerantur inter ſtabilia illius loci, in
125 in quo ſunt erecta Peregr. conſ. 90. n. 29. verſ.
communis reſolutio eſt lib. 1. Cenc. de Cenſ. q. 30.
n. 4., Card. de Luc. de legitim. tom. 9. diſc. 28. n. 3.
Rot. deciſ. 474. a. 1. & per tot. coram Buratt., &
deciſ. 66. n. 10. coram Royas repetita in recen. p. 8.
deciſ. 144. n. 12.

Prout loco ſtabilium habetur pecunia ex diſ-
126 poſitione hominis inter viuos, vel in vltima
voluntate deſtinata in emptionem talium loco-
rum montium Rot. deciſ. 474. n. 3. confirmata
deciſ. 535. coram Baratt.

Pariter pecunia retracta ex locis montium
127 non vacabilibus loci pij, vel minoris, impli-
canda in cmptione aliorum ſtabilium, habetur
pro ſtabili Rot. in Veaeta Bonorum coram Pamphil.
Sen. apud Spad. conſ. 123. n. 9. cum duobus ſeq.
lib. 2.

Ex quo loca montium non vacabilia ſunt ſta-
bilia, plures reſultant effectus. Et primus, quod
128 ſuper illis, ſicut ſuper cęteris ſtabilibus, poſ-
ſunt imponi cenſus ad formā Bullæ Beati Pij V.,
ex quo Bulla in verbis permittit, cenſum impo-
ni poſſe ſuper re immobili, aut quę pro immobili
habetur Cenc. de Cenſ. q. 29. n. 12. Poſt. deciſ. Bo-
non. 62. n. 4. Rot. deciſ. 913. n. 10. & 11. coram
Buratt., & deciſ. 133. num. 13. poſt Merlin. de
pignor.

Ad hoc autem vt cenſus ſuper locis montium
ſubſiſtat, debent ſubiungari loca montium certa,
ac indiuidua, & miniſterio Secretarij montium
attergari literæ patentes cum expreſſione, quòd
ſuper illis fuit impoſitus cenſus tantæ ſummæ,
enunciando Inſtrumentum impoſitionis, Nota-
129 rium de illo rogatum, ac tempus impoſitio-
nis, & quod loca montium vtì ſpecialiter ſubiu-
gata pro cenſu debeant ſtare pro illius fundo vſ-
que ad eiuſdem cenſus effectiuam redemptionē;
nam hoc ceſſante, ex ſæpe firmatis, ſi loca mon-
tium alienarentur, liberè tranſirent in empto-
rem, cum non ſufficiat ſola ſubiugatio priuata
contrahentium facta pro fundo cenſus, ſed re-
quiritur auctoritas publica Secretarij; licet enim
fundus cenſus remaneat affectus onere reali pro
130 annuis fructibus ex eo decurrendis, & cum ta-
li onere tranſeat etiam ad quemcumque, licet
ſingularem ſucceſſorem Surd. conſ. 162. num. 9.
Gabr. conſ. 141. a. 2. lib. 2. Valaſc. de iure em-
phyteut. q. 32. n. 13. & 14., Gutier. pract. qq.
lib. 2. cap. 167. n. 4. Rot. in Romana cenſus 7. Fe-
bruaro 1628. §. quia negari coram Pirouano; adhuc
id non procedit quando fundus cenſitus conſiſtit
in locis montium, quæ ex ſui natura tranſeunt
libera in emptores, nec recipiunt aliquod onus,
nec

Digitized by Google

nec hypothecam, ſi illa auctoritate publica non
ſit impoſita.

Benè verum eſt, quod ſi cenſus fuerit impoſi-
tus ſuper certis locis montium, & hæc ante at-
tergationem pro fundo cenſus fuerint per debi-
torem, ac impoſitorem cenſus alienata, tenebi-
131 tur hic ad fructus cenſus, tanquam ad damna, &
intereſſe, & etiam illorum loco ad reſtitutionem
ſortis, ex latè firmatis per *Cenc. de cenſ. qu. 39.
Rot. deciſ. 129. p. 14. recent., & deciſ. 147. n. 4.
poſt Merlin. de pignor.*

Secundus effectus reſultat, quòd poſſidens lo-
132 ca montium vtì ſtabilia, non poteſt allegari
ſuſpectus *Ruin. conſ. 82. n. 5. verſ. Nec obſtat lib.
2. Peregr. conſ. 43. n. 6. lib. 1. Poſt. deciſ. Bonon.*
133 *62. n. 2.*, vbi quod contra poſſidentem loca
montium non poteſt obtineri ſequeſtrum.

134 Et licet *Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr. 23. n.
21. §. Nota tamen* videatur innuere contrarium,
& idem in puncto velit *Rot. in Romana Pecuniaria
de Ruſpolis coram Platto apud Marcheſan. de Com-
miſſ. p. 3. fol. 43.*, ybi quod traditio Literarum
135 patentium locorum montium non eſt pignus
idoneum ad enadendam carcerationem, èo quia
pendente lite ſuper credito, loca montium poſ-
ſent alienari, & cum hæc tranſeant liberè in em-
ptorem, Creditor remaneret ſine aſſecuratione
ſui crediti.

Adhuc perſiſtendum eſt in priori opinione,
quam bis iudicando tenui, cum hoc tamen tem-
peramento, quod debitor allegatus ſuſpectus de
fuga producat pro cautione Literas patentes at-
136 tergatas per Secretarium Moutinm pro fide-
iuſſione fauore creditoris, duratura, quouſque
non fuerit terminata cauſa coram tali Iudice,
& facta ſolutio, quatenus ſequatur debitoris con-
demnatio: quo caſu certa eſt ſecuritas credito-
ris, dum ſtante vinculo cautionis appoſito in Li-
teris patentibus, etiamſi loca montium aliena-
rentur, tranſeunt cum vinculo cautionis auctori-
tate publica in illis appoſito, ex firmatis ſupra
artic. 1. ſect. 3. n. 173.

Tertius effectus reſultat, quòd ſub legato im-
137 mobilium veniunt loca montium *Alex. conſ.
179. n. 3. lib. 6. Gabr. conſ. 141. n. 23. lib. 2.
Theſaur. qq. forenſ. lib. 2. q. 5. in fine, Cardin. de
Luc. de Regal. diſc. 43. n. 3. Rot. deciſ. 474. n. 1.
coram Buratt.*

Quartus effectus reſultat, quòd Statuta exclu-
138 ſiua fœminarum à ſucceſſione ſtabilium pro-
cedunt etiam in locis montium *Card. de Luc. dict.
diſc. 43. n. 3. verſ. in eis, Rot. deciſ. 177. nn. 38.
p. 5. recen.* cum alijs cumulatis *per Add. ad Bu-
ratt. deciſ. 535. n. 2.*

Quintus, quòd ſi loca montium ſpectant ad
Eccleſias, & Loca Eccleſiaſtica non poſſunt alie-
139 nari ſine Beneplacito Apoſtolico ad *tex. in cap.
vt ſuper de reb. Eccleſ. non alien. Spad. conſ. 123.
n. 5. & 6. lib. 2.*, vbi refert per extenſum Rotæ
deciſionem, *Rot. deciſ. 184. n. 15. & 16. p. 9.
tom. 1. recen. & R. P. D. Anſald.* nunc viſus *de
commerc. & mercatur. diſ. 95. n. 11.*

Et hæc concluſio procedit etiam in pecunia
retracta ex locis montium extractis ſpectantibus
140 ad Eccleſias, quæ debet inueſtiri cum ſolem-
nitatibus, cum talis pecunia habeatur pro capi-
tali, & proprietate *Spad. dict. conſ. 123. n. 9. cum
duob. ſeq. lib. 2.*; quod intellige procedere, ſi
Eccleſia velit inueſtire in alio ſtabili, & non in
locis montium, nam ſi fieret denuò inueſtimen-
tum in illis, non requirerentur aliquæ ſolemni-
tates ob omnimodam ſecuritatem inueſtimenti
in locis montium per fidem Principis, ac eius
Cameræ aſſecuratis.

Si tamen alienatio locorum montium fieret
ex cauſa neceſſaria ſoluendi debitum per ipſam
Eccleſiam, vel eius authorem legitime contra-
ctum, & pro cuius ſolutione fuiſſet relaxatum
141 mandatum, & facta executio, tunc certè, & ritè
loca montium Eccleſiæ poſſunt ſubhaſtari ſine
ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorũ
ſtabilium Eccleſiæ *Rot. deciſ. 49. n. 17. coram Bu-
ratt., & deciſ. 184. n. 17. p. 9. recen.*; at quando
agitur de debito Eccleſiæ contracto ab eius au-
142 thore, concluſio procedit ſolum, ſi illa In-
uentarium non exhibeat, & de bonis inuentaria-
tis rationem non reddat *Rot. deciſ. 184. n. 21. &
22. p. 9. recent.*; ſecus ſi exhibeat Inuentarium,
& de bonis inuentariatis rationem reddat, vel
parata ſit reddere, hoc enim caſu non poſſunt
143 ſubhaſtari loca montium propria Eccleſiæ *Rot.
deciſ. 407. per tot. part. 12. recent.*

Sextus effectus eſt, quod loca montium tan-
quam ſtabilia compræhenduntur ſub ſtatutis præ-
ſcribentibus certas ſolemnitates in alienatione
144 bonorum ſtabilium ſpectantium ad minores,
vel mulieres *Peregr. conſ. 43. nn. 7. & 8. lib. 1.
Card. de Luc. de Regal. diſt. 43. n. 3. verſ. in eis*
145 *habere*, vbi quod in illorum alienatione proce-
dit diſpoſitio *Stat. Vrb. 113. & 151. lib. 1. Rot.
deciſ. 14. n. 9. & ſeq. coram Vbald. deciſ. 353. n. 28.
& ſeq. coram Merlin., deciſ. 114. num. 11. apud
Merlin. de pignor., & deciſ. 50. n. 3. & 4.*, vbi in
puncto Statutorum Vrbis *p. 13. recent.*, & plenè
deciſ. 679. per tot. coram Seraph., vbi quoad mi-
nores reddit rationes.

146 At Rot. in *alleg. deciſ. 14. n. 7. & ſeq.* quoad
minores admittit concluſionem, ſecus quoad
mulieres maiores, & hoc probat nèdum ex pri-
uilegijs locorum montium, ſed etiam ex obſer-
uantia Vrbis ibi probata per fides Secretario-
rum Montium.

147 *Cardin. vero de Luc. in Supplem. tom. 16. p. 1.
lib. 2. diſc. 163. n. 19.* reaſſumendo ea, quæ ſuper
hoc puncto ſcripſerat *de Regal. diſc. 43.* dicit, al-
legatas *deciſ. 679. coram Seraph. & deciſ. 50. p. 13.
recen.* volentes, deberi in alienatione locorum
montium à minoribus ſeruari ſolemnitates ſtatu-
tarias, procedere, quando loca montium alienan-
148 tur ex priuata conuentione inter partes, vel
etiam per ſubhaſtationem mediante facto Iudi-
cis, cuius factum dicitur ipſius partis, ſecus ſi
agatur de reſignatione, quæ fit per minores, vel
mulieres in manibus Secretarij, in hac enim non
requiruntur ſolemnitates, cum tunc reſignantes,
& alienantes loca montium ius ſuum ipſi non
transferant in emptorem, ſed potius illud reſu-
149 tent, & extinguant in manu Principis, qui no-
num ius ex integro efformat fauore reſignatarij,
qui agnoſcit in ſuum authorem ipſum Princi-
pem, cuius publicam fidem, & non priuatam re-
ſignantium, ac alienantium ſequi dicitur, & idem
de Luca ſuper hoc adducit rationes, & ſimul ob-
ſeruantiam ferè centenariam contrariam re-

Digitized by Google

350 ſolutioni factæ in *allegat. deciſ. 679. coram Seraphin.*
Poſita veritate concluſionis firmatæ, per dictum
de Luca, licet per Doctores firmetur, quod quando
per minores dantur in dotem loca montium æſti-
mata, ex quo ſunt ſtabilia, & tranſeunt in domi-
351 nium viri, requirantur ſolemnitates ſtatutariæ,
vt firmant *Altograd. conſ. 31. lib. 2., Gratian. cap.
27. n. 16. & ſeq. Surd. deciſ. 287. n. 21. & 22. Rot.
deciſ. 42. n. 14, & deciſ. 75. n. 31. ad 35. coram
Zarat.*, adhuc talis concluſio eſt ſolum admitten-
da, ſi loca montium in dotem aſſignentur per con-
tractum priuatum, ſecus ſi cum auctoritate Secre-
tarij ex ſupra firmatis.
Quando tamen fit alienatio locorum montium
ſpectantium ad minores, vel mulieres, & extra-
iudicialiter proceditur, tunc Iudices debent
cautè procedere in interpoſitione decretorum,
& benè examinare cauſas, ob quas deuenitur ad
352 alienationem, an ſint veræ, vrgentes, ac legi-
timæ, iuxta plenè per nos firmata ſupra *ad Stat.
Vrb. 113. tom. 1. & infrà tom. 3. ad Statut. 151.*;
nam cum agatur de locis montium, poſtquam
Secretarij vigore Inſtrumenti alienationis eo-
rumdem illa tranſtulerunt in faciem illius,
qui illa emit cum decreto Iudicis, emptor eſt ſe-
353 curus, quia loca montium liberè tranſeunt, &
actum eſt de iuribus minorum, vel mulierum
ſuper illis.
Et ſint cauti Iudices in hac materia, quia
ob mala tempora perſæpè vidi deceptos minores,
354 ac mulieres, nam ſine eorum vtilitate, qui-
nimmo cum euidenti damno amiſerunt loca
montium, & in ſummam ægeſtatem fuere re-
dacti.
Præcipuè Iudices cauere debent, ne interpo-
nant decreta, vt alienentur loca montium mino-
rum, vel mulierum ad effectum cum illis creandi
cambia limitata, quod mihi de facto euenit, cum
355 enim fuiſſent minori reſtituta ſcuta termille
prouenientia ex triginta locis montium extra-
ctis, quidam vir qualificatus requirebat à me
Secundo Collaterali, quod concederem manda-
tum de conſignando dicta Scuta triamillia mino-
ri, ad effectum vnico contextu illa inueſtiendi in
cambio ſimilis ſummæ cum dicto requirente; ego
reſpondidi, quod tales pecuniæ ſpectantes ad
minorem, & prouenientes ex locis montium,
quæ erant ſtabilia, debebant de iure inueſtiri in
alijs locis montium, vel ſtabilibus, & non in
cambijs, vel alijs negotijs, quæ non ſunt ſtabi-
lia; quinimmo addebam à fortiori, quod pe-
cuniæ pupillorum, & minorum, quæ ſunt ſub
cambijs debent exigi, & retrahi ad effectum illa
356 inueſtiendi in ſtabilibus, vnde fatuus fuiſſem,
ſi pecunias, prouenientes ex ſtabilibus, & pro ſta-
bilibus habitas, mandaſſem, collocari in cambijs;
Requirens qui volebat diſperdere pecunias mino-
ris, erubuit.
Oſtenſo quod loca montium ſunt ſtabilia, ſe-
quitur videre de eorum priuilegijs, quorum il-
lud potiſſimum eſt, quod facta illorum reſigna-
tione mediantibus Secretarijs montium publicis
Officialibus, ac auctoritatem Principis repræſen-
tantibus, per deſcriptionem emptoris, ac reſi-
gnatarij in libris montium, ac per expeditionem
Literarum patentium plenum ius emptori, ac re-
ſignatario acquiritur cum omnimoda extinctio-
ne iurium vendentis, ſeù reſignantis, itaut reſi-
gnatarius ius ſuum metiatur ex integro immedia-
tè ab ipſo Principe, nam præſumitur, reſignan-
tem omne ius ſuum à ſe abdicaſſe, & tranſtuliſſe
in Principem, & per hunc, quaſi per nouum con-
tractũ, fuiſſe admiſſum nouum reſignatarium cum
plena libertate locorum montium, ac ſi nunquam
extitiſſent pœnes reſignantem, quam libertatem
357 locis montium competere, tam ex diſpoſitione
iuris communis, quam ex *Conſt. 154.* Vrbani VIII.
Bullar. nou. tom. 4. profitentur omnes, & ſignan-
ter *Gratian. cap. 730. n. 48. Cenc. de cenſ. qu. 29.
n. 13. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 14. n. 2. 8. & 29.*,
plenè *Larea allegat. Fiſcal. 22., Cardin. de Luc. de
Regal. diſc. 26. n. 2. verſic. & de locis montium, &
diſc. 27. n. 2., & in Supplem. tom. 16. part. 1. lib. 2.
diſc. 163. n. 6. 8. & ſeq. Adden. ad Pamphil. deciſ.
345. n. 18. verſic. ſed loca montium Rot. deciſ. 650.
n. 5. verſic. nec viſum fuit coram Caualer.*, vbi re-
358 fert ſuper hoc Conſtitutiones antiquas Pauli
IV., & Gregorij XIII. *deciſ. 533. n. 19. & 20. co-
ram Merlin*, reperita *deciſ. 77. n. 20. part. 7. recen.
deciſ. 18. n. 3. poſt Salgad. Labyr. credit., diſc. 112.
n. 20. apud Poſt. de Subhaſt. in addit. deciſ. 98. n. 23.
part. 12. recen. deciſ. 437. n. 13. & deciſ. 504. n. 7.
par. 13. & deciſ. 381. n. 11. par. 14.*, & plenè, ac
doctè *R.P.D. Anſald. de Commerc., & mercatur.
diſc. 95. à n. 41. & ſeq.*
Itaut non recipiant alia vincula, ſeu hypothe-
359 cam, niſi illa expreſſa in literis patentibus
Cardinal. de Luc. de Regal. diſc. 37. n. 3., idem *in
Supplemen. tom. 16. par. 1. lib. 2. diſc. 163. n. 6. Add.
ad Pamphil. deciſ. 345. num. 8., verſic. ſed loca mon-
tium Rot. deciſ. 77. n. 19. & 20. part. 7. recen., &
in Romana locorum montium 22. Ianuarij 1671.
coram Cardinal. Taia*, in qua ſcripſit *de Luc. dict.
diſc. 163.*
Quinimmò ſi vincula appoſita in Literis paten-
tibus ſint fauore certarum perſonarum, illis tan-
tum ſuffragantur, & non alijs tertijs in illis non
360 nominatis, cum quoad hos tranſeant libera
*Cardinal. de Luc. dict. diſc. 27. n. 6. Rot. deciſ. 437.
n. 20. coram Priol., & in Romana locorum montium
29. Nouembris 1660. coram Beuilaqua.*
Et ob talem libertatem locorum montium li-
berorum, inueſtimentum in illis eſt cœteris præ-
ſtantius, ex quo omnino tutum, & propterea,
361 qui loca montium habet, poteſt cum omni fa-
cilitate de mane ad veſperam ea vendere, itaut
illa habens dicatur habere pecuniam numeratam
in ſcrinio ex firmatis per *Cobell. ad Bull. Boni Re-
gimin. cap. 34. artic. 21. n. 3. in fine, & articul. 28.
n. 11. Cardinal. de Luc. de Regal. diſc. 32. n. 8.*, &
ob hoc, vt ſupra fuit ponderatum, ſi in Sacro Mon-
te Pietatis Vrbis ſint depoſitatæ pecuniæ cum
362 onere inueſtiendi, ſi non fuerit qualitas inueſti-
menti declarata alternatiuè, vel in locis mon-
tium, vel ſtabilibus, vel cenſibus, debet fieri in-
ueſtimentum in locis montium, nec Sacer Mons
ſine mandato Iudicis admittit inueſtimentum
in alijs ſtabilibus, vel cenſibus, quæ praxis Sacri
Montis in hoc optima eſt, quia per illam conſu-
litur cum inueſtimento ſecuriori.
Aduerte tamen, quod talis libertas in acqui-
ſitione locorum montium acquiritur ſtatim, ac
fuit per Secretarium admiſſa reſignatio, & de-
ſcri-

Digitized by Google

ſcriptio in libris Montium, licet non fuerint illi-
163 co expeditæ Literæ Patentes, ex quo talis de-
ſcriptio facta à Secretario perſona publica ſtatim
transfert dominium, ac poſſeſſionem illorum in
reſignatarium, & actualis expeditio Literarum
patentium perſæpè fit longè poſt, & eſt atteſta-
tio per Inſtrumentum, cui æquipollent Literæ
patentes, cum qua reſignatario datur publicum
Inſtrumentum reſignationis ſequutæ; cum tales
Literæ patentes deſeruiant loco Inſtrumenti pu-
blici, per quod probatur reſignatio, ac emptio lo-
corum montium ex ſupra firmatis.

Et amplius quando quis emit loca montium
mediante Proxeneta cum ordine in genere dire-
cto publico banco, vt ſoluat pecuniam ei, quem
Secretarius Montium teſtetur ad ſui fauorem li-
berè reſignaſſe tot loca montium, tali caſu cum
emptor ſit omnino inſcius, & incertus de perſona
vendentis loca montium, & ſequatur ſolam fi-
dem Secretarij publici Officialis à Papa ad id de-
putati, ſi hic deſcripſerit ementem cum tali or-
dine in genere aliquem (licet emptorem ab illo,
qui iniuſtè obtinuit loca montium cum mandato
Iudicis etiam nulliter, vel iniuſtè proce-
dentis) creditorem in libris publicis Mon-
tium, cum tunc emptor, & reſignatarius ſequa-
tur fidem publicam Principis, & illum in ſuum
immediatum authorem recognoſcat, & non pri-
uatam perſonam ſibi prorſus ignotam reſpiciat,
non debet remanere deluſus; & verus dominus lo-
corum montium habet ſolum ius contra ſpolian-
tem, vel contra Iudicem nulliter, & iniuſtè pro-
cedentem, vel contra Principem, vel eius Offi-
164 cialem ſuum officium malè explentem benè
Card. de Luc. in Supplem. tom. 16. par. 1. lib. 2. diſc.
163. n. 8. & ſeq., & ſequitur *R.P.D. Anſald. de*
Commerc., & mercatur. diſc. 95. n. 44. verſ. reſpon-
debam & n. 50. verſ. potiſſimè quia.

Præfata tamen concluſio, quod loca montium
tranſeant liberè in emptorem non procedit, quan-
do illa fuere reſignata, & vendita à non Domi-
165 no, cum nemo plus iuris in alium transferre
poſſit, quam ipſe habeat *Rot. deciſ. 650. n. 6. &*
ſeq. coram Caualer., vbi plures adducit rationes, &
dictam *deciſ.* ſequitur *coram Amat. Dunozett. deciſ.*
642. n. 15. & 18., deciſ. 425. num. 8., & deciſ. 494.
n. 4. coram Rembold., deciſ. 112. n. 22. & ſeq. apud
Poſt. de Subhaſt. in addit. & in Romana locorum
Montium 29. Nouembris 1660. §. non obſtat coram
Beuilaqua, & nouiſſimè *in Romana reintegrationis*
25. Januar. 1700. à §. Prout neque ſubſiſtere vſquè
ad fin. coram R.P.D. Scotto; quæ concluſio venit
declaranda, ſi fiat reſignatio fauore reſignatarij
166 dantis ordinem pro ſolutione perſonæ certæ,
non domino, ſecus ſi ordo ſit pro ſolutione fa-
cienda in genere illi, qui reſignabit iuxta conclu-
ſionem mox firmatam, quam diſtinctionem vide-
tur amplecti *dict. R.P.D. Anſald. alleg. diſc. 95. à*
n. 44. & ſeq., qui tamen *num. 50. & 51.* declarat,
dict. deciſ. Caualer. 650., & deciſ. 642. coram Amat.
Dunozett. non procedere, quando emptor, & re-
ſignatarius acquirit loca montium cum auctori-
tate Principis, mediante facto Secretarij mon-
tium publici Officialis, dum reſignatarius tali
caſu non ſequitur fidem reſignantis, ſed Princi-
pis, ac eius Officialis, alias turbaretur com-
mercium, & nimis læderetur libertas locorum

montium, vt doctè, & plenè aduertit *D. Anſald.*
vbi proximè.

Nec minus dicta concluſio pro libertate loco-
rum montium procedit, quando illa non transfe-
runtur voluntariè à partibus, ſed à Iudice, me-
diante deliberatione, tunc enim ſi Iudex atten-
tatè, nulliter, & iniuſtè proceſſit ad illorum ſub-
haſtationem, poſſeſſor anterior illorum tali caſu
vti ſpoliatus debet in illis manuteneri, non au-
tem tertius poſſeſſor habens titulum vigore ſub-
167 haſtationis attentatæ, nullæ, vel iniuſtæ *Car-*
din. de Luc. de Regal. diſc. 39. num. 2. Rot. deciſ. 70.
n. 3. & ſeq., & deciſ. 305. par. 7. recen., deciſ. 381.
num. 13. & 14. par. 14., magiſtraliter *coram Amat.*
Dunozett. deciſ. 642. à n. 14., & in Romana locorum
Montium 14. Decembris 1657. §. fin. coram Melzio
R.P.D. Anſald. dict. diſc. 95. n. 46.

Et ratio eſt, quia paria ſunt, quod loca mon-
tium reſignentur à non domino, vel à Iudice
nulliter, vel iniuſtè procedente, ex quo tali caſu
Iudex perſonam priuatam, & extraneam, non
168 autem dominum repræſentat *Rot. dict. deciſ. 642.*
n. 16. coram Amat. Dunozett.

Minuſque concluſio pro libertate procedit,
quando loca montium ſunt translata quoad fru-
ctus, & loco ſimplicis cautionis, cum tali caſu
quoad proprietatem remaneant ſub dominio de-
169 bitoris, qui illa dedit pro pignore, & ſecuri-
tate creditoris *Rot. deciſ. 494. n. 6. cum duob. ſeq.*
coram Rembold.

Neque procedit, quando tertius poſſeſſor eſt le-
gatarius, & poſſidet loca montium titulo lucra-
tiuo, nam tunc creditores ex cauſa onëroſa poſ-
ſunt agere contra legatarios illa poſſidentes ex
titulo lucratiuo, ex quo legata debentur deducto
170 prius ære alieno *Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 29.*
n. 6. verſ. clarius vero, de Dot. diſc. 129. & in ſupplem.
tom. 16. part. 1. lib. 2. diſc. 163. n. 7. Rot. deciſ. 42. n. 40.
p. 10. recen., deciſ. 25. n. 5. & ſeq. p. 11., & deciſ. 436.
n. 14. & 15. p. 13.

Hinc poteſt filius detrahere legitimam ſibi de-
bitam ex locis montium alteri legatis, licet illo-
rum legatum factum ſit Eccleſiæ, loco pio, vel in
cauſam piam, ex quo legitima deducitur ante le-
171 gata, vt in puncto probat *Rot. deciſ. 286. n. 6. &*
ſeq. part. 12. recen., ſecus ſi agatur de detractione
172 legatorum, quę non fit ex locis montium lega-
tis Eccleſię, vel in cauſam piam *Rot. dict. deciſ. 186.*
n. 13. p. 12. recen.

Prout talis libertas tranſitus in emptores, ac reſi-
gnatarios non procedit in locis montium haben-
tibus vincula fideicommiſſi, cautionis, euictio-
nis, vel aliud ſimile, tunc enim ſi liberè non fuere
translata per Secretarium (qui tamen hoc facere
non poteſt, & eſt prohibitus) illa tranſeunt cum
dictis, vel alijs vinculis contentis in Literis
173 patentibus, & ſic remanent affecta illis, quo-
rum fauore ſunt appoſita vincula *Rot. deciſ. 617.*
& 659. coram Merlin, & plenè *deciſ. 377. n. 16.*
ad 25. part. 13. recen., in qua deciſione id maxime
firmatur, quando emptor ſciuit vincula, quia illa
in venditione fuere expreſſa.

Si tamen Secretarius, vel errore, vel dolo loca
montium vinculata reſignauerit emptori tanquã
libera, in caſu, quo emptor fecerit genericè ordi-
nem directum banco ſoluibilem perſonæ incertæ,
quæ reſignaret tot loca montium libera, & de hoc

faceret fidemSecretarius,tali caſu cum emens fue-
174 rit ſequutus ſolam fidem publicam Principis,
ac Secretarij eius publici miniſtri,& officialis,erit
tutus à moleſtijs illorum, qui in locis montium
habent vincula, & eis erit reſeruata ſolum actio
contra Principem, vel Secretarium Officialem,
cum emptor illorum fidem tantum ſit ſequutus ex
firmatis ſupra *hic n.164.*

SECTIO IV.

ARGVMENTVM.

Breuiter oſtenditur, qualis ſit valor intrinſecus, vel extrinſecus locorum montium Cameralium non vacabilium, ac Baronalium, tam liberorum, quam ſubiectorum vinculis, & quæ quantitas fructuum ex illis percipiatur.

SVMMARIVM.

175 *Valor intrinſecus cuiuslibet loci montis Cameralis eſt in ſcutis centum, & talem quantitatem Camera reſtituit, & n.269.*

176 *Valor locorum montium extrinſecus ob affluentiam pecuniarum, & ob alias cauſas ſæpe creſcit.*

177 *Valor locorum montium extrinſecus probatur ex fide Proxenetarum, & Secretariorum Montium.*

178 *Valor locorum montium extrinſecus in Platea dicitur notorius, & de eo poteſt Iudex extraiudicialiter ſe informare.*

179 *Læſio inuenditione locorum montium, ex quo quis receperit in extractione ſola ſcuta centum, licet emerit plus, non poteſt conſiderari, & n.180. 270., & 271.*

181 *Valor cuiuslibet loci eſt vltra ſcuta centum, ſi Princeps in erectione plus receperit, & illud reſtituere promiſerit.*

182 *Loca montium vinculata minus valent quam libera.*

183 *Vincula in locis montium quantum diminuant illorum valorem æſtimatur à Proxenetis.*

184 *Loca montium habentia vinculum euictionis plus valent, quam habentia vinculum reuerſionis, & quanti dicta vincula æſtimentur, & n.185., & 186.*

187 *Loca montium vinculata licet vendantur cum promiſſione euictionis minus valent, & quare?*

188 *Læſio quando nec ne conſiderari poſſit in venditione locorum montium vinculatorum, vide remiſſiuè.*

189 *Ex valore locorum montium detrahuntur iulij tres pro quolibet loco pro mercede Proxenetæ, & n.190.*

191 *Valor reſultans ex augmento valoris locorum montium ſpectat ad hæredem illius, qui eſt dominus in proprietate locorum montium.*

192 *Loca montium Baronalia minus valent, quam Cameralia.*

193 *Fructus locorum montium debentur iuxta reductionem factam à Principe, & iuxta deſcriptionem in literis patentibus, & n.194.*

195 *Inueſtire obligatus in locis montium tenetur ad fructus illorum, vti ad damna, & intereſſe.*

196 *Fructus locum montium ante annum 1685. erat in ſcutis quatuor pro quolibet loco.*

197 *Locorum montium reductio quoad fructus licitè fit à Principe, & quare? & n.198.*

199 *Fructus locorum montium ſoluuntur deſcriptis in liſtis, & eorum ſolutio probatur ex libris Depoſitariorum Montium.*

200 *Fructus locorum montium exacti pro vltimis annis præſumuntur exacti pro annis antecedentibus.*

201 *Maximè ſi fuerit exacta ſors ipſa locorum montium.*

202 *Author eſt vnus ex Agentibus Communitatum Status Eccleſiaſtici.*

203 *In extractione, ac reſtitutione ſortis locorum montium prius ſoluuntur illorum fructus, & n. 204.*

205 *Depoſitarij montium ſunt publici mercatores.*

206 *Ex libris depoſitariorum Montium probatur negatiua exactionis fructuum illorum.*

207 *Negatiua probatur ex inſpectione libri publici, vbi ſolet aliquid annotari.*

208 *Librorum exhibitio non poteſt denegari à publico campſore, & mercatore, qui tenetur illos conficere, & conſeruare.*

209 *Mercator nō liberatur ab exhibitione librorum ex quo iuret illos non habere.*

210 *Si ex libris Depoſitariorum montium appareat, fructus locorum m ntium per annos antecedentes, non fuiſſe exactos, debentur.*

VAlor, ac pretium ordinarium cuiuſque loci
montis Cameralis non vacabilis, qui ſit
liber, & careat omni vinculo eſt ſcutorum cen-
tum Monetę Romanæ, & pro tali pretio à Ca-
mera eriguntur, & venduntur, ac in tali ſumma
175 illorum pretium ab ipſa Camera reſtituitur *Rot.*
deciſ.17. n.1. coram Caualer., deciſ.193. n.1.coram
Manzaned., deciſ.282. n.17. p.9. recen., & deciſ.19.
n.13.p.14.

At hoc procedit tantum in pretio intrinſeco
locorum montium, ex quo in ſui origine, ac crea-
tione, ac in eorum extinctione ſola ſcuta centum
recipiuntur, & reſtituuntur à Camera, & Prin-
cipe; at pretium extrinſecum ſolet, vt expe-
rientia quotidiana docet, augeri, & hoc proue-
nit vel ex affluentia pecuniarum, & multiplicita-
te emptorum, vel ex quo inueſtimentum in illis
176 eſt magis ſecurum, & non obnoxium hypothe-
cis, ac aliis vinculis, & fructus ex eiſdem magis
promptè retrahuntur, quam ex alijs inueſtimen-
tis; vel ex quo illa habens dicitur habere quaſi in
manibus pecuniam numeratam, ob facillimam
illorum venditionem, itaut ſi quis habeat loca
montium libera, & egeat pecunia, poſſit ſtatim
hanc cum illorum venditione ſibi parare, vt ad-
uertit *Cardin. de Luc. de Regal. diſc.32. n.8;* & pro-
pterea ſi agatur de liquidatione pretij extrinſeci
177 locorum montium in iudicio, vel extra, illa fiet
per atteſtationes Proxenetarum *Rot.deciſ., 273.*
n.32. part.16.recen., & deciſ.287. n.20. coram Peu-
tinger., vbi quod eadem probatio habetur ex fi-
dibus Secretariorum montium, & quod hic eſt ſty-
lus notorius.

Et amplius cum pretium extrinſecum locorum
mon-

Digitized by Google

montium in Platea Vrbis ſit notorium poteſt de
eo Iudex extraiudicialiter ſe informare, etiam
178 parte non citata *Rot.deciſ.273. n.30., & 31.
p.16.recen.*
Si autem loca montium data ſint inſolutum
pro pretio extrinſeco currente in Platea, ſi po-
ſtea ex aliquo accidenti fuerit diminutum, ex
quo extinctio illorum facta ſit pro ſcutis centum,
179 non poteſt prætendi læſio in aſſiguatione, ac
datione inſolutum *Rot.deciſ. 193.n.1.& ſeq. co-
ram Manzaned.*; ex quo pretium currens de tem-
pore dationis in ſolutum erat iuſtum, & currens
in Platea, & illa recipiens ſcire debebat, quod
in caſum extractionis, & extinctionis illorum
non reſtituebantur niſi ſcuta centum, & ſi vole-
bat occurrere huic damno, quod imminere proba-
180 biliter poterat, debebat tunc vendere loca mon-
tium, & ex illis retrahere maius pretium extrin-
ſecum, tunc currens in Platea.
Quando vero Princeps in erectione alicuius
montis recepiſſet maiorem ſummam, quam ſcu-
ta centum, & illam reſtituere promiſiſſet, idque
in Literis patentibus eſſet expreſſum, tunc non
pretium ſcutorum centum, ſed etiam plus iuxta
id, quod recepit, Princeps in caſum extractio-
181 nis talium locorum montium reſtituere debet,
iuxta fidem ab ipſo datam in illorum erectio-
ne, ex traditis in puncto *per Cardin. de Luc. de
Regal.diſc. 33.n.2., & ſeq*; & vidimus ſub ſan.mem.
Innocentio XI., fuiſſe erectum vnum montem ad
rationem ſcutorum centum triginta pro quolibet
loco, & quod talis ſumma in illius extractione, ac
extinctione eſſet reſtituenda.
Loca vero montium vinculata minus valent,
quam libera, habito reſpectu ad vincula, quibus
ſunt affecta, vnde ſi hæc plura ſint, minùs quo-
que erit illorum pretium; & vincula ſunt, illa eui-
ctionis pro bonis venditis, fideicommiſſi, fun-
182 di dotalis, cautionis de reſtituendo prioribus,
& potioribus creditoribus, vel his ſimillia *Car-
din.de Luc. de Regal. diſc.30. n.9. diſc.31.n.16., &
diſcurſ.32. n.6. Rot.deciſ.126. n.41., & 42. part.14.
recen. R. P. D. Anſald. de commerc., & mercatur.
diſc. 60. n.58.*
Et quæ diminutio pretij reſultet ex vinculis in
183 locis montium appoſitis ſtatut iudicio Proxe-
netarum *Cardinal. de Luc. dict.diſcurſ.30. n.9. Rot.
deciſ.126. n.42. p.14., & deciſ.273. n.32. part.16.
recen.*
Loca tamen montium habentia vinculum eui-
ctionis plus valent, quam illa habentia vincu-
184 lum reuerſionis ad alium poſt obitum illa poſſi-
dentis, ex quo poteſt euictio non ſequi, & æſti-
mantur in ſcutis ſexaginta pro quolibet loco
Cardin.de Luc. diſc.30. n.9. verſ.iſta enim vincula;
illa vero, quæ habent tale vinculum reuerſionis
185 ſolent æſtimari in ſcutis 25., & ad ſummum in
ſcutis 30. *de Luc.dict.n.9.verſ.iſta enim in fine*.
Quando vero vinculum euictionis eſt valde an-
tiquum, & veriſimile, ac probabile eſt, quod il-
lius caſus non eueniat, tunc æſtimantur pluſquam
ſcuta ſexaginta: vt ſi agatur de lapſu vltra tri-
ginta annos, ex quo veriſimile eſt, quod ſpatio
186 tanti temporis illa eueniſſet, ſi adfuiſſent præ-
tenſores ſuper pretio rei venditæ: & ex quo empta
fuere loca montium cum vinculo euictionis.
Quæ loca montium vinculata, licet vendantur
cum promiſſione euictionis illorum in caſum pu-
rificationis vinculi, adhuc minus valent, quam
libera, ea ratione, quia ſequuta illorum euictio-
ne adeſt, nedum incommodum litis ſuſcipiendæ
cum neceſſaria erogatione expenſarum pro illa
ſuſtinenda, verum etiam periculum, quod inte-
rim illorum venditor fiat non ſoluendo, & ſic
187 inanis remaneat actio euictionis *Cardin.de Luc.
de Regal.diſc.32. n.7.verſ. è conuerſo, &* præclarè
Rot.deciſ.193. n.3. cum duob.ſeq. coram Manzaned.
Generaliter vero circa pretium locorum mon-
tium vinculatorum, quale dicatur iuſtum, & an,
& quomodo in illorum venditione poſſit conſi-
188 derari læſio, vel illa excludatur vide *Cardin. de
Luc.de Regal.diſc.30.31., & 32.*, & plenè pro ex-
cluſione læſionis in his locis montium ſubiectis
fideicommiſſo reuerſiuo, & venditis cum pacto
de retrouendendo dixi *ad ſtatut.vrb.154.annot.46.
art.3.n.217. & ſeq.*
Pretium tamen locorum montium minuitur
ex mercede iuliorum trium pro quolibet loco ſol-
189 ui ſolita Proxenetis, & ſic ex illo detrahitur ta-
lis merces *Cobell.ad Bull.Bon.Regimin. cap.34. ar-
tic.27.n.7. Rot.deciſ.380. n.3.part.15.recen*; Proxe-
netarum quippe merces dicitur expenſa neceſſa-
ria, & debet detrahi tanquam æs alienum ad in-
ſtar expenſarum, quæ fiunt pro ſolutione gabel-
190 larum, pro ſubhaſtatione, confectione Inſtru-
menti, & ſimilibus *Gratian.cap.343. n.1., & 2.
Zach.de ſalar.q.83 n.6.*
Si vero valor locorum montium hæreditario-
rum poſt illorum emptionem ereuerit, ſi fructus
illorum, ratione vſus fructus, ſpectant ad matrem
ſecundo nubentem eius vita durante, matre
defuncta tale augumentum valoris ſpectat ad fi-
lios hæredes proprietarios, ſicut ad illos ſpectaſ-
ſet damnum diminutionis, ſi in valore decreuiſ-
ſent, & quia tale augumentum ſortitur naturam
191 ſortis principalis, ac proprietatis ipſorum mon-
tium, quæ ſpectabat ad filios hæredes proprie-
tarios *Rot.deciſ.148.n.5.cum duob.ſeq.coram Carill.,
& poſt Oleam de ceſs.iur. tit.7. q.3. n.32.* aduertit
Cardin.de Luc.de Regal. diſc.30. n.16. in fine.
Regula ſupra firmata, quod valor intrinſecus
cuiuslibet loci montis liberi ſit ſcutorum centum
non procedit in locis montium Baronalibus, quæ
perſæpe minus valent, eo quia ſunt malè dota-
ta, ac fundi aſſignati pro dote non reddunt fru-
ctus ſufficientes pro ſolutione fructuum omniũ
192 locorum montium fundatorum in erectione
Montis Baronalis, & quia illorum fructus non
ſoluuntur promptè; itaut quandoque vendantur
ſolum ſcuta 50. 40. & etiam 30. pro quolibet
loco, vt ponderat *Cardin. de Luc. de Regal. diſc.
30. n. 16. verſ. & etiam quædam Baronalia*, & hoc
ſciunt omnes, dum remaneant hodie quædam
loca montium Baronalia, quorum fructus ſol-
uuntur poſticipatè decurſi poſt plures annos.
Liquidato valore intrinſeco, & extrinſeco lo-
corum montium, reſtat videre de illorum annuis
fructibus, qui liquidantur iuxta taxam deter-
193 minatam, ac reductionem factam à Principe
Rot. deciſ.433. n.4. coram Manzaned., & iuxta
taxam adnotatam in Libris Secretarij montium,
194 & deſcriptam in Literis patentibus *Rot. deciſ.
2072. n. 1. coram Coccin.*
Hinc qui ſe obligauit ad inueſtimentum in lo-
cis

Digitized by Google

cis montium, aliàs ad damna, & intereſſe, te-
195 netur ad fructus locorum montium, iuxta
dictam taxam *Rot. dict. deciſ.* 2072. *n.* 2. *coram Coccin. deciſ.* 16. *n.* 20. *&* 21. *apud Torr. de pact. futur. ſucceſſ. R. P. D. Anſald. de commerc. & mercatur. diſc.* 62. *n.* 61. ; *& in d. deciſ.* 16., & apud dictum *Anſald.* conſideratur, quod fructus debentur tali caſu ad proportionem fructuum, quos ſuis temporibus reddidere loca montium, in quibus erat faciendum inueſtimentum, cum perſæpe ex facto Principis fructuum quantitas iuxta temporum uarietatem reduci ſoleat.

Et ante annum 1685. fructus locorum montium erant in ſcutis quatuor pro quolibet loco,
196 & in tali ſumma abſque alia liquidatione
erat notorius *Rot. deciſ.* 282. *n.* 18. *p.* 9. *tom.* 1. *recent.*, & de dicto tempore fuit à Papa facta reductio ad ſcuta tria (exceptis fructibus Montis S. Petri erecti pro ſcutis 130. pro quolibet loco, qui ſunt etiam hodie in ſcutis quatuor, ex quo maius eſt illorum pretium) quæ reductio cum omni iuſtitia, ac prudentia facta fuit ad ſubleuandum Ærarium Cameræ Apoſtolicæ, ac ſimul
197 ſubditos Status Temporalis S.R.Eccleſiæ ſatis
grauatos ab oneribus tot vectigalium, & gabellarum à Pontificibus Prædeceſſoribus pro tempore impoſitatum, & ſubiugatatum pro ſolutione fructuum locorum montium diuerſis temporibus erectorum, ob vrgentes neceſſitates à Sancta Sede paſſas, vel in defenſione Fidei Catholicæ contra Turcas Chriſtianorum Principum Regna inuadentes, vel contra hæreticos eamdem Fidem dilaniantes, vel ad tutandum ab inuaſoribus Statum Temporalem Sedis Apoſtolicæ.

Et talis reductio etiam antiquis temporibus ab alijs Pontificibus, prout etiam ab alijs Principibus, ac Republicis facta in eorum dominijs, magis iuſta elucet, quia etiam cenſus, & alia
198 ſtabilia his tẽporibus in fructibus decreuerunt,
ab antiquo redditu ob pecuniarum affluentiam, vt poſt *Capice. Latr. deciſ.* 188. præcisè firmat *Cardin. de Luc. de Regal. diſc.* 148. *n.* 57. *verſ. quo vero*, quinimmo, cum ex firmatis loca montium ſint ad inſtar cenſuum, & fructus ex his licitè percipiantur, ſi bona ſubiugata ſint fructifera, & reddant fructus æquiualentes, hinc ſi fructus aſſignati pro Monte diminuantur, videtur etiam minuenda penſio, ac redditus annuus locorũ mõtium, vt benè poſt alios firmat doctiſſimus *Leotard. de Vſur. q.* 22. *n.* 42. *&* 44.

Fructus autem locorum montium (qui ſoluuntur à Depoſitario cuiuslibet Montis deputato à Camera quolibet bimeſtre poſticiparè perſonis, ac creditoribus deſcriptis in liſtis per Ra-
199 tiocinatores Montium *Cobell. ad Bull. boni Re-*
gimin. cap. 34. *artic.* 25. *n.* 9. *& ſeq.*) fuiſſe exactos, probatur ex receptis formiter extractis ex Libris Depoſitariorum *Rot. deciſ.* 420. *n.* 5. *coram Priol.*; & exacti pro aliquibus annis vltimis præſumuntur etiam exacti pro annis anteceden-
200 tibus *dict. deciſ.* 420. *n.* 6. *coram Priol.*, *deciſ.*
839. *n.* 2. *&* 3. *coram Merlin.*, *deciſ.* 329. *n.* 4. *&* 5. *coram Bich.*

Quod præcipuè procedit, ſi fuerit exacta ipſa
201 ſors principalis locorum montium, cum mul-
to magis præſumantur exacti fructus *Rot. dict. deciſ.* 420. *n.* 7. *coram Priol.*; ea palpabili ratione, quia non ſolent reſtitui loca montium in ſorte, niſi ſolutis etiam fructibus, & antequam Camera, ac Theſaurarius Generalis faciat extinctionem, vel extractionem locorum montium vult prius habere à Secretario Montis extrahendi iuſtificationem, quod ſint ſoluti fructus: nec alias publicantur ædicta extractionum, quod ip-
202 ſe vti vnus ex Agentibus Communitatũ Status
Eccleſiaſtici expertus ſui in extractionibus locorum montium, in quibus erant debitrices Cõmunitates Ciuitatis Auximi, & Terræ Matelicæ in Piceno, nam prius fuit oſtenſa quietantia omnium fructuum ex locis montium decurſo-
203 rum; quinimmo ex literis Apoſtolicis Pauli
V. ſummatim relatis apud *Cobell. ad Bull. boni Regimin. cap.* 34 *artic.* 23. §. *Decimoquinto* clariùs habetur, quod pretium redactum ex bonis hypothecatis pro Monte, prius in ſolutionem fructuum procedat, & quod ſupereſt, in extinctionem ſortis; nam cum loca montium ex firmatis ſupra *artic.* 1. *ſect.* 1. *n.* 7. *&* 8. ſint quædam ſpecies annui redditus, ac cenſus cum Principe, vel Republica, ideo ſicuti creditor
204 cenſus non tenetur recipere illius ſortem ſine
fructibus, ita nec Montiſtæ tenentur recipere ſortem locorum montium ſine illorum fructibus decurſis.

Ego vero in caſu occurrenti requiſitus de meo ſenſu ſuper concluſione ſupra firmata, quod ſolutis fructibus montium per aliquos annos cenſeantur ſoluti in præteritum, dixi, talem concluſionem pati maximam difficultatem, nam cum Depoſitarij montium ſint publici Campſores, &
205 habeant menſam nummulariam apertam, vt in
ſpecie notat *Cobell. ad Bul. boni Regim. cap.* 34. *artic.* 24. *n.* 4, & habeant, ac habere debeant libros, in quibus adnotantur ſolutiones fructuum locorum montium ab illis qualibet die factæ, ſi ex dictis libris apparet, quod Titio, vel Caio certo tempore non fuere ſoluti fructus, ex eis probatur negatiua non factæ ſolutionis, ex illis enim debet probari affirmatiua ſolutionis, & ſic
206 ſi de illa ex eis non apparet, remanet probata ne
gatiua *Natt. conſ.* 45. *n.* 3. *Afflict. deciſ.* 107. *n.* 6. *&* 7. plenè *Rot. deciſ.* 287. *per tot. coram Mantic.*, *& deciſ.* 182. *n.* 1. *coram Carill.* in terminis negatiuæ, quod probetur ex inſpectione libri pu-
207 blici, vbi ſolet aliquid notari *Rot. deciſ.* 754.
n. 5. *&* 6. *coram Merlin.*

Nec potuit opitulari excuſatio non exiſtentiæ talis libri; cum enim notorium ſit talem librum adeſſe, & in illo fieri quietantias ab exigentibus fructus locorum montium, propterea ſtante talis libri exiſtentia, & qui à menſa nummularia Depoſitarij Campſoris fieri, ac retine-
208 ti, & cuſtodiri debebat, non poterat denega-
ri exhibitio plenè *Rot. deciſ.* 531. *à n.* 6., *& deciſ.* 555. *n.* 3. *coram Amat. Dunozett. deciſ.* 224. *coram Bich. & in Romana pecuniaria* 7. *Maij* 1683. *coram Albergat. in* §. *præmiſſa*, vbi vlterius firmatur, quod non exiſtentia librorum tali caſu nec probatur iuramento, quando ſumus in Campſoribus, vel alijs, qui libros conficere, & cuſtodire
209 tenentur *Rot. deciſ.* 33. *n.* 6. *&* 7., *& dict. deciſ.*
555 *n.* 3. *& ſeq. coram Amat. Dunozett.*

Et ſic in ſupradicto caſu fuit iudicatum, iuxta

tela-

relationem mihi factam, in Tribunali Theſaurarij Generalis Cameræ Apoſtolicæ, dum fuit Depoſitarius coactus ad exhibendum libros, &
210 comperto, quod in illis non aderant receptæ pro nonnullis bimeſtribus fructuum, fuit coactus illos ſoluere, non attento, quòd poſtea reperirentur factæ ſolutiones plurium bimeſtrium ſequentium, ex quo apparebat ex tali libro de negatiua ſolutionis fructuum aliquorum bimeſtriũ; & licet tali caſu proceſſerim cum ſupradictis, nihilominus, dum reuiſioni hujus diſcurſus ſum intentus, inueni cum lætitia meæ opinionis fautorem Inſignem, & Celeberrimum Rotæ Auditorem *R. P. D. Anſaldum in ſuo Tract. de commerc. & mercatur. diſc. 95. n. 18. & ſeq., & n. 37. & infra*, qui punctualiter, & fortiter propugnat pro excluſione præſcriptionis ex pluribus motiuis, & ſignanter, quod tales ſolutiones fructuum locorum montium fiunt à Depoſitarijs, qui nullum ius habent proprium, ſed ſunt meri Adminiſtratores, & habent libros, in quibus ſunt adnotata credita fructuum montium, & ſic ſciunt ſe debitores, & propterea ſunt in mala fide, ſi non oſtendant ſolutionem, nec pòſſunt præſcribere, & in eodem *diſc.* 95. alia ſolida producuntur fundamenta, videnda apud eumdem.

SECTIO V.

ARGVMENTVM.

Plura hìc ponuntur de Officio Secretariorum, Procuratoris, Ratiocinatorum, & Depoſitariorum Montium, & in quibus conſiſtat ſingulorum munus. Et ſimul aliqua aduertuntur circa Iuriſdictionem Theſaurarij Generalis, ac aliorum Iudicum Ordinariorum Vrbis ſuper locis montium, & demum tangitur Iuriſdictio Congregationis Montium.

SVMMARIVM.

211 *Secretarij Montium quot ſi..., & de eorum requiſitis.*

212 *Loca montium deſcripta in libris montium, & literæ patentes expeditæ ſuper illis à Secretarijs fauore alicuius præſeferunt emptionis contractum factum cum Principe.*

213 *Loca montium vinculata transferuntur à Secretarijs cum vinculis, ſi non ſint deleta per Theſaurarium, vel alios Iudices Ordinarios Vrbis, & n. 214. & 218.*

215 *Secretarij transferentes loca montium contra formam literarum patentium, tenentur illa reponere in priſtinum, iuſtantibus intereſſe habentibus.*

216 *Locorum montium Eccleſiarum non poſſunt per Secretarios admitti reſignationes ſine mandato Iudicis Eccleſiaſtici, qui hoc præcipiat, præcedente Beneplacito Apoſtolico.*

217 *Loca montium à Secretarijs non poſſunt transferri à defuncto in hæredem ſine clauſula* dummodo poſſeſſio ſit vacans &c.

219 *Secretarij montium, etiam iuſſi pro deletione vinculorum à locis montium non debent exequi ordinem male datum à Iudice.*

220 *Secretarij tenentur dare Ratiocinatoribus montium liſtam creditorum currentium in montibus quolibet bimeſtre.*

221 *Author ſub Innocentio XI. fuit eodem tempore Procurator Generalis montium, Palatij Pontificij, & Iudex; & quid facere debeat Procurator montium, & n. 222., & 229.*

223 *Procurator montium habet mandatum à Papa, & requiſitus à Depoſitarijs montium tenetur agere contra recuſantes ſoluere aſſignamenta deſtinata pro ſolutione fructuum montium.*

224 *Procurator Generalis Ordinis S. Dominici poteſt comparere in cauſis particularium Conuentuum totius Religionis.*

225 *Idem in Procuratore Generali Societatis Ieſus.*

226 *Procurator montium non habet facultatem in cauſis locorum montium Baronalium, cum habeant proprios Procuratores.*

227 *Procurator Generalis non poteſt ſe ingerere in illo negotio, pro quo fuit conſtitutus Procurator ſpecialis.*

228 *Procurator Generalis montium quandoque agit contra Barones pro Montiſtis de mandato Papæ.*

230 *Procurator montium pro Theſaurario Generali interuenit Congregationibus, quæ fiunt à Montiſtis Baronalibus.*

241 *Computiſtæ, ac Ratiocinatores montium debent quolibet bimeſtre in fine facere liſtam illorum, qui ſunt creditores in quolibet monte iuxta notulam, quæ illis datur à Secretarijs montium.*

232 *Ratiocinatores montium quoad peritiam, & fidem æquiparantur Secretarijs eorumdem montium.*

233 *Depoſitarij montium tenentur promptè ſoluere fructus locorum montium in fine cuiuslibet bimeſtris poſt illis tranſmiſſam liſtam creditorum, & non prius.*

234 *Depoſitarij debent eligi Mercatores idonei, & illi deputantur à Papa, & dicuntur Depoſitarij auctoritate publica.*

235 *Depoſitarij tenentur præſtare idoneam cautionem de ſoluendo fructus Montiſtis promptè, & expeditè.*

236 *Depoſitarij non excuſantur à prompta ſolutione fructuum ſub prætextu, quòd non exegerint aſſignamenta pro fructibus deſtinata.*

237 *Depoſitarij electi à Camera cum Chirographis Papæ, ſi deficiant, & Camera receperit fideiuſſorem illum, qui non poterat, ſe obligare, deberent Montiſtæ à Camera releuari, & n. 238. 239. & 240.*

240 *Cum Fiſco litigare durum eſt.*

241 *Conſuetudo præſtandi aliquid quolibet anno præſcribitur decennio, fauore tamen piæ cauſæ, & num. 247.*

242 *Conſuetudo rationabilis, & cui non reſiſtit Ius Diuinum, vel Naturale, ſi eſt longeua, poteſt legitimè introduci, & debet obſeruari.*

253 *Depoſitarij montium habent onus penſionum Domus, Capſerij, Exactoris, & aliorum Iuuenum.*

244 *Depoſitariæ locorum montium ſunt lucroſæ, & propterea depoſitarij non debent recipere ſtrenas. vulgo* Mancie del Natale *à Montiſtis, & n. 245. & 246.*

Digitized by Google

248 *Præſcriptio non currit in actibus ſactis ex vrbanitate, ſed ſolum quando fuit aliquid prætenſum fieri de iure, & fuit contradictum, ſed poſt contradictionem, quis acquieuit per tempus legitimum ad præſcribendum.*

249 *Depoſitarij Montium ſoluentes illorum fructus non creditoribus, vel cum mandatis, & ordinibus falſis, vel inſufficientibus, non liberantur, & num. 250.*

251 *Depoſitarij locorum montium debent habere, & retinere libros, in quibus adnotantur ſolutiones fructuum Moncium.*

252 *Partitæ ex libris depoſitariorum montium debent extrahi citata parte.*

253 *Theſaurarij Generalis Papæ magna eſt poteſtas circa materias Camerales, & locorum montium.*

254 *Iudices Ordinary in Vrbe concedunt ſuper locis montium mandata, & promulgant ſententias, ſed illæ exequuntur cum* Exequatur *Theſaurarij & n. 255., & 256.*

257 *Iudices ordinarij in Vrbe, qui procedere poſſunt ſuper locis montium, qui ſint, refertur.*

258 *Locumtenens Ciuilis Gubernatoris Vrbis eſt vnus ex Iudicibus ordinarijs, qui habet facultatem procedendi ſuper locis montium, & Congregatio Montium id declarauit fauore Authoris olim Locumtentis, & n. 259.*

260 *Theſaurarius in locis Montium Vrbis iudicat, & ab illo appellatur ad Cameram.*

261 *Secus in locis Montium Ciuitatum Bononiæ, & Ferrariæ.*

262 *Theſaurarius etiam in reſignationibus locorum montium, & in concedendo Inhibitiones dictas* Nihil tranſeat, *& in extractionibus habet magnam poteſtatem, & n. 263. & 265.*

264 *Rota etiam, ſi timet de diſperſione locorum montium, mandat ſuper illis apponi ſequeſtrum, cum* Exequatur *tamen Theſaurarij.*

266 *Iudices Ordinarij Vrbis habent facultatem delendi vincula à locis montium, & quare id fiat?*

SEcretarij locorum Montium hodie ſunt qua-
tuor à Papa electi omni ſolettia, & fide ſuf-
211 fulti, prout tales eſſe debent, iuxta requiſita re-
lata per *Cobell. ad Bull. Boni Regim. cap. 34. artic.
24. n. 1. & ſeq.*; ſiquidem eorum officio tanta fi-
des, & auctoritas eſt attributa ſuper locis mon-
tium, vt diſpoſitiones, ac reſignationes ſuper il-
lis admiſſæ, ac ſcriptæ in libris Montium per Se-
cretatium cuius libet Montis, ac Literæ patentes
deſuper expeditæ, & ab eo ſubſcriptæ præſefe-
rant verum contractum irreuocabilem, & ab om-
ni periculo immunem, initum cum ipſo Princi-
pe, licet loca montium ſint priuatorum, & licet
212 translatio facta fuerit inter priuatos parietes
*Cobell. dict. artic. 24. n. 12. Cardin. de Luc. de Re-
gal. diſc. 41. n. 5., & in Supplem. tom. 16. par. 1. lib.
2. diſc. 163. n. 8. & ſeq.*

Etſi per Secretarium in libris montis, ac in
literis patentibus fuerint vinculata loca montium
libera, libertas illorum ex facto, & fide Secretarij
non adeſt amplius, niſi vincula prius deleantur
213 per eumdem Secretatium, qui regulariter hoc
non facit, niſi cum mandatis Theſaurarij Genera-
lis, vel etiam Iudicum Ordinatiorum Vrbis, &
214 contra Secretatios malè ſe gerentes in officio
exclamat *Cardin. de Luc. in Supplem. tom. 16. p. 1.
lib. 2. diſc. 163. n. 16. & 18.*; quinimmo Secretarij
transferentes liberè loca montium vinculata ſine
mandato Iudicis ſe exponunt periculo illa repo-
nendi in priſtinum, ac reſtituendi illorum pre-
215 tium in caſum purificationis vinculorum, ex
quo illa non ritè ſuſtulerunt *Rot. deciſ. 533. & 589.
coram Merlin.*

At non poſſunt Secretatij Montium admittere
reſignationes locorum montium ſpectantium ad
Eccleſias, vel loca Eccleſiaſtica, ſi non habeant
ſuper hoc mandatum Iudicis, nec per hunc con-
ceditur mandatum ſine Beneplacito Apoſtolico,
& cognito, quod reſignatio in euidentem Eccle-
216 ſiæ vtilitatem tendit ex firmatis ſuprà *articul. 1.
Sect. 3. n. 134. & ſeq.*

Non poſſunt Secretatij Montium transferre
loca montium à facie defuncti in hæredem, niſi
poſita in translatione clauſula *dummodo poſſeſſio
ſit vacans, & ſine præiudicio habentium meliora, &
217 potiora iura*, quæ clauſula quid operetur, dictum
fuit ſuprà *Sect. 2. n. 88. & ſeq.*; Et cauere debent,
quantum fieri poteſt ab admiſſione reſignatio-
num liberè, ſi circa illas emergant difficultates
facti, vel iuris, & potiùs ſuper hoc expectare de-
bene mandata Iudicum: cum Secretariorum offi-
cium ſit admittere diſpoſitiones, ac reſignationes
extraiudicialiter, quando de plano procedunt,
218 ſecus ſi patiantur diſcuſſiones, & ambiguitates,
ex firmatis per *Cardin. de Luc. in Supplem. tom. 16.
p. 1. lib. 2. diſc. 163. n. 16. & 18.*

Et tanta in hac materia debet eſſe diligentia,
ac ſolertia Secretariorum, vt nedum poſſint, ſed
debeant etiam ſe abſtinere ab admiſſione reſigna-
tionum liberè, ac à deletione vinculorum ipſis
demandata à Iudicibus, quoties agnoſcant ex
vinculis contentis in partitis librorum Montis,
219 & ex Literarum patentium facie, vincula non
debuiſſe deleri *Alex. conſ. 103. n. 18. & 19. lib. 2.*
qui loquitur in puncto ſimilium locorum Mon-
tium Sancti Georgij Ciuitatis Ianuenſis, licet hoc
facere non cogatur ſub aliqua pœna, nam pa-
rendo mandatis Iudicum ſunt excuſatione di-
gni, quoad hoc, vt non ſentiant damnum burſale,
ſed ipſi Iudices tenebuntur, ſi vincula perperam
ſuſtulerint; licet Secretatius non excuſetur, ſi pa-
ruerit mandato Iudicis, quando manifeſtè ex illo
apparet, non fuiſſe diſcuſſum certum vinculum,
vt per *Alex. ibid.*

Munus quoque Secretariorum eſt dare notu-
lam creditorum in quolibet monte ſingulis bime-
ſtribus Ratiocinatoribus Montium, adhoc vt
poſſint iuxta illam facere liſtam Creditorum ſub-
220 ſcribendam à Theſaurario Generali, in qua de-
mandatur Depoſitarijs Montium, vt ſoluant fru-
ctus Creditoribus deſcriptis in liſta; & talis no-
tula ideo dari debet à Secretarijs in quolibet bi-
meſtre, quia poteſt eſſe, quod creditor in locis
decem v.g., quinque reſignauerit, vel omnia alijs,
vel quod aliqua ſint extracta, vel quod aliquis
in Monte creditor obierit, & hæres fuerit deſcri-
ptus creditor.

Officium vero Procuratoris Generalis mon-
221 tium (quod ſpatio decennij circiter exercui vi-
gore Chirographi ſubſcripti à S. me. Innocentio
XI., & ex illius ſumma erga me beneficientia,
dum eodem tempore munus Procuratoris Ponti-
ficij

221 ficij Palatij, ac ſimul Iudicis in Romana Cu-
ria exercui) in eo peculiariter conſiſtit, vt iuni-
gilet, quod Depoſitarij Montium promptè ſol-
uant Montiſtis quolibet bimeſtre in fine fructus
locorum montium; quæ diligentiæ ſi non ſuffi-
ciunt, dum non ſemel Depoſitarij, qui fœrè
ſemper ſunt etiam conductores appaltuum Ca-
meralium, & illis conceditnt Depoſitaria ali-
cuius Montis in ſubleuamẽ onerosæ reſponſionis,
quam pro appaltibus ſoluunt Cameræ, & ſic non
ſemel pecunias aſſignatas pro ſolutione fructuum
locorum montium vertunt, vel in negotia, vel
in ſolutionem appaltuum Cameralium, pro qui-
bus ſunt debitores: ideo idem Procurator debet
referre Theſaurario Generali, ſi nimis differan-
tur ſolutiones fructuum, cum id vltra læſionem
fidei Principis Supremi, quæ conſiſtit in prompta
222 ſolutione fructuum promiſſa quolibet bimeſtre
in erectionibus montium, præſeferat damnum
non modicum Viduis, Pupillis, Eccleſijs, Hoſ-
pitalibus, ac alijs Locis Pijs maiorem, ac potio-
rem neruum reddituum habentibus in locis mon-
tium, & cum illis eorum neceſſitatibus occur-
rentibus.

Tenetur quoque idem Procurator Montium,
ſi fuerit requiſitus à Depoſitarijs eorumdem,
223 agere contra debentes, & non ſoluentes pecu-
nias aſſignatas pro ſolutione fructuum locorum
Montium. Nec eidem Procuratori montium circa
concernentia proprium officium ſuper materia
omnium locorum montium Cameralium poteſt
opponi de mandato procuræ, cum illud habeat
amplum, & generale ex Chyrographo à Papa
ſubſcripto, quando illum deputat Procuratorem,
vt in ſimili de Procuratore Generali Ordinis ſan-
224 cti Dominici habente ex conceſſione Pontificia
poteſtatem compatendi etiam pro monaſterijs
particularibus *Rot. deciſ. 794. n. 5. coram Amat.
Dunozett., & in Toletana Iurium Parochialium
29. Ianuarij 1683. §. nec quidquam, verſic. tamen
id fallit coram clar. mem. Cardinali Caccia*; & idem
225 de Procuratore Generali Societatis Ieſu tenet
Rot. deciſ. 201. n. 2. verſic. & licet par. 2. recen.

Mandatum tamen illi datum à Papa non ſe
extendit ad loca montium Baronalia, cum loqua-
tur de Montibus Cameralibus, & Montes Baro-
226 nales habent ſpeciales procuratores conſtitutos
ab ipſis Montiſtis; & ſic Procurator generalis
montium non poteſt, etiam ex hoc capite, ſe inge-
rere vigore procuræ generalis, dum adeſt pro
227 quolibet monte Baronali ſpecialis procurator,
ex firmatis per *Rot. deciſ. 794. n. 6. coram Amat.
Dunozett.*

Nihilominus conſueuere Pontifices quando-
que ad recurſum Montiſtarum Baronalium ordi-
nare eidem Procuratori generali Montium, vt
agat pro ſolutione contra Barones, & ſic per tres
228 vices mihi ordinatum fuit ſub S. me. Innocen-
cio XI., dum aliqui Barones erant valdè moroſi
in ſolutione fructuum; & ſic coactus fui agere
extra fines mei mandati generalis pro ſolis locis
montium Cameralibus, ſed per ſpecialia reſcri-
pta ad memorialia Montiſtarum Baronalium
fuit mihi datum ſpeciale mandatum, ad hoc vt
Barones curarent ſatisfacere Montiſtis, ne pate-
rentur expeditionem mandatorum, & poſtea
executionem in Congregatione Baronum.

Pariter munus eiuſdem Procuratoris eſt inui-
gilare, vt Ratiocinatores cuiuſcunque Montis
ſedulo faciant liſtam creditorum dandam Depo-
229 ſitarijs, ad hoc vt hi ſoluere poſſint fructus
Montiſtis deſcriptis in liſta, nam perſæpè con-
niuentibus oculis Ratiocinatores, vt rem gratam
faciant Depoſitarijs, remorantur plus æquo in fa-
ciendis liſtis.

Solet etiam Procurator generalis Montium
interuenire in Congregationibus, quæ fiunt à
Montiſtis Baronalibus pro bono gubernio Mon-
230 tium, & talis Congregatio fit præuia licentia
Theſaurarij Generalis, qui ſolum illam concedit
cum expreſſa conditione, dummodo ſit præſens
Procurator Generalis montium, & tali caſu De-
putati ad faciendam Congregationem de hoc
certiorant dictum Procuratorem, & cum eo
conueniunt de die, hora, & loco Congregationis
intimandæ, quæ regulariter habetur in Aula Can-
cellariæ Apoſtolicæ, vel in Ædibus Sapientiæ, &
ſic ſœpè vidi meo tempore factum.

Ratiocinatores Montium debent facere ex ſu-
pra tactis liſtas creditorum in quolibet Monte
ſingulis bimeſtribus, & benè aduertere, vt qui-
231 libet currat creditor in liſtis iuxta quantita-
tem proprij crediti in Monte, cum non ſemel eue-
nerit, quod multi fuere creati creditores pluſquam
eis deberetur, & è contra, itaut ſpatio longi tem-
poris ex hoc nata ſint inconuenientia, & variæ
fuerint motæ lites pro repetitione ſauore Came-
ræ, & quandoque alij fuere deſcripti creditores in
minori ſumma, & poſtea egerunt pro reintegra-
232 tione, ſuper quo ipſi Ratiocinatores debent
eſſe cauti, & ponere creditores in liſta illos, quos
tales inueniet in nota ipſis danda à Secretarijs,
vt de omnibus agit *Cobell. ad Bull. Boni Regimin.
cap. 34. artic. 25. n. 8. & ſeq.*, vbi quod Ratioci-
natores Montium in eorum officio æquipatantur
Secretarijs, & in illis eadem fidelitas, intelligen-
tia, ac peritia exigitur.

Depoſitarij vero Montium tenentur promptè
ſoluere fructus locorum montium Montiſtis in
liſta deſcriptis per Ratiocinatores, & non alijs,
cum non poſſint cogi ad ſoluendum fructus Mon-
233 tium, antequam illi tradita ſit talis liſta *Cobell.
dict. cap. 34. artic. 25. n. 10. cum duob. ſeq.*

Et debent in Depoſitarios eligi Mercatores ido-
nei, alias ſi tales non deputentur, loco ſoluendi
cum aſſignamentis fructus Montiſtis, illa con-
uertunt in proprios vſus in damnum Montiſta-
rum, ſine illorum culpa, cum Depoſitarij ab ipſis
non eligantur, ſed à Camera, & propterea ijdem
234 dicuntur deputati auctoritate publica *Card. de
Luc. de Regal. diſc. 23. n. 15. in fine Rota deciſ. 388.
n. 2. p. 9. recen.*

Et propterea ijdem Depoſitarij debent præſtare
cautionem idoneam de ſoluendo promptè, &
235 expeditè fructus Montium de bimeſtrè in bi-
meſtre, & in fine cuiuslibet bimeſtris *Cobell. dict.
cap. 34. artic. 26. n. 2.*

Nec excuſari poſſunt à ſolutione fructuum
ſub prætextu, quod non exegerint aſſignamenta,
cum enim illa poſſint exigere manu Regia, ſibi
236 ipſis imputent, ſi non exegerunt *Cobell. dict.
artic. 26. n. 6.*

Ex quo autem depoſitarij eliguntur à Camera,
ac Theſaurario Generali mediantibus Chrirogra-

phis manu Pape ſubſcriptis, hinc ſi illi fuerint
recepti ſine cautione efficaci, videtur iuſtum,
quod ipſa Camera teneatur fauore Montiſtatum
qui in electione Depoſitarij non fuere vocati, nec
237 enim ipſi ſequuntur fidem Depoſitarij, ſed Ca-
meræ, & hoc in quadam cauſa dicebam de pla-
no procedere, ex quo Papa mediante Chitogra-
pho conceſſerat Depoſitarias cuidã Nummulario
nihil habenti, cum conditione tamen, quod idem
ſe obligaret etiam vti adminiſtrator hæreditatis
fratris ſui defuncti: & defuncto poſtea decocto
Depoſitario, & montiſtæ eſſent creditores pro fru-
ctibus montium in ſcutis 40. mill. circiter, cum
fuiſſet per Tribunal Cameræ declaratum, dictum
Depoſitarium non potuiſſe, vti pretenſum admini-
ſtratorem hæreditatis ac negotij eius fratris præ-
defuncti, obligare hæreditatem fratris in præiu-
dicium vocatorum ad fideicommiſſum ab eo or-
dinatum; hinc dum pro parte Cameræ non da-
batur obligatio fideiuſſoria hæreditatis, quæ ſub-
238 ſiſteret, videbatur certum, quod ipſa teneretur
fauore Montiſtarum, dum non agebatur de fide-
iuſſore exiſtente, & poſtea non reperto idoneo,
ſed de fideiuſſore non obligato ex defectu facul-
tatis Numularij, & adminiſtratoris in obligan-
do hæreditatem, & menſam nummulariam fratris
ex firmatis per *Becc. conſ. 37. n. 8. lib. Suelues conſ. 46.
tom. 1. Cenc. de Cenſ. q. 72. n. 23., & ſeq. Rot. deciſ. 84.
n. 29. p. 18. recen., deciſ. 703. n. 14. coram Amat. Du-
nozett. & in Bononien. Pecuniaria 27. Iunij, 1681.
§. & quamuis coram bon. mem. Paulucc io*, ex quibus
239 auctoritatibus habetur, quod cedens creditum,
etiamſi non expreſſerit, tenetur de veritate cre-
diti ceſſi, & iuſtificare, quod illud adſit, & plene
*in Cuſentina Terrarum 28. Ianuarij 1669. coram bon.
mem. Beuilaqua*, vbi in fortioribus terminis, licet
creditum ceſſum ſit tale quale, cum hoc referatur
ad exigibilitatem, non ad veritatem ſubſtantiæ
crediti, quæ ſemper præſtari debet; præcipue in
hoc caſu, vbi Montiſtę ſequuntur fidem Princi-
pis, ac eius Cameræ, non Depoſitariorum, in
quorum electione ſolum Camera ſe ingerit, &
non vocantur Montiſtæ.

Et nulla videbatur poſſe cadere diſcuſſio ſal-
tem quoad fructus vltimi bimeſtris, quo obijt De-
poſitarius, dum quoad illud licet Depoſitarius
exegiſſet aſſignamenta, adhuc Montiſtæ non po-
terant exigere, niſi per quindecim, ac viginti dieſ
poſt expletum bimeſtre; & licet ego vti Procura-
tor montium pro Montiſtis prædicta conſidera-
rem, que credo veriſſima, & aliqui ex Camerali-
bus, licet inuiti agnoſcerent obligationem Came-
ræ, nihilominus Montiſtę meo tempore nihil rece-
perunt, nec credo, quod poſtea ſortiti ſint me-
240 liorem fortunam, quia cum Fiſco litigare du-
rum eſt *Velaſqu. conſ. 155. n. 1. Gobb. in l. bene à Ze-
none q. 32. n. 78., C. de quadr. aduer. præſcrip. Fonta-
nell. deciſ. 474. n. 9., & deciſ. 557. n. 13.*

An autem Depoſitarij Montium poſſint coacte
exigere ſtrenas, vulgo *regaglie, ò mancie* in fi-
ne anni, retinendo bononenos duos, vel ſaltem
vnum ex fructibus cuiuslibet loci montis: certum
eſt, quod ipſi à longo tempore illas exigere con-
ſueuere, & conſuetudo coactiua ad præſtandam
annuam præſtationem in futurum præſcribitur
241 decennio *cap. ad Apoſtolicam de Simon., & Felin.
ibid. n. 3. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 17. n. 3. Oſaſch.
deciſ. 99. Rot. in Anconitana Florum 14. Iunij 1630.
§. vnde cum Ciuitas, verſ. quod eo facilius coram Pi-
rouano*; & multo magis, dum talis conſuetudo
eſt antiquiſſima 50., & vltra annorum, & agitur
de conſuetudine rationabili, & quę non eſt con-
tra legem Diuinam, vel Naturalem, & ſic licet
eſſet contra legem poſitiuam, dum eſt longeua,
242 potuit introduci *Sanchez de matrim. diſput. 4.
n. 14. Fermoſin. in Rubr. decret. de conſuetud. q. 5. n. 9.,
Suarez de legib. lib. 7. cap., 6. n. 11. Paſſerin. in cap.
conſuetudinem part. 1. artic. 7. n. 187., & ſeq. in 6.*;
rationabilitas autem conſuetudinis, ex eo dedu-
citur, quia Depoſitarij habent onus retinendi
243 Capſerium, Exactorem, & alios iuuenes, ac
ſubeundi alias expenſas, quarum reſpectu potuit
talis conſuetudo legitimè introduci.

Verum illicita videtur retentio huiuſmodi,
cum enim Papa in erectione Montium promiſerit
Montiſtis pro fructibus certam, ac determina-
tam quantitatem fructuum pro quolibet loco
Montis, hæc integra non præſtaretur, ſi reten-
tio talis ſtrenæ permitteretur; eo maxime quia
tales Depoſitarij ſunt deputati ab ipſo Papa, &
Depoſitariæ ſunt valde lucroſæ, cum quilibet Ar-
244 gentarius, ac Nummularius illas propterea de-
ſideret pro credito eorum banci: & Camera Apo-
ſtolica in conceſſione appaltuum Cameralium ad
compenſandũ onus appaltuum, cum his dant De-
poſitariam alicuius Montis; vtilitas autem eui-
dens ex Depoſitarijs montium reſultat, ex quo
Depoſitarij pecunias aſſignatas pro ſolutione
fructuum Montium prompte, ac anticipatè exi-
gunt, & ipſi illas poſticipatè ſoluunt, & fere
245 ſemper retinent in manibus quantitatem duo-
rum bimeſtrium, & vltra, cum quibus tenent in
credito eorum bancum, & cum pecunijs Monti-
ſtarum faciunt negotium, & lucrum,

Si hæc opinio placet, prout ſecundum illam, vt
audiui, fuit reſolutum fauore bon. mem. Mar-
246 chionis Ruſpoli contra Depoſitarios, contra-
ria non obſtant, quia procedunt in annua præ-
247 ſtatione decennali fauore piæ cauſæ, quæ, vti ra-
tionabilis, & fauorabilis, præſcribitur decennio;
at conſuetudo in caſu noſtro non eſt, niſi in pro-
phanis, & eſt irrationabilis; & ampliùs datio ta-
lis ſtrenæ fuit ex vrbanitate, vnde non eſt trahen-
da ad obligationem, & tunc hæc eſſet ſuborta,
ſi Depoſitarijs volentibus exigere ſtrenam, ac re-
galias huiuſmodi, fuiſſet per Montiſtas contradi-
ctum, & poſtea ijdem per lapſum temporis legi-
248 timi ad præſcribendam acquieuiſſent retentio-
ni, & non reclamaſſent *Gratian. cap. 564. n. 62.,
& ſeq. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 10. n. 4.,
& ſeq.*

Quando Depoſitarij Montium, vel eorum Ca-
pſerij ſoluerunt fructus perſonis non deſcriptis
in liſtis, vel cum ordinibus, ac mandatis pro-
curæ inſufficientibus, vel falſis non liberantur,
249 & tenentur ad iteratam ſolutionem *l. falſus Pro-
curator, & ibi Alberic. n. 15., & Bald. n. 28. C. de
furt. l. ſi Procuratori §. Celſus ait ff. de condit. inde-
bit. Rot. in Romana pecuniaria 15. Octobris 1593.
in princip. coram Orano*, nec excuſat iuſtus error
credendi, illum, cui ſoluitur, fuiſſe Procuratorem,
quia nihilominus non liberatur, quando ſumus
250 in ſolutione pecuniæ *Caſtr. in l. ſi Procuratori
n. 8., & ibidem Iaſ. n. 9. ff. de condict. indebit.* plenè
Rot.

Rot. in dict. Romana pecuniaria coram Orano.
Depoſitarij prædicti, vti publici argentarij deputati à Principe publica auctoritate, tenentur
251 habere, & retinere Libros, in quibus ſolent fieri receptur æ fructuum locorum montium, qui in dies
ſoluuntur Montiſtis ex firmatis *ſupra ſect. 4. à num. 208.*

Partitæ tamen extractæ ex illorum Libris extraiudicialiter, & non citata parte non probant,
ſed debet fieri illarum extractio iudicialiter, &
citata parte, & tunc ex illis probatur exactio fructuum locorum montium ex firmatis ſupra *ſect. 2.
n. 50.*; ex quo tales Libri ſunt mercatorum, qui non
ſunt Notarij publici, nec habent à poteſtate publica, nec à Principe facultatem, quod fidibus
ab eis factis præſtetur fides, ſicut præſtatur Notarijs extrahentibus publicum Inſtrumentum ab
eorum rogitibus, cum illis ſit in hoc data facultas publica poteſtate, quando fuere creati Notarij, vnde exemplationes, & extractiones par-
252 citarũ ex talibus Libris mercatorum debent fieri
omninò parte citata *Rot. decis. 179. n. 7. coram Pamphil.* cum alijs allegatis per *R. P. D. Anſald.
de commerc. & mercatur. diſcurſ. 74. n. 48., & 49.*

Poſtquam methodicè aliqua dicta ſunt ſuper
Secretarijs, Ratiocinatoribus, Depoſitarijs, ac
Procuratore Montium, reſtat videre, qui ſint Iudices locorum Montium; & quidem Theſaurarius
Generalis in materijs Cameralibus, & ſpectantibus ad Regalia Papæ vti Principis, ac Regis in
Temporalibus in ſuo Statu habet magnam, & amplam iuriſdictionem, & ſignanter ſuper locis
253 montium ex Conſtitutionibus Clementis VIII.,
& Pauli V. vt refert *Cardin. de Luc. de Regal.
diſc. 42. n. 4.*

Et licet alij Iudices Ordinarij Vrbis habeant
254 Iuriſdictionem circa immiſſionem, reintegrationem, manutentionem, ac circa deletionem
vinculorum, ſuper locis montiũ, vt eſt notorium,
nihilominus mandata aliorum Iudicum non poſſunt demandari executioni ſuper locis montium,
ſi non adſit Exequatur eiuſdem Theſaurarij Ge-
255 neralis, & id ideo factum fuit, quia loca montium ſunt de Regalibus Supremi Principis, &
ſuper his Theſaurarius Generalis habet vigore
propriarum facultatum illi conceſſarum per Lite-
256 ras Apoſtolicas potiorem poteſtatem; hinc introductum fuit, vt ſuper illis non fiat executio
mandatorum aliorum Iudicum ordinariorum
Vrbis, niſi præuia conceſſione Exequatur eiuſdem
Theſaurarij.

Et inter dictos Iudices Ordinarios in hac ma-
257 teria locorum montium ſunt Cardinalis Vicarius, eiuſque Viceſgerens, ac Locumtenens Ciuilis, A. C.; ac eius Locumtenentes Ciuiles,
Gubernator Vrbis, eiuſque vnicus Locumtenens
Ciuilis, Senator Capitolij, eiuſque Collaterales;
& cum ſuper hoc mihi, olim Locumtenenti Ciuili
Tribunalis Gubernatoris Vrbis, fuerit ſine aliquo
Iuris fundamento, controuerſa facultas procedendi à quodam Auditore Theſaurarij Generalis,
258 ſub prætextu quod Locumtenens Ciuilis Gubernatoris non eſſet Iudex Ordinarius, ego pro
iuriſdictione ordinaria talis Locumtenentis plenè ſcripſi, & obtinui à Congregatione Montium,
259 quod dictus Auditor deberet dare executionem
mandatis à præfato Locumtenente relaxatis, vt
paret ex ijs, quę plenè firmaui ad *Stat. Vrb hoc t. 1.
cap. 95. annot. 17. artic. 3. n. 153. ad 164.*

Quando vero Theſaurarius procedit in cauſis
locorum montium, ſi partes, eius iudicato non
acquieſcant, appellatur ad Congregationem
260 Montium, & ab hac ad Tribunal Cameræ *Cardin. de Luc. de Regal. diſcurſ. 42. n. 4. verſ. eo magis.*

Quod eſt verum, ſi agatur de locis montium
Vrbis, ſecus ſi de illis extra Vrbem, nam in
locis montium Ciuitatum Bononiæ, & Ferrariæ
261 Theſaurarius non eſt Iudex competens in prima
inſtantia, ſed ſolum in ſecunda, & in tertia appellatur ad Cameræ Tribunal *Cardin. de Luc. dict.
n. 4. 5. eo magis, verſ in illis autem.*

Idem Theſaurarius ſuper locis montium etiam
in actibus extraiudicialibus habet pleniſſimam
poteſtatem, dum reſignationes illorum, ac expeditiones Literarum patentium vltra Secretarios
Montium ſuum robur ſortiuntur ab eius ſubſcri-
262 ptione, & auctoritate, ac eius ſigillo dictæ Literæ patentes muniuntur.

Et ſi dubitetur de locorum montium furtina
translatione in perſonam nõ legitimam, vel quod
illa diſperdi poſſint, concedit ad inſtantiam intereſſe habentium Inhibitiones, dictas *Nihil tranſeat*, directas Secretarijs Montium, cum quibus
263 impedit translationem, & reſignationem, itaut
ſi non ſint ſublatæ huiuſmodi Inhibitiones per
eumdem Theſaurarium, non poſſit per Secretarios ſuper locis montium, in quibus fuit appoſitum *Nihil tranſeat*, fieri aliqua diſpoſitio, vel
264 reſignatio, itaut in his terminis *Rot. decis. 504.
part. 13. recen.* mandauerit apponi ſequeſtrum, ob
difficultatem recuperandi loca montium, dum
libere tranſeunt; licet etiam ſequeſtra ab alijs Iudicibus appoſita ſuum ſortiantur effectum mediante Exequatur Theſaurarij, & non alias, ex
ſupra firmatis,

Prout in extinctionibus, & extractionibus locorum Montium totũ ſit à Theſaurario, cum hæc
materia tota reguletur ab eius voluntate, in hoc
265 ſatis ampla, dummodo non aduerſetur Motibus proprijs erectionum Montium, vel alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis ſuper bono regimine
Montium emanatis.

Iudices ordinarij Vrbis quoque, & non ſolus
Theſaurarius, quando loca montium ſunt vinculata, poteſt ab illis quandoque delere vincula,
quibus ſunt obnoxia, ad hoc vt libertatem na-
266 cta ſint maioris valoris, & poſſint liberè alienari; & quando ſit locus tali deletioni vinculorum, ſeu potius declarationi, quod, vinculis
non obſtantibus, poſſint libere vendi, & reſignati, & de illis, tanquam de liberis diſponi, dictum fuit infra hic *artic. 2.*, vbi vide, quia cum
agatur de materia in praxi frequentiſſima, volui
illam plenè tractare.

SECTIO VI.

ARGVMENTVM.

Agitur hic de locorum montium extractione,
& redemptione, ac reductione fructuum
eorumdem; & quando illæ licitæ ſint, &
quale pretium pro illis reſtituatur.

SVMMARIVM.

267 *Loca montium, ad inſtar cenſuum, Princeps, ac Reſpublica.poteſt redimere quando vult.*

268 *Contra extinctiones, ac exsractiones montinm iuiuſtæ ſum quærimoniæ Montiſtarum.*

270 *Princeps ex iuſtitia tenesur ſolum reſtituere ſcuta centum, quæ habuit pro quolibet loco montis, & non pretium maius extrinſecum, & u. 271.*

272 *Princeps ſi iu erectione alicuius montis recepit pluſqnam ſcuta centum, tenetur tunc illud reſtituere, & non ſola ſcuta centum.*

273 *Loca montium non poſsunt ad libitum Principis redimi, quando in erectione ſuit promiſsum montem non cxtiugnere,niſi poſt certum tempus, nam Princeps tenetur ſeruare promiſsa.*

274 *Princeps debet ſtatim reſtituere ſortem locorum montium, quando illa extrahit, vel extinguit.*

275 *Locorum montium reductio ob quas cauſas legitimè, ac iuſtè fiat.*

276 *Princeps,dum inter priuatos annui redditus decreuerunt,non debet eſse peioris conditionis,vt ſoluere debeat vſuras grauiores.*

277 *Loca montium ſunt inueſtimenta tuta, & ex illis retrahuntur fructus promptè, & ſine dubio damni, quæ non concurrnnt in fructibus ſtabilium, & n. 278. & 279.*

279 *Querimoniæ Montiſtarum ſuper reductione fructuum locorum montium ſunt ſtultitiæ, & quare? & n. 277. & 278.*

280 *S. m. Innocentius XI. laudatur, & cauſæ iuſtiſſimæ, ob qnas fecit reductionem fructunm locorum montinm,recenſcntur, & u. 281.*

282 *Principes Catholici, qui contra Turcarum Tirannum ſuere fœderati referuntur.*

283 *S. m. Innocentius XI. cnm reductione fructuum locornm montium exoptanit exgrauare ſubditos grauatos magnis Tributis.*

284 *S. m. Alexander VIII. deſiderium Innocentij XI. ad finem perduxit in multis, exgrauando ſubditos.*

285 *Montiſtæ ſub Pontificatu Innocentij XI. recuſarunt recipere pretinm locorum montium,& voluerunt ad propriam vtilitatem remauere in locis montium.*

286 *Loca montium Diui Petri nuncupata hoc anuo ſeculari 1700. valent ſcuta 119. pro quolibet loco.*

POteſt Princeps, vel Reſpublica loca mon-
267 tium,licet perpetua ad inſtar cenſuum,
quorum illa ſortiuntur naturam, redimere,
quando vult ad libitum, *Dec. conſ. 472. num. 2.*
Peregr. conſ. 43. n. 4. lib. 1., & ex alijs relatis in
Voto Cameræ *coram Bonniſio impreſſ. p. 12. recen.*
deciſ. 413. u. 74. probat *Rot. deciſ. 191. n. 1. p. 17.*
recen., & dictum fuit ſupra *u. 123.*

Hinc iniuſtæ ſunt quærimoniæ Montiſtarum
contra Cameram, quando fiunt extractiones,
extinctiones, ac ſuppreſſiones montium, dum
Princeps, ac eius Camera vtitur iure ſuo, nam
268 Montiſtæ ſciebant, vel ſcire debebant, huiuſ-
modi extractiones, ac redemptiones montium,
ex eorum natura redimibilium ad libitum Prin-
cipis, potuiſſe ſuccedere.

Prout iniuſtæ ſunt querelæ fundatæ ſuper dam-
no, quod ipſi Montiſtæ reportant ab extractioni-
bus, ac redemptionibus montium, ex quo ipſis
per Principem, & Cameram reſtituuntur tantum
ſcuta centum pro quolibet loco, quando per ip-
ſos fuere empta pro ſcutis 115., & vltra; ſiqui-
dem & in hoc optimè ſciebant, quod pretium
receptum à Principe in erectione montium eſt
269 ſolum in ſcutis centum pro quolibet loco, &
tale eſt illorum intrinſecum pretium ex allegatis
ſupra *ſect. 4. n. 175.*; & ſic ad maiorem pretij re-
ſtitutionem Camera non tenetur, licet ex acci-
denti poſtea illorum valor extrinſecus creuerit in
Platea, ex quo Princeps, ac eius Camera ex di-
cto augumento pretij nullam vtilitatem repor-
tat, ſed illud cedit commodo priuatorum ven-
dentium loca montium, & ſic Princeps ex de-
270 bito iuſtitiæ tenetur reſtituere ſolùm ſcuta
centum ab ipſo recepta, vt benè probat *Card. de*
Luc. de Regal. diſc. 33. u. 3. & ſeq. R. P. D. An-
ſald. de commerc. & mercatur. diſc. 71. n. 7. & 8.;
& emptores, qui ſciebant pretium cuiuslibet lo-
ci eſſe in ſcutis centum, & quod tantum, & non
plus in redemptione montium Princeps reſtitue-
271 re ſolet, ſi adhuc cariori pretio voluere illa
emere a priuatis ſibi ipſis imputare debent, ex
benè, ac præcisè firmatis per *Rot. deciſ. 193. n. 5.*
& ſeq. coram Manzaned., cum augumentum, vel
decrementum pretij extrinſeci locorũ montium
cedat damno illa poſſidentium *Rot. ibid. coram*
Manzaned.

Si tamen Princeps in erectione alicuius Mon-
tis promiſerit reſtituere maiorem ſummam ſcu-
torum centum, tunc erit ſeruanda promiſſio, ac
272 lex præſcripta in erectione, vt in puncto no-
tat *Card. de Luc. de Regal. diſc. 33. per tot.*; & ſu-
per ſimilibus iuribus Fiſcalibus Regni Neapolis
Capicc. Latr. deciſ. 188. n. 2. & ſeq.

Aduerte tamen, quod redemptio locorum
montium non poteſt ad libitum fieri à Principe,
ſi in Cedula erectionis montis, iuxta quam em-
ptores acquiſiuere loca montium, fuerit à Prin-
cipe expreſsè dictum, quod mons non poſſet
extrahi, vel extingui niſi poſt lapſum certi tem-
poris, tali namque caſu ante tale tempus illicita
eſt extractio, ac redemptio, & iuſtæ eſſent que-
rimoniæ Montiſtarum, ſi fieret intempeſtiua ex-
tractio, vel extinctio contra promiſſionem illis
factam à Principe in erectione montis,& ſub qua
Montiſtæ emerunt loca montium in tali Monte;
nam Princeps in contractibus vtitur iure priua-
273 ti, & obligatur ſicut priuatus, & tenetur eos
obſeruare *Mandoſ. conſ. 93. n. 1. & 2. Pariſ. conſ.*
82. n. 48. & ſeq., *& n. 52.* vbi teſtatur de com-
muni *lib. 1. de Larath. conſ. 7. n. 8. & ſeq. & conſ.*
86. n. 112. & infra, Fragoſ. de Regim. Reipub. p. 1.
lib. 1. diſput. 2. §. 1. per tot. Capicc. Latr. deciſ.
588. n. 4. & ſeq.; ex quo Principis verba,& pro-
miſſa debent eſſe firma, & non variari, vt plenè,
ac eruditè probat *Camill. de Larath. d. conſ. 36. n. 88.*
& ſeq., & benè *Ruger. conſ. 6. u. 55. & 12.*, & la-
tè adducens ad hoc rationes etiam politicas *Ca-*
picc. Latr. deciſ. 188. n. 4. & ſeq.

Quando tamen fiunt extractiones montium,
illorum pretium vnà cum fructibus vſque tunc
decurſis debet promptè reſtitui Mõtiſtis,ne alias,
274 vt quandoque noſtris temporibus euenit, ob
de-

decoctionẽ Argentarij, apud quem pretium locorum montium extractorum dicebatur in Edicto extractionis adeſſe, Montiſtæ perdant ſortem pretij illorum.

An autem Princeps, vel Reſpublica poſſint fructus locorum montium reducere ad minorem ſummam ſine violatione fidei, & commercij, ex quo Montiſtæ fuere allecti ad emendum loca montium erecta cum maioribus fructibus, aliàs illa non emiſſent: dic, tales reductiones, ac diminutiones fructuum poſſe fieri ex iuſta cauſa,
275 quod eſt verius, & paſſim per Pontifices, ac alios Principes, & Reſpublicas fuiſſe factas iuxta temporum viciſſitudinem, ac neceſſitatum vrgentias; vel quia appaltus gabellarum, ac redditus aſſignati pro dote montium ſint diminuti, & non ſufficiant pro ſoluendis fructibus locorum montium in maiori taxa præſcriptis; vel quia etiam inueſtimenta in ſtabilibus, vel cenſibus cum perſonis priuatis, minus propterea tuta, & quorum fructus non exiguntur, & non percipiuntur cum tanta certitudine, & adeò promptè, & ipſa decreuerunt, vt vix reddant tria pro centenario, & ſic Princeps, vel Reſpublica non debet eſſe peioris conditionis, quam ſint perſonæ
276 priuatæ, & retinere debitum ſub maioribus vſuris *Card. de Luc. de Regal. diſc.* 148. *n.* 37. §. *Quo verò ad extinctionem*.

Et pro iuſtitia reductionis vrget, quod loca montium ob eorum libertatem, & quia non ſunt obnoxia alicui oneri, & hypothecæ, & quia illorum fructus promptè exiguntur quolibet bi-
277 meſtre, dicuntur, ac habentur quaſi pro pecunia numerata in arca exiſtẽte, vnde qui ea habet, omnia habere dicitur, & poteſt ad libitum de mane ad veſperam illa vendere, quod non euenit in alijs ſtabilibus, vel cenſibus, quia poſſunt eſſe obnoxia fideicommiſſis, canonibus, ac hypothecis, ob quæ onera, quibus poſſunt eſſe grauata, inueſtimenta in illis non ſunt ita tuta, & ſecura, vt loca montium; & vlteriùs ex inueſtimentis in alijs ſtabilibus, vel cenſibus fructus
278 non ſolùm adeo promptè non percipiuntur (& ex ſtabilibus prædijs ruſticis quandoque ob aeris intemperiem, vel ratione ſiccitatis, vel magnarum pluuiarum, vel grandinis, vel nebularum, vel ex alio caſu fortuito, nulli, vel exigui fructus percipiuntur, & vlterius pro illis colligendis non modicæ requiruntur expenſæ; & quando etiam ex eis vbertimi fructus percipereutur, exu-
279 berantia annonæ penuriam pecuniæ producit cum vilitate pretij victualium; & amplius ſtabilia, & cenſus non ſic de facili inueniunt emptores, vt loca montium, vnde cum illis non poteſt ſuccurri præſentaneæ neceſſitati pecuniæ; & quia exuberat hodie pecunia inueſtienda; vnde ſtantibus prædictis, querimoniæ ſuper reductione fructuum locorum montium ſunt potiùs ſtultitiæ, & ineptiæ ignari vulgus, non penetrantis ſoliditatem prædictarum rationum, ex bene ponderatis per *Cobell. ad Bull. Boni Regimin. cap.* 34. *artic.* 21. *n.* 2., vbi refert varias reductiones fructuum Montis Fidei per varios Pontifices factas.

Reductio verò generalis facta ſub S. m. Inno-
280 centio XI. vt ſubleuaret Ærarium Cameræ Apoſtolicæ ingenti æri alieno grauatum per Pontifices Anteceſſores iuſtiſſimis de cauſis contracto, fuit iuſtiſſima, nam hic omni æuo recolendus Princeps ob eius magna, ac ſanctè geſta, & præcipuè quia contra Turcarum Tyrannum
281 Viennam Auſtriæ obſidentem, & illam cum tot Catholico Orbe deglutire molientem, ære non minùs, quàm apud Deum Orationibus inſurrexit, & Chriſtianorum Principum Sacrum Fœdus à ſe initum contra Turcarum arma toto conatu vnitum retinuit: itaut Auguſtiſſimus Leopoldus Imperator, cum Poloniæ Rege, Ducibus Lotaringiæ, & Bauariæ, ac alijs Germa-
282 niæ Principibus obſidionem armata manu ſuſtulerit: & Turcarum exercitus tercentum millia militum excedens, timore correptus fugam arripuerit, vnà cum eius ſupremo Duce Primo Viſire nuncupato: quocirca idem Pòntifex, quimulto ære innit Sacrum Fœdus inter Chriſtianos initum contra communem hoſtem Ottomanum Tyrannum, non poterat ampliùs, æri alieno graui, quo premebatur Camera, occurrere ſine tali reductione, & quia cum illa habuit etiam intentum ſubleuandi ſubditos in temporalibus S. R. Eccleſiæ, & illos pro poſſibili exgrauandi ab oneribus Collectarum, & Gabellarum, quod licet ipſe Innocentius morte præuentus non fecerit, id
283 ramen benè adimpleuit S. m. Alexander VIII, eius Succeſſor; quocirca cauſę reductionis fuere iuſtiſſimæ.

Eo maxime, quia idem Innocentius XI. talem reductionem fecit cum hoc, quòd ſi Creditores Montiſtæ volebant pro ſuis creditis intrare in locis montium Sancti Petri nouiter erectis,
284 poſſent hoc facere, vel remanere creditores in locis montium antiquis, in quibus aderant, & hoc declarare deberent, & ſi nolebant remanere, vel intrare creditores in montibus, eiſdem fuiſſet reſtituta ſors montium ad rationem ſcutorum centum pro quolibet loco, vt aduertit in ſpecie poſt hæc ſcripta viſus *R. P. D. Anſald. de commerc. & mercatur. diſc.* 71. *n.* 1., collaudans Innocentium XI. vti Sanctiſſimum, & Zelantiſſimum Pontificem, & Montiſtæ ferè omnes tranſie-
285 runt in Montes S. Petri nouiter erectos, vel remanſerunt in antiquis, agnoſcentes, hoc ipſis vtile eſſe, ob rationes ſupra conſideratas, optimum inueſtimentum eſſe illud, quod fit in montibus, & euentus poſtea docuit, quod remanere in locis montium, vel tranſire in noua Diui Petri erecta fuit vtiliſſimum, dum horum pretium paulatim excreuit ad ſcuta centum, & decem nouem pro quolibet loco, quod eſt pretium currens hoc anno Seculari
286 1700.; & ſi nolebant remanere creditores in montibus, illis fuiſſet reſtituta ſors in ſcueis centum pro quolibet loco, quam recuſare non poterant, dum Princeps, ex pluries dictis, poteſt ad libitum redimere loca montium ad inſtar cenſuum, qui ſemper poſſunt redimi à debitore.

ARTI-

ARTICVLVS II.

ARGVMENTVM.

Latè diſcutitur materia locorum montium vinculatorum, & de varijs vinculis maioratus, primogenituræ, fideicommiſſi, euictionis, cautionis, fundi dotalis vel ſimilis in illis appoſitis diſſeritur; & ſimul quãdo per Iudices talia vincula ab illis deleri poſſint, & quando non; & quæ Iudices in tollendis vinculis obſeruare debeant, theoricè practicè ponitur; & quod illi in hac materia cum magna circumſpectione procedere debent: & quod in dubio melius facient, ſi à concedenda deletione vinculorum ſe abſtineant.

SVMMARIVM.

287 *Loca montium libera plus valent, quam vinculata.*

288 *Loca montium liberantur à vinculis cum mandatis Iudicum directis Secretarijs, qui illa delent.*

289 *Iudices in deletione vinculorum, an ſit locus deletioni, debet benè illa inſpicere in literis patentibus.*

290 *Vincula in locis montium, vel ſunt appoſita in corpore literarum patentium, vel in dorſo, & hæc dicitur attergatio.*

291 *Hypothecæ, ac vincula etiam in Iuribus Regis Hiſpaniarum, ſimilibus locis montium Vrbis, procedunt.*

292 *Loca montium Vrbis regulantur cum regulis ſimilibus Iurium.*

293 *Iudex antequam deueniat ad deletionem vinculorum, quid aduertere debeat.*

294 *Vincula in locis montium, quæ adeſſe poſſunt, recenſentur.*

295 *Vincula in locis montium afficiunt, ſi ſint regiſtrata per Secretarium in Libris Montis, ac in Literis patentibus, ſecus ſi ſolum ſint appoſita in contractibus priuatim inter partes geſtis.*

296 *Iudices Ordinarij, ac Theſaurarius poſſunt delere vincula à locis montium.*

297 *Iudices non debent decernere deletionem vinculorum non citatis intereſſe habentibus etiam de futuro, & n. 298.*

299 *Sententia lata cum hæredibus primo vocatis, & ſe defendentibus nocet ſubſtitutis.*

300 *Sententia ſuper deletione vinculi fideicommiſſi fauore hæredis grauati non dicitur lata defenſo fideicommiſſo, ſi aliquis non ſit citatus, & n. 302.*

301 *Fideicommiſſarij non citati, & grauati poſſunt appellare à ſententia prolata cum hærede grauato, & oſtendere illius iniuſtitiam.*

303 *Iudex benè aduertere debet in delendo vinculo fideicommiſſi, & quare?*

304 *Vinculum fideicommiſſi, expreſſum à Secretario montium relatiuè ad teſtamentum, ineſt in literis patentibus, prout in teſtamento relato.*

305 *Relatum magis attendendum eſt, quam referens.*

306 *Referens vinculum ſi diſcordet à relato, attenditur relatum, ad effectum videndi, an poſſit vinculum deleri.*

307 *Vinculorum deletio fieri non debet, non viſis teſtamentis, ac Inſtrumentis, à quibus illa procedunt, in publicam formam, & recognitis,*

308 *Annus debet eſſe completus, ſi ſit expreſſus cum verbis* peruenerit ad ætatẽ perfectam annorum 25.

309 *Voluntas teſtatoris debet à Iudice exequi, & non deſtrui.*

310 *Voluntati teſtatoris poteſt derogari ſolum per Principem Supremum, & quidem ex cauſa publica.*

311 *Fideicommiſſi vinculum deleri poteſt à locis montium, ſi fœminæ reciprocè interſe vocatæ conſentiant deletioni vinculi, vt poſſint ſe dotare cum locis montium liberis, & n. 312.*

313 *Filij in conditione poſiti, & vocati diſpoſitiuè ex Statuto Vrbis debent præſtare conſenſum, adhoc vt poſſit deleri vinculum fideicommiſſi relicti, ſi deceſſerit ſine filijs.*

314 *Conſenſus tamen filiorum raro poteſt prodeſſe, & quare?*

315 *Filij in conditione poſiti ex diſpoſitione iuris communis non cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

316 *Secus ſtantibus coniecturis vocationem ſuadentibus, & tunc requiritur in deletione vinculi fideicommiſſi eorum conſenſus, vt ſupra.*

317 *Filij in conditione poſiti ex Statuto Vrbis ſunt vocati actiuè, non autem grauati paſſiuè reſtituere fideicommiſſum.*

318 *Filij in conditione poſiti poſtquam ſucceſſerunt, dum non ſunt grauati alijs reſtituere, poſſunt obtinere deletionem vinculi fideicommiſsi.*

319 *A' locis montium fideicommiſſo aſcendentali ſubiectis poteſt deleri vinculum fideicommiſsi pro dotibus congruis deſcendentium, etiamſi euerteretur totum fideicommiſſum.*

320 *Vinculum fideicommiſsi appoſitum erroneè ſuper locis montium, quia non aderat in teſtamento, tolli debet.*

321 *Teſtator ſi voluit, quod hæredes poſſent eorum arbitrio diſponere de eius hæreditate, vinculum fideicommiſsi poſtea factum in certis caſibus, intelligitur, quatenus hæredes non diſponant, & num. 322.*

323 *Vinculum fideicommiſsi in caſum delicti tantum, non extenditur ad caſum mortis, & ſic poteſt deleri à locis montium, & n. 324. & 325.*

326 *Ex locis montium debet deleri vinculum, ſi ſuper illis petatur detractio legitimæ.*

327 *Legitimæ detractio, vt fieri poſſit ex locis montium, & ab illis deleri vinculum fideicommiſsi, debet firmari ſtatus hæreditatis, & aduerti, ne alias ſit detracta, & n. 328.*

329 *Legitima non debet detrahi tota ex locis montium.*

330 *Legitima non amittitur ob non confectionem Inuentarij.*

331 *Legitima vt poſſit detrahi præcipuè à locis montium ſubiectis fideicommiſſo, ſtatus hæreditatis debet firmari citatis fideicommiſſarijs, vel eiſdem non exiſtentibus, niſi illis deputato Curatore.*

332 *Legitima non poteſt detrahi ex locis montium ſubiectis fideicommiſſo, quando teſtator illam prohibuit cum cautela Socini.*

333 Si

Digitized by Google

333 *Si filij hæredes acceptarunt in omnibus generaliter, & multò magis ſi ſpecificè diſpoſitionem Patris, & num.334.*

335 *Nec poteſt deleri vinculum fideicommiſsi pro detractione legitimæ, niſi in ſubſidium, quando ſuper locis montium ſuit ordinatum fideicommiſſum particulare.*

336 *Multiplici ordinati à teſtatore vinculum ſuper locis montium pro certis cauſis ab eo expreſſis non poteſt per quoſuis Iudices tolli, ac euerti.*

337 *Voluntas teſtatoris præciſa, & clara eſt ſeruanda.*

338 *Voluntas, ac iuſſus teſtatoris magis, quam præceptum legis ſeruari debet.*

339 *Multiplicum ordinatum per Papam certa portionis pretij bonorum fideicommiſsi in derogatione fideicommiſsi, debet adimpleri, & non tolli, & n.341.*

340 *Gratia qualificata vti volens debet illam acceptare cum ſua qualitate.*

341 *Fideicommiſsi vinculum non attenditur pro debitis fideicommittentis.*

343 *Alienatio generaliter prohibita per teſtatorem non præiudicat eius Creditoribus.*

344 *Ex cauſa æris alieni vt poſsit concedi alienatio bonorum fideicommiſsi requiritur, quod iuſtificetur, nec ſuper eo ſtatur aſſertioni partium.*

345 *Fideicommiſsi vinculum vt tollatur, & vt ob æs alienum hæredis grauati poſsint bona fideicommiſsi alienari, debet adiri Princeps.*

346 *Multiplicum ordinatum à teſtatore, vel Principe in derogatione facta fideicommiſso, quando eſt completum, deletur illius vinculum ad effectum vtendi fructibus.*

347 *Multiplici complementum poteſt fieri per ſubrogationem tot bonorum hæredis grauati ſi ſint tuta, & ſecura, & n.348.*

349 *A' locis montium vinculum cautionis, vel ſecuritatis pro fructibus cambij, cenſus, &c., quando poſsit deleri.*

350 *Fructus locorum montium reſeruati durante tutela, cura, vel in alios caſus, quando ceſſent, & tollatur vinculum reſeruationis eorumdem.*

351 *Vinculum euictionis appoſitum in locis montium non poteſt deleri, ſine conſenſu partium.*

352 *Non poteſt tolli per cautionem, vel p[illegible] ſubrogationem alterius ſtabilis, & qua[illegible] & n.353.*

353 *Locis montium melius eſt inſiſte[illegible], quam actioni contra fideiuſſorem.*

354 *Vinculum euictionis ſi debet tolli per Iudicem de conſenſu hæredis illius, cuius fauore eſt promiſſa euictio, debet oſtendi, quod ſit hæres, & num. 355.*

356 *Loca montium extracta debeat inueſtiri in alijs locis montium, ſi in hoc adſit clara lex ex literis patentibus, & pactum partium.*

357 *Poteſt fieri inueſtimentum etiam in ſtabilibus, vel cenſibus, ſi alternatiuè in illis, vel locis montium ſit conuentum inueſtimentum, & Iudex ſupplebit conſenſum recuſantis conſentire inueſtimento.*

358 *Conſenſus habetur pro præſtito, quando deficit iuſta cauſa illum denegandi.*

359 *Secus, ſi adſit iuſta cauſa, cum tunc recuſans poſsit etiam appellare.*

360 *Inueſtimentum tutum, & ſecurum ſi ſit demandatum, quomodo adimplendum.*

361 *Inueſtimentum ſi debes fieri cum conſenſu alienius, & quod Iudex non poſſit illum ſupplere, tunc ſtante recuſatione in dando conſenſu, Iudex non poteſt ſe intromittere, cum talis conuentio ſit pars contractus.*

362 *Inueſtimentum pretij locorum montium poteſt fieri in ſtabilibus, ac etiam fieri permutatio, ſi fiat ſine fraude, & damno fideicommiſſi.*

363 *Clauſula* dummodo poſſeſſio ſit vacans &c. *appoſita in locis montium tollitur per idoneam cautionem, & non per ſubrogationem aliorum bonorum, & n.364.*

365 *A' locis montium quando poſsit deleri per Iudices vinculum fundi dotalis, ſi adſit conſenſus, & vtilitas mulieris, & n.366. & 367.*

368 *Vinculum fundi dotalis poteſt tolli durante matrimonio à locis montium, ad effectum dotandi filias mulieris, & n.369.*

370 *Vinculum fundi dotalis erroneè appoſitum in Literis patentibus debet deleri, & cuius damno cedat decrementum valoris locorum montium, ſi non ſunt fundus dotalis, & n.371. ad 373.*

374 *Iudices in deletione vinculorum à locis montium debent eſſe cauti, & potius auſteri, & in dubio remittant partes ad Principem.*

375 *Loca montium à vinculis ſoluta, libera currunt in Platea, & poſſunt faciliter diſperdi, ideo aliqua facilitas in vinculorum deletione permitti non debet.*

376 *In deletione vinculorum ſi adeſt dubium, poteſt adiri Congregatio Montium.*

377 *Reſignatarius locorum montium ſi ſit in mala fide non acquirit loca montium liberè.*

378 *Author in materia locorum montium pauca, & infima exhibuis, expectat vberiorem meſſem à Iuris Conſultis eximijs, quibus abundat Curia Romana.*

379 *Author elucubrauit preſentem diſcurſum ſuper locis montium tempore Sedis vacantis per obitum Innocentij XII.*

380 *Author eius ſcripta ſubijcit correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

TAmetſi in præcedenti articulo plura ſparſim
dicta ſint de locis montium etiam vincula-
tis, ſecundum quod ſecies materiæ ibi tractatæ
exigebat, nihilominus hic latius de locis mon-
tium vinculatis diſſerendum eſt, ad effectum vi-
dendi multiplicem diuerſitatem vinculorum, &
ſimul quando illorum deletioni ſit locus, illa-
que per Iudices fieri debeat, nec ne.
Super quo primo repetendum, quod loca vin-
culata minus valent, nec ſic de facili venduntur,
287 prout valent, & venduntur loca montium libe-
ra, extimatis ſupra *artic.1. Sect.4. n.182. & ſeq.*;
vnde ad hoc vt loca montium vinculata poſſint
fieri libera, & libertate acquiſita poſſint pari qua-
driga per Plateam currere cum liberis, requiri-
tur, quod ab illis per Iudices deleantur vincula,
288 & quod cum eorum mandatis Secretarij mon-
tium illa à vinculis ſoluta inter libera deſcribat.
Ad hoc autem vt per Iudices vinculorum dele-
tio tolli poſſit, in caſibus tamen à iure permiſſis,
& laro calamo infra referendis, debet in primis
289 aduerti ad qualitatem vinculorum, quæ ex li-
teris patentibus tanquam ex typo deducuntur

Rot.

Rot.deciſ.98.n.22.part.12.recen.,& deciſ.377.n.22.
part.13.
Et talia vincula vel ſunt in corpore ipſarumLi-
terarum patentium, ſuper quibus eſt fundatum
creditum Montiſtarum, vel à tergo ipſarum Li-
290 terarum, & tunc Literę patentes dicuntur atter-
gatæ pro vinculis in attergatione expreſſis: ſi-
quidem creditum locorum montium liberorum
in corpore Literarum patentium euadit vincula-
tum per attergationem.
Et hypothecæ, ac vincula per Secretarium ap-
poſita in Libris montium, ac Literis patentibus
deſuper expeditis, vel illa ſint in corpore, vel per
attergationem, tranſeunt in emptores locorum
Montium, vt in terminis ſimilium annuorum
291 reddituum cum Rege in Hiſpania *Iuro* nun-
cupatorũ firmat *Larea alleg. fiſcal.22.n.25.&* 28.;
& inpuncto locorum montium Vrbis, que regu-
292 lantur cum ſimilibus Iuribus probat *Cardin.de*
Luc. in ſupplem. tom.16. part.1. lib.2. diſcurſ.163.
n.11., & 12.; hinc vt illa tolli poſſint, debet adi-
293 ri Iudex, qui videbit, an ea ſint delenda, quia
agatur de vinculis terminatis, vel male appoſi-
tis, vel ſi appoſita ſint pro intereſſe certæ perſo-
næ, quæ conſentiat deletioni.
Vincula in locis montium poſſunt eſſe multi
plicis generis, & ſignanter quod ſint ſubiecta
294 Maioratibus, Primogenijs, Fideicommiſſis,
multiplico ordinato pro illis, pro reintegratione
partis bonorum fideicommiſſi alienatorum me-
diante gratia derogationis illi facta à Principe,
iniuncta lege, quod certa portio pretij bonorum
alienatorum inueſtiretur, & multiplicaretur vſ-
que ad reintegrationem valoris bonorum, que
alienata fuere; pro euictione bonorum vendito-
rum; pro cautione de reſtituendo prioribus, &
potioribus creditoribus, & de contribuendo cum
æqualibus; vel pro cautione pręſtita, quod Tutor,
Curator, Adminiſtrator, Procurator, Exactor,
& ſimiles bene adminiſtrabunt, & reſtituent re-
liquatum; vel quod ſtare debeant affecta, & hy-
pothecata pro adimplemento legatorum, & alio-
rum contentorum in teſtamento; vel quod ſtent
pro fundo dotali; vel quod non poſſint alienari,
niſi poſtquam heres, vel legatarius peruenerit ad
certam ætatem; vel quod debeant in caſum deli-
cti reſtitui alijs; que vincula, vel ſimilia regi-
ſtrata per Secretarios in Libris montium, & po-
ſita in literis patentibus reddunt loca montium
vinculata, non autem ſi vincula extra dicta Re-
giſtra Librorum publicorum, & extra Literas pa-
tentes per priuatas partium conuentiones appo-
ſita eſſent, tunc enim non tollerent libertatem
295 locorum montium *Card.de Luc.de Regal.diſc.26.*
27.,& 28.
His præmiſſis ad cognitionem vinculorum ap-
poſitorum in locis montium, Iudices ordinarij
296 relati ſupra *artic.1. Sect.5. n.257., & ſeq.* poſ-
ſunt dicta vincula delere, ſeu verius declarare,
quod illa ceſſauerint, vel non adſint, ſuper quo
tamen cautè procedant, & ſi articulus habeat pro-
babilem difficultatem, ſatius eſt, quod ſe non
ingerant; & quando agnoſcunt, eſſe locum man-
297 datis de delendo vincula, quoties adſit proba-
bile intereſſe aliquorum de preſenti in re, vel alio-
rum in futurum in ſpe, puta vocatorum ad fidei-
commiſſum, tunc aliquid non decernant, non ci-
tatis habentibus probabiliter intereſſe de preſenti,
ex firmatis per *Surd. conſ.39. n.20., & deciſ.256.*
n.1. Rot.deciſ.77. n.14. coram Zvrat.; & non de-
putato curatore habentibus ius de futuro, & ad-
huc non natis, nam, & illi, in hac materia pe-
ricuLoſa (dum loca montium redacta in liberta-
tem non ſunt amplius obnoxia oneribus, & fi-
298 deicommiſſis ex ſepè dictis) citari debent, ex
firmatis per *Seſs. deciſ. Aragon., 5. n.50., & ſeq.*
& deciſ.164. n.10., & infra, plenè *Rot.deciſ.115.*
n.5., & ſeq.coram Pen.; & quando eſſet verior alia
299 opinio, quod ſententia lata cum hæredibus
primo vocatis, acerrimè ſe defendentibus, noceat
ſubſtitutis, etiam per proclama non citatis *Seſs.*
dict. deciſ.5. n.49., & 50., & de magis communi
opinione tenet *Rot. deciſ.287. n.fin. coram Royas*,
adhuc talis defenſio ceſſat, quando ipſimet hæ-
redes grauati petunt deleri vincula, cum tali ca-
300 ſu clara ſit eorum voluntas non defendendi fi-
deicommiſſum, ſed illud diſperdendi, & ſic de-
bent citari fideicommiſſarij habentes ius de futu-
ro, vel debet iiſdem deputari Curator, qui de-
fendat eorum Iura.
Et amplius quando eſſet præferenda opinio,
quod ſat ſit citare hęredem, & non ſint citandi
fideicommiſſarij (quod tamen procedit, quan-
do quis ageret contra heredem grauatum, qui
citatus ſe defenderet, non autem quando ipſe
hæres grauatus intentus diſſipationi fideicom-
miſſi, non ſolum ſe non defenderet, ſed euertere
vellet fideicommiſſum) adhuc fideicommiſſarij
non citati poſſunt appellare à ſententia prolata
301 cum hærede grauato, & illam impugnare, ſi
oſtendant illius iniuſtitiam *Seſs.deciſ. Aragon.5.*
n.50. in fine, & deciſ.164. n.10., & ſeq.Rot.deciſ.
115. n.10. coram Pen.; & cum agatur de materia
locorum montium, que poſt libertatem ade-
ptam per abolitionem vinculi fideicommiſſi in
illis appoſiti, liberè tranſeunt in emptores, &
ſic fideicommiſſarijs fruſtratorium eſſet remedi-
um appellationis interponendæ poſt alienata
302 loca montium, quia ſuper illis libere translatis
nulla competeret actio: hinc loco remedij appel-
lationis congruit, vt antequam deleantur vin-
cula, citentur fideicommiſſarij, & pro vocatis
conditionaliter, & non exiſtentibus deputetur
Curator aliquis Curialis vir probus, & diligens,
qui deducat iura vocatorum, & ipſémet Iudex
aditus pro abolitione vinculi fideicommiſſi de-
bet diligenter aduertere, an fideicommiſſum du-
ret, nec ne, & an ſit locus deletioni vinculi ex
eo reſultantis; ſi enim aboleret vinculum fidei-
commiſſi adhuc non expirati cum mandato de
delendo ab ipſo conceſſo, & poſtea loca Montium
cum tali mandato liberè translata alienarentur
in tertium, hic eſſet ſecurus ab omni moleſtia,
& Iudex poſſet ſubire damnum illorum reinte-
303 grationis fauore fideicommiſſarij, & ſatis tur-
pe, ac indecorum eſſet, quod iuridicundo præpo-
ſitus damnum burſale pateretur ob eius incu-
riam, vel imperitiam.
Et quidem, quando agitur de delendo vinculo
fideicommiſſi, primogenituræ, vel maioratus
genericè expreſſi in Literis patentibus, ac rela-
tiuè ad teſtamentum, vel donationem rogatam
ſub certis die, menſe, & anno per acta certi No-
tarij, debet inſpici, & conſiderari tota diſpo-
ſitio

ſitio teſtamentaria, vel donationis per relationem expreſſa in Literis patentibus, ex quo rela-
304 tum eſt iu referente cum omnibus ſuis qualitatibus *l. aſſe toto ff. de hered. inſtit., l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſtr. Rot. deciſ. 181. n. 8. apud Poſt. de ſubhaſt. in addit.*; quinimmo relatum magis ar-
305 tendendum eſt, quam referens *Rot. deciſ. 439. n. 2. coram Gregor., & deciſ. 589. n. 7. coram Merlin.*: maxime in hac materia locorum Montium, in qua Secretarius non potuit tranſgredi formam teſtamenti, vel donationis, vel alteriùs diſpoſitionis ab eo relatæ in Literis patentibus, vnde per Iudices ſunt ſedulo, & attentè inſpiciendæ, ac rimandæ diſpoſitiones relatæ, & ſecundum illas debet ab iiſdem procedi, non autem ſecundum Literas patentes referentes, quatenus hæ
306 deuiarent à diſpoſitione relata *Rot. deciſ. 543., & deciſ. 718. vtrobique n. 12. coram Merlin. & in Bononien. Reſidui dotis 18. Maij 1665. §. quia teſtator coram. bon. mem. Emerix ſen.*

Et teſtamenta, donationes, ac diſpoſitiones, ſeu contractus, in quibus fuit diſpoſitum de locis Montium, & ſuper quibus cadit relatio facta in Literis patentibus, debent produci, & videri in
307 publicam, & authenticam formam, & ſi ſint rogati extra Statum Eccleſiaſticum debent eſſe legalitate muniti, & plenè recogniti iuxta tradita per nos in *annot. 13. artic. 1. n. 8. & ſeq. ad ſtat. Vrb. cap. 84. hoc tom. 1.*, & hoc ideo caute faciendum, & obſeruandum eſt, quia in hac materia grauiſſima poſſunt alias figurari diſpoſitiones diuerſæ ab originalibus, ad effectum obtinendi cum facilitate deletionem vinculorum.

Quod mihi euenit in certo caſu, dum fuit producta copia ſimplex teſtamenti, in qua Pater quatuor eius filijs prohibuit alienationem, præcipuè locorum Montium, quouſque minor natu non eſſet ætatis 25. annorum; & cum fratres vellent illa alienare, licet frater minor natu eſſet ætatis annorum 25. inceptorum; & dicebatur, vinculum huiuſmodi eſſe delendum, cum annus vigeſimus quintus cœptus haberetur pro completo: ſed poſtea fuit inuentum, in teſtamento originali, rogato iu Curia, adeſſe verba -- *quouſque minor natu non peruenerit ad ætatem perfectam 25. annorum completorum* --, ex quibus verbis non ſuffi-
308 ciebat annus 25. cœptus, ſed requirebatur completus ex clara voluntate teſtatoris *Rot. deciſ. 543. n. 5. & 6. coram Pamphil.*

Si vero fuerint ab extraneo legata filiofamilias minori certa loca montium cum prohibitione illa alienandi ex quauis cauſa ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, non poterit minor illa, vel eorum partem alienare pro excarcerando Patre, & propterea nolui ex dicto capite concedere mandatum de delendo vinculum à locis
309 Montium; Iudex namque debet eſſe executor, non deſtructor claræ voluntatis teſtatoris ad *tex. in §. diſponat Auth. de nupt.*, & tollere vinculum tali caſu à locis Montium, erat actus derogationis voluntati teſtatoris, quam facere ſpectat ad
310 Supremum Principem, & quidem ex cauſa publica, ex firmatis per *Rot. deciſ. 386. part. 18. tom. 1. recen.*; & Princeps ſuper obtinenda tali derogatione forte ſe abſtinuiſſet, dum agebatur de legato facto ab extraneo filiofamilias pro tali cognito, & propterea ſolum illi voluit permittere alie-

Tom. I.

nationem, quando eſſet perfectæ ætatis, ac perfectioris iudicij, & experientiæ, itaut à Patris blanditijs, ac reuerentia non poſſet ſic facilitet trahi ad diſſipanda loca Montium.

Quando tres filiæ fœminæ fuere à Patre reciprocè, & ad inuicem ſubſtitutæ in caſum prædeceſſus, ſi omnes conſentiant inter ſe, & renuncient reciprocæ ſubſtitutioni cum ſolemnitatibus *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151.*, poterit ex locis Montium tranſlatis cum vinculo talis reciprocæ ſubſtitutionis illud deleri, ad hoc vt filiæ fœmi-
311 næ poſſint cum locis montium liberis, & ſic cum pecunia ſe collocare in matrimonium, & ita in praxi habui, & iudicaui; ex quo enim ſucceſſio inter Sorores vigore reciprocæ erat inter illas euentualis, nec enim vna poterat prò certo habere, quod ſuperuixiſſet alteri, cum caſus mortis ſit dubius, & ætas inter dictas Sorores eſſet parum differens, dum prima erat ætatis viginti annorum, altera ætatis 18., & altera ætatis 15., & ſic ex cauſa præcipuè adeo honeſta, & laudabili, ac ſimul publica, vt poſſent maritos inuenire cum dote libera, dum alias plures occaſiones nuptiarum oblatæ non fuerant ſortitæ effectum, quia mariti volunt pecunias, & bona libera, non autem grauata fideicommiſſis reuerſiuis, potuit ſuper ſucceſſione incerta, & euentuali admitti talis reciproca renunciatio ſucceſſiuni, ex firmatis per nos in *annot. ad Stat. Vrb. cap. 131. tom. 2. annot. 33. artic. 2. n. 212. & ſeq.*, vbi fuit dictum, quod coniuges paris fœre,
312 ac vegetis ætatis poſſunt renunciare conſtante matrimonio lucro dotali inter ipſos conuento etiam ſine ſolemnitatibus Statutarijs ad finem ſeruandi quietem, & amorem inter Coniuges, dum talis renunciatio eſt viciſſitudinaria; & de iure euentuali, cum incertum ſit, quis ex coniugibus ſuperuiuere debeat, & lucrari quartum dotale.

Si tamen agatur de filijs ſimpliciter in conditione poſitis, an in illorum præiudicium poſſit deleri vinculum fideicommiſſi in Literis patentibus appoſitum ad formam teſtamenti; in hoc ſic procedendum eſt, aut agitur ſecundum diſpoſitionem *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.*, & cum ex illo filij in conditione poſiti ſint diſpoſitiuè vocati ex
313 bene per nos firmatis in *annot. ad dict. ſtat. 142. tom. 2. annot. 36. artic. 1. n. 1. & ſeq.*; ideo ſine filiorum conſenſu vinculum fideicommiſſi tolli non poteſt, ex quo illis eſt ius quæſitum; aduertendo tamen, quod vix poteſt dari caſus, quod poſſit cum tali conſenſu filiorum in conditione poſitorum deleri vinculum fideicommiſſi, ex quo licet filij in conditione poſiti, & iam nati legitimè conſentiant, nihilominus poſſunt naſci alij filij ex eodem, vel alio matrimonio, ſi diſſoluatur primum, qui & ipſi ſunt vocati, vnde in hoc
314 Iudices ſint benè cauti, nec hoc caſu ſint faciles ob conſenſum filiorum in conditione poſitorum, niſi adſit deſperatio procreationis aliorum filiorum ob ætatem ingraueſcentem, & decrepitam; vel quia Pater defuncta vxore, ex qua habuit filios in conditione poſitos, & ex ſtatuto vocatos, effectus fuerit Religioſus profeſſus, vel Sacerdos, quo caſu perimitur omnis ſpes ſuſcipiendi alios filios habiles ad ſuccedendum.

Aut verò agitur de filijs in conditione poſitis an ſint

Digitized by Google

an ſint vocati ex diſpoſitione Iuris communis, &
tunc regula eſt, quod non cenſeantur diſpoſiti-
315 uè vocari, iuxta opinionem *gloſ. in l. Lucius la 2.*
ff. de hæred. inſtit, communiter per Doctores, ac
per omnia ferè Tribunalia Orbis receptæ ex fir-
matis per nos *dict. annot. 36. artic. 2. n. 87., & ſeq.*,
vnde poteſt tali caſu deleri vinculum fideicom-
miſſi.

At ſi ex coniecturis appareat, filios in condi-
tione poſitos eſſe diſpoſitiuè vocatos, cum tunc
recedatur à dicta opinione *gloſ. in l. Lucius*, hinc
non erit locus deletioni vinculi fideicommiſſi,
niſi modo, quo ſupra firmatum eſt de filijs in con-
ditione poſitis, & diſpoſitiuè vocatis à Statuto;
quæ autem coniecturæ induant nec ne diſpoſiti-
316 uam vocationem filiorum in conditione poſito-
rum, vide per nos elucubrata in *allegat. annot. 36.*
artic. 2. n. 101., & ſeq. tom. 2.

Sed ſemper Iudex in conflictu coniecturarum
pro vocatione, vel non vocatione diſpoſitiua,
ſit potius auſterus, quam pronus in delendo vin-
culum fideicommiſſi.

Et reuertendo ad filios in conditione poſitos,
& diſpoſitiuè vocatos ex Statuto Vrbis, notan-
dum eſt, quod illi ſunt ex Statuto vocati actiuè,
317 non autem paſſiuè grauati reſtituere Nepoti-
bus *Fenzon. ad ſtat. Vrb. 142. n. 19. Rot. deciſ. 84.*
part. 9. recen., & dixi *dict. annot. 36. n. 61. ad 63.*
& propterea defuncto Patre grauato reſtituere fi-
318 lijs in conditione poſitis, poſſunt hi tantum
actiuè vocati, & non paſſiuè obtinere deletionem
vinculi fideicommiſſi iam purificati, ſed expirati
per obitum eorum Patris.

Alter caſus mihi euenit de facto, in quo teſta-
tor reliquerat hæredes duas filias fœminas
cum reciproca inter ipſas, ſi illarum altera dece-
deret ſine filijs, & cum in hæreditate teſtatoris
fuerint reperta treſdecim loca montium cum ali-
quibus mobilibus, & dictorum montium octo
vigore *Auth. reſque C. comm. de legat.* fuiſſent data
inſolutum, ac tranſlata liberè pro reſtitutione
dotis in vxorem teſtatoris, dictæ duæ filiæ fœmi-
næ inſtabant deleri vinculum fideicommiſſi
reciproci ex octo locis montium remanentibus,
ad hoc vt poſſent cum illis ſe dotare, ac maritos
inuenire, & ego vigore eiuſdem *Auth. reſquæ.*,
attenta iuſtificatione facta, quod non adeſſent
aliqua bona libera, ex quibus poſſent ſibi con-
ſtituere dotem, mandatum de delendo conceſſi,
ita tamen, vt pretium locorum montium, liberè
vendendorum, deberet deponi in Sac. Monte Pie-
tatis Vrbis, ad effectum tamen illud conſignandi
pro dote, quando nubent, earum futuris maritis;
& hoc non obſtante, quod totum fideicommiſſum
319 euerteretur, cum lex fideicommiſſi totius euer-
ſionem permittat pro conſtitutione congruæ do-
tis *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. n. 54. Staiban., reſol.*
forenſ. 73. n. 6. & ſeq. centur. 1. late Vrceol. conſult.
forenſ. cap. 6., Rot. in Romana fideicommiſſi de Gog-
gis 4. Februarij, 1699. §. Minuſque, coram R.P.D.
Pio.; nec hic poterat in mulieribus ciuilis ſtatus
conſiderari exceſſiuitas dotis in quatuor locis
montium pro qualibet, tunc valoris ſcutorum
centum quindecim pro quolibet loco, immo vi-
debatur ſatis incongrua reſpectu maioris dotis,
320 quam merebantur, ſed illam conſequi non pote-
rant, quia in fideicommiſſo non aderant alia bo-
na in eſſe; & generaliter, quando petitur detra-
ctio dotis ſubſidiaria in vim *Auth. reſque*, quia
fœmina deſcendens, non habeat aliunde bona
libera, cum quibus poſſit ſe dotare, eſt locus
deletioni vinculi fideicommiſſi pro tradenda do-
te congrua, vel illa reſtituenda.

Vinculum fideicommiſſi ſi ſit per Secretarium
inaduertenter appoſitum in Literis patentibus
locorum montium, vel vinculum inueſtimenti,
pro fideicommiſſo idem appoſuerit in ordine
conſignationis pretij prouenientis ex locis mon-
tium extractis, tunc Iudex agnito, quod non
adeſt fideicommiſſum, & quod perperam Secre-
tarius illud appoſuit in Literis patentibus, ac in
ordine, poteſt delere vincula, & decernere libe-
ram conſignationem, prout non ſemel iudicare
habui, & ſignanter in caſu duorum filiorum cuiuſ-
dam Vebrij militis Heluetiæ nationis, cui in
Patris teſtamento fuerant relicti liberi hæredes
cum facultate liberè diſponendi de eius hæredi-
tate his verbis, -- *dandogli libero arbitrio di diſpor-*
re à loro beneplacito, ma quando ciaſcuno di loro mo-
riſſe ab inteſtato, ò gli ſuccedeſſero li figli, è che queſti
moriſſero ab inteſtato, ò prima di quindeci anni,
in tal caſo voglio, che della portione prouenient e dall.
heredita mia, la Madre di detti figli reſti vſufrutua-
ria ſua vita naturale durante ſolamente, poiche doppo
la di lei morte debba ricadere alli più proſſimi parenti
del mio Sangue --, nam mandaui, quod Secreta-
rius Montiū deberet tradere liberū pretiū aliquo-
rum locorum Montium hæreditariorum Vebrij
teſtatoris extractorum, dum ex verbis præfatis te-
ſtamenti poterant filij liberè, & ad eorum bene-
placitum diſponere de hereditate paterna, ac ſub-
ſtitutiones quoad vſufructum, & quoad proxi-
miores ſanguinis intelliguntur quatenus hæredes
non diſpoſuiſſent, & hic hæredes inſtando coram
me pro traditione pecuniarum liberè, declara-
321 bant, quod volebant de pecunijs liberè diſpo-
nere, & ſic ceſſabat omne fideicommiſſum, ex ple-
nè firmatis in puncto per *Rot. deciſ. 124., & de-*
ciſ. 142. coram Priol.

Et ex ijſdem *deciſ. coram Priol.* in alio caſu (in
quo poſt datam à teſtatore facultatem expreſſam
liberè diſponendi, etiam de locis montium, fue-
rat ab eodem diſpoſitum, & *quandocumque dece-*
dente eius hærede, ſuccedant eius proximiores cum
onere vnius Miſſæ quotidianæ) dixi, talem ſubſti-
tutionem habere locum, quatenus hæres vſus non
fuiſſet libera facultate diſponendi ſibi à teſtatore
conceſſa, & tale onus Miſſæ cenſeretur pariter
appoſitum in eum caſum, in quem hæres non
diſpoſuiſſet, & ſic factus eſſet locus ſucceſſioni
322 fauore proximiorum, vt præcisè etiam ſtante
dicto perpetuo onere firmatur in dictis *deciſ. 124.,*
& 142. coram Priol.

Prout ſi inter filios fuerit ordinatum fideicom-
miſſum reciprocum ſolum in caſum delicti, ſi
alter ex illis petat deleri vinculum talis fideicom-
miſſi ex locis montium teſtatoris, quia velit illa
liberè vendere, & illorum pretio ad libitum vti,
eſt locus conceſſioni mandati de delendo vincu-
lum fideicommiſſi, in caſum tantum delicti ordi-
323 nati, cum non extendatur tale limitatum fidei-
commiſſum in caſum delicti ad caſum mortis
Rot. deciſ. 115. par. 3. recen., deciſ. 258. à n. 1. &
per tot. coram Ottbob., confirmata *deciſ. 487. coram*

Cerr.

Digitized by Google

Cerr. ; & ita iudicaui in cauſa DD. Fratrum de Caputis, non obſtantibus querimonijs, & oppo-
324 ſitionibus alterius fratris, dum enim poterat eius frater, & cohæres liberè diſponere, eidem licebat etiam loca montium in mare proijcere, dum Pater ſolum in caſum delicti prohibuerat, quod Fiſcus excluderetur ab altero cohærede non delinquente, & licet oppoſitio durauerit etiam
325 coram Auditore Theſaurarij Generalis ad effectum impediendi conceſſionem Exequatur dandi meo mandato de delendo, adhuc & ibi fuit reiectus.

Eſt etiam locus deletioni vinculi fideicommiſſi ex locis montium fauore filiorum ex capite detractionis legitimæ illis debitæ in bonis paternis, ex
326 quo illa debetur ſtatim, nec poteſt fideicommiſſo grauari ad *tex. in l. quoniam, C. de inoffic. teſtam. Rot. deciſ. 35. n. 2. par. 6. recen., plenè deciſ. 76. & 267. par. 17., & deciſ. 289. coram Pamphil.*

Iudices tamen in deletione vinculi fideicommiſſi ex hoc capite, ſicut ſemper, debent eſſe cauti, & benè aduertere, vt prius firmetur ſtatus hæreditatis, illiuſque valor pro conſtituenda quantitate legitimæ in triente, vel ſemiſſe iuxta numerum filiorum infra quinque, vel ſi ſunt quinque, vel etiam in maiori numero, & ſimul debent
327 citari fideicommiſſarij, ac intereſſe habentes, ſi adſint de præſenti habiles, ſin minus debent curare, vt futuris vocatis deputetur Curator, qui eorum iura defendat, & firmato ſtatu hæreditatis cum illius valore, ſi appareat, quod legitima ex alijs bonis alienatis, vel ex mobilibus, pecunijs, ac creditis hæreditarijs exacta non fuit conſumpta, poterunt Iudices procedere ad deletionem vinculi fideicommiſſi, adhoc vt filij legitimam liberam conſequantur, ſed cautè, circumſpectè,
328 ac lento gradu in facienda deletione vinculi ex hoc capite per Iudices procedi debet, ex quo non ſemel iudicialiter procuratur detractio legitimæ, iam extraiudicialiter vltra debitum detractæ, & conſumptæ, & pro detractione illius habenda aditur Iudex, vt calore iudicij cohoneſtetur euerſio fideicommiſſi.

Quando vero, eſt locus detractioni legitimæ, & firmata eſt illius quantitas, tunc Iudex non totam aſſignabit ſuper locis montium, ſed pro aliqua portione tantum, licet maiori, & pro illa delebit vinculum fideicommiſſi, & pro reſiduo illam mandabit capi ex aliquo alio corpore hæ-
329 reditario, ex præclarè firmatis per *Rot. deciſ. 8. n. 5. & 6. coram Peutinger.*

Non eſt tamen locus deletioni vinculi fideicommiſſi ex capite detrahendæ legitimæ, ſi non oſtendatur Inuentarium hæreditatis, & nec minus probetur, ac firmetur aliunde ſtatus, ac valor hæreditatis paternæ; licet enim ob non
330 confectionem Inuentarij legitima non amittatur *Gabr. conſ. 121. n. 51. lib. 1.*, vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 23. num. 5. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 24., Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 3. n. 67., Cardin. de Luc. de legitim., & detract. diſc. 25. n. 6. & 7., Surd. deciſ. 306. n. 4. Oſaſch. deciſ. 148. n. 6. Rot. deciſ. 192. n. 2. coram Caualer., & deciſ. 1. n. 3. cum trib. ſeq. coram Celſ.*, vbi quod Rota perpetuò hanc opinionem ſequuta eſt; attamen quando proceditur ad illam detrahendam ex locis montium ſubiectis fideicommiſſo, quia per illorum liberationem à vinculo fideicommiſſi poteſt eſſe facilis eorumdem diſperſio, debet prius
331 firmari ſtatus hæreditaris, ac benè aduerti, an prius fuerit legitima detracta ex alijs bonis, vel extraiudicialiter, vel etiam iudicialiter, quia potuit adiri prius pro habenda detractione legitimæ alter Iudex, qui illam conceſſerit; & prouidus Iudex in hoc, ſi dubitet, ſatius erit, quod ſe abſtineat à deletione vinculi ex dicto capite, etiamſi non contradicant futuri fideicommiſſarij vocati, vel Curator deputatus, cum non ſemel hi non deducant exceptiones, ſed colludant cum filijs hæredibus grauatis.

Nec eſt locus deletioni vinculi fideicommiſſi ex capite detractionis legitimæ, quando huius detractio fuit à teſtatore prohibita vtendo famo-
332 ſa cautela *Socin. Iun. conſ. 122. n. 8. & ſeq. lib. 1.*, hoc eſt ſupponendo fideicommiſſo etiam legitimam, & quando Filij, vel Nepotes legitimam nollent ſupponere fideicommiſſo ab eo ordinato, tunc cenſerentur inſtituti in ſola legitima; tali quippè caſu, ſi Filij, vel Nepotes adiuerunt hæreditatem in omnibus acceptando teſtamentum
333 Patris, vel Aui, dicuntur acquieuiſſe grauamini fideicommiſſi appoſiti in legitima, nec poſſunt amplius illam detrahere *Gratian. capit. 483. n. 3. & ſeq. Add. ad Gregor., deciſ. 489. n. 27. Rot. deciſ. 218. n. 6. par. 10. recen., deciſ. 726. n. 8. coram Amat. Dunozett., deciſ. 141. n. 3., deciſ. 167. n. 4., & deciſ. 223. n. 3. coram Carill., & deciſ. 235. n. 6. & 7. coram Celſ.*; præcipuè ſi in acceptatione teſtamenti paterni interceſſerit promiſſio ſpecia-
334 lis, & indiuidua etiam reſpectu legitimæ *Rot. deciſ. 100. n. 5. & per tot. coram Othobon., deciſ. 110. n. 1. & deciſ. 235. n. 7. coram Celſ.*

Minuſque eſt locus detractioni legitimæ ſuper locis montium, nec propterea ex illis poteſt deleri vinculum fideicommiſſi, quando ſuper illis fuit factum fideicommiſſum particulare, niſi in ſubſidium, alijs bonis, ex qua illa detrahi poſſit, non exiſtentibus, ſi præcipuè ſuper locis mon-
335 tium, ac alijs bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis adſit expreſſa prohibitio alienationis, *Gabr. conſ. 123. n. 6. lib. 2. Honded. conſ. 66. n. 11., & 12. lib. 2. Cardin. de Luc. de Dot. diſc. 44. n. 10., & diſc. 145. n. 9. idem de legitim. diſc. 25. num. 10. Thomat. diſc. 23. n. 102. & 103. Rot. deciſ. 47. & 77. par. 5. recen., deciſ. 55. n. 12. & 13. apud Merlin. de legitim., & deciſ. 49. n. 10. poſt Paitell. expedit. cauſ. Ciuil.*; quocirca tali caſu antequam ſit locus deletioni vinculi ex locis montium particulari fideicommiſſo ſubiectis, eſt prius oſtendendum, non adeſſe alia bona, ex quibus poſſit detrahi legitima.

Quia multoties loca montium ſunt ſubiecta vinculo multiplici, itaut cum illorum fructibus debeat reintegrari fideicommiſſum in parte diſtractum cum licentia Principis, ea in derogatione fideicommiſſi appoſita lege, vt certa pars
336 pretij bonorum fideicommiſſi alienarorum debeat inueſtiri in locis montium, & illorum fructus debeant ſemper multiplicari, quouſque fuerit reintegrata pars fideicommiſſi alienati; vel tale multiplicum fuerit ordinatum à teſtatore, quouſque capitale locorum montium erit certæ quantitatis ſufficientis pro erectione Collegij

Scholarium, Monaſterij Monialium, vel Canoni-
catus, pto onere perpetuo tot Miſſarum, pro ma-
nutentione tot Adulſcentum ad ſtudendum in
aliqua publica Vniuerſitate, vel pro alio ſimili
onere, & in talibus caſibus non poteſt per Iudices
deleri tale vinculum multiplici; nam quoad pri-
mum caſum multiplici ordinati pto reintegratio-
ne fideicommiſſi, obſtat cum voluntate teſtatoris,
etiam mandatum Principis; & in cœteris, caſi-
bus relatis, & alijs ſimilibus obſtat clara volun-
tas teſtatoris, quam Iudices ſeruare debent, non
337 deſtruere, dum enim teſtatoris voluntas eſt cla-
ra, & præciſa, ad vnguem eſt ſeruanda *l. 3. §.
ſeruari ff. de Sepulchr. viol. §. diſponat Auth. de
nupt. c.ſp. vltima voluntas 13. quæſt. 2. Perez.conſ.
31. n. 16. & 17. Rot. deciſ. 304. n. 12. & 13. part.
19. recent. & in Gerunden. Anniuerſariorum 10.
Aprilis 1683. §. hæc autem coram bo. mem. Vrſino*;
in Iure namque magis æſtimatur iuſſus teſtatoris,
338 quam ipſius legis, & maiori diligentia obſer-
uandus eſt *l. filio & l. final. ff. vt legat. nomin. ca-
ueat. Rot. in dicta Gerunden. §. hæc autem, verſic,
quinimmò coram Vrſino*.

Et quoad caſum multiplici certæ partis prerij
ordinati per Papam, quando conceſſit deroga-
tionem fideicommiſſi, ac licentiam alienandi, &
vendendi certam portionem bonorum fideicom-
miſſo ſubiectorum: cum gratia derogationis con-
ceſſa à Papa ſit cum tali conditione, & qualitate,
339 ſicut gratia derogatoria non ſuffragaretur, &
eſſet nullius roboris, ſi emptor non feciſſet tale
inueſtimentum, *Rot. deciſ. 131. n. 6., & ſeq.* con-
firmata *deciſ. 261. à num. 8. par. 7. recen., deciſ. 41.
n. 11., & infra, & deciſ. 325. per tot. part. 10. re-
cen. deciſ. 152. n. 10. coram Peutinger., & deciſ. 317.
n. 19., & 20 coram Priol.*; ita etiam ille, qui vult
340 gaudere beneficio derogationis, debet illo vti cũ
ſua qualitate à Principe præſcripta *Rot. deciſ. 41. n.
13. & ſeq. p. 10. recen. deciſ. 1414. n. 2. coram Coccin.*;
ſicut igitur ex mente præciſa Principis derogan-
tis, qui voluit quidem facere gratiam hæredi
grauato, ſed cum præſeruatiua fideicommiſſi
mediante multiplico, habetur quod omnino fieri
341 debet multiplicum pro conſeruando fideicom-
miſſo, ita illius conſeruatio curari debet à Iudi-
cibus, & propterea deſtituti ſunt facultate tol-
lendi tale vinculum multiplici.

Si vero in teſtatoris hæreditate reperta fuerint
debita, poſtquam illius loca montium fuere tranſ-
lata cum vinculo fideicommiſſi ab eo ordinati,
342 tali caſu cum fideicommiſſum cenſeatur ordi-
natum detractis prius debitis *ad tex. in l. filiusfa-
milias §. Diuus il 2. ff. de legat. 1. l. peto §. prædium
ff. de legat. 2. Morott. reſponſ. 13. n. 21. Rot. Florent.
apud Palm. Nepot. allegat. 327. n. 67., & ſeq. Rot.
deciſ. 312. n. 12. par. 17. recen., & in Veneta, ſeu
Anconitana Pecuniaria 9. Maij 1698. §. & idcircò,
& 18. Iunij 1700. §. conſtit enim, coram R. P. D.
Anſaldo*; & quoduis fideicommiſſum, cum prohi-
bitione cuiuſcumque alienationis facta à teſtato-
343 re non præiudicat eius Creditoribus *Palm. ibid.
n. 71. Rot. deciſ. 350. n. 4. & deciſ. 725. n. 8. coram
Amat. Dunozett.*; ideò ritè, & rectè, ac iure per-
mittente à Iudice tali caſu poteſt deueniri ad de-
letionem vinculi fideicommiſſi; ita tamen quod
debita fideicommiſſi ſint vera, ac realia, ac cre-
ditores pro illis vrgeant, nec enim circa illa ſta-
tur aſſertioni partium, quibus non creditur, ne
344 ſit in eorum arbitrio ſub mendicato prætextu
æris alieni euertere legem fideicommiſſi *Rot. deciſ.
157. n. 8. & 9. coram Bich.*

Quando vero agitur de ære alieno non fidei-
committentis, ſed hæredis grauati, tunc hic pro
tollendo vinculo fideicommiſſi, vel multiplici
à locis montium, debet adire Supremum Prin-
cipem, qui ex aliqua iuſta, & vrgenti cauſa ſolet
quandoque indulgere, vt hæres grauatus vtatur
parte locorum montium ſubiectorum fideicom-
345 miſſo, vel multiplico pro illius reintegratione
ordinato: ſed ratis parcè ſolent, ac debent Prin-
cipes hoc indulgere, cum ad ipſos præcipuè ſpe-
ctet curare, vt ſubditorum vltimæ voluntates, ac
fideicommiſſa morientium ſuum ſortiantur effe-
ctum; & quidem quando Principes talem gra-
tiam faciunt ſolent apponere præciſam conditio-
nem, quod reintegretur fideicommiſſum cum
multiplico faciendo vt ſupra, & quod, quouſque
non fuerit ſequuta talis reintegratio, non poſſit
hæres grauatus vti fructibus multiplici.

Multiplico tamen ordinato à teſtatore (in ca-
ſibus ſupra relatis, vel à Principe pro reintegra-
tione fideicommiſſi, in parte cum eius licentia
346 alienati, completo) tunc Iudices poſſunt delere
à locis montium onus, ac vinculum vlterioris
multiplici; ex quo eſt adimpleta voluntas te-
ſtatoris, ac ſatisfactum legi, ac intentioni Prin-
cipis.

Multiplici locorum montium complemento, ſi
aliquid deficiat, ad effectum, vt hæres grauatus
poſſit gaudere illius fructibus, tanquam termi-
nati, iuxta præceptum teſtatoris, an poſſit idem
pro complemento multiplici ſubrogare fundum
proprium liberum, ac idoneum; ego ſum in ſen-
347 ſu, quod ſic, quoties conſtet de ſecuritate
fundi ſubrogandi, & quod ſit valoris, ac reddi-
tus ſufficientis, & per quem verè, & non fictè
poſſit dici completum multiplicum; quoties ta-
men ex verbis teſtamenti non appareat de volun-
tate teſtatoris, quod integrum multiplicum de-
beat eſſe in locis montium; Et ita in ſpecie iu-
dicaui in multiplico ordinato per clar. me. Car-
dinalem Carolum Bonellum in fideicommiſſo, ac
multiplico ab eo demandato, quouſque capitale
redderet ſcuta 2400. annua, nec prius Dux eius
Nepos, & hæres poſſet fructibus multiplici fidei-
commiſſo ſubiecti vti, & frui, nam pro complen-
do multiplico huiuſmodi admiſi quoddam Pa-
latium æſtimatum etiam maioris valoris, & red-
ditus cum aſſecuratione pleniſſima libertatis fa-
cta tàm per Ducem, quàm per Duciſſam eius
vxorem Mattonam in extradotalibus ſatis diui-
tem, & ſtante complemento multiplici conceſſi
mandatum de delendo vinculum vlterioris multi-
plici, & quod Secretarij Montium inpoſterum
deſcriberent Ducem (ſaluo fideicommiſſo Car-
dinalis) in liſtis, ac libris Dominum cum libe-
ra diſpoſitione quoad fructus locorum montium,
348 & in hoc proceſſi citatis Reuerendiſſimis De-
canis Rotæ, ac Cameræ Executoribus Teſtamen-
tarijs à Cardinali relictis, ac etiam Æconomo
deputato cum annua mercede pro faciendo mul-
tiplico, & meum in hoc iudicatum ſuum habuit
effectum.

Patet quandoque, in locis montium adeſſe
vincu-

vinculum loco alicuius cautionis præſtandæ. vel
349 pro ſolutione fructuum cambij, cenſus, vel
ſocietatis officij *iuxta deciſ.494.coram Rembold.*;
& in huiuſmodi caſibus poteſt Iudex delere vin-
In diuiſione quæ debita cedant damno ſocietatis, vel ſociorum. Vide *Societatis debita*.

DIVISIO REI DIVISIBILIS, VEL INDIVISIBILIS.

DIVISIO rei diuiſibilis fit, vt Domus, vel ager confiuans agro, vel Domui vnius ex fratribus illi adiudicetur. 21. 91.& 92. 323.

Rerum indiuiſibilium, vel quæ commodè diuidi non poſſunt fit arbitrio Iudicis. n. 96. 102., & 103.

Domus regularirer dicitur indiuiſibilis. n.97.

Rei indiuiſibilis fit vt res aſſignetur vni, alteri refecto pretio ibid. n.98.& 101.

Aſſignatur illi qui in ea habet maiorem partem. n.99.

Vel res indiuiſibilis locatur, & diuiduntur fructus. n.100.

Si loco rei indiuiſibilis poteſt dari alia res, non debet refundi pecunia. n.102.& 103.

In diuiſione rei indiuiſibilis proceditur per licitationem ibid.n.106.

Et ſocius habens minorem partem in illa admittitur ad licitandum. n.107.

Et præfertur in licitando, qui plus offert ibid.n. 108.

Præfertur in licitando ſocius habens maiorem partem ibid.n.109.

Sed ſi ſocius habens minorem plus offerat, præfertur ibid.n.110.

Offerens minus prætium de preſenti præfertur ſocio offerenti maius prætium cum dilatione. ibid. n.111.

Præfertur ſocius offerens iuſtum pretium licitatori extraneo offerenti pretium exceſſiuum. 21.313. & 314. 324.

Prælatio ſocij in re indiuiſibili transfertur in eius hæredem ibid. n.315.

Diuiſio per licitationem admittitur ſolum quando res commodè diuidi non poteſt. n.116.& 120.

Diuiſio per licitationem non admittitur, quando alter ſocius eſt pauper. n.117.

Ad licitandum in diuiſione admittitur etiam extraneus, quando alter ſocius eſt pauper ibidem. n.118.

In pari licitatione ſocij, & extranei, ille præfertur, & inter plures ſocios præfertur habens maiorem partem ibid. n.119.

Res dicitur indiuiſibilis, & non pati commodam diuiſionem, quando diuiſa minus valeret, quam integra. n.121.

Idem quando diuiſa redderetur infructuoſa, vel notabiliter in fructibus decreſceret. n.122.& 129.

Et ſi res per diuiſionem deterioraretur ibid. 123. & 129.

Vel ſi diuiſio peteretur ad iniuriam alterius. ibid. n.124.

Nec ſi ex diuiſione oriretur ſcandalum ibid. n. 125.

Res præſumitur diuiſibilis, & allegans contrarium tenetur hoc probare. n.128.

DIVISIO PRÆSVMITVR, AC PROBATVR.

NON præſumitur, ſed debet ab allegante probari 21. 190. 330.

Diuiſio poteſt probari ſine ſcriptura. 21.191. 331.

Probatur ex cartulis, notis, & coniecturis. ibid. n.192.

Ab exactione creditorum, quæ erant communia facta ſeparatim. ibid.n.193.

Ex regiſtro bonorum ſeparatim facto in cataſto. ibid.n.194.

Ex lapſu longiſſimi temporis, & ex quo inter fratres fuit reddita ratio. n.195.

Probatur ex poſſeſſione bonorum ſeparata per decennium. n.196.& 197.

Etiamſi poſſeſſio fuerit pro portionibus inæqualibus ibid.198.& 199.

Etiam ſtante læſione vltra dimidiam. n.200.

Sed contrarium firmatur. n.201.

Diuiſio ſtante magna inæqualitate non præſumitur ex longo temporis lapſu, iuncto poſſeſſioni. n.202.

Nec præſumitur ex longa poſſeſſione ſeparatim quoad fructus, & non quoad proprietatem. ibid. n.204.& 205.

DIVISIO FACIENDA A MINORE.

DIVISIO à minore etiam mercium exiſtentium in negotio fieri non poteſt ſine decreto Iudicis. 21. 245. 333.

Debet in diuiſione extraiudiciali facienda à minore ſeruari ſolemnitates ſtatutariæ annot. 21. n. 244.247.& 250.pag.233.& n.254.& ſeq. 334.

Diuiſio petita à minore ſine cauſa non debet à Iudice decerni. 21.248. 333.

Poteſt minor prouocare ad diuiſionem, ſi habeat ſocium rixoſum, vel alias ex communione illi reſultaret damnum. n.249.

Ad diuiſionem ſi minor ſit prouocatus, tunc poteſt illam facere etiam ſine decreto Iudicis n.251 & 253.

Diuiſio ſi ſit facta iudicialiter, præſumitur minor ad illam prouocatus. 21.258. 334.

Secus ſi facta ſit extraiudicialiter ibid.n.259.

Minor poteſt prouocare ad diuiſionem ſolum fructuum non proprietatis. 21. 252. 333.

Diuiſio facta à minore, vel pupillo mediante perſona falſi Tutoris, vel Curatoris non ſubſiſtit. 21. 260. 334.

Diuiſio facta à minore mediante Procuratore ritè conſtituto ad ſic, & ſic diuidendum, eſt valida. ibid.n.261.

Diuiſio per minorem dicitur ratificata per illius vſum poſt maiorem ætatem. ibid. n.262. & 263.

Contrarium ſi non concurrant ſolemnitates, vel ſcientia nullitatis n.264.& 265.

Diuiſio facienda à muliere requirit ſolemnitates ſtatutarias ibid.n.271.

DIVISIO QVANDO RESCINDATVR.

DIVISIO læſiua, erronea, vel doloſa reſcinditur iudicio ordinario. 21. 208. 331.

Læſiua in parte reſcinditur ſolum in ea parte, in qua adeſt læſio ibid.n.209.

Et ſi ſit euidenter doloſa deuenitur ex integro ad nouam diuiſionem. 21.210. 332.

Læſio debet eſſe vltra dimidiam pro reſcindenda diuiſione extraiudiciali. n.211.& 222.

In diuiſione tamen iudiciali ſufficit quælibet læſio n.213.

Sed læſio debet concludenter probari. n.212.

Diuiſio doloſa vt reſcindatur non requirit læſionem vltra dimidiam. n.213.

Diuiſio erronea retractatur, & debet ad æqualitatem reduci n.214.& 215.

Error tamen debet probari ab allegante. 217.

Error dicitur probatus, ex quo diuiſio facta fuit ex cauſa, quæ non ſubſiſtit. n.216.

In diuiſione ſi fuerint data credita non vera, debet qui illa habuit reintegrari ibid. n. 218.

Diui-

Diuiſio vt retractetur ex capite læſionis valor eſt probandus de tempore,quo facta fuit. n.219.
In diuiſione ſi minor ſit læſus reſtituitur. 21.266. pag. 334.
Secus ſi ſuper diuiſione facta ſit tranſactio ibid.n. 267.
Prout nec competit reſtitutio minori, ſi diuiſio facta ſit per ſortes. n.268.
Secus ſi ex ſorte euenerit magna læſio,vel error. ibid. n.269.
Læſio tamen debet eſſe magna, & vltra dimidiam ibid.n.270.
In diuiſione facta à Iudice, vel à peritis, ſi prætenditur læſio etiam minima, datur appellatio, & ſit diuiſionis retractatio. n.221.
Diuiſio facta à Patre inter filios etiam inæqualis ſuſtinetur, dummodo filij non fraudentur in legitima. n. 220.
Diuiſio facta per errorem, vel fraudem quando retractetur, vide remiſſiuè. n. 225.
Diuiſio facta per modum prouiſionis ad tollenda ſcandala, ſi contineat inæqualitatem debet denouo fieri. n.226.

DIVISIO REI EMPHYTEVTICÆ, VEL FIDEICOMMISSARIÆ.

DIVISIO rei emphyteuticæ poteſt fieri irrequiſito Domino. annot.21.n. 272. pag.334.& n. 275. pag. 335
Fideicommiſſo per diuiſionem non cenſetur renunciatum. n.277. 334.
Fideicommiſſo licet ſit renunciatum per diuiſionem, adhuc ad illud vocatus,non hæres diuidentis,poteſt agere ad bona diuiſa. n.279.
Fideicommiſſo per diuiſionem quando dicatur renunciatum ibid.n.278,

DIVISIONIS NATVRA.

DIVISIO eſt ſpecies emptionis, & venditionis. 21. 227. 332
Eſt etiam ſpecies permutationis ibid.n.228.
Tanſactionis ibid. n.229.
Diuiſio eſt impropriè tranſactio ibid.n.230.& 231.
In diuiſione debetur euictio, licet non promiſſa, vide *Euictio*, & 21.232. 333.
Diuiſionis materia à quibus Doctoribus tractetur, refertur. 21.280. 335.

DOCTORES.

DOCTORIBVS Collegialibus, ac Senatuum plus deſertur, quam vnico Doctori, licet graui. in Prælud.n.41. 5.
Doctores diſcutientes materiam præferuntur alijs, qui obiter loquuntur ibid. n.43.
Doctoribus Conſulentibus parum deferendum eſt. 30.384. 522.
Doctores ſepè inconſideratè, & cœca fide procedunt, & ſaltant, ac volant vt oues, & aues ad ſaltum, & volatum alterius. n.385.
Doctores ſunt intelligendi ſecundum doctrinas, quas allegant. annot.13.n.44.pag.208.& annot. 14.n.63. 221.

DOCTORES LAVDATI, REPROBATI, VEL DECLARATI.

A Coſta de priuileg. credit.regul.2. ampl.4.n.20. & ſeq. reprobatur. 30.372. 521.
Regul.2.ampl.2.n.2.& ſeq. reijcitur 30.157. 501.
Regul.2. ampl.3. n. 12.exploditur 30.224.& ſeq. pag. 507.
Regul.5.ampl.1.n.1.reprobatur.30.269. 521.
Afflictus deciſ.17.declaratur 27.105. 463.
Deciſ.46. approbatur, & reſpectiuè declaratur. 20.62. 301.
Deciſ.177.declaratur. 8.230. 131.
Alba conſ.635.refellitur 21.26. 334.
Alderiſius de ſymbolic. contract. tit.3.cap.9.refellitur. 21.26. 334.
Aldobrandinus in Conſ.impreſſ.apud Rube.ſingular.Rotæ Romanæ tom.2.p.3. declaratur 24.254. pag. 392.
Conſ.47. lib.1.explicatur 21.274. 335.
Alexander conſ.6. n.2. lib.3. expenditur 15. 103. pag. 232.
Altogradus conſ.12.lib.1.laudatur. 27. 56. & 57. pag. 458.
Conſ.100.n.31.& ſeq.refellitur 23.69.& ſeq. 364.
Amatus deciſ. March.3. n.2.& ſeq. declaratur 18. 22.& 23. 272.
Antoninus de Amato reſol.3.n.74.impugnatur. 30. 372. 321.
De Amicis conſ. 1. n.45.& ſeq.approbatur 24.124. pag. 381.
Conſ.16.refellitur 21.150. 327.
Conſ.20.n.14.reijcitur 24. 233.& 224. 388.
Andreolus contr.262.reijcitur. 8.113. 125.
Angelus conſ. 31.reprobatur 20.191. & 192. 308.
Fabius de Anna conſ.82. defenditur. 26. 133.& ſeq. pag. 446.
Antonellus de tempor.legal.lib.1.cap.25. n.29. reprobatur. 30.112. 498.
Baldus in l.ædes n.14.declaratur 17.17.& 18. 252.
Conſ. 317.n.1.lib.3.refellitur 12.58.& 59. 194.
Barbatus de diuiſ.fruct.p.2.cap.3.n.37. & ſeq. laudatur. 29.34.40.& 41. 477.
Bellonus Iun. conſ. 41.refellitur 30.324. 517.
Berlicchius concluſ.25. n.20. p.1. redarguitur 16. 156. 248.
Concluſ. 64.n.90.declaratur 30.168. & ſeq. 502.
Bertacchinus Vot.7.impugnatur 12.125. 199.
Bottinus ad ſtatut. Genuæ lib. 2. cap.14.5.cœteræ. n.3.reprobatur. 8.2.& 3. 119.
Brittus de locat. & conduct.1. p. Rubr.5.2.n.21. & ſeq.refellitur. 28.73.& ſeq. 472.
Burſattus conſ.57.lib.1.reijcitur. 23.219. 366.
Caballus conſ.deciſ. 3.n.3.exploditur 29.60.& 61. pag. 479.
Cabedo deciſ. 15.n.16.declaratur. 11.125.& 126. pag. 173.
Cancerius var. reſol.p.1. cap. 21. n.55. exploditur 2.232.& ſeq. 52.
Capiccius deciſ. 129. n.16. & ſeq.reijcitur 30.194. pag. 504.
Capiccius Galeottus contr.21.lib.1.refellitur 30.218 pag. 507.
Contr. 49. n.25. & ſeq. impugnatur. 24. 413. & 414. 404.
Contr.63.n.22.& ſeq.lib.2. improbatur. 20.133. pag. 305.
Contr.65.n.46.exploditur. 31.66. 533.
Et n.116. 537.
Capiccius Latr. deciſ.42.n.10.& ſeq.declaratur. 31. 78. 534.
Deciſ.68. n.11.& 12.refellitur 12.62.& 65. 170.
Caroccius de Depoſit.p.1.tit. de caſu n.65. declaratur. 12.26.& 27. 192.
De locat. & conduct.remed. 14.n.20.reprobatur. 28.68. 472.

Caruſius in Silu. Termin.arbor. 21.n.128.exploditur. 24.90. 376.
Caſtillus deciſ.11.n.57.& ſeq.reijcitur 11.32. 169.
Caſtrenſis in l.filius familias n.3.ff. de verb.oblig. impugnatur 14. 62.& ſeq. 221.
In dicta l.filius familias declaratur 14. 73. & ſeq. pag. 232.
In eadem l.filius familias explicatur. 14.83.& ſeq. pag. 233.
Conſ.134.lib.1.explicatur. 13.44. 208.
Conſ.302.lib.2.refellitur. 8.405.& ſeq. 145.
Cauagnolus ad Decret.Montisfetr.decr.2.§.7. n.14. & ſeq. declaratur. 12.272.& ſeq. 195.
Cauchus in allegat. apud Groſſ.ad Conſt. Comitis Caſtren.§.40.pag.362.impugnatur 26.51. 439.
Cencius de Cenſ. q.66. n. 25. & ſeq. reijcitur 24. 379. 409.
Capolla conſ.ciuil.46.reprobatur.24.21. 371.
De ſeruit.vrban.præd.cap.62.tit.de feneſtra col.2. verſ. videamus refellitur. 23. 183.& 184. 364.
De ſeruit.ruſtic. præd. cap. 3.n.28. explicatur. 22. 21. 338.
Ciroccus diſcept.2.n.74. exploditur. 20.62. 301.
Diſcept.66. n.30.& 31.reijcitur. 25.20.& 21. 420.
Conciolus alleg. Ciuil. 71. n. 10. notatur 20. 189. pag. 308.
Cornazzanus deciſ.Lucen.41. n.35. declaratur. 15. 111.& ſeq. 232.
Corneus conſ. 81.lib.2.Impugnatur. 21. 92. 323.
Conſ.166. lib.2.reijcitur. 24. 218. 388.
Cyriacus contr.13.n.6.& ſeq.refellitur. 8.297. 137.
Contr.37.n.47. reprobatur 16.125.& ſeq. 246.
Contr.512.n.19. & ſeq. exploditur 15. 219. 232.
Decianus reſponſ. 50.lib.3. refellitur. 30.52.& ſeq. pag. 493.
Fagnanus in ca.cum in cunctis.n.8.de ijs quæ fiunt à maior.part. Capitul. refellitur in Prælud.n.38. 39.& 43. 5.
In c.cum eſſes de teſtam.reijcitur. 4.14.& ſeq. 64.
Fenzonius ad ſtat.Vrb.42.lib.1.refellitur. 4.25. 65.
Ad ſtat.50.lib 1.n.82.reprobatur. 6.198. 100.
Ad ſtat.63.lib.1.n.103. exploditur. 8.229. 131.
Ad ſtat.79. lib.1.n.21.& ſeq. damnatur. 10.70.& ſeq. 164.
Ad ſtat.81.lib.1.n.17. refellitur 11.105.& ſeq. 172.
Ad idem ſtat.81. n.26. declaratur 11.226. & 227. pag. 182.
Ad ſtat.89.n.6. & ſeq.expungitur 16. 6.& ſeq. 238.
Ad ſtat.96.lib.1.n.26. & ſeq. improbatur 19. 227. & ſeq. 294.
Ad ſtat.154.lib.1.reijcitur in prælud.n.197.& 198. pag. 5.
Frances de compet.Iuriſdict.q.82.n.9.& ſeq.reprobatur 26.49. & Infra. 438.
Gabriel conſ.149.& 150.lib. 1. reijcitur. 23. 196. pag. 365.
Idem conſ.150.notatur de furto litterario 23.202. pag. 365.
Gattus de Credit.cap.4. quæſit.8. n.1067.refellitur 30.382. 522.
Cap.4.quæſt.11.n.1598. & ſeq. exploditur.30.324. pag. 527.
Galgauettus ad ſtat.Vrb.100.verſ.item ligat reprobatur in Prælud.n.188.& ſeq.pag.14.& annot.10. n.29. & 30. 298.
Ad ſtat.67.verſ.& ideo impugnatur. 7.112.& 113. pag. 114.
Galleſius de reſtit.in integr.cap.9.n.178.reijcitur. 6.80. & 81. 95.
Gargiareus deciſ.Mercator.Bonon.1.n.1.& 7.refellitur 30.128., & 129. 499.
Genoa de ſcript. priuat. lib.2.tit. de apoch.manu debitor conſcript. n. 36. refellitur. 13.43. & 45. pag. 208.
Giurba deciſ.25. & obſeru.2.n.15. & ſeq. reprobatur 24. 28.& 29. 375.
Obſer. 2.refellitur 24.88.89.& 90. 376.
Gizzarellus deciſ. 1.reprobatur 30. 324. 517.
Deciſ.57.defenditur. 21.269. 375.
Grammaticus conſ.164.n.8.& 9.exploditur 23.125. pag. 360.
Gratianus deciſ. March.68. laudatur.15.107.& ſeq. pag. 232.
Diſcept.25. n. 22.& ſeq. reijcitur. 30.243. 509.
Diſcept.160.n.19. reijcitur. 21.11.et 12. 317.
Diſcept.171.n.8. refellitur. 30.128. 499.
Diſcept.564.n.18.& ſeq. exploditur. 25.19.& 22. pag. 420.
Diſcept.601. declaratur 30. 335.& 336. 518.
Diſcept.727.approbatur 30.129. 499.
Diſcept.748.n.29.& ſeq. improbatur. 12.50.& ſeq. pag. 193.
Diſcept.935.declaratur. 30.337. & 338. 518.
Diſcept.953.declaratur 30.59.& ſeq. 493.
Haberkorn. de concurſ.credit. cap. 2. n.57. declaratur. 30.168. & ſeq. 502.
Iaſon conſ.98.lib.1. approbatur, & laudatur. 23. 160.& ſeq. 363.
Conſ.158. lib.2.laudatur. 28.76.& 77. 479.
Pax Iordanus lucubr. diuerſ. lib.14.tit.24. n.333. reprobatur. 50.112. 598.
Cammillus de Larathe conſ.92. exploditur. 7.45. pag. 109.
Cardinalis de Luca de credit.& debit.diſc.21.19.& 22.reijcitur. 30.382. 522.
Diſc.39. n.4.de Regal.reijcitur diſc.vnico de locis Montium n.64. ad 68. 571.
Diſc.17.n.9. de credit.& debit.notatur 30.65. 494.
Diſc.68.n.16. de credit. & debit. reprobatur 26. 39.& ſeq. 438.
Diſc.12.de Regal.notatur. 30.223.& ſeq. 507.
Diſc.22. de Dot. reijcitur in Prælud.n.179.& 180. pag. 14.
Diſc.81. n.5. de Dot. exploditur. 30. 73.& ſeq. pag. 495.
Diſc.83. n.11.& ſeq. de Dote reprobatur. 30.324. pag. 517.
Diſc.93. de dote refellitur. 32. 90.& 91. 541.
Diſc.35. n.4. & ſeq. de alienat. & contractu prohibito improbatur. 25.73.& 74. 223.
Diſc.7.& 9.de ſeruit.declaratur,& notatur. 23.277. pag. 367.
Diſc.11. n.7. de ſeruit. declaratur. 23. 159.& ſeq. pag. 363.
Diſc.16. de ſeruit. reijcitur 23.75. 355.
Diſc.24.n.4. de ſeruit.exploditur. 23. 192.& 193. pag. 365.
Diſc.71.n.14. de ſeruit. improbatur. 24.103. 379.
Diſc.83.de ſeruit.Impugnatur. 24. 542. 414.
Diſc.25. n.5.& 6.de ſucceſſ. ab inteſtato refellitur in Prælud. n.80. 7.
Diſc.23.n.13.& 14.& diſc.24.n.16.& 17. de Iudic. reijcitur. 8.74.& 75. 123.
Diſc.39.n.32.& 33.de Iudic.notatur. 5.56.& 58. 72.

Diſc.

Digitized by Google

Diſc. 36. n.5.de Relat.Curiæ notatur. 17.16. 265.
Diſc.37.n.10.de Relat.Curiæ exploditur.10.3.158.
Diſc.43. n.7. de Relat.Cur. improbatur. 17.192. pag. 297.
Ludouicus deciſ.Peruſ. 2. n.12. refellitur. 20.47.& 48. 300.
Deciſ.47.n.8.reijcitur 20.157. 307.
Deciſ. 108. declaratur 2.160. 46.
Magonius deciſ. Lucen.73.declaratur 20. 189.308.
Magrettus ad Conſt. Pragm. §.12. obſer. 1. n. 2. & ſeq. refellitur. 30.355.& ſeq. 519.
Mangilius de ſubhaſt. q.54. n.2.& ſeq. & q.55.n.3. ad 8.reprobatur. 31.99. 535.
Mantica de tacit.lib.6. tit. 20. n.22. & ſeq. laudatur. 21.168. 328.
Lib.10.tit.10.n.24.expenditur. 12.51. & ſeq.194.
Lib.11.tit.18. n.8.& 9. reijcitur. 30.194. 504.
Marcheſanus de commiſſ.p.3.de cōmiſſ. prorogat. fatal. §.1.n.108.declaratur. 11. 279. & 280.186.
Marcianus conſ. 45. n.16.exploditur. 11.85. 171.
De Marinis quotid. reſol.lib.2.cap.44. defenditur. 24.87. & 89. 376.
Cap.161. lib.2. laudatur. 24.151. 382.
Marta Vot.Piſan.93.n.7. declaratur.30.166.& ſeq. pag. 502.
Maſtrillus deciſ. 10. n.11. declaratur. 30. 166. & ſeq. 502.
Matienz ad leg. recopil.lib.5.tit.11. leg. 7. gloſ.1. n.58. laudatur. 24.121. 380.
Menochius de recuper. remed. 11. n. 51. reijcitur 28. 68. 472.
Merlinus de legitim.lib.3. tit.2. q.29. redarguitur. 26. 126. & 127. 444.
De pignor.lib.3.tit.2.q.68. reijcitur. 30.324.517.
Lib.3.q.73.n.13. refellitur. 31.23. 530.
Merlinus Pignatellus contr. forenſ.cap.46. centur. 1. reprobatur. 27. 56. & 57. 458.
Cap.90. centur. 1.impugnatur 28.71.& 72. 472.
Arias de Meſa var. reſol.lib.3.cap.37. exploditur. 30.367. 520.
Milazzo aſſert.foreſ.39. laudatur.24.87. 376.
Molegnanus alterc.legal.28. in fine declaratur. 30. 31. 491.
Altercat.40. n.35.refellitur. 24.435. 405.
Molfeſius conſ.57.reprobatur 11.64.& 65. 170.
Ad conſuetud. Neapol.tom.3. p.17.q.4.n.9.reijcitur. 21.114. 324.
Monachus deciſ. Florent.24. n. 29. & ſeq. refellitur 24.204.& 205. 387.
Montanus Contr.forenſ.57. laudatur. 20.265. 313.
Muta deciſ. 23.n.10.declaratur. 31.13.& 14. 524.
Natta conſ.59. n.16. & ſeq. exploditur. 8. 405. & ſeq. 145.
Conſ.155. n.4. declaratur. 7.50. 110.
Neguſantius reſponſ. 98.declaratur 30.168.& ſeq. pag. 502.
Niger de execut.rei iudic.cap.8.§.45.n.50. refellitur. 9.60.& 61. 152.
Cap.25. §.3. n.17.& ſeq.redarguitur. 16.39.& ſeq. pag. 240.
Noalius conſ.83.n.1.reijcitur. 8.229. 131.
Nouius Conſ.97. reprobatur. 21.54. 320.
Nouarius deciſ. Apul.101. refellitur. 24.512.411.
Quæſt. forenſ. lib.2.quæſt.2. impugnatur. 24.151. & ſeq. 382.
Oſaſcus deciſ.1. n.27.declaratur.15.114. 232.
Deciſ.1. n.27. declaratur 15. 98. 231.
Deciſ.8.n.9. refellitur 16.114. 246.
Deciſ.82. declaratur, & defenditur. 29.36.& ſeq. pag. 477.
Pacionus de locat. & conduct. cap.53.n.60. declaratur. 30.31. 491.
Cap.62.n.296.expenditur. 29.131.& 132. 484.
Paſqualigus ad Lauret.deFranchis contr.inter Epiſ. & Regular.p.1.q.10.n.447.reijcitur 24.524. 413.
Petra Rit.248. n.38. in fine refellitur 11.122. 173.
Luca Petus in prax. lib.2.cap.4. n. 16. notatur.8. 367. 142.
Pigantius ad ſtat.Ferrar. Rubr. 23. n.21. reijcitur diſc.vnic. de locis mont. n.134. & 135. 577.
Pilaia deciſ.Canonic.lib.1.deciſ.11. n.30.& ſeq.refutatur. 24.89.& 90. 377.
Poſtius de manut.obſer. 92.n.9. in fine exploditur. 9.129. 156.
Ramonius conſ.11.& 12. declaratur 19.172. 290.
Rendella de iure prothomis. tex.7.verſ. Domi propè Caſtrum n.4.verſ.optima ratio refellitur. 24. 244. 388.
Riccius deciſ. 10.p.1.reprobatur. 24. 549. 414.
Deciſ.138.p.1. refellitur 24.544. 414.
Deciſ.139.p.4. notatur de furto litterario. 15.114. pag. 233.
Ricciullus de Iure perſon.extra gremium lib.2.cap. 16.n.3. & ſeq. exploditur 24. 93. 373.
Ridolphinus in prax. p.1. cap.10. n. 74.reijcitur.8. 22. 131.
Riminaldus Sen.conſ.78.lib.1.impugnatur.23.187. & 188. 363.
Riminaldus Iun. conſ. 461. notatur 23. 159.& ſeq. pag. 363.
Ripa reſponſ.93.reprobatur in Prælud. n.33. & 34. pag. 4.
Rocca diſput.Iur.ſelect. cap.50.n. 27. & ſeq. & cap. 53.n.3.& 4.exploditur. 30.356.& 357. 519.
Cap.163. n.17.& ſeq. laudatur. 24.100. 379.
Roccus reſponſ. legal.4.lib. 1. reijcitur 26. 133. & ſeq. 446.
Rodriguez de execut. rei iudic.cap.1. artic.2. n.14. reprobatur. 13.54. 208.
Rolandus conſ.4. n.3. lib. 63. exploditur. 11.175. pag. 175.
Romanus conſ. 20.n.3. & ſeq.declaratur. 15.123. pag. 233.
Conſ. 309. reijcitur, ac declaratur. 29. 34.39.& ſeq. 477.
Ioſeph de Roſa conſult.forenſ.24.& 25.reprobatur. 30.356.& 358. 519.
Conſult.67. reijcitur. 26.133.& ſeq. 446.
*Rota Bononien.*diuerſ.deciſ.14.n.97.& 109.reijcitur 15.98. 231.
Rota Romanæ deciſ.declaratę, vide *Deciſiones*.
Sanfelicius deciſ. 144. n.10.declaratur. 11. 125. & 126. 173.
Scaccia de appellat qu. 16.limit 1.n.76. impugnatur 15.171.& ſeq. 236.
De commerc.& camb.§.2.gloſ.5. n.438. refellitur 30.382. 522.
De Iudic. lib.1.cap.53.n.37. exploditur 15.121 & ſeq. 233.
De Iudic.lib.2. cap.8.n.889.& ſeq.reijcitur. 9.33. pag. 150.
De Iudic.lib.2.cap.2.q.5.n.204.& 207. refellitur. 20.29.& ſeq. 298.
Scannarola de viſit.Carcer. lib. 3.§.8.cap.4.n.14.ad 16.

16.reprobatur 19.22.& 24. 294.
Scoppa ad Gratian.deciſ.14.n.18. reijcitur in Præl. lud. n.99. 8.
Seſſe deciſ.Aragon.89. n.3.& 4. refellitur 11.160. pag. 176.
Socinnus ſen.conſ.113.n.3.& ſeq. refellitur.19.219. pag. 294.
Spada conſ. 15. n. 1. & 2. lib.1. exploditur 30.194. pag. 504.
Conſ.148.n.13.lib. 1.notatur 15.114. 232.
Conſ.268.n.9.lib.2.refellitur . 30.218. 507.
Sperellus deciſ.54. n.18., & deciſ. 56.n.15.non recipitur . 23.159.& ſeq. 363.
Stracca de decocor.tit.qui potior.in pignor.expenditur.30.381. 522.
Surdus conſ.65.reprobatur in Prælud. n.23. & 24. pag. 4.
Conſ.126. explicatur. 25.196. & 197. 365.
Conſ.205. n.29.& ſeq.approbatur. 29.61. 479.
Conſ.382. reprobatur . 24.514. & 515. 411.
Conſ.387.defenditur.23.189.& ſeq. 364.
Conſ.543.n.8. reprobatur . 30. 128.129. 499.
Deciſ.22.defenditur.8.310. 138.
Deciſ.31.n.10.reijcitur 30.308., & 309. 516.
Deciſ.32.n.2.& ſeq.refellitur .30.372. 521.
Deciſ.97.reprobatur. 30.27. 490.
Deciſ.255. n.28. declaratur. 30.166.& ſeq. 502.
Deciſ.258. n.11. & 12. exploditur . 8.152. & 161. pag. 127.
Theſaurus qq.forenſ.84. lib.2. reprobatur. 30.356. & 357. 519.
Thomatus deciſ.85. n.22. exploditur . 19.89. 284.
Tondutus de preu.p.2.c.58.n.9.declaratur.750.110
Vantius de nullit.ex defect.Iuriſd.ordinariæ.n.101. defenditur 16.40. 240.
Vbertus de citat. cap.14.n.123. reijcitur . 19.172. pag. 290.
Viloſa de debitor ſuſpect.& fugit. c.19. §.3. n.86.& ſeq.declaratur . 19.172. 290.
Vrceolus Conſult.forenſ.cap.36.n.27. refellitur 27. 77.& ſeq. 459.
Conſult.69. reprobatur . 30. 150.& ſeq. 459.
Zuccarus deciſ.Lucen.30.n.8. exploditur 15.102.& ſeq. 232.
Doctores, ac perſonæ, ob doctrinam, & alijs de cauſis laudatæ, vide *Perſonæ*.

DOHANERIVS.

DOHANERIVS Vrbis non præfertur ſuper bonis Subappalratoris pro ſuo credito Dohanæ alijs creditoribus anterioribus . 30.198 504.

DOMINIVM.

EX reſeruatione dominij ſuper re competit prælatio ſuper illa aduerſus alios Creditores anteriores. 30.15. & ſeq. 489.
Etiam ſuper animalibus venditis cum tali dominij reſeruatione. n.8. & ſeq.
Dominij reſeruatio ſat eſt, quod facta ſit in qualibet parte Inſtrumenti etiam poſt clauſulam conſtituti.n.7.
Dominium ante ſolutionem pretij quando translatum in Emptorem, vide *Emptor*.

DOMINVS.

DOMINVS directus pro Canone præfertur ſuper fructibus rei Emphyteuticæ, vide *Creditor in concurſu*.
Præfertur in emptione dominij vtilis, vide *Retractus*.

DOMVS.

DOMVS æſtimatio quomodo fiat, ſi vendatur coacte in vim *l.ſi quis ſepulchrum* &c. 24. 178.& 179. pag. 416.
Domus diuiſæ per ſolaria refectio ad quem ſpectet. 23. 231.241. 367.
Reficitur ſolarium propè ſolum à domino primi ſolarij, & alij domini ſuperiores reficiunt propria apparramenta . n.232.
Dominus ſolarij inferioris, non tenetur fulcire fundamenta ceſſante ſeruitute . n.235. & 236.
Dominus ſolarij ſuperioris, ſi vult fulcire fundamenta Domus, non poteſt hoc facere ſine licentia domini ſolarij inferioris. n.238.
Nec poteſt ſi collabatur domus cogere dominum ſolarij inferioris ad reficiendam domum. n.240.
Dominus ſolarij inferioris poteſt in eo aperire portam, ſi non noceat ſolario ſuperiori.n.235.& 236.
Si recipiat damnum à pluuia ſolarij ſuperioris, vbi adeſt tectum, poteſt cogere huius Dominum ad illud reficiendam. n.240.

DONATIO.

DONATIO cauſa mortis venit ſub nomine vltimæ voluntatis. 15.5. 225.

DOS ASSECVRANDA.

DOS eſt aſſecuranda ob vergentiam mariti ad inopiam . 31.2.& ſeq. 529.
Dotis aſſecuratio conceditur quando maritus incipit malè vti ſubſtantia ſua n.7.
Petitur via ordinaria tam de iure, quam ex ſtatuto Vrbis, & via libelli . n.8.& 9.
Fit citato marito, nec ſunt citandi huius creditores . n.10
Et conceditur per viam actionis.31.22.& 23. 530.
Petitur executiuè ſtante obligatione Camerali ſuper illius reſtitutione, etiam conſtante matrimonio . n.11.& 12.
Contraria opinio declaratur . n.13.& 14.
Petitur etiam excipiendo contra creditores mariti probata illius vergentia ad inopiam . n.15.& ſeq.
Non eſt neceſſaria tali caſu declaratio Iudicis ſuper tali vrgentia . 31.17.& ſeq. 530.
Aſſecuratione petita per viam exceptionis debet vxor admitti ad probandam vergentiam mariti ad inopiam . 31. 18.
Non admittitur aſſecuratio etiam per viam exceptionis aduerſus creditores anteriores . n.21.
Aſſecuratio non datur pro dote ſolum confeſſata. n.24.
Secus ſi confeſſio ſit adminiculata ibid. n.25.
Dotis aſſecuratio non fit ſuper alijs bonis, quando adeſt fundus dotalis ibid.n.26.
Secus ſi corpora pro dote ſint data æſtimata ibid. n.27.
Aſſecurationi dotis vt ſit locus, debet probari vergentia mariti ad inopiam, & de illius probatione, vide *Vergentia*.
Aſſecuratio dotis conceditur, ſiue maritus vergat ad inopiã caſu, ſiue propria culpa. 31.44.531.
Aſſecuratio fit etiam donationis propter nuptias. n.45.
Et etiam pro paraphrenalibus datis marito vltra dotem. ibid.n.46.
In dotis aſſecuratione veniunt etiam expenſæ litis ibid.n.47.
Et etiam fructus dotis à die petitæ aſſecurationis. ibid. n.48.

Dotis

Dotis aſſecuratio non retardatur per beneficium deducto ne egeat. n. 49.

Datur etiam contra maritum minorem. 31. 50. 532

Et contra Socerum vergentem ad inopiam, qui recepit dotem. ibid. n. 51.

Contra creditorem poſteriorem, qui recepit pecunias cum cautione de reſtituendo. ibid. n. 52.

Et contra tertium poſſeſſorem poſteriorem doti. ibid. n. 53.

Excuſſio antequam agatur contra tertium tali caſu non requiritur. Vide *Excuſſio*.

Dotis aſſecuratio vxori non competit ſuper bonis à marito venditis cum illius conſenſu. num. 59. & 60.

Eſt facienda effectiuè in ſtabilibus, & non cum cautione. ibid. n. 61.

Non competit vxori, quæ ſcienter nupſit marito inopi. 31. 62. 533

Contraria opinio refertur, & quod tali caſu ſaltem præſtetur cautio. ibid. n. 63. & 64.

Et cautio à muliere poteſt peti etiam data in illa ſcientia inopiæ mariti. n. 66. & 67.

Et quando cautio non ſufficiat. ibid. n. 68.

Dotis aſſecuratio an detur, ſi vxor poſt inopiam mariti tacuerit per decennium. ibidem num. 69. & 70.

Dotis aſſecuratio fit ſuper vno, vel pluribus corporibus per æſtimationem, non per ſubhaſtationem. ibid. n. 71. & ſeq.

Æſtimatio tali caſu debet fieri largè. n. 74.

Non poteſt aſſecuratio dotis fieri ſuper corpore excedente in valore ſummam dotis, n. 75.

Et aſſecurata muliere in certis corporibus, alia ſubhaſtantur fauore creditorum. ibid. n. 76.

Et ſi fuerint conſignata bona plus valentia, corrigitur exceſſus. 31. n. 104. 536.

Dos ſi ſit aſſecurata ſuper certis corporibus, an mulier, conſtante matrimonio, poſſit ab illis ad alia variare. 31. 79. & ſeq. 534

Dotis aſſecuratio non eſt vera dotis reſtitutio ibidem n. 82. & 83.

Contrarium tenentes referuntur. ibid. n. 84.

Prior opinio retinetur. ibid. n. 85.

Dotis aſſecuratio eſt quædam ſequeſtratio. ibidem n. 87.

Mulier in bonis receptis pro aſſecuratione dotis eſt ſimplex adminiſtratrix, vt cum illorum fructibus ſe, maritum, & familiam alat. ibid. num. 86.

Et ſi fructus pro alimentis ſuperabundent, ſpectant ad creditores mariti. ibid. n. 88.

Nec maritus poteſt illos repudiare in præiudiciũ creditorum. 31. n. 89. 535.

Et ſi vxor poſt aſſecurationem dotis recedat à marito, fructus dotis debent ſtare penès illum. ibid. num. 90.

Dotis aſſecuratione facta ſuper bonis fideicommiſſi, hæc non exeunt à fideicommiſſo. ibidem num. 91.

Et bona data vxori pro aſſecuratione dotis non poſſunt ab illa alienari. n. 92. & 93.

Dotis reſtitutio facta à marito extraiudicialiter, conſtante matrimonio cum clauſulis tranſlatiuis dominij eſt vera reſtitutio. 31. 108. & 109. 536.

Secus ſi ſit facta colluſiuè. ibid. n. 112.

Et tali caſu contra mulierem competit ius offerendi. ibid. n. 110.

Et percipit mulier hoc caſu integros fructus. ibidem num. 113.

Et ſi bona tunc creuerint in valore cedit augumentum fauore mulieris. ibid. n. 111.

Secus ſi data ſint pro aſſecuratione, nam pereunt damno mariti, ceſſante culpa vxoris. 31. 96. pag. 535.

Et tunc augumentum, & decrementum ſpectat ad maritum. ibid. n. 97.

Bona recepta pro aſſecuratione dotis non poteſt mulier ſibi appropriare ſine ſubhaſtatione. ibid. n. 94. & 95.

In iudicio aſſecurationis dotis non competit creditoribus contra mulierem ius offerendi per dationem dotis in pecunia. n. 98. & ſeq.

Secus ſi mulier ageret actione hypothecaria, & pro adiudicatione bonorum quoad dominium. 31. 102. & 103. 536.

Vel ſi mulieri facta ſit vera dotis reſtitutio. ibid. num. 110.

Dote aſſecurata in bonis, horum fructus non poſſunt ſequeſtrari à creditoribus mariti. ibid. num. 107.

Fructus percepti, & conſumpti per mulierem vltra quantitatem alimentorum ex bonis datis pro aſſecuratione dotis non reſtituuntur. ibid. num. 114.

Dotis aſſecuratio, ſuperuenientibus diuitijs mariti, reuocatur. ibid. n. 115.

Contraria opinio refertur cum reiectione contrariorum. 31. 116. & 117. 537.

Et quid ſi diuitiæ ſuperueniant, pendente lite ſuper aſſecuratione. ibid. n. 117. & 118.

Dote aſſecurata, ſi mulier euadat prodiga, debent ſequeſtrari bona pro alimentis eiuſdem, & familiæ. n. 120.

A ſententia ſuper aſſecuratione dotis prolata non datur appellatio ſuſpenſiua, ſed deuolutiua. 31. 136. pag. 538.

Et quando ſecus. ibid. n. 137.

Dotis aſſecurationi quando nec ne ſit locus. Vide Remiſſiuè ibid. 138.

DOS QVOAD HYPOTHECAM.

DOS habet tacitam hypothecam cum prælatione creditoribus habentibus ſimilem tacitam hypothecam. 30. 319. 516.

Non præfertur talis hypotheca tacita pro dote creditoribus habentibus hypothecam expreſſam anteriorem. n. 319.

Dos, ac eius augumentum præfertur illis, qui crediderunt pecunias ad emendam, vel reficiendam rem. 30. 321. & 322. 517.

Et præfertur in bonis poſtea queſitis etiam creditoribus anterioribus. ibid. n. 322.

Contrarium tenent alij. ibid. n. 323.

Prior opinio canonizata per Rotam Romanam retinetur. ibid n. 324.

Si agatur de duabus dotibus in bonis poſtea queſitis præfertur dos anterior. ibid. n. 325.

Præfertur tamen ſuper bonis poſtea queſitis illa dos, cum qua illa acquiſita fuerunt. ibidem num. 326.

Dos, & Fiſcus in bonis poſtea quæſitis pari priuilegio vtuntur. ibid. n. 327.

Dos præfertur Fiſco. ibid. n. 328.

Non tamen præfertur in bonis poſtea queſitis à Tutore in præiudicium pupilli creditoris. ibid. num. 329.

Dotis hypotheca expreſſa poſterior cedit hypothecæ tacitæ anteriori competenti contra Adminiſtrarorem Loci Pij. n. 330.

DOS A' FRATRE DANDA SORORI.

DOS à fratre ſotori ſolùm in ſubſidium,& deficiëtibus bonis lineæ aſcendenrium, dari debet. 32. la 1. & ſeq. & num. 9. pag. 540.

Dos ſubſidiaria ſorori etiam à fratre minore conſtitui debet. ibid. n. 2.

Etiamſi fratet non ſit hætes Patris. ibid.n.3.

Etiam à fratte Clerico, nedum ex bonis Patrimonialibus, ſed etiam ex fructibus Beneficij. ibid. u. 4. & 5.

Et licet ſoror habeat bona aliundè pro dote, ſed non ſufficientia. ibid. n, 6.

Dos à fratte primi gradus tantùm debet couſtitui etiam ex fideicommiſſo tranſuetſalis. ibidem num. 7.

Dos ſorori in concutſu fratris conſanguinei tantùm, & vtrinque coniuncti debet ab hoc conſtitui. n. 8,

Dos eſt conſtiruenda ab hærede Pattis puellæ dotandæ. 32.la 1. 10. 541.

Non debet neque in ſubſidium conſtitui ſotori à fratre vterino. ibid. n. 11. & 12.

Contraria opinio tefertur, & firmatur. ibidem n. 13. & ſeq.

Dos danda à fracre vterino in qna quantitate, & quibus conſideratis ſit conſtituenda. 32. la 1. 25. & ſeq. 542.

Dos à fratre hærede Patris cenſetur conſtiruta de patrimonio Parris. ibid. n. 40. & 42.

Dos, quod ſit conſtirura à fratre de proprio debet per illum probari concludenter.32.la 1. 41.& 43 pag. 543.

Dos in dubio cenſerur conſtituta de bonis aſcendenrium in concutſu coniecturarum hinc inde. ibid. n. 45.

Dotem, ſi fracer prætendat ad ſe teuerſam ex ſtatuto Vrbis, deber probare illam conſtitniſſe de proprio. ibid. n. 43. & 44.

Dos non cenſetur à frarre couſtituta de proptio, ſi adminiſtrabat bona patetna, ſed de bonis patetnis. ibid. n. 51.

Idem, ſi bona ſororis poſſidebat. ibid. n, 54.

Idem, ſi ſolus fratet ſit hæres, ac ſoror ſit ex cluſa à ſtatuto. ibid. n. 55.

Idem, ſi ſoror ſit creditrix legati, vel ſit conuentum, quòd renunciet bonis parernis, & maternis. ibid. n. 46.& 47.

DOS SVCCEDENS LOCO LEGITIMÆ.

NON poteſt grauari. 32. la 1. 80. 545

Dos talis, non obſtante grauamine illi appoſito, ſi mulier illi non conſentijt, tranſit libera in illius hæredem. ibid. n. 81.

Dos, quæ non ſuccedit loco legitimæ poteſt granati. ibid. n. 82.

Dos licet non ſuccedat loco legitimæ ex ſtatuto, adhuc ſi pater filiam agnouit in ſuam, non recipit grauamen.n. 83.

Dos dara non præſumitur excedere quantitatem legitimæ, & contrarium prætendens, debet hoc probare. ibid. n. 84. & ſeq.

Doti onus appoſitum ſuſtinetur fauore filiorum, & cenſetur tatificatum per contractum matrimonij ibid. n. 88.

DOS NOVA CONSTITVI DEBET.

DOS in ſubſidium conſtituta à fratre, ſi fuerit per ſororem amiſſa, non renetur fratet nouam dotem conſtituere. 32. la 1. 32. 542.

Contraria opinio verior retinetur. ibidem num. 33. & 34.

Præcipuè noua dotatio à fratre fieri debet, quando eſt hæres Patris. ibidem num. 35.

Dos à Patre conſtituta, ſi ſit deperdita, tenetur frater redorare de proprio, etiamſi non adſint bona Patris. ibid. n. 36.

Dos noua à ſorore non poteſt prætendi, ſi primam propria culpa amiſit. ibid. n. 38.

Dos noua, quando conſtitui debet, hoc ſit ſolum in caſu nouarum nuptiarum. ibid. n.37.

DOTIS RESTITVTIO,

COMPETIT mulieri ſoluto matrimonio contra hæredes mariti, ex proceſſu cum hoc facto pro illius aſſecuratione. 31. 127. 537.

Dotis reſtitutio fieri debet, ſi maritus euadat bannitus cum confiſcatione bonorum. num. 128. & 129.

Secus ſi maritus ſit condemnatus in aliam pœnam, quam mortis, qno caſu eſt ſolum locus aſſecurationi dotis. ibid. n. 130.

Dotis reſtitutioni eſt locus, ſi maritus ſit longè abſens, & de breui non reuerſurus. 31. 138. pag. 538.

Similiter in caſum ſeparationis thori ob culpam mariti. ibid. n. 132, & 133.

Secus ſi ex culpa vxoris. ibid. n. 135.

Dotis reſtitutio vna cum fructibus venit in conſequentiam ſeparationis thori. ibidem nu, 133. & 134.

DOS VARIA.

PRO dote an competat via executiua, Vide *Via executiua*.

Onus fideicommiſſi, vel pacti reuerſiui in dote, quando ſuſtineatur. Vide *Pactum reuerſiuum*, & annot. 32. la 1. n. 47. & ſeq. 543

Dotis reſtitutio an retardetur per exceptionem non redditæ rationis, Vide *Mulier*.

Dos data ab vno ex ſocijs propriæ filiæ an cedat damno ſocietatis,vel ſocij.Vide *Diuiſio*,& annot. 21. n.171.& ſeq. 328

Dos tamen finita ſocietate, à qualibet ſocio conſtituitur de proprio eius filiabus. n. 172.

Pro dote deſcendentis poteſt alienari etiam totum fideicommiſſum. Diſc. vnic.de locis mont. n. 319. 594.

Dos data à Patre filiæ cum pacto renunciationis bonis paternis, ac maternis, quando ſit profectitia, vel aduentitia. 32. la 1. 97. 546.

DVBITATIO.

DVBITATIO eſt animi paſſio cum præciſa ignorantia cui parti ſit adhærendum. 1. 66. pag. 27.

E

ECCLESIA

GAVDET priuilegijs minorum. 30. 342. 518.

Eccleſiæ fauore in dubio amplectenda eſt opinio illi fauens. ibid, n.343.

Eccleſia habet hypothecam ſuper bonis ſui Admini-

Digitized by Google

niſtratoris. Vide *Hypotheca*.
Non habet hypothecam pro alijs creditis. 30. 345. 518.
An reſtituatur aduerſus lapſum inſtantiæ. Vide *Inſtantia*.

EGREGIÆ PERSONÆ.

Quæ ſint, & de illorum priuilegijs. Vide *Perſonæ egregiæ*.

EMANCIPATIO.

EMANCIPATIO expreſſa, vel tacita debet ab allegante probari. 12. 140. 200.

EMPHYTHEVSIS.

EMPHYTHEVSIS quando dicatur contractus, vel locationis. 28. 5. 468.
Jn dubio præſumitur potius locationis. n. 6.
Emphytheuſis tamen præſumitur ſi fiat ſolutio canonis etiam immoderati in recognitionem directi dominij. 28. 13. 469.
Præcipuè ſi à principio pro habenda emphyteuſi nihil fuit ſolutum. ibid. n. 15.
In emphyteuſim hodie bona conceduntur regulariter pro canone correſpondente fructibus. ibid. num. 16.
Præcipuè ſi canon fuit conuentus pro re non ſterili, ſed fructiſera. ibid. n. 17.
Emphyteuſis præſumitur contractus, ſi talem illum partes nominarunt. 28. 28. & 29. 470.
Et ex modicitate penſionis, ſeu Canonis. ibidem num. 25.
Et ex reſeruatione laudemij. ibid. n. 26.
Et ex conceſſione rei facta ad meliorandum. ibid. num. 27.
Ex regreſſu ad rem conceſſam conuento in caſu moræ in ſoluendo reſponſionem. ibidem num. 28.
Emphyteuſis potius præſumitur, quam locatio fauore Eccleſiæ. ibid. n. 29.
Emphyteuſis, & locatio ex ſtatuto Vrbis fuere exequatæ in hoc, ne poſſit Domino refricari quæſtio dominij. ibid. n. 31.
Emphyteuſis ad effectum ſolutionis Canonis, laudemij, ac appoſitionis lapidis in re emphyteuticaprobatur ex varijs aſſertiuis, & coniecturis. n. 42. & 43.

EMPHYTEVTA.

NON poteſt retardare reſtitutionem rei emphyteuticæ ſub prætextu dominij ſuperuenti. 28. 2. pag. 468

EMPTOR.

EMPTOR non poteſt cogi ad ſolutionem pretij, antequam illi tradatur libera res vendita. 27. 7. pag. 455.
Emptori, ſi non fuit tradita res libera, competit actio ad damna, & intereſſe. 27. n. 8. & ſeq. pag. 455. & n. 32. 456.
Damna, & intereſſe præcipuè veniunt, ſi ſint promiſſa cum obligatione Camerali. 27. 16. & 17. 455.
Et poteſt pretium ſolutum repetere. n. 19.
Habet ius retinendi pretium, & ſimul agere pro traditione rei liberæ. ibid. n. 20.
Et poteſt agere vel pro reſciſſione contractus, vel quod res libera tradatur, prout ipſe voluerit. 27. 21. 456.
Et poteſt pretium retinere, ſicut poſſet illud ſequuta euictione repetere. ibid. n. 22. & 27.
Pretium non tenetur ſoluere ob moleſtias ſibi illatas, non præſtita cautione per venditorem de illum ſeruando indemnem. ibid. n. 26.
Emptori ſi ſit promiſſa res libera, debet talis tradi, & non per æquipollens. ibid. n. 33.
Et ſi in re vendita adſit cenſus, tenetur venditor ab illo eam liberare. 27. 43. 457.
Emptor ob ſeruiturem in re empta inuentam poteſt agere contra venditorem actione quanto minoris. 27. 49. & ſeq. 458.
Et etiam pro reſciſſione contractus, ibidem n. 53. & ſeq.
Si adſit dolus venditoris, ſecus eo ceſſante, quo caſu poteſt ſolum agere actione quanto minoris. ibid. n. 62.
Emptor poteſt agere in Salulano contra tertium, ſtante hypotheca pro liberatione rei ſibi venditæ. n. 59.
Emptori non ſufficit pro traditione rei liberæ conſenſus vocatorum ad fideicommiſſum de præſenti, nec conſenſus nulliter præſtitus. 27. 43. pag. 457.
Et an promiſſio rei liberè extendatur ad credita conditionalia, vel tunc ſufficiat cautio. nu. 47. & 48.
Emptor ſtante conſenſu habentis intereſſe ſuper re vendita nihil prætendere poteſt contra venditorem. 27. 81. 459.
Emptor, ſi ſolum à certo creditore poteſt moleſtari, portionem pretij pro tali credito tantum poteſt retinere. 27. 82. 460.
Emptor ad retardandam ſolutionem pretij poteſt ſibi moueri facere litem ſuper re empta. 27. 84. pag. 461.
Non tenetur ſoluere pretium non data cautione, ſi ſuper re ſibi vendita fuit mota lis. n. 85.
Et cautio prædicta, ac pro euictione quando præſtari debeat. Vide *Cautio de euictione*.
Emptor, vt poſſit agere de euictione tenetur denunciare litem venditori, Vide *Intimatio moleſtiarum*. & annot. 27. n. 115. 465
Emptor etiam facta denunciatione moleſtiarum tenetur ſe defendere, & etiam appellare. 27. 149. & 150. 463.
Tenetur ſolum appellare, ſi adſit malum ius ex parte illius, qui obtinuit ſententiam. num 151.
Non tenetur appellare, ſi per venditorem ſit remiſſa appellatio. 27. 152. 466.
Nec teneatur appellare, quando clarè conſtat de malo iure venditoris. ibid. n. 153.
Et emptor agit de euictione, etiam non denunciata lite, ſi venditor non oſtendit habuiſſe defenſiones pro excludenda euictione. ibidem n. 156. & 157.
Poteſt bonam fidem agnoſcendo euictionem mediante ſolutione euadere. ibid. n. 158.
Et etiam tali caſu tranſigere, & tranſactio afficit venditorem. ibid. n. 159. & 160.
Emptor iuſtitiam euictionis oſtendit, ſi deducat credita clara euincere volentis, ſi aduerſus illa venditor non oſtendat defenſionem. ibid. n. 162. & ſeq.
Emptor, qui denunciauit litem ad aliquid non tenetur, ſi euictio ſequuta ſit ex facto Iudicis iniuſto. n. 154.
Emptor quando teneatur denunciare litem venditori,

tori, & qnando illa non facta adhuc agat de euictione. Vide Remiſſiuè. 27.165. 467.
Emptor an poſſit compromittere ſuper re empta, non denunciato venditore. Vide *Compromiſſum habet locum*.

ÆMVLATIO.

ÆMVLATIO in ædificando, vel aperiendo feneſtras non præſumitur, ſed debet probari. annot. 23. n.65. pag.355.& n.216. 366.
Etiamſi per mille annos quis illas non apernerit, vel clauſas retentas velit iterum aperire. 23.66. pag. 355.
Præcipuè ſi ædificans, vel aperiens feneſtras hoc faciat ad propriam vtilitatem, licet vicino damnum inferatur. n.67.
Æmulatio ceſſat etiam ex modica vtilitate ibid. num. 68.
Et ceſſat ſi cum illa ſit admixta vtilitas ibid. num. 69.
Æmulatio reſultat ſi ex ædificio nulla, vel ſatis modica ædificanti reſultat vtilitas ibid. n.70.
Ædificare, ac aperire feneſtras quis præſumitur ad propriam vtilitatem, non ad æmulationem ibid. num. 72.
Æmulatio deducitur ex quo quis aliundè, abſque proſpectu in domum vicini, poteſt aliundè habere lumen ibid.73.
Æmulatio quando necne adſit remittitur arbitrio Iudicis, & quid idem inſpicere debeat. n.71.

EPISCOPVS.

EPISCOPVS poteſt eſſe Iudex in cauſis ſuę Eccleſię, & Menſæ Epiſcopalis. 2.130. 45.
Sed poteſt in dictis cauſis recuſari ibid. n.132.
Epiſcopus, verius eſt, quod non poſsit eſſe Iudex in cauſis ſuæ Menſæ, & etiam non recuſatus careat Iuriſdictione. annot. 2. n. 132. pag. 45. & n.138. 46.
Epiſcopus, & eius Vicarius in cauſis Eccleſiæ, ſed non Menſæ poſſunt procedere, ſi non recuſentur. 2. 140. 46.
Epiſcopo ſuſpecto poteſt eius Vicarius recuſari. n. 142.& 143.
Epiſcopus poteſt cognoſcere de cauſis ſuſpicionum ſui Vicarij, quando non agitur de intereſſe menſæ annot. 2. num. 145. pag. 46. & num. 264. & 265. 55.
Epiſcopus poteſt recuſari, ſi eius Vicarius ſit ſuſpectus, quando huius votum ſequi tenetur. 2. 146. 46.
Epiſcopo ſuſpecto non eſt ſuſpectus Vicarius Apoſtolicus ibid.n.147.
Epiſcopus poteſt allegari ſuſpectus, qnando procedit ad priuandum Clericum beneficio ob non reſidentiam ibid.n.148.
Non poteſt allegari ſuſpectus in viſitatione ibid. num.149.
Si tamen procedat extraiudicialiter ad correctionem morum, ſecus ſi iudicialiter ad pœnam, vel priuationem ibid.n.150.& 151.
Epiſcopus præſens in Diœceſi, & non arbitri, cognoſcit de cauſis ſuſpicionum delegati ab Epiſcopo. 2.266.& 267. 55.
Abſente tamen Epiſcopo à Diœceſi, cognoſcunt arbitri ibid.n.268.
Sed quod de illis cognoſcat Vicarius Epiſcopi ibid.n.269.
Epiſcopus tamen ſi ſit ſuſpectus cognoſcunt arbitri ibid.n.270.

ERROR.

ERROR debet probari ab allegante, cum non præſumatur. 21.217. 332.
Error in diuiſione ex quibus probetur vide *Diuiſio*.

ESCVLENTA.

ESCVLENTA, & poculenta recipere Iudicibus non licet ex ſenſu plurium Doctorum ex legibus nouiſſimis. 1.129. 31.
Contrarium ſeruatur de conſuetudine. 1.130. 32.
Eſculentorum receptio per Statuta Vrbis non eſt prohibita. 1.143.& 144. 33.
Eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſunt, recipere non eſt prohibitum. 5.229. 86.
Contraria opinio firmatur annot. 1. n. 133. & ſeq. pag. 32.& annot. 5.n.230. 86.
Eſculenta, & poculenta vide etiam *Iudex*.

EVICTIO.

EVICTIO in diuiſione etiam iudiciali debetur. 21. 235. 333
Sed ſi non fuit promiſſa cum hypotheca, non poteſt pro ea agi contra tertium. n.234.
Non debetur in diuiſione, ſi ſic fuerit conuentum ibid.n.236.
Non debetur ſi quis ſcienter in diuiſione receperit rem Emphyteuſi, vel fideicommiſſo ſubiectam, ceſſante conuentione ibid. num. 237. & 238. vide *Diuiſio*.
Euictio tali caſu an debeatur ob inæqualitatem ibid.n.239.
Non debetur in diuiſione facta per teſtatorem, niſi culpa hæredis res eſſet euicta. 21. 240. & 241. pag. 333.
Secus ſi in hunc caſum euictio ſit promiſſa ibid. num.242.
Euictio in diuiſione quando debeatur ibid. n.243. & vide *Diuiſio*.
Euictio emptori non debetur, ſi illi res euincatur vigore retractus ſtatutarij. 24.450. 406.
Et ſolum tunc à venditore reſtituitur pretium. num.451.
Euictio debetur etiam in retractu, ſi in talem caſum ſit promiſſa ibid.n.453.
Idem ſi promiſſa ſit generaliter in quemcumque caſum ſequatur euictio. n.454.
Euictio quando debeatur ex cauſa retractus vide ibid.n.455.
Euictionis promiſſio in quo differat ab obligatione tradendi rem liberam. 27.60.& 61. 458
Euictio vt præſtetur requiritur denunciatio litis vide *Intimatio moleſtiarum*, & annot. 27. n. 115. pag. 463.
Pro euictione qnando ſit præſtanda cautio vide *Cautio de Euictione*.

EXAMEN.

EXAMEN teſtium deberet fieri per ipſoſmet Iudices. 9.11.& ſeq. 149.
Examen in cauſis infra ſcuta quinque Romæ fit per Iudices oretenus nihil ponendo in ſcriptis. n.14.& 15.
Examen factum ſine Interrogatarijs elapſo termino ad illa dandum eſt validum. 9. 47. & 48. pag. 151.
Factum ſine interrogatorijs in actis productis eſt nullum. n.53.
Etiam coram Iudice remiſſoriali. n.44.
Si tamen fuit in illorum productione proteſtatum,
quod

quod examen non fieret ſine Interrogatorijs, ſecus ceſſante tali proteſtatione. 9.54. 152.

Et tunc examen factum ſine Interrogatorijs Rota non attendit, ſi teſtes non repetantur ſuper Interrogatorijs. n.56.

Et talis nullitas examinis facti ſine interrogatorijs poteſt ſemper opponi durante lite ibid. n.57.

Repetitio teſtium examinatorum ſine Interrogatorijs fit expenſis illius, qui nulliter fecit examen ſine illis. n.58.

Et quando ſecus vide *Repetitio teſtium*.

Examen factum ſine Interrogatorijs ea die, qua fuere producta eſt validum. 9.60.& 61. 152.

Eſt validum ſi factum ſine Interrogatorijs effectiuè in actis productis, nec ſufficit illorum conſignatio facta Interpreti. n.64.

Eſt nullum factum ſine Interrogatorijs in actis productis, etiamſi Interpres pro Interrogatorijs non acceſſerit. n.65.

Examen ex Statuto Vrbis debet fieri cum Interrogatorijs re integra productis. 9.69. 153.

Examen quando reiteratur ſuper Interrogatorijs, non eſt opus nouo iuramento. n.70.

Secus ſi primum iuramentum ſit reſtrictum ſuper articulis eod. n.70.

Examinis nullitas tollitur per dationem interrogatoriorum, ac electionem Interpretis. n.73.

Examinis nullitas ex defectu citationis non eſt conſiderabilis, ſi data ſint Interrogatoria. n.75.

Si tamen data ſint à perſona legitima ibid. n.76.

Examinis nulli ſanatio commiſſa arbitrio Rotæ facilè conceditur, ſi data ſint Interrogatoria ibid. n.82.& 83.

Maximè ſi teſtes examinati ſint mortui ibid. num.84.

Examinis nulli ſanatio per dationem Interrogatoriorum non procedit quoad tertios intereſſatos, qui illa non dederunt ibid. n.85.

Examen non eſt nullum, ex quo priùs factum ſuper articulis, quam ſuper Interrogatorijs ibid. num.86.

Si maximè Interpres fuit præſens, & non contradixit ibid. n.87.

Secus ſi in remiſſoria datus ſit ordo examinandi prius ſuper Interrogatorijs. n.88.

De Stylo Curiæ Romanæ ſit prius ſuper interrogatorijs ibid. n.89.

Examen quando nullum, quia factum ſine Interprete, vide *Interpres*.

EXCEPTIO.

EXCEPTIO excuſſionis quando nec ne admittatur, vide *Excuſſio*.

Compenſationis quando procedat, vide *Compenſatio*.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur aduerſus depoſitum. 12.153. 202.

Nec aduerſus Schedulam Pagherò, vide *Schedula Pagherò*.

EXCVSSIO.

Reijcitur ſi procedatur *ſola facti veritate inſpecta*. 15. 83. 230.

Secus ſi proponatur ad merita cauſæ ibid. n.84.

Excuſſio contra bona mariti vergentis ad inopiam fieri debet à muliere antequam agat contra tertios. 30.54. 532.

Contraria opinio firmatur vti verior ibid. n.55.

Præcipuè ſi adſit obligatio Cameralis, conſtitutum, & promiſſio reſtituendi dotem, tam conſtante, quam ſoluto matrimonio ibid. n.56.

Nec quando mulier agit in Saluiano ibid. n.58.

Excuſſio non requiritur, quando quis eſt notoriè non ſoluendo ibid. n.57.

EXECVTIO.

EXECVTIO ſententiæ fit per Iudicem à quo, quando Iudex ad quem declarauit cauſam deſertam. 11.229. 183.

Fit per Iudicem ad quem, quando hic in meritis confirmauit ſententiam Iudicis à quo ibid. num.128.

EXECVTIVE'.

EXECVTIVE' quando procedit poſſit contra tertium, & an pro dote, vide *Via executiua*.

EXECVTOR.

IVDEX Executor in partibus datus à Rota an poſſit ibi allegari ſuſpectus, vide *Iudex Suſpectus*.

An poſſit reſecare Interrogatoria ſibi tranſmiſſa in rotulo Remiſſoriæ, vide *Interrogatoria teſtium*.

EXEMPTIO.

MACELLARII in Vrbe poſſunt coerceri à Conſeruatoribus 32. la. 2. n. 72. & 73. 554.
Pro pretio carnis ſunt chirographarij vide *Creditor*.

MAGISTRATVS.

MAGISTRATVS officium, ſeu Decurionatus non poteſt obtineri ante annum vigeſimum quintum. 32. la. 2. n. 208. 564.
Annus tamen ceptus habetur pro completo. n. 209.
Minor poteſt ad magiſtratum eligi, ſi deficiat numerus Ciuium ætate maiorum, vel ex conſuetudine. n. 210.
Prout ſi minor habeat filios. n. 211.
Magiſtratu durante non poteſt quis conuenire, nec conueniri in Iudicio. n. 212.
Secus ſi de priuilegio non opponatur. n. 213.
Prout ſi cauſa cœpta ſit ante adeptum Magiſtratum. n. 214.
Magiſtratui poteſt nunciari nouum opus. 32. la. 2. 216. 565.
Prout Magiſtratum exercens poteſt conueniri in rebus non patientibus dilationem, & tempore perituris. n. 217.
Poteſt accuſari durante officio, ſi in illo deliquerit. n. 218.
Quando poſſit ſyndicari, vide *Syndicatus*.

MAGISTRI VIARVM.

MAGISTRI Viarum in Vrbe fuere ad curam viarum reſtituti à Martino V. annot. 22. n. 57. pag. 340. & n. 149. 347.
Et fuit eorum munus confirmatum à Pontificibus ſucceſſoribus n. 150.
Habent in Vrbe, & Diſtrictu curam circa viarum refectionem, & expurgationem. 22. 56. 340.
Cogunt laycos ad viarum refectionem, & Camerarius cogit ad idem Eccleſiaſticos. 22, 108. & 109. 344.
Procedunt ad exactionem taxæ viarum manu Regia. 22, 129. 345.
Eorum Iuriſdictio non extenditur vltra Diſtrictum Vrbis. 22. 151. 347.
Secus ſi procedant vna cum Præſide Viarū. n. 152.
Magiſtri viarum ex Statuto Vrbis eliguntur per annum duo Nobiles Romani n. 153.
Eliguntur hodie à Papa. n. 154.
Eorum officium eſt nobiliſſimum, & ſtant capite diſcoperti prope Papā, dum æquitat. n. 158. & ſeq.
Magiſter viarum de anno 1689. qui eſſent. n. 160.
A ſententijs Magiſtrorum Viarum hodie appellatur ad Cameram. n. 155. & ſeq.
Magiſtri viarum in illarum refectione quid curare debeant. 22. 161. & 162. 348.
Cognoſcebant prius de cauſis retractus non hodie. n. 164.
Quas facultates habeant. n. 165.
Non ſunt hodie ſubiecti Syndicatui, ſed forte non bene. n. 163.

MANDATVM DE SOLVENDO.

MANDATVM, ſeu ordo de ſoluendo non eſt ſolutio, vnde decoctio illius, qui dedit ordinem, cedit damno illum dantis. 26. 163. & 170. pag. 450. & n. 175. 451.
Mandatum ſimplex de ſoluendo continetur in literis cambij. 26. 164. 450.
Non importat ſolutionem, & cenſetur datum pro faciliori exactione, & non in extinctionem debiti. n. 165. & 166.
Non datur regreſſus contra dantem tale mandatum, non excuſſo prius eo, cui erat directum. n. 171.
Contrarium firmatur. n. 172.
Nec requiruntur aliquæ diligentiæ, quando ille, cui erat directum, erat notoriè non ſoluendo. n. 173.

MANDATVM PROCVRÆ.

MANDATVM ſpeciale requiritur ad declarandum ea, quæ ab animo principalis pēdent. 2 65. p. 40.
Maxime ſi declaratio debet eſſe iurata. 24. 63. pag. 374.

Item ad recuſandum Iudicem ſuſpectum vide verbo *Recuſatio* .
Et ad petendam reſtitutionem in integrum principaliter, & quando ſufficiat generale vide *Reſtitutio in integrum principaliter* .
Non requiritur ſpeciale contra illum, contra quem petitur reſtitutio 6. 97. 97.
Speciale requiritur ad dandas poſitiones, ac illis reſpondendum, vide *Poſitiones* .
Similiter ad dandum, ac reſpondendum partito deciſiuo, vide *Partitum deciſiuum* .
Ad petendum retractum, vide *Retractus* .
Ad iurandum ſuſpectum debitorem. 19. 47. & 51. pag. 281.
Sed ſufficere mandatum procuræ cum libera. n.49.
Et etiam generale, ſi ſubſequatur ratificatio. n.50.
Sed non ſufficere mandatum generale. n.51. & 52.
Generale mandatum ſufficit, ſi periculum ſit in mora, vt quia debitor ſit in actu fugæ. n.53.
Mandatum habens ad obtinendum mandatum ſuſpicionis fugæ dicitur illud habere cum facultate iurandi ſuſpectum debitorem. n.54.
Mandatum habens ad aliquid faciendum, dicitur illud habere ad grrendum omnia neceſſaria pro adimplendo mandato. n.56. & 58.
Sub mandato veniunt ea omnia, ſine quibus mandatum remaneret inefficax. n.59.
Mandatum ad obtinendam capturam requiritur ſpeciale, ſed non indiuiduum. n.60.
Mandatum licet ſtricti Iuris extenditur ad connexa, & ad alia, ſi verba generalia id patiantur. 19. 62. 282.
Limitatum ad certum quid non poteſt extendi. 6. 89. 96.
Mandatum ſpeciale ad obtinendam capturam requiritur, quia mandans poſſet cadere in pœnam. 19. 64. 281.
Sed Dominus poteſt cadere in pœnam, ſi facultas obtinendi capturam contineatur in mandato virtualiter. 19. 66. 282.
Mandatum ad tranſigendum non extenditur ad compromittendum. 20. 13. 297.

MANDATVM SVSPICIONIS FVGÆ.

MANDATVM ſuſpicionis fugæ requirit probationem crediti liquidi. 19. n.2. & 5. p.277. & n.14. & ſeq. 278.
Creditum tamen probatur etiam ex ſcripturis priuatis. 19. 3. & 6. 277.
Etiam ex teſtibus examinatis abſque citatione. n. 4.
Ex ſcriptura etiam non recognita. n.6.
Contrarium eſt verius. n.7. & 8.
Prior opinio procedit ſi debitor ſit profugus, cum tunc ſufficiat iuramentum creditoris. n.10.
Et ſufficit creditum canonizatum per ſolas deciſiones Rotales. n.9.
Et creditum probatum cum ſolo iuramento creditoris ſufficit, ſi periculum ſit in mora. 19. 11. pag. 278.
Et tale iuramentum eſt diuerſum ab illo, quod præſtatur ſuper ſuſpicione debitoris. n.12.
Creditum tamen poſt aſſecuratum iudicium vna cum deterioratione plenè probari debet. n.13.
Mandatum ſuſpicionis fugæ, ac captura illius vigore ſequuta debet iuſtificari ex deductis ante illius relaxationem. n.15.
Non poteſt relaxari pro credito incerto, & illiquido. n.18. & ſeq.
Relaxatur probato credito in ſubſtantia, ac præſtito iuramento ſuper illius quantitate. n.21.
Relaxatum pro certa ſumma contra tutores, curatores, adminiſtratores, ac ſocios eſt nullum. 19. n. 22. & 23. 279.
Secus ſi petatur mandatum ad factum pro redditione rationis, & non pro reſtitutione certæ ſummæ. n.24. & ſeq.
Eſt nullum ſi ſit conceſſum pro credito ſuſpenſo per ſuperſeſſoriam. n.29.
Prout ſi fuit obtentum pro credito, à quo fuit appellatum. n.30.
Secus ſi poſt appellationem ſuperueniat noua cauſa ſuſpicionis, & periculum fugæ. 19. 31. & 33. pag. 280.
Non poteſt obtineri pro credito præſcripto, & quando ſecus. n.34. & 35.
Ex ſtatuto Vrbis ſuperueniente deterioratione debitoris poteſt relaxari pro credito conditionali, & in diem. n.36.
Contra filios familias quando poſſit relaxari. n.37 & 38.
Nec contra minores, vel mulieres, ſi ſint ſine ſolemnitatibus obligati, & quando ſecus. n. 39. & 40.
Poteſt relaxari in vim crediti reſultantis ex confeſſione extraiudiciali debitoris. n.41. ad 45.
Non tenet ſine iuramento creditoris ſuper ſuſpicione. 19. 47. & 48. 281.
Non tenet obtentum à Procuratore non habente mandatum ſpeciale ad iurandum, & quando tale mandatum adſit, vide *Mandatum Procuræ* .
Iuramentum duplex pro validitate mandati ſuſpicionis fugæ quando requiratur, vnum ſuper ſuſpicione, & alterum ſuper credito. 19. 71. pag. 282.
Requiritur probatio deteriorationis debitoris poſt contractum debitum. n.71. & 72.
Saltem debet fieri talis probatio poſt capturam. n.73.
Ceſſat deterioratio, ſi de tempore capturæ idem erat ſtatus debitoris. n.74.
Ex ſtylo Curiæ mandata ſuſpicionis fugæ conceduntur etiam non probata deterioratione debitoris. 19. 77. 283.
Et deterioratio, quando periculum eſt in mora, probatur iuramento. n.78.
Non eſt probanda deterioratio, ſi nedum aduenit dies ſolutionis, ſed debitor fuit etiam condemnatus ad ſoluendum. n.79.
Captus cum mandato ſuſpicionis fugæ, quando non ductus ad præſentiam Iudicis dicatur nulliter carceratus. n.86. & 87.
Mandatum ſuſpicionis fugæ non poteſt relaxari contra poſſidentem ſtabilia ſuperantia valorem crediti. n.88.
Secus ſi ſint modici valoris, & non æquantia creditum. 19. 89. & ſeq. 284.
Vel bona ſtabilia ſint intricata hypothecis, & non æquiualentia credito. n.92. & 93.
Executio mandati ſuſpicionis fugæ non retardatur cum Non grauetur conceſſo vigore poſſeſſionis ſtabilium non citatis creditoribus. n. 94. & 95.
Et donec citato creditore probetur poſſeſſio de-

bet præſtari cautio de non diſcedendo ab Vrbe. n.95.

Talis cautio non debet præſtari pro modico debito, pro quo non intrat captura. n.96.

Mandatum ſuſpicionis fugæ an impediat poſſeſſio locorum Montium vide *Loca montium an ſint ſtabilia*.

Et an per debitorem poſſidentem cenſus actinos. 19. 100. & 101. 285.

Nou conceditur pro fructibus cenſus. n.102.

Nec pro credito nouato, vel extincto. 19. 140. pag. 288.

Nec contra hæredem, non diſcuſſo prius, an ſit talis. n.147.

Si tamen dubitatur de diſperſione bonorum hæreditariorum, debet hæres cauere. n.148.

Et etiam hæreditates iacentes, ſi dubitatur de diſperſione bonorum mobilium, deſcribuntur, & deponuntur. n.149. & 150.

Non poteſt relaxari contra perſonam Illuſtrem, ac nobilem. 19. 151. 289.

Contrarium, ſi non ſint Illuſtres ordinis Magnatierij. n.152. & ſeq.

Nec contra gaudentes beneficio deducto ne egeat. n.156.

Secus ſi ſumus in caſu, in quo quis tali beneficio ſit priuatus. n.157. & 158.

Nec conceditur, ſi petatur per viam reconnentionis, & quando ſecus. n.159. 160. & 161.

Nec contra debitorem prius conuentum ſer. ſer., niſi fuerint reſeruarum Ius obtinendi mandatum ſuſpicionis fugæ. n.162. & 163.

Mandati ſuſpicionis fugæ executio non retardatur ſub prætextu cuiuſuis priuilegij, vel ſuperſeſſoriæ. 19. 173. & 174. 290.

Mandata ſuſpicionis fugæ durantibus ferijs Natiuitatis, ac Reſurrectionis Domini non exequuntur Romæ ſine Exequatur AC., Gubernatoris, vel Senatoris. n.165.

Cum mandato ſuſpicionis fugæ relaxaro ſine citatione debitor captus non ſoluit expenſas, ſed creditor. 19. 203. & 204. 292.

Mandatum ſuſpicionis fugæ quando nec ne poſſit relaxari. 19. 227. 294.

Mandatum ſuſpicionis fugę vide etiam *Suſpectus de fuga*.

MANVMISSIO.

MANVMISSIO ſeruorum vide etiam *Libertas*, & *Conſeruatores Vrbis*.

Licet illam facere Conſeruatoribus Vrbis, & priuilegium manumittendi à quo, & qua de cauſa fuerit indultum annot. 37. la 2. num. 136. & ſeq. ſol. 558. & n. 141. & ſeq. 559.

Si tamen ſerui velint fieri Chriſtiani. n.150.

MATRIMONIVM.

POTEST contrahi à filijs ſine conſenſu Parentum. 4. 34. 66.

MEDICINALIA.

MEDICINALIVM pretium cum ſit ſucci herbarum, quomodo deſalcetur. 30. 101. 497.

Et quale ſit, ac eius taxa in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico. n.102. & 103.

Medicinalium taxa particularis in aliquo monaſterio quando ſeruanda, & non illa generalis Status Eccleſiaſtici. n.104. & 105.

Pro medicinalibus aromatarijs quę prælatio competat vide *Aromatarius*.

Competit in Vrbe poſt Piſtores. 30. n.110. 498.

Non competit tamen prælatio pro ſaccaro, cinnamomo, & alijs dulcibus. 30. 106. & 107. pag. 497.

Secus ſi data ſint ad curandos infirmos. 30. 108. pag. 498.

Competit prælatio etiam pro paneis medicinalibus datis ſamulis in bonis dominorum. n.109.

Medicinalium præſcriptio quanto tempore inducatur, vide *Præſcriptio*.

MELIORAMENTA.

MELIORAMENTA faciens in re, habet ſuper illa ſola retentionem. 30. 275. & 277. 512.

Et ſi res meliorata diſperdatur ceſſat talis prælatio. n.276.

Si vero pars rei melioratæ remaneat, poteſt ſuper illa prætendi prælatio in totum. n.277.

Retrahere volens, quæ melioramenta reficiat emptori, vide *Retractus in Genere*.

Melioramenta refici debent tertio poſſeſſori executiuè conuento pro dote in vim Statuti Vrbis. 14. 44. & ſeq. 220.

MERCATOR.

MERCATORES tenentur conficere, cuſtodire, & exhibere libros, vide *Exhibitio*, & etiam *Libri*.

Inter mercatores exigitur maior in negotiando candor, quam inter priuatos. 12. 88. 196.

Inter illos obſeruantia communis facit ius. 15. 43. pag. 227.

In illorum cauſis proceditur de bono, & æquo, omiſſis apicibus Iuris. n.45.

Habent mercatores ſundacales in Vrbe pro mercibus prælationem pro ſcutis 50. n.46. & annot. 30. n.113. 498.

Talis prælatio vt competat quid mercatores probare debeant. n.114. & ſeq.

Mercatores fundacales Romæ ex priuilegio Pij V. habent prælationem pro mercibus datis Prælatis. 30. 132., & ſeq. 499.

Etiam pro illis datis Abbatibus Inſignibus viuentibus more Prælatorum. n.137. 500.

Non præferuntur tamen illis, qui dederunt cibaria. 30. 133. 499.

Nec Aromatarijs. 30. 138. 500.

Nec Piſtoribus. n.139.

Mercatores Riparum Vrbis præferuntur pro pretio vini dati Cauponibus ſuper vino, ac ſtilijs Gabellario gabellæ vini. 30. 196. 504.

Et ſuper mercibus ab ipſis venditis, & quomodo in alijs bonis debitoris pro pretio mercium. n.197. & 198.

Habent hypothecam pro credito ex cauſa mercium ſuper bonis debitorum. 30. 311. 516.

Si tamen cum eorum libris concordet partitum Proxenetæ ſuper credito. n.312.

Secus ſi liber diſcordet à partito Proxenetę. n.314. & 315.

Et ſi plures mercatores concurrant, attenditur prioritas hypothecæ reſultans ex libris vniformibus cum partito Proxenetæ. n.316.

MERCENARII.

MERCENARII ſuper re eorum opera reddita maioris valoris præferuntur. 17. 113. & 118. 260.

Non præferuntur in Vrbe Piſtoribus pro pretio panis. n.116. & 117.

Mercenarij pauperes in concurſu præferuntur, & quomodo probetur paupertas. n.114. & 115.

Mer-

Digitized by Google

Mercenariorum Campeſtrium Iudex Romæ qui ſit, ac eius iuriſdictio vide *Iudex Mercenariorum*.

MERCES.

Merces quouſque exiſtunt in negotio habentur pro ſtabilibus. 21. 145. 333.
Secus diſſoluto negotio, cum tunc habeantur pro mobilibus. n.246.

MERCES.

MERCES, ſeù ſalarium requirit, quod pro ea fiat depoſitum, vel ſi excedat ſcuta decem, detur cautio in forma depoſiti. 17. 1. 250.
Et præcipuè in Tribunali Gubernatoris Vrbis. 17. 2. 251.
Fit tantum depoſitum mercedis diurnæ, vel menſtruæ. n.3.
Et Statutum Vrbis quoad depoſitum procedit in mercede menſtrua, vel diurna ibidem.ibid.n.4. & n.39. 253.
Nec Reus auditur non facto prius depoſito 17.5. 251.
Et ſolum retardatur depoſitum exceptione iuramenti calumniæ, & ſpecificationis qualitatis mercedis. n.6. & 7.
Mercedis depoſitum fit ad hoc, vt cauſæ mercenariorum celeriorem habeant terminationem. n.8.
Depoſitum fit pro mercede in pecunia, & etiam in mobilibus. n.9.
In mercede debita artifici, qui fecit opus cum ſuis materialibus non fit depoſitum. n.10. & ſeq.
Non intrat mercede mixta ibid. nu. 13. & nn. 15. pag. 252.
Secus ſi merces laboris ſit ſeparabilis à pretio materiæ. 17. 14. 251.
Merces conuenta in certo pretio pro qualibet canna muri, quando muro integrè non facto poſſit peti in parte. 17. 16. 252.
Merces à ſartoribus, ſutoribus, & ſimilibus non poteſt peti niſi finito opere. n.19.
Mercedis depoſitum non fit pro ſalario Aduocatorum, vel Procuratorum. n.20.
Nec pro mercede Copiſtarum. n.21.
Secus ſi Iuuenes Copiſtarum ab his petant mercedem. n.22.
Non fit depoſitum mercedis fauore Proxenetarum pro eorum proxenetico. n.23.
Competit tamen pro ea via executiua. n.24.
Non intrat pro mercede antiqua, & quando famulus poſt receſſum à ſeruitio illam petit pro multis annis. n.26.
Nec intrat contra tertium, vel hæredem non legitimata perſona. n.27.
Secus contra bona hæreditaria illius, cui fuit præſtitum ſeruitium. 17. 28. 253.
Nec competit pro mercede petita per viam reconuentionis. n.29.
Secus ſi creditum domini à quo petitur merces non ſubſiſtat. n.30. & ſeq.
Prout ſi creditum mercedis ſit maioris quantitatis, quam ſit creditum petitum per dominum contra famulum. n.33.
Mercedis depoſitum debet fieri etiam à Cardinalibus. n.36. & ſeq.
Mercedis depoſito an ſit locus plurimum in hoc pollet arbitrium Iudicis, & quid in hoc ille aduertere debeat. n.40.
Mercedis depoſito licet non ſit locus, adhuc pro ea proceditur ſummariè, & executiuè. n.41.
Mercedis ſolutio Operario quando non poſſit retardari ſub prætextu operis malè facti. 17. 57. 255.
In cauſis mercedum pauperibus debitarum non datur appellatio ſuſpenſiua maximè in Tribunali Gubernatoris. n.58.
Et paupertas famulorum præſumitur. n.60.
Et appellatio reijcitur, ſiue merces ſit debita famulis, ſiue artificibus. n.59.
Sed admittitur appellatio ceſſante paupertate petentis mercedem. n.61.
Prout admittitur in mercede non conuenta, & ſi agatur inter illos, qui non conſueuerunt locare, vel conducere operas. n.62.
Prout in mercede arbitrata à Iudice exceſſiuè, datur appellatio in exceſſu. n.63.
Et an ſit in cauſa mercedis admittenda appellatio, plurimum pollere debet arbitrium Iudicis. n.64.
In cauſis mercedum quando admittendus, vel reijciendus recurſus. n.65. & 66.
Mercedis, ac ſalarij materia à quibus pertractata. 17. 72. 256.
Merces Campeſtris habet plura priuilegia in Vrbe, & in illa proceditur etiam in diebus feſtiuis. n.17. 84. & ſeq. 258.
In illa proceditur extraiudicialiter, nec aliquis Iudex Romæ poteſt inhibere Iudici mercenariorum Campeſtrium. n.94. & ſeq.
Pro mercede Campeſtri in Vrbe debitores carcerantur pro quauis ſumma etiam minima. 17. 102. & 103. 259.
Contra illam non admittitur dilatio ad ſoluendum, nec ceſſio bonorum. n.104.
Pro illa fit executio ſuper pallio, & pecunijs in crumena, non præcedente ad hoc ſpeciali citatione. n.105.
Poteſt fieri pro illa executio perſonalis in locis immunibus. n.106.
In cauſis mercedis Campeſtris in Vrbe Gubernator Vrbis, nec ipſa Signatura ſe intromittit, ſi non excedant ſcuta quinque. n.108.
Mercedis Campeſtris Iudex qui ſit, & eius iuriſdictio, vide *Iudex Mercenariorum*.

MINOR.

MINOR compromiſſum an facere poſſit ſine ſolemnitatibus, vide *Compromiſſum*.
An læſus in diuiſione reſtituatur, vide *Diuiſio*.
Et an poſſit diuiſionem facere, ac ad illam prouocare ſine ſolemnitatibus, vide pariter *Diuiſio*.
Minor reſtituitur in integrum aduerſus lapſum temporis à ſtatuto præfixi ad redimendum. 24. 428. pag. 405.
Læditur ex quo illi lapſum ſit tempus ad retrahendum. n.429. & 430.
Nec debet probare aliquam læſionem. n. 431. & ſeq.
Non reſtituitur ad retrahendum aduerſus lapſum temporis ex legibus Galliæ, & Hiſpaniæ. n.436.
Nec reſtituitur ad petendum retractum in Vrbe vigore Bullæ Gregorianæ. n.437. & 439.
Fallit ſi non ſit legitimè interpellatus. n. 438.
Minor quando poſſit alienare ſtabilia, ex quibus cauſis, & cum quibus ſolemnitatibus, vide *Alienatio*.

MISERABILES.

MISERABILES perſonæ ſunt pupilli, virgines, viduæ, ac diuturno morbo fatigati. 17. nu. 200. pag. 268.

Non

Non ſunt ſubiectæ Iuriſdictioni priuatiuæ Burgi. n.199.

MOLENDINVM.

MOLENDINA in fluminibus natantia non ſunt ſtabilia. 25. 13. 419.
Poſſunt à minoribus, vel mulieribus alienari ſine ſolemnitatibus Statuti Vrbis. n.14.
Et quando ſecus ex Statutarijs. 25. 23. 420.
Secus quoad molendina ſolo affixa, cum ſint ſtabilia. n.15. & 16. 419.
Contrarium tenentes declarantur. 17. & ſeq.
Super molendinis ſolo affixis poſſunt imponi cenſus. n.17.

MOLESTIÆ.

MOLESTIÆ intimandæ venditori, vide *Intimatio moleſtiarum*.
A moleſtijs tenetur venditor liberare emptorem, vide *Venditor*, & etiam *Emptor*.

MONS PIETATIS.

MONS Pietatis Vrbis pro pecunijs datis mutuo ſuper pignore mobili habet prælationem. 30. 386. pag. 322.
Etiam Mons Pietatis Neapolis habet ſimile priuilegium. n.386.
Vide etiam *Pignus*.

MORA.

MORA etiam ſtante iuramento poteſt purgari de æquitate Canonica, in terminis quoque Statuti Vrbis, ſi ius partis non ſit effectum deterius. 4. 31. 65.
Mora 27. dierum eſt modica. 26. 168. 450.
Mora temporis conſiderabilis in exigendo, nocet illi, qui non exegit, & debebat exigere. 26.159. pag.449. & n.188. ad 193. 451.

MVLIER.

MVLIER an poſſit eligi arbitratrix vide *Arbitri*.
Mulieri non competit reſtitutio in integrum aduersùs lapſum temporis à ſtatuto præſcripti ad petendum retractum. 24.435. 405.
Non poteſt illi retardari dotis reſtitutio per exceptionem non redditæ rationis. 14.47. 210.
Secus ſi oſtendatur ad manus mulieris tot bona perueniſſe, ex quibus potuit ſatisfieri. n.48.
Mulier pro ſua dote quando ſubhaſtantur à Creditoribus bona mariti poteſt eligere corpus ſibi benè viſum pro ſua dote ad æſtimationem. 31. 76.& 77. 533.
Et ſi corpus ab illa electum plus valet, quam eius dos, reſtituit reſiduum in pecunia creditoribus. 31. n.78. pag.534.& n.104. 536.
Mulier quando poſſit à corpore electo pro aſſecuratione dotis ad aliud variare. 31. 79. & ſeq. pag. 534.
Non tenetur pro ſuæ dotis aſſecuratione recipere pecuniam, & quando ſecus. 31.98.& ſeq. 535.
Mulieri, ſoluto matrimonio, volenti retinere pro ſua dote bona mariti, poſſunt huius creditores illam offerre in pecunia. 31.105.& 106. 536.
Mulier, cui fuit à marito vergente ad inopiam reſtituta dos cum tranſlatione dominij, non poteſt vrgeri executiuè à creditoribus mariti. n.108. & ſeq.
Mulier quoad aſſecurationem dotis vide *Dos quoad aſſecurationem*.

MVLTIPLICVM.

MVLTIPLICI vinculum appoſitum à Principe pro reintegratione fideicommiſſi non poteſt tolli per Iudices diſc. vnic. num. 336. 595
Multiplicum ordinatum per teſtatorem faciendum vſque ad certam quantitatem poteſt per hæredem compleri cum proprijs bonis liberis diſc. vnic. n. 347.& 348. 596.

MVNERA.

MVNERVM receptio pro miniſtranda iuſtitia eſt Iudicibus prohibita. 5.228. 86.
Ex munerum receptione omne officium etiam ſanctum peruertitur. 1.119. 31.
Munera etiam in Eſculentis, & poculentis quando Iudicibus prohibita, vel permiſſa vide *Eſculenta*, & etiam *Iudex*.

MVRVS.

MVRVS proprius dicitur illius, qui habet in illo caminum perforantem totum parietem. 23. 1. pag. 352.
Ex quo in illo habet latrinam pariter perforantem totum murum. n.2.& 3.
Ex tignis per illum immiſſis per totam ſpiſſitudinem parietis. n.4.& 5.
Ex quo quis habet tectum propriæ Domus in totum recumbens ſuper pariete. n.6.
Ex feneſtris penetrantibus totum parietem. n.7. 8. & 17.
Non tamen præſumitur proprius ex tignis, vel feneſtris penetrantibus totum parietem, ſi aliundè conſtet de communione illius. n.9.
Si perforetur ab vno in totum, & ab alio pro dimidia præſumitur proprius illius, qui totum perforauit. n.10.
Murus ſi ex pluribus ſignis appareat proprius alicuius, ſi alter immiſerit ſuper eo tigna, præſumitur hoc feciſſe iure ſeruitutis. n.11.
Sed cenſeri immiſſionem factam iure communionis. n.12.
Et quando ſecus. n.13. ad 16.
Murus præſumitur proprius illius, ſuper cuius ſolo fuit ædificatus. n.18.
Idem ſi ducta recta linea à muro proprio alicuius appareat, parietem controuerſum eſſe in eodem profilo, nam & hic præſumitur illius. n.18.
Et præſumitur proprius illius, cuius expenſis oſtenditur ædificatus. n.19.
Et ſi ſuper illo habeat tectum, & ſtillicidium protendens vltra proprium parietem, & ſuper Domum, vel Curtile vicini. ibid. n. 20. & n. 23. 353.
Præſumitur proprius illius, cuius tecto coopertus reperitur. n.21. 352.
Maximè ſi ſit altior, & antiquior Domo vicini. 353. 22.
Dicitur proprius illius, qui habet lapides protenſos vltra partem, vel feneſtrellas verſus eamdem partem. n.24.
Secus ſi conſtet de contrario principio conſtructionis parietis. n.25.
Et præſumitur proprius illius, cuius proprium terrenum ſuſtentat. n.26.& 27.
Ex quo habet alios muros proprios confinantes eiuſdem antiquitatis, qualitatis, & groſſitiei. n. 28.30.& 33.
Secus ſi conſtet de dominio alterius ſuper muro colligato, licet eiuſdem ſtructuræ. n.34.
Præſumitur proprius illius, qui ſuper eo plura opera antiqua fecit tendentia in ſolam vtilitatem facientis. n.31.
Et ex quo ſuſtinet ſolum tigna, ac alia onera domus

Digitized by Google

mus prætendentis proprietatem. num. 32.

Præſumitur quoque proprius illius, ſine quo eius Domus ſtare non poteſt, & quæ tota ſuper eo recumbit.n.35.

Ex quo antiquitus in aliquo Inſtrumento fuit enunciatus paries proprius alicuius.n.36.

Enunciatiuam huiuſmodi eſſe æquiuocam firmatur.n.37.

Probatur etiam parietem eſſe proprium alicuius ex relatinne peritorum.n.38.

Et ſi periti diſcordant ſtatur dicto plurium, & veriſimilia per rationes deponentium.n.39.

Et vide *Periti*.

Muri proprietas non probatur ex teſtibus etiam qualificatis, ſi probent contra rei euidentiam, & acceſſus præſeferat contrarium. 23.44. & 45. pag. 354.

Muri proprietatem ſpectare ad aliquem probatur ex acceſſu Iudicis ad locum differentiæ, & hæc eſt excelſior probatio.n.46.& ſeq.

De muri proprietate ſi clarè conſtet non eſt locus electioni peritorum.n.48.

Muri proprietas in aliquo probatur ex ſola poſſeſſione in fabricando, non probato quod ſolum ſit alterius.n.50.

Muri dominio, ac proprietate probata in parte, totus præſumitur proprius.n.51.

Murus præſumitur proprius illius, qui habet pro ſe plura, ac magis vrgentia ſigna proprietatis.n.52.

Et è contra præſumitur communis, ſi pro communione adſint plura, ac vrgentiora ſigna.n.53.

Muri proprietate probata fauore alicuius, ſi alter aliquid fecit, vel immiſit in tali muro, præſumitur id feciſſe iure ſeruitutis, vel liberalis conceſſionis.n.54.

Et ſi quis dicat id feciſſe titulo communionis, & hæc excludatur, non poteſt poſtea deducere titulum ſeruitutis.n.55.

Et probata proprietate parietis in aliqua perſona, ſi alter ſuper illo aliquid fecerit, & non doceat quo titulo, debet opus factum remoueri.n.56.

Murus ſi eſt proprius alicuius, non poſſunt feneſtræ in eo exiſtentes claudi à vicino cum fabrica. num. 57.

Et ſuper muro proprio alicuius non licet alteri inuito Domino aliquid facere.n.58.

Murus proprius poteſt eleuari vſque ad Cœlum, etiamſi per mille annos non fuerit eleuatus, ſi non præceſſit prohibitio cum acquieſcentia.n.59.

Etiamſi per eleuationē quis reſpiciat in Domum, aream, vel hortum vicini, ſi id faciat ad proprium vtilitatem.23.60. 355.

Et etiam ſi per eleuationem fiat damnum luminibus vicini.n.61.

Si tamen ceſſet emulatio, & ſeruitus.n.61.

Si verò adſit ſeruitus, vel expreſſa, vel tacita deducta ex coniecturis non poteſt fieri eleuatio parietis, nec aperitio feneſtrarum.n.62.

Et quando muri proprij eleuatio fieri poſſit ſi non tollatur omninò lumen vicino.n.63.& 64.

MVRVS COMMVNIS.

MVRVS COMMVNIS pro diuiſo quando dicatur. 23. 84. 358.

Et qui dicatur murus communis pro indiuiſo. 23. 85.& n.87.& 88. 359.

Murus communis pro diuiſo dicitur; quando vterque ſocius eo vtitur non perforando totum parietem, ſed dimidiam illius.n.86.

Dicitur communis pro indiuiſo quando vterque ſocius eo vtitur perforando totum parietem per immiſſionem tignorum.n.87.& 88.

Præſumitur communis pro diuiſo ceſſantibus ſignis in contrarium.n.89.

Muri communio non præſumitur ſed eſt probanda ab allegante.n.90.

Muri communio probatur per ſigna, & coniecturas.n.91.& 92.

Præſumitur communis ſi exiſtat inter duas Domos, & illas diuidat.n.93.

Et præſumitur communis quoad proprietatem ex poſſeſſione parietis in communi.n.94.

Et ex quo fuit communibus expenſis fabricatus. n.95.& ſeq.

Et ex quo ex parte prætendentis communionem adſunt lapides, & ſimilia, quæ protenduntur vltra parietem.n.101.

Pariter ex feneſtellis relictis ex parte illius, qui prætendit communionem.n.102.

Et ex tignis, ac alijs immiſſis ex parte illius, qui prætendit communionem.n.103.

Et ſi illorum immiſſio facta ſit vltra dimidiam parietis præſumitur communio pro indiuiſo. 23. 104. 360.

Ex tignorum immiſſione non probatur communio parietis, ſi ex alijs appareat quod eſt proprius alterius.n.105.

Muri poſſeſſio ſi ſit communis, tignorum immiſſio cenſetur facta iure communionis, non ſeruitutis. num.106.

Murus præſumitur communis ex tignis colligatis pro ſuſtinendis vitibus in pariete ex parte prætendentis communionem.n.108.

Et ex foraminibus, & fracturis, vbi antiquitus adereant trabes, quæ ſuſtinebantur in pariete ex parte illius, qui prætendit communionem. num. 109.

Et etiam ex Inſignijs depictis in pariete ab eo, qui prætendit communionem.n.111.

Ex quo feneſtræ exiſtentes in muro fuere clauſæ expenſis communibus.n.112.

Ex relatione peritorum atteſtantium de parietis communione.n.113.

Et præferuntur periti, qui ſuper hoc reddunt rationem per ſigna magis concludentia. n. 114. & 115.

Probatur ex teſtibus de communione deponentibus, maximè ſi hoc faciant deducendo ſigna communionis.n.116.& 117.

Præſumitur communis, ex quo fabricatus in ſolo communi.n.118.

In concurſu ſignorum ſuper proprietate, vel communione parietis præferuntur euidentiora, quæ concurrunt pro communione.n.122.& 123.

Muri communio probata ex pluribus ſignis non tollitur, ex quo in aliqua parte parietis adſint ſigna in contrarium. n.119.& 120.

Et probata communione, illa non tollitur, ex quo alter ſocius habeat plura tigna in illo immiſſa, quam alter, perforantia totum parietem. n. 119. & 120.

Murus communis in extremitatibus præſumitur talis in medio.n.110.

Et

Et communis in vna parte pręſumitur talis in alia. n.124.& 125.

Maximè ſi ſit probata communio in maiori parte parietis.n.126.

Communis in parte inferiori dicitur talis etiam in parte ſuperiori ſuperædificata ſaltem in potentia.n.127.

Muro communi ſuperædificato ſi alter ſocius vti velit tenetur ad dimidiam expenſarum. 23. 100. pag. 359

Muro ſuperædificato in pariete communi poteſt alter ſocius vti, ſoluendo portionem pretij, & eo vti,etiamſi claudantur feneſtræ in eo apertæ à ſocio.23.128. 361.

Nec ſocius tali caſu ædificando tenetur relinquere aliquod ſpatium.n.129.

Murus an ſit communis, Iudex ex loci viſione, ſignis, ac relatione peritorum diudicabit. n. 130.

Murus communis ſi egeat refectione debet expenſis communibus refici.23.98, 359.

Secus ſi ſocius velit illum reficere voluntatiè ad propriam vtilitatem, & non ad neceſſitatem. num. 99.

MVRVS COMMVNIS QVOAD SVPERÆDIFICATIONEM.

Super muro communi deſtinato ad eleuandum poteſt ſuperædificari, ſecus in deſtinato ad diuidendam vnam Domum ab alia. 23.130. 361.

Murus quando dicatur ſimpliciter diuiſorius. num. 131.

Præſumitur diuiſorius, & non deſtinatus ad eleuandum,ſi ſit ſubtilis, ac fragilis, & conſtructus ex creta, & materia non apta ad ſuperædificandum.n.132.

Secus ſi in loco fuerit conſuetum fabricari cum creta, & pariti adhuc reſiſtant,poſſe ſuperædificari.n.133.

Murus etiam diuiſorius depreſſus poteſt eleuari pro maiori ſecuritate clauſuræ.n.134.

Super *muro* diuiſorio, quod poſſit ſuperædificari non eſt incompatibile.n.135.

In *muro* diuiſorio, quod non poſſit ſuperædificari melior eſt conditio prohibentis eleuationem.136. 137.& 139.

Murus in dubio non præſumitur deſtinatus ad eleuandum.n.138.

Murus non dicitur deſtinatus ad eleuandum,ſi in eius vertice adſit tectum, vel tabulatum. num. 140.

Prout ſi in vertice ſit ad dorſum Aſini, vel factus pro ſecuriori clauſura Domus, Curtilis, vel Viridarij.n.141.

Idem ſi in vertice paries habeat coronam. 23.142. pag. 362.

Super *muro* communi pro diuiſo deſtinato ad eleuandum, licet ædificare verſus partem propriam. num. 143.

Si tamen fabrica poſſit fieri non tangendo partem ſocij.n.144.

Poteſt in illo à ſocio fieri latrina, vel caminus, ſi non ſit adeo ſubtilis, vt ab excauatione ſocius damnum recipiat. n.145.

Super *muro* communi pro indiuiſo apto ad eleuandum poteſt ſocius ſuperædificare. n.146.

Etiamſi ædificium noceat ſocio, dum prodeſt ædificanti, & hic non ædificet ad æmulationem. num. 147.

In *muro* communi regulariter non licet ædificare inuito ſocio.n.148.

Intelligitur hoc ſi murus non eſt deſtinatus ad eleuandum, & ædificium ſocio noceret, & non prodeſſet ædificare volenti.n.149.& 152.

Murus ſi eſt deſtinatus,& aptus ad eleuandum melior tunc eſt conditio ſocij ædificare volentis. num. 150.

Regula,quod melior ſit conditio ſocij prohibere volentis ædificium, procedit in pariete ſimpliciter diuiſorio, & non deſtinato ad eleuandum. 23.151.& n.207. 366.

In muro communi deſtinato ad eleuandum poteſt ædificari, licet obſcurentur & claudantur feneſtræ ſocij. 23.152. 362.

Etiamſi per longum tempus non fuerit facta eleuatio, ceſſante prohibitione eleuandi cum acquieſcentia, ac præſcriptione.n.153.& 154.

Et etiamſi alter ſocius priùs aperuiſſet feneſtras in eodem pariete communi. 23.155. 363.

Et licet per eleuationem diminuerentur lumina prohibere volentis ædificium. num. 156. 160. & ſeq.

In muro deſtinato ad eleuandum conſideratur ſola vtilitas ædificare volentis, & non damnum prohibere volentis eleuationem.n.157.

Maximè ſi ædificium multum prodeſt ædificare volenti, & parum, aut nihil alteri nocet. n.157.

Murus dicitur deſtinatus ad eleuandum ex quo habet bona fundamenta, eſt groſſus, & aptus ad onera ferenda.n.168.

Murus pro ſola clauſura ſolet eſſe ſubtilis, & depreſſus.n.169.

Et regulariter, ſi ſit ſubtilis, & confectus ex creta, non dicitur aptus ad eleuandum.n.170.

Secus ſi ſocius velit ex ſuo latere proprijs expenſis fulcire murum, itaùt vicinus damnum non ſentiat.n.170.

Murus dicitur deſtinatus ad eleuandum ex morſis in eius vertice relictis.n.171.

Ex quo alias ſuper eo fuit ſuperædificatum. 23. 172. 364.

Probatur, quod ſit aptus ad eleuandum ex relatione peritorum.n.173.174.& 182.

Probatur ex planta, acceſſu, ac circumſtantijs à loci viſitatione reſultantibus.n.177.

Murus in dubio debet cenſeri deſtinatus ad eleuandum.n.178.

Murus diuiſorius, & ſolum pro clauſura, quando poſſit eleuari.n.179.& 180.

Murus an ſit deſtinatus ad eleuandum remittitur arbitrio Iudicis iuxta circumſtantias relatas. num. 181.

In muro communi non poteſt aperiri latrina, nec caminus.23.194.& 198.& ſeq. 365.

Secus ſi murus ſit ita groſſus, vt in eo poſſit fieri excauatio, quæ non excedat dimidiam parietis. n.205.& ſeq.

Muro communi ex Statuto Vrbis, & Conſtit. Gregorij XIII. quis poteſt vti ad quemcumque effectum.23.208.221.& 222. 366.

Hoc ſtatutum procedit etiam in muro ſimpliciter diuiſorio.n.222.

Contrarium ponitur.n.223.& 224.

Sed Statutum intelligitur ſi murus ſit aptus ad ſuſtinendum onus ſuperædificati.n.209.& 224.

Et Conſtitutio procedit ſi ex ædificio ſequatur or-

natus Vrbis, ſecus illo ceſſante . 0.210. & ſeq. & n.228.& ſeq. 367.
Super muro communi non poteſt ſuperædificari, ſi adſit ſeruitus, ne luminibus officiatur, vel adſit æmulatio.23.214.& 215. 366
Murus proprius, vel communis, & ad ſuperædificandum aptus quando dicatur.23.242. 368.

N

NEGATIVA .

Negatiua non facti teſtamenti quomodo probetur diſc.vnic.n.90. 573.
Negatiua probatur ex dictis teſtium veriſimiliter informatorum, licet illam non coarctent.n.91.
Probatur per partis confeſſionem relatam à teſtibus.n.92.
Negatiua non ſolutionis fructuum locorum montium probatur ex inſpectione librorum, in quibus ſolet adnotari, & illa noo reperitur. diſc. vnic. n.206. 582.
Et probatur negatiua ex inſpectione libri publici, in quo ſolet aliquid adnotari.n.207.

NEGLIGENTIA .

NEGLIGENTIA deſumitur ex quo quis facere cœpit, quod debuit, & poſtea deſtitit . 26. 184. & 187. 451.
Negligentia in exigendo ſi ſit modica non nocet non exigenti . 26. n. 158. pag. 449. & num. 179. pag. 451.
Secus ſi ſit magna arbitrio Iudicis, tunc enim nocet ceſſionario, & non cedenti . 26. 186. & ſeq. pag. 452.
Negligentia ceſſionarij, ac giratarij in exigendo ipſi oocet, noo cedeoti, vel girauti. 26. 183. pag. 451.

NOMEN DEBITORIS .

NOMEN DEBITORIS quando ſit datum pro ſoluendo, vel pro ſoluto vide *Mandatum de ſoluendo* .
Nomen debitoris ſi fiat non ſoluendo poſt ceſſionem illius alteri factam, damnum an cedat damno cedentis, vel ceſſionarij.26.n.163.& ſeq. pag. 449.& n.174.& ſeq. 451.
Cedit damno dantis mandatum de ſoluendo, etiam non factis diligentijs contra debitorem ceſſum, quando hic erat non ſoluendo . 26. 194. 452.
Cedit damno ceſſionarij, quando hic emit oomen debitoris . n.196.
Vide etiam *Delegatio* .

NOTARIVS .

NOTARIVS recuſari poteſt ſolo iuramento. 2.312. & 313. 58.
Et ex Statuto Vrbis etiam ſine iuramento.n.314.
Ex Statuto Vrbis poſt litem conteſtatum non poteſt recuſari ſine legitima cauſa.n.315.
Et poteſt recuſari etiam coram Iudice vbi cauſa pendet in Capitolio, & oon coram Senatore tantum.0.315.& ſeq.
Notario allegato ſuſpecto io Tribunali A. C., extrahitur alter ooo ſuſpectus ex buxulo . 2. 320. pag. 59.
Si Notarius noo allegetur ſuſpectus in tempore, debent coram Notario extracto traoſportari omnia acta facta in actis Notarij recuſati.n.321.
Notarius recuſatus in totum non remouetur, ſed illi in Curia Capitolij datur adiunctus.n.322.
Notarius adiunctus quando eſt datus debent acta ſcribi in officio vtriuſque Notarij.n.323.
Notarius recuſatus de Iure communi remouetur in totum.n.324.& 325.
Notarij recuſatio poſt finitam cauſam non releuat num.328.
A' recuſatione Notarij cenſetur receſſum, ſi poſt recuſationem coram ipſo fuere facta acta . num. 329.
Notarij recuſatio an debeat fieri cum mandato ſpeciali, vel ſufficiat Mandatum generale . oum. 326.& 327.

NVLLITAS .

Nullitas compromiſſi ex defectu ſolemnitatum à quo poſſit allegari vide *Compromiſſum neceſſarium, vel voluntarium* .
Nullitas contractus ex defectu cauſæ non poteſt opponi poſt illius obſeruantiam per 30. annos . 25.141. 429.
Nullitas ex defectu iuriſdictionis inſurgit in Capitolio, ex quo Iudex proceſſit ſine voto Aſſettamenti petito io cauſa appellabili . 10. 46. & 47. pag. 162
Nullitates omnes fuere ſublatæ per Conſtitutiones Apoſtolicas, vltra tres prouenientes ex defectu iuriſdictionis, citationis, & mandati.n.45.

O

OBLIGATIO .

OBLIGATIO perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.14.56. 221.
Obligationes naſcuntur à conſenſu partium . num. 65.
Obligatio Cameralis magis ſtringit, oon autem alterat naturam contractus.12.91. 197
Recipit omnes conditiones contractus, cui adijcitur . n.92.

OBLIVIO .

OBLIVIO præſumitur poſt lapſum 10. annorum. 8. 197. 130.
Præcipuè in ſene.n.198.
Secus ſi durante decennio, ſuper facto, de quo agitur, exortæ ſunt lites.ac vexationes.n.199.

OBSERVANTIA .

OBSERVANTIA vt ſuffragetur debet eſſe in omnibus,& per omnia vniformis.6.44. 90.
Tollitur ex vnico actu contrario ibid. 0.43. & annot.11.0.149.& 150. 175.
Vt ſuffragetur debet attendi id, quod eſt magis obſeruatum.6.47. 91.
In obſeruantia interpretatiua debet attendi id, quod eſt magis obſeruatum.6.45. 90.
Obſeruantia dat interpretationem Conſtitutionibus Apoſtolicis.annot.11.n.145.pag.175. annot. 17.n.162 pag.264.& n.209. pag. 268., & annot. 32.la 2.n.187. 563.
Obſeruantia ſtatuti eſt attendenda.15.42. 227.
Inter mercatores facit Ius.n.43.
Circa modum procedendi in cauſis attendi debet. 15. 163. 235.
Obſeruantia ſtatuti probatur ex teſtibus ſuper illa deponentibus.22.180. 349.

proba-

Digitized by Google

Probatur, ex quo per Officiales ſecundum illud fuit iudicatum.n.179.& 184.
Ex quo aliquis eximius Doctor ſuper illo ſcripſit. num.183.
Ex quo reperitur inſertum in volumine ſtatutorum.n.182.
Obſeruantia ſtatuti circa deciſoria debet formiter probari.23.225. 267.
Obſeruantia contra ſtatutum confirmatum cum clauſula ſublata, & decreto irritante non intrat in Prælud.n.113. annot.6.n.46.pag.90.annot.11. n.146.pag.175.,& annot.18.n.44. 273.
Obſeruātia non inducitur ex actu merè voluntario. annot.6.n.48.pag.91.& annot.18.n.45. 273.
Non intrat in actibus facultatiuis. xi. 151. & 152. pag. 175.
Obſeruantia conformis Conſtitutionibus Apoſtolicis eſt præferenda. n. 148.
Obſeruantia anteceſſorum non præiudicat ſucceſſoribus ab illis cauſam non habentibus. xi. 147. pag. 175.
Obſeruantia Tribunalis probatur ex fide Notarij. 30. 317. 516.
Obſeruantia probat quid veniat in iuriſdictione, ac inflictione pœnarum 32.la 2.n.78.& 79. 554.
Et declarat quamcumque diſpoſitionem licet dubiam 32. la 2. n.89. 555.

OPINIO.

OPINIO communis apud Legiſtas idem eſt, ac opinio probalis apud Morales.1.70. 27.
Opiniones duæ æquè probabiles dari non poſſunt. num. 71.
Opinio probabilis, ſed falſa à Iudice admitti non debet.n.72.& 73.
Opinioni ſimpliciter probabili quando quis adhærere poſſit 1.85.& 86. 28.
Opinio ſimplex qualis dicatur, & quæ probabilis. n.87.& 88.
Opinio verior, ac magis probabilis, quæ ſit. 1. 89. 29.
Opinio communis ex plurium Doctorum placito habet præſumptionem pro ſe.n.93.
Et quando ſecus.n.94.& 95.
Opinio quando ſit magis probabilis ab intrinſeco, vel ab extrinſeco, & illi adhærendum ſit.1. n.75. & ſeq.pag.27.& 28.
Opinionem magis probabilem Iudex ſequi debet.n.79. 28.
Opinio probabilis ab intrinſeco præfertur. n.78.
Opinio quando ſit nec ne magis probabilis.1.101. pag. 30.
In opinionum probabilium concurſu iudicandum eſt fauore Eccleſiæ.1.100. 29.

ORDO.

ORDO ſiue mandatum de ſoluendo directum Banco ſi non compleatur, habet ille,qui illud recepit viam executiuam contra dantem. 12.89. 196.
Ordo ſolutionis quando dicatur receptus pro ſoluendo, & non pro ſoluto, & ſic non liberet ſoluentem, vide *Mandatum de ſoluendo*.

PACTVM.

PACTVM, & legis diſpoſitio æquipatantur. 30. 339. 518.
In contractibus omnia pacta ſunt correſpectiua, vide *Contractus*.
Pactum reuerſiuum in dote data à fratre ſorori ex huius, vel Patris bonis non ſuſtinetur. 32.43. & ſeq. 543.
Secus in exceſſu, qui non præſumitur, & debet à fratre probari. 32. 57. 544.
Non poteſt apponi ex interuallo poſt dotem liberè conſtitutam n.58.
Nec quando fuere contemplatæ certæ perſonæ in dote prius conſtituta liberè n.59.
Pactum reuerſiuum ex Statuto Vrbis non intrat ſi frater nõ fuit ſtipulatus ſibi dotem reſtitui.n.61.
Poteſt apponi etiam cum vinculo fideicommiſſi à fratre, & quolibet extraneo dotante n. 62. & 63. ibid. & n. 64.
Non poteſt apponi, & eo non obſtante ſoror poteſt diſponere de dote habita ex bonis proprijs, vel Patris. n.66.
Secus ſtante conſenſu præſtito pacto reuerſiuo per ſororem expreſsè,cum non ſufficiat tacitus.n.70. 71. & 72.
Pactum reuerſiuum appoſitum à Patre tenet. 32. 74. & 77. 545.
Nec tunc poteſt filia de dote diſponere n. 75.
Pactum reuerſiuum dotis à Patre appoſitum expirat eo mortuo. n.76.
Secus ſi filia prædecedat n.77.
Et pactum reuerſiuum, ſi præmoriatur Pater, enaneſcit intra ratam legitimæ tantum n. 79.
Appoſitum ſuper dote detracta ex fideicommiſſo ſuſtinetur. n.89.
Contrarium eſt verius. n.90. & 91.
Suſtinetur ſi adſit conſenſus dotatæ. 32. 92.& 100. pag. 546.
Suſtinetur Romæ vltra dotem ſcutorũ 5500. n. 93.
Et quando ſecus. n.94.
Non ſuſtinetur, ſi dos data ſit in compenſationem renunciationis faciendæ à dotata. n.95.
Secus ſi dos excedat valorem bonorum renunciatorum, nam ſuſtinetur in exceſſu. n.96.
Pactum reuerſiuum, ac onus appoſitum doti non impugnatum à muliere, quando poſſit impugnari ab eius hæredibus, vel tertio. n.98.& 99.
Pactum reuerſiuum in dote quando nec ne ſuſtineatur. n. 102.

PAGHERO.

SCHEDVLA pagherò, ac de eius priuilegijs vide *Schedula Pagherò*.

PALEA.

PALEA inter Dominum, & Colonum quomodo diuidatur, & quis illorum debeat de ea prouidere, vide *Colonus*.

PANIS.

PANIS eſt principaliter ad hominis vitam neceſſarius. 32. la.2. 68. 554.
Et quod ſit bonæ qualitatis plurimum confere ad ſanitatem. 32. la. 2. n. 88. 555.
Panis cura demandata importat, quod ſiat bonus. 32. la. 2. n.69. 554.
Et quod panis ſit benè coctus, & bonæ qualitatis. n. 70.
Pro pretio Panis in Vrbe Piſtores quibus præferantur, vide *Piſtores*.

PARIES.

PARIES ex quibus dicatur proprius, vel communis, & liceat illum eleuare, ac feneſtras in eo aperire, vide *Murus*.

PARTITVM DECISIVVM.

PARTITVM litis deciſiuum poteſt dari ſuper vna re,

re, & ſuper vno emergenti. 16.102. 245.
Et quis ſuper illo tenetur iurare, vel referre. n.101.
Poteſt recuſari, ſi quis aſſumpſit in ſe onus probādi, & nihil probauit. n. 103.
Contraria opinio firmatur. n. 104. & 105.
Poteſt recuſari ſuper facto alieno ignoto. n.206.
Et quando ſecus. n.107. & 108.
Partito reſpondere debenti datur terminus ad deliberandum. n.109.
Partitum datum ex iuſta cauſa poteſt reuocari. 16. 110. 246.
Etiamſi quis acceſſerit iuraturus. n.111.
Secus ſi cœptum ſit iurari. n.112.
Partitum oblatum poteſt reuocari etiam per Procuratorem generalem. n. 113.
Sed quod requiratur mandatum ſpeciale. n.114.
Partito reuocato, quia quis intendit probare, ſi non probet non poteſt denuo dare partitum. n.115.
Partitum reuocans tenetur reficere expenſas. n.116.
Partitum relatum non poteſt à referente reuocari. n. 117.
Poteſt recuſari ſi ſit datum à procuratore non habente mandatum ſpeciale, & indiuiduum. n.118.
Partito eſt reſpondendum cum ſpecialiſſimo mandato. n.119. & 120.
Partito non admiſſo à Iudice non eſt reſpondendū. n. 121.
Non eſt illi reſpondendum ab eo, qui habet fundatam ſuam intentionem in Inſtrumentis, ac alijs probationibus. n. 122.
Debet partito reſponderi, etiamſi deferens fecerit probationes, quādo declarat illis nolle vti. n.123.
Partito, in quo quis ponit receſſum ab Inſtrumento, eſt reſpondendum. n. 124.
Partitum oblatum à malè affecto reijcitur. 16. 125. pag. 247.
Contrarium firmatur. n.126. & 127.
Partito non eſt reſpondendum, ſi immineat periculum periurij detegendi, vel committendi. n.128.
Nec quando continet rem, ſuper qua alias quis iurauit n.129. & ſeq.
Nec illi tenetur reſpondere emptor. n.135.
Secus ſi ſit vocatus ad cauſam eius author. n.136.
Cauſa per partitum deciſa, non admittuntur probationes, ſi non probetur, illas ſuperueniſſe poſt partitum. n. 137.
Maximè ſi probationes faciendæ ſint per teſtes. n. 138.
Poſt terminatam cauſam per partitum non tenetur quis reſpondere poſitionibus, vel interrogatorijs. n.139.
Sed quod probatio per confeſſionem poſt partitum admittatur. n.140.
Non admittitur contra partitum probatio per Inſtrumenta. n.141.
Secus ſi ex illis manifeſtè detegatur periurium. n.142.
Non admittuntur contra partitum probationes prius tentatæ. n. 143.
Aduerſus partitum delatum reſtituuntur pupillus, & minor. n.144.
Partitum poteſt deferri à Tutore, vel Curatore non habentibus aliunde probationes pro pupillo, vel minore. n. 145.
Non poteſt partitum recuſari, ex quo quis prætendit probare contrarium. n.146. & ſeq.
Partito reſpondent Domi ægregiæ perſonæ, fœminæ honeſtæ, & valetudinarij. 16. 148. 248.
Et in eorum Domibus Romæ reſpondent coram Iudice. n.149.
Partito deciſiuo Romæ reſpondetur coram Iudice. n.149. & 153.
Partito quod non reſpondeatur coram Iudice, poteſt hic arbitrari ex iuſta cauſa. n.150.
Partito in Vrbe non poteſt reſponderi per Procuratorem. n.151. & 152.
A cauſa deciſa per partitum à deferente non licet appellare. n.154.
Secus quoad referentem. n.155.
Contrarium firmatur. n.156.
A decreto mandante reſponderi partito, cui ex iuſta cauſa non erat reſpondendum datur appellatio. n.157.
Partitum falſo iurans non punitur criminaliter. 16. 162. & ſeq. 249.
Contraria opinio refertur. n. 159. & 160. 248.
Circa periuriū commiſſum in reſponſione ad partitum Reformatio Pauli V. nihil diſpoſuit. 16. 163. & 164. 249.
Punitur criminaliter, ſi ſcienter, & doloſè iurauit falſum. n.165.
Per partitum deciſiuum cauſa terminata debentur expenſæ. n.166.
De partiti deciſiui materia qui Doctores tractent. n.167.

PASCVA.

PASCVA, ac pretium herbarum Eccleſiaſtici ſoluere tenentur in Prælud. n.40. 5.
Paſcuorum diuiſio inter ſocios ſit per campos, vel per tempora. 20. 131. 324.
Pro paſcuis ſuper animalibus quando competat dāti paſcua, herbas, ac fœnum prælatio. 30. 238. & ſeq. 509.
Et vide *Creditor in concurſu*.

PATER.

PATER non poteſt authorizare contractum filij, ſi in illo habeat intereſſe. 25.50. 421.
Patri ſi fiat donatio à filio minore requiruntur duo Curatores, vnus reſpectu minoris ætatis, & alter loco Patris. n.51.
Pater poteſt alienare bona aduentitia filij minoris ſine decreto Iudicis. 25.62. 422.
Si tamen alienat ex cauſa neceſſaria, non voluntaria ad diſperdendum bona filij. n. 63.
Poteſt tranſigere ſuper bonis filij minoris, ſi hoc faciat vtiliter. n.65.
Patri non creditur ſuper verſione pecuniæ acceptæ ad cenſum pro filio minore, ſi Patris aſſertio detegatur falſa. n.66.

PAVPERTAS.

PAVPERTAS probatur ſummariè in Vrbe à petentibus ratione paupertatis prælationem in concurſu pro ſcutis quinquaginta tantum. 30. 144. pag. 500.
Et vide *Creditor in concurſu*.
